ligit Bar.d.Cle.cām.& l.iiij.§.Prætor ait ff.de dam.infec.& etiā
Ioā.de Imo.in d.Cle.cām.& gl.in d.c.cām.de do.& cōtu.& di
cit ibi do.Ant.ꝙ dicto caſu,qn̄ dn̄s eſt abſens, pōt fieri citatio
ad domū,nō facta diſcuſsione,an procurator reperiaṫ: ſed Do.
m.ibi dicit,ꝙ ſibi plus placet,ꝙ fiat aliqualis diſcuſsio, vtrū ꝓ
curator reperiatur vel nō.quæ opinio plus mihi placet, vt di-
xi in d.cle.cām.per illū tex.dum dicit,& procuratorē non inue
niri cōtingat.& profecto eſt hoc magis tutū.& idē etiam tenet
Ioā.de Imo.in d.c.cām.de dolo & cōt.vbi dicit,ꝙ ſi eſt noto-
rium ꝙ procuratorē dimiſſum tutiꝰ q̄ȝ citeṫ procurator, vult tn̄
ibi ꝙ tutius ſemper eſt ꝙ fiat inquiſitio,an dimiſſerit ꝓcurato
rem.licet ſecus ſenſerit Bar.d.l.iiij.§.Prætor ait.ff.de dā. infec.
quē ſequitur do.Ant.in c.cauſam.Et in quibus locis debeat fie
ri inquiſitio,an reperiatur dominus vel procurator, & qualiter
accipiatur abſens,dicam.j.arti.xvij.¶Circa ſecundū membrū,
quādo dn̄s aliquādo cōparuit per procuratorē.diſtingue:ꝙ aut
cōparuit procurator,non tn̄ fuit vnq̄ȝ litem conteſtatus: ſed il
lam fuit cōteſtatus dominus,& hoc caſu,poſito ꝙ per compari
tionē dn̄i procurator nō eſſet reuocatus,ſecundū ea quæ latius
traduntṫ in c.ſi quē.de ꝓcu.li.vj.licet dn̄s de neceſsitate ampliꝰ
nō ſit citādus,vt dicit Bar.in l.j.C.de iure reipublicę. tn̄ arbitror
ꝙ dominus poſſet citari.vnde poſſet citari tam ꝓcurator, quā
dominus.¶Sed ſi ꝓcurator fuiſſet litē cōteſtatus:tunc nō dn̄s,
ſed procurator eſt de neceſsitate citādus:& ſi dn̄s citareṫ, non
teneret citatio.vnde ſi citaretur dn̄s duntaxat ad videndū rece-
ptionem teſtiū,non teneret receptio,vt dixi poſt Doc.in dicta
Cle.cām.¶Sed nūc aduerte latius,qa hæc quæſtio fuit diſputa
ta per dn̄m Lambertinū de rāponibus,vt referūt Ioā. And.d.
Ant.Io.de Imo.& Do.m.in c.ij.j.de teſti.et Bar.in l.furioſo.ff.
de re iudi.& in l.j.C.de ſen.& interlo.om.iudi.& Bal.in l.procu
ratoribus.C.de procu.licet ibi pauca verba dicat. ¶Et attende,
quia hæc quæſtio locum habet in quolibet articulo celebrādo
poſt litis conteſtationē per procuratorē,vtrum valeat ſi ſolùm
citatur dn̄s,qui non cōparuit.& pro parte affirmatiua,ꝙ valeat,
moueṫ primò:qa cauſa eſt propria domini,& ad eū ſpectat da-
mnū & emolumentū.C.de procur.in l.qui ſtipendia.ij.q.vj. bi
duum.ver.palam.ergo &c.¶Secundò mouetur,quia dominus
iurat de calumnia,teſtes producit,exceptiones opponit. ff.de
inoffi.teſta.in l.ſi ſuſpecta.facit c.ij.de procura.lib.vj. ¶Tertiò,
quia adeſſe poteſt cauſæ ſuæ.ff.de procura.in l.Paulus reſpon-
dit.& eſt bonus tex.in d.c.ij.de procur.lib.vj.¶Quartò,qa do-
mino ſoluitur.ff.de ſolu.l.hoc iure. ¶Quintò,quia domino trāſ
igit,paciſcitur,& iudiciū defert,& non procuratori.ff.de pro-
cur.l.mandato generali.& in c.qui ad agendū.eo.tit.li.vj.Sextò
quia contra dominū fit executio ſn̄iæ.ff.de procu.in l. Plautꝰ.
ergo ſatis videtuṙ dominū eſſe citatū.¶In contrariū verò facit
c.ij.j.de teſti.& l.ſi quādo.C.de teſti.qui tex.requirunt partē ci-
tandā:ſed procurator per litis cōteſtationē fecit ſe participē:et
effectus eſt dominus inſtantiæ:vt in c.ij.de procur,libr.vj. ergo
ipſe eſt citandus.¶Item,quia fruſtra videreṫ citari dn̄s,cùm cō
parens non poſsit cauſam ipſam in ſe aſſumere inuito procura-
tore,vt d.c.ij.de procu.li.vj.& in l.poſt litē.ff.de procur.¶Sol.
dicebat præfatus do.Lambertinus,actum nō valere procurato
re non citato:qa in his quæ pertinēt ad litis ordinationē,regula
riter inſpicimus perſonā procuratoris:contraria verò procedūt
in his,quæ reſpiciunt perēptionem litis,vel effectum cauſæ: in
quibus regulariter inſpicimus perſonā domini. quæ deciſio &
diſtinctio eſt diligenter notanda:quia facit ad multa.& hāc de-
ciſionem approbat Bar.in d.l.furioſo.ff.de re iudi. ¶Mouetur
etiā,quia ex quo dominus eligit litigare per procuratorē,nō te-
netur inuitus cōparere,vt in l.fi.C.de procu.Item,quia ſi poſſet
dominus cōpelli ad cōparendum per ſe,fruſtratoriū eſſet conſi
lium iuris.de quo in l.furti.§.qui alieno.ff.de his qui no.inſā.Et
idē tenet Bar.in l.j.C.de ſen.& inter.omn.iudi.quia quādo dn̄s
mittit procuratorē ab initio,videṫ dicere & ꝓteſtari,ꝙ ipſe nō
vult litigare per ſe,vt l.j.in fi.ff.de procur.& ideò nō debet poſ
ſe cogi perſonaliter cōparere,vt d.l.fi.C.de procur. ¶Subdit tn̄
Bar.in dicta l.furioſo.ꝙ ſi dn̄s citatus ſponte cōpareret,actꝰ va
lebit:licet procurator nō fuerit citatus quia licet procurator ſit
litem cōteſtatus:tn̄ valebit actus propter ius vtile inſtantiæ, ꝙ
habet dn̄s:vnde pōt vti iure inſtantiæ ſine aliqua ceſsione,vt l.
in cauſæ.in fi.ff.de procur.& ſufficit procuratorē non cōtradi-
cere,vt l.quæ omnia.ff.de procur.¶Sed dicit Io.de Imo.in d.l.
furioſo.ꝙ non procedit ſine ſcrupulo:quia procurator inuitus
vel ignorans,non pōt reuocari à ꝓſecutione cauſæ.per d.l.quę
omnia.& ſic videtur ꝙ ignorāte ꝓcuratore nō poſsit aſſumere
ꝓſecutionē litis.¶Sed dominus meus in d.c.ij.de teſti.dicit, ꝙ
putat ꝙ de vltimo dicto Bar.ſit caſus,maximè iuncta gl.in ver
bo,poſt litē in c.ſi quē.de ꝓcur.lib.vj.vbi tex.dicit, ꝙ ſi dn̄s cō
ſtituit procuratorē ſimpliciter,& poſtea cōparuit per ſe, videṫ
eo ipſo reuocare procuratorē:niſi aliud fuerit proteſtatꝰ, vel ꝑ
cōiecturas aliud appareat.probat ergo tex. ille dominū poſſe
validè per ſe cōparere,& tacite reuocare procuratorem:& ſatis
eſt ꝙ ꝓcurator nō cōtradicat.vt ibi dicit glo.¶Et hæc opi.ma
gis mihi placet.& ſic habes hūc articulum plenè ac notabiliter
6 expeditū.¶†Sed iuxta prædicta quæro de notabili q̄one, quā
non reperi tactā ꝑ Doct.videlicet,ꝙ ſi in aliqua cauſa duo fue-
rūt conſtituti procuratores in ſolidū,cū clauſula, ꝙ occupantis
cōditio melior nō exiſtat,prout quotidie fit.qn̄ duo vel plures
cōſtituunṫ procuratores,ꝙ ſi per vnum lis ſit cōteſtata, poſsit
alter poſtea citari.¶Solutio vt dixi.Doc.non tangūt,ꝙ repere
rim.ſed in ſimilibꝰ terminis Io.And.in c.in noīe Dn̄i.j.de teſti.
dicit,ꝙ dn̄s ſuus in legibus,qui fuit Marti.ſyl.diſputauit ſimilē
quæſtionē.q̄rebat enim,poſito ꝙ vnus fuiſſet litē cōteſtatus,ꝙ
ſi alter,qui nō fuit litē cōteſtatus,ꝓduxit teſtes q depoſuerunt:
vtrū valerēt depoſitio & atteſtationes.¶Et pro parte negatiua
moueṫ primò,quia ille qui fuit litē cōteſtatus,fuit effectus dn̄s
litis.C.de procu.in l.quod qs.& in c.ij.eo.tit.li.vj.¶Secūdo,qa
reus nō debet cogi cū pluribus litigare,vt l.j.& l.ſeq.ff.de exer
cito.¶Tertiò.ne cauſæ cōtinētia diuidatur,vt in c.j.j.de ſeque-
ſtra.poſ.& fruct.& in l.nulli.C.de iudi. ¶In cōtrariū allegabat
illā clauſulā appoſitā in mādato,quod occupantis cōditio me-
lior nō exiſtat.quę clauſula debet aliquid operari,vt in c.ſi duo.
de ꝓcura.li.vj.¶Secūdò,quia aduerſatiua,tacens cōſentire vi-
detur:& partiū cōſenſu aliqđ iuris relaxaṫ.¶Tertiò.qa ſi teſtes
iterū ꝓducerenṫ,ſæpe remouerenṫ à ſuis negotijs,qđ eſſe non
debet.ff.quēadmo.teſta.ape.l.ſi qs ex ſignationibꝰ. ¶Quartò,
quia ꝓcurator ꝓducēs fungitur loco primi,vt l.filiæ.§.j.ff.de
condi.& demon.nec vtendū eſt ſuperfluis ꝓductionibus, vt l.
hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt lega.no.caue.facit.c. Abbate.de re
iud.li.vj.¶Sol.ſecūdū præfatū Mar.ſyl.diſtinguēdo,ꝙ aut dn̄s
vult valere productionem.& reus cōtradicit.& tunc ſi reus fuit
præſens,valet.allegat.l.filiuſfamilias.§.veterani.ff.de procu.ſe-
cus ſi erat abſens vt in præallegata.l.j.& ij.ff.de exercito. ſi ve-
rò ecōtra,reus vult valere.& dn̄s cōtradicit,exaudiṫ reus, q eſt
fauorabilior. & qa dn̄s appoſuit clauſulā,ꝙ nō eēt melior cōdi
tio occupātis.vbi verò ambo eſſent cōcordes,& vellēt ꝙ actus
valeret,vel nō valeret.deciſio eſt clara:qa mos eis gerendꝰ eſt.
Et cū hac deciſione trāſit Io.And.nihil addēdo.¶Sed dicit do-
minus meꝰ in dicto c.in noīe dn̄i.ꝙ vnus caſus primò eſt exclu
dendus tanquā indubitabilis:videlicet,qn̄ ille ꝓcurator, q non
fuit litē cōteſtatus producit teſtes,vel facit ſimilē actum, altero
procuratore q præoccupauit per conteſtationē litis impedito,
vel proſequi nolēte:qa tūc virtute prædictæ clauſulæ pōt alter
reaſſumere negotiū,per no.in c.ſi duo.de procu.li.vj.& iſte ca-
ſus nō eſt dubitabilis.Sed caſus dubitabilis eſt,qn̄ ille qui occu-
pauit,nō erat impeditus. nec aliter apparebat de volūtate ſua.
quo caſu,certū eſt ꝙ alter nō poterat ſe impedire de illa lite. vt
d.c.ſi duo.Sed hoc poſito:tn̄ remanet adhuc dubiū, vtrū actus
reddaṫ ipſo iure nullus:an verò ſit opus exceptione,ita vt ſi reꝰ
non excipiat,actus remaneat validus.& in hāc partē inclinat d.
Ant.in d.c.in noīe.dicit em̄ ꝙ tres videnṫ cauſæ,quare alter nō
deberet admitti. ¶Prima cauſa, qa alter & nō ipſe,eſt effectus
dn̄s litis ꝑ litis cōteſtationē:ſed hāc cām obſtantem potuit dn̄s
ſupplere,& ſuppleuiſſe videṫ apponendo dictā clauſulā.¶Se-
cunda cā eſt propter preoccupatū negotiū. quā etiā cām dn̄s
videṫ ſuppleuiſſe ꝑ clauſulā prædictā.¶Tertia cā,quia ipſiꝰ rei
intereſt ne à pluribus aduerſarijs diſtringaṫ. vt dixi. Sed hm̄oi
cauſæ ſuppletio pendet à ptāte ipſius rei.quare ſi reus fuit præ
ſens:nō pōt amplius cōtradicere.ſed ſi abſens fuit,poterit con-
tradicere.& ſic do.Ant.ſequiṫ deciſionē Mar.Sed dicit D.meꝰ
in d.c.in noīe.ꝙ prædicta deciſio videṫ ſibi ſatis dubia. ſubdit
tn̄ ꝙ potius ſibi placet prædicta ſolutio,q̄ȝ cōtraria opinio.ꝑ d.
c.ſi duo.ſi em̄ alter procurator deſineret eſſe procurator, altero
ꝓcuratore per litis cōteſtationē negotiū preoccupāte, nō poſ-
ſet reaſſumere cām ſine nouo mandato,altero impedito: qa ſe-
mel extinctū nō reuiuiſceret.de conſe.diſt.iiij.c.quæris. & in l.
inter ſtipulantē.§.ſacram.ff.de ver.obli.cū ergo altero nolente
vel impedito,poſsit ipſe cām reaſſumere & proſequi:licet alius
præoccupauerit,vt d.c.ſi duo.ergo clarè colligitur,ꝙ eſt procu
rator:licet per exceptionē potuiſſet repelli nō dato caſu negli-
gentiæ,volūtatis,vel impedimēti.ſi ergo nō fuit exceptū,actus
valet:

valet:sicut in simili videmus de milite alienā cām ꝓcurāte, con
tra quē nō fuit exceptū, vt d.§.veterani.& in l.ita demū. C. de
procu.& no.in c.in nostra.s.de ꝓcu.Et etiā sic, vt videmus in
dño qui post litis cōtestationē nō pōt procuratorē reuoacre, vt
legit̃ & no.in c.ij.de ꝓcu.li.vj.& tñ si dñs reassumit in se cām,
& cōtra eū nō excipit̃, censet̃ ꝓcuratorē reuocare, & actus cū
eo gestus tenet, vt in c.si quē.de ꝓc.li.vj.& sic residet Domin⁹
meus.Et sic ex prædictis clarè cōcludit quò ad terminos princi
pales nostræ quæstionis propositæ, ꝙ si pars aduersa fecit citari
aliū procuratorē, & ille procurator cōparuit, decisio est clara p
ea, quæ superius dicta sunt: quia si reus potuit cōsentire, & con
sentiendo valet actus, qui geretur cū eo: quanto fortius si ipse
principaliter inuitat eum, faciēdo eum citari: neqꝫ pōt alter pro
curator, qui fuit litem contestatus, cōqueri: ex quo suscepit mā
datum cū illa clausula, quod occupātis cōditio melior nō exi-
stat.Sed si reus fecit citari aliū procuratorē, qui nō fuit litē con
testatus, & procurator nō comparuit: decisio est magis dubia.
arbitror tñ distinguendū, ꝙ aut ille qui fuit litē contestatus nō
est absens, negligēs, vel impeditus: & tūc si iste procurator cita
tus non cōpareret, ipsius contumacia nō præiudicat sibi: necve
ro domino, nec alteri procuratori: quia si verus dñs hoc casu ci-
taretur, non tenetur cōparere, vt dixi in præsenti q̄o. longe mi
nus iste procurator, qui nō est verus dominus, nec fictus, etiam
per litis contestationē.Sed si alter, qui fuit litem contestat⁹ nol
let prosequi, vel esset impeditus, decisio esset magis dubia: quia
ex quo dñs iam semel fuit in iudicio per ꝓcuratorem, videt̃ ꝙ
valeat citatio ipsius, per ea quæ dixi in præsenti.q.¶ In contra-
rium facit: quia iste procurator nunquā fuit in iudicio nec fuit li
tē cōtestat⁹: bñ licet aliꝫ ꝓcurator fuerit in iudicio: tñ respe-
ctu istius, ista videtur prima citatio. & sic per ea quę dixi in pręɫ
senti.q.citatio non videtur præiudicare, nec sibi nec domino ve
ro, nec ficto.¶ Fortè tamen dici posset, ꝙ si dominus esset ab-
sens, & procurator qui fuit litem contestatus nollet prosequi,
vel eēt impeditus: ꝙ valeret citatio: & sic deberet cōparere: al's
reputaret̃ cōtumax, per ea quæ dixi in præsenti.q.vel fortè pōt
distingui, ꝙ aut dicta clausula fuit subiecta & apposita sub hac
forma: videlicet, & ꝙ vnus incœperit, alter possit & debeat ꝓ
sequi & finire, illo impedito, vel negligente: & hoc casu, proce-
dat præcedens decisio.aut fuit apposita hoc mō.& quod vnus
incœperit, alter possit prosequi & finire.& hoc casu, quia pro-
curator p receptionē mandati, ex quo alter litē est contestatus
non necessitat̃ ad defendendū: sed cōmittitur in eius potestate
& facultate(vt patet ex forma mādati) meritò licet dñs esset ab
sens vel impeditus, & similiter ꝓcurator, qui fuit litem cōtesta
tus, negligens vel impeditus, si tñ iste ꝓcurator citatus non cō
paruit, quia potuit nō comparere, & non prosequi: meritò nec
ipse, nec dñs verus, nec fictus reputat̃ contumax.sed qñ ipse re
cepisset mandatū, & alter nō esset litē contestatus, & dñs esset
absens, ꝓpter quod citaret̃ procurator, etiā prima vice, teneret̃
cōparere: quia recipiēdo mandatum necessitat̃ defendere, vt in
cle.j.de procura.Et prædicta notabitis, quia nouissima sunt.

7 ¶ † Quintò quæro, quid si agat̃ cōtra subiectum, vtrū dñs citari
debeat.¶ Solutio glo.ij.in c.auditis.j.de præscrip.sentit, ꝙ agit̃
de subiectione: & tunc non ille, qui possidet iure subiectionis,
sed ipse, q dicit illos sibi subiectos, debet citari: cū ipsius princi
paliter intersit, per d.c.auditis.& xvj.q.iij.c.inter memoratos.
s.vt lite nō cōte.c.qm̄.§.ꝙ si super.& ff.de libe.exhi.l.fi.in fi.&
ff.si serui vendi.in l.is, cuius familia.aut agitur de facto subiecti
quia dicit̃ ecclesiā occupasse: & petit̃ inde remoueri, vel quid
simile egisse: & tūc ipse citandus est, vt in c.querelā.de elect.fa-
cit.xij.q.ij.c.quicūqꝫ militū.aut agit̃ de aliꝫ iuribus, puta, quis
petit cēsum & procurationē à capellanis, vel quid simile.& tūc
citandus est ipse, etiā subiectus.arg.ff.de vsuf.l.si pendētes.§.p.
& l.vsufructu relicto.& l.vsuf.legato.§.hactenus.& j.de cēsi.
8 in c.cū instātia.ita dicit gl.ij.præalle.¶ † Sed tu aduerte: qa hæc
quæstio incidit in aliā quæstionē.s.an conueniēdus sit dñs, vel
subiectus, vel ambo: & in his terminis loquitur d.glo.ij.in qua
q̄one variꝫ varia dicunt.de quo latè per Dñm meū in d.c.audi
tis sup glo.ij.& traditur etiā in c.cū super & in c.suborta.& in
c.pe.j.de re iud.ad qđ vide oīno qđ dixi in c.j.de li.ob.articu.
viij.in primo mēbro.¶ Et ex his, q̄ dicunt̃ in dictis iurib⁹, po-
teris inferre ad decisionē q̄onis nostræ.Sed sub breuibus, quò
ad q̄onem nostrā pōt sumi decisio ex his, quæ dicta fuerunt.s.
eo.arti.q.j.videlicet, ꝙ ille citari debet, qui iudicialiter cōuenit̃:
& cuius principaliter interest.alius verò, licet possit aliquo ca-
su ipsius interesse, nō est de necessitate citandus, nō quò ad effe
ctum, vt ꝓcessus celebratus possit illi præiudicari, per ea q̄ di-
xi in d.j.q.& p ea quæ dicā in seq.q.Et vide etiā qđ dicā in xj.
9 ¶ † Sextò quæro, vtrū in excussione principalis obligati, sit ci-
tandus fideiussor, seu pignorum possessor.Solut.Iaco.de Are.
in l.decem.ff.de verbo.oblig.tenet, ꝙ sic.argu.l.ij.C.si propter
pub.pen.& ff.de rebus eorum.in l.magis puto.§.ne passim.
¶ Sed Iac.Butriga.tenet cōtrariū, sicut nec citandi sunt legata-
riꝫ quādo pronunciatur testamentū inofficiosum, vt in l.Pap.
§.si ex causa.ff.de inof.testa.¶ Sed Bar.in d.l.decē.allegat glos.
in cōtrarium in l.cùm miles.§.j.ff.ex qui.cau.ma.q̄ glo.est mē-
ti tenēda, secūdùm Bar.ibi.vbi subdit ꝙ putat, ꝙ sufficiat gñā-
lis citatio per tubā: videlicet ꝙ quicūqꝫ vult defendere talē &c.
vt moris est ar.auť.si oēs.C.si vt se ab hęred.absti.& l.si eo tpe.
C.de remis.pig.¶ Bal.verò in d.l.decē.dicit, ꝙ cū processus ex-
cussionis nō ordinet̃ cōtra debitorem, sed principaliter contra
ipsos pignorum possessores, seu fideiussores: & sic in eorū pre
iudiciū, vt possit cōtra eos veniri: ꝙ si fideiussores, seu tertiꝫ pos
sessores sunt certi, debēt nominatim citari, per no.in auť.de hę.
& fal.§.sancimus.iuncta glo.& in l.j.§.pe.ff.de vē.inspi.Si ve-
rò nō sunt certi, tunc sufficit gñalis proclamatio: vt ibi.¶ Nec
ob.d.l.si eo tpe.quia ibi actus distractiōis nō ordinabat̃ princi-
paliter cōtra creditores: imo cōtra ipsum debitorē, in cui⁹ pre-
iudicium pignus vendebat̃.Et eodem modo non obstat auť.si
oēs.quia ibi principaliter petebat̃ restitutio in fauorē minorū:
licet secundariò in odium creditorū.ideò sufficit generalis pro
clamatio.Et iste est verus intellectus illarum legum & d.l.Pap.
§.si ex causa.secūdùm Bal.quem sequitur etiā Ang.in d.l.decē.
dicens, ꝙ hæc sunt duo iudicia, quorum vnum est præparato-
rium alteri.Idem etiā tenet Ange.in l.de vnoquoqꝫ.ff.de re iu-
di.& sequitur ibi Io.de Imo.in fi.prin.¶ Sed dicit ibi Ioan.de
Imo.quod tria essent diuidenda.¶ Primò, an sit necessaria pro
nunciari super excussione.¶ Secūdò, posito quòd sit necessa-
ria vel non, an sit necessaria citatio fideiussorū vel possessorū.
¶ Tertiò, posito ꝙ sit necessaria, an requiratur specialis, vel suf
10 ficiat generalis.¶ † Circa primum, licet articulus videatur alie-
nus à materia nostra, tamen quia aliquid cōfert, sub cōpendio
pertransibo.¶ Bar.in dicta l.decem.sentit, ꝙ sit necessaria pro-
nunciatio.& idē Bal.ibi.& apertè tenet Barto.in l.stipulatio.§.
habet.ff.de ope.no.nun.per plures rōnes & argumenta.& idē
tenet in l.exitus controuersiæ.ff.de acquir.pos.& Bal.in l.sanci-
mus.C.ad trebel.& in auť.sed hodie.C.de act.& ob.¶ Et Bal.
in l.ij.C.de eden.& Ang.in auť.hoc si debitor.C.de pigno.Et
pro prædicta opinione optimè facit tex.in l.tutores à patruo.
de confirmā.tuto.vbi dicitur, ꝙ requiritur, ꝙ iudex post discus
sionem legitimè factam, an tutor sit idoneus, declaret tutorem
idoneū.Et etiam ad idem bonus tex.in l.à diuo Pio.§.in vēdi-
tione.ff.de re iudi.secundū vnū intellectū.& l.non tantū.ff.de
fideicō.liber.vbi casus, quod quātuncunqꝫ causa(ꝓpter quam
qs abest) sit iusta, tñ adhuc debet declarari per iudicē.facit etiā
c.cùm secundū.cū sua materia de hereti.li.vj.& c.cùm sit Roma
na.in fi.de app.li.vj.& c.porrò.de diuor.& gloss.v.in c.ad no-
stram.el ij.de iu.iur.& quod tradit Bar.& Doct.in l.emptorē.
de actio.emp.vbi volunt, ꝙ etiā post notoriū requiratur decla
ratoria.sed Ia.Bu.ibi & in dicta.l.sancimus.§.fi.tenet contrariū
per illam.l.sancimus.secundū vnum intellectū glo.nā videt̃, ꝙ
sufficiat reperiri in actis, ꝙ nūcius retulerit nihil reperire in bo
nis.quæ opinio videt̃ satis defensabilis, per dictam.l.iuncta gl.
sua licet opinio Bar.sit tutior propter euitandas opiniones, se-
cundū Io.de Imo.in d.l.decē.nec obstant rationes allegate per
Bar.in contrariū in d.§.habet.quia non stringunt de necessita-
te, si bene inspiciant̃.Et hęc opi.visa fuit etiā defensabilis Ang.
dum legeret in voce.d.l.decē.licet in scriptis non declarauerit.
vt refert Io.de Imo.Et eandē opi.sentit Io.de Imo.in d.l.exi-
tus.Bar.de Saly.in d.authen.sed hodie dicit etiam, ꝙ licet opi.
Bar.sit tutior.tamen subdit, ꝙ posset dici(& non malè) ꝙ si de
eo, de quo prius debet constare, sit cōtrouersia.puta, quia sunt
citati fideiussores, & tertiꝫ pignorū possessores, qui cōparue-
runt contradicētes: & tunc super eo debeat pronunciari.& ita
procedat opi.Bar.& sequacium.secus si nō fuerit deductū in cō-
trouersiam: quia non fuerūt citati, saltē generaliter: quia tūc fru
stra pronunciarent̃: cū talis pronunciatio nō præiudicet illis. q̄
perpetuò notabis: quia quotidie hæc contingūt in practica.sed
ego de materia latius dicam in ti.de fideiusso.in materia excus-
sionis.¶ Sed quò ad principalem articulū nostrum.& sic quò
ad secūdum de citatione, dicit Io.de Imo.ꝙ videtur posse dici,
ꝙ si solūmodo fiat excussio: quia illa ordinatur principalis con
tra debitorem condemnatū, vt satisfaciat creditori de bonis i-
psius, & sic pro executione sententiæ, ꝙ satis procedat opinio
Bar.ꝙ sufficiat citatio generalis: quia etiam fortè nulla requiri-
tur citatio de iure.per ea quæ statim dicentur.¶ Si autem petat̃
pronunciari discussionem esse legitimè factam: quia iste actus
principaliter ordinatur cōtra fideiussorem & possessores.pos-
set procedere opinio Bal.& Ang.Et per hæc dicit posse appa
rere, quid dicendum sit in secundo & tertio membro.¶ Sed vt

clarius materia pateat dicit, ꝙ si quæritur, an nominatim sint citandi: potest concludi, ꝙ aut actus qui geritur tendit ad præiudicium vnius per prius, ita ꝙ demum illo excluso, alius surrogaretur in iure illius: sed nō habet ius vel interesse de præsenti. & sufficit illum principalem citari, vt in l.j.§.j.de ven.insp.sed melius allegaretur.§.denunciari. vt dixi s.in prima quæstione istius articuli.aut actus tendit principaliter & vniformiter ad præiudiciū pluriū: & tunc omnes principaliter sunt citādi, vt di cto.§.denūciari.aut tendit ad præiudiciū plurium: sed nō vniformiter, vt quia principaliter tendit ad præiudiciū vnius: sed tñ ex illo actu alius posset lædi: & tunc aut ille alius voluit obligari expresse, vel etiā tacite ex iuris intellectu ī casu iudicij agitati & finiti cū illo, ad cuius præiudiciū principaliter iudiciū ordinatur: & tunc nō est necessaria citatio.exemplū in fideiussore de iudicato soluēdo vt.l.j.ff.iudi.sol.& in casu.d.l.decē.vbi videtur sufficere debitorē esse excussum, & nō esse satisfactū agēti.nec videtur ibi aliud requiri.& sic non videt᷑ requiri, ꝙ fideiussor talis sit citatus in iudicio, quod agitur contra debitorem principalē, vt d.l.decem.& est ratio prædictorū: quia in dictis casibus videt᷑ quis expresse voluisse obligari in casu iudicij agitati & finiti cū illo, ad cuius præiudiciū ordinatur principaliter iudiciū.& idem si tacite hoc videret᷑ voluisse ex iuris intellectu. exemplū in fideiussore & pignorum possessore, per no.in aut. præsente.C.de fideiusso.& in aut.hoc si debitor.C.de pign. & bene facit quod habet᷑ insti.de replica.§.fi. vnde forte hoc casu, sequēdo opinionē Butri.non esset necessariū, ꝙ talis fideiussor vel possessor, modo aliquo reperiat᷑ citatus.fatetur tñ Ioan. de Imo.ꝙ si creditor porrigeret corā iudice suam petitionē, & narraret excussionē factam, & velle pronūciari ipsam legitime factam, & apertā esse viam cōtra fideiussores, & tertios possessores: ꝙ tunc deberet citari fideiussor, et pignorū possessor: quia hoc casu talis actus ordinabatur principaliter ad ipsorū præiudiciū, & hoc casu hi, qui essent certi, nominatim essent citandi. Alij verò incerti, per generalē proclamationē, per nota. per gl. in d.aut.si omnes.& in d.§.sancimus.in aut.de hæredi.& fal. & in c.in nostra.s.de procura.& ibi per Inn.in peñ.& fin.col. de quo latius dicam j.artic.xxij.aut ille alius nec expresse, nec tacite voluit obligari in casu iudicij agitati, & finiti cum alio: & tūc non præiudicabit regulariter illi alij, si non fuerit citatus. Fallit, si condemnatio facta de principali esset præambulū executionis fiendæ contra aliū, ad publicam vtilitatē bursæ fiscalis, vt in l.cognitiōe. cum ibi notatis in gl.ff.ad sylla.& no.p Bar.in l.cū filius.in prin.ff.de verb.obl.Fallit etiā in casibus, in quibus sententia facit ius, vt d.l.Pap.§.si ex causa.ff.de inof.testa.& in l.ingenuū.ff.de statu homi.de quo late dixi in c.pen.de re iud. traditur in l.sæpe.ff.de re iud.& sic intelligi debet gl.in d.l.de vno quoq;.quæ videtur velle, ꝙ sufficiat citari illum, de cuius præiudicio principaliter agitur.si tñ alius non citaretur, cuius posset interesse, non videtur sibi præiudicari, per no.in l.j. C. de adul. & diuer.iud.& per Cy.C.qui accu.nō pos.in fin.ad quod vide quæ dixi s.q.j.& quod dicam j.q.xj.¶ Et an tunc, & qñ sufficiat citatio generalis, vel requirat᷑ nominata & specifica. dic vt
11 latius dixi.j.in xxij.principali artic.¶†Septimò quero, quis debeat citari, quando petitur beneficiū vel cōfirmatio electionis, aut institutio præsentati.¶Sol.Inn.in c.de cæte.s.de transac. dicit, ꝙ si quis petat suam electionē cōfirmari, vel præsentationē de ipso factam admitti, debent citari electores, seu illi ad quos spectat electio, vel præsentatio.¶Si verò aliquis vellet se opponere post confirmationē, non sunt tunc vocādi electores vel præsentatores: vt puta, si cōfirmatus petat possessionē beneficij: quia non debet impediri additio possessionis, ex quo est cōfirmatus, vt j.de appel.c.constitus.el ij. nisi opponat᷑ crimē cū infamia, vt in c.accedēs.j.de accus. vel nisi sit facta cōfirmatio, vel institutio, absentibus & nō vocatis illis, qui se volebant opponere, vel sine causæ cognitione, iuxta not.in c. cùm dilecti.s. de elec.& in c.cùm olim.j.de cau.pos.& proprie.de quo plenè per Ioā. And.post Cōpostel.in c.ꝙ sicut.s.de elec. tradit plenè Ioan.de Imo.in c.accedens j.de accusati. & ibi dixi. ¶Si verò quis peteret præbendā à capitulo, & alius possideret, ille esset citandus, vt in c.licet episcopus.de præbendis, lib.vj.¶An aūt si confirmatio fiat non vocatis vocandis, valeat. Inno.in d.c.de cætero.refert opi.de quibus etiam tāgit in dicto.c. cùm dilecti. ¶Et aduerte: quia olim fiebat sine causæ cognitione, & parte non vocata.facit.c.qua fronte.j.de appel.& quod ibi dixi post Ioan.de Imo.& quod notat Inno.in c.cōstitutis.el ij.de appel. & c.cùm olim.j.de do.& contu.vbi dicit, ꝙ fiebāt parte nō citata.hodie verò requirit᷑ citatio.aliās non valeret, vt est text. in c.fi.de elec.lib.vj.dixi in d.c.qua fronte.¶Vtrum aūt, qui al's esset citandus, si est excōmunicatus, debeat citari, Et quid si cōparet, & se opponit, an debeat admitti, late dixi in c.satis j. de sentē.excom.in xix.principali articulo, in v.q.principali, in tertio mēbro principali illius.v.quæstionis.¶Qui aūt sint vocandi in electione celebranda, vide quod traditur in c.licet. & in c. cùm inter vniuersas.& c.corā.s.de elect. & quod traditur in c. quāuis.de offi.ord.lib.vj.& in c.præsentiū.de testi.li.vj.in quibus etiam tractat᷑, qui sint citandi in actibus collegij vel capituli, de quo latè dicam in ti.de his, quæ fiūt à ma.par.capituli.
¶Et aduerte, quia possessor bñficij non est de necessitate citādus, qñ illud confertur: etiā si conferatur à delegato dato ad cōferendū beneficiū: sed ille, cui collatum est beneficiū, nō potest mitti in possessionē illius, non possessore citato.ita dicit Bal.in repet.l.nec quicq;.§.vbi decretū.ff.de offi.procōsul.& leg.col. ij.allegat no.in cle.j.eo.tit.credo ꝙ velit allegare de offi. deleg. vbi glo.magis latè disputat hanc materiā, ponendo varias opiniones.& vide quod ibi latissimè scripsi.s.glos.præallegata. & vide quod traditur in d.c.licet episcopus.de præben.lib.vj.
12 ¶†Octauò quæro, quis sit citandus in executione testamenti, seu vltimæ voluntatis.¶Sol.Bart.in repe.l.alio.ff.de alimen. & ciba.leg.ver.quæro, an hæres sit requirendus. format quæstionem, vtrum quando executores volunt vendere, & pretium venditionis limitare, an hæres sit citandus.& arguit primo, ꝙ non.Sed nolo insistere: quia potius videtur pertinere ad materiam extraiudicialem.Finaliter concludit, ꝙ hæres sit requirendus, siue executores sint assumpti tanquam boni viri, per notata per eum in l.si quis arbitratu.ff.de verb.obli.& in l. theopōpus.ff.de dote prælega.siue habeant liberam potestatē: quo casu, licet hoc sit magis dubium, tamen idem tenet, per l. debito. C.de distrac.pign. & l.j.§.cùm dicitur.ff.si cui plus quàm per l. fal.Item, quia hæredis præsentia posset trahere ipsos executores ad aliam rem vendendam, vel ad vendendum illam maiori pretio.ergo debet heres requiri.argumen.l.sicuti.ff. de arbi. & quia ista potestas importat, vt bona fides adsit.& ille, qui facit clam (quod est facere non requisito eo, qui posset aliquo modo contradicere) videtur facere clam, & etiam mala fide, vt l. clàm possidere.in princi.ff.de acquirenda possessione.& l.prohibere.§.clam.ff.qđ vi aut clam. vnde cū videatur mala fide facere, non valet.Et pro prædicta conclusione, facit tex.in l. legatum.ff.de vsufruc.lega.& ibi ad hoc allegat Bartolus illum tex. ¶Et aduerte, quia quando per testatorem legatur quantitas, & in arbitrium alterius collata est declaratio, in declaranda quantitate hæres debet requiri, per dictam.l.si quis arbitratu.vbi etiā hoc tradit Bartolus.Sed quando testator taxauit quantitatem, & dedit arbitrium circa personas eligendas, vel circa distributionem fiendam inter eos, hæres non est vocandus vt l. nulli.§. cùm autē.C.de episco.& cleric.vbi sufficit, quòd post tempus manifestetur præsidi. Item facit, quia ex illo actu hæres non læditur, secundùm Bartolum in l.j.ff.de legatis secundo. sed Baldus in repe.illius l.in quinta quæstione principali videtur velle contrarium.per no.in l.tertia.§.j.ff.de bonorum possessio. & per Innocent.in capitulo finali de præsumpt.& per gloss.in Clementina prima, de offi.deleg.quia cum hoc possit fieri inuito hærede, fortius eo absente: cùm prædictorum officiū non procedat ab hærede, sed à defuncto.Et si exceditur modus, reducitur ad modum.ff.de vsufru.in l.placuit.& ff. pro socio. in l.vnde si neruæ.Si tamen tales executores, vel commissarij vellent adire iudicem, & facere citari hæredem, non esset malum. per d.l. Theopompus. secundùm Baldum. ¶Sed tu aduerte: quia hæc quæstio aliqualiter pendet ab alia quæstione, vtrum arbitrator teneatur citare partes. de quo late per Bartolum & Docto.in l.si quis arbitratu.ff.de verbo.obliga.& maximè per Ponta.ibi.ego alibi tangam.j.in viij.principali articulo.
13 ¶†Nonò quæro, quis sit citandus in insinuatione, vel exēplatione, vel publicatione instrumenti. ¶Sol.circa insinuationem, Iacobus butriga.disputauit quæstionem, & incipit disputatio, quæritur, an cōtra insinuationem &c. & ibi dicit, ꝙ in insinuatiōe debet citari persona nominata in instrumēto ad obligationem: quia eius dicitur interesse, cui⁹ persona scitur, vel sciri potest per lecturam ipsius instrumenti.argumen.eius, quod dicimus de vitio visibili, & inuisibili.C.de edic. diui Adria. tollē.l. secunda in fine.& ideo tunc debet citari is, cuius interest, vt in l.nam ita diuus.ff.de adoptio. & in aut.si omnes.C. si vt se ab hæredi.abst.et in l.fi.C.de autho.præstā.& in authen.de instrumen.cau.& fide.§.quibus.quod nota.in aut. si quis in aliquo. C.de eden.& in l.gesta.C.de re iudi.& in l.solā.C.de testi.& ff. de administratio.tutorum.l.chirographis.in c.significauit j. de testi.Si verò eorum, quorum interesse posset, nomina non sunt expressa, non est opus citationē fieri ad insinuationē faciendā: sed sufficit fieri generalem proclamationem, quòd si quis velit interesse insinuationi talium instrumentorum, debeat corā tali iudice certo loco & tempore cōparere, ad videndū fieri prędictam

diɛtam inſinuationem.argument.l.ſi eo tempore.C.de remiſ-
ſione pignorum.& l.vt perfectius.C.de anna.excep.& l.ſed ſi
pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtitoria.ad quod vide quod tra-
dit Specu.in titulo de inſtrument.edit.§.oſtenſo.verſicul.qua-
liter autem fiat.& verſicul.quid ſi citatio. ¶ Et ad id quod dixi
de citatione ſpeciali & generali,vide quę latius dixi artic.xxij.
faciũt quę ſtatim dicam de exemplatione.in qua exẽplatione
exigitur citatio omnium quorum intereſt:cùm tractet̃ de ma-
gno pręiudicio,ex eo qa inſtrumẽto exemplato ſub debita for
ma fides adhibetur,vt in c.fi.j.de fide inſtrument.& ibi dixi.fa
cit quod notatur in capit.ſignificauit.& c. Albericus.j.de teſti.
& ibi not.Innocen.& Hoſtien.in capitu.penulti.de confirma.
vti.& in capit.cùm olim.infrà de priuileg.& ibi dixi in primo
notabili.tenent Hoſtien.& docto.in capit.penultimo & fin.j.
de fide inſtrumento.Et tenent Symon Vincen.Goffred. in di-
cto capitu.penultimo.Cynus Bartol.& Bald.& Docto.com-
muniter in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.& Bartol. con-
ſilio clvj.quod incipit:Vita.& Specu.in dicto §.oſtenſo.verſi.
& vt plenius.& ſi tẽdit in præiudiciũ certæ perſonæ debet eſſe
ſpecialis:aliàs ſufficit generalis,vt dicta l.ſi eo tempore.& in di
cta authen.ſi omnes.& per gloſſ. & Innocen.in dicto c.Albe-
ricus.& in dicto capitu.fina.de fide inſtrumentorum . faciunt
quæ notant Doctores in l.decem.ff.de verborum obligatio.&
quod nota.in capitu.fina.de electio.libro vj. & ibi per domi-
num Dominicum poſt Petrum de Anchara . & in l.memine-
rint.C.vnde vi.Ad quod vide omnino limitationem quam po
ſui in capitu. accepimus.j.de priuile.in j.quęſtio. & quod latè
dicam in titulo de fide inſtrumento.vbi etiam dicam quòd eſt
vtile quòd de hoc fiat publicum inſtrumentum.¶ Aduerte ta-
men:quia Spec.in d.ver.& vt hic plenius in fine dicit qđ Vin-
cẽ.in c.fi.de fi.inſtru.& Guid.de Suz.in d.aut.ſi quis in aliquo.
negauit quod pars ſit citanda:qa nõ reperit̃ iure cautũ.& Ioã.
And.ibi dicit in addi.quod prælatus Guido nunquã potuit ad
duci quòd pars de neceſsitate eſſet citanda.& ꝙ ipſe Guido in
in dicta authent.ſi quis in aliquo formabat quæſtionem.Quid
ſi tale inſtrumentũ poſtea producatur cõtra quod aduerſarius
allegat ſe nõ fuiſſe citatum.Item petit originale exhiberi quod
vult probare falſum.primum negat:ad ſecundũ em̃ reſpondet
ſe illud perdidiſſe,dicit ipſe ꝙ non audet conſulere publicatio-
nem non valere,ſed pronũciauit iudex perſonarũ & cauſę qua
litate penſata,inſtrumentum ſeu exemplatum eſſe ſuſpectũ:et
ſic producens carebit illius cõmodo ſeu effectu:niſi illud iuſti-
ficet.C.de proba.l.iubemus.& de fi.inſtr.l.fin.in princ.& C.de
falſis.in l.fi.Cõſuluit tamen vocari eum qui ex ipſa exẽplatiõe
lędi poſſet.quare dicũt ꝙ tutius eſt ꝙ tales citẽtur.ſed cõis opi-
nio eſt,quã s̃.dixi exigat̃ citatio.pro qua faciũt quæ dixi s̃. eo.
articu.q.j.¶ Prędicta tamen limita qñ fit exemplatio propter
vetuſtatẽ.ſecus ſi propter aliam cauſam:ita ꝙ poſsit recurri ad
originale,prout voluit Gui.de Suza.Ad quod vide qđ ſtatim
dicam de publicatione inſtrumentorũ notarij defuncti. ¶ Se-
cundò limitatur ſi modo pars ſit præſens vt poſsit citari. ſecus
ſi abſens.ar.eorũ quæ notãtur in c.qm̃ frequenter.in prin.s̃. vt
lite non cõte.& ibi dixi in quarto artic.fallen.iij.ver.primò re-
quiritur.& ita conſului cõſilio qđ incip.notabilis mercator.
¶ Tertiò limitat̃ niſi exẽplatio fieret iudicis authoritate ex mã
dato Papæ:quia tũc nõ requiritur dicta ſolẽnitas,ſcđm Hoſti.
in c.ij.j.de fideiuſ.per illum tex.licet Inn.ibi ſentiat cõtrarium,
& malè,ſcđm Hoſt.& ſic referẽdo trãſit ibi Io.de Imo.de quo
latius dicã in ti.de fi.inſtru.¶ Similiter etiã ſi petitur inſtrumen
tũ notarij defuncti reqrit̃ citatio illorũ quorũ intereſt, de quo-
rum præiudicio agitur,per d.c.ſignificauit.& c. Albericus . de
teſti.tenet Hoſt.in c.pe.de fi.inſtr.ſed hoc nõ placet ibi do. m.
cũ nõ vertat̃ pręiudiciũ partiũ eo ꝙ põt recurri ad originale,vt
in c.qm̃ cõtra.de proba.facit l.ſi quis ex argentarijs.§.j.& l.qui
dam.§.nihil.ff.de eden.¶ Non obſtant iura in contrarium alle-
gata:qa loquunt̃ in alio caſu vbi verſat̃ maius præiudiciũ, ꝓut
ſtatim dixi de exemplatione & inſinuatione.¶ Ego arbitror di
ci poſſe,vt dixi in d.c.pe.de fi.inſtr.ꝙ in cõmiſsione q̃ fit nota
rio vt poſsit generaliter alterius notarij defuncti notas, ſeu cõ
tractus redigere in publicã formã debeat fieri generalis citatio
vt cõpareant omnes qui ſua putauerũt intereſſe,ſed poſtea in
qualibet redactione ad publicã formã nõ ſit neceſſaria citatio.
¶ Quod tamen vltimum rationabiliter videtur limitandum,
ſi poſsit haberi recurſus ad originale:quia reperiat̃:& ſic ꝓce-
dat opi.do.mei.ſed ſi fortè originale nõ reperiet̃.ſecus eſſet:&
ſi procedat prima opi.qa ſi aliud diceremus,fortè in fraudẽ pu
blicatio poſſet fieri ſub alia forma et ſubſtãtia:& poſtea poſſet
ſubtrahi ad occultatẽ originale,& via fraudib9 eſt reſecãda:nec
debet alicui dolus patrocinari,vt in c.ſedes.de reſcri.& in c.ex
literis.j.de dolo & contu.cũ alijs vulgatis.¶ Conſulerẽ tamen
omnino ante factum ad fugiendas opiniones ꝙ citatio fiat ſpe
cialis et nominata de certis quorũ intereſt:& generalis de incer
tis.ſcđm quod dicã in xxij.princip.artic. ¶ Et vide quod dicã
j.vij.q.ver.xx.procedit.& duobus ſeq.
14 ¶ † Decimò quæro vtrũ iudex qui proceſsit ex officio debeat
citari vt defendat proceſſum ſuũ,de cuius validitate vel inuali
ditate agatur.¶ Sol.gloſ.ſuper verb.coram ſuperiore.in c.cùm
ſpeciali.§.porro.j.de app.diſtinguit ꝙ aut iudex proceſsit ex
officio.& eſt citandus cũ agitur de reuocatione proceſſus ſui
corã ſuperiore ſicut vocaret̃ aduerſarius. ¶ Aut nõ ꝓceſsit ex
officio:& tũc non eſt citandus:quia ius eius nõ lędit̃.ar.ij.q.vj.
c.hoc etiã Inn.verò in c.de cętero.j.de tranſac.tenet ꝙ nõ ſit ci
tandus,licet poſsit comparere ad defendendũ ꝓceſſum ſuũ.et
ſequunt̃ Hoſt.& Ioã.And.facit ij.q.vj.c.hoc quippe.& remit
tit Inno.ad no.in d.§.porro.Idem etiã tenet Io.An.in c.in no-
ſtra.j.de procu.ſuper gl.fi.vbi dicit ꝙ iudex qui tulit ſententiã
vbi actum eſt ordinariè,nõ citabitur de neceſsitate,per not . in
d.c.de cætero.in prin.nõ ad hoc vt ferat teſtimonium de his q̃
acta ſunt corã eo. vel vt ex dictis ipſius iudex inſtruat̃,vt in c.
ij.s̃.de arbi.& in c.cũ dilecti.§.nos verò.s̃.de elect.& j.de accu.
cũ dilecti.§.j.Vbi aũt iudex proceſsit ex officio:citãdus eſt ex
quo petitur ſententia reuocari,vt d.c.cũ ſpeciali.§.porro.& in
c.venerabilibus.de ſentẽ.excommu.lib.vj.¶ Tu verò ex dictis
doctorũ hincinde collectis,diſtingue ꝙ aut iudex proceſsit ex
officio aut ad inſtantiam partium.¶ Primo caſu citãdus eſt, vt
notat glo.in d.§.porro.& domi.Anto.de But.& do.meus ibi.
& ſentit gloſ.in verb.conſtiterit.in c.ſacro.de ſenten. excõmu.
Aut proceſsit inter partes:& ſubdiſtingue ꝙ aut agitur de pœ
na iudici imponẽda,vt ſi elect9 dicat ſe appellaſſe ab epiſcopo
qui ſine legitima cauſa recuſabat eum confirmare: nam ſi man
detur alicui vt inquiſita veritate cõfirmet illum ſi eſt ita , debet
talis noĩatim citari:qa in pœnã ipſius qui recuſauit cõfirmare
mandat̃ alteri,vt cõfirmet.ix.q.iij.c.nũc verò.faciũt q̃ dixi.s̃.e.
arti.q.viij.Et coniũge hoc ad id qđ ibi dixi.Et idẽ quotieſcũq;
agit̃ de præiudicio ipſius iudicis:qa tũc ſemp eſt citãdus:etiã ſi
proceſſerit ad partis inſtantiã,vt etiã no.gl.in d.§.porro.& ſe-
quit̃ ibi Hoſt.do.Anto.Ioã.de Imo.do.meus, & docto.& ibi
dixi poſt eos.& ſentit gl.in d.c.ſacro.j.de ſen.excõ.qa in pręiu
dicium abſentis nihil eſt innouandũ , vt in c.inter quatuor.de
ma.& obe.& in c.j.s̃.de cau.poſſ.& ꝓprie.iij.q.ix.c.caueãt. &
c.oĩa.dixi s̃.eo.arti.q.j.facit ij.q.vj.c.ſi qs erga.& c.ſi qs ab epõ.
¶ Et iſtis caſibus qñ de neceſsitate citãdus eſt iudex ſi nõ citat̃
nõ tenet ꝓceſſus.tradit Fede.cõſi.cciij.Tenẽt do.Ant.do.me9
& Io.de Imo.in d.§.porro.dicã latius j.arti.xxxj.Aut nõ agit̃
principaliter de præiudicio ipſi9 iudicis:& tũc aut quęrit̃ vtrũ
ſit de neceſsitate citãdus:& dicendũ eſt ꝙ nõ poſſet tñ cõpare
re & aſsiſtere ad defendendũ ꝓceſſum ſuũ.& iſto modo ſolue
tur edictũ Inn.Hoſt.& Io.An.in d.c.de cætero.facit qđ habet̃
in c.dilectus.el.j.& ibi do.me9 zaba.& doc.s̃.de reſcri. & ꝑ In
noc.ꝑ c.in noſtra.de ꝓcura.& optimè facit c.venerabilibus.in
prin.de ſen.excõ.li.vj.& ibi Archi.Io.An.& d.Doct.
¶ Poteſt enim aſsiſtere proceſſui ex eo quòd quędam pręſum
ptio oritur cõtra eũ retractatione.facit l.ſi ſuſpecta.ff.de inoff.
teſta.& quod not.in d.c.venerabilibus.¶ Et optimè facit c.ij.
in princip.s̃.de reſcrip.& ibi dixi in primo nota.& quod dixi
s̃.eod.artic.q.j.
15 ¶ † Vndecimò quæro vtrũ debeat citari q ſua putat intereſſe.
¶ Sol.collige ex his q̃ s̃.dicta ſunt s̃.e.ar.q.j.& in ꝓximis præ-
cedentibus quæſtionibus.Si em̃ principaliter agitur de intereſ
ſe illorũ ſi ſunt certi nominatim ſunt citandi:ſi verò incerti, ſuf
ficit citatio generalis.Si verò ad quorum intereſt,ſed non prin
cipaliter:tunc nõ ſunt citandi de neceſsitate:poſſunt tñ citari ſi
ſua putauerint intereſſe ad effectũ,vt ꝓceſſus inter alios geſtus
poſsit illis pręiudicare,vt dixi in d.j.q.facit qđ dicã in ſequẽ.q.
¶ Vide omnino quæ tradidit Bal.in l.j.C.ne fil.pro pa.& Sal.
l.iij.C.ne fil.pro pat.fol.liij.
16 ¶ † Duodecimò quęro qui ſint citandi virtute clauſulę vocatis
vocandis.¶ Solut.gloſſ.j.in c.exhibita.s̃.de iudi.dicit quòd o-
mnes ſunt vocandi quos negotium tangit.s̃.de tempo.ordi.c.ſi
Archiepiſcopus.lxvj.d.c.ſi Archiepiſcopus.viij.q.j.c.licet er
go.ff.de adop.in l.nam ita diuus.ff.de mino l.in cauſę.§. cauſa.
C.de auth.præſtan.in l.fina.¶ Et ſi ſunt certi illi de quorũ præ-
iudicio agitur,ſpecificè ſunt citandi:aliàs ſufficit citare per edi-
ctum generale,vt dixi in præcedenti q.& latius dicã.j.in xxij.
principali artic.¶ Et qualiter debeat procedere iudex qui dat̃
cum dicta clauſula ſcilicet,vocatis vocandis.dixi in d.c.exhibi
ta.in iiij.notabili.
17 ¶ † Tertiodecimò quęro quid ſi mandetur ꝙ citent̃ omnes qui
ſe opponere volunt quis ſit citandus vigore talis mandati.
¶ Sol.dic quòd quandoq; ſuperior mãdat citari omnes qui ſe

volũt opponere:& quorum intereſt.& hoc caſu dicit Innoc.ꝙ
debet ꝓponi edictum, vt quicũq; vult ſe opponere facto,ſup
quo agitur tali die compareat,vt in c.cũ in tua.ĳ.qui ma.accuſa.
poſſ.& quid operetur talis citatio,remittit Ioan.An.ad ea quæ
traduntur in c.fi.de elect.lib.vj.& in d.c.cùm in tua.& dicit In
noc.ꝙ iſte citator poteſt citare:etiam nominatim quos vult ad
opponendum ſe contra factum de quo agitur ſi volũt ſe oppo
nere:& ſi non comparuerint fiet eis præiudicium,vt colligiẗ ex
dicto c.cùm in tua.ſcđm Innocen.in d.c.dilecti.ĳ.de excep.vbi
etiam ſubdit quòd hoc caſu nullum pręciſè citare poteſt,ſed tã
tummodo ſi vult comparere:talis ergo citatio,& longè minus
citatio per edicta nõ arctat aliquẽ,ſed in cuiuſlibet reſidet pote
ſtate ſi voluerit cõparere.& ſibi creditur expedire.de quo Ioã.
An.in d.c.dilecti.remittit ſe ad no.in c.cũ in virtute.de reſcrip.
li.vj.& tranſeunt ibi do.Ant.Ioã.de Imol.& Zab.Ad qđ vide
qđ dicã ĳ.e.arti.q.xxxj.¶Qñq; verò cõmiſsio emanat ſub iſta
forma,videlicet ꝙ ſi citentur omnes qui ſe opponunt electioni
Titĳ,aut ſuper alio ſimili facto,& hoc caſu dic quòd ad citato-
rem pertinet aliqua cognitio. debet ergo citare eos quos Titiꝰ
electus petit citari:& ab eis quęrere vtrùm ſe velint opponere
vel non.Et ſi reſponderint ꝙ velint:tunc citabit eos, ſi dixerint
quôd nolint,ſunt abſoluendi à citatione . pro quo faciunt iura
quæ dicunt ꝙ omnia iudicia ſunt abſolutoria.inſti.de offi. iud.
§.fina.& dicit Hoſtien.quòd pro eis facit:quia nemo de domo
ſua vocari debet.ff.de in ius vo.in l.pleriq;.& l.ſeq.& quod ne
mo pręciſè cogitur ſe defendere,ſed ſatis eſt quòd aduerſarius
mittatur in poſſeſsionem bonorum ipſius:vel alias pœnas pa-
tiatur quæ imponuntur his qui ſe nõ defendunt, ſecundùm ea
quæ traduntur in c.tuæ.ſ.vt lite non conteſtata.Nec obſtat ſe-
cundùm Hoſt.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verbo.oblig.vbi di-
citur ꝙ iudicium redditur in inuitum : quia bene dicitur reddi
in inuitum,ſi ex quo venire recuſat proceditur contra ipſum.
ſecundùm Hoſtien.in c.dilecti.de dolo & contu.¶Sed Innoc.
non placet ibi hæc opinio:quia cùm prędicta clauſula, ſcilicet
Cites omnes qui ſe opponũt &c.intelligẽda ſit de his qui an-
te datam literam citatoriarum ſe oppoſuerunt.& illius cuius ne
gotium agitur interſit vel intereſſe poſsit eos ſe non oppo-
ſuiſſe ſibi non ſunt abſoluendi à citatione.ex quo ſemel ſe op-
poſuerunt non ſatisfaciant de intereſſe quamuis dicant ſe am-
plius nolle opponere,ſecundùm Inno.argu.ff.de interro.act.in
l.de ętate.§.fi.& de cõdi.cau.da.in l.dedit.& l.ſi pecuniã cuius
ſatisfactionis cognitio ac diffinitio nõ eſt citatoris, ſed iudicis.
¶Si ergo citator vult bene & plenè officio ſuo fungi debet ſi-
ne alia inquiſitione interrogatiõis citare illos quos impetrator
ſibi dixerit nominandos.¶Debet tamen impetrator cautus eſ
ſe in nominatione:quia ſi facit citari illum qui ſe nunquàm op-
poſuit,vel cuius non intereſt vt citeẗ:& ſic in nullo eſt ſibi ob-
noxius condemnabitur in expenſis.argu.no.in c.fi.§.j.ſ.de re-
ſcrip.ſecundùm Innocen.in d.c.dilecti. & ſequuntur ibi Ioan.
And.& do.Anto. Zab. & Ioan.de Imol.facit quod ſtatim di-
cam in quæſtione quæ huic ſubiungitur.¶Quare hic ſubiungo
quæſtionẽ vtrũ p tales literas citari poſsint illi qui primò poſt
datam literarũ ſe oppoſuerunt: vel qui non de nouo ſe oppo-
nere volunt.¶Solutio,dicunt quidam quòd ſic:quia illud præ
ſens tẽpus appoſitũ in dictis literis,videlicet dum dicitur qui ſe
opponunt,eſt confuſè intelligendum,vt includat in ſe nõ ſolũ
præteritum,ſed etiam præſens pariter & futurũ.vnde daẗ ver-
ſus:Præſens confuſum,præſentis non tenet vſum.¶Alĳ verò
dicunt ꝙ non poſſunt citari , niſi illi qui ſe ante datam litera-
rum oppoſuerunt,ſecundùm Inno.& hoc videtur verius ſecũ
dũ Hoſt.cõſiderata materia reſcriptorum quę de natura ſua prę
teritum hoc eſt pręcedentia datam literarum reſpicit,& non fu
tura:vnde dicimus inſpiciendam datam literarum,vt legitur et
notatur ſ de reſcrip.c.eam te.§.penult.& c.ad hoc ſumus. & c.
ſignificauit.& c.fi.¶Nec fortè mireris,ſecundùm Innoc.quòd
dictum ſit quo ad nutum impetratoris debent oẽs citari quos
declarauit;& ſic poterũt multi iniuſtè vexari quod videẗ abuſi
uum:quia reſpõdetur.nam ſi papa omnes illos in ſuis literis no
minaſſet.iſte cõmiſſarius omnes citaſſet:& tñ eadem abſurdi-
tas accidere poſſet.videlicet ꝙ multi iniuſtè vexarentur , ſed in
vtroq; caſu ſi hoc appareat, & citatus cõpareat condẽnabitur et
impetrator ad expenſas,vt dictũ eſt.¶Si verò citatus nõ cõpa
reat,nõ ſtatim cõdẽnabiẗ ĩpetrator ad expẽſas vel ad aliud:imò
cõtra ipm ꝑmiſſo iuramẽto calũnię,& cognitione ſummaria,&
nõ aliter,prout iuſtũ fuerit ꝓcedeẗ.tenet Spe.e.ti.§.ſequiẗ vi-
dere.ver.quid de illis.Poteſt etiam dici quòd non citabuntur
omnes illi indiſtinctè & indifferenter qui ab impetratore fue-
runt nominati,ſed attendere debet citator qualitatem perſona-
rum & cauſę:& ſicut delegans moderatur : ita & ipſe delega-
tus moderabitur qualitatem citandi,& numerum citandorum.

argu.no.in c.ſuper literis.§.fi.ſ.de reſcrip.ſcđm Innoc.quia nec
ſemper obediẽdũ eſt.vt patet in eo quod legitur & notatur in
c.ad aures.& in c.dilectus.ſ.de temp.ord.ſcđm Hoſti.& Ioan.
And.in d.c.dilecti.& ſequunẗ cõmuniter doc.ibi. Tradit Spe.
eod.tit.§.ſequitur.ver.item nota ꝙ ipſe.vbi ſubdit,hęc faciunt
cõtra quoſdam delegatos qui ſic ſcribunt aliquibus. Manda-
mus vobis quatenus citetis eos quos talis vobis duxerit nomi
nandos.Ex quo dicit vidiſſe multas vexationes & redemptio-
nes contra quos D.tit.ſanctæ Cecilię presbyter cardinalis in re
gno Frãcię apoſtolicæ ſedis legatus in cõcilio Bituricen.in quo
Specu.aſſerit ſe interfuiſſe per quandã conſtitutionẽ prouidit,
ſed hodie prouiſum eſt per c.cùm in multis.de reſcrip.li.vj.Ad
quod vide quod dicam ĳ.eo.arti.q.xxxj.¶Et de his eſt expedi
ta hæc intrincata q.

18 ¶†Quartodecimò quæro an & quando cõſanguinei amici ſeu
vicini ſint citandi.¶Solu.gloſſ.in c.cauſam.ĳ.de dolo & cõtu-
ma . tenet quòd ad hoc vt poſsit procedi contra abſentem ad
actum præiudicialem:etiam per citationem domi factam citan-
di ſunt amici.& ſequitur ibi Ioan.Andr.& voluit gloſſ.fina.&
Imol.in cap.fina.ĳ.de eo qui mit.in poſſeſſ.cauſa rei ſeruandæ.
& gloſ.in clement.j.de iudi.pro quibus facit l.hoc autem . ff.ex
qui.cau.in poſſeſ.eatur.& l.item ait prætor. cum l.ſequen.ff.ex
quibus cau.maio.Et videtur probari in l.ſi finita.§. Iulianus.ff.
de damno infect.tenet Paul.in cle.cauſam.de electio.allegat di-
ctum Hoſtien.in d.c.fi.de eo qui mit.in poſſeſ.

¶Petrus verò & vltramontani,vt refert Cy.in in l.cùm propo
nas.C.de bonis autho.iudi.poſſ.tenent contrariam ſentẽtiam:
quia hoc non reperitur iure cautum,niſi in caſibus ſpecialibus,
vt in minore:& ſic loquitur d.l.item ait Prętor.cum l.ſeq.ff.ex
quibus cau.ma.& quando agitur de conſeruando iure ſpeciali:
& ſic loquitur d.l.hoc autẽ.¶Loquiẗ eñ in ꝓceſſu de iure ſpe-
ciali : videlicet qñ qs petit reſtitutionẽ aduerſus eũ qui abſens
præſcripſerat contra ipm.vñ allegat ꝙ nõ habuit opportunita
tem conueniendi illum abſentem. ¶ Ad hoc enim ꝙ audiatur,
oportet ꝙ requiſiuerit procuratorem illius vel ſi non dimiſit ꝓ
curatorẽ debuit requiſiuiſſe amicos ſi voluiſſent illum defende
re.ſecus ſi ageretur contra aliquem nõ pro iure ſpeciali,ſed iure
cõmuni.ſcđm Petr.& Cy.& tenet Raynerius in d.l. ergo.ff.ex
qui.cau.ma.¶Glo.tamẽ in l.ĳ.ff.ex qui.cau.in poſſeſ.eaẗ. idem
ſentit etiam in maiore,& etiam quãdo procediẗ de iure cõmu-
ni.& ſic videẗ concordare cũ prima opinione,licet do.Anto.in
d.c.tñ.alleget illã pro cõtraria opi.& malè:qa tenet id qđ dixi
ꝙ tñ ꝓcedit niſi quis primus cõparuiſſet:qa tũc ſi iterũ citatus
nõ cõpareat cũ ſit cõtumax nõ eſt opus reqrere amicos . ſcđm
illã glo.ſcđm quã limitareẗ prima opi.ſi vera eſſet.Bart.verò in
in d.l.hoc aũt.recitat opi.& nihil firmat.de quo etiã per eum in
l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec. vbi ſentit ꝙ debent citari
amici per edictũ generale,ex quo multitudo vocaẗ ad cãm:ar.
d.l.hoc autẽ.Nec eſt neceſſe,licet glo.ibi vacillet,ꝙ voceñẗ ami
ci habitantes extra ciuitatem in qua iudiciũ agitur:& ſic reſidet
do.Ant.in d.c.cauſam.& hanc opi.dicit Ioã.de Imo.eſſe com-
munem opi.antiquorũ.ita dicit in c.fi.ĳ.de eo qui mit.in poſſ.
Sed in d.c cauſam.dicit totum eſſe ſeruare opinionem gloſſ.&
Inno.putat tñ ꝙ de iuris rigore talis cõſanguineorũ & amico-
rum citatio nõ requiraẗ.pro qua opi.facit tex.in d.c.cãm. & in
cle.cauſam.de elect.& in c.fi.de dolo & cõtu.& l. iiĳ.§.prætor.
ff.de dam.infec.in quibus iuribus vel diciẗ de citatiõe amicorũ.
vñ dicit ipſe ſequendo opinionẽ vltramõtanorũ ꝙ iura cõtra-
ria ſeruentur in caſibus ſuis,videlicet in proceſſu fiendo contra
minorem,vt dixi ſ.ſecundùm Hen.¶Et idem dicit ſi fieret cõ
tra eccleſiam vel aliam perſonam priuilegiatam.argu. l.ĳ.C.de
iur.reipublicæ.lib.vj.& d.l.ergo.ff.ex quib.cau.ma.faciũt quæ
dixi in cle.j.de reſcrip.& in cle.de iudi.& per Inno.in c.cũ ve-
nerabilis.de reli.domi.& eodem modo reſpõdetur ad l.aut qui
aliter.§.& ſi fortè.ff.qđ vi aut clam.vbi fit mentio de iſta requi
ſitione amicorũ:qa ſeruãda eſt in caſu ſuo.& idem etiã vult Io.
de Imo.in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de dã.infec.¶Et Domi.m.in
d.c.cùm cauſam.qui ſubdit ꝙ in caſibus in quibus fieri debet
citatio cõſanguineorũ & amicorũ iſta erit practica,vt fiat edi-
ctum generale ꝙ ſi quis conſanguineorũ vel amicorũ vult de-
fendere compareat:nec eſt opus ꝙ requiranẗ extra prouinciã,
ſeu ciuitatem:qa ſic eſſet ꝓceſſus in infinitũ,vt not.gl.& Bart.
in d.l.hoc autem.¶Aduerte tamẽ : quia Specu.eo.titu.§.ſuper
verſi.ſed nunquid conſanguinei.primò arguit ꝙ non ſint vo-
candi extra ꝓuinciã:qa ibi debet iudex percipere,vbi res agi-
tur ff.de rebus eorum.l.magis.§.illic.¶Et quia illi non ſunt de
iuriſdictione.ar.l.fi.ff.de iuriſ.om.iudi.& l.cùm vnus. §.is.ff.de
bonis auth.iudi.poſ.& quia per hoc cauſa differetur,quod eſſe
non debet.ff.de procu.l.ſed & hæ.§.non ſolũ.& ĳ.de dolo &
contuma.c.fina.

Deinde

¶Deinde subdit, quòd omnes consanguinei sunt vocandi, vbicunque sint. & hanc approbat: qa eam tenuit glos. & Iac. balduini. ¶Mouetur: quia tex. dicit, omnes vocãdos, quos verisimile sit defensionem non omissuros. ¶Subdit etiam Specu. secundùm prædictos, & Io. de Deo nullum debere proprio nomine citari: sed sufficit edictum proponi, q quicunque voluerit defendere, veniat & defendat. ff. de institoria in l. sed & si pupillus. §. p scribere. & in c. j. de postu. Præla. versus principium. & in c. fi. j. de dol. & contu. Et sic obseruatur Bononiæ secundũ Specul. ¶Sed hæc conclusio Specu. videtur repugnare opinioni suæ, ex quo citatio fit generaliter. ¶Mihi plus placet opi. Petri & Cy. & Domini mei: quia etiã vbi agitur: agitur contra pupillũ, si pupillus habet tutorem, nõ est necessaria dicta citatio consanguineorum et amicorum. vt. d. l. hoc autem. §. j. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. Et istã opi. et tenet Io. An. in addi. Spe. in ti. de primo decreto. §. sequitur circa principiũ. & tenet Bal. in auten. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. qui dicit, q ita debet intelligi gloss. in d. c. causam. vt quod ibi dicitur de amicis citandis, locum habeat quando proceditur contra minorem, vel absentem, ex probabili vel necessaria absentia. & de absentia cõstet iudici. ¶Sed propter vitandas opi. consulerem quòd ante factum fiat dicta citatio, vt etiam dicit. Ioan. de Imo. j. de eo, qui mit. in pos. vbi dicit, quòd tutius est in practica seruare opi. gloss. facit etiam secundùm Dominum meum: quia absens ex quo se voluntariè absentauit & non dimisit procuratorem, videtur in culpa: & ideò non debet seruari hæc æquitas consanguineorum & amicorum citandorum: quia negligentibus nõ subuenitur, vt in c. vigilantem. j. de pscript. & in l. nec enim. ff. ex quibus cau ma. facit quod not. Bal. in aut. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. vbi dicit q si absens põt notari de culpa amici nõ sunt citãdi. & subdit, q etiã in criminalibus nõ sunt citãdi. in quibus amici nõ possunt defendere absentẽ. Et sic habes expeditam notabiliter hanc quæstionem.

19 ¶†Quintodecimò quæro, vtrum absens extra territorium sit citandus. ¶Sol. glo. iij. in capitulo fi. s. de ma. & obe. tenet, q in actibus vniuersitatis absentes nõ sint citãdi, p qua vr facere tex. in d. c. fi. & hoc etiam tenet glo. quę reputatur singularis in verbo, ipsorum in c. pręsentium. de testi. li. vj. quę dicit, regulariter absentes non esse vocandos: nisi aliud habeat consuetudo. ¶Fallit tamen in tribus casibus, videlicet, in electionibus fiendis, in receptione canonicorũ, & in cessatione à diuinis. per ea, quę habetur in c. coram. de elec. & in capitulo, quamuis. de offi. ordi. lib. vj. & in capitulo, cũ in ecclesijs. de preben. lib. vj. Sed domi. Anto. in d. c. fi. dicit quòd in negotijs arduis, absentes semper viderentur vocandi, nisi ius aliud disponat. secus in nõ arduis. & sic dicit voluisse Inno. in c. ij. de oper. no. nun.

¶Sed dicit Ioan. de Imol. in d. c. fi. quòd tutior est opi. glo. per ea, quę habentur x. q. ij. c. hoc ius porrectum. vbi etiã in alienationibus rerum ecclesiarum, licet negotium de se sit arduũ: nec fieri debeat sine magna solẽnitate. de qua. xij. q. ij. in summa. & c. sine exceptione. & in authẽ. hoc ius porrectũ. C. de sacrosanctis ecclesijs. non tamen est necesse vocari absentes, cuius contrarium deberet esse, attenta regula Innocen. & domini Anto. ¶Nec videtur posse reddi vera specialitas, ratio quare ibi non vocentur, & in alijs arduis debeat vocari. & ideo tutius est tenere gl. quę etiam communiter tenetur, secundùm Ioan. de Imo. in d. c. fin. de ma. & obe. ¶Sed Dominus meus ibi tenet opin. domini Anto. pro qua facit, quia in tribus casibus prędictis assignatis per glo. in d. c. præsentium. nõ videtur posse assignari alia ratio, quare absentes in illis sint vocandi, non quia sunt ardui. igitur &c. & ita etiã notat dominus Ant. in c. licet de euitãda. s. de elec. & in d. c. ij. de ope. no. nũ. Nec ob. c. fi. qd ma. & ob. vbi agebatur de negotio magno & arduo: quia in illud procedit propter mandatũ Papæ, qui expressit presentes tantũ vocari & nõ absentes. pro quo. d. facit gl. in c. j. de his, quę fiunt à maio. parte cap. quæ vult quòd in statutis condendis sint vocandi absentes. & idem gl. in c. cùm omnes. de consti. ¶Sed tu aduerte, quia idem dominus Ant. in c. j. j. de his quæ fiunt à præla. volens cõcordare opin. distinguit, quòd aut loquimur in actibus grauis præiudicij, & regula sit quòd exigatur vocatio absentium: nõ in casibus, in quibus in iure aliter reperitur expressum vt in c. apostolica. de his quę fiunt à præla. ¶Aut loquimur in leuibus, & regula sit per contrarium, quòd non requiratur citatio absentium, nõ vbi aliter reperiatur in iure expressum. Quæ cõsideratio fuit satis notabilis & subtilis. & de hac materia tangit etiam Dominus Anto. in c. licet. & c. cũ inter vniuersas. s. de elec. ¶Sed tu aduerte, qa ista materia potius pertinet ad act9 extraiudiciales, de quibus nõ est intentionis nostrę tractare, vt diximus in princi. materię nostrę. Quia tamẽ articulus est multùm quotidianus & intricatus, ideò ad hoc, vt ipsum articulum expediamus quo ad actus iudiciales & extraiudiciales. distingue quòd aut loquimur in actibus extraiudicialibus, aut in iudicialibus. primo casu quæstio nostra & dubitatio contingit, vt plurimum respectu vniuersitatum & eorũ quę collegialiter aut capitulariter fieri dicuntur: quoniã in actibus quæ fiunt à singularibus personis vix videtur posse procedere quæstio. distingue igitur q aut loquimur de iure canonico in vniuersitate ecclesiastica, aut de iure ciuili in vniuersitate seculari.

20 ¶†Primo casu pono regulam quòd absentes regulariter non sunt vocandi: qa si speciale est in aliquibus casibus quòd sint vocandi: ergo regula est in contrarium, vt in l. j. in fi. ff. ad munici. cum similibus. & ita procedat opi. glo. & Inn. tenet glo. x. q. ij. c. hoc ius porrectum. & glo. super verbo, prout. in c. quãuis. de offic. ordin. libro vj. sentit gloss. super verb. totius. in d. c. si apostolica. de his quę fiunt à præla. & Host. in sum. in ti. de his quę fiunt à maio. parte capit. §. ij. ¶Prędicta tamen regula fallit in pluribus casibus.

¶Primò fallit in actu electionis, vt no. glo. in c. pręsentiũ. de testi. li. vj. & gl. in c. licet. et in c. cùm inter vniuersas. & in c. corã. s. de elec. de qua materia latius dicam in titu. de elect.

¶Secundò fallit in receptione canonicorum, vt not. glo. in d. c. præsentium.

¶Tertiò fallit in cessationibus à diuinis, vt no. glo. prædicta. & est tex. in c. quis. de offi. ordi. libr. vj.

¶Quartò fallit si consuetudo habet q absentes sint vocandi. in hoc enim statur cõsuetudini, vt no. gloss. in d. c. quamuis. & pbatur ibi in tex.

¶Quintò fallit in facienda constitutione seu statuto tendente ad singulare præiudicium absentiũ: quia tunc etiã absentes sunt vocandi, vt sentit glo. pen. in c. j. de his quæ fiunt à maio. parte capi. Quinimo videtur posse cõcludi, q tunc requiratur consensus omniũ. de quo in seq. fallen.

¶Sextò fallit etiam iudicio meo in omnibus casibus in quibus tractaretur de singulari pręiudicio ipsorum absentium, per ea quæ statim dixi in præcedẽti fallen. ¶Quinimo arbitror scdm glo. in d. c. j. q consensus omnium requireretur: nec sufficeret consensus maioris partis. de qua materia traditur in c. omnes. s. de cõsti. & in regula, quod omnes tangit. de regu. iur. lib. vj. & in l. qd maior. ff. ad municip.

¶Septimò fallit in casibus in quibus per formam statuti absentes essent vocandi: qa si hoc potest cõsuetudo, vt dixi in quarta fallentia, fortius videtur hoc fieri posse per statutũ. facit qd no. in c. cùm nobis olim. & in c. cũ inter vniuersas. s. de elec. Qd indubitanter pcedit in vniuersitatibus secularibus, vt statim dicam, sed in ecclesiasticis non videtur hoc procedere respectu casuũ, in quibus canones expressè disponerent actus posse celebrari nõ vocatis absentibus: qa licet inferiores ecclesiæ possint inducere consuetudinem cõtra positiuã constitutionẽ superioris: nõ tñ possunt statutũ cõdere, vt traditur in c. quod super his. j. de ma. & obe. & per Io. An. in c. fi. de offi. Arch. & xxij. q. v. institutũ. & ibi per Arch. & in c. pe. de appel. lib. vj. in quibus dicitur q episcopus etiã in synodo nõ potest statuere cõtra canones, tetigi in cle. ij. de elect. & latius tractabo in ti. de cõsti. & in ti. de cõsue. ¶Arbitror tñ posse attẽtari q stante dubietate propter prædictas opiniones respectu eorum quæ ardua sunt q statutum vniuersitatis ecclesiasticę disponẽs q in causis arduis requirendi sint absentes, valeret, p no. p gl. in regula, q contra iura. de regu. iur. lib. vj. & eorum quæ nota. Barto. in gloss. super verb. per edictum. in extrauaganti ad reprimendum. & quæ latè dixi in c. j. de ope. noui nun. ¶Intellige tamen vbi aliàs canones cõtrarium clarè non disponerent. ¶Si verò loquimur de iure ciuili. Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. dicit q nõ sunt vocandi. sed sufficit q actus fiat in loco in quo fieri cõsueuit per vocationem generalem: vel sonum campanę: non autem requiritur aliter vocatio absentium, per not. in l. nominationũ. C. de decurio. lib. vj.

¶Vult tamẽ q semper ad minus debẽt esse duæ partes presentes. de quo latius dicã in ti. de his quę fiunt à maio. parte capitu.

¶Videtur tñ q in actu electionis fiendæ etiã per vniuersitatẽ secularẽ sint vocãdi absentes: cũ de iure ciuili nõ reperiatur cõtrarium dispositũ. per id qd habetur in d. c. j. de ope. no. nũ. & id qd statim dixi scdm Bar. in glo. super verb. per edictũ. & ad d. l. nominationum. potest dici q tũc sufficit duas partes esse presentes quando vocandi essent absentes, secundũ Ioan. de Imol. in d. c. j. de his quę fiunt à maio. par. capi. ¶Et eodem modo idem videtur dicẽdum de alijs casibus specialiter dispositis à iure canonico. de quibus suprà dixi in quibus ius ciuile expressè nõ disponeret in cõtrarium. Et intellige de conuenientibus vniuersitatis secularis: qd tamen pro nunc aliter non firmo. ¶Secundo casu principali cũ loquimur de actibus iudicialibus, dicendũ est

ꝙ citatio est necessaria, per l. nam ita diuus. ff. de adop. & per ea quæ latius dixi §. eo. articulo. q. j. ¶ Sed istius q. vis stat respectu formæ & loci citandi, vtrum sufficiat absentem citari ad domũ & ad quam. de quo dicetur j. articulo xvij. q. ix. Et an sit necessarium facere executionem, vtrũ dimiserit procuratorẽ: & citare ipsum procuratorem. de quo latè dixi §. eo. articulo. q. iiij. ¶ An verò debeat, vel possit fieri cõmissiò citationis alteri iudici existenti extra territorium. de quo dicetur infrà articu. xvij. q. viij. Vel etiam mittere nuncium extra territorium. de quo aliquid tetigi in c. fin. §. de foro compe. super glo. iij. in materia domicilij in vij. quæstione principali, versic. tertius effectus. ¶ Statuta tamen cõmuniter prouident circa citationes absentium, & illa seruanda sunt.

21 ¶ † Decimosextò quæro vtrũ præsens in iudicio sit citandus. ¶ Solutio. Vgutio v. q. ij. c. vocatio. tenuit ꝙ necessaria esset citatio: & ꝙ præsens in iudicio nõ teneretur respondere, cùm non præcesserit citatio, nec ad hoc venerit. Qđ etiã videt̃ ꝓbari secũdũ Archi. per l. ij. in fi. ff. de cõdi. & demõ. & ff. de iud. in l. ij. §. legatis. vbi tex. dicit quoniã ob aliã cãm venit &c. sed oportet secundũ quosdã eũ ꝓmittere ꝙ certa die respõdebit. ar. de l. ij. §. sed si dubitet̃. Et sic dicit Archi. in d. c. vocatio. se vidisse seruare in curia Romana. Et idẽ etiã tenuit Vincẽ. in c. j. §. de iudi. ꝑ illũ tex. ¶ Spe. verò in tit. de lib. obl. §. sequit̃. ver. itẽ dicũt quidã. dicit ꝙ licet reus à casu venit corã iudice nulla citatione p̃missa potest tñ ei offerri libellꝰ: qa vbi te inuenero &c. ij. q. j. in primis. & aut̃. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. duntamen sibi concedatur libera potestas proponẽdi dilatorias, tam fori q̃ aliàs. iij. q. vj. c. exceptio. de re iudi. c. inter monasteriũ. & tempus ad deliberandũ, vt in aut̃. offerat̃. C. de lit. contesta. ¶ Io. And. in c. fi. de elect. lib. vj. dicit ꝙ in ꝓcessũ & sñia satis est partẽ esse præsentem absq; eo ꝙ procedat citatio. ¶ Ad primũ allegat c. qualiter. ij. §. debet. j. de accu. ¶ Ad secundũ allegat ff. de re iudi. l. de vnoquoq;. in quibus nihil dicit̃ de citatione, sed solũ de præsentia. & bene facit C. quomodo & qñ iud. in quarta. & in l. si proponis. ij. ¶ Vbi à cõtrario colligit̃ ꝙ si citata fuit pars ad certũ locum, & iudex in alio loco procedat, tenet processus præsente parte. ¶ Mouet̃ etiam, qa cũ effectus citationis sit vt citatus veniat: ex quo præsens est cessat citandi necessitas. facit ff. de libe. agno. l. §. fina. scđm Ioan. Andr. in d. c. fina. & sequitur ibi Petr. de Ancha. & post eum do. Domi. dicens ꝙ si citandus venit ad iudicium absq; citatione, & respondet actui, valet actus. Et idẽ tenet Gul. de Cu. & Barto. in l. j. ff. de in ius vocan. & in l. prolatam. C. de sen. & dicit Pet. ꝙ hoc est singulare dictum. & etiam sequitur Lapus in dicto c. fina. tenet dominus meus in c. ecclesia. de consti. in glo. super ver. nulla. & dominus Antonius c. j. de iudi. ¶ Bald. in rubrica C. de in ius vocan. dicit ꝙ iudiciũ potest incipere à partis præsentia, sicut à citatione, secundùm Gulel. in l. j. ff. de in ius vocan. ¶ Sed ipse allegat gloss. ordi. l. si. §. illud. C. de tempo. appel. & est dictum Ioan. And. in d. c. fina. de electio. lib. vj. ¶ Idem Bald. in l. ij. C. quomodo & quãdo iudex. reiterata opin. Archid. dicit considerari oportet quòd dilationes habent diuersa nomina: & hoc ex proprio fine. nam finis expectatiuarum dilationũ est solũ ad cõparendũ: & tunc præsens non est expectandus. ¶ Finis autẽ probatoriarum est pro batio: & tunc præsens est expectandus. C. de testi. in l. si quãdo. vnde expectatoria solùm est necessaria ꝓpter causæ vlteriorẽ cognitionem. ¶ Et idem quasi sentit Bar. in l. cùm fratrem. C. de his quibus vt indig. ¶ Tradit etiam in l. mutus. §. his. ff. de ꝓcurat. qui dicit quòd citatio non est necessaria quando quis est præsens in iudicio: quia paria sunt esse præsentem & citatum. per d. l. de vnoquoq;. & idem etiam sentit in c. j. de milite vasal. qui contumax est. in fin. ij. q. Angel. verò in l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. dicit ꝙ si partes sunt præsentes, licet nulla præcesserit citatio ad sententiam audiendam tenet sententia: & quod stultus est iudex qui facit citari partes quando sunt præsentes. alleg. l. ij. C. quomodo & quando iudex. & l. etiam. §. fin. ff. de mino. & l. properandum. §. j. C. de iud. & Io. An. in addi. Spe. de sentẽ. §. vt autem. ver. & nota. pro quo dicto facit quod dixi j. artic. xx. q. iiij. in fine. vbi vide. Sed dicit Ioan. de Imol. quòd imò non est stultum: imò est cautum citare vel monere ad sententiam audiendam, vt no. Io. An. d. ver. & nota. imò tñ est necessaria si altera pars noluit ibi stare, per not. per Barto. in l. j. ff. de in ius vocan. & l. furioso. ff. de re iudic. subdit tamẽ Ioan. de Imol. quòd forte de iure sufficeret partẽ esse præsentẽ, ꝑ d. l. de vnoquoq;. & per d. l. etiam. & quod not. per Ioã. And. in c. fi. de elect. li. vj. ¶ Bald. etiã in l. j. ff. de fri. dicit ꝙ inter præsentes citatio non est necessaria. vnde dicit ꝙ licet citatio sit nulla: tñ valet processus inter præsentes, licet ergo non valeat citatio, valeat comparitio, & processus qui inde fit. no. Bal. ibi per illum tex.

22 ¶ † Sed tu conclude quòd præsens tenetur respõdere, vel terminum petere ad deliberandũ aut ad probãdum, vel quid simile faciendum, nec ad hoc necessaria est noua citatio: quia finis citationis est comparitio, videlicet vt quis se præsentet: & ideo præsens non est citandus. Ita procedat opinio Spec. Ioannis Andreæ & sequacium. & notat etiam Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt.

¶ Etenim quę sunt ad finem cessant adepto fine, vt in cap. euidentia. j. de accusa. & idem etiam tenet Bald. in authẽ. si omnes. C. si vt se ab hære. abst. & dominus meus in cap. inter quatuor. suprà de maio. & obed. & in capit. cùm in iure. suprà de officio delega. & Gulel. & Bald. in l. j. ff. si quis cautio. ¶ Et sic patet ꝙ præsens non potest dicere, cites me si vis quòd tibi respondeã, sed bene potest petere terminum ad respondendum, vt dicit Bald. post Gul. in dicta l. j. in fin. quæstionis. ¶ Ad quod etiam vide quod dixi in cap. ij. §. de libel. obla. articu. xiiij. versic. septima conclusio.

23 ¶ † Et ex prædictis infertur quòd si citatus per citationem nullam: quia sit facta nõ ritè, vel debita forma non seruata comparuit: & moneatur à iudice quòd respondeat, ꝙ tenetur respondere, vt not. Innocen. in simili. in c. cùm causa. §. de officio delega. licet Hostien. teneat contrarium, sed dicit ibi domi. meus, & ibi etiam dixi post eum ꝙ vigore citationis nullæ non cogitur respõdere, sed ex quo est præsens: ex noua citatione seu monitione à iudice facta tenetur respondere: vnde licet citatio absq; peremptorio nõ validet processum in casibus in quibus requiritur peremptorium. de quibus dicam articulo xxvij. tamen validat processum si pars per illam cõpareat ex quo præsens est, vt d. c. cùm causa. tenet gloss. xxiiij. questio. iij. c. de illicita. facit c. consuluit. de offi. dele. no. Pe. de Anch. in repet. c. in presentia. in j. not. dicens per illum tex. ꝙ de præsente nõ est necessaria citatio. Sed monitio cõstituit inobedientem in vera contumacia, per c. consuluit. de offi. deleg.

¶ Et no. circa prædicta ꝙ si aliquis cõpareret in termino præsumeretur citatus, & non fortuito venisse, vt no. Arch. lxxxij. d. c. proposuisti. & Bal. in l. ij. C. quõ & quãdo iud. de quo latius dicam j. artic. xxx.

¶ Item aduerte: quia prædicta videnẽt̃ procedere secundũ Bar. in l. j. ff. de in ius vocan. quando præsens responderet.

¶ Ad quod etiam vide quod dixi j. xxvij. prin. arti. q. x. secus si nollet respondere: quia inuitus non cõpellitur respondere, sed est necessaria citatio. sic dicit intelligendum. §. fi. insti. de pœna teme. liti. & l. ea quę. C. quomodo & qñ iud. ¶ Quod ego arbitror procedere si modo iudex vellet cõpellere inuitũ ad respondendũ: qa ex tẽpore nõ cogit̃ respõdere, nec iudiciũ suscipere, sed sicut si fuisset citatus habuisset debitam dilationem, vnà cũ citatione, vt not. Bald. in l. ij. C. quomodo & quando iudex. et Cy. repetiţ. l. dies festos. C. de fer. de quo latius dicam j. articulo xx. Ita nec nunc cogitur statim iudicium suscipere & rñdere, sed põt sibi statui terminus ad respondendũ. ¶ Et ideo si postea ipse cui statutus esset terminus cõpareret & opponeret exceptiones declinatorias dilatorias, & similes: & similiter opponeret de citatione nõ legitimè facta, talis oppositio respectu citationis illegitimę nõ releuaret. & si iudex pronũciaret ꝓcedẽdũ ad vlteriora saluis exceptionibus, vel forma statuti: exceptiões reseruarent̃ in fine causę: nõ intelligeret̃ reseruata exceptio non factæ vel inualidę citationis ex quo semel fuit præsens & recepit debitas dilationes ad suas defensiones. ¶ Et ita cõtingit superioribus diebus in quæstiõe facti in qua sic bis fuit iudicatũ. ¶ Quod tamen dixi ꝙ statuendus esset terminus. Verum est si non comparuit instructus: quia si non daretur sibi iste terminus meritò posset declinare tale mandatũ sibi ex improuiso factũ. Nec posset cõpelli respondere, & si cõpelleretur posset appellare, per no. per Io. An. in c. j. §. de iud. & ita procedat dictũ Bar. in. d. l. j. ff. de in ius voc. secus si esset instructus, ita no. Bal. in c. j. de mili. vasal. qui cõtu. est. in ver. itẽ an ille. col. vj. Et prędicta notabilis: quia quotidie contingunt in practica.

24 ¶ † Decimoseptimò quęro: qa in præcedentibus quæstionibus vidimus an quis debeat citari, vnde quęro nunc quis possit citari. ¶ Sol. in primis pono aliã regulam, videlicet, ꝙ quilibet contra quem dirigitur petitio, seu cuius petitur generaliter vel specialiter interesse põt citati: nisi aliquo speciali priuilegio defendatur: vnde si sunt aliquę personæ priuilegiatę prout sunt quæ in ius vocari non possunt, de quibus statim subijciemus in fallẽtijs: ergo stat regula in contrariũ, vt l. j. in fi. ff. ad municip. & qa hoc edictum est prohibitorum, vt l. j. & ij. per totũ. ff. de in ius voc. sicut in simili dicimus de testibus, testamẽtis, accusationibꝰ & similibus. prędicta tñ regula fallit in pluribus personis quæ speciali priuilegio nõ possunt vocari.

25 ¶ † Primò fallit in Cõsule, Præfecto Prætore, ac etiã ceteris magistratibus qui imperiũ habẽt: & q iubere cohercere, & in carcerem

cerem duci facere possunt, vt l.ij.in prin.ff.de in ius voca.tenet Specu.eo.titu.§.contra versicu.item nō valet.facit.ij.q.j.c.pxi betur.tenet Specu.in titu.de reo.versicu.item consul.& prætor. ¶Maiores ergo magistratus non possunt in ius vocari. Quod procedit:non solùm in citatione reali, sed etiā in verbali, scilicet si citarentur vt eo tempore quo gerunt magistratum cōpareāt in iudicio.secus si citarentur verbaliter vt finito officio compareant:qa possent citari per ea quæ tradunt in d.l.ij.de in ius vocan.iuncta.l.pars literarum.ff.de iudi.& l.in tempus.ff.de hære. instituen. Et quod nota.in l.fin.C.de fer.& in l.j.§.nunciatio.ff. de oper.noui nuncia.& per Bartol.in d.l.ij.ff.de in ius vocan. Ad quod vide quod dicam infrà xix.& xx.articulo.facit quod dicam in seque.fallentia.¶Et ex hoc quòd maiores magistratus non possunt durante officio conueniri.infert Ang.in d.l.pars literarum.quòd si Potestas vel Officialis faceret præconizari q quicunq; ab eo vel à familiaribus suis debet aliqd habere cōparat coram eo intra certum terminum, aliàs non audietur, quòd per hoc non præiudicabitur creditoribus, cùm ipse non possit conueniri.nec sit iudex familię suę, vt in d.l.pars literarum.in l. qui iurisdictione.ff.de iurisd.om.iudi.¶Et prędicta procedunt quando magistratus esset temporalis.secus autem si esset perpetuus:quia tunc posset citari, & tenetur mittere procuratorē, vt l.penul.C.de procura.v.q.iij.c.si.& hoc ne pereat ius aduersario in temporalibus:ergo magistratibus & dignitatibus procedit.l.ij.& iij.ff.de in ius voc.& l.pars literarū.ff.de iud.ita dicit Io.de Imo.in l.quoties.ff.de reiud.& in c.querelā.de procura.& l.nec magistratus.ff.de iniurijs.

26 ¶†Secundò fallit in episcopo dum sacra facit.text.est in d.l.ij. ff.de in ius voc.tenet Specu.eodem titu.§.contra versi.item nō valet.& in tit.de reo.versi.item episcopus.Et idem dicit glo.in d.l.ij.de quolibet clerico dum sacris instat. facit l.omnes.C.de epis.& cler.Quod tamē limita si citarent dum sacris incumbūt vt tunc compareat.secus si citarentur vt compareant finito officio seu finitis sacris.scdm glo.& Bar.in d.l.ij.¶Et adde quod statim dicam in fallentia xiij.

27 ¶†Tertiò fallit in iudice qui dum de causa cognoscit in ius citari non potest, vt d.l.ij.

28 ¶† Quartò fallit in eo qui cum equo publico in causa publica transuehitur, vt d.l.ij.& gloss.ibi exponit, hoc est in præcone. vnde ille qui vadit præconizando nō potest citari in ius:& idē dicit ibi Barto.vbi dicit quòd fecit liberari quendā præconem qui fuit captus dum iret præconizando super equo per ciuitatem:quia non potest in ius vocari.quod intellige quòd nec realiter, nec verbaliter pōt citari, vt cōpareat tempore nunciatiōis seu banni.sed banno & nunciatione finita potest per ea quæ dixi in præcedentibus fallentijs.

29 ¶†Quintò fallit in eo qui vxorē ducit qui citari nō potest, vt d.l.ij.quod intelligit ibi gl.& Bar.dum ducit vxorē.faciūt quæ dixi in pręcedentibus fallentijs

30 ¶†Sextò fallit in ea quę nubit seu quæ ducitur ad spōsum, quę similiter citari non potest, vt d.l.ij.quod tū intellige vt dixi in præcedentibus fallentijs.

31 ¶†Sptimò fallit in eo qui apud prætorem causam agit, scilicet dum agit causam.vt d.l.ij.ff.de in ius voc.quod intelligit ibi gl. nisi vocetur ad maius tribunal.de quo in l.contra pupillum.§. is qui ad maius.ff. de re iudicata. facit quod dicam in sequent. fallen.

32 ¶†Octauò fallit in eo qui vocatur ad maius tribunal:quia interea nō potest citari ad minus tribunal.facit quod dixi in præcedenti fallentia.tenet Specu.eo.ti.§.contra.versi.item non valet.¶Ad quod vide quod dixi j.arti.xxxj.versicu.quartus effectus.

33 ¶†Nonò fallit in eo qui funus ducit familiare, vt d.l.ij.& dicit ibi glo.q nec ipse nec aliquis de familia sua potest in ius vocari vsq; ad nouem dies, vt in au.vt cùm de appel.cog.§.pen.Et subdit glo.q familiare funus dicitur, siue sit de genere suo, siue de seruis siue de seruitoribus.per l.pronunciatio.§.communi.ff. de verb.signifi.

¶Vnum tū hic incidenter nolo omittere circa errorē illius gl. quem errorem etiam cōmuniter omnes sequunt in eo qd dicit seruitoribus:quia verbum illud apud latinos non reperit, cū secundū rectam grammaticam nō reperiatur seruitum:nisi dicas q illud non sit nomen verbale, sed iuxta vulgare.

34 ¶†Decimò fallit in eo qui obsequia mortuo facit hoc est in eo qui lauat cadauer, vel quid simile facit mortuo, vt d.l.ij.in fine iuncta gloss.secundū vnam lecturam in eo qui facit busta, hoc est & cōbustiones.Comburentes enim cadauera rogo vt cinis conseruetur, vt olim fiebat, & traditur in l.pro hęrede. §.j.ff.de acqui.hære.tales citari non possunt.Quod tū intellige dum prędictis officijs incumbunt.

¶Vndecimò fallit in illis qui cadauer prosequunt, scilicet familiare, vt d.l.ij.iūcta gl.ff.de in ius voc.& declara vt dixi in pręcedenti fallen.

35 ¶†Duodecimò fallit regula realis citationis in doctore qui pro causa ciuili non potest realiter citari, hoc est non potest capi, vt no.glo.& Bar.in l.medico.C.de profes.& medicis.lib.x.vbi gl. nota.q iudex qui doctores realiter citat pro causa ciuili, capite punitur:& ibi etiam dicit Bal.quòd nec potest perquiri à familia officialis, vtrū habeat arma.Et q doctor non possit realiter citari, tenet Bar.in quodam tractatu de carceribus.

¶Sed tamen licet ille tractatus attribuatur Barto.mihi videtur quòd nullo modo sit Bartol.¶Sed aduerte quia Bartol.in dicta l.medicos.dicit quòd hoc est verum in doctore qui actu legit in studijs approbatis:aliàs secus.¶Et idem etiam tenet ibi Ioan.de Pla.pro quo dicto allego l.si duas.quasi per totum ff. de excu.tuto.¶Aduerte tamen:quia idem dicendum est in doctore qui exercet postulationem.nam & patroni causarū, quales sunt aduocati dictum priuilegium videntur habere, per not. per gloss.in l.miles.ff.de re iudic.& in l.aduocati.C.de aduoca. diuer.iud.facit l.j.in princip.ff.de bono.possess.ex testa.mili.& sequitur Barto.& Ioan.de Imol.& doc.in d.l. miles. Et habet locum dictum priuilegium non solū in doctore legum, sed etiā in doct.medicinæ, & in alijs, de quibus in d.l.medicos.sed non habet locū in poëtis nec similibus de qbus ibi.Et nota q nedū ipsi docto.sed nec filij aut eorū familia possunt in ciuilibus realiter citari, vt no.glo.in d.l.medicos.Sed pro crimine bene possunt capi & carcerari, vt in d.gl.

36 ¶†Tertiodecimò fallit in milite, per tex.in d.l.miles.ff.de re iudi.& Ang.ibi quòd limitat ibi glo.si modo miles agat in expeditione.aliàs secus.facit l.miles qui cōmeatu.ff.ex quib.cau.ma. Et ideo milites nostri temporis non habent hoc priuilegium cū non vadant in expeditionem, sed solùm habent priuilegium in bibendo prius & in pręcedendo.Et profecto sunt quàplurimi qui vix illud priuilegium deberent habere.Ad quod vide Cy. Bartol.& Bald.in l.j.C.de iuris & facti igno.& Specu.in titulo de procura.versicu.item quòd est miles. & quod traditur in l. filiusfamilias.§.veterani.& ibi per doct.ff.de procur.& l.militem.& l.qui stipendia.C.de procu.& per do.meum in c.in nostra.s.de procur.Bald.tū in l.j.C.de cessio.bo.in fine quęstionis tenet q etiam milites nostri temporis gaudeāt priuilegio, vt nō possint realiter citari:quia veri sunt milites:aliàs falso vocabulo vterentur quod esset quędam fatuitas:& licet nō habeāt insignia obseruantię veteris:tū habent noue obseruātiæ insignia. facit c.translato.s.de constitu.Et quia si fiunt à Papa beneficiantur, vt patet in pontificali.cap.clxiij.

¶Sed prædicta opinio non videtur vera, per ea q̄ s.dixi de doc. qui non sunt in expeditione exercitij doctoratus.¶Et q miles non potest capi etiam pro repręsalijs, tradit Bar.in tract.repræsaliarum.q.vij.versi.ad quartum.

37 ¶†Quartodecimò fallit in clericis.nam cū ipsi sint milites cęlestis militię debēt gaudere prędicto priuilegio:qa clericus(vt dixi)miles celestis militię dicitur, vt no.in c.j.de cle.egro.lib.vj. ¶Et ideo non debet posse realiter citari.ita concludit gloss.in d.l.miles.¶Sed Oldra.vt ibi refert Angel.tenet quòd possint realiter citari. vnde si clericus non vult capi eget beneficio, cessione bonorum, vt in c.Odoardus.j.de so.& per no.in c.peruenit.j.de fideiuss.¶Sed Iac.de Aret.Instit.de act.§.præterea.in quæstio.fina.tenet primam opi.pro qua facit l.j.§.est & alius. ff.si quis à paren.fu.manumissus.& ad c.Odoardus. respondet quòd ibi non defendebat se beneficio d.l.miles.& hanc opinionem sequitur Angel.ibi tanq; magis æquam:quia non debet dari occasio, vt euocetur à diuinis.Sed aduerte:quia in contrarium videtur facere.quod not.Barto.in l.j.C.de iur.& fact.ign. in quantum dicit quòd priuilegium illius l.j.concessum militi armatę militię non debet trahi ad militem celestis militiæ, sed potest respōderi quòd ibi loquitur de alio priuilegio quod est magis strictum:& paucas habet fallentias.secus in priuilegio d.l. miles.quod multis conceditur:& sic residet Ioan.de Imol.ibi remittendo se ad ea quæ ipse tradit in l.si verò.§.de viro.ff.sol. mat.in secundo membro principali.& ibi in d.§.de viro.Ioan. Imo.idem tenet.& etiam idem tenet in d.c.Odoardus.vbi etiā hoc tenet Pe.de Ancha.& Io.de Imo.& hanc opi.tenet Ioan. An.Arch.& Do.in c.si clericus.de sen.excō.lib.vj.vbi tenēt q non possit capi etiam si obligasset, vt posset personaliter capi, per cap.ex rescripto.de iureiurando.Et mihi placet.¶Et aduerte:qa etiam pro represalijs concessis non possunt capi, secundùm Bar.in tracta repræsaliarum in vij.q.princip.ver.ad quintum.per c.j.de iniur.& dam.dato.li.vj.Nisi sit cōiugatus, vt ibi per Bar.Nec obst.c.si propter tua debita.de rescript.li.vj. quia ibi non negatur quòd clerico nō cōpetat hoc beneficiū;& si tu

diceres, ad quem ergo effectum fuit ibi impetratum & cõcessum illud priuilegium, super fructibus beneficiorũ vacaturorũ, propter debita persoluenda? respondetur facilius, quod hoc factum fuit, vt satisfieret creditoribus: nec creditores sui defraudarentur: & vt facilius reperirentur credentes, & subuenientes necessitatibus ecclesiarum & clericorũ. ¶ Sed aduerte, quia videtur hoc esse mirabile, quòd clericus non possit realiter citari à iudice: & tamen pars possit illum fugientem realiter citare, capiẽdo ipsum, etiã propria authoritate. vt traditur in c. cùm nõ ab homine. s. de iudi. ¶ Sed ego arbitror quod illud, quod ibi dicitur de clerico fugiẽte, habeat locum respectu delicti, vel etiã si aufugeret cum pecunia creditoris: quia videtur quod tũc etiã laico licitum sit realiter citare, & ipsum capere. de quo latius dixi in d. c. cùm non ab homine. s. glo. j. in primo mẽbro & latius in cap. peruenit. j. de senten. excõ. in nono principali articulo per quatuor membra principalia, & maximè in secundo & quarto tangit Io. de Imol. in capitulo lator. j. de pign. ¶ Sed extra crimen, & quando non fugeret cum pecunia creditoris, nõ video quòd pars aliquo modo posset eum capere etiam fugiẽtem. cogitabis. ¶ Sed pro causa criminali potest capi, vt in capi. si Episcop. de offic. ordi. lib. vj. xxvij. quæstio. j. capitulo si custos. & c. si homo. & c. si quis rapuerit. xix. quæstio. ij. capit. Abbates & c. si clericos. de senten. excom. lib. vj. Et ibi Io. An. Archi. & domi. Domi. vbi idem dicunt pro debito ciuili descendente ex crimine, seu delicto, per tex. in cap. j. de deposito. ¶ Et aduerte: quia regulariter contra illos, quibus nõ possunt repręsaliæ concedi, tradit Barto. tracta. repręsaliarum in vij. q. princi. in fi. vbi concludit, quòd illi, qui continentur in l. ij. & iij. & l. neque impuberes. ff. de in ius vocand. qui non possunt realiter citari, de quibus dixi, nec possunt contra eos exerceri repręsaliæ quæ exercerentur vt citatio realis.

38 ¶ † Decimoquintò, fallit in quibusdam alijs personis, quę similiter habent priuilegiũ, ne possint conueniri: nisi inquantũ facere possunt. & sic nõ possunt realiter citari, quales sunt maritus, parens, patronus, donator, & socius: quia tales non possunt realiter citari. maritus ab vxore, parens à filio, patronus à liberto, donator à donatario, socius à socio, in iudicio societatis. secundũ ea quę traduntur in l. alia. §. fi. & l. rei iudicatę. ff. sol. matri. & in l. sunt qui. cũ seq. ff. de re iudi. & insti. de act. in §. sed & si quis cum parente. de qua materia dicẽdũ, vt latius traditur in dictis iuribus. & de socio tradit etiã Bal. in rub. C. pro socio.

39 ¶ † Decimosextò, fallit in mulieres: quæ similiter non põt realiter citari pro debito ciuili: si modo sit mulier honestę vitæ, & bonę famæ: quinimo iudex pœna capitis punitur si faciat mulierem carcerari, secundũ l. C. in l. j. C. de offic. diuer. iudi. & in aut. sed nouo iure. C. de custo. reorũ. & in corpore vnde sumitur in aut. vt nulli iudi. §. necessariũ. secus si sit infamis, prout est meretrix: quia tũc põt carcerari, etiã pro debito ciuili, secundũ Cy. in d. aut. sed nouo iure. & traditur in dicto tractatu, de carceribus. in prin. ¶ Tenet Bal. in l. consentaneũ. C. quomodo & quãdo iud. col. fi. per tex. in aut. de testi. & ca quę pa. §. fina. & Ludo. ponta. in repe. l. j. C. de hęre. inst. sub. ix. q. Et no. gl. in l. nemo. C. de exacto. tribu. lib. x. per d. l. j. & aut. ibi positam. C. de offi. diuer. iud. vbi dicitur, quod etiã pro debito fiscali, nõ potest realiter citari: & iudex cõtra faciẽs. si est maior. xx. librarũ auri, si minor. x. librarũ auri, pœna punitur. ¶ Nec obstat l. quoniã. C. de custo. reorũ. quia illa lex est correcta per iura posteriora. & tenet Ang. in repetitione. l. nemo carcerẽ. C. de exact. trib. lib. x. vbi cõcludit, quod nec pro priuato, nec pro publico debito possit carcerari: & sic voluit, quod nec pro causa criminali possit carcerari. & idem etiã voluit Bart. quod etiã pro causa criminali non possit carcerari, per iura prędicta. ¶ Sed dicit Ioã. de Imol. in c. lator. j. de pig. quod illa iura nihil dicũt de causa criminali. vnde recurrendum est ad d. aut. sed nouo iure. C. de custo. reo. vbi tex. videtur velle, quod possit capi pro crimine: sed tamen non debet carcerari, sed debet teneri in aliquo monasterio custodienda: quod tamen hoc non seruatur: sed de consuetudine carceratur, in carcere separato à masculis. Quidã tamẽ dicunt, quod etiam pro causa ciuili potest realiter citari, videlicet si conueniatur occasione tutelę administratę: & renunciasset vel leiano, & omnibus alijs exceptionibus sibi cõpetentibus, per not. per Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tutela. vbi videas si hoc dicit, quia ad pręsens non vidi. ¶ Et idem tenet Barto. in aut. matri & auiæ. C. quando mulier tute. offi. fungi potest. ver. ex hoc etiam dico, quòd licet mulier pro debito ciuili. tenet Ludo. ponta. in repeti. l. j. C. de hæredit. institu. q. ix. ver. illud tamen quod dixi, quòd mulier.

40 ¶ † Decimoseptimò, fallit in his, qui cesserunt bonis: qui non possunt realiter citari: quia qui bonis cedit, debet ire liber quo vult, not. glos. & sequitur Ioan. de Imo. in c. lator. j. de pig no, per l. j. C. qui bo. ced. poss. & ibi traditur.

41 ¶ Decimooctauò fallit in legatis & his qui habent ius reuocandi domum. de qua materia dic vt latè dixi in c. fi. s. de foro cõpeten. super gloss. fin. in materia iuris reuocandi domum. ¶ Et ex prædictis habes personas priuilegiatas quæ non possunt in ius vocari. ¶ Est tamen aduertendum quod sunt etiam quædã personæ priuilegiatę quæ licet citari possint: nõ tamen possunt citari sine permissu iudicis hoc est sine venia. de qua materia latè dicam j. in xx. articulo.

42 ¶ † Decimooctauò quæro specialiter de infante vtrum possit citari. Solu. dic quod non. tex. est in l. quinque. & in l. neque impuberes. ff. de in ius vocando. & ibi Bartol. & nota. in l. j. §. sufficit. ff. de admini. tuto. tractat Specul. eodem titu. §. consequenter. versic. item non valet. & in titu. de reo. versic. item non potest agi contra infantes. tenet Bald. in ca. j. de milit. vasal. qui contu. est. vbi subdit quod creditor qui vult suum consequi ab infante, debet adire iudicem, & facere citare coniunctos, & affines infantis. ff. ex qui. cau. ma. l. ergo. & debet facere & curare ita vt detur tutor. nã curator nõ põt sibi dari cũ non detur nisi petẽti. ff. de tute. in l. qui habet. §. si pupillus. Dicit tamen Bar. quod si bona infantis essent peritura, vel immineret æs alienũ graue quòd iudex ex suo officio posset dare curatorem liti. ff. quib. ex cau. in posses. eatur. l. Fulcinius. §. vtrum. quod intelligit de consilio coniũctorum infamis, & in subsidium quando non reperiretur tutor. ¶ Mouetur: quia si iudex potest ex mero officio remouere creditorem, vel tutorem: ergo & decernere potest. ff. de magistra. conueniẽ. in l. j. §. exigitur. ij. responso. Vnde erit casus singularis in quo per inquisitionem datur curator liti contra regulam superius dictam. & contra no. Insti. de curato. §. item in lite. facit etiã: quia si bonis absentis datur curator ad instantiam creditorum, vt l. ab hostibus. ff. qui. ex cau. ma. eodem modo debet dari infanti quẽ certum est haberi pro absente. ¶ Item certum est quòd datur curator vẽtri respectu eius qui est in vtero: ergo & infanti. ff. de vẽt. in poss. l. j. §. generaliter. cum sequenti. ¶ Aduerte tamen: quia nulla l. hoc expressè dicit, & ideo doc. in d. §. si pupillus. variãt super hoc dubio. Pe. similiter tenet quod infanti nõ possit dari curator ad litem, per tex. in d. §. si pupillus. Et remedium creditorum est quod citentur cõiuncti & amici quos verisimile est defensuros infantem. Et si defendant satis est si nõ defendant procedit ad missionem in bonis defuncti: & procedit ad venditionem si ex contractu defuncti cõueniatur. per l. hoc aũt. in prin. & l. apud Iulianũ. §. fin. ff. quib. ex cau. in pos. ea. ¶ Sed dicit Bald. cõsiderandũ esse: quia si cõuenitur ex cõtractu defuncti: ergo oportet quod infans se immiscuerit hæreditati, vt l. si cũ dote. §. trãsgrediamur. ff. sol. ma. sed istud nõ potest fieri sine tutore, vt in l. potuit. C. de iure delib. ergo & c. ¶ Sed ad hoc respondet quidã quod sufficit immixtio. l. duodecim tabularũ. ff. de cõdi. fur. l. ij. & ibi per Cy. Sed ista solutio dubia est in se, & falsa in infante extraneo. Sed dicit Bal. quod supposito casu in infante extraneo, & hæreditas esset iacẽs: & ideo daretur curator hereditati iacenti. ff. de neg. gest. in l. debitor. aliter hereditas iacẽs tanquam res inanimata nõ posset latitare: & sic nec pati secundum decretũ. ff. de hære. instit. in l. si quis instituatur. in fi. secundum Bal. in d. c. j. de mili. vasal.

Sed tu aduerte: quia ex prędictis colliguntur duæ quęstiones.

¶ Prima vtrum infans possit citari. Et ista est propriè quęstio nostra. Et dicendũ est quod nõ per iura superius allegata in princi.

¶ Secũda quęstio est quo remedio succurratur creditoribus volẽtibus cõsequi suũ cõtra infantem: & de tutore nõ est dubiũ, quod dari põt. Sed de curatore si tutor nõ reperitur est maius dubiũ, sed quia nõ pertinet punctaliter ad materiã nostrã ideo omitto. vide in prẹallegatis iuribus in d. §. si pupillus. & d. §. sufficit. & in l. j. & ij. C. qui legi. perso. & in alijs iuribus superius allegatis, & per Specu. & Io. An. in addi. in d. ver. itẽ non põt agi contra infantes. Ego aliquid tetigi in c. j. s. de lib. obla. in viij. prin. arti. in ij. membro. p. q. vj. & vtrũ tunc contra infantẽ possit procedi ad primum decretũ & qualiter, dicã latius in ti. de eo qui mit. in poss. causa rei seruandæ.

43 ¶ † Decimononò quæro quid de pupillo vtrum possit citari. ¶ Sol. dic quod aut quæritur vtrũ possit citari verbaliter aut realiter.

¶ Primo casu dic quod aut est alieno iuri subiectus, & non potest citari, vt in l. neque impuberes. & ibi glo. & Bar. ff. de in ius vocã. & in l. j. §. sufficit. de admini. tuto. Aut nõ est alieno iuri subiectus, & põt citari verbaliter. & intelligitur vt compareat legitimè. Et adde omnino quod dixi j. art. xx. q. xix. Et si nõ cõpareat, vtrũ dicatur contumax, videbimus j. in ti. de do. & contu. Et vtrum possit procedi contra eum primũ vel secundum decretũ, videbimus j. in ti. de eo qui mit. in pos. ¶ Aduerte tñ: quia sunt quidam casus in quibus pupillus habet legitimã personam standi in iudicio: etiã sine tutore si modo sit doli capax: & in his non est dubium quod potest citari.

¶ Primus casus est in interdicto de libero homine exhibẽdo.in l.j.§.hoc interdictum.ff.de li.ho.exhi.
¶ Scđs in populari actione vt l.mulieri.ff.de popularibus acti.
¶ Tertius,in iudicio momentaneę possessionis,vt l.fin.C.qui legitimã personã.& in l.j.C.si ꝑ vim vel alio modo.¶ Quart⁹, in petenda bonorũ possessione vt ff.de bo.posses.infan.l.j.§.j.
¶ Et no.ꝙ si pupillus fuit litẽ contestatus cum authoritate tutoris,licet tutor postea citetur,ꝙ veniat ad videndũ productionẽ testiũ,vel quid simile,tenet citatio.ita no.Bal.in l.si quando. C.de testa.§.ix.& ita dicit,disputãdo fuisse cõclusum per quẽdam do.Pe.per tex.in l.si ideò.licet de euicto qui est valde nobilis ad hoc scđm Bald.Quod tamẽ dictũ nõ videť procedere sine dubitatione per ea,quæ dixi de litis cõtestatione facta ꝑ dominum,seu procuratorem.s.eo.articulo.q.iiij.¶ Si verò loquimur de citatione reali subdistinguę ꝙ aut loquimur in causa ciuili,aut criminali.¶ Primo casu predictus doctor in dicto tractatu de carceribus,qui attribuitur Bar.dicit,ꝙ credit,ꝙ pupillus possit,etiam pro debito ciuili carcerari dũtamen sit doli capax.quãuis possit petere in integrũ restitutionem,si esset læsus.per ti.de minoribus.sed nihil allegat.nec placet hoc dictũ Bar.enim in d.l.neqꝫ.quem sequuntur moderniores,tenet ꝙ nõ possit realiter citari.Et ista opi.plus mihi placet.pro qua facit, quod statim dicam de minore in seq.q̃o.in opi.Angel.& Bal. & hanc opi.tenet Bal.in l.j.C.qui bo.ce.pos.vbi dicit,ꝙ pupillus non potest cedere bonis,nec carcerari pro debito: quia satis est,ꝙ pro debito suo patitur primum decretum,& pro debito paterno patitur etiam secundum decretum.de quo dicemus in ti.de eo qui mit.in posses.¶ Si verò loquimur in causa criminali,prefatus Doctor in d.tractatu tenet ꝙ possit realiter citari, & sic capi:si sit doli capax, per not.in l.fina.C.de custo. & exhi.reorum.ibi dum tex.dicit ætateqꝫ vinctorum.sed tñ ille tex.non probat.¶ Tu dic ꝙ ista.q.pendet ab alia.q.vtrũ pupillus possit delinquere,& pro delicto puniri:de quo dic vt latè dixi in c.j.de delictis puero.vnde q̃stio prędicta potest locũ habere ĩ casib⁹,in quib⁹ pupilli possunt delinquere,& ꝓ delictis puniri.in quibus casibus rationabile est,ꝙ possint realiter citari:& sic capi,& carcerari.

¶ Vigesimò quęro,vtrũ minor pubes possit citari.Solutiõ dic ꝙ aut loquimur de citatione verbali,aut reali.¶ Primo casu dic ꝙ potest verbaliter citari.arg.l.neqꝫ impuberes.à contrario.ff. de in ius vocã.facit qđ dixi in præsenti.q.de pupillo. Et vtrũ cõtra minorẽ citatum.& nõ cõparẽtem,possit interponi secundum decretũ.dicam in ti.de eo qui mit.in pos.¶ Secũdo casu, dũ loquimur de citatione reali.Ang.in repe.l.nemo carcerem. C.de exac.tribu.libro.x.ver.ex prędictis.col.v.dicit,ꝙ minor fortè non potest cercerari & sic nõn potest realiter citari: quia incarceratio pro causa ciuili nõ potest fieri,nisi pro cõtumacia ita ꝙ cõtumax per cõtumaciã cesset soluere.vt d.l.nemo.sed ĩ minore non videtur cadere ista contumacia,vt in l. qui solidũ §.etiam.ff.de leg.ij.& C.si aduer.rẽ iudi.& ĩ l. cùm & minores. cum si.Quod procedit etiam,si minor fuerit legitimè defensus per suum curatorem.licet enim patiatur missionẽ ex secundo decreto & venditionẽ,vt.ff.de bo.auť.iudi.pos.in.l.si minor.cũ si.tamen nõ patietur incarcerationem:quia immissionẽ in possessionem & venditionẽ minor patitur ex contumacia curatoris:etiam vbi non defenditur,non ex eo,qa ipse sit contumax. sed quia nõ defenditur.vt.d.l.si minor & l.si pupillus &.l.si.ff. de priuilegijs creditorũ.sed carceratio nõ põt fieri nisi ex propria cõtumacia in non soluendo,vt.d.l.nemo.quę propria contumacia non cadit in minore,cum sibi rerum suarũ administratio non sit commissa,& ideò patitur missionem & venditionẽ: & non carcerationem: quia per missionẽ & venditionem minor non leditur,cum debito satisfiat: & si lęderetur,põt recurrere contra curatorẽ,qui nõ soluit cũ potuit in.l.iij.§.penul.& finali.ff.de suspec.tuto.Sed incarceratio esset damnosa minori multipliciter.¶ Primò, quia per eam non satisfit debito ipsius minoris.¶ Secundò,quia impossibile est damnum incarcerationis recuperari per minorem à curatore: cùm sit damnum ꝑsonale.Quare concluditur, ꝙ pro debito incarcerari non possit:non tamẽ est sine dubio: quia in minore non reperitur hoc iure cautum:& ideò cogitandũ,secundũ Ang.in d.l.nemo carcerẽ.Bal.verò in l.j.C.qui bo.ce.pos.in pe.q. primò arguit, ꝙ possit carcerari:quia potest cedere bonis sub iuramento:deinde concludit contrarium:quia non cogitur iurare.vt l.quæ sub conditione.ff.de condi.insti.nec potest cedere bonis,nisi ad petitionem creditoris cùm iudicis decreto cũ sit quędã alienatio vniuersorum, vt l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorum. ¶ Item,quia non debet carcerari ex quo nõ stat per eum, quominus soluat:sed propter beneficium ętatis, quòd non debet resolui in damnum:& sic ad carcerationem.vt ĩ l.quòd fauore. C.de legi.& in regula.quòd ob gratiã.de regul.iur.li.vj.¶ Quæ decisio videtur satis dubia,licet sit fauorabilis.¶ Et maximè est dubia quando minor non haberet bona quę ad alienationem requirerent decretum,vt d.§.ne passim.& per totum ti.de rebus eorum.¶ Et aduerte circa prædicta:quia videť posse sumi cautela etiam ex prędictis ꝙ si ex forma statuti minor posset administrare bona sua eo ꝙ fortè exerceret mercantiã vel qd simile ꝙ hoc casu posset realiter citari:& carcerari à cessante rõne ꝓdictorũ,sed hoc casu debet esse cautus,vt faciat articulos & ꝓbationes de illa qualitate ꝓpter quã minori cõcedať rerũ suarũ administratio.¶ Et hęc cautela ꝓcedit etiã retẽta opi.Ang.& Bal. de quo tñ(vt dixi)satis dubito:maximè si minor dũtaxat possideret bona mobilia,aut se mouentia,vt dixi vel iura & actiões, & nõ immobilia ex quibus mobilibus & iuribus & actionibus posset ipse satisfacere:& etiã hoc casu posset bonis cedere: & ideo videť ꝙ possit carcerari.Itẽ qa etiam si haberet immobilia põt sibi ꝓuidere dando in solutũ cũ decreto iudicis &c.vel etiã cedendo bonis cũ iudicis authoritate & decreto,& alijs solẽnitatibus requisitis:& ideo videť sibi imputandũ,et per cõsequẽs videtur posse realiter citari & incarcerari.Scđo casu cùm loquiť de causa criminali dic ꝙ potest realiter citari.per ea quę dixi de pupillo in quæstione præsenti.

43 ¶ † Vigesimoprimò quęro de infirmo,vtrum possit citari. ¶ Solu.tex.videť velle ꝙ talis citatio nõ afficiat citatum si infirmitas sit nota iudici.nec valeat processus gestus per iudicẽ contra non cõparentem, vt l.quęsitum.ff.de re iudi.¶ Sed tu in hac q.distingue an infirmitas sit perpetuo vel longo aut breui tempore duratura:& an causa sit grauis vel leuis præiudicij,vel indigeat celeritate vel nõ:& sic de singulis.secundũ ea quæ latius dicam j.eo.artic.q.xxxj.

44 ¶ † Vigesimoscđò q̃ro de furioso & mẽte capto, vtrũ possint citari.¶ Sol.dic ꝙ non.tex.est expressus in l. quinqꝫ.ff.de in ius voc.tenet Spec.eo.ti.§.contra versi.item non valet.Et vide qđ dixi de infante cui tales æquiparanť.in cle.j.de ho.& s.eo.artic. q.xxij.¶ Et quo remedio succurrať volentibus agere cõtra tales,collige ex his quæ dixi s.in c.j.de libel.obla.in viij.principali articu.in ij.mẽbro prin.q.viij.

45 ¶ † Vigesimotertiò q̃ro de monacho & moniali, seu religioso. ¶ So.dic ꝙ talis nõ põt citari,per tex.in l.ij.ff.de in ius voc.ibi dum tex.dicit:Nec eos qui propter religionẽ loci inde se mouere non possunt.& ita dicit ibi gl.& Bal.qui dicũt ꝙ nõ ipsi, sed ipsorũ prælati sunt vocandi in ius.tenet Spe.in d.ver.item non valet.& no.in c.ij.de iud.lib.vj.& sic illi tex.videnť intelligi de monachis & religiosis claustralibus qui de loco recedere non possunt.& ita tenet Bal.in d.l.ij.allegando dictum c.ij.¶ Sed tu vide omnino ad hanc materiam quæ latius dixi in c.j.s.de libel. obla.in viij.princi.artic.in ij.mẽbro principali.q.x. ¶ Et ex his quæ ibi inducuntur potes colligere & regulare quid agendum sit in hac quęstione.

46 ¶ † Vigesimoquartò quæro vtrum vniuersitas & capitulum possint citari.¶ Solutio,tex.probat quòd sic.in l.sed & si hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius voc.tex.& ibi notat Io.de Imo.c. j.de his quę vi metusve causa.sed qua forma debeat citari, dicã latius j.in xx.principali articulo.¶ Et ex quo loco dixi in xvij. princip.artic.q.x.¶ Et ad intellectum etiã istius q.vide quæ dixi omnino in c.j.s.de libel.obl.in viij.princ.artic.in ij.membro principali q.ij.

47 ¶ † Vigesimoquintò quæro de carcerato an possit citari. Solutio.Bartol.in l.ij.de in ius vocando.per text.illum inquantum vult ꝙ ille qui habet stare in vno loco non potest citari in alio. concludit quòd carceratus non potest citari:& si citatur citatio non valet nec reputatur contumax:& sic processus contra eũ factus non valet ipso iure.Quod limita si modo iudex scit illũ incarcerandum:aliàs necessaria esset restitutio.Sed glos.& post eam Ioan.de Imol.in l.is qui reus.ff.de public.iudi.tenet quòd potest citari,& tenetur comparere per procuratorem si illũ facere & habere potest.facit quod habetur in l.Papinianus exuli.ff.de mino.& quod no.in l.ij.§.fi.ff.de custo.reo.& hoc videť procedere in carcerato propter culpam suam.Si verò de facto & absqꝫ sua culpa esset carceratus,an tunc teneať cõparere pendet ex illo articulo an impeditus possit citari, vt saltem teneať comparere per procuratorem vel nõ.¶ Tu distingue an possit constituere procuratorem vel nõ,& an sit causa in qua ꝓpter eius grauitatẽ nõ teneatur cõparere per procuratorẽ:& an carceratio sit ad breue vel longum tempus vel perpetuã: & an sit talis causa quæ indigeat celeritate vel non. Ad quod vide quæ dicã j.eo.artic.q.xxviij.

48 ¶ † Vigesimosextò quæro de bannito deportato & similibus,

an possit citari. ¶ Et aduerte quòd intelligo quando citaretur in loco à quo esset bannitus exititius vel relegatus: non quando citaretur ad alium locum à quo non esset bannitus, in quo loco posset citari vel ratiõe originis domicilij vel ex alia causa. ¶ Solutio videtur dicendum quòd non possit citari: quia non potest tutè accedere ad illum locum: ergo cùm non teneatur ibi cõparere: nec videt̃ ibi posse citari, vt in c. accedens. ff. vt lite nõ contesta. & hoc videtur sentire Dyn. in terminis alterius q. videlicet an bannitus possit iterum banniri, in l. ij. C. vt intra certum tempus. & per Bartol. in l. aut damni. §. denique. ff. de pœn. & per Albe. de Rosa. in q. statutorum. q. xxvj. pro qua conclusione facit l. ij. §. pe. ff. si quis cau. & quod no. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. & in l. ad cognitionem. ff. quibus ex cau. in pos. eatur. vbi vult quòd exititij ciuitatis non arctantur ad comparendum in illa ciuitate. facit etiam quod no. glo. in c. statutum. de rescript. lib. vj. & quod not. in l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit. & in l. sed eximendi. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. & sic videt̃ q̃ citatio sit nulla, & sic non posset parere effectus cõtumaciæ. C. ne de statu defunc. in l. si pater. & quod not. per Bal. in l. j. C. ex delic. defuncto. ¶ Idem voluit Bald. in l. decernimus. C. de sacro sanct. eccle. versicu. venio ad secũdum. ¶ Alij verò dicunt quòd potest citari. & quòd sibi debet imputari. ex quo propter delictum suum se posuit in tali necessitate: & ideo sibi non est succurrendum in l. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisd. cog. & ff. ex quibus cau. ma. in l. & qui data. cum si. Io. And. in addi. Spe. titu. de accu. §. sequitur. versi. quid si bannitus. in tertia parte dicit quòd si scitur vbi sit bannitus debet requiri & dari sibi securitas veniendi de quo aliquid tetigi in c. cùm pro causa. j. de sententia excom. in fi. & latissimè tractat do. Nellus de sancto Gemi. in tractatu bannitorum, in prima parte primi tẽporis q. iij. Et quia ista questio incidit in aliã quæstionem, an valeat citatio ad locum non tutum: ideo omitto: quia de ea dicemus in xviij. principali articulo. q. v.

49 ¶ † Vigesimoseptimò quæro de eo qui iurauit non exire aliquem locum: puta aliquod castrum, domum, vel claustrum, an possit citari, & citatus teneatur comparere. ¶ Sol. dic quòd potest citari, & tenetur comparere: qa in quolibet iuramento intelligitur excepta authoritas superioris. j. de iureiur. c. venientes. & s. de rescrip. c. constitutus. & ideo talis non dicitur transgressor iuramenti. & quia nõ debet sibi opitulari iuramentũ suum in preiudicium alterius. Et ad hoc vide qđ latius dixi in c. xxx. s. de iura. calũ. in vij. principali artic. q. xxxvj.

50 ¶ † Vigesimooctauo generaliter quero de quolibet impedimẽto an possit citari si fortè ratione subsistentis impedimenti nõ potest comparere. ¶ Solutio, questio est difficilis & intricata valde: sed ex his quę dicunt Doctores in varijs locis arbitror sic posse distingui. quod aut tale impedimentum est perpetuũ. aut est temporale. ¶ Primo casu potest quis citari non obstante tali impedimento: & tenetur mittere procuratorem. vt notat gl. in c. cùm dilecti. j. de dolo & contuma. & sequuntur ibi dominus Antonius. & dominus Mar. communiter Doct. & Io. Cal. in c. querelam. de procura. Quare is quĩ est impeditus perpetuo officio, aut dignitate, potest citari. & tenetur mittere procuratorem. facit l. penul. vel fi. C. de procu. & v. q. iij. c. fi. tenet d. Ant. & do Ma. in d. c. cùm dilecti. & Io. de Imo. in l. quæsitum. ff. de re iudi. Et vide qđ dixi s. eo. artic. q. xviij. fallentia prima. Et ratio est in promptu: quia iniquissimum esset quòd propter impedimentũ vnius periret ius alterius. vt dictis iuribus. & idem etiã videtur dicendum si impedimentum esset longo tempore duraturum. ar. l. si longius. ff. de iud. & l. pe. §. j. ff. de vaca. mune. licet Bar. videatur aliud sentire in l. j. ff. de diuer. & tempo. præscrip. Sed dictum suum potest intelligi quãdo impedimentum (licet non sit paruo tempore duraturũ:) nõ tamẽ est lõgo tpe duraturum. secundùm Ioan. de Imol. in d. l. quæsitum. quod dictum nõ videtur posse subsistere; qa si non est paruo tẽpore duraturum. igitur est longo tempore duraturum, nisi diceres quòd Ioan. de Imol. fortè intellexit de quadã mediocritate inter paruum & longũ: quod idem fit qñ impedimẽtum esset longo tẽpore duraturum. facit quod habetur in rubrica C. quæ sit longa consue. & per Ioan. An. & Io. Cald. in d. c. querelam. de procura. tenet etiam Spec. in tit. de procura. §. v. ad fi. vbi videt̃ æquiparare impedimentum perpetuũ, & longo tempore duraturũ. Quod ꝓcedit si modo impeditus perpetuo aut longo tẽpore citatus sit vt cõpareat per se vel per procuratorẽ, vel etiã si esset citatus simpliciter: quia tunc cũ teneatur cõparere, & possit cõparere per procuratorem citatio tenet. per ea q̃ j. dicam. secus si esset citatus, vt personaliter compareret: quia tunc cùm sit impeditus: & sic nõ possit comparere personaliter vt citatio non afficiat eum: & si iudex haberet notitiã talis impedimẽti, & vigore predictæ citationis procederet processus esset nullus. arg. d. l. quesitum. & quod statim subijciam. ¶ Item quod dixi qñ impedimentũ est longo tpe duraturum q̃ potest citari, & tenetur cõparere per procuratorẽ: videt̃ procedere, quando lis fuit inchoata ante impedimentũ. secus si fuit inchoata post impedimentum: ita q̃ post litẽ contestatã superuenit impedimentũ. secundùm Bartol. in l. j. ff. de diuer. & temp. præscri. per l. pen. §. j. ff. de leg. & sequitur Ioan. de Imo. in c. querelam de procur. & do. meus in c. cùm dilecti. j. de dolo & contu. & Bald. Ange. & Ioan. de Imo. in l. si quis instituatur. ff. de hæred. instituen. & Io. de Imol. in d. l. quæsitum. ff. de re iudica. ¶ Et ratio potest fortè assignari secundùm eum: quia magis videtur fauendum illi cui superuenit impedimentum ante aliquam causam inchoatam cùm non videatur sibi imputandum si non prouidit de procuratore sicut esset imputandum illi qui ante impedimentum sciuit causam motam. quod perpetuo nota ad limitationem dicti capituli querelam. videlicet vt procedat solùm quãdo impedimentum fuerat ante litem cœptam.

¶ Sed dicit Ioan. de Imol. in d. l. quęsitũ. q̃ hoc videtur verum, nisi causa esset ardua. per d. c. querelam. vbi etiam Ioã. de Imol. idẽ tenet. Et sic si rectè ponderentur superius dicta per Ioã. de Imo. ipse videtur sibijpsi contradicere. cũ primò videatur velle quòd sicut dato perpetuo impedimento teneatur mittere procuratorẽ, ita & dato longo impedimento: nec distinguit inter grauitatẽ & leuitatẽ causę, cogitabis. ¶ Aut impedimentũ erit breui tempore duraturum: & subdistingue q̃ aut est voluntarium. ¶ Aut est necessarium, sed nõ probabile. ¶ Aut est necessarium & probabile. ¶ Primo casu voluntariè impeditus potest citari, nec excusatur, sed tenet̃ aut cõparere p se, aut mittere procuratorem. arg. c. inter quatuor. & c. fi. de maio. & obed. tenet Ioã. Cal. in d. c. querelam. & ibi Io. de Imo. & do. meus in d. c. cùm dilecti. j. de dolo & contumac. vbi probatur secundùm vnum intellectum. & probatur etiam in l. j. ff. eũ qui in prouin. appella. defe. debe. & Io. de Imo. in d. l. si quis instituatur.

¶ Aut impedimentum est necessariũ, sed non probabile, vt qa exulat propter culpam suã ad tempus, vel est relegatus aut bãnitus ad tempus, licet breue. & hoc casu potest citari, & tenetur mittere procuratorem: quia culpa sua debet nõ sibi ꝓdesse, vt in l. Papinianus exuli. ff. de mino. & in l. sed et si per Prętorẽ. §. j. & §. si aduersus. ff. ex quib. cau. ma. facit. c. j. j. qui ma. accusa. poss. & c. prolatum. j. qui fil. sint legi. tenet Bar. in l. j. ff. de diuer. & tempo. præscrip. ¶ Do. Anto. do. me. & Ioan. de Imol. in d. c. cùm dilecti. & Ioã. Cal. in d. c. querelam. & Ioan. de Imol. ibi, & in l. si quis instituatur. ff. de hæred. insti. Et hoc procedit etiã si causa sit ardua. Quæ tamen arbitror limitanda. si modo sit citatus vt cõpareat per se vel per procuratorem. secus si citetur vt compareat personaliter: quia cùm non possit cõparere propter impedimentũ, licet sit voluntarium: vel etiam licet sit necessarium propter suam culpam, nisi data sibi securitate, vt dixi s. q. xxvj. meritò si tale impedimentum est notum iudici, si valet processus nec citatio, vt dicam j. in xviij. artic. facit quod dixi s. & statim subijciam. & idem etiam voluit Ange. in d. l. si quis instituatur. & sequitur ibi Ioan. de Imol. per l. ij. §. si quis in iudicio. ff. de hęre. insti. ¶ † Tertio casu quando impedimentum est necessariũ & probabile: puta infirmitatis vel absentiæ cã reipublicæ, vel simile: & regula sit q̃ non potest citari: & si citaret̃, & impedimentum esset notum iudici non valeret citatio vel processus. aliàs si non esset notũ iudici daretur restitutio, vt est tex. in dicta l. quæsitum. ff. de re iudi. tenet Barto. in l. j. ff. de diuer. et temp. pręscri. per d. l. quęsitum. & per l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. vnde in vtroque impedimẽto habet locum predicta regula. & de impedimento propter absentiam reipublicæ, est text. singularis in l. contra pupillum. in princ. ff. de re iudica. Et idem etiam videtur concludendum in quocunque alio impedimento necessario & probabili, vt puta captiuitatis vel carcerationis non legitimè factæ, aut in simili impedimento: qa licet de talibus impedimentis nõ habeamus ita bene expressum: tñ per iura predicta, & rationis identitatẽ, idem dicendũ est per l. illud. ff. ad l. Aquil. & ar. l. nõ possunt. ff. de legib. & tenet Ioan. de Imo. in d. l. quęsitum. in fi. 51

¶ Predicta tamen regula recipit aliquas limitationes.

52 ¶ † Primò limitatur qñ causa esset grauis. secus si leuis per text. in d. c. querelam s. de procurat. à contrario sensu. & per no. per glo. & Docto. ibi, nisi dicas q̃ hoc videtur procedere de iure canonico. secus de iure ciuili: quia debet esse aliqua differentia, vt dicit Guido de Suza. & refert Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de procuratore. §. ij. ad fi. inter impeditum impedimento volũtariæ, & impeditum impedimento necessario & ꝓbabili. facit qđ no. glo. & doct. in l. fi. ff. de in integ. resti. Sed si tenet̃ mittere procuratorem

re procuratorem in causa non ardua, nõ esset aliqua differentia inter prædicta impedimenta. ergo &c. ¶ Sed pro æquitate canonica, est fauor dirimendarum litium. argu. c. finem. j. de dolo & contu. & quia in mora modici tẽporis nõ est præiudiciũ. vt. l. si debitori. ff. de iudi. secundũ Ioã. de Imo. in. d. l. quæsitum.

53 ¶ † Secundò videtur limitari, si modo impedimentũ non super uenit post litem cœptã, per tex. in. d. l. peñ. §. j. ff. de legatio. qui text. loquitur in impedimento necessario & probabili. & tamẽ text. dicit, quòd tenetur se defendere. nec distinguit, an causa sit grauis vel leuis. Nec obstat text. in. d. c. querelã. de procura. quia intelligo illum tex. quando impedimẽtũ suberat ante litem cœptam. quod tamen limitarem, nisi citaretur vt personaliter compareat: quia non teneret talis citatio, per ea quæ. s. dixi & statim subijciam. Cogitabis: quia noua est consideratio.

54 ¶ † Tertiò limitatur, si modo causa sit ardua. secus si leuis: quia tunc valeret citatio, maximè si dictũ esset: compareas per te vel per procuratorẽ: quia tunc, licet sit impeditus per se, tamen ex quo causa est leuis, & potest comparere per procuratorẽ, tenetur mittere procuratorem. per nota. in. d. c. cũ dilecti. facit, quia vbi vna pars alternatiuè adimpleri nõ potest: si alia potest impleri, debet adimpleri. vt. l. si in emptione. §. penulti. ff. de contra hend. empt. & ita dicit Archidia. v. q. ij. c. si ægrotans fuisse pro nunciatum. in. q. de consilio Doctorũ Bononiẽsium. facit quod notat gl. in. c. querelam. & idem dicendũ, quando simpliciter citaretur: quia etiã hoc casu, in dubio videtur citari vt cõpareat per se vel per procuratorem: vt. l. j. §. vsus. ff. de procura. secus si citaretur vt personaliter cõpareat: quia tunc licet causa esset leuis, & esset talis iudex, qui posset sub dicta forma citare. de quo dicetur. j. in. xx. principali articulo. tamẽ ista citatio nõ valet: quia cũ iste impediatur tali impedimento necessario & probabili, & impedimentũ sit notũ iudici, meritò citatio non afficit citatum.

55 ¶ † Quartò limitatur, nisi agatur de causa electionis: quia tunc, licet impedimentũ non sit perpetuũ, vel longo tẽpore duraturum, & causa sit ardua: tamen quia causa indiget celeritate, tenetur cõparere per procuratorem. vt est text. cũ gl. in. c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. ver. insuper. de elect. lib. vj. & sentit ibi gl. facit quod no. Spe. in tit. de procuratore. §. ij. circa finẽ. & sic etiã potest intelligi. d. c. cũ dilecti. j. de do. & contu. & licet quidam dicunt speciale, quãdo causa electionis est tractanda in curia: tamen canonistæ simpliciter tenent, ꝙ speciale sit in causa electionis, cũ in qualibet tali causa tractanda, etiã extra curiã vrgeat dicta ratio. facit l. illud. ff. ad. l. aquil. & c. cupientes. in princi. & c. quam sit. de elect. lib. vj. Et intellige, ꝙ est speciale in causa electionis, non in causa beneficiali. licet Ioan. Cal. aliter dicat in. d. c. querelam. & malè: quia contra illum text. qui loquitur, quando erat quæstio de ecclesia, in qua quis prætendebat se beneficiatum. & tamen non tenetur comparere, etiã per procuratorẽ.

56 ¶ † Quintò limitatur eadem ratio, vt idẽ dicendũ sit in qualibet alia causa indigente celeritate. quãuis esset ardua, si verisimi liter intra illud tempus impedimenti, quãuis non sit futurũ longum: non possit illi causæ prouideri. per. l. illud. ff. ad. l. aquil.

57 ¶ † Sextò limitatur, vt procedat in eo, qui non tenetur mittere procuratorem ad contumaciam excusandam: secus in actione ad interrumpendum præscriptionem. ita voluit Barto. in l. j. de diuer. & tempo. præscrip. & sentit gl. in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. tenet domi. Me. in c. cũ dilectus. j. de dolo & contuma. & Ioan. de Imo. in d. l. quæsitũ. in d. c. querelam. & in d. l. si quis instituatur. ff. de hæredi. instituen. ¶ Et aduerte, quia eo casu, quo citatus impeditus tenetur procuratorem mittere, non tenetur mittere ad litis contestationem, vel sententiam audiendam. hoc sentit gl. in d. l. si quis instituatur. & hoc fortè propter grauitatẽ præiudicij. Sed Io. de Imol. in d. l. quæsitũ. prope fi. reprobat illã gl. quæ reprobatio mihi placet. gl. illa sic intelligitur. Sed illa materia habet varios intellectus. vt ibi traditur, & patet ex superioribus. ¶ Item in casibus in quibus dixi, ꝙ quis tenet mittere procuratorẽ: intellige, qñ inuenit procuratorẽ idoneũ: secus si non inuenit, vel reperit minus idoneum. ita dicit Ang. in d. l. si instituatur. per l. idemq;. ff. pro socio. & ibi dicit Ange. ꝙ Bar. eo audiente dicebat illã. l. quo ad hoc, nõ esse alibi. & sequitur Ioan. de Imo. in d. l. si quis. ¶ † Sed circa predicta quęro,

58 qñ causa dicatur grauis, & ardua, vel leuis. ¶ Solu. Inno. & post eum Ioan. And. in d. c. querelã. dicit, ꝙ illa dicit grauis vel ardua, quæ est magni ponderis. vel etiã est intricata & difficilis. idẽ dicit Archid. ij. q. v. c. si ægrotãs. facit quod nota. in c. sedes. de rescrip. & in l. pe. ff. de re iud. ¶ Tu dic, quęcũq; causa criminalis, per quam etiam solus ictus fustium veniret infligẽdus, dicitur grauis. vt l. in seruorum. §. fi. ff. de pœnis. item causa omniũ bonorum, vel maioris partis. vt in c. j. de resti. spol. lib. vj. & in l. & propter litẽ. ff. de excu. tu. & insti. eo. tit. §. & propter litem. item si sit causa amissionis beneficij. vt no. gl. in d. c. querelam. aut etiã si imponat infamia m. vt l. infamia. C. de decurio. lib. xj. itẽ matrimonialis. vt in c. j. de cõsangui. & affi. & in c. fi. de ꝑcu. lib. vj. ¶ Quæ autẽ dicantur leues causæ, videtur potius relinqui arbitrio iudicis. ad quod vide quod dixi in c. j. s. de lib. ob. ar. v. fal. xx. & vide etiã quod dixi in repeti. c. fi. de iureiur. ¶ Et prædicta notabilis, etiam quò ad alias materias in quibus de grauitate

59 vel leuitate causæ tractaretur. ¶ † Item quæro iuxta prædicta, qualiter probetur impedimentũ longo vel breui tẽpore duraturum. ¶ So. dic, ꝙ hoc perdẽdi poterit interdũ ex facti accidẽtia: quia si citatus impeditus in breui tẽpore est reuersurus, apparebit iudici clarè, quòd illud impedimentum erat breue. tenet Bar. in. l. j. ff. de diuer. & tem. præscrip. vbi dicit, ꝙ satis est, quòd citatus se præsentet in loco tribunalis: nec est necesse alibi, vel aliter perquirere. facit. l. j. §. dies. fi. quando app. sit canonizata. ij. q. vj. §. biduum. Si autẽ infirmus dubitat, an infirmitas sit futura longa, vel breuis: videt quòd de hoc debeat stari iudicio medicorum, per. l. semel. C. de re milit. lib. xij. facit. l. j. §. primo. ff. de ven. inspi. & quod traditur in. c. proposuisti. j. de proba. Et si medici ponant rem in dubio: idẽ dicendum, quod de perpetuo vel longo tempore impeditis. per not. gl. in simili. in. c. fi. de rescrip. lib. vj. & in Clemen. ij. de rescri. & ibi dixi & in. l. j. §. suf-

60 ficit. ff. de condi. inde. ¶ † Vlterius circa prædicta quæro qualiter probetur impedimentum. ¶ Sol. dic de hoc vt traditur per Ioan. And. in. c. j. de dolo & contu. lib. vj. & per gl. & do. Domi. in. c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elec. lib. vj. dixi in clemẽ. j. de dolo & contu. sed latius tractatur per Io. de Imo. col. antepe. & pen. in. d. l. quęsitum. de re iudi. fortius dicã in ti. de proba. ¶ Postremò, circa materiam istius quæstionis quæro, quid si sumus in casibus, in quibus impeditus tenetur saltem comparere per procuratorem: & ipse dicit se nõ reperire volentẽ acceptare: cùm nemo ad id cõpellatur. insti. mandati. §. rectè. &. §. pen. vnde non videtur imputandũ impedito, & nõ volẽti: quia nullus obligatur ad reperire impossibile: vt in. c. fi. de pact. & in regula impossibilium. de regu. iur. lib. vj. & istud placet. Sed dicit Hosti. in dicto. c. cũ dilecti. j. de dolo & contuma. ꝙ in diuite & potenti, hoc non est præsumendũ. Et hoc coniunge ad id, quod dixi. s. in ver. & aduerte, quòd eo casu. Et sic ex prædictis habes notabiliter expeditam hanc difficilem quæstionem.

61 ¶ Vigesimononò quæro vtrũ contumax sit citandus. So. quidam dicunt, ꝙ si est notoriè contumax, non est citandus. per. c. auditis. s. de procurato. & c. ad nostram. el. ij. j. de iureiu. Spe. verò eo. tit. §. sequitur. ver. sed nunquid. dicit tenendum contrariũ per ea, quæ traduntur in. d. c. ad nostram. Sed dicit ibi Ioã. in additio. ꝙ dicta allegatio est inepta. quia. c. auditis. loquitur de notorio contumace, scilicet, qui reuocauerat procuratorem, & aliũ non miserat: iste non citatur super articulo incidenti: sed super principali. sic etiam. c. ad nostram. non loquitur in notorio contumace: sed in delicto, vel facto notorio. & licet glo. ij. ibi notet quòd requiratur citatio. non tamen facit ad casum quæsitum secundùm Ioan. Andr. ¶ Et aduerte, quia licet quis sit contumax in vno articulo: non tamen est cõtumax in alio. & ideò videtur ad alium articulum citandus. vt sentit Ioã. And. in additio. Spe. eo. titu. §. viso. versic. quid si quis. Sed tu vide, quæ latius dixi in Clemen. j. de dolo & contu. & quæ dicam. j. de dolo & contu. ¶ Et quod latius dixi. j. in. xxvij. principali articulo. q. vj. item secunda ratione videtur.

62 ¶ Trigesimò quæro, vtrum appellans ab aliqua interlocutoria, sit iterum de necessitate citandus. ¶ So. tex. videtur velle, quòd sic in. c. ij. s. vt lite nõ contesta. facit. c. prout. j. de dolo & contu. sed tu dic, vt tetigi in dicto. c. ij. in. ij. notabili, ꝙ illud quandoq; fit ad maiorem cautelã: licet de necessitate nõ sit vlterius citandus. vt in. c. ij. de do. & contu. li. vj. & in cle. j. de dolo & contu. & ibi latissimè dixi. & de materia dicetur. j. in titu. de do. & contu. ¶ Et latius. j. eo. articulo. xxviij. q. vj. ver. itẽ tertio qui appellat.

63 ¶ Trigesimoprimò principaliter quæro, quia quandoq; in literis apponitur clausula: Et quidã alij. vel similis. verbi gratia. Cõceditur rescriptũ cõtra P. & quosdã alios. Qui possint citari vir tute dictæ clausulæ. ¶ So. dic ꝙ præter expressos in literis, possunt citari tres vel quatuor, quorum nomina exprimi debent in primo citatorio. tex. est in. c. ij. de rescrip. lib. vj. ¶ Et hoc procedit, siue in literis sit vnus solus, vel etiam si sint plures specificati subiecta clausula prædicta. vt traditur in dicto. c. ij. ¶ Sed circa hanc quæstionem plures oriuntur quæstiones, & dubitationes. ¶ Primo igitur quæro, vtrũ aliæ clausulæ sint similes, & quę sint illæ? ¶ So. dic ꝙ sic. v de similis clausula est, si dicatur. Titius & nonnulli homines in ciuitate Señ. vel etiã si dixerit, homines talis loci: quia aut citabit, & conueniet eos: vt vniuersitatẽ & habentur loco vnius: aut vt singulos, & tunc præter expressos. solùm quatuor poterit conuenire. vt dicit gl. super verbo, et quidam alij. in. c. ij. de rescrip. li. vj. secus si diceretur in literis. Cites

Titiū & oēs alios, seu oēs illos, quos talis dixerit noīandos. qm̄ hoc casu cōprehēdunt̄ etiā vltra quatuor. nec habet locum. c. ij. de rescrip. li. vj. cùm ille tex. non loquatur per verbū vniuersale, omnes. sed limitatiuè, vel indefinite. secundùm Io. An. in. d. c. ij. & sequitur ibi Domi. facit quod no. in. c. dilecti. de excep. in gl. ij. per. Spec. eo. ti. §. sequitur. prope finem.

¶ Secūdò quæro, vtrū sub dictis clausulis semper includant̄ tres vel quatuor. ¶ Sol. dic quòd quandoq; cōprehendunt̄ plures, quàm quatuor. videlicet super re indiuidua. puta, in iudicio cōmuni diuidūdo. famil. erc. & similibus, in quib⁹ plures, quàm quatuor pn̄t citari virtute dictæ clausulæ. vt tradit gl. post Bernardū. in verbo Quatuor. in. d. c. ij. Et dicit Cōpost. in. c. sedes. §. de rescrip. quòd hoc est æquū. & sequit̄ Io. An. in. d. c. ij. in nouella & do. Domi. licet alij cōtra. ¶ Sed mihi plus placet præcedēs opinio. per ea, quæ dixi in. c. fi. §. de mut. pet. in. xj. prin. articulo. fall. ij. ¶ Itē, vltra illos quatuor possunt citari omnes, qui ius habēt in re: quia oēs tales possunt agere, & defendere de iure suo. vt in. c. j. §. de ele. & in. c. super eo. de offi. delega. & in. c. super eo. de offi. delega. & in. c. cùm super. j. de re iudi. Et idē tenet gl. in verbo. Quatuor. in d. c. ij. & sequunt̄ Inn. Host. & Io. mo. Et ponit Host. exemplū, quādo Episcopus citatur virtute illius clausulæ tāquā vnus, vel pro vno ex illis quatuor: quia ipse Episcopus nō pōt cām tētare sine capitulo suo. & sequit̄ Io. An. ibi in nouella. Sed dicit Io. de Imo. quòd istud exēplū est ineptū: quia tūc capitulū habet̄ pro vno. & sequit̄ ibi do. Domi. & mihi placet. facit quod dixi in præsenti quæstione.

¶ Tertio quæro, vtrū vigore dictæ clusulæ possit citari vniuersitas. ¶ So. videtur dicendū quòd nō: ex quo in rescripto seu literis solùm expressa est singularis persona. secundū Hosti. & Io. mo. in. d. c. ij. de rescrip. li. vj. & sequitur ibi Archi. qui tamē remittit in. c. in generali. de reg. iur. li. vj. Et ratio est, secundùm Hostien. quia de stylo curiæ aliter scribitur contra vniuersitatē, & aliter contra singulares personas. ¶ Sed Fran. Vercellēsis dicit quòd hoc est verum, quando clausula generalis sequitur personam expressam, vnā, vel plures. secus vbi nulla persona est expssa. Sed Io. de ligna. dicit, quòd aut clausula cōcernit multitudinē in consequentiā, vt fit quādo aliquibus noīatis subijcitur clausula generalis aut principalis, & nō per modū clausulæ & tunc loquitur. d. c. ij. Sed dicit Io. de Imo. quòd, cōtra prædictos facit generalis ratio posita in prin. tex. d. c. ij. & ideo nō videretur bene dicere. sed posset responderi, quòd ille tex. nō loquitur, nisi quando clausula est subiūcta post aliquā singularē personam expressam. Inn. verò similiter vult, quòd vniuersitas includatur. zenzelinus verò dicit, quòd opinio Inno. locum habet, qn̄ in rescripto eēt noīatus aliquis cōstitut⁹ ī dignitate, ita vt eēt æquè potens: quia tunc vniuersitas habet̄ pro vno. facit quod dixi in præcedētibus quæstiōibus. Sed prima opinio Hosti. locū habet, quādo priuata persona dūtaxat esset nominata in rescripto: quia tūc vniuersitas nec nominari nec citari pōt: cū sit maior. in. c. sedes. §. de rescrip. & idem tenet Io. de fantuci. de quo remittit do. Domi. ad latius dicta per eum in. c. in illis. de præbē. li. vj. Et ista opinio satis mihi placet: quia principalis difficultas istius quæstionis descendit à materia & dispositione. d. c. sedes. quia non potest citari virtute illius clausulę superior in dignitate, quàm sit persona nominatim expressa in literis. de quo dic vt ibi latius dicitur.

¶ Quartò quæro, quia dicitur quòd tres vel quatuor citari possunt. in cuius ergo electione sit dicta alternatiua. ¶ Solutio. dic quòd est in electione istius, qui literas impetraret. secundū Io. mo. in. d. c. ij. & sequuntur ibi Io. An. & do. Domi. facit. l. planè. §. pe. ff. de lega. j. & quod traditur in regula. In alternatiuis. de regu. iur. lib. vj.

64 ¶ † Quintò quæro, vtrum virtute prædictę clausulę possit citari fœmina. ¶ Solu. Ioan. And. in. d. c. ij. tenet quòd sic allegat. c. significauit. §. de rescrip. licet Vincen. ibi notauerit contrarium & remittit Ioannes Andreas ad Specula. in titulo de rescrip. præsenta. §. fina. versiculo. sed queritur vtrū. & sequitur Archi. decimaseptima quæstione quarta. capitulo, si quis suadente. & Lap. in. d. c. ij. Sed Io. de lig. dicit quod posset defendi contrarium: quia in odiosis masculinum nō concipit fœmininum. sed rescripta sunt odiosa. igitur &c. Nō obstat. c. significauit. quia ibi non conuenit fœmina ratione clausulę. Quidā alij tāquā ipsa. sed tanquā hæres. Sed dicit Ioan. de fantuci. quòd dictum Io. And. videtur verum à contrario sensu. d. c. significauit. nam dicit ibi tex. quòd quia tempore impetratiōis rescripti viuebat frater illius, ideò illa non tenebatur: & sic cùm tempus datæ debeat attēdi, nō poterat cōprehēdi in rescripto: secus si tēpore datæ frater fuisset mortuus. Tu ad hoc vide, quæ latissimę dixi in Cle. j. de elec. vbi tractaui, an & quando masculinum concipiat fœmininum.

¶ Sextò quæro, vtrū prædicta locū habeāt, in quibuscūq; literis apponatur dicta clausula. ¶ Sol. glos. in verbo, literis in. d. c. ij. de rescriptis. li. vj. dicit, q̄ non. & sic vult, q̄ nō habeat locū in literis episcoporū. sed bene in literis apostolicis. & fuit opinio Hosti. per tex. illū dum dicit literis nostris. facit. xxv. distin. c. qualiter. & idē tenet ibi Ioā. mo. facit, quia ad episcopos facilius pōt haberi recursus: & quia cōtra cōcedentē, latior fit interpretatio, vt in. c. dilectus. §. de cōsuetu. Abbas tenet contrariū. pro quo facit de consecrat. distin. j. c. basilicas. & sequitur Spe. eo. tit. §. contra. vers. quid si in literis. & loquit̄ tam de literis legatorū, quàm episcoporum: quia eadē est ratio, videlicet vt occurratur fraudibus. Io. An. distinguit, q̄ aut clausula illa solū præiudicat concedenti literas. & habet locū prima opinio, aut alij, & habet solū locum secunda. Io. de fantu. dicit, q̄ est ponderāda ratio dicti. c. ij. quia si fuit illa, ne nimium derogetur iurisditioni ordinariæ. locum habet distinctio Io. An. quia quādo rescriptū cōcernit pręiudiciū tertij, debet strictè interpretari, vt in. c. super eo. de offic. deleg. sed in præiudiciū cōcedētis, interpretatur latè, vt in. c. quia circa. de priuile. cū simi. Sed si ratio esset illa, quam pōderat tex. d. c. ij. in prin. vt infinitas euitetur, & fraudibus occurratur: tunc vera esset opinio secūda. ¶ Dominus Ant. in. d. c. ij. simpliciter & indistinctè tenet secundā opinionē: qa cū. d. c. ij. sit iuris antiqui correctiuū, nō extēditur ad casum non expressum per. c. qui à iure. cū sua materia, de reg. iur. li. vj. Sed do. Domi. in. d. c. ij. sequitur opi. Abbatis: quia ex quo ille textus expressit rationes: ideò vt dicit Ioā. de fantu. cū ratio expressa sit generalis: extēditur ad cōprehensa sub illa: quia ratio legis est illa, quæ regulat legis virtutē. j. di. c. cōsuetudo. Nec obstat ratio do. Ant. quia licet ius sit exorbitās, tamē extēditur ad cōprehēsa sub ratione in iure expressa. notat gl. in Cle. j. de elec. & maximè, quia dispositio dicti. c. ij. nō est omnino exorbitans: sed potius limitatiuū iuris antiqui. Nec obstat si dicatur, q̄ illud est declaratiuum iuris antiqui. & sic solū debet referri ad ius, qđ declarat, & ad casum contentū in iure declarato, vt no. Inno. in. c. dispēdia. de rescri. li. vj. & per gl. in. c. fi. cui. de elec. li. vj. & quod tradit̄ in. c. fi. §. de cōsti. Quare cū. c. sedes. §. de rescrip. ad cuius limitationē emanauit. d. c. ij. loquatur tantū de literis Papæ. ergo videtur q̄ nō procedat in literis aliorū: quia pōt respōderi, q̄ illud procedit in iure declarante, nō assignante rationē. secus quādo assignat rationem, per quā idē cōcluditur in alio casu. Itē prædictę clausulæ locum habēt etiā in literis, per quas quis ex officio debet ad inquisitionem procedere. secundū Inno. & Abb. sed Ioā. de fantu. dicit, q̄ aut sunt literæ inquisitionis, cū dicta clausula, à nemine impetratę. & procedit opinio Inno. qa dicto casu nō loquit̄. d. c. ij. quod patet per textum ibi. dum dicit, impetrator &c. secus fortè dici posset, vbi inquisitor procedit ad instantiā impetrātis. sed dicit domi. Domi. q̄ posset dici, q̄ etiā si ex officio procedatur, habet locum. d. ca. ij. per rationē illius tex. quę est apta includere quem libet modum procedēdi. & lex extenditur ad cōprehēsa sub ratione: licet strictius loquatur: vt statim dixi. Et quia etiā quis dicitur trahi ad iudiciū, licet procedatur per viā inquisitionis. vt no. glo. in. c. quoniā. j. de proba. & probatur in. c. qualiter el. ij. j. de accusa. de quo latè ibi dixi in. iij. principali articulo.

65 ¶ † Septimò quæro, vtrum prædicta procedāt in impetrationibus, quæ fiunt ad auditores Palatij Apostolici. ¶ Solu. Domini de Rota decisio. cccv. in antiquis, arguunt q̄ non: quia cōmisiones quæ fiunt in curia, cū fiāt ratione ordinarię & superioris iurisditionis, quā habet Papa. presertim super causis deuolutis, vel aliàs tractandis in curia, nō sunt restringendę sicut cōmisiones, quæ fiunt ad partes, iudicibus delegatis: quę tendūt ad eneruandam iurisditionē: & ideò restringuntur. argu. c. ad hoc. §. de rescri. Concludunt tamē ibi q̄ cū ratio. d c. ij. de rescrip. libr. vj. sit generalis. videlicet ratione infinitatis vitādæ, vendicat sibi locū etiam in casu nostro. vnde dicūt, q̄ aut actor facit citari aliquos ad suam instantiā & etiā debet ibi seruare dispositionē. d. c. ij. & non faciat citari vltra tres vel quatuor. aut nō facit specialiter citari aliquos, sed multi veniunt, prætendentes sua interesse: & volunt venire ad iudiciū, & docere suū interesse: & tunc etiam extendatur ad plures: quia si ipsi scientes causam suā agi, sed nō opponerent, pararetur eis præiudiciū iuxta no. in c. cū super. & in. c. quamuis. j. de re iudi.

¶ Octauò quæro, vtrum nō specificati, vel specificati literis, sint exprimendi in primo citatorio. Solu. dic, q̄ specificati in literis non sunt nominādi in primo citatorio. vt no. gl. in verbo, Quorum. in dicto c. ij. Sed non specificati in literis, debent exprimi in ipso primo citatorio & talis expressio debet fieri in actis. vt ibi dicitur per c. quoniam. j. de proba.

66 ¶ † Nonò quæro, vtrū in qualibet citatione nomina sint exprimenda. ¶ Solutio. gl. prædicta ponit tres opiniones. ¶ Inno. tenuit q̄ sic. & sequitur Cōpost. Mouentur, quia primū citatoriū

poteſt eſſe multis occultũ.¶Alia opinio eſt,ꝙ ſatis eſt,quòd ſe
mel exprimãtur in ipſa citatione,& ſcribãtur in actis,ſecundũ
Hoſti.Bernar.verò dicit,ꝙ ſufficit,ꝙ ſcribantur in actis:licet nõ
ſcribantur in primo citatorio:quia ſatis eſt,ꝙ per hũc modum
ceſſat variatio.¶Cõclude ergo,ꝙ ſatis eſt ſemel exprimere, vel
in primo citatorio: vel etiã apud acta.Et vide qđ latius dicitur
in.d.c.ij.& per Spe.eo.tit.§.cõtra.ver.itẽ per clauſulã,quidã alij.
67 ¶†Decimò quæro,vtrum poſsit citari aliquis de non expreſsis
ante expreſſos.¶Sol.gl.prædicta tenet,quòd ſic:niſi factũ fue-
rit in fraudem.& ſequuntur Doc.
¶Vndecimò quæro,quid ſi nõ ſit facta dicta expreſsio:vtrum
citatus teneatur comparere:& ſi nõ cõparet,qũo punieť actor.
¶Sol.dic,ꝙ tutius eſt,ꝙ compareat.& petat à iudice ne per ta-
lem citatoriam procedat:alioquin appellet.argu.c.bonæ.el.ij.s̃.
de elect.¶Item,poteſt petere aduerſarium in ſumptibus con-
demnari.ff.de re iudi.in.l.cũ quẽ.& hoc verum,quãdo impetrãs
vult conuenire,non ſolũ expreſſum in citatione ſeu literis:ſed
etiã alios:quia tunc debet ſeruare.d.c.ij.& quod.s̃.dictum fuit.
¶Sed ſi actor dicit iudici.Ideò non feci alios in citatione expri
mi:quia eos non intendo conuenire:tunc nõ incurrit pœnas d.
c.ij.Melius tamen facit,iudex,ſi à principio non citat aliquem,
aliorum nominibus non expreſsis:niſi impetrans,quantum ad
non expreſſos,renunciet reſcripto.& hoc ipſum iudex ad ex-
cuſationem ſui in citatorio debet exprimere.tenet Spe.eo.ti.§.
contra.ver.ſed quid ſi à principio.
¶Duodecimò quæro,quid ſi pars expreſsit,quando petijt cita
ri:ſed iudex non expreſsit in ſchedula citationis, an præiudice-
tur parti.Sol.dic,Doc.dicunt quòd non allegant.c.ex inſinua-
tione.j̃.de appella.&.ij.q.vj.c.anteriorum.facit quod no.in.c.fi.
de elec.lib.vj.in gl.ſuper verbo,Inanes.ſecundũ Io.And.& d.
Domi.facit quod dixi.s̃.in.viij.q.&.x.quæſtionibus.
¶Tertiodecimò quæro,quid ſi actor non expreſsit debito tẽ-
pore in ipſo principio:ſed incontinenti poſt, an excuſeť.¶Sol.
Docto.dicunt,ꝙ ſic:ſi ius aduerſarij non eſt factũ deterius:quia
quæ incontinenti fiunt,videntur ineſſe,vt in.c.officij.s̃.de elect.
&.l.lecta.§.dicebã.ff.ſi certũ petatur. ¶Et ſentit Frãc.Vercel-
lenſis,& clarius Ioan.de Imo.quia text.d.c.ij.exigit expreſsio-
nem citandorum ad hoc, vt excludat fraudulosam variationẽ,
quæ ſatis excluditur,ſi incontinẽti hoc fiat poſt citationem. &
ſequitur.d.Do.¶Et ex his eſt expedita.xxxj.q.principalis.
68 ¶†Trigeſimò ſecũdò,Principaliter quæro,quid ſi citatꝰ ſit,qui
non debet citari,an ſit expectandus vſq; ad terminum in cita-
tione cõprehenſum.¶Sol.dic,vt dicam.j̃.in.xxxj.princ.articul.
ver.octauus effectus.¶Et ex his,Deo duce,expeditus eſt quin
tus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 ☞Citatio,ad cuius inſtantiam fieri debeat.
2 Iudicis officium impartiri non debet,niſi parte petente.
3 Statutum,quòd iudex poſsit aut debeat citare,qualiter ſit intelli
gendum.
4 Citatio an poſsit fieri ad inſtantiam excommunicati.
5 Citatio an poſsit ſine iudicis commiſsione fieri.

ARTICVLVS. VI.

SExto principali articulo
1 tractandũ eſt †ad cuius inſtan tiã ſeu petitionem, de
beat fieri citatio.¶Solutio.dic,ꝙ hæc materia poteſt
cõſiderari duobus modis.Vno modo,reſpectu partis.Alio mo
do,reſpectu iudicis.Quò ad primum modũ,dicendũ eſt, quòd
quis debet citari ad partis petitionẽ,vt in.c.ſignificaſti.ibi,Ad
petitionem aduerſarij.& ibi dixi in ſecundo notabili.& in l.ad
peremptorium.ff.de iudi.& in.l.fi.C.de bo.autho.iud.poſ.¶Et
l.ſi accuſatoribus.C.de accu.& ibi,Poſtulaſtis.& ibi not.Bald.
Not.Hoſti.in.c.ex conquæſtione.j̃.de reſti.ſpol.& probatur in
authen.de mãdatis prin.§.ſit tibi.ver.& nõ permittas.no.Bald.
in.l.ij.C.qũo & quando iudex.& Bart.in.l.iiij.§.hoc autẽ.ff.de
dam.infec.vnde ſi fieret citatio,& nõ fieret ad inſtantiã partis,
non teneret per tex.in.c.j.s̃.de iudi.& ibi tetigi in quarto nota-
bili poſt Doc.& ibi tenet Do.meus in c.prout.de dolo & cõtu.
Tetigi in rubrica.j̃.de dolo & contu.trac.v.ar.xiiij.verſi.xij.te-
net Bar.in.d.l.ad peremptoriũ.& colligiť ex quęſtionibus ſupe
rius allegatis.¶Tenet Domi.in.c.quoniã contra.de proba.Fa-
2 ciunt quę dixi arti.xxvij.q.v. ¶†Quid autẽ,ſi in actis appareat
B.citatum,vtrũ præſumatur facta citatio ad partis inſtantiam,
dic vt dicã.j.in.xxx.principali articulo.¶Et prædicta habẽt lo
cum,quãdo procediť ad priuatã vtilitatẽ,& partis petitionem:
quia iudex tunc nõ debet im partiri officiũ ſuum,niſi parte pe-
tente:vt d.§.hoc autẽ iudicium.& in.c.ad noſtrã.el.ij.j.de iure-
iurã.ſecus vbi iudex procederet ex officio ſuo ad publicã vtili-
tatem.Ad quod vide,qđ latè dixi in.c.qualiter.el.ij.j.de accu.in
3 octauo principali articulo.¶†Et prædicta procedunt,etiã ſi ſta-
tutum diceret,quòd iudex debeat & teneatur citare:quia debet
intelligi ad partis inſtantiã,vt ſic recipiat interpretationẽ paſsi-
uam.argu.l.vt gradatim.§.ſed ſi ex lege.ff.de mune.& hon.de
qua materia latè dicetur in tit.de conſti.Et hoc procedit,niſi ſta
tutum loqueretur in caſibus,in quibus iudex ex officio debet
4 moneri:puta,propter publicã vtilitatẽ, vt dixi.¶†Vtrũ autem
ad inſtantiã excõmunicati,quis debeat citari,vide Inno.& Ioã.
An.in.c.ij.de dila.Imo.in.l.quidã conſulebat.ff.de re iudi.¶Sed
tu dic,vt latè dixi in c.ſacris.j̃.de ſen.excõmu.in.xix.principali
articulo.in quinta.q.principali,in ſecundo membro principali.
ver.tertio quæro.Et ibi etiã traditur,quid de bãnito.¶Circa ſe
cundũ membrũ reſpectu iudicis dicendũ eſt,ꝙ citatio fieri de-
bet ex iudicis commiſsione,vt in l.ij.& l.conſentaneũ.C.quo-
modo & quando iudex,& quod vtrobiq; traditur per Bart.&
Bal.C.quomodo & quãdo iudex.¶Et vide quod latius dicã.j̃.
in.xj.principali articulo.Tetigi in c.j.s̃.de iudi.in quarto notabi
5 li.¶†Et vide quæ dixi s̃.in quarto principali articulo,& ibi vi-
de,ꝙ etiã quandoq; põt quis citare ſine iudicis commiſsione.&
maximè quod dixi ibi in ſecũda.q.principali articulo.¶Et qđ
ſi in actis apparet citationem factã per nunciũ:ſed non conſtat
de iudicis cõmiſsione,vide quę dicã.j̃.in.xxx.principali articu.
¶Et ex prædictis eſt expeditus ſextus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 ☞Citatio in quibus cauſis,& caſibus requiratur:& an,& qui-
bus cauſis poſsit omitti.
2 Actus in quo exigitur cauſæ cognitio,requirit citationem eo-
rum,de quorum præiudicio agitur.
3 Actus in præiudicium abſentis motus,requirit citationem.
4 Citatio neceſſaria eſt,tã in cauſa principali,quàm appellationis.
5 Citatio requiſita eſt in cauſa poſſeſ.& proprietatis.
6 Quæſtio ſiue facti,ſiue iuris,requirit citationem.
7 In notorijs,an ſit opus citatione.
8 Citatio neceſſaria eſt,ſiue procedatur ad partis petitionẽ,ſiue ex
offi.iudicis.
9 Citatio requiritur,etiam quocunq; iuris ordine ſeruato:vel nõ.
10 In dilatione probatoria,an ſit neceſſaria citatio.
11 Teſtium receptio parte non citata,eſt nulla.
12 Actus in termino ſucceſsiuo expediendus,requirit partis cita-
tionem.
13 Productio inſtrumentorum,exigit partis citationem.
14 Citatus cõparens iudice non cõparente,venit denuo citandus.
15 Iudice alteri prolationem ſententiæ committente, facienda eſt
noua citatio partium.
16 Receptio teſtium ad perpetuam rei memoriam,exigit partium
citationem.
17 Publicatio teſtium ſeu atteſtationũ,requirit partis citationem.

ARTICVLVS. VII.


Eptimo principali articu
1 lo tractandũ eſt†in quibus cauſis & caſibus,requi-
ratur citatio.Et an poſsit omitti.& in quibus cauſis
& caſibus.Circa quẽ articulum primò pono regulã generalẽ,ꝙ
citatio neceſſariò requiritur pro ordine ſubſtãtiali,ad validitatẽ
proceſſus.j̃.de cau.poſſe.& proprie.c.j.s̃.de cõſti.c.cũ eccleſia.
& de maio.& obe.c.inter quatuor.ij.q.j.c.nos in quenq;.in cle.
paſtoralis.de re iudi.in.l.de vnoquoq;.ff.de re iudic.& in.l.nam
ita diuus.ff.de adopt.& in.l.j.§.ex eo.ff.que ſentẽ.ſine app.reſc.
in.C.quomo.& quãdo iudex.in.l.ea quę.Hoſti.in ſumma.in ti.
de ſenten.§.qualiter.ver.is eſt ordo.Spe.in tit.de act.& peti.in
rubrica.de quo tractabo.j̃.in tit.de ordi.cogni.¶Et vide quod
2 dixi.j̃.eod.articu.xxxj.ver.j.¶†Et vbicũq; agitur actus,in quo
exigatur cauſæ cognitio,requiriť citatio eorũ,de quorũ pręiudi
cio agitur.d.l.nã ita diuus.&.l.in cauſæ.§.ſi cauſa cognita.ff.de
mino.& in.c.j.ad fin.de cau.poſſ.& proprie.&.c.j.de offi.iudi.
& in.c.fi.de ſupplẽ.negli.Præla.lib.vj.& in.l.nec quicquã.§.vbi
decretũ.ff.de offi.proconſul.& lega.& in.l.fin.C.ſi per vim vel
alio modo. Et l.iij.§.ſi cauſa.ff.de bo.poſ.& in iuribus ſtatim
allegatis tradit Spe.in tit.de ſecundo decreto.§.nũc dicamus.in
3 prin.¶†Et vbicunq; agitur de præiudicio abſentis iſtius,eſt ci-
tatio neceſſaria,vt in iuribus præallegatis.& in alijs iuribus de
quibus s̃.in quinto principali articulo,in prin.¶Et etiã ad quẽ-
libet actũ,quẽ quis poſſet impedire ne fieret,debet quis citari.
vt no.per Ioã.An.in.c.ſolet.de ſentẽ.excõ.li.vj.& per gl.& do.
in.c.ex ratione j.de appel.iij.q.ix.c.oĩa j.de procu.c.in noſtra.&
ibi in gl.fin.¶Et hæc procedũt etiã in proceſſu Principis, vt in
cle.paſtoralis.de re iudi.no.Bal.poſt gl.in.l.fin.C.de legi.tradit
Do.me.in.c.cũ inter.R.s̃.de elec.& no.ij.q.j.nos in quenquã.&
in.c.j.j.de ca.poſ.& proprie.& ĩ.l.meminerint.C.vñ vi.¶Quod
eſt verũ,quãdo Princeps procedit ex ordinaria poteſtate.ſecus

si procederet ex plenitudine & absoluta potestate, secundùm Vbertũ de Bobio, quẽ refert Io. An. in addi. Spe. in ti. de sñia. §. iuxta. ver. est etiã nulla. Et fuit q̃stio Pylei in ordine lxvj. tradit Bar. in. l. mulier. ff. so. ma. & D. m. in. d. c. inter quatuor. & ẽt sentit in. d. c. cũ ĩter R. ¶ Et p̃dicta recipiũt plures declaratiões.

4 ¶ † Primò procedit prædicta regula, siue agatur causa principalis, siue causa appellationis. vt in iuribus præall.

5 ¶ † Secundò, procedit: siue agatur causa ꝓprietatis, siue possessionis. q̃m possessor nullo modo debet priuari possessione sua: nisi citet̃, etiã si sit iniustus possessor. vt in c. licet. de præbẽ. lib. vj. & in d. c. inter quatuor. & in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollẽ. & per Bar. & Bal. in. l. si deserta. C. si propter public. pensit.

6 ¶ † Tertiò procedit, siue sit quæstio facti, siue iuris hoc colligit̃ ex glo. super verbo. Iuris. iuncto tex. in c. sæpe. j. de appella. & ibi hoc singulariter Domin⁹ meus notat. Et rõ est, quia fortè absenti cõpetit aliqua defensio tendens ad offuscatiõem illius iuris. Vel fortè allegabit consuetudinẽ, vel priuilegium in contrarium, vel quid simile. vt dicitur in d. c. sæpe.

7 ¶ † Quartò procedit nõ solùm in his, quæ nõ sunt notoria: sed etiã in notorijs, dummõ sint notoria: quæ aliqua facti tergiuersatione celari possint. aut aduersus quæ posset quis se defendere. vt in c. fi. §. j. de offi. deleg. li. vj. & ibi no. d. Do. & do. Ant. in capitu. referente. j. de præben. traditur in c. vestra. j. de coha. cleri. & mulie. iij. q. ix. per totum. & in capitu. cũ sit Romana. j. de appella. & ibi tetigi, & in c. j. de offi. deleg. li. vj. & in c. ad nostrã. el. ij. j. de iureiur. ĩ. c. bonę. el prĩo. ver. porro. s. de elec. ij. q̃o. j. c. manifesta. & c. de manifesta & c. q̃ Lothari⁹. j. de accu. c. euidẽtia. j. de cohabi. cle. c. tua. & per Io. An. in addi. Specu. in titu. de notorijs crimi. super rubrica. Et q̃m in hoc iura, glo. & Doc. quãdoq; videntur velle, quòd requiratur citatio: quãdoq; verò quòd procedi potest sine citatione: reducuntur ad concordiã per distinctionẽ. aut est tale notoriũ, aduersus quod cõpetere potest defensio: & requiritur citatio. aut nõ, & non requiritur. dixi in. c. cùm olim. j. de re iudi.

8 ¶ † Quintò ꝓcedit, siue ꝓcedat̃ ad petitionẽ partis, siue ꝑ viã inquisitiõis ex officio iudicis. ad quod vide q̃ latè dixi in. c. qualiter. el. ij. j. de accusa. ĩ. x. prĩcip. arti. q. xij. & q. lxxj. & sequẽti.

9 ¶ † Sextò ꝓcedit, siue ꝓcedatur ordine iuris seruato, siue summariè & de plano &c. vt in Cle. sæpe. de verbo. signi. de quo latius dicetur. j. in titu. de or. cogni.

10 ¶ † Septimò procedit in dilatiõe probatoria. Ad quod vide, q̃d dixi. j. eo. c. ij. articulo. xj. q. j. ver. & ex p̃dictis infertur. Et idẽ in articulis & positionibus producendis: quia quãdo à principali inducuntur, pars est citanda. sentiunt Domini de Rota, & post eos Dñs meus in. c. ij. de testi. Facit, q̃a posset pars opponere aliquos eẽ ĩpertinẽtes: duplices, cassiosos, repugnãtes, vł alteri⁹ similis qualitatis: ꝓpter q̃d nõ eẽnt admittẽdi. facit q̃d tradit̃ maxĩe ꝑ gl. ĩ c. ij. de testi. li. vj. sec⁹ q̃n iudex iã examinasset articulos, an essent admittendi, vel non. de quo statim subijciã fallentiam.

¶ Octauo ꝓcedit in testiũ ꝓductione, quoniã testiũ receptio facta parte nõ citata, est nulla, vt est tex. in. c. ij. j. de testi. & in. l. si q̃n. C. de testi. & nota. in. c. cõstitutus. j. de fideiusso. de quo latius dicã in ti. de testi. Sed ipsius testis citatio nõ requirit̃ ad hoc, vt valeat attestatio sua. Satis em̃ est, quòd sit ꝓductus per partẽ, licet nõ fuerit monitus vel citatus, secũdũ Spe. in ti. de teste. §. qualiter. versi. iudex igit̃. tenẽt Domini de Rota decisio. cclxv. licet Guil. de mõte lauduno in Cle. ij. de elec. & Iaco. de Beluisio in authẽ. de test. §. j. sentiãt cõtrariũ. Sed præcedẽs opinio est cõis. pro qua facit quod no. gl. in. l. post legatũ. §. is verò ff. de his quibus vt indig. & ibi etiã hoc tenet Bar. quod tñ procedit: dũmodo testis nõ offerat se spõte: quia tũc efficeret̃ suspectus. vt in dicto, c. ij. tradit̃ per Bar. & moderniores in. l. lege Iulia. ff. de testi. & in. l. vxori. §. qui se filio. ff. de falsis. & per Bal. in auẽ. sed nouo iure. C. si cer. pe. & ĩ. l. q̃m. C. de testi. & in l. præsbyteri. C. de Epis. & cleri. & in. c. j. §. porro. quæ fuit prima causa beneficij amitten. de quo latius dicam in ti. de testi.

12 ¶ † Nonò ꝓcedit in actu expediẽdo in termino successiuo. vt puta, ꝓfixus est termin⁹ successiuus pluriũ dierũ ad instrumẽta ꝓducẽda, vel ad testes ꝓducẽdos, vel ad q̃d simile: nã licet ista statuitio termini sit facta altera parte citata, vel p̃sente, aut monita: tñ cũ ꝓducunt̃ testes vel instrumẽta, citãda est pars. aliàs ꝓductio eẽt nulla. secũdũ Bar. in. l. qui añ calẽdas. ff. de verbo. obliga. p. l. ij. & authẽ. ei qui. C. de tẽpo. appella. ¶ Et sequit̃ Lud. Põta. ĩ. d. l. q añ calẽdas. Mouet̃: quia cui ille ꝓfixus est termin⁹, qualibet die termini põt actũ facere, ad quẽ ille præfixus est. vt no. gl. in versi. infradictũ. in Cle. ij. de appel. Sed tñ si intra terminũ facit, debet pars citari. quod ꝓbat tribus rõnibus. ¶ Primò, quia dictus terminus est cõis vtriq; parti, vt. l. petendæ. C. de tempo. in integ. resti. ergo sequitur, quòd nulla ex partibus cõparere debet ante finẽ termini, nisi aliàs citetur: cũ dicto termino toto gaudere debet. ¶ Secundò, per casum expressum. l. si quãdo. C. de testi. vbi examinationi testium ex longinquo venientium, præfigitur terminus quindecim dierũ. & tamẽ si pars velit illũ facere examinari, debet citari alia pars. ergo &c. ¶ Tertiò, quia cũ pars possit qualibet die termini actum exercere, nec pars altera possit diuinare, qua die facere velit. argumẽ. ff. ad l. aqui. l. si putator. & ff. mandati. l. si fideiussor. §. si cũ debitor. & c. primo vt eccle. benefi. ergo &c. Et hanc opi. tenet Bart. in. l. itẽ illa. ff. de consti. pec. & Bald. in. l. si quando. C. de testib. & l. j. ff. si quis cau. & l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. ij. & l. fi. C. qui admit. ad bono. posses. facit quod tradit Bart. in extrauagan. ad reprimen. in ver. de plano. vbi dicit, ꝙ ex sola productione instrumenti non satisfit termino: nisi sit data copia parti: vel pars citata ad contradicendũ. facit tex. q. ix. c. certè. & per Bal. in. l. fi. C. qui admitti. secundũ Ponta. ¶ Sed tu dic, quòd melior text. est in. l. fi. C. de fide instrumentorũ. vide quod latius dicã in tit. de fide instru. in materia productionis instrumentorũ. ¶ Quod tamen intelligo, nisi ille esset monitus vt cõpareret singulis diebus & horis, intra illũ terminũ, ad videndũ testiũ productionẽ & receptionẽ, & instrumentorũ productionẽ: & ita seruatur in practica: quia cũ sit facta monitio, vel citatio pro singulis diebus & horis, perinde est, ac si illa hora productionis esset ille citatus.

13 ¶ † Decimò procedit in productione instrumẽtorũ: q̃a q̃n producuntur instrumẽta, pars est citanda. vt no. gl. pe. in. c. cõtingit. j. de fid. instru. per. l. voluit. §. fi. & l. fi. ff. de interroga. act. & probatur. iij. q. iiij. in. c. certè. Et idẽ voluit Bal. in. l. si quãdo. C. de testi. vbi singulariter dicit, ꝙ hoc est verũ, quò ad effectũ, & instrumentũ probet: sed tñ quò ad satisfaciendũ termino, satisfactũ esse intelligit̃: licet pars nõ fuerit citata. & idẽ tenet Bal. in l. fi. C. qui admit. ad bo. pos. possunt. ꝑ l. miles. §. sexaginta. ff. de adult.

14 ¶ † Vndecimò procedit, etiam si semel facta esset citatio: & citatus fortè comparuisset, & iudex nõ sedisset pro tribunali: quia ad hoc, vt teneatur de nouo comparere, iteratò citandus est, vt voluit Inno. in c. consuluit. in gl. ij. in fi. s. de offi. deleg.

15 ¶ † Duodecimò procedit regula prædicta, etiã si iudex, qui cognouit de causa, citauit partes perẽptoriè ad sententiã audiẽdã: & postea cõmisit alteri sentẽtiæ prolationẽ. is enim cui cõmisit tenetur iterũ partes citare. ar. ff. de iudi. in. l. edictũ. facit. C. quomodo & quãdo iudex. l. cõsentaneum. & ibi per glo. hoc tenet Spe. eo. ti. §. fi. ver. ante pe. allegat tamen in contrariũ. c. cõsuluit. s̃. de offi. dele. vbi tex. vult, ꝙ non teneatur vlterius citare. ad idẽ allegat. l. mortuo. ff. de iudi. vbi text dicit, ꝙ mortuo iudice, successor iudicabit, quod ille iudicaturus erat: & sic sine noua citatione. Sed dicit Io. An. ibi in addi. ꝙ si vterq; comparet, & petit sententiam, cessat dubium: quia nõ est necessaria citatio. Si verò alter non cõparet: tunc putat nouum peremptoriũ necessariũ, per dictã. l. edictũ. nisi iudex citasset ad sententiã ferendã per se, vel per cõmissarium suũ. facit. ff. iudic. sol. in. l. cũ apud. & quod no. Io. An. in. c. licet. de accu. Non obstat. l. mortuo. quia determinat quid iudicandũ. sed nõ, quãdo iudicãdũ. ita dicit Io. An. in illa additione. Bal. verò in. d. l. consentaneũ. in prima quæstione dicit, ꝙ si ordinarius, decurso perẽptorio, delegauit causam, ꝙ delegatus nõ tenetur nisi semel citare. & ita dicit intelligendũ, quod no. Inn. in. c. dudũ. el. j. de elec. in gl. penul. & Arch. v. q. iij. c. si ægrotans. & xxiij. q. iij. c. de illicita. & vide quod dixi in. c. licet in beato. j. de accusa. ¶ Et vide ad hoc quod dixi in. xxvj. principali articulo, q. ix.

¶ Itē dicitur certus,q ad hoc,& ad alia,quæ in negotio occurrūt est gñaliter cōstitutus:dūmodo hoc cōstet,nō solū ipsis iudicibus,sed etiā partibus.arg.no.in d.c.cū inter.¶ Et vt omnis dubietas tollatur,dicēdū est secūdùm Ægi.& Gof.ꝙ necessariū est, ꝙ cōstet,ꝙ citatio sit facta de mādato iudicis,& ꝓpter hoc reprobāda est practica secūdū quā cōmissio facta nūcio nō scribitur:sed sola relatio.secūdū Spe.e.ti.§.sequitur.ver.vtrū autē citatus.dixi s.art.xj.Sed Pōta.in d.l.sciendū.col.xviij.ver.vj.& vltima cōclusio.ponit pro cōclusione,ꝙ nūcio verbaliter citanti, & præsupponēti cōmissionē iudicis delegati, nō sit credendū de cōmissione sine literis.& istā opi.sequitur Bar.in extrauagāti ad reprimēdū.in verbo,per nunciū.Sed Bar.vt dicit Ponta. nil allegat:sed potest allegari secūdùm Pōta.d.c.prudētiā.s.de off.dele.ibi dum tex.dicit nunciū literatoriè destinatū.Sed plurimum miror de Ponta.quia Bar.allegat.d.c.prudentiam.
11 ¶ †Secūdò facit quod no.gl.ordinaria in c.si Eps.iij.q.ij.arg.c. prætereа.j.eo.vbi traditur,ꝙ pars citata ad mādatū delegati,nō tenetur cōparere:nisi in citatorio sit insertus tenor rescripti delegatarij.Ergo videtur nō fortè credēdū necessaria, quādo nūcio nec fortè præsumēdam commissionē sine literis factā,cùm super illis tenor rescripti delegatarij inscribi nō possit.¶ Sed Spe. tenet cōtrariam opi.quam Bar.nō vidit,vt dicit ipse Pōta.sed nō bene loquitur:quia Bar.allegat d.Spe.& Io.An.in addi.in d.ver.vtrū autē citatus,vt s.dixi.Et sequuntur Domini de Rota decisione septingentesima.xxij.volentes partē citatā coram delegato præsumere debere commissionē in nūcio , etiam sine literis,absq; eo,ꝙ pars videat rescripti delegatarij tenorē.satis enim est citato,ꝙ nūcius sit public⁹ & notus ipsi citato:sed nil allegāt.Idem tamē sequitur Ponta.& arguit,quia delegatus & arbiter æquiparātur.s.de off.delē.c.vno delegatorū,sed arbiter potest citare per nūcium publicū,etiam nō literatoriè destinatum:vt l.sed interpellatur.§.j.& in l.diem proferre.in princ.ff. de arb.ibi per nuncium vel epistolā.ergo &c.Dicit tamē Pōta. ꝙ propter prædictas opinio.oritur dubium,quænam prædictarum opinionū sit verior.Pro cuius dubij decisione inuesti-

gari oportet, an citatio delegati sit valida absq; eo, φ in ipsa inseratur tenor scripti delegatarij: de quo per Spe. e. ti. §. itē quod rescriptū. & §. iā de citatione. ver. sed pone. & p Doc. in c. cùm in iure. s. de off. dele. & p Bar. in l. ex quacūq;. si quis in ius voc. nō ierit. & in auē. qui sel. C. quomodo & qñ iu. & per d. Ant. in c. preterea. j. eo. ¶ Sed ipse Pōta. dicit distinguēdū esse, φ aut citatio emanat ad locū lōginquū. & tūc citat⁹ nō tenet credere nūcio citationē fuisse factā: nisi in literis citatorijs inserat tenor rescripti. p tex. in d. c. preterea. & melius probat in d. auē. q semel. & in auē. litigiosa. C. de litigiosis. quare dicit parcēdum citato existēti in loco remotissimo: si noluit præsumere cōmissionē factā à iudice delegato: si nūcius nihil ostēdit. ¶ Aut citatio fit in eodē loco vbi est delegatus: & tūc nūcio noto absq; literis, & rescripti tenore, pars citata credere debet, & p̄sumere fuisse fa-
12 ctā sibi cōmissionē. ¶ † Et ad hoc dicit, φ nō est melior lex in toto mūdo, φ̄ d. lex, diē proferre. & d. l. sed interpellat. p qua etiā decisione inducit in simili singularē determinationē Spe. ī ti. de iud. §. sequit. vers. quid de auditoribus. vbi dicit, quod extra locū vbi Princeps delegat cām, delegatio nō potest probari: nisi per scripturā. arg. l. j. C. de mād. Princi. & l. pbatorias. C. de diuer. offi. ¶ Sed in loco in quo facta est delegatio, illa potest probari p testes. & ad hoc est tex. notabilis in auē. vt litigā. iurēt. §. si verò. & in auē. de litigio. §. edicta. aliàs in §. alijs. & ita tenēdū est, secūdùm Pon. in hoc quotidiano & practicabili passu. ¶ Ego verò pro nūc cōsulerē ante factū, φ citat⁹ potius credat nūcio, φ̄ nō: qa existēte dubietate semper securior pars est eligēda, vt in c. iuuenis. & ī c. significasti. j. de homi. cū si. sed post factū respectu delegati, decisio q̄stionis p̄dictæ videt pēdere à decisione alterius. q. vtrū in citatione sit inserēda copia rescripti: de qua materia videbim⁹. j. in xx. principali articulo. ¶ Circa secūdā. q. qua querit, vtrū iudex, vel notari⁹ teneat credere nūcio referēti, distinguēdū arbitror, φ aut loqmur de cōmissione, ipsi nūcio: & q̄ ad ipsi⁹ effectū pertinēt: & tali nūcio credēdum est. vnde videt sibi credēdū à parte, si dicat citare ex iudicis cōmissione. Sed nō si postea refricaret in dubiū de cōmissione: nā credit, si dicat fecisse ex cōmissione iudicis: nisi aliter appareat, vt dicā. j. arti. xxx. ¶ In alijs verò, nō est credēdū: & ideò nō debet ei credi, si referat citatū sibi iniuriam intulisse, vel respōdisse se nolle venire. ita dicit Io. An. in addi. Spe. in tit. de cita. §. j. in prin. & sequitur. d. Ant. in d. c. cùm parati. j. de appel. ¶ Sed aduerte, qa quod dixi. s. de nūcio referēte citatū rñdisse se nolle venire, nō videt verū: quia imo videt sibi credēdū, cùm hoc sit quoddā adijciēs, & cōtingēs ipsam citationē, & hoc tenet Host. in c. ad petitionē. j. de accu. vbi dicit, φ si nūci⁹ refert citatū se nolle venire, iudex nō tenet amplius geminare citationes: licet aliàs requireret geminatio, & hoc tenēt Dominì de Rota deci. ccxlix. & sentit gl. in l. fi. ff. de rest. in inte. In cōtrariū tñ facit tex. & gl. in c. venerabilibus. §. secus. de sen. excō. li. vj. & quod no. Bar. in l. ex cōmissione. ff. de ap. ¶ Sed tu circa hoc dic vt latissimè dixi ī Cle. j. de do. & cōtu. & dicā. j. ī xxvij. p. art. Sed quò ad argumētū nostrū, videt dicēdū, φ duobus cōcurrētibus, videlicet prędicta citatione, & cōtumacia partis secuta: poterit iudex procedere tanquā contra verum cōtumacē, non facta alia citatione: & sic credet nūcio. ad hoc allegat tex. in d. c. cùm parati. in eo, φ ibi creditur nuncio, q ille citatus esset in Salamātina ecclesia. Sed tu vide ad hoc, quæ latius dixi in d. Cle. j. de do. & contu. & fortè latius dicam in ti. de do. & contu. ¶ Et ex his est expeditus. xij. principalis articulus. De tertia q. dicetur. xvj. princ. arti.

SVMMARIVM.

1 ☞ Nuncius debet citare iuxta formam sibi à iudice cōmissam.
2 Nuncius, cui debeat citationem referre, an iudici, an notario.
3 Relatio citationis, qualiter sit per nuncium fienda.
4 Relatio citationis debet esse certa & clara, non incerta aut obscura.
5 Relatio citationis, qualiter sit in actis scribenda.
6 Relatio subhastationis rei pupillaris vendendæ, qualiter sit scribenda.
7 Nuncius, an in singulis relationibus iurare debeat.

ARTICVLVS XIII.

Decimotertio principali articulo tractandum est, qualiter nuncius citare debeat, & cui, & qualiter citationem debeat referre, & sic tres sunt examinandæ quæstiones.

¶ Prima est, qualiter debeat citare.

¶ Secunda, cui citationem debeat referre.

¶ Tertia, qualiter fieri debeat dicta relatio.

1 ¶ † Circa primā. q. dic, φ nūcius debet citare iuxta formā sibi à iudice cōmissam: quoniam fines iuramenti diligenter sunt seruandi: vt in c. venerabili. s. de offi. dele. in c. cùm dilecta. s. de rescri. & in l. diligēter. ff. mand. cum si. ¶ Et si nuncius exprimit citationem aliter, quàm iudex cōmiserit, citatio non arctat. gl. fi. in Cle. ij. vt li. pen. vel si nō seruat commissam formam, nō tenet citatio, secundùm Inn. & sequitur Arch. xxiiij. q. iij. c. de illicita. ¶ Et adde, quod dixi. j. arti. xx. q. xxvj. versi. xxx. quæstio.

2 ¶ † Circa secūdā quęstionē, cui nūcius debeat referre citationē dic, φ illā debet referre iudici, sicut probatio debet fieri iudici, vt in l. quinquaginta. ff. de prob. ¶ Aduerte tñ, qa videt sufficere, φ relatio fiat soli notario: sicut etiā instrumēta possunt pduci soli notario. C. de app. in l. eos. §. super his. ibi dū tex. dicit, ad scrinia. & ibi p gl. & Bal. facit. C. de tēp. app. auē. Itē si appellationē. & sic patet, φ nō est necesse, φ fiat iudici sedēti pro tribunali: vt statim dicā. & ita tenet Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. vbi cōcludit, φ sufficit, φ nūcius referat soli notario. ¶ Ang. verò in d. §. Iulianus. videtur tenere oppositū ex eo, φ productio instrumētorū & actorū, & nūcij relatio, sunt actus probatorij: quare sicut probationes per testes, vel per cōfessionē debēt fieri iudici: & nō possunt fieri parte absente, nec corā notario dūtaxat: vt l. testiū. C. de testi. iūcta. l. interrogatā. C. de lib. cau. ergo talis relatio nō debet posse fieri soli notario. facit etiā. l. iubem⁹. C. de lib. cau. ¶ Tu dic, φ quantū ad relationē nūcij, sufficit φ fiat notario: sic enim est interpretata diuturna cōsuetudo, secūdùm Io. de Imo. in d. §. Iulianus. Sed respectu aliarū probationū & productionū instrumētorum, & aliorū actorum, dic vt latius dicam in ti. de proba. & in tit. de fide instru.

3 ¶ † Circa tertiā quæstionē, qua quærit, qualiter fieri debeat prędicta relatio, cōcludendū arbitror, φ fieri debet iuxta formā citationis: quoniā talis debet esse relatio in termino referēte, qualis in termino ad quē fit relatio: vt in l. si prior. & ibi no. Bal. & Io. de Imo. ff. sol. ma. facit, quod dixim⁹ de respōsione, quæ debet cōgruere interrogationi: & à præcedēte interrogatione interpretationē assumit: vt l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg. & in l. defensor. §. qui interrogat. ff. de interro. act. dicā latius in materia interrogationis in rubr. de cōfes. ¶ Et debet animaduertere nūcius, vt verax sit: nec mēdaciter referat: quia aliàs incideret in pœnā de qua statim dicā in. xiiij. p. arti. ¶ Et no. φ talis relatio potest fieri iudice etiā nō sedēte pro tribunali: vt in l. sed interpellat. & in l. diē proferre. in prin. ff. de arb. ita tenet Bar. in d. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & sequitur Ioan. de Imo. ¶ Nec est necesse φ pars citetur, aut fiat parte presente, secūdū Bald. in l. cōsentaneū. C. quomodo & quādo iu. allegat no. per
4 Bar. in l. Theopōpus. de dote preleg. ¶ † Et potest fieri de plano, iudice nō sedēte pro tribunali, secūdùm Bar. in extrauag. ad reprimē. in ver. de plano. Itē no. φ talis relatio debet esse certa & clara, nō incerta & obscura: ita φ tollat defensionē: & ideò si nūcius referat citasse, prout in cōmissione vel in literis cōtinet, nō sufficit: qñ in literis vel cōmissione cōtineretur triplex modus: videlicet, φ citaret in persona, vel ad domū, vel in ecclesia, secūdū D. de Rota deci. ccj. in nouis decisionib⁹. vbi cōcludūt, φ si executor, cui fuit cōmissa citatio in partibus, referat se citasse prout in literis cōtinetur: φ talis relatio nō sufficit: quia in literis ponit prędictus triplex modus, videlicet in psona, domo, aut in ecclesia. vnde talis citationis relatio tāquā obscura, nō tenet. ¶ Nec etiā sufficit, si referat citasse ad psonā, vel ad domū: quia licet respectu cōmissionis iudicis cōmittētis citare in psona, vel ad domū, itelligat secūdū ordinē: & inquātū natura verborū est apta cōprehēdere, vt dixi. j. in xvij. principali articulo. q. ij. ver. circa vij. speciē. tñ nō sic p̄sumit in verbis nūcij, secūdū Bar. & do. Ant. in c. fi. j. de eo, q mit. in pos. per l. j. ff. de vsur.
5 & l. sciēdū. ff. de ver. ob. & vide quod dixi. j. ar. xvij. q. iiij. ¶ † Et no. φ relatio est scribēda in actis sub hac forma, videlicet, D. inuētū vel nō inuētū, hodie vel cras, hora vel loco tali, vt corā tali iudice veniret ad procedēdū in tali causa, vel ad respōdēdū tali, vel ad vidēdū iurare testes, vel aperturā attestationū, vel ad iurādū de calūnia, vel ad vidēdū sentētiā in tali causa, vel qd simile: in tali causa, quæ vertit inter talē & talē, vel verti spectat: talis cursor Domini Papæ, vel talis nūcius talis curiæ, retulit se citasse & dixisse eidē, vel pcuratori suo, vel eius familiæ, φ si nō veniet, ex tūc procederet in causa, vel reciperet iuramētū alterius partis & c. ipsius nō ob. absentia & c. Spe. in ti. de citatione. §. sequitur. ver. facta autē citatione. & prædicta ponit Rolandinus, vt refert Io. An. ibi in addi. insuper etiā qñq; fiūt proclamationes quędā, secūdū mores Italię, quę sic scribi debēt. ¶ P. cursor, preco seu nūcius cōis Senēsis, retulit se de præcepto talis iudicis ad petitionē. M. alta voce, talibus testibus adhibitis, clamasse se & cridasse. B. φ si quis ipsum B. defendere valuerit, in tali die & hora cōpareat corā iudice predicto. Quæ forma pclamationis fiendæ per præconē probatur in auē. de litigio. §. omnē

not.

not.colum. viij. quia tamen vox pręconia paucis innotescit,
vt ibi & C.q̃uo & quãdo.authẽ.qui semel.ideò vbi certa perso
na requiritur:non sufficit præco.sed quando citatio est gene
ralis,vt dicam.j.arti.xxv.Ita dicit Spec.ti.de citatione.§. sequi
6 tur.ver.cæterum.& ibi Io.An.in addi. ¶†Relatio verò subastationis rei pupillaris vendendæ sic scribitur.videlicet.P. præ
co seu nuncius cõis Señ.retulit se de mãdato talis iudicis ad petitionẽ.B.tutoris A.pupillæ filiæ quondã F.præconia voce cla
masse in palatio cõis Señ.necnõ in tali cõtrata eiusdẽ pupillæ si
ta &c.qualiter talis domus.j.tales cõfines dictæ pupillę,debet
distrahi:& ex ea põt haberi pretiũ mille florenorum : quare si
quis vellet dictã domũ emere,& plus dicto ꝑtio dare, hinc ad
talẽ diẽ cõpareat:& plus offerẽti dabiẽ,vt.l.j.C.de fi.ĩstr.& iure hastæ fisca.li.x.secundũ Spe.d.ver.cæterũ.¶No.tñ,quod in
talibus quælibet ciuitas vtitur statutis & cõsuetudinibus suis.
7 ¶†Vlterius ẽt nota,quòd nõ est necesse,quod nũciꝰ in singulis relationibꝰ iuret,vt.l.ij.C.de sportulis.& ibi no.Bald.allegat
auẽ.in isto.C.de iuram.calũ.¶Et vt dicit Bald.& bñ ita seruat
cõis practica,& cõsuetudo.& sic est expeditꝰ.xiij.prĩc.Articul.

SVMMARIVM.

1 ☞Nuncius falsò vel mendaciter referens, an & qua pœna sit puniendus.
2 Nuncius falsò referẽs à quo puniri debeat.

ARTICVLVS XIIII.



Vartodecimo principa-
1 li articulo tractãdũ est†quid si nũciꝰ falsò vel men
daciter referat,an possit puniri,& qualiter, seu qua
pœna.¶Circa quod dic ,quòd talis nuncius debet ab officio
remoueri: & alius loco ipsius surrogari:& potest etiam corporali macula puniri,vt.l.ij.& ibi not.Bal.C.de sportulis.Itẽ,põt
puniri pœna falsi,per tex.& ibi no.Bar.in.l.qui noĩe.ff. de fal.
¶Sed circa hoc quero,pone,nũciꝰ,cui fuit cõmissa citatio fiẽda
extra territoriũ,retulit se citasse:cũ nõ citauerit:vel aliter refert
fecisse citationẽ,quã fecerit.vtrũ possit à iudice illius territorij
in quo fuit commissa citatio,puniri.
2 ¶†So.Bal.ĩ.l.nullũ.ĩ fi.C.de resti.format hãc.q.& soluit,quòd
põt solũ puniri à iudice,cui facta est relatio:& nõ ab alio:quia
in hoc delicto sola relatio est ens. citatio aũt,cũ nõ fuerit facta
nõ põt dici ens & ideò nõ circũscribiẽ territorio,vel loco: qa
locꝰ est cõtinẽs,& nõ entia nõ cõtinenẽ:& qa sc̃d̃m philosophũ
vacuũ quasi nõ ens,nõ est in loco.& ad prędicta vide, quæ latè dixi in.c.postulasti.s̃.de foro competẽ. in primo principali
articulo per plures.q.& maximè in.q.xviij.&.xix.
¶Et ex his est expeditus decimusquartus Articulus.

SVMMARIVM.

1 ☞Relatio citationis,cuius sit effectus.
2 Processus non præcedente nuncij relatione in eo ,in quo relatio attenditur,non tenet.
3 Pronunciatio per iudicem facta tanquam contra contumacem non tenet,si contumacia illi sit ignota.

ARTICVLVS XV.

Vintodecimo principa-
1 li articulo tradendum est†quis sit relatiõis effectus.
¶Circa quem articulum dic,quòd effectus relationis est,quia ante relationem non potest iudex procedere.
¶Posito,quòd citatio eẽt facta,& citatꝰ eẽt cõtumax. ¶Et si
iudex ꝓnũciaret añ relationẽ,seu ꝓcederet,ꝓcessus esset nullus.& hoc est quod vult tex.ĩ.l.ij.C.de sportulis.ibi dũ tex.di-
2 cit,quòd per hoc,vitiũ liti ĩponiẽ:hoc est† quòd nõ tenet ꝓcessus nõ ꝑcedẽte relatiõe nũcij ĩ eo,ĩquo ralatio attẽdiẽ:sue ex
pectatio.ita dicit Bal.in.d.l.ij.& remittit ad no.ꝑ Bar.ff.de cõ-
3 di.& demõ.in.l.multũ interest.& ibi Bar.dicit†quòd ꝓnũciatio facta ꝑ iudicẽ tãquã cõtra cõtumacẽ,cũ cõtumacia ipsiꝰ non
eẽt sibi nota,nõ tenet,ꝑ tex.optimũ in.l.hoc aũt .§. nõ defendi.
ff.qbꝰex cau.in pos.eaẽ.ibi dũ tex.dicit,cõstare debet,liquereq;
ꝑtori.ꝑ quẽ tex.ẽt moueẽ Bal.in.d.l.ij.vñ cõcludit, quòd si iudex festinat,nõ expectata relatiõe,ꝓcessus est nullꝰ ipso iure.
qd̃ est mẽti tenẽdũ sc̃d̃m Bal.Idẽ ẽt tenet Ang.in repe.l.hęc stipulatio.ff.si cui plꝰ quã ꝑ.l.falci.in.ij.ꝑ.articulo.& tenet Bar.in
d.§.nõ defendi.vbi dicit rñdisse in q̃one de facto, quòd cũ iudex cõmisisset nũcio,qd̃ citaret aliquẽ vt cõpareret ĩtra.iij.diẽ à
die cõmissiõis,& nũciꝰ iuisset,& citasset,nec ille cõparuisset in
tra terminũ,& post ipm terminũ añ relationẽ ꝑ nũciũ factã iu
dex ꝓnũciasset illũ cõtumacẽ,& actorẽ mittẽdũ in possessionẽ
& post hoc nũciꝰ fecit relationẽ.cõsuluit Bart. ꝙ ꝓcessus esset
nullꝰ ipo iure.qd̃ licet eẽt cõtumax,nõ tñ cõstabat iudici: aliàs
nõ debet vt cõtumax puniri.ꝑ illũ tex.ad qd̃ ẽt allegat not. in
simili per Inn.in c.prudẽtiã.de offi.dele.facit etiã gl.sup verbo,
cõtumaciã.in l.sancimus.C.ad sena.cõsul.Treb.& sequiẽ Ang.
de Aretio in tractatu maleficiorum.super verbo,qui iudex videns.¶Et Bal.in l.prolatã.C.de sen.& interlo.om.iu.in fi.quod
tamẽ limitat Bal.ibi:nisi pronunciet vtraq; parte præsente.

SVMMARIVM.

1 ☞Parte nũcio citanti cõtradicente,aut econtra,cui standũ sit.
2 Nuncio se citasse asserente,parte autem hoc negante,cui credẽdum erit.
3 Citatio probanda est,& qualiter.
4 Salutis propriæ immemor nemo præsumitur.
5 Nuncio & actis iudicum credendum est , nisi ex aduerso validæ offerantur probationes.
6 Iudicis arbitrio relinquitur, si potius credatur nuncio citanti, quàm parti neganti.

ARTICVLVS XVI.

Extodecimo principali
1 articulo tractandũ est†Quid si pars contradicit nũ
cio,vel ecõtra,circa citationem: vel quid si notarius
contradicat nuncio:aut econtra,cui magis credendum sit.
¶Circa quem articulum distingue duo membra.
¶Primũ mẽbrũ est,quãdo nũcius cõtradicit notario:videlicet,
quia notarius scripsit nũciũ retulisse,vel sic retulisse:nũcius verò cõtradicit.& hoc casu,cõmunis opi.est,ꝙ hoc relinquaẽ arbitrio iudicis,cui magis sit credẽdũ,ĩspecta qualitate notarij &
nũcij:nã si ex antea gestis notarius sit suspectus,crederetur potius nũcio:sed cessante suspicione,magis credereẽ nũcio.ita videtur sentire Io.An.in addi.Spe.in ti.de instru.ædi.§.restat.§.
quid si vnus.& traditur per Cy.& Doc.in l.si quis decurio.C.
de falsis.& tenẽt Io.de Imo.& doc.in c.cùm parati.j.de appel.
2 †Secũdum mẽbrum est,an potius credatur nũcio,q̃; parti:si for
tè nũcius asserit se citasse,& pars negat:cui magis credẽdum sit.
Et in hoc variæ fuerunt opi.¶Quidã enim voluerũt, ꝙ nũcio
non credatur,si pars negat:quia nõ creditur iudici,qui est maioris authoritatis:vt in c.quoniam cõtra.j.de proba.longè minus
debet credi nũcio.& hoc tenet glo.in verbo,Citationes.in d.c.
quoniam cõtra.& ibi hoc idem tenet Io.antiquus glossator:vt
ibi refert Io.And.dicebat tamen,sub dubio fortè,ꝙ satis creditur nuncio eo,ꝙ negans cõpellitur iurare se non fuisse citatũ.&
idem etiã tenuit Vinc.per tex.in c.propofuisti.lxxxij.dist.ibi
3 dum tex.dicit,Detegũtur.†vnde dicit citationẽ esse probandã
legitimè,vel per duos testes,vel per instrumẽtum publicũ : sicut quodlibet aliud factũ.ita voluit Inno.in c.quod sicut.s̃.de
elec.pro qua opinione facit,quia vox vnius,vox nullius.iiij.q.
iij.§.item in criminali.versi.ita vnius.& in l.vbi numerus.ff.de
testi.& in c.veniens.j.de testi.facit etiam ad prædicta.l.ne in arbitris.C.de arbi.& l.ea quidem & singuli.C.de accusa.
¶Contrariam verò sententiam , ꝙ credatur nuncio,licet pars
contradicat,tenet glo.iiij.q.iij.item in criminali.ver.item testes
quos.& glo.in d.c.proposuisti.facit.ff.de offic.præfec. vr.l.j.§.
quies.& C.de exac.tribu.l.apparitores.lib.x.
4 ¶†Et quia cùm nũcius iuret fideliter facere officiũ suũ:vt dixi
in x.principali art.q.iiij.nõ est præsumendum,ꝙ sit immemor
suæ salutis:vt in c.in nostra.s̃.de procu.j.q.vij.sancimꝰ.in c.pe.
de præsum.& in l.iubemus.C.ad l.Iuliã repetũdarũ.tenet Bar.
in extraua.ad reprimẽdum.in glo.super verbo,Per nũcium.Et
hanc eandẽ opinionẽ,ꝙ credatur nũcio,tenent Inn.& Io.An.
in d.c.quoniam cõtra.Nec obstat ille tex.inquantũ vult,ꝙ non
credatur iudici:quia licet ius prohibeat ibi credi iudici:tamẽ nõ
prohibet,nec reperitur prohibitũ credi nũcio.¶Et ratio diuersitatis,quare nõ credatur iudici,& credatur nũcio est,quoniã officiũ iudicis est iudicare:quinimo debeat habere notariũ,q oĩa
acta cõscribat:sed officiũ nũcij est citare:ideo nõ mirũ si sibi crediẽ.¶Itẽ qa graue esset etiã partibus, si nũcius haberet ducere
secũ notariũ in actu citationis.Gof.etiã assignat aliã rationẽ diuersitatis dicẽs,ꝙ frequẽtius oriẽ altercatio inter iudicẽ & partẽ,q̃; inter nunciũ & partẽ.& ideò creditur minus iudici,q̃; nũ
cio.& ita etiã trãsit Io.An.in d.c.quoniã cõtra.Vbi etiã fortiꝰ
5 voluit Gof.†ꝙ nũcio & actis iudicũ sit credẽdũ:nisi ex aduerso validæ offerãtur probationes.per tex.in c.cùm à nobis.j.de
testi.& in l.magis puto.§.illud.ff.de rebꝰ eorũ.Sed D.m.in d.c.
quoniã cõtra.remittẽs se ad no.in d.c.cũ parati.de app.dicit,ꝙ
sibi nõ placet indistinctè,ꝙ negãs citationẽ nõ possit cõuinci ꝑ
nunciũ:aliàs in vanũ videẽ habere officiũ publicũ,& magis debet credi nũcio qui deponit de pertinẽtibꝰ ad officiũ suũ,& de
facto nõ proprio,seu ad propriũ cõmodũ:q̃; parti negãti,quæ
negaret ad propriũ cõmodũ.ar.d.c.quoniã cõtra.& j.de pręsc.
c.ad audiẽtiã.iiij.q.iij.Itẽ nullus.in l.nullus.ff.de testi.cũ si.& licet nũcius dicaẽ vilis fortunæ,tñ satis est,ꝙ fuit approbatꝰ in il
lo officio.ar.c.pręterea.j.de testi.cog.vbi bonꝰ tex.¶Alij verò

dicūt,ꝙ in nō pertinētibus ad officiū suū,nō creditur.in pertinētibus verò,credit̄.vnde si nūcius iuratus refert citasse:si apparet de cōmissione,credit̄ sibi.ex quo de cōmissiōe apparet.ar. l.si qs decurio.C.de fal.¶ Quidā verò dicūt,ꝙ in paruis causis, & parui præiudicij,credit̄:secus in magnis & grauis præiudicij. ita refert Bal.in l.magis puto.§.illud.ff.de reb⁹ eorū.facit l.j.C. de curiosis & statio.lib.xij.Ang.in l.hoc autē.§.nō defendi.ff. quibus ex cau.in poss.ea.¶ Ego pro nūc distinguerē,ꝙ aut agimus de his,quæ nō cedūt in alteri⁹ præiudiciū:& creditur nūcio.xxij.q.iiij.c.iuuētus.& quod ibi no.& j.q.iiij.in c.notandū. & ibi glo.& quod tradit̄.xxiij.q.iiij.c.quā magnū. Aut agim⁹ de præiudicio alteri⁹,& tūc in nō pertinētibus,principaliter ad officiū suū,nō credit̄:sed potius parti negāti.maximè si agerec̄

6 de re nō parui p̄iudicij.¶†In pertinētibus verò ad officiū suū, si nūcius sit iuratus,placet mihi opi.Hos.de qua in d.c.cū parati. & in summa,in ti.de cōtu.§.ij.ver.qd si absens.videlicet vt hoc relinquat̄ arbitrio iudicis:vt s.pēsata qualitate negotij,& qualitate personarū,iudex deferat iuramentū potius parti negāti,ꝙ nūcio.aliàs ecōtra.& sequitur Archi.in d.c.proposuisti.lxxxij. di.vbi dicit audacter tenendū,ꝙ sit arbitrariū: quia nimis graue esset,ꝙ vni nūcio,quāuis iurato forsitā cōtra iurantē contrariū crederetur.& sic posset pars deprauari absens.nec audiretur appellans ratione veræ cōtumaciæ.ij.q.vj.§.sunt quorū.dicit tū,ꝙ prima facie crederetur nūcio:sed si pars neget,tūc per solū nūciū vel tabellionē nō cōuincetur.j.de sent.excō.c.sacro & s.de rest.in inte.c.ex literis.& in l.fi.C.de decu.li.xij.& C.de accu.in l.singuli.& idē sentit Hos.in d.c.quoniam cōtra.& Io. An.in addi.Spe.in ti.de citatione.§.j.ver.sed nūquid credet̄.dicēs,ꝙ pro qualitatibus personarū,& secūdùm quātitatē p̄iudicij,iudex debeat credere, & nō credere nūcio.Et aliquādo cōtra dictū nūcij admittet probationē per simplicē assenerationē partis:aliquādo per simplex iuramētū, aliquādo exiget plenā probationē.Sali.in l.absentē.C.de accusa.in vj.q.& Ang.in l. hoc autē.§.non defendi.ff.quibus ex cau.in pos.ea.Est ergo arbitrariū cui magis sit credendū attēta qualitate personarū, & causæ grauitate.& hanc opi.tenēt etiam do.Ant.Do.m.Abbas Sicu.& Io.de Imo.& zab.in d.c.cùm parati.& Bal.etiā videtur magis inclinare in eam.in l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eor. vnde dicunt Io.And.in d.additio.do.Anto.& Io.de Imo.ꝙ si iudex in hoc malè arbitraretur,posset ab ipsius sententia appellari,per nota.in l.si quis pœna.ff.de verb.signi.& in c.ab arbitro.de offi.deleg.lib.vj.& l.ab arbitro.ff.qui satisd.cogā.de quo latius videbimus in titu.de appel.

¶ Et ex his est expeditus.xvj.articulus.

SVMMARIVM.

1 ¶Citatio,quo loco,& ex quo loco fieri possit.

2 Citatio fieri debet in loco iudicij, & in loco, in quo iurisditio potest exerceri.

3 Citatio fit in loco vbi persona est citanda.

4 Citatio,an possit fieri in domo,vel ex domo,& quibus casibus. Citationis species sunt plures.

5 Citatio realis per quam capitur persona,nō potest fieri in domo:& de qua domo intelligatur.

6 Citatio realis,an possit fieri in domo conducta, aut apotheca, aut domo rustica.

7 Citatio realis,an fieri possit inter clausuram domus:aut limite: aut porticu,vel horto.

8 Parte corporis extra limen domus existente,& altera parte intra,an possit fieri citatio realis,vel captura.

9 Particula corporis an capiatur pro toto corpore in materia citationis realis.
Anima est tota in toto,& tota in qualibet parte corporis.

10 Fugatus à familia pro debito, si membrum intromittat intra ostium domus suæ habitationis,an possit inde extrahi.

11 Fugitiuū capiēs,quo casu veniat,aut præmiādus,aut puniēdus.

12 Fugitiui conditio potest in eius commodum variari.

13 Excessus in modo,& excessus in loco æquiparantur.

14 Citari realiter nō potest existēs in domo,etiā si ostiū sit apertū.

15 Extrahere volenti aliquem à domo propria per realem citationem,licitum est impune resistere.

16 In causa criminali potest etiam quis in propria domo capi: in ciuili autem,non.

17 Debitor,qua cautela possit,etiam in domo propria,capi.

18 Beneficio cessionis bonorum,an possit pacto renunciari.

19 Existens in domo potest per edicta citari.

20 Citatio,an possit in domum fieri per epistolam,aut per proclama,aut per sonum campanæ.

21 Citatio verbalis potest in domo fieri.

22 Citatio ad domum,quando & quibus casibus permittatur.

23 In præiudicialibus requiritur personalis citatio,nec sufficit citatio ad domum.

24 Absens respectu actus citationis,qualiter intelligatur.

25 Citatio ad domum,qua forma fieri debeat.

26 Absentia quando calumniosa,vel malitiosa præsumatur.

27 Casu quo non est opus latitatione, sufficit citatio ad domum: secus econtra:& quibus casibus requiratur latitatio.

28 Maritus absens ab vxore,præsumitur malitiosè abesse.

29 Procedi non potest contra absentem per citationem ad domum,nisi absentia probetur malitiosa.

30 Banniri an possit quis per citationem domi factam.

31 Notificatio ad domum,facit currere terminum, qui non currit nisi scienti.

32 Statuto dicente,quòd quis citetur personaliter & ad domum, an sufficiat citatio ad domum.

33 Verbum,dari,propriè sumptū, denotat dominij translationē.

34 Citatio ad domum solitæ habitationis fieri debet illis,qui sunt in domo,& si nullus reperiatur in domo, an possit citatio appendi ad ostium domus.

35 Casu stante,quòd possit citatio fieri ad domum,an comprehēdatur apotheca.

36 Citandus an domum habēs plures domos,de qua intelligatur.

37 Citatio ad domum peregrinationis,an sit valida.

38 Citatio,an & quo casu fieri possit in ecclesia.

39 Regula,quòd ratione delicti non citetur quis realiter in ecclesia,multipliciter fallit.

40 Iudæus aut infidelis potest realiter in ecclesia citari.

41 Catholicus fugiens ad ecclesiam,an & quando possit de ea extrahi,aut in ea realiter citari.

42 Casu quo quis de iure communi potest personaliter capi,eodē potest de ecclesia vel alio loco extrahi.

43 Excommunicatus,an & quando possit in ecclesia capi.

44 Ecclesia non consecrata, aut interdicta,an habeat priuilegium consecratæ.

45 Fugiens ad eucharistiam extra ecclesiam,an possit capi, aut realiter citari.

46 Citatio verbalis,an possit fieri in ecclesia, aut ad fugientem ad eucharistiam.

47 Citatio ad ecclesiam fienda,qualiter fieri debeat.

48 Citandus habens plures ecclesias,ad quam debeat citari.

49 Citatio in ecclesia fienda est alta voce.

50 Citatio,an possit fieri in ecclesia die feriata.

51 Citatio,an possit fieri in ecclesia interdicta.

52 Citatio,an possit fieri in carcere.

53 Citatio,an possit fieri in alieno,seu ex alieno territorio.

54 Vniuersitas,in quo loco,vel ex quo citari possit.

55 Vniuersitas,qualiter possit esse apud vnum.

56 Banniti & exitij,an possint citari ad locum,à quo sunt bāniti.

57 Vagabundus vel fallitus in quo loco veniat citandus.

58 Fallitus vbique citari potest.

ARTICVLVS XVII.

Ecimoseptimo principali articulo tractādū est,ī quo loco,& ex quo loco qs citari possit.¶ Circa quē articulū,ꝓsequor duo principalia mēbra.¶ Primū,respectu loci,ī quo emanat citatio.¶ Se

1 cūdū,respectu loci,ī quo seu ex quo debet fieri citatio.¶†Quò ad primū mēbrū dic,ꝙ cū citatio debeat fieri ꝑ iudicē:vt s.dixi in iiij.p.art.q.viij.& ad ipsi⁹ iudicis mādatū,vt dixi ī v.princip. art.sequit̄,ꝙ debet fieri ī loco iudicij,& ī loco,ī quo qs pōt iurisditionē exercere:vn̄ existēs extra territoriū,nō pōt cōmittere citationē:vt ī l.fi.ff.de iurisd.om.iu.& in c.ij.de cōsti.li.vj.nisi in casu spāli de quo in Cle.vnica,de foro cōpe.Citatio em̄ habet duo extrema:videlicet,interlocutoriā iudicis de citādo,q̄ dicit̄ sn̄ia:& est iurisditionis.l.oēs.§.preterea.& l.cū clericis.ad fi. C.de Epi.& cle.& l.fi.C.de procu.vide oīno quod dixi.j.art.

2 xxxj.ī prin.¶†Sed sn̄ia nō pōt ferri extra territoriū,cū ibi iudiciū exerceri nō possit:vt d.c.ij.de cōsti.li.vj.& d.l.fi.ff.de iuris.oī.iu.ita arguit Io.mo.& sequit̄ d.Domi.ī c.Romana.§.cōtrahētes.de fo.cōpe.li.vj.ad quod etiā vide,quæ dixi s.de fo.cōpe.c.dilecti.in prin.q.ver.xij.quero.Hoc tū fallit.primò in terminis Cle.j.de fo.cōpe.Itē,pōt dici,ꝙ fallit in citatione,q̄ fit in principio iudicij,q̄ potest fieri sine causæ cognitione.ad qd̄ tū vide qd̄ dicā.j.art.xx.¶ In cōtrariū tū posset argui ex his,q̄ dicā.j.e.art.q.x.¶ Et aduerte:qa hic nō examinam⁹ ex quo loco, tāquā ex fo.cōpetēti possit fieri citatio:qa de hoc latè tractatū fuit ī ti.de fo.cōp.sed hic tractam⁹ de citatiōe data fori cōpetētia.¶ Circa secūdū mēbrū respectu citati,seu citādi.ī quo loco, seu ex quo loco possit fieri citatio, ꝓ ipsi⁹.mēbri clariori doctri

3 na,ꝓsequar infrascriptas q̄ones.¶†Primò igit̄ iuxta p̄missum ordinem

ordinē dico,ꝙ cũ citatio regulariter debeat fieri in persona alicuius,seu ad personam:sequitur clara cõclusio,ꝙ in illo loco fit ipsius personæ citatio,in quo persona ipsa reperitur:nisi aliud obstet potētiæ citãdi ipsum personaliter citãdum,secũdùm ea, quę videbimus in sequētibus q.& est regulare,ꝙ citatio debeat fieri personaliter de citãdo,& maximè in his,quę grauis sunt ꝑiudicij:nisi in certis casibus,in quibus sufficit qñq; citatio ad domũ,vel ad apothecã, seu ad valuas,vel in scholis Palatij, vel in alio publico loco ad id deputato,secũdùm quod j.videbimus.
4 ¶ †Secũdò quero,an citatio posſit fieri in domo,seu ex domo, & qbus casib⁹.¶ Sol.distingue plures citationis species.¶ Prima,de citatione reali.¶ Secũda,de citatione ꝑ edicta. ¶ Tertia, de citatione ꝑ epistolã.¶ Quarta,ꝑ vocē ꝑconis.¶ Quinta,per cãpanã.¶ Sexta,de citatione verbali in ꝑsonã.¶ Septima,de citatione ad domũ.
5 ¶ †Quò ad primã speciē,cũ loquimur de reali citatione,per quã ꝑsona capit̄,dic ꝙ illa nõ potest fieri in domo:vt l.plerīq;.ff.de in ius voc.& in l.nemo de domo.ff.de reg.iur.quoniã domus debet esse vnicuiq; tutissimũ refugiũ:vt d. l.plerīq;.¶ Et hæc cõclusio procedit primò,siue sit domus quã quis habitat maiori tēpore anni,siue etiam minori:dũmodo ibi tũc reperiatur:quia nec in tali domo realiter citari debet,nec ex tali domo extrahi potest.facit in simili.l.j.qui testa.fa.pos.tenet Io.Pet.in l.plerīq;.ff.de in ius vocã.quãuis aliquid sit dicēdũ in alia materia.de qua dicetur.j.q.iiij.sed si ibi nõ habitaret:licet esset domus propria, posset in illa realiter citari.facit d.l.plerīq;. in quãtũ loquitur per verbũ Receptaculũ & refugiũ.& ꝑ argumētũ à cõtrario:qa dicit̄,ꝙ nõ põt extrahi de domo in qua habitat.facit ff.de in ius vocã.in l.adoptiuũ.§.patronũ.& l.inter stipulãtē.§.j.ff.de ver.ob.& gl.ĩ l.apud antiquos.ĩ pri.C.de fur.
6 ¶ †Secũdò procedit dicta cõclusio,siue sit domus propria,siue etiam cõducta:vt in l.lex cornelia.§.domus.ff.de iniurijs.& in l.q domũ.& in l.nec in ea.§.sed domus.& ibi ꝑ Bar.ff.de adul. ¶ Dñs Nell⁹ de sancto Gemi.ĩ trac.bãnitorũ.iij.parte primi tēporis,q.iij.¶ Tertiò videt̄ procedere prędicta cõclusio,etiã in apotheca,siue sit ꝓpria,siue cõducta.ar.no.per Bar.in l.j.§.manumittitur.ff.de lib.ag.de quo latius dicetur.j.in iij.quæstione. ¶ Quartò procedit nõ solùm in domo vrbana, sed etiã in rustica:quinimo etiã videtur procedere in cãpãna.arg.gl.Insti.de re.diui.§.appellatione autē.vbi glo.sentit,ꝙ appellatione domus,veniat cãpãna.ar.l.vrbana prędia.ff.de verb.sig.Dicit tamē illa glo.ꝙ quidã tenēt cõtrarium.¶ Bal.verò in ti.de fratribus,de nouo beneficio inuesti.in vsib.feudo.dicit,ꝙ inspici debet cõmunis vsus loquēdi.& dicit,quòd illa cãpãna,quæ est ad vsum bestiarũ,nullo modo dicitur domus.Tradit etiã clar⁹ Doctor.d.Thomas Docij in l.j.§.j.ff.de ope.no.nũ.¶ Ego dicerē, ꝙ etiã si esset cãpãna in qua habitaret propria, vel conducta: non deberet extrahi, dũmodo cõstaret ex solo tecto & pariete.secus si esset capanna ad fenum, vinũ, vel bestias destinata.
7 ¶ †Quintò procedit,si modo sit persona intra clausurã dom⁹, seu ostij.Secus si sit in limite extra clausurã,vel in porticu,vel in theatro.argumēto eorũ, quæ notãtur in l.certã.§.hoc senatus. ff.de leg.j.& in l.j.§.hoc interdictũ.ff.de cloacis.secũdùm Ioãnem Petruciũ in d.l.plerīq;.¶ Quod ego intelligerē verũ,si modo limes esset extra clausurã:secus si esset infra clausuram:quia clausura erat extra limitē:& ipsum limitē includebat.Et idem dicerē de porticu,vel theatro:si modo theatrũ vel porticus nõ esset clausus:secus si esset clausus,iunctus cũ domo:& ideò ego arbitrarer,ꝙ ex horto coniuncto domui,qui clauditur simul cũ domo,& maximè si clausus vel circũdatus est muris,& in ipm intratur per domum,faciunt no.in l.testatus.ff.queãdmo.serui. amit.& xij.q.ij.c.fi.& in l.vxorem.§.legauerat.ff.de lega.iij.& quod traditur in c.Raynucius.de testa.secus si hortus nõ haberet introitũ per domũ : sed volens intrare hortũ deberet prius domum exire:licet hortus esset cõtiguus domui.arg.prædictorum iuriũ.facit etiã.l.prædijs.ff.de leg.iij.& ad id quod dixi de porticu,vide quod no.Spe.in ti.de po.§.j.ver.sed pone.& per Io.An.c.inter alia.j.de immu.eccl.& per Ang.de Are.in tractatu maleficiorũ,in verbo,insultũ.Et ad ꝑdicta vide,quæ dixi.j. eo.ti.c.iij.ar.xvj.q.xxij.in ij.principali membro,in primo casu.
8 ¶ †Itē aduerte,quia quę dixi de limite,procedũt,si modo nulla pars corporis esset intra clausurã:secus si caput esset intra clausurã:licet reliqua pars corporis esset in limite.arg.no.in l.cùm in diuersis.ff.de relig.& sump.fu.faciũt no.per Doc.in l.quod cõclaue.ff.de dã.infec.& quod no.Hos.in summa in tit.de baptismo.§.quæ.versi.quid si qua mulier.& istud est indubitatũ respectu capitis.¶ Sed maius dubiũ est,ꝙ si aliud mēbrũ,puta, pedē vel brachiũ retineret intra clausurã ostij,& caput & reliquã partē corporis in limite.dicit dictus Io.Petru.ꝙ etiã tunc nõ potest realiter citari.arg.l.vulgaris.ff.de fur.licet in cõtrariũ faciat d.l.cùm in diuersis.¶ Sed prędicta cõclusio videtur sequēda,tãquã fauorabilior: maximè quia tex.in d.l.plerīq;.& similes ponderãt,ꝙ nõ extrahatur quis de domo.ergo nec in totũ, nec in parte.arg.eorũ,quæ notãtur in l.stichũ,qui meus erit.ff. de leg.j.& in l.cõtrouersia.ff.de trãsac.& quod ibi no.gl.in fimi
9 li.†Quinimo idē dicit præfatus Doc.si membriculũ immisisset intra clausurã,vt puta digitũ:quia anima est tota in toto,& tota in qualibet eius parte:secũdũ ea,quæ tradũtur per Bar.in l.stipulationes nõ diuidũtur.ff.de verb.ob.in j.col.facit etiã tex.& quod ibi no.Bar.in l.si cui.ff.de ser.¶ Tu dic,ꝙ quãuis ista opi. videat̄ satis æqua,& fauorabilis libertatis,fauore & odio capturæ:tñ in cõtrariũ fortiter obstat:quia mixtũ semꝑ attribuit̄ digniori:vt no.in l.quærit̄.ff.de sta.ho.& in l.sed si ex meis.§.j.& in l.quãquã.§.fi.ff.de acqui.rerũ do.& in c.quãto.s̄.de iud.ergo si reliqua pars corporis,maximè caput,etiã extra clausurã esset: videt̄ ꝙ possit capi.ar.d.l.cũ in diuersis.& pro hac cõclusione facit,quia qñ duę sunt qualitates inseparabiles,attēdit̄ qualitas, quæ nocet:& nõ quæ prodest:vt l.j.in fi.cũ l.seq.ff.ad Syll.& l. ij.§.si à pupillo.ff.ꝓ emptore.& in c.sup quęstionũ.§.si verò. de offi.dele.& in c.ad probãdũ.de re iudi.& maximè cũ facultas capiēdi habeat fundatã intētionē à iure cõmuni, q̄ facultas speciali fauore domus prohibet̄.facit.ff.de mil.test.in l.eius militis.& ideò debet attēdi causa,q̄ nocet &c.vt dictis iurib⁹.et sic
10 apparet,ꝙ ꝑdicta quęstio esset satis disputabilis.¶ †Sed ex ꝑcedēti decisione,quę,vt dixi,est æqua,& fauorabilis,infert̄,ꝙ fugat⁹ à familia ꝓ ciuili debito,si intromisit caput vel mēbrũ intra ostiũ dom⁹ habitatiõis suæ,nõ põt inde extrahi:& si extraheret̄,debet de facto relaxari:vt d.l.plerīq;.quod no.pro his,q fugiũt ante Palatiũ magnificorũ dñorũ nostrorũ,qui locus est tutissimũ refugiũ:nã sufficit,ꝙ aliquod mēbrũ immiserint in illũ locũ,nec ex eo,ꝙ familia inuenerit debitorē extra domũ, & ipsum fugiētē fugauerit, põt illũ de domo extrahere:sicut nec potuisset si à principio fuisset in domo.facit tex.in d.l.plerīq; in quãtũ dicit,refugiũ.Quinimo forti⁹,si familia iã cœpisset eũ extra domũ,& ipse adhuc trahēs capitē intrauerit domũ, vel immisit mēbrũ intra clausurã dom⁹,nõ debet inde extrahi : qa licitũ fuit sibi refugere ad domũ:vt d.l.plerīq;.facit quod in simili habet̄ in l.barsatorã latronē.C.de fideiuſ.secũdũ Io.Petr. ¶ Sed tu aduerte:quia in cõtrariũ facit l.quod ait.§.quod ait.ff. de adul.cõsiderãdo terminos per cõtrariũ:quia quãuis licitũ sit patri adulterũ repertũ in domo habitationis suæ,vel sui generi,interficere simul cũ adultera,& nõ esset licitũ interficere extra domũ,si tñ reperit in domo:& ipsum fugientē extra domũ insecutus sit,licitũ est ipsum extra domũ interficere : quãuis si à principio fuisset repertus in illo loco,nõ potuisset ibi interfici. illum tex.pro singulari allegat Põta.in l.iiij.§.Prætor ait.ff.de dam.infec.& domi.Thomas Doc.in l.j.C.de seruis fugitiuis. ¶ Ego memini,quòd in primo anno studij mei in legibus,quibus in primis post gramanticam operam dedi,quam doctissimus scholaris dominus Matthæus de Vada disputauit quęstionem,vtrum stante statuto,prout est hic Senis, quòd quis non possit capi in certa parte plateæ,quæ est ante palatium magnificorũ dñorum,quòd cùm Berruarij aliàs Birrones vellēt capere quēdã,& ipse aufugeret versus palatiũ,& peruenisset ad illũ locũ vbi à prĩcipio capi nõ potuisset:disputauit, vtrũ in illo loco posset capi:sed nõ recordor nũc de decisione. sed similē quæstionē disputauit Oldra.quã refert Io.An.in addi. Spec.in ti.
11 de accu.§.sequitur.in tertia parte.in ver.vbi quęrit†ponę,duo sunt statuta Paduana,quorũ vnũ præmiat capientē, & præsentantē bannitũ ad mortē. Alterũ verò,punit euntem in alterius territorium,vel districtum ad aliquē capiendum. Stantibus ergo dictis statutis Titius ad mortē de Padua bannitus habitabat in finibus districtus Paduani.ad quem capiendum ibat Seius,quo viso Titius arripuit fugam,quem Seius secutus est in districtu Paduano,& ipsum fugientem atq; fugatum:tandem cœpit in territorio Veronensi continguo territorio Paduano & ipsum præsentauit Potestati Puduę.vnde quærebatur,an sibi præmiũ,vel pœna deberetur.¶ Soluendo concludit Oldra. quòd debetur pœna.& pro ipsa solutiõe illũ referēdo Io.An. mutato tñ ordine,mouetur multis medijs.¶ Mouetur primò per tex.vbi dicit esse casum in l.quis sit fugitiuus.§.item.aliàs idem Celsus scribit.ff.de edi.edic.quod sic declarat.nã tota illa lex vsq; ad.§.idē ait.tractat de illo,qui consummauit fugã.& in d.§.idē ait.incipit tractare de illo,q est in actu fugiēdi.& dicit, quòd si nõ põt dictũ insequentē euadere,nõ dicitur fugiēs,seu fugitiuus.& dictus §.idē Celsus.rñdet quęstiõi,quomodo posset seruus in ipo actu fugiēdi dictũ insequētē euadere.et rñdet ꝓpter facti impossibilitatē vel difficultatē.& gl.ibi exēplificat vt quia fugit ad inimicos Domini.Deīde subdit tex.multo magis fugitiuus est,qui se cõfert vñ adduci nõ possit. quod exēplificat gl.vt est Ferrariæ,q̄ tribuit priuilegiũ fugiētibus ad suũ

territoriũ,& iste est casus noster secũdùm Old.quia ex iure loci, nõ debebat ingredi territoriũ Veronẽse,ad quod etiã adducit. l.si filius.§.fi.ff.ad maced.¶Secũdò mouetur:quia licet aliquid inchoetur sine culpa & pœna,si tamẽ deducatur ad statum ex sui natura punibilẽ,punitur inchoans,si persistat. si modo sine facti difficultate,& iuris pœna desistere potuit:sed ita fuit ĩ terminis nostris.igitur &c.quod probat per l.qui cũ maior.primo
12 respõsõ.ver.certè si abolitione.ff.de bo.lib.¶†Tertiò mouet: quia certũ est,ꝙ cõditio existẽtis in fuga potest in ei⁹ cõmodũ variari.Casus est in l.si quis in seruitute.ff.de fur.vbi seruus fugiẽs cũ furto ante,ꝙ perueniret ad locũ destinatũ,factus est liber.puta,vt dicit glo.quia euenit cõditio sub qua fuit manumissus:sic ergo & isti Titio fugiẽti per ingressum territorij Veron. competere cœpit libertas cõtra insequentẽ,ad quod etiam addit no.per glo.in l.talis scriptura.ff.de leg.j.¶Quartò mouetur: quia verba secũdi statuti sunt clara:& quia certa est limitatio locorum,& certa illorũ transgressio,& sic nulla iuris quæstio videtur esse.argu.l.ancillæ.C.de fur.Nec prodest principiũ licitũ: quia propter mixturam recipitur quod nocet:vt no.ff.de regu la Catho.& ibi concordantiæ.facit quod supra latius dixi de hoc mixto.¶Quintò mouetur:quia constat effectũ secutum in loco prohibito:& ꝙ iste finis & consummatio actus est distinctus, & separatus ab ipso principio per loci mutationẽ: & sic ex illo distincto principio quamuis licito legem non assumit. arg.l.sicuti.§.aristo.ff.si serui.vend.& l.queadmo.in princ.ff.ad legẽ aquil.& sic cessat illa potestas,facit quod in simili dicim⁹.
13 ff.de acqui.re.do.in l.naturalẽ.§.illud.& l.in laqueũ.¶†Postremò facit:quia parificãtur excessus in modo,& excessus in loco. insti.de acti.§.huic autẽ.sed excessus in modo puniũtur:vt l.j. C.vnde vi.ergo & excessus respectu loci.facit ff.de adulte.l.si adulteriũ.§.Imperatores.ibi dũ tex.dicit Notatur,qui prius fecit,ꝙ debuit.sic residet Io.And.in dicta addi.Sic etiam decidit Bal.in l.sicuti.§.aristo.ff.si serui.vend.dicens,ꝙ talis captus,ante omnia est relaxãdus:& quod capiens tenetur actione iniuriarũ.arg.no.in c.ex parte.in Christo.de verb.sig.¶Ex qua decisione clara sequitur decisio propositæ.q.per præfatũ scholarẽ, ꝙ non licuit Capitaneo in dicto loco ante palatiũ,maximè stãte statuto,ꝙ locus ille tutũ sit refugium,per quæ verba denotatur,ꝙ quis possit ad illũ locũ aufugere,sicut dicimus de refugiẽte ad domũ,& sicut etiam fugientẽ ad ecclesiã ecclesia defendit: vt in c.cùm in ecclesia.& in c.seq.j.de immu.eccl.& in l.præsenti.C.de his,qui ad eccle.confu.& xvij.q.iij.c.diffiniuit.sic etiam olim fugiẽtes ad statuã Principis defendebãtur,& similiter hodie,si quis fugeret ad corpus Christi seu eucharistiã,quẽ articulum latè tractaui in quodam cõsilio,quod feci ad petitionẽ reuerẽdi patris fratris Ioãnis de Capestrano.quod incipit, Quãdo articulus super quo ad præsens cõsultus &c.¶Et prædicta
14 notabis:quia vtilia sunt ad decisionẽ aliarum questionũ.¶†Et ex prædictis ego infero,ꝙ existens in domo,non potest citari realiter:etiam si ostium sit apertum:dummodo sit intra clausuram.quamuis Ang.teneat cõtrarium dicens,ꝙ cauti debẽt esse debitores,vt teneant ostia clausa, si noluit capi personaliter, & extrahi de domo pro debito ciuili.¶Sed hæc opinio cõmuniter reprobatur in d.l.plerisq.& patet reprobatio ex superioribus:nam si fugiẽdo & intrãdo,vel mẽbrum tenẽdo intra clausurã non potest extrahi,ergo longè minus si est intra domum: licet ostium sit apertũ.nec obstat textus in l.satisq pœnæ.ff.de in ius vocando.ibi dum dicit,Sed si additum ad se præstet,per quem textum mouetur Ang.quia ille textus non loquitur de citatione reali:sed de verbali,de qua statim dicam in versi.circa sextam speciẽ.¶Consulo tamẽ ad opiniones fugiendas,& ad
15 abundantem cautelam,vt claudant bene eorum ostia.¶†Et aduerte:quia in casibus prædictis,in quibus quis per realẽ citationem nõ potest extrahi de domo,si fortè vellet extrahi per vim, licitũ esset sibi vim vi repellere:& officiali volenti extrahere sine pœna resistere,secũdùm Bal.in d.l.plerisq.quia si vis tũc dicitur inferri:vt ibi:ergo potest vi resisti:vt in l.vt vim.ff.de iust.
16 & iu.& in l.j.C.vnde vi.¶†Itẽ,quod dixi,ꝙ quis non potest in domo realiter citari:habet locũ in causa ciuili:secus in causa criminali:quia potest tũc etiam in domo capi,& inde extrahi:vt in auc.vt nullũ iudicum.§.quoniã.& §.si quis verò comprehẽsorum.hoc tenet glo.in l.nemo de domo.ff.de reb.du.& tenet Bar.& Doc.in d.l.plerisq.& do.Ant.post Gof.in c.fi.de eo qui
17 mit.in pos.cã rei ser.¶†Et ex predictis põtsumi notabilis cautela ad carcerãdum debitorẽ,etiam pro causa ciuili:quia si debitor ter citatus sit cõtumax:& nõ cõpareat:sed stet in domo,& illam nõ exeat,poterit iudex ratione cõtumaciæ illum mulctare:& sic imponere sibi mulctã,seu pœnã applicãdam fisco,per id quod habetur in l.j.ff.si quis ius diceti nõ obtẽp.facit quod no.in c.tuæ.s.vt lite non contesta.& in l.mulctarũ.C.de modo mulcta.vnde propter pœnam seu mulctam poterit extrahi de domo:cùm sit pœna criminalis: quia imponitur ratione cõtumaciæ,quæ cẽsetur delictum:vt in l.omne delictum.§.cõtumacia.ff.de re mili.Et quia etiam pœna venit applicanda fisco:vnde etiam ex hoc cẽsetur criminalis,per id quod no.glo.& Doc. in l.iij.§.fi.de sepul.vio.de quo dixi in rubrica.s.de iud.& postquam fuerit captus pro dicta causa,poterit recõmẽdari in carceribus pro debito ipsius priuati, per id quod legitur & nota. maximè per Bar.in l.ij.ff.de custo.reo.Ita dicit Io.de Imo.in c. lator.j.de pig.¶Et quod propter nimiam cõtumaciam, etiam pro debito ciuili possit debitor capi,& incarcerari,no.Bal.in l. cõsentaneum.C.quomodo & quãdo iud.in viij.notabili.¶Itẽ, & secũdò fortè limitari potest,nisi ex pacto renũciatum sit priuilegio.d.l.plerisq.arbitror enim tali priuilegio posse renũciari.¶Aduerte tamẽ:quia hæc quæstio videtur satis dubia, propter ea,quæ tradit Spec.in ti.de renun.& cõclu.§.j.ver.item est bñficiũ.vbi q̃rit,an pacto possit renũciari vel ꝓhiberi quẽ capi.vbi primò ponit argumẽta, per quæ videtur valere dictum pactum,deinde videtur decidere in contrarium.per no.in l.ob
18 es.& authẽ.ibi posita.C.de acti.& obli.†Sed dicit Io.An.ibi in addit.ꝙ illa quæstio incidit in illam quæstionẽ,videlicet vtrum per pactum possit renũciari beneficio cessionis bonorum:de qua materia ibi per eũ.Cy.Bal.& Doc.in l.j.C.qui bo.ced.pos. & per Bar.& Bal.& Io.de Imo.& latius per Ludo.Ponta.in l. alia.§.elegãter.ff.so.ma.¶Et vide etiam quod dixi.s.arti.iij.q. ij.& quicquid dicatur in illa materia in terminis nostris placet, ꝙ valeat pactũ & renũciatio:maximè accedẽte iuramẽto.argu. notatorum in l.si quis in conscribẽdo.C.de Epi.& cle.& de pactis.& in c.ad audiẽtiã.& c.statuimus.j.de regularibus.& not. per glo.in verbo,Senatusconsulto.in auc.vt sine probi.matres. §.petenda.& in l.pactum inter hæredes.ff.solu.matri.& eorũ, quæ latius dixi in c.si diligenti.s.de foro compe. Et ad materiam etiam vide per canonistas in c.Odoardus. de solutio. & per Io.de Imo.in c.cùm contingat.de iureiurando.& per Fed. consi.lvij.aliàs.lx.& per Dominos de Rota decisio.clj.& ccv. ¶Et sic habes expeditum hunc notabilem articulum, an & quando citatio talis possit fieri in domo.

¶Circa secũdam speciem de citatione per edicta dic,ꝙ existẽs in domo indubitanter potest citari per edicta:vt in auc.qui semel.C.quomodo & quãdo iud.& in auc.si verò criminis.C.de adul.tenet Io.petru.in d.l.plerisq.& mihi placet.Ad quod vide quod latius dicetur.j.in xxiij.principali articulo.

¶Circa tertiam speciem de citatione per epistolam,etiam arbitror,ꝙ possit fieri ad domũ,dummodo existens in domo permittat aditum ad se:aliàs secus,per ea,quæ statim dicam in versi.Circa sextam speciem.¶Et vide quod latius dicetur.j.in xxiij.principali articulo.

¶Circa quartam speciem de citatione per vocẽ præconis, seu proclama dico,ꝙ etiam existens in domo potest citari.arg.l.si eo tempore.C.de remis.pigno.tenet Io.petru.in d.l.plerisq.& mihi placet.& vide quod dicam.j.in xxv principali articulo.& quod dicetur in versi.seq.quia talis vox præconis fit,vt quam plurimis innotescat.de quo in dicto.xxv.articulo. Facit quod notat Ioan.An.in c.Romana.§.contrahentes.de foro competenti.lib.vj.vbi dicit, quòd talis potest citari publicè ante domum.per c.fina.de dolo.& c.fina.de eo,qui mittit.in posses.& tenet domi.Dominicus.

¶Circa quintam speciẽ de citatione per cãpanam, aut similem modũ dico,ꝙ potest fieri etiã de existẽte in domo:quoniã talis sonus citat gñaliter oẽs,vbicũq sint illi, qui debẽt interuenire ad illũ actũ,qbus ille sonus innotescit,vel innotescere potest.facit quod dixi.s.in ver.Circa secũdã speciẽ.& etiã quod dixi in præsenti versi.& quod latius dicã.j.in xxvj.principali articulo.

21 ¶†Circa sextã speciẽ de citatione verbali in personam,an possit fieri de existente in domo,dicendum est,ꝙ si ostia sunt aperta,potest nuncius intrare:& verbo citare. Et idem si ostia essent clausa,& existens in domo esset in fenestra:ita quòd apparere & conspici posset:vt d.l.satis quæ pœnæ.ff.de in ius vocan.& debet fieri vocatio,seu clamatio alta voce,vt quilibet astans valeat audire,vt est tex.no.& ibi Bal.in l.diffamari.C.de inge.manu.& debet fieri publicè,& verbis apertis,& claris:ita ꝙ intelligatur.ff.de insti.l.sed & si.§.j.de homi.c.fi.Sed si ad eum non patet aditus:quia ostia sunt clausa, nec publicè conspicitur, tunc non potest etiam verbaliter citari, nec potest nuncius seu lator,ostia frangere:& si frangeret, teneretur de vi,secundùm Bal.in d.l.plerisq.¶Nec obstat si diceres,quòd hoc non videtur iustum:quia ex quo existens in domo nõ potest citari realiter,nec etiam verbaliter:si non præstat aditum, vel apparet in publicum,sic reportabit cõmodum de malitia sua,quòd esse nõ debet.c.sedes. de rescript.cum alijs vulgari. quia respondeo, quòd

42 tit,vt dictis iuribus.¶ †Item,quia in casibus, in quibus quis de iure cõmuni põt personaliter capi,in eisdẽ potest extrahi de ecclesia:vt pro debito tributario,vt s̃.dixi.Est circa hoc attendenda consuetudo,secundũ Inno.in c.cũ inter.s̃.de cõsuetu.& ideo de iure cõmuni,propter delictũ nõ extrahitur de ecclesia:quia regulariter de iure cõmuni,quis pro ciuili debito capi non põt, vt l.ob æs.C.de act.& obli.& j.de immu.eccle. & ita debet intelligi d.l.præsenti.§.j.& in aut̃.de iudi.in prin.§.sed neq;.quia si esset extra ecclesiã,caperet̃:nisi cederet bonis,vt l.j.C.qui bo. cedere possunt.secũdũ Old.in d.consil.liij.Et sentit d. Anto. in d.c.inter.¶ Quæ cõsideratio fuit multũ rigorosa , & cõmuniter in practica nõ seruatur.¶ † Et est aduertendũ, ꝙ prædicto priuilegio & immunitate,ne posśit in ecclesia citari , gaudet etiam excõicatus:dummodo sibi aliud canonicũ non resistat.& ratio est,quia in hoc nõ habetur ratio seu consideratio delicti ipsius excõicati:sed potius attendit̃ fauor Dei, cui cõpetit ille honor. cùm ecclesia nihil deliquerit. facit c.quæsiuit.j.de his , quæ fi. à ma.parte capituli.secundũ Gul.de mon.Lau.& zenze.in Cle.j. de pœ.& remis.& Hostiẽ.in sum.in titu.de immuni.eccle.§.inquãtũ.¶ Quidã verò distinguũt,ꝙ aut q̃s est excõicatus ab homine,seruato iuris ordine:& nõ gaudet tali immunitate: maximè propter morã petendi absolutionẽ. ¶ Aut est excõicatus à canone,& tunc secus.Alij verò dicũt,ꝙ vtroq; casu nõ gaudet tali priuilegio,ex quo est in mora petendi absolutionẽ: secus si nõ esset in mora.facit xj.q.iij.c.rursus.& c.q̃cunq;.Sed gl.Gul. sup sum.Raymũdi.in tit.de immuni.eccle.& frater Ia.in sum.il lius tit.q.v.ver.q̃d de iudæo.tenẽt indistinctè, ꝙ excõicatus nõ gaudeat tali priuilegio, & sic posśit realiter citari.Sed primam opi.Gul.ꝙ nõ posśit realiter citari,dicit Host.tutiorẽ.& eã tenet Gof.in sum.de immu.eccle.quã etiã Hug. in d.c.pe.j.de immu. eccl.dicit esse veriorẽ.& idẽ dicit Hug.de degradato:q̃a talis retinet priuilegiũ,nisi reddat̃ incorrigibilis,vt in c.cùm nõ ab ho-

mine.s.de iudic. secundùm Host.in d.§.inquantū.ver.quid de
44 degradato.¶†Et aduerte,quia prædictū priuilegiū habet,non solùm ecclesia consecrata & eius cœmiterio,sed etiā in ecclesia, non consecrata, vt d.c.pe.Et probatur per gl.j.& Docto. in c. fi.de consecra.eccle.vel alta.& etiā palatium Episcopi,secundū aliquos.de quo per Gul.zenze. zabarel. & Docto.in Cle.j.de pœni.& remis.& zabarel.in d.c.inter alia. Et vide alias remissiones,quas.s.dedi. ¶Item, dictū priuilegiū consequitur ecclesia,licet sit interdicta:sicut etiā clericus suspensus, interdictus, vel excōmunicatus gaudet priuilegio canonis,si quis suadente. xvij.q.iiij.de quo dixi in c.peruenit.de sent.excom.in ix.prin. articu.in secūdo membro principali,fallen.xj.¶Hæc enim reuerentia debetur Deo,qui nō deliquit,vt dictū est.Et satis esse videt,ꝙ per interdictū ipsius ecclesiæ subtrahit diuinū officiū: vñ nō est addēda afflictio afflicto: vt in.c.at si clerici.in fin.s.de iud.cū simi.secūdū Vincen.Io.An.do.Ant.& zabarel.in.d.c. inter alia.& Hosti.in sum.in.d.§.inquātum. ver.sed nūquid.& Gof.in sum.de immuni.eccle.& Archi.xvij.q.iiij.c.vxor.&
45 Guil.& zenze.in.d.Clemē.de pœni.& remissio.¶†Sed iuxta pdicta qro,qd de fugiente ad eucharistiā,vtrū possit realiter citari.¶Et ad hoc,vt quæstio procedat intellige,qñ eucharistia portaret in via:vel esset in loco nō priuilegiato.¶Solutio Huguitio.Lauren.Vincē.& Gof.in.c.sane.de cele.missa.tenent,ꝙ talis possit realiter citari,nec ratione eucharistiæ defendat:mori,quia eucharistia est cibus animæ.de conse.dist.j.c.non iste panis.& ideo animam tantùm liberat,ecclesia verò attēdit etiam ad res corporales defendēdas.j.q.iij.c.si quis obiecerit. & ideo non mirum si liberat etiam corpus.xxix.qō.v.c.reos & ad se fugiētes defendit,vt.d.l.præsenti.& supradictū fuit.Quare cū prædicta ratio non vendicet sibi locum in eucharistia,quę solū est cibus animæ,ideo priuilegiū ipsius ecclesiæ nō videtur extendendum ad eucharistiā.arg.c.sane.de priui.¶Io.tamen.xij. q.vlti.c.quæsitū.vult talem defendendū,& nonnulli sequunt: non tñ loquitur de fugiente,sed de recipiente corpus Christi, Et hæc opinio,ꝙ defendendus sit,est magis æqua,catholica,& laudanda,vnde quidā dicunt talem fugientem vsq; ad sanguinem per ecclesiā defendendum:quia nihil est in ecclesia hoc sacramento maius.de consecr.distin.ij.capitulo nihil. & in Clem. si dictum.de reliq.& vene.sanc. ¶Et quia ex quo propter honorem Dei defertur ecclesię,multò fortius deferendū est Deo. quia propter quod vnum quodq; tale est,& illud magis,vt in aut.multò magis.C.de sacrosan.eccle.Item probat,quia si statua Principis & præfecti saluat hominē ad eam fugientē. insti. de his,qui sunt sui,vel alie.iu.§.hoc tempore. & d.l.præsenti. multo fortius Christi corpus, quod cū sit incorporaliter maius & dignius,nō debet ei aliqua res anteponi,vt d.c.nihil.& j.q.j. multi & lxxxv.distin.c.ecce. Et hoc probatur per fidem mulieris fluxū sanguinis patientis,& dicentis: Si tetigero fimbriā vestimenti sui,salua ero.at Iesus dixit illi,confide filia,fides tua te saluam fecit. & mulier ex illa hora salua facta est. Matthæi capitu.ix.Marci.v. Luce capitulo. viij.& v.distinct.c.ad eius verò concubitum.¶Item facit,quia eucharistia vera gratia interpretatur.j.q.j.c.multi. ergo fugientes ad eam saluare debet. ¶Nec obst. quòd est cibus animæ: quia nihilò minus est corpus Christi, ideo etiam in saluatione corporum, corporali ecclesiæ prę ferenda est.facit xj.q.iij.c.Iulianus.¶Nec obst.quòd priuilegium non est extendendum.quod verum est de persona ad personam,& de ecclesia ad ecclesiam:sed in terminis nostris,secus esse debet:cùm priuilegium in honorem, & reuerentiam Dei, ecclesiæ concedatur : fortius debet habere locum in ipso corpore Christi:vt honor potius Deo & Creatori , quàm creaturæ deferatur. & potius Deo, quàm principis statuæ,vt in aut.vt non luxurientur cōtra naturam. post principiū. col. vj.cùm grauius sit offendere eternam,quàm temporalem maiestatem.j.de hæreticis.c.vergentis.¶Et hāc opinio.tenet Hug. in d.c.sane.de cele.missa.& Do.meū ibi.& ibi dicit Henri.ꝙ & si quicunq; magistri contrarium dixerint,nō vult stare illorum interpretationi.¶Et mihi placet.Nec videtur tolerabile,ꝙ fugientem ad eucharistiam lictores,vel nuncij admittantur ad capiendum:ne fortè contingat,ꝙ ex tumulatione aut rixa, eucharistia frangatur,vel cadat:& fortè in lutum, vel alio modo vituperetur. ¶Et ita tenui in quodam consilio , quod feci ad petitionem reuerendi religiosi fratris Ioan. de Capestrano, ad in-
46 tellectum capituli,omnis vtriusq;.j.de pœni.& remissi. ¶†Et aduerte:quia prædicta procedūt respectu citationis realis fiendæ,tam in ecclesia , quàm de fugiente ad corpus Christi.sed quantum ad citationem verbalem dic, quòd illa in vtroq; casu fieri potest.¶Et ita concludunt Gul.Bart.& Bald.in l.plericq;. de sac.sanc.eccle.& probatur in l.pręsenti.C.de his,qui ad ecc. confug.¶Nec obst.quod dixi.s.eo.arti.in ij.q.p.versi.¶Circa

sextam speciem.vbi dixi,ꝙ talis citatio non potest fieri in domo nisi pateat aditus ad ipsum citandum,vel appareat in conspectu:quia vt dicit Bar.in.d.l.plerīq;.ecclesia est iuris publici, ad quam quilibet habet aditum,vt.l.j.§.huius studij.ff.de iust. & iu.secus in domo priuata,in qua istud cessat.¶Sed tu cōclude,ꝙ si aliquo modo impediretur aditus,nec appareret citādi cōspectus,nō posset citari.¶Item.nō ob.ꝙ ex quo talis citatio videtur esse actus iudicialis,ꝙ nō debet posse exerceri in ecclesia:vt in.c.decet.de immu.ecc.li.vj.quia verum est,ꝙ citatio est de processu,quantum concernit iudicem:secus quo ad nunciū respectu cuius est quædam executio facti : vnde propriè talis actus nūcij nō est de processu iudicij.& ita debet intelligi insti.de pœ.teme.litig.§.fi.ita dicit Bal.in.l.ij.C.de sa,san.ecc.Ad quod vide quod dicam.j.in ix.quæstione.
47 ¶†Sed quantum ad citationem per edicta , & per epistolā,& vocem præconis,& campanam,dicendum est vt dixi.s.eo.arti, q.ij.de citatione ad domum.¶Postremò verò,quo ad citationē fiendam ad ecclesiam,quæ nō fit realis neq; verbalis:sed fiat ad ipsam rem,licet maior sit dubitatio:tamen dicendum arbitror,quod si in dicta ecclesia esset habitatio ipsius citandi, idē dicēdū esset,quod dictum fuit.s.eo.arti.q.ij.ver.Circa septimā speciem.Sed si alibi haberet domum habitatiōis , deberet fieri in domo solitæ habitationis,vt ibi dixi.¶Et aduerte:quia quæstio prædicta procedit,qñ nō inuenitur dominus,vel procurator:quo casu,debet fieri citatio ad domū ,vt dixi in.d. q .ij.vel ad ecclesiam,vt dicit glos.magna in.c.causam. de do.& contu. ¶Et quamuis illa glo.loquatur alternatiuè ad domum, vel ecclesiam.& sic videatur sufficere alterum:tamen Doc.communiter intelligūt,ꝙ illa sit alternatiua ordinis.¶Ad quod vide qd dixi.s.eo.arti.q.ij.versi.Sed circa hoc quæro. vnde est sensus, ꝙ nō inuento domino vel eius procuratore,si habet domū priuatæ habitationis,ad illā citetur:aliàs ad ecclesiam suam.& hoc tenet do.Anto.in.d.c.causam.dicens non sufficere citationem ad ecclesiam , si alibi,etiam in parochia aliena habeat domum priuatam.Quod placet.D.m.etiam si agatur de ipsa ecclesia. vt statim subijciam.dicit tamē do.Ant.ꝙ cautum esset,ꝙ vtrobiq; fieret citatio ad maiorem certitudinem . & dicit Do.m.ꝙ prædicta procedunt,etiam si agatur pro ipsa ecclesia,mouetur ar.l.iiij.§.Prætor ait.ff.de dam.infect.vbi licet agatur respectu alicuius rei:tamen citatio debet prius fieri ad domum habitationis citandi,quàm ad ipsam rem de qua agitur.
¶Fit enim ad domum,vt citius possit peruenire ad notitiā citandi:quia cum ibi habeat familiam,amicos,& vicinos,facilius poterit ad notitiam ipsius citati per illos peruenire.
¶Sed tu aduerte,quia si ageret de ecclesia,debet seruari forma cle.causam.de ele.vbi tex.dicit,ꝙ debet fieri in domo quā ipse appellatus habitare communiter consueuit, vel si domus eadē in remotis existat in ecclesia cathedrali : in cuius ciuitate vel diœcesi consistit beneficiū:nihilominus in vtroq; casu,in ecclesia vel beneficio de quo agitur. de cuius Cle.intellectu dic , vt ibi latè scripsi.Si verò citatio fieri deberet ad ecclesiam ad mandatum Episcopi expulsi , debet fieri secundùm formam Cle.j. de foro competen. de cuius Clemen.intellectu, ibi latè scripsi. ¶Et adde ad hoc,quæ dicam in fine sequentis quæstionis.
48 ¶†Sexto quæro, quid si citandus habet duas vel plures ecclesias,vtrū ad alterā,vel ad omnes sit citandus.¶Solutio colligitur ex prædictis:quia si nō agitur de ecclesia vel beneficio, sed de alia re: si sumus in casibus , in quibus debeat fieri citatio ad ecclesiā:arbitror ꝙ fieri debeat ad ecclesiā residentiæ suæ,si fortè in vna residet,& in alia deseruit per vicariū suum, secūdū ea quæ tradūtur per Doct.& ibi dixi in c.extirpādæ.§.qui verò. j.de præb.& per Inno.in c.cùm iam dudū.eo.tit.& si alternatis temporibus,in vtranq; residentiā faceret, ad vtrāq; fieri deberet citatio,per ea quæ dixi in præcedenti quæstio.melior tñ esset cautela,si vtroq; casu faceret ad vtrāq; ecclesiā, vt ibi dixi. ¶Si verò ageretur de altera prædictarū ecclesiarū vel bñficiorū,ad illam deberet fieri citatio.ar .Clemen.causam.de electio. ¶Et si de vtraq; ecclesia ageretur,fieri deberet ad vtranq; . per
49 ea,quæ dixi in præcedēti.q.¶†Et aduerte circa prædicta: quia qñ fiūt tales citatiōes ad ecclesiā,seu in ecclesia , debēt fieri alta voce:ita ꝙ edictum perueniat ad eos,qui sunt in ecclesia,p nota.in capitulo finali de eo,q mit.in possessio.& in.l. si pupillus §.rescribere.ff.de istitoria.& in capitulo,ex tuæ.j.de cleri.nō residen.secundùm Mar.& zabarel.in Clementina prima, de foro competenti.quæstione.xxviij.faciunt quæ dixi.s.eodē articu.quæstione.ij.versicu.circa septimam speciem.¶Si verò nec in domo,nec in ecclesia propria fieri posset talis citatio, ꝓpter aliquem iustum timorem,vel iustum impedimentum,tunc fiet in ecclesia ciuitatum vicinarum, vel locorum insignium vicinorum,aliquibus diebus dominicis & festiuis.argu.d.Clementinæ

præce.de

50 præce.de foro competenti.¶†Et si tu diceres, quòd talis citatio nō videtur posse fieri die feriata, & sic diebus dominicis: Ad hoc dic vt dicam.j.in.xix.p.arti.& ideò potius debet fieri diebus festiuis: quia maior populi multitudo tunc conuenit ad diuina.ita dicit Mat.obseruari.& sequitur zaba.in.d.Cle.j. & quamuis ille text.loquatur in casu speciali Epi expulsi: tamē dicit ibi zaba.quòd respectu formæ extendi debet ad alios casus.¶Et satis mihi placet: quoniam vt.s.sæpius dictum est, hęc omnia successiuè per ordinem in citatione requiruntur.

¶Primò, respectu personæ domini, vt citetur personaliter si reperiatur.

¶Secundò, respectu procuratoris.

¶Tertiò, ad domum.

¶Quartò ad ecclesiam, vt facilius citatio deducatur ad notitiā citati.& vide etiam quod dicam seq.q.

51 ¶†Septimò quæro, vtrū in casibus in quibus debet fieri citatio ad ecclesiā, possit fieri si ecclesiā est interdicta? ¶Et videtur dicendum quod nō: quia ideò fit in ecclesia, quia ad eam est cōcursus hominum, sed tempore interdicti non possunt celebrari diuina: nec potest tunc concursus hominum haberi. igitur &c.¶Sol.gl.in verbo, ad diuina.in Clemen.j.de fo.compe.tenet contrarium.& sequuntur zenze.& zaba.& Docto. ibi.& idē ego ibi tenui.¶Nec ob.ratio allegata in contrarium: quia etiā tēpore interdicti pōt in loco interdicto prædicari verbū Dei.& appellatiōe diuinorū venit prædicatio verbi Dei. & sic poterit ibi esse multitudo populi tēpore prædicationis. de qua materia vide quod latius dixi in.c.fi.j.de sen. excō. in materia interdicti. ¶Et ex pdictis patet, quòd lōgè fortius pōt fieri citatio per omnē speciē citationis, in ciuitate vel loco interdicto.

52 ¶†Octauò quæro, vtrum citatio fieri possit in carcere.

¶So.dic, quòd sic.ad quod vide quod latius dixi.s.in.v.principali articulo.q.xxv.

53 ¶†Nonò quæro, vtrū citatio possit fieri in alieno, seu ex alieno territorio.¶So.quæstio est satis difficilis, intricata & dubia quam prosequuntur Doc.in.c.fi.s.de fo.compe.& do.Domi. post Doc.in.c.Romana.§.contrahentes.de for.compe.li.vj.Et zaba.in Cle.pastoralis.§.vt illud de re iudic.¶In qua quæstione duæ primò fiunt considerationes.

¶Prima, consideranda est respectu iudicis committentis citationem: & sic respectu commissionis.

¶Secunda, respectu nuncij & executionis ipsius citationis.

¶Item distinguitē, an agatur rōne rei, vel rōne delicti, vel rōne cōtract⁹.An verò qs citeē ex eo, quia ibi sortiatur domiciliū: cū tamē eo tēpore sit extra domicilium in alieno territorio. ¶De prima executiōe iudicis cōmittētis citationem.dixi. s.in principio istius.xvij.articul.¶Sed quando agitur respectu rei, an possit fieri citatio de existente in alieno territorio, dixi latè in c.sanè.s.de fo.compe.ver.xiiij.declaratio. ¶Sed si agatur ratio delicti, dic vt latè dixi in.c.postulasti.s. de foro competen.in ij.prin.articulo.¶Si verò agatur rōne contractus, dic vt latissimè dixi in.c.dilecti.s.de foro competenti.in.ij.principa. articulo sub.ij.q̄oe principali.ver.xij.quomodo.fol.clxxx.¶Si verò quis ex alieno territorio sit conueniendus in loco domicilij tetigi in.c.fin.s.de fo.cōpe.in materia domicilij.vij.q̄o. pe.ver. tertius effectus.sed lati⁹ tractaē materia in.d.c.dilecti in.d.ver. xij. q̄o. ¶Et adde prædicta ad ea, q̄ dixi.s.in.v.articulo,q.xv.

54 ¶†Decimò quæro, in quo loco, seu ex quo loco vniuersitas possit citari. ¶Et aduerte, quia hoc solùm intendo tractare de citatione vniuersitatis, in causis in iudicio agitandis.

¶De citatione enim, seu vocatione illorum de vniuersitate ad expediendos actus vniuersitatis, latius dicetur in ti.de his, quæ fiunt à ma.par.capituli.

¶Vnde circa prædictam quæstionem aduerte, quia gl. in.l.nō potest dolo.ff.de re.iur.dicit, quòd debet citari in capitulo, vel arēga, vel ī alio deputato loco.ar.l.iubem⁹.C.de sacrosan.eccle. Et quòd nō sufficit citatio facta de syndico, vel actore vniuersitatis, quia per talē citationē vniuersitas non constituitur in contumacia, per.l.si ex dolo.§.j.ff.de dolo.Nec obst.l.j. in fin.cum l.seq.ff.de acqui.poss.quia verū est, quòd ea, quæ expediūt vniuersitati, possunt fieri per syndicū vel per actorē vniuersitatis. ¶Sed quæ nocēt, per ipsum expediri non possunt. Vnde nec ipsorū confessio præiudicat, vt in.l.certū.§.sed an ipsos.ff.de cōfes.secundùm gl.in.d.l.non potest dolo.quam sequitur ibi Bar. Nec ob.l.aut qui aliter.§.idem ait.ff.quod vi aut clam. quia ibi dicitur, quòd valet denunciatio facta syndico quantum ad excusandum denunciantē ab eo, quod denuncians facere debebat. ¶Dicit tamen Inno.quòd in factis vniuersitatis, sufficit citare administratores vniuersitatis vel maiorem partem. ita dicit Innocē.in.c.humilis.de ma.& obedi. securius videtur, quod statim dixi, secundùm gloss.& Barto.¶Sed tūc dubitatur, quid si vniuersitas nō vult congregare capitulū. vel arengā? ¶Solu. gl.in c.si capitulo.de præbē.lib.vj.dicit, q̄ debent citari illi, qui regunt vniuersitatē: quia tunc perinde habetur, ac si ciuitas vel vniuersitas citaretur. Et sequitur Bart. in d.l.non potest dolo. & ita potest intelligi.d.Inno. Cy. verò in l.j.§.q̄ si nemo.ff.q̄d cuiusq̄ vniuer.nomi. in addi.dicit, q̄ si vniuersitas habet syndicū, ille debet citari: aliàs vniuersitas debet citari in cōcilio cōgregato, vt l.aliud.§.refertur.ff.de reg. iur. Nec sufficit citari Potestatem, vel alium officialē: quia cōtumacia sua non noceret subditis, vt l.meminerint, vt C.vnde vi.& s.tetigi. ¶Aduerte tñ, quia si vniuersitas remansit apud vnum solum, quia alij sunt mortui: sufficit q̄ citetur ille solus, secundùm Bald. post glo. in l.sicut.§.fi.ff.q̄d cuiusq̄ vniuersita.nomi.¶Tunc enim citatio videtur de isto fieri posse, vt de persona singulari, in loco & ex

55 loco, secundùm ea, quæ superius dicta sunt.¶†Et si tu diceres, quomodo potest esse vniuersitas apud vnū. ¶Respondeo, q̄ quamuis à principio vniuersitas non possit formari, nisi ad minus ibi sint tres, vt l.Neratius.ff.de verb.signific.& per Bart.in rub.& in l.fi.ff.de colleg.illicitis.& per Bald.& Salic.in rub.C. pro socio.tamen potest peruenire & respōdere penes vnum, si spes est reparatiōis, vt l.sicut.§.fi.quòd cuiusq̄ vniuersitatis nomine.& ibi not.Bald.¶Et per Ioan.Andre.in mercuria.in titu. de regu. iur.lib.vj.per Innocen.in c.cùm nobis olim.s.de elect.& j.de rebus eccle.non alie.c.si quis Præsbyterorū & in c.gratum.s.de postula.Prælato.& ibi per Inno.Ioan.Andr.& do.meum & per Bar.in d.l.sicut.§.fin. vnde talis, qui est solus, agere & cōueniri potest nomine vniuersitatis. Ita tenet Archi. lxvj.distinct.c.si fortè.& tenet Bar.& Bal.in d.l.sicut.§.fi.licet vin. contra.vnde citato isto, tota vniuersitas intelligitur citata, secundùm Bald. Aduerte tamen, quia fortè hoc casu, si personaliter nō reperiretur, facta discussione personæ, & ad domū, & in ecclesia.secundū ea, quæ dicta fuerunt.s.eod.articulo.q.ij. & v.& vj.esset etiam fortè cautum fieri citationem ad locum, in quo vniuersitas solita, est congregari.per ea, quæ dicta fuerunt in dictis.q.¶Et hæc procedunt, quando citanda est vniuersitas pro negotijs, quæ tangunt ipsam vniuersitatem communiter.secus si pro negotijs, quæ spectarent ad singulos de vniuersitate: quia tunc singulariter essent citandi, secūdùm ea, quæ dicentur.j.in xx.principali articulo.

56 ¶†Vndecimò quæro, quid de bannitis & exititijs, vtrū possint citari ad locū à quo sunt banniti.¶Circa quod vide quę latius dixi.s.in v.p.arti.q.xxvj.¶Et aduerte, quia Spec. in tit.de cōpe.iudi.aditione.§.j.ver.sed pone.& Ioan. And. in Cle.causam.de elect.dicunt, q̄ bannitus potest citari in loco vbi habitat, ne delictū suum sibi prosit.quod verū dicit Gul.si bona sua sunt publicata: aliàs possunt cōueniri in loco à quo sunt expulsi.& sequitur Ioan.de Imol.in d.Cle.causam.¶Sed tu aduerte, quia quod vltimo loco dictū est, non procedit respectu loci, in quo seu ex quo bannitus est citandus: sed loci ad quem citatur.& sic prædicta cōclusio nō videtur procedere propter locum nō tutum ad quē citatur. ¶Ad quod vide q̄d dixi in d.v. articulo.q.xxvj.& quod dicā statim in xviij.prin.articulo.q.v.

57 ¶†Duodecimò quæro, in quo loco vagabūdus, vel fallitus citari possit.¶Sol.dic, q̄ citatur ibi, vbi nunc habitare cōsueuit: vel magis assiduè cōuersatur, secundū Inno.in c.fi.j.de eo, qui mit.in pos.& in c.quia propter.s.de elect.super verbo, illud penitus.¶Spec.verò in tit.de compe.iudi.aditione.§.j.versic.sed nunquid sufficit.Primò arguit, q̄ debet citari ad domū vbi habitare consueuit, per l.iiij.§.Prætor ait.ff.de dam.infect.¶Sed demum cōcludit ibi eum ibi citari debere, vbi nūc moratur, vt l.ij.& fi.C.vbi in rem actio.& C.de bo.autho.iudi. poss. auē.ei qui.¶Et vide Spec.in tit.de rescrip.præsenta.§.ratione causæ. versic. quid si vagatur.vbi concludit, q̄ citari debet in loco, vbi magis assiduè conuersaē, per l.ij.C.vbi senato.vel claris.¶Veritas videtur esse, q̄ ibi potest conueniri & citari, vbi inuenitur, vt dixi in ca.postulasti.s.de foro compe.in ij.princi.articulo in fin.not.Ioan.de Imol.in c.fi. de eo qui mit.in posses.sed si non reperitur, potest citari ad domum vbi aliquādo se reducere in vltimis consueuit, secundùm zabarel. in Clementina.j.de foro compe.¶Et possunt etiam citari amici, & consanguinei, secundùm Ioan.de Imo.in c.fin.in fi.de eo, qui mit. in pos.per illud quod dicit ibi gloss.fina.vbi subdit Ioan.de Imo.q̄ ad ea, quæ sunt grauis præiudicij, non potest citari: nisi cōstet de malitiosa absentia, vera, vel presumpta.¶Ad quod vide quod dixi.s.eo. articulo.q.ij.ver.Circa septimam speciem.& quod dixi.s.in v. principali articulo.q.xiiij. ¶Et vide etiam omnino quæ dixi. in c.fi.s.de foro compe.in v.p.articulo, ver.sed postquam in domicilio stetimus, prope fin.per duas vel tres chartas.

58 ¶†Et ex prædictis videtur etiam inferendum, q̄ etiam fallitus possit vbiq̄ realiter citari: quia de tempore ad locum bonū est

ar.vt l.vinū.ff.si cer.peta. sed fallitus potest omni tempore realiter citari,vt dicā.j.in.xix.p.arti.q.ij.igitur &c. ¶ In contrariū tamen faciunt,quæ dicta sunt de domo & ecclesia,in secūda & quarta quæstionibus, quæ fugiētibus sunt tutissimū refugiū.& tamen tales fugitiui possunt realiter citari:etiā diebus feriatis:vt dicetur in.xix.p.arti.q.ij.cogitabis. ¶ Postremò circa huc.xvij. articulū aduerte:quia pōt iudex qñq; cōpellere partē vt eligat sibi certū locū,in quo seu ex quo citet: & qñ p̄sona citāda esset de longinquo. Ad quod vide quod latius dicā.j.in.xx.prin.arti. ¶ Et ex his Deo duce est expeditus.xvij.articu.principalis.

SVMMARIVM.

1 ¶ Citatio ad quem locum fieri debeat.
2 Iudex,an debeat habere iurisditionem in loco ad quem citat.
3 Iudex,an possit citare ad locum alterius iurisditionis.
4 Citatio ad locum turpem vel inhonestum,an teneat.
5 Citatio,an possit fieri ad locum non tutum.
6 Locus non tutus,multipliciter dicitur.
7 Bannitus citatus ad locū de quo est bānit⁹,an teneat cōparere.
8 Iusta causa absentiæ in materia citationis,est in iudicis arbitrio decidenda.
9 Iudex citans,an possit dare securitatem bannito citato.
10 Securitas data citato per iudicem,quando fit durabilis.
11 Citatio facta ad locum longinquum,an teneat.
12 Citatio ad locum nimis insignem,an teneat.
13 Citatio,an debeat habere specificationem loci.
14 Citato ad locum æquiuocum,quæ remedia competant.
15 Citatus ad locum non legitimum,an teneatur comparere.

ARTICVLVS XVIII.

Decimooctauo principali articulo videndum est, ad quem locum possit quis citari. Nam cum in citatione triplex locus attendatur, scilicet pronunciationis,seu commissionis, quæ fit per iudicem de citando.Item locus in quo,seu ex quo quis citādus est: & de his dictum fuit in proximo præcedenti articulo.sequitur nunc vt videamus de loco ad quem.& pro istius articuli clariori doctrina,prosequor infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro generaliter, ad quem locū fieri debeat citatio. ¶ Sol. dic. q̄ debet quis citari vt cōpareat ad locū iudicij:quia litigator debet cōparere coram iudice,non iudex corā litigatore:quoniā esset iniustū & opprobriosum, vt est text.in l.iubemus.§.fi.C.de epis.& cle.Citatus igitur debet ire ad iudicem,nec debet expectare,q̄ iudex vadat ad eum : quātūcunq; citatus sit in dignitate cōstitutus:etiā si sit Cardinalis, dummodo citans sit iudex cōpetens.ita dicit Bald.in d.§.fi.tetigi.s̄.arti. q.j. ¶ Et quem locū iudex possit sibi eligere in quo possit sibi iudiciū eligere,vide omnino quæ latè dixi in c.fi.s̄.de fo. cōpe. in ver.superest vt iuxta præmissum ordinē examinemus.vj.p. articu.prope fin. illi⁹ capituli,ad duas vel tres chartas. ¶ Et ibi dicta, & etiā hic dicenda per totū hunc articulū simul sunt intelligēda. ¶ Et sic intellige ad locū iudicij, si aliud impedimētū nō obstaret secundū ea,quæ in seq.quæstionibus tractabūtur.

2 ¶ † Secundò quæro,vtrū in illo loco ad quē iudex citat exigat, q̄ iudex habeat iurisditionē. ¶ Sol.dic q̄ sic.vnde si citet ad locum nō suæ iurisditionis,opponitur sibi q̄ ad illum locū citare non pōt:vt l.fi.ff.de iurisd.om.iudi.secundū Spec.in tit.de citatio.§.contrà citationē.versi.item q̄ iudex.saluo eo,quod habet in Cle.j. de fo.cōpe.secundū Ioan.And.in addi. Spec.ad dictū versiculū. ¶ Et subdit ibi Specu.q̄ licet hoc sit:tñ citatus venire tenet:quia fortè iudici,qui citat est à superiore illius loci ad quē citat concessum,vt ad illū citare possit vnde tenetur cōparere: licet simpliciter citetur: quāuis in citatiōe hoc exprimi debuisset.iij.q.vj.c.vnaquęq; & ix.q.iij.c.conquestus.s̄.de officio delegati.c.nouit.& s̄.de vsu pal.c.ex tuarū.secundū Specu.in d. versi.item q̄ iudex. ¶ Quod non placet Ioan.And.ibi in additio.qui dicit,q̄ putat illud inconsideratè dictum à Specul. quia licet ex consensu Episcopi loci ad quē citat, possit ibi cognoscere de causa proprij subditi,subsidito volente,secūdū ea,quæ traduntur per Ioan.And.& Docto.in c.nouit.de offi.deleg.& ibi dixi.non tamen posset trahere inuitū.secundùm quod traditur per Ioan.And.& Docto.in c.cùm Episcopus.de offi.ordi. lib.vj.nisi in casu speciali d.Cle.j.de foro cōpe.& ibi per.Ioan. And.in gl.super verbo,indulgemus.ad quod etiā facit.c.statutum.§.in nullo.de rescrip.lib.vj. ¶ Nam si ibi nō conceditur delegato apostolico,vt partē inuitam nō possit trahere extra locum delegationis suæ:fortius hic debet denegari Episcopo,vel alteri ordinario.Item ponderato suo principio, optimè facit.c. vt litigantes.de offic.ordin.lib.vj. ¶ Nec obst.iura allegata per Spec.quia dicta iura nō probant dictum secundum casum:sed respiciunt primū eius dictum,de quo statim dixi in prin.istius quæstionis. q̄ non possit ad alienū territoriū citari,quinimo dicta iura faciunt contra prædictū secundùm dictum Spec. quia primi duo canones,qui à regula,q̄ iudex nō possit trahere extra territorium,excipiunt solum casum,qñ id fieret authoritate apostolica:ergo errat,qui aliū casum addit. Non obst.c.nouit. quia imo facit cōtra.nā legatus ibi erat in sua legatione. ¶ Insuper etiā.c.ex tuarum.facit in contrariū:quia vltra licentiā Papę requirit cōsensus illius,cui præiudicat.quare cōcludit Io.And. tenendū esse,q̄ etiam si citans exprimeret in citatione,q̄ dicta potestas citandi ad alienū territoriū esset sibi à iudice illius territorij concessa:non tñ citatus inuitus teneret cōparere. ¶ Nec obst.q̄ citatio fieri potest in loco,seu ex loco nō suæ iurisditionis,vt quidā voluerūt. ¶ Ad quod vide remissiones,quas dedi in præcedenti articulo.q.ix.quia respondeo,q̄ illud procedit, qñ quis citat in loco,seu ex loco nō suæ iurisditionis.hic aūt loquimur in eo,qui citat ad locū nō suæ iurisditionis.vnde in hoc differt casus noster ab illo,quia in casu nostro,citatio emanat à iudice in loco iurisditionis,& ad locū alterius iurisditiōis. ¶ In illo verò casu,citatio fit in loco,seu ex loco nō subiecto, ad locum subiectum. ¶ Dicit enim Ioan. Andr.q̄ non curat in casu prædicto,an præceptū de citando ad locū non subiectū, faciat Episcopus etiā in loco subiecto, vt puta, si Episcopus Bonoñ. præcipi faciat subiecto, q̄ tali die sit corā eo Florētiæ. Ita dicit Ioan.And.in addi.Spec.ad dictū ver.itē quod iudex. ¶ Quod mihi satis placet.ad quod etiam vide,quod dicam in seq.q.

3 ¶ † Tertio quæro,vtrum iudex possit citare ad locū alterius iurisditionis. ¶ Solu. aduerte, quia hæc.q.pōt intelligi dupliciter. vno modo,q̄ citatio emanet, vt cōpareat quis coram citante in alieno territorio:& de hoc dictū fuit in præcedenti quæstione. Alio modo,q̄ compareat coram iudice illius territorij. Exemplum.iudex Senen.hic existēs, mandat tibi quod cōpareas coram iudice Florētino. Circa quod dicit Bal. in l.j.ff.ne quis eū, qui in ius voc.vi exi.q̄ hoc casu.nisi tale pręceptū fiat ad literas iudicis Florentini,nō tenetur cōparere,vt l.j.§.sed si literas. & ibi per Bar.ff.de requiren.reis.& ff.de interdic.& relega.l.relegatorum.§.j.& quod ibi no.per Iaco.de Ra.& sic patet, q̄ iudex vnius territorij, potest cōmittere iudici alterius territorij, quod citet, vt dicit Bart. in d.l.j.§.præsides.ff.de requiren.reis. Ad quod omnino vide, quod latius dixi in c.dilecti.s̄.de foro compe.in ij.prin.articu.ver.xij.quæro.sub.iij.q.principali.

4 ¶ † Quartò quæro, vtrum iudex possit citare ad locū turpem, vel inhonestum:puta,ad prostibulū,seu lupanar, vel coquinā. ¶ Sol.dic,q̄ not.per text.in l.si cùm dies.§.si arbiter.ff.de arbi. not.gl.in c.ex parte.el.j.j.de appel. & gl. in c.cùm locum.j.de sponsa.& Spec.in tit.de cita.§.cōtra citationē.ver.item q̄ sit ad locū & Bal.in l.j.ff.ne quis eum.facit lex,properandū.& l.rem non nouā.C.de iudi.j.de appel.c.qua fronte.& ff.de iudi. in l. si locus.& p Inno.in c.præterea.j.eo.& ff.de interroga. actio. in l.iiij. ¶ Quod est verum,nisi partes cōsentiant:ad quod vide quod dixi.s̄.de foro cōpe.in c.fi.in vj.p.articulo, quod incipit, superest vt iuxta præmissum ordinē.prope finē capituli.per ij. vel iij.chartas in ij.membro principali.ver.vj.fallit ibi, aduerte tñ. ¶ Et si locus est notoriè inhonestus,ipso iure nō tenet citatio:nec est opus exceptione aut appellatione. secus si hoc nō esset notoriū,ad quod vide qđ statim dicā in sequēti quæstiōe.

5 ¶ † Quintò quæro,vtrū citatio possit fieri ad locū non tutum. ¶ Solu.dic,q̄ no.per text. in Cle. pastoralis de re iudi.§.Pisana quoq; ciuitas.& in c.accedēs.vt lite nō contestata.do.Ant.in c. vestra.de coha.cle.& mulier.col.xxxviij.gl.pe.in fi.in Cle.appellanti.de appellationi.facit c.si verò.de iureiur.do.Ant.in c.ij.j.

6 eo.Ang.l.ij.§.quod dicimus.ff.si quis cautio. ¶ † Et no.q̄ dicitur,locus nō tutus multipliciter. ¶ Vno modo,propter potētiā citantis,qui est fortè inimicus citati:vel etiā si potentes,qui habitant sunt notoriè inimici ipsius citati. facit.l.iij.cū tribus seq. ff.de dona.causa mor.& ff.ex quibus causis in pos.eat.in l.Fulcinius.§.quid sit latitare & ff.de pe.l.mortis.§.si aūt. probatur etiā in c.de cætero.j.de sen.excō. ¶ Vel etiā si familiares potentis citātis sint manifesti inimici:quia talis citatus nō tenetur ibi cōparere:nec mittere excusatorē.sicut nec tenet quis ad talem locū legationē suscipere, vt l.sciendū.§.si accusatio.ff.de legatio.& tñ ad legationē suscipiendā, quis necessitat,vt in l.fi.§.legati.ff.de mu.& hono. ¶ Facit etiā lex,liberi.C.de inoffi. testa. ¶ Si enim propter cōseruandā famā,quis nō tenet cōparere in loco turpi,vt dixi in præcedēti quæstio. fortius, si est periculū mortis,vel personalis iniuriæ. arg. l.si adulteriū cū incestu.ff.de adult. ¶ Ita arg. Old.cōsi.xliij.quod incipit,citatio.quia,vt ibi dicit Oldr.ad impossibile nullo iure quis obligat:& illa dicunt impossibilia,quæ sine salutis periculo explicari nō possunt.&

ideo ad talem locum non tutum, quis comparere non compelli tur. ff. ad Trebel. sed & si alio. cùm l. seq. ¶ Itē nō solùm debet esse securus locus ad quē quis citatur: sed etiam per quē de necessitate iter peragēdum est, vt not. glo. in verbo, securè. in Cle. j. de fo. competen. & per no. in c. accedens. s. vt lite non cōtestata. & probatur in c. veniens. j. de accu. & ibi dixi in v. notabili. & in c. de cætero. j. de senten. excom. ¶ Adde tamen, quia vt dixi in d. c. accedens. si accessus ad illum locum nō esset multiplex, non sufficeret probare vnum accessum nō esse tutum: sed esset necessarium probare, quòd nullus ex illis accessibus esset tutus: aliàs probatio nō concluderet necessariò. quod not. pro cautela retinenda in practica, siue fueris actor seu reus, vt scias articulare. ¶ Item etiā alio modo dicitur locus non tutus, non solùm propter graues inimicitias: sed etiā per aliud simile periculum. videlicet propter aeris intēperiē. vt quia viget ibi pestis: vel simile periculū. vt not. glo. xxiij. dist. c. cōmunis. & glo. & Doct. in c. cùm dilecti. j. de dolo & contu. & lxxiij. dist. c. quorundā. facit l. habitatores. ff. locati. & est bonus text. in l. ij. §. pen. ff. si quis cau. per quē tex. se excusabat Grego. xij. cùm esset citatus ad conciliū Pisanum, propter illius loci, & aeris intemperiē. vide quod dixi. j. de accusa. c. veniēs. ¶ Et aduerte, quia debet esse locus securus, nō solùm ipsi citato: sed etiam omnibus illis, qui debent pro eo interuenire in iudicio. vt in c. ex parte. el j. j. de appella. Et sic debet esse tutus, non solùm principali: sed etiam testibus, aduocato, & procuratori. xxxiij. q. ij. c. sine, de coniug. iij. q. ix. c. hortamur. ij. q. ij. c. si. ff. de iudi. in l. si locus. no. glo. in d. c. ex parte. ¶ Aduertendum tamen, quia Inno. dicit in d. c. ex parte. ꝙ sufficit, quòd locus sit tutus procuratori, licet non sit securus domino: pro quo dicto videtur bon⁹ tex. in c. cū olim. j. de testi. & ibi notaui. ¶ Sed Hostiē. tenet contrarium dicens, ꝙ imò exigitur, ꝙ sit tutus vtriq; : & sic non solùm domino, sed etiam procuratori: quia si esset securus soli procuratori, cogeretur dñs in causa ardua constituere procuratorē. contra. c. querelam. s. de procu. ¶ Item, nec sufficit, ꝙ locus sit tutus domino, nisi sit tutus procuratori: quia ex hoc sequitur, ꝙ dominus priuaretur beneficio & potestate cōstituendi procuratorē. contra l. j. ff. de procura. ¶ Et hanc opi. sequuntur Ioā. And. do. Anto. Do. me. Ioan. de Imol. & zaba. in d. c. ex parte. el. j. de appella. & probatur per istum tex. dum dicit. tu vel tui. & etiam probatur in d. c. fine, de coniug. & est communis opi. ¶ Sed tu vide glo. in contrariū in verbo. fautoribus. in Cle. j. de fo. cōpe. & est tex. etiā in contrariū, qui multū astringit in d. c. cū olim. ibi dū tex. dicit, partibus si poterit fieri, vel procuratoribus eorum ad locum securū &c. Quare arbitror, ꝙ prædictæ opi. possent reduci ad concor. per distinctionē istam, ꝙ aut locus est tutus dño & non procuratori: & tunc, aut loquimur in causa, in qua quis non pōt respondere per procuratorē, vt in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & in c. veniens. j. de accu. & ibi latissimè dixi. & tunc satis est, ꝙ locus sit tutus domino, licet non procuratori, vt de se patet. & sic procedat gl. in d. Cle. j. Aut causa est talis, quā quis pōt exercere per procuratorem, & tunc procedat opi. Host. ¶ Aut locus est tutus procuratori & non dño: & tunc, aut causa est ardua, in qua quis non cōpellitur constituere procuratorem. & tunc locus debet esse securus vtriq;. vt s. dñs possit per se cōparere si vult, propter causæ grauitatē: vel etiam per procuratorē si vellet. ¶ Aduerte tamen, quia in contrarium videtur fortiter obstare. d. c. cùm olim. vbi agebat super statu ecclesiæ, & sic causa erat grauis. nisi diceres, ꝙ esset talis causa, quæ licet esset super statu ecclesiæ tamen non erat grauis, vel si erat grauis, intelligatur ꝙ sufficiat locū esse securū procuratori, si dñs nō curat opponere, nec causam per se, sed per procuratorē vellet expedire. vel forte illud ibi procedit, quia iam ad dictam causam cōstituerat procuratorē. ¶ Aut causa non est ardua: & tunc satis æquè videtur sufficere, ꝙ locus sit tutus procuratori. ¶ Et vide etiā ad prædicta aliquid per Hosti. in c. in-
7 terposita. de app. & per Inn. in c. ij. de ope. no. nū. ¶ † Et ex prædictis infertur ꝙ banniti vel exitij nō possunt citari ad locū, à quo sunt banniti vel exitij, vt dixi s. articulo v. q. xxv. & aliquid tetigi articulo. xvij. q. xj. ¶ Sed nunc aduerte: quia Ange. disputauit hanc quæstionē: & incipit, quæstio Bonon. sua ciuitate. & ibi Ange. in quarto dubio dicit tenendum esse, ꝙ si cōparitio potest fieri per procuratorē, tenetur comparere: si tamen illū inuenit idoneū, vt l. Papinianus exuli. ff. de mino. & in l. & si per prætorem. §. j. ¶ Si autē cùm nō inuenit, aut inuenit: sed tamen minus idoneū: tūc excusatur: quia paria sunt nō inuenire, vel minus idoneū: aut nō sufficientē inuenire, vt in l. idemq; in prin. ff. man. & hoc tenet gl. in l. fœminæ. ff. de procu. & Bar. in l. j. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. no. nun. quod tamen intelligit Ang. si modo citatus timeret vim inferri soli personæ suę propter bannū contra eū datū: secus si timeret vim inferri, etiā in ipsa causa priuata: quod cōtingit frequenter, quādo quis est bannitus ex causa partialitatis, vel diuisionis ciuitatis, vel quando habet litigare cum multū potenti: quia tunc nō tenetur ibi cōparere: etiā per procuratorē: quia licet cesset timor personæ, non tamen cessat timor causæ. ¶ Et locū ad quem quis citatur debet esse tutus omni respectu, tā personæ citati, quàm testiū, aduocatorū, & procuratorum, vt s. dixi. ¶ Sed tu aduerte, quia prædicta opi. Ange. nō videtur mihi vera: quia ex quo citatus nullā habet suspicionē circa personā: sed solùm circa reū, debet comparere: & sibi prouidere per viā recusationis ipsius iudicis, si iustā haberet recusationis causam. de quibus causis dixi in c. super eo. el ij. j. de app. nisi fortè intelligeremus dictū Ange. ꝙ esset met⁹ de re, quàm fortè teneretur secū ducere, vel portare: ne forte sibi in illo loco auferretur: quia tunc esset iusta causa non comparendi ad illum locū sic non tutum. & sic procedat opinio Ange. ¶ Et prædictā intelligit Ange. quando citatus se
8 absentasset iusta ratione motus. ¶ † Et an causa sit iusta, nō pōt dari certa regula, vel doctrina: sed hoc totū relinquitur iudicātis arbitrio. vt l. iij. ff. qui. ex cau. ma. iuncta sua glo. ¶ Sed contra prædictam decisionē opponit Ang. ꝙ non debet talis causa releuare citatum, cùm ipse fuerit causa sui banni: aut etiam si locus nō esset tutus propter inimicitias, quibus ipse causam præbuisset: propter quod culpæ totū videretur suæ adscribēdum. per l. si merces. §. culpæ. cùm suis cōcor. ff. loca. ¶ Solu. secūdùm Ang. dicta culpa nō est ordinata ad dictū casum: & ideo ipsius ratio nō est habenda. facit ff. ad l. Rhod. de iac. in l. si vehenda. §. idem iuris. ¶ Ad quod vide quæ latius dixi in c. fin. j. de iniur. ¶ Sed tu potes dicere, ꝙ imò nō habetur hic consideratio, an citatus præstiterit causam inimicitiæ: quia etiā si causam præstitit, nō tenetur ire. arg. tex. in c. de cætero. j. de sent. exc. facit, qđ not. Bar. in l. j. ff. de his, quib. vt indig. & Archid. in c. cùm I. & A. j. de re iud. & glo. do. Ant. & Do. me. in c. meminimus. j. de accu. & in c. veniens. j. de sponsa. & in c. repellantur. j. de accusa. & vide ad hoc quod ibi latius dixi. ¶ Si verò prædictus bānitus citaretur vt personaliter cōpareat, aut quia natura causæ personalem cōparitionē requireret: tunc cùm ipse citetur ad locū non tutū, ad quē de iure cōparere non potest propter bānum: non tenetur in illo loco vllatenus comparere per tex. in d. l. de ætate. in j. responso. & in d. l. Papinianus. rectè intellecta. & si in citatorio apparet de banno, tunc dicta citatio cōtinet manifestum iuris errorē: & sic est nulla ipso iure. aliàs si non appareret, excipiendū esset de banno, & de loco nō tuto: vel tutius esset appellare. scđm Ang. ¶ Ad quod vltimū vide, quod statim subijciam. vnde nota, ꝙ ad allegandas prædictas causas loci nō tuti, admittitur procurator etiam verbalis non admitteretur, si modo procurator habeat legitimum mandatū. hoc tenent Docto. maximè Ioan. de Imo. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. & in l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procura. & in l. reos. C. de accusatio. & in c. veniēs. j. de accu. & ibi latè dixi in ij. q. ij. quęstio. principa. & ibi vide, quid si cōparens & allegans locū non tutum admittatur sine mandato. ¶ Aduerte tamen, quia si notoriè cōstaret de loco non tuto, est necesse excipere seu appellare. scđm doct. in c. accedens. j. vt lite non contesta. & probat in Cle. pastoralis. de reiudi. & ibi gloss. in verbo, notoriè. ¶ Notat Inno. in c. præterea. j. eo. facit c. si duobus. de appel. & tradit in c. ex parte. eo. ti. tenet Oldr. cōsi. xliiij. facit quod not. Bal. in l. j. ff. ne quis eū. per l. de ætate. ff. ad Treb. & si hoc excōicaret vel cōtra eū fuerit missio in possessione, vel aliàs procederet contra eū, tanq; cōtra contumacē, nō valeret. ad quod vide quod latius dicā j. q. xxj. Sed si notoriè de hoc non constaret, deberet quis mittere excusatorē: & si iudex vellet procedere, deberet appellare, & toties pōt appellare quoties citatur ad locū nō tutum: & quāuis etiā pluries citatus nō excepisset, nec appellasset: tamen iterū citatus posset excipere & appellare. ad quod vide quod latius dixi in c. ex parte. el j. j. de app. & procedit appellatio nō solùm de iure canonico, sed etiam de iure ciuili: ex quo talia pericula sunt irrecuperabilia. vt not. Ang. in d. q. Bononiensis. per l. ante sententiæ tēpus. C. quorū appel. nō recip. & l. si quis prouocationē. & ibi per gloss. C. de app. ¶ Sed circa prædicta quæro, quid si iudex citans vellet dare saluum con-
9 ductum, seu securitatē citato: an teneatur cōparere. ¶ † Solu. text. est, qđ no. in c. accedens. el ij. s. vt lite nō cōtestat. facit c. literas. j. de resti. spo. ¶ Sed tu aduerte, quia hęc quæstio pręsupponet aliā quæstionē. istā videlicet, vtrū iudex, qui citat, posset talem securitatē concedere: in qua. q. variæ fuerunt opin. quas latius prosequit Ange. in d. q. quę incipit Bon. in vj. dubio. vbi quasi sic formaliter dicit. ¶ Quidā indistinctè tenent, ꝙ iudex non possit talem securitatem concedere, per text. in auē. de manda. prin. §. neq; autem homicidijs. sed ille tex. nihil facit secūdùm Moder. loquit enim solùm de fidātia, seu securitate data bānito

D

ꝑ partẽ, quæ nõ est seruãda, qñ nõ est in partis potestate affidare bannitũ, vt l.j.§.nõ fuit.ff.de dolo.& qa ibi fidãtia cõcedebatur ad euasionẽ criminis, & vt impediretur ei⁹ cognitio.¶Sed quæstio nostra procedit, qñ securitas dat̃ à iudice, & ad finẽ vt veritas criminis habeat̃. ¶Oldra. verò tenet, ꝙ posſit dari talis securitas per iudicẽ, si causa est talis in qua nõ admittat̃ procurator. per l.j.§.remouet.ff.de postulan. vbi deportatus remouetur à postulando, nisi pro se.& per l.is qui reus.ff.de pub. iudi. iuncta gl.¶Deinde dicit Ang. ꝙ superuenit magister & præceptor suus Bar. qui indistinctè tenet iudicẽ dictã securitatem posse cõcedere, per d.l.is qui reus.iũcta gl. ¶Mouet̃ etiã, quia quò ad inuestigandũ crimen, personæ præsentia multũ operatur, vt s.posſit iudex inspicere, qua cõscientia, aut qua trepidatione, vultus pallore, vel rubore loquat̃, vt l.de mino.§.tormenta.ff.de quæstio.¶Sed ipse Ang. finaliter cõcludit tenendũ esse, ꝙ si iudex habet iurisditionẽ ratione proprietatis, qualẽ habent Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & similes: seu alij, qui saltẽ de facto superiorem non recognoscũt: & sic tunc solùm tractitur de præiudicio iurisditionis eorũ: & tunc talẽ securitatẽ libere cõcedere posſunt, per l.relegati. ff. de pœ. ei. sic intelligatur opi. Bar. sed si iudex iurisdictionẽ haberet ordinariã, vel delegatã à suo superiore cõcessam, prout videmus in Potestatibus & Officialibus ciuitatũ, vel locorũ: vel etiam, vt sunt Antiani, Priores & Cõsules. tales nõ posſunt talẽ saluũ conductũ cõcedere aduersus cognitionẽ criminũ, ante executionẽ sententiarũ: ne sic in alienã messem, & in alterius præiudiciũ videatur falcẽ immittere.arg.l.pe.ff.de aqua plu. arcen.& j.de iureiur.c.ad aures.& per Bar.in l.j.ff.à quibus appel.nõ licet.¶Et sic põt intelligi opi. Old. ¶Subdit tamen Ang. ꝙ vbi causa põt per procuratorẽ expediri, nõ est necessaria securitas: quia superuacuè impetraret̃ & cõcederetur, per l. quòd vulgo. ff. de cõtratab.& l.hi, qui.ff.de secun.tab.¶Vbi verò per procuratorẽ expediri nõ põt, iudex de causa cognoscens, ad inuestigationẽ criminis potest securitatẽ concedere: quãuis hoc nõ procedat sine dubio.scd̃m Ang. si se intromitteret de iurisdictiõe superioris: nisi diceres, ꝙ intromittat se, nõ principaliter: sed per modũ incidentiæ seu emergentiæ: per quẽ modum posset etiam se intromittere de his, quæ pertinent ad iurisdictionẽ alteri⁹.arg.l.quoties.ff.de iudi. dũmodo sit prædictorũ capax: aliàs secus. ¶Ponit exemplũ de iudice seculari, qui quandoq; incidenter se intromittit de matrimonio, quod est quid spirituale. vt tradit̃ in c.lator.j.qui filij sint legi.& in c.tuã.j.de ord. cogni.¶Sed ad id quod dicit Ang. de procuratore distinguẽdo, an causa sit talis, in qua posſit interuenire ꝓcurator, vel nõ.

10 dic melius, vt s.dixi.¶†Et sic habes ex prædictis, an iudex posſit talẽ securitatẽ cõcedere. Quare nunc posito, ꝙ simus in casu, quo posſit talẽ securitatem concedere, redeundo ad principale propositũ dubitatur vtrũ virtute talis securitatis citatus teneatur cõparere? & cõmunis opi. Doc. est, ꝙ no. per tex. in d.c. accedens. el.ij.& in d.c.literas. tenet glo.j.in fin. in d.c. ex parte. el j.j.de appel. etenim parua ac fragilis est securitas, quæ in paruo papyro, aut mẽbranis cõtinetur.& idem tenet Io. And. in c.cũ R.s.de offic.delega. ¶Et nota singulariter, ꝙ vbi locus non esset tutus propter inimicitias potentum in illo loco, & pars vellet cõparere, iudex volentẽ comparere tenetur facere associari eius proprijs expensis. ita dicit Bal. in l.data opera.C.qui accusa. non pos.col.xij.per l.fi.C.de eroga.mil.anno.li.xij.Sed aduerte, quia ille tex.probat, ꝙ salarium debet soluere iudex: sed expensas, dictus debet soluere associatus, vide ibidem. ¶Posset tamen etiam iudex citari facere inimicos illius, & cõpellere eos ad præstandũ fideiussores de non offendẽdo talem citatum cõparentem, secundùm ea quæ traduntur per Guli.& Bar. in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præsi.& per Cy.& Bart.in l. denunciamus.C.de his, qui ad eccle.confug.& per Do. me. in rubrica de treuga & pace. facit quod not. in c.literas. de restit. spol.xxxij.q.j.c.de benedicto.& per Bar. in l.furiosi.C.ad l.Iuliam maiesta.& per Gambarium & Barto. in l.j.C.in quib.cau. colo.censi.lib.xj.& in l.æquisſimum.ff.de vsufruc. & per Dy, in l.ij.ff.solu.matri.

11 ¶†Sextò quæro, vtrũ valeat citatio facta ad locum nimis longinquum. ¶Solutio. hæc quæstio non procedit in ordinario: quia ordinarius põt citare subditũ, ex quocunq; loco: etiã satis longinquo.! & ad quantũcunq; longisſimũ: dũmodo aliud canonicum non obsistat. ¶Sed procedit quæstio respectu iudicis delegati apostolici, de quo dicẽdum est, vt traditur in c. nõnulli.s.de rescriptis.& ibi per doc.in c.statutum.de rescrip. lib. vj.& per Spec.& Io. Aand. in addi. in tit. de cita.§.contra citationem. in princi. per vnam col.& vltra, & latius ego tractabo in tit. de rescrip. vel in tit. de offi.delega.

12 ¶†Septimò quæro, vtrum quis posſit citari ad locum minus insignem.¶Solutio. dic, ꝙ hæc quæstio similiter non procedit in ordinario. sed in delegato. de quo dicit̃ nõ posse fieri citationem ad locũ nõ insignẽ. & vbi nõ posſit haberi copia peritorũ. vt d.c.statutum.§.j.de rescrip.lib.vj.& per Spec.in d.§.contra citationem.versi. Item quod fit ad locum. ¶Et posito, ꝙ delegatus ad talem locum non insignem, ad quem citat, duceret secum tot peritos viros, quot sufficiũt sibi & partibus: nõ tamen tenetur citatus ad illum locum comparere. vt not. Spec. in titu. de citatio. in d.§.cõtra citationem.ver. quid si locus in se. Ego fortè dicam in tit. de legat. Et ibi dicam, quis dicatur locus insignis. tradit Spec. in d.§.contra citationem.vers. sed quæ loca.

13 ¶†Octauò quæro, an exigatur specificatio loci: & an sufficiat alternatiuè specificare: & quid si nulla fuit facta specificatio. ¶Quo ad primum dic, ꝙ requiritur specificatio clara, ita ꝙ si sint plura loca eiusdẽ nominis, nõ videretur legitimè facta. secũdùm Spec. in d.§.cõtra citationẽ. versi. itẽ est facta. per c.fi.s.de rescrip. ¶Quod intellige verũ, nisi per aliquas circũstantias aliter declaret̃, vt statim subijciã. & sic ex prædictis patet determinatio secũdi, ꝙ nõ debet fieri alternatiuè, videlicet ad talem vel talẽ locũ. scd̃m Spec. in d.§.cõtra citationẽ. ver. quid si fiat alternatiuè. per c.j.j.de plus peti. ¶Quo ad tertiũ, qñ nulla esset facta specificatio loci, dic ꝙ valet: quia censetur quis citat⁹ ad locũ soliti tribunalis, & in quo iudicare cõsueuit, vt no. gloss. Pet. in prin. in c.fi.s.de rescrip.& probatur in l.si locus.ff. de iudi.& in l.si cũ dies.§.si arbiter.ff.de arbi.& argu.l. si vt proponis. la ij.C.quomodo & qñ iud. ¶Et ita debet intelligi & limitari, qđ dixi in prin. istius q.& etiã in casu pręcedenti. nam (iudicio meo) si aliquis ex illis locis est locus in quo cõsueuit iudicare, ad illũ tenetur cõparere: nec alibi tenetur quærere iudicem, vt etiã sentit Inno. in c.consuluit.s.de offi.deleg. ¶Quod tamen procedit, nisi fortè alius locus ex alijs circunstantijs certificaretur. scd̃m do. Ant. in c.fi.de rescrip. ¶Et vide Bar. in l.si vt proponis. la ij.C.quomodo & qñ iudex. vbi dicit, ꝙ si est iudex ordinarius, intelligit̃ quis citatus ad locũ maiorũ. per l.pe. ff. de iusti.& iur. Si verò est delegatus, si quidẽ à Princi. deputatus est locus, de illo intelligo. casus est in d.l.si vt proponis. Et ista est practica, ꝙ delegatus eligat sibi locũ. & tunc omnes citationes intelliguntur relatæ ad illũ locum: vt d.l.si vt proponis. Si verò locus non est deputatus, & locus vniuersalis ciuitatis, non debet inseri in citatione. quia intelligitur de loco, in quem facta est commisſio. l.nõ distinguemus.§.si arbiter.ff.de arbit. Loc⁹ verò particularis ciuitatis est inserẽdus in citatione, vt l. ita stipulat⁹. in prin.ff.de ver.obl. sed Bart. in d.l.si vt ꝓponis.

14 ¶†Quæ autẽ remedia cõpetant citato ad locũ æquiuocum. dicit do. Ant. in d.c.fi.s.de rescri.col.pe. quod remediũ est, vt ante terminũ petat declarari per iudicẽ locũ, vel cõpareat per diuersos procuratores in ambobus locis: vel ipse compareat in vno, & procurator in alio. facit quod dixi de appellatione interponenda ad diuersos iudices. in c.ij.de appel.

15 ¶†Nono quæro de effectu citationis factæ ad locũ nõ legitimũ, vtrũ vigore talis citationis citatus teneat̃ cõparere, & non cõparens reputet̃ cõtumax. ¶Solu. dic vt latius dicã j.in xxxj. prin. arti. ¶Et ex his Deo duce est expeditus. xviij. prin. arti.

SVMMARIVM.

1 ☞Citationis cõmisſio, quo tempore, & ad quod tempus fieri posſit.
2 Citatio causæ cognitionem non exigens, omni tempore committi potest.
3 Citatio quando posſit die feriato committi.
4 Ius prohibens citationem non solùm respicit effectũ, sed etiã ipsum principium.
5 Citatio dicitur fundamentum iudicij.
6 Citatio per pontificem facta, fieri potest etiam die in honorẽ Dei feriato.
7 Citatio die feriato facta, requirit expresſionem causam die feriato tractabili.
8 Actus citationis, qui fit per nunciũ, an posſit fieri die feriato.
9 Citatio potest die feriato fieri, casu quo celeritas compellat.
10 In casu Clemen.j.de fo.compe. potest fieri citatio die feriato.
11 Relatio nuncij an posſit fieri die feriato.
12 Citatio facta ad diem feriatum, an semper sit valida.
13 Citatio continens errorem, an sit valida.
14 Citatio facta vt citatus compareat vsq; ad talem diẽ, quæ dies est feriata, an & quando teneat.
15 Citatio facta per numerum comprehensiuum dierum, si vltima sit feriata, an sit valida.
16 Citatus ad diem quo non tenetur comparere, an teneatur comparere in alium diem.
17 Citatio facta sine temporis expresſione, an sit valida.
18 Citatus absq; termino debet quanto citius potest comparere.

Citatio

19 Citatio facta ad certum terminum alternatiuè comprehensum, quando teneat.

ARTICVLVS XIX.

Decimonono Principali Articulo tractandum est, quo tēpore, & ad quod tempus possit fieri citatio. circa quē articulum prosequar infrà scriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro, quo tēpore debeat fieri commissio citationis. ¶ Sol. dic. ꝙ debet fieri hora debita, & tēpore debito. ¶ Debet enim fieri tpe, quo iudex pōt sedere pro tribunali: & fit ab ortu solis vsq; ad occasum, vt in auṫ. de iudicibus. §. sederunt. & in c. consuluit. s̃. de offi. deleg. tenet Spec. in tit. de cita. §. contra. ver. item quod est facta hora. Ita simpliciter pertrãseunt Doc. ꝙ an procedat de honestate, vel necessitate, vide q̃d traditḟ in dictis iuribus. sed posito, ꝙ etiã procedat de necessitate, ego tñ hoc intelligo respectu citationis, quæ exigit causæ cognitionē, & quæ non indigeat celeritate: sed si indigeret celeritate, puta, si debitor esset suspectus de fuga, arbitror ꝙ sicut potest fieri die feriata, & propria authoritate, vt traditur in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. credi. & dixi s̃. articulo iiij. q. ij. ita & iudex possit cōmittere. est enim regulare, ꝙ ea, quæ celeritate indigent, quolibet possint tēpore agitari: etiam die feriato in honorem Dei, vt traditur in c. fi. j. de fer. & in c. fi. s̃. de iudi. & ibi per Do. me. & in l. j. §. nũciatio. ff. de ope. no. nun. de qua materia latius dixi in ti. de fer. arti. vij. per plures faḟ. scđm quas pōt etiã regulari quod dictum est.

2 ¶ † Et ex prædictis ego infero, ꝙ citatio quæ cōmitteretḟ fiẽda per epistolã, aut campanã, vel aliũ modũ, qui nō exigeret causæ cognitionem, posset fieri etiam omni hora, & omni tempore.

3 ¶ † Item secũdò debet fieri citatio tpe nō feriato. in hoc tñ est maxima dubitatio propter varias sñias Doc. Iac. enim de Are. vult, ꝙ nō valeat, per l. dies festos. C. de fer. idē tenet Specu. in tit. de fer. ver. Item, ꝙ est facta. & tenuit Dy. in l. j. §. nũciatio. ff. de ope. no. nun. & ita dicit Cy. se audiuisse à Dy. moueḟ: quia hæc citatio seu cōmisio, respectu iudicis est quædã sñia interlocutoria: ergo die feriata valere nō debet, vt in c. cōquest⁹. j. de fer. ¶ Et idē etiã si dicaḟ, ꝙ nō est sñia: quia saltē est de processu, vt in c. quoniã cōtra. j. de proba. de quo dicam j. articulo xxxj. processus verò tali die habitus, nullius est mométi, vt d. c. conquestus. & idē tenet Spec. in ti. de cita. §. j. ver. Itē excipitur, ꝙ est facta in die feriata. & est cōis opi. Doc. scđm Io. Andr. in d. c. cōquestus. & ista opi. originaliter fuit Fran. Accur. in quadã parua additiōe, in d. l. dies festos. C. de fer. per iura prællegata. ¶ Mouetur per d. l. præsenti. cùm tale præceptũ de citando, sit quædã sñia cōminatoria. facit etiam scđm Dy. l. si minor. ff. de ser. expor. ¶ Alia verò fuit opinio Dy. q tandē mutauit sñiam. & tenuit, ꝙ citatio talis valeat. arg. l. si cũ vxori. in fi. cũ l. seq. ff. de do. inter vi. & vxo. & quia generalis consuetudo hoc tenet, & minimè sunt mutanda &c. vt in l. minimè. ff. de legib. & idē etiã tenuit Pet. de bellapertica & sequiḟ Cy. in d. l. dies festos. & Io. An. in d. c. cōquestus. moueḟ, quia citatio, cuius executio cōfertur in tēpus à iure cōcessum, procedit. q̃d sic probaḟ: quia idē iuris est de tpe & loco: vt l. vinũ. ff. si cer. pet. sed lege caueḟ, ꝙ act⁹, qui exerceḟ in loco min⁹ habili, si eius effectus conferaḟ in locũ habilem, valet, vt l. fi. ff. de offic. præfec. vrb. & l. omnes. §. si verò apparitor. C. de episc. & cleri. ergo &c. de quo tamen aliter dic vt latius dictum fuit in xvij. & xviij. prin. articulo.

¶ Nec obstat d. l. dies festos. C. de fer. & d. l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confu. & alia similia iura: quia respōdetur, ꝙ respectu istius cōmisionis citationis, cùm talis actus sit interlocutorius, & nō requirat causæ cognitionē, vt l. à procedente. C. de dila. ergo debet posse fieri die feriata, vt in l. actus. C. de ferijs. ¶ Sed Iac. But. disputando tenuit primam opi. ꝙ nō valeat: nec obstat, ꝙ talis citatio cōferatur in tempus promissum. & sic videatur valere: quia illud verũ, quando suspenditur actus & ei⁹ effectus, vt in contractibus conditionalibus, vel sub die incerta, vel in vltimis voluntatibus, vt d. l. si cũ vxori. in fin. & d. l. in tempus. sed in casu nostro, nō suspēditur actus: sed eius effect⁹: quia citatio est pura, licet conferatur in diem: ergo inspicimus tempus præsens, vt in l. cedere diem. ff. de verb. signi. ¶ Sed tu ex mente Old. & Bar. & Do. me. distingue, ꝙ aut loquimur in ferijs inductis in honorem Dei, aut in vtilitatem hominũ, aut etiam secundùm Do. me. in ferijs repentinis.

¶ Primo casu, vidisti in supradictis varias opi.

¶ Sed Oldr. quē sequitur Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de no. oper. nun. & Bal. in l. ij. C. in qui. cau. in integ. resti. nō est necesſ. & in l. j. ff. de fer. & Io. Cal. do. Ant. zab. & Moderniores in c. fi. j. de

4 ferijs. tenent, ꝙ talis citatio nō valeat. † quia ius prohibens citationē, nō solùm habuit respectũ ad effectum: sed etiã ad ipsum principiũ. vnde licet quãdo prohibeḟ actus respectu effectus, satis sit, ꝙ conferatur in tēpus concessum, vt d. l. si cùm vxori. & d. l. in tempus. & c. de vxore. j. de sepul. tamen quando prohibetur non solùm effectus: sed etiam ipse actus, non sufficit effectũ conferri in tempus permissum: cùm actus sit gestus tēpore prohibito. Nō enim est satisfactũ iuri. arg. c. fi. j. de resti. spo. & l. Fulcinius. post prin. ff. quib. ex cau. in pos. eatur. ꝙ hoc prohibeatur principium, patet in d. l. dies festos. facit etiam, quia licet citatio nō arctet ad cōparendum tunc: tamen arctat pro tũc, & afficit citatum, & quodãmodo eũ prouocat ad iracundiam, & indignationē: & sic aliqualiter abstrahitur à cōtemplatione. & idē etiã dicendum est in iudice: quia licet cùm debeat intēdere diuinis, nō debet facere præceptũ de citãdo: quia licet nō exigatur cognitio inter partes, tñ intra se debet aliqualē adhibere co

5 gnitionē. † Itē, quia negari nō potest, quin citatio sit de processu, & fundamentũ iudicij, vt in c. quoniã cōtra. j. de proba. s̃. de cōsti. c. ecclesia. s̃. de ma. & obe. c. inter quatuor. & insti. de pœ. teme. liti. §. fi. traditḟ in rub. ff. & C. de in ius voc. & eandē opin. tenuit Pe. de saxo. in d. c. fi. de fer. & Archid. xv. q. iiij. c. placita pe. d. l. fi. C. de fer. & v. q. ij. c. j. & etiã tenet Do. me. in d. c. fi. dicit tñ Bar. ꝙ si quis vellet seruare opi. Dy. & sequa. posset dicere, ꝙ illa l. si loquiḟ in diebus dominicis, quasi secus sit in alijs. & idē Cal. in d. c. fi. pro quo facit: quia illa die Deus in creatione mũdi ab omni opere requieuit, vt habetur. j. Genesis. & in c. licet. j. de fer. sed tamē tã Bar. quàm Cal. nō videtur approbare, ꝙ sit speciale in diebus dominicis: sed potius stare in eo, q̃d dixi, ꝙ nō valet dicta citatio. ¶ Et hæc etiam opi. placet Io. de Imo. in d. c. fi. nisi consuetudo aliter habeat, ꝙ citatio valeat: qa ex quo sunt opinio. consuetudo potest operari. s. ꝙ valeat s̃. de consuetu. c. cùm dilectus. ¶ Et idem etiam tenet Ioan. de Imo. in d. §. nunciatio. ¶ Et mihi placet, vt cessante consuetudine talis citatio regulariter non valeat: quia lex resistit initio, vt d. l. fina. C. de fer. ibi dũ tex. dicit, taceat apparitor &c. & ibi, nulla quenquam vrgeat ammonitio &c. ¶ Et tibi sileat horrida vox præconis &c. facit etiam l. potior. & l. qui balneũ. ff. qui pot. in pigno. hab. & c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. & l. minor. ff. de seruis expor. Item facit: quia vt dicit Oldra. in actibus iudicialibus spectamus initiũ, vt l. fi. C. qui legi. perso. & in l. iij. §. scio. ff. de mino. & in l. in vniuersi. C. qui da. tu. pos. tradit Old. cōsi. lxxxviij. & quia summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de religi. & sump. fune. l. sunt personæ. & quia negari nō potest, ꝙ talis citatiōis cōmisio nō sit de processu, vt dixi, & dato, ꝙ nō exigatur causæ cognitio inter partes in hac citatione cōmittenda: tamē vt dicit do. Ant. exigiḟ quædã cognitio in iudice, quo ad sequi debet discutere, an id fieri debeat, & maximè si in cōmisione assigneḟ terminus, qui habetur pro termino deliberatorio: videlicet q̃n mittitur citatio cũ copia libelli, vel rescripti, vt in c. præterea. j. cod. dicam latius j. in materia dilationum. ¶ Et vide etiã ad prædictas opi. Host. in Sum. in tit. de fer. §. & an ferijs. in prin. ¶ Aduerte, quia prædicta regula fallit.

6 ¶ † Primò fallit, vt arbitror, in citatione, quę fieret per summũ Pontificē. arg. c. veniens. j. de accuſ. Nec obstat, ꝙ hoc videatur esse iuris diuini: maximè in diebus dominicis: quia propter varias opi. si toleratur cōsuetudo, vt s̃. dixi, fortius videtur hoc tolerari cum Papa sit suprà consuetudinem. & etiam s̃. l. scriptã, vt in l. Princeps. ff. de legi. & quod traditur in c. in nostra. j. de sepul. & in c. j. de consti. lib. vj.

7 ¶ † Secundò fallit, quãdo in citatorio exprimereḟ casus, qui posset tractari etiã tēpore feriato in honorē Dei, vt si esset causa alimētorũ, vel carceratorũ, aut alia similis causa: quæ indigeret celeritate, scđm ea, quæ superius tetigi: & latius dicã in titu. de fer. tenet Hug. Berch. in d. c. fi. j. de fer. ¶ Secũdo verò casu principali, cùm loquimur in ferijs inductis in fauorē, ac vtilitatem, seu ob necessitatē hominũ: dicendũ, ꝙ talis citatio seu citatiōis cōmisio facta per iudicem tenet: quia citatio hoc casu, solùm prohibeḟ respectu exercitij: & sic respectu finis ipsi⁹ citatiōis. Nō eñ prohibetur hoc tēpore fieri citatio: sed citatus nō cōpellitur cōparere, vt l. j. ff. de fer. ¶ Et hanc opi. tenēt cōiter Doct. do. Ant. Ioã. de Imo. zaba. & Do. me. ¶ Tertio verò casu, quid iuris si feriæ sint repentinæ, tangit Do. m. in d. c. fi. & ibi cōcludit, ꝙ talis citatio fieri nō possit: quia Imperator mandat sub eadem veneratione has ferias obseruari, quasi solennes, vt l. oēs dies. C. de fer. Debent enim tales feriæ cum lætitia celebrari: & ideo non debet quis aliquo modo per citationem ad iram aut molestiã prouocari: nec iudex talibus debet insistere, scđm D. me. quod tamen limito, nisi essemus in casibus, in quibus talis citatio posset cōmitti etiã tempore feriato in honorem Dei. & quæ dicantur feriæ repentinæ, dicam j. in rubrica de ferijs.

8 ¶ † Secũdò principaliter quæro, vtrũ act⁹ executionis intimationis cōmissæ citationis, quã facit nũcius possit fieri die feriato. ¶ Solu. dic. ꝙ in oībus casibus, in quibus valet cōmisio per

iudicem facta tēpore feriato: fortius valet executio. in alijs verò casib9, in quibus cōmissio citatiōis facta tēpore feriato, nō tenet, nec etiā tenet executio: & sic citatio facta per nūcium. & ita cōcludit Do. me. in c. fi. j. de fer. loquitur tamē ambiguè: quia primò videt̃ velle, quod dictū est. ¶ Postea verò videtur mutare sñiam ꝙ valeat. & licet ipse loquat̃ de ferijs in vtilitatē hominū: tamē ipse assignat rationē per quā idē cōcludit̃ in inductis in honorē Dei. videlicet: quia in tali executiōe nō exigitur aliqua causæ cognitio, vt l. sed si interpellat̃. §. j. ff. de arbit. & in c. quoniam cōtra. de proba. ¶ Et istā opin. finaliter tenuit Dy. in l. j. §. nūciatio. de ope. no. nun. Pro qua opi. facit l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. & tenet Hug. in c. fi. j. de fer. & Bal. in l. iij. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est neces. Nisi fortè esset dies dñica, scd̃m quosdam: quia tunc silere debet horrida vox præconis, vt s̃. dixi. ¶ Item procedit, si loqueremur in citatiōe verbali: secus in reali, seu actuali executiōe, & captura personę. vel pignorū: quæ nō pōt fieri die feriato in honorem Dei: licet fieri possit die feriato ob vtilitatē, vel necessitatē hominum, vt tractat̃ in c. fi. s̃. de iudi. ¶ Mihi videt̃, ꝙ satis esset catholicū tenere, ꝙ nulla citatio, etiā verbalis, possit fieri tēpore feriato in honorē Dei maximè die dñica: quia tex. d. l. fi. C. de fer. dicit, taceat apparitor, sileat horrida vox præconis. & nulla quenquam vrgeat admonitio, per quod verbū ibi hoc tenet Bal. quæ conclusio maximè procedit, si citationis cōmissio facta esset tēpore feriato in honorē Dei: quia cū non teneret cōmissio, per cōsequēs nec teneret executio. & quicquid ex illa cōmissione sequeret̃, vt l. non dubiū. C. de legi. & in c. qualiter. s̃. de elec. & in c. fi. j. de rerū permuta. xxv. q. ij. c. Imperiali. & sic reperio tenere Bal. in l. j. ff. de fer. Prædicta tamen conclusio fallit.

9 ¶ † Primò fallit, in casibus celeritate indigentibus: quia debitorem fugientē posset nuncius etiam tali die realiter citare, & capere, & ad iudicē ducere: nō vt cognoscatur: sed vt carceretur, per not. per gloss. in l. dies festos. C. de fer. quæ hoc dicit. & nō est alibi, scd̃m Bal. & communiter sequuntur Doc. ibi: & Bar. in l. ait Prætor. §. si debitorē. ff. de his, quæ in frau. cre. & Ang. l. qui restituere. in fi. ff. de rei ven. & eadē ratione propter suspicionem dicit Bal. in d. l. dies festos. ꝙ posset fieri tali die sequestratio rerum, vide quod dixi j. de ferijs. articu. vij. fal. xxxiij. ¶ Et vide quod dixi s̃. eo. arti. xvij. q. xij. Idem etiam dicerem: si actio esset peritura, & per citationem perpetuaretur, per ea, quæ dixi j. de fer. c. fi. arti. viij. q. ij. fal. xvj. & seq. & vide clarius art. viij. q. j. in secundo membo. q. xix. fal. xxiij.

10 ¶ † Secundò, fallit prędicta conclusio in casu speciali Clemen. j. de foro compe. vbi talis executio citationis fit diebus festiuis. ¶ Et hæc procedunt in tēpore feriato in honorem Dei: sed in ferijs inductis in vtilitatem hominum, non est dubium, ꝙ fieri possunt ea, quæ superius dicta sunt.

11 ¶ † Tertiò principaliter quæro de relatione nuncij, vtrū possit fieri tēpore feriato. ¶ Sol. dic, ꝙ in omnibus casibus, in quib9 potest fieri cōmissio citationis, & ipsius executio tēpore feriato, pōt etiā fieri relatio: sed in his casibus, in quibus commissio citationis fieri non potest tempore feriato, similiter nō potest fieri relatio. ¶ Sed Bal. in l. iij. C. in quib. cau. in integr. resti. nō est neces. dicit, ꝙ talis actus videtur non posse fieri: quia debet fieri in iudicio, & apud tribunal. in cōtrariū tamē facit, quia sicut pōt nuncius citare, ita videt̃ posse referre. ¶ Subdit tamen Bal. ꝙ practica rationabiliter obseruata est, ꝙ iste relatiōes fiāt tempore iuridico: quia talis relatio est quoddam testimonium ipsius nuncij. j. de appel. c. cùm parati. & ideò debet fieri tēpore iuridico. Non tamē requiritur præsentia partis eo, ꝙ frustra requireretur: cùm non possit cōtradicere nūcio quo minus relationē faciat. & hæc opi. mihi placet: nisi in casibus, in quib9 potest fieri cōmissio, & executio tēpore feriato in honorem Dei: quia tūc pōt etiā fieri relatio. & sic procedunt prædicta in tp̄e feriato in honorē Dei. sed in fariato ob necessitatē hominum, non est dubium, ꝙ potest fieri, per ea, quæ dixi s̃. in præcedē. q.

12 ¶ † Quartò quæro principaliter de tēpore ad quod citatus iubetur cōparere, vtrū valeat citatio, si tempus illud nō videatur iuridicum, seu legitimum. ¶ Solu. distinguendum arbitror, ꝙ aut citatio præcipitur vt cōpareat hora causarum non debita: puta, ꝙ compareat de nocte hora secunda, vel tertia noctis. & non videtur valere: quia citatio est notoriè illegitima. ita tenet Domi. in c. consuluit. s̃. de offic. delega. super glo. in verbo, tenebris. allegat etiam no. in Clem. pastoralis. §. Pisana. de re iudica. ¶ Quod tamen ego intelligo, nisi celeritas aut causæ necessitas aliud suaderet, vel exigeret, scd̃m ea, quæ dixi s̃. eod. articu. q. j. in prin. ¶ Aut citatio cōmittitur & fit ad horam incongruam alio respectu: puta, ad tempus feriatū. ¶ Et subdistingue. ꝙ aut commissio emanauit tempore feriato in honorem Dei. seu tali tempore, ꝙ non valuit commissio: & hoc casu, pariter dicendum arbitror, ꝙ non valeat citatio ad talem diem: quia si non valet tunc facta ad diem non feriatam, secundùm opin. de qua dixi s̃. eo. articulo. q. j. longè minus debet valere, si facta est ad diem feriatam. ¶ Aut fuit facta commissio citationis tempore non feriato ad diem feriatum. & vtrū valeat. tex. videtur probare, ꝙ sic, in c. veniens. de accus. & in Cle. j. de foro competen. ¶ Sed aduerte: quia circa hanc quæstionem glo. & Doct. sunt varij, prout de materia tractatur per glos. & Archi. xv. q. iiij. in c. placita. & per Doct. in c. fi. de fer. & per Legistas, in l. iij. C. in quibus cau, in integ. resti. nō est neces. & per Spec. in tit. de cita. §. j. versic. item excipitur. & de dilatio. §. j. ver. sed pone, & per d. Domi. & Io. de Imo. in c. cupiētes. §. ꝙ si per viginti. de elec. lib. vj. & per Dy. Bar. & Ioā. de Imo. in l. j. §. nūciatio. ff. de ope. no. nun. & per Io. de Imo. in Clemen. j. de fo. compe. super glo. in verbo, festiuis. ¶ Et ex omnium dictis pro concor. multarū opi. prosequar tria membra.

¶ Primum membrum, quando fit citatio ad certam, sed specificam diem, seu pro certa die feriata.

¶ Secundum, quādo fit citatio vsq; ad talem diem, quæ dies est feriata.

¶ Tertiū, qñ fit citatio per comprehensiuum numerū dierum, vt puta, intra x. dies, vel intra mēsem: & vltima dies cadit in diē
13 feriatā. ¶ † Circa primū membrū, Inn. in c. fi. j. de fer. distinguit, ꝙ aut est expressus error in citatiōe: puta, vt cōpareat die dominica. & nō valet. Aut nō est expressus error: vt puta, si dixit. cōpareas decima die præsentis mēsis, quæ decima dies est feriata. ¶ Et hoc casu, citat9 tenet̃ cōparere die sequēti: qa duo vident̃ mādata, videlicet vt cōpareat: & vt illa die cōpareat. arg. c. dilecti. j. de do. & cōtu. & optimè probat̃ in l. celsus. ff. de arbi. vnde si nō pōt cōparere in illo termino, debet postea quàm citi9 pōt cōparere. & per hāc rationē subdit Inn. idē dicendū etiā, si dies feriata fuisset expressa. & sic recedit à primo dicto. pro quo allegat c. exposuit. j. eo. & c. cùm ex literis. s̃. de resti. in integr. & c. cū dilectus. j. de do. & contu. ¶ Sed tu aduerte, qa videt̃ posse distingui, ꝙ aut citatio emanauit, vt die dñica veniret respōsurus: aut emanauit, vt cōpareret: nō adiecto hoc, ꝙ veniret rñsurus. emanauit simpl̃r: qa simpl̃r citat̃ pro tali die: nec adijcit̃, ad rñdendū vel cōparendū. ¶ Primo casu, citatio tenet, vt no. glo. xv. q. iiij. c. placita. & sic intelligit̃ l. ij. in fi. ff. si quis in ius voc. nō ierit. quod procedit, si illa dies est feriata in honorē Dei. sed si esset feriata in vtilitatē hominū, valeret in se: licet inuitus nō cogeretur respondere, scd̃m ea, quæ notantur in l. j. ff. de ferijs. faciunt quæ dixi s̃. in tribus q. præce. & dicā latius in ti. de fer. ¶ Secundo casu, quādo citatur, nō vt respondeat: sed vt compareat illa die. & hoc casu fuerunt opi. Nam glos. in d. c. placita. & Spec. in tit. de cita. §. contra. versi. excipitur, ꝙ citatio fit ad diē festiuam. tenent, ꝙ valeat: quia potest se præsentare dicta die, processurus postea sequenti die iuridica. Sed cōtrarium tenuit Hosti. in hoc, & in sequen. casu, per ea, quæ ibi dicam.

¶ Tertio casu, quando citatio simpliciter emanat pro tali die: nec dicitur ad respondendum vel comparendū, glo. in d. c. placita. & quidam alij tenent, ꝙ talis intelligitur citatus vt compareat, nō autē vt respondeat. & sic citatio videtur valere, scd̃m quod statim dictū fuit. pro quo facit l. quoties. ff. de verb. obl. & de reb. dub. & de reg. iur. vt in dubio accipiatur intellectus, per quē actus magis valeat, quàm pereat, vt ibi. Et hæc opi. procedit intelligendo, ꝙ valeat citatio facta pro tali die ad cōparēdum, vt dixi in casu præcedēti. ¶ Sed cōtrariā opinionē tenet Inn. in c. præterea. j. eo. & Petr. de Bel. perti. & Cy. post eū in l. fi. C. de fer. quos refert Io. And. in d. c. fi. j. de fer. ¶ Et Ioā. Cal. ibi: & Spec. in d. ver. Item excipitur, ꝙ citatio fit ad diē feriatū, etiam Hosti. in d. c. fi. vbi dicit, ꝙ citatus ad diem dominicum vel alium solennē diem, licet simpliciter: non tenetur cōparere. ¶ Facit pro hac opinione, scd̃m Io. And. d. l. ij. in fi. ff. si quis in ius voca. non ierit. & tenuit dominus Richard. de Petronibus conciuis noster, Reuerēdissimus Cardinalis compilator vj. vt habetur in procemio. vj. & hoc dum legeret ius canonicū Partenope, vt refert Cy. in l. dies festos. C. de ferijs. & etiam refert Io. An. in d. c. fi. licet domi. Anto. ibi videatur aliud sensisse, videlicet, ꝙ licet vitietur expressum, vel citatio ad illam diem: nō tamen vitiatur tacitum æquè principaliter conprehensum: videlicet, vt compareat: quia dicta citatio videtur duo continere: scilicet, præceptum expressum de comparendo illa die: & tacitum, scilicet de comparendo, vt s̃. dixi.

¶ Sed dicit Do. me. tenēdum esse prædictam communem opi. quicquid dicat do. Ant. consuluit tamen præfatus Reue. Cardinalis, & post eū Cy. & Io. An. in dictis locis, quos sequunt̃ cōmuniter oēs Doc. etiam moderniores. ꝙ iudes dicat in cōmissione citatiōis: Assignamus tibi talem diem: & si forsan dies feriata occurrit, assignamus tibi nō feriatū proximè sequentē.

& secundùm

& secundùm hanc cautelã nulla occurret dubitatio. Et prædicta opi. placet Io. de Imo. in d. l. j. §. nũciatio. ff. de ope. no. nun. quãdo in ipsa citatione exprimeret̃ error: & per cõsequẽs esset ipso iure nulla, per d. l. ij. ff. si quis in ius vo. nõ ier. iuncta l. ij. C. q̃n prouo. nõ est ne. & per tex. iij. q. ij. in c. si episcopus. & j. de accu. c. veniens. in fi. sed in ipsa citatione nõ exprimit̃ dies feriata, licet cadat in diẽ feriatã: vt quia citetur pro x. die, quæ re vera, est feriata: & citatur simpliciter: tunc videtur ꝙ teneat: cùm nõ habebat expressum errorẽ, & sufficiat cõparere, & se præsentare illa die: nõ vt tũc r̃ndeat, sed vt die sequẽti iuridica respondeat, ꝙ procedat̃. ¶ Aduerte tamen, quia Inno. in d. c. fi. de fer. voluit, ꝙ si nõ cõpareat illa die, sufficiat, ꝙ sequenti die compareat: & idẽ voluit Spec. in d. ver. sed Io. de Imo. in contrariũ allegat glo. in c. cupiẽtes. §. si per viginti. in glo. super verbo, comparere. de elec. li. vj. de quo statim subijciã. ¶ Nec obst. l. ij. §. fi. ff. si quis in ius voc. nõ ier. quia vt dicit glos. ille text. non facit contra, sed potius facit pro prædicta opi. dũ tex. dicit, ꝙ prætor remittit pœnã: & priuatio præsupponit habitum, vt in l. decẽ. ff. de verb. obli. & sic videtur, ꝙ pœna sit cõmisla: licet prætor possit remittere, vnde d. gl. super verbo, comparere, quæ vult, ꝙ etiã illa die teneatur se præsentare, nõ vt respõdeat: sed vt sequẽti die iuridica procedat̃, aliàs incidat in pœnã secũdùm Gul. & Garsiã: videt̃ cõtradicere dicto Inn. & Spe. ¶ Sed dicit Ioã. de Imo. ꝙ dictũ Spec. non loquitur in pœna, sed in expẽsis. quod putat, ꝙ dictum Inno. & Spec. sit verius: quia d. l. ij. in fi. nõ videtur loqui de remissione fienda ab homine, & à Prætore viuo: sed à lege & Prætore mortuo. & sic sentit ibi glossa.

¶ Ego consulerem ad vitandas opi. tam respectu iudicis, quàm citati, videlicet, ꝙ respectu iudicis citatio emanaret, secundùm consilium reuerendissimi Cardi. Richar. sed si per iudicem nõ esset seruatũ dictum consilium ad fugiendas opi. ante factum consulerem, ꝙ pars citata se præsentaret in die in citatione statuta: & etiã postea primo die sequenti iuridica. Sed post factũ, propter prædictas varias opiniones, cùm negari non possit, ꝙ cõtumacia nõ sit delictũ xj. q. iij. c. qui resistit. & s̃. de maio. & obe. c. si quis. & per tex. iuncta gl. in verbo, excessibus, in c. ad apostolicæ. de sen. & re iud. lib. vj. de quo dicam in materia contumaciæ j. in rubrica de dolo & contuma. quare cùm varietas opinionũ reddat rem dubiam, secundùm ea quæ traduntur in c. ne innitaris. s̃. de consti. & in regula, qui contra. de reg. iur. li. vj. & per Bal. & Doc. in l. j. & C. de poe. iudi. qui malè iudic. & alias vide remissiones, quas dedi in c. calumniam. j. de poe. in v. prin. arti. in secũdo membro principali, fallen. xij. & etiam vide quod dixi in c. sacro. j. de sen. excom. in xiiij. principali articulo. q. viij. ver. tertiũ exemplũ. vnde succedit regula, quæ vult, ꝙ in dubio non debeamus præsumere delictum, vt in l. merito. ff. pro soc. & in pœnis potius præsumamus pro non delicto & absolutione, quàm condẽnatione, vt in l. præses, & in l. si de interpretatiõe. & l. absentẽ. ff. de poe. & reg. in pœnis. de reg. iur. libr. vj. cùm sua materia. Et vide etiam ad hoc quod dicam statim in tertio membro in fi.

14 ¶ † Circa secundum membrum, quando citatio fuit commissa, vt citatus compareret vsq; ad talem diem, quæ dies est feriata. Dicendum, ꝙ citatio tenet: quia illa dictio, vsq;, stabit exclusiuè: ne resultet iuri contrarius intellectus. argu. not. in l. id est. ff. de dolo. & in l. ij. C. de condi. inser. ¶ Et pro hoc videtur casus in c. tum ex literis. in fi. s̃. de resti. in integr. ibi: vsq; ad festũ beati Lucæ. & in c. cùm dilecti. j. de dolo & cõtu. facit c. expo. fuit. j. eo. & tenuit do. Richar. Cardina. refert Io. And. in c. fin. de fer. & Cy. in l. si. C. de fer. tenet Spec. in tit. de cita. §. contra. ver. item excipitur, ꝙ citatio. do. Anto. Domi. me. & Doct. in d. c. fi. j. de fer. & Io. de Imo. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nũ. ¶ Et vide quod dixi in c. iij. j. eo. articu. xvj. q. xxij. in secundo membro præceden. in v. casu.

15 ¶ † Circa tertium membrum, quando citatio fit per numerum comprehensiuum dierum, puta, intra decem dies, seu intra mensem distinguè, ꝙ aut dies illa est feriata in vtilitatem hominũ: & arbitror, quòd debet comparere, vel die præcedenti, & respõdere: vel in ipsa die vltima, & ferias allegare, per l. j. ff. de ferijs. nisi seruatum esset consilium Cardina. Richard. de quo s̃. quia tunc deberet comparere die prima sequenti iuridica. ¶ Aut illa vltima dies est feriata in honorẽ Dei: & subdistinguè, quod aut seruatum est cõsilium præfati Cardinalis, & casus est clar⁹, quòd die prima sequenti iuridica debet comparere, & respondere. Aut nõ est seruatũ dictum consilium: & tunc aut assignatur talis terminus, in quo aliquid fieri debeat, aut intra quem. ¶ Primo casu, glo. sentit in verbo, comparere. in d. c. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. lib. vj. ꝙ talis debeat comparere ante ipsam diem iuridicam. Sed Io. de Imo. ibi: quem sequitur Do. Domi. tenet, ꝙ debeat se præsentare illa vltima die feriata. non vt tunc procedatur: sed sequenti die non feriata, per c. veniens. de accusa. & idem sensit Bar. in l. ij. C. de tempo. appel. & Bal. ibi: & do. Ant. in d. c. fi. & Ioan. de Imo. in d. §. nunciatio. ¶ Et subdit Ioã. de Imol. ꝙ si post illam diem vellet comparere non posset, ad effectũ impediendi processum iam cõsummatũ: sed ad finẽ impediendi processum iam consummatũ: sed ad finem impediẽdi processum, posset, per c. cũ dilectus. de dolo & contu. & c. veniens. de accusa. Si verò statuitur terminus intra quem actus debeat fieri: tunc si dies vltima cadit in feriatam ferijs solennibus, inspiciuntur dies præsentes non feriati: vt in illis debeat illud facere, per l. ij. C. de tempo. appel. & ibi tenet Bar. & Bal. & do. Ant. in d. c. fi. & Io. de Imo. in d. §. nũciatio. & ita procedere potest opinio gloss. in d. §. quod si per viginti. ¶ Aut dies vltima cadit in diẽ feriatã ferijs repẽtinis, quas nec citans nec citatus potuit præuidere: & tunc potest comparere sequẽti die iuridica. arg. l. sed & si Prætorẽ. §. si feriæ. ff. ex qui. cau. maio. sentit Bar. in d. l. ij. & Bal. ibi: & sic intelligit Ioan. de Imo. in d. §. nũciatio. & in d. §. quod si per viginti. & ibi d. Do. post eum. ¶ Quid autẽ, si fuit facta citatio peremptoria: & aliqua trium citationum peremptoriarum incidit in diem feriatam, & citatus illa die se præsentet, vtrum videatur paruisse citationi, vide quod dicam j. arti. xxvij.

16 ¶ † Quintò quæro principaliter, quid si ad tẽpus in citatiõe cõprehensum citatio nõ teneat, vtrũ citatus alio tẽpore teneatur comparere. ¶ Solutio satis clara potest colligi ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus quæstionibus, per quæ videtur cõcludi, ꝙ citatus teneatur comparere. & probatur hoc, in c. cùm dilecti. j. de dolo & contu. vbi tex. dicit, ꝙ talis citatio videtur continere duo præcepta: videlicet vt ad iudicem veniat, & ad diẽ sibi præfixam accedat. facit l. Celsus. ff. de arbi. & quod not. in c. fi. j. de resti. spol. viij. dist. c. quo iure. & s̃. de offi. deleg. c. cùm super. Nec obst. c. sicut. j. de sponsa. quia illud loquitur de obligatione contrahenda intra certũ tempus: quo casu ille, per quẽ non stetit, nõ obligatur postea: sed in terminis nostris, & in casu l. Celsus. & similibus, tractatur de obligatiõe iã cõtracta: quo casu, licet quis nõ satisfaciat in termino, vel quia nõ possit, vel quia nolit: debet satisfacere post terminũ: sic ergo cùm in terminis nostris tẽpus sit adiectum cõparitioni fiendæ ad procedendũ in causa, sequitur ꝙ donec causa remanet indecisa, semper imminet & vrget causa cõparendi. sicut dicimus in debẽte soluere ad certũ terminũ, vt d. l. Celsus. & in d. c. cũ dilecti. Nec obst. l. scriptura. ff. de cõdi. & demõ. & ff. de leg. j. l. ea tamen adiectio. & insti. de verb. obli. §. oĩs stipulatio. & ff. de cõdi. instit. l. si quis institutus. quæ iura, gloss. in verbo, duo sub hac. in d. c. cũ dilecti. allegat pro contrarijs ad illud, quod statim dixi. Sed respondetur, ꝙ illa iura loquuntur, cùm tempus adijcitur causa limitandi & finiendi obligationem. & hoc tenent ibi do. Ant. Domi. meus. Io. de Imo. & communiter Doc. ¶ Et sic ex prędictis, & ex his, quæ dixi in præcedentibus quæstionibus secundùm, quæ declaranda & limitanda est decisio q. nostrę apparet, ꝙ articulus iste est satis dubius. ¶ Et aduerte: quia contra prædictam decisionem facit, quod singulariter tradunt Pe. & Cy. in l. dies festos. C. de ferijs. vbi volunt, ꝙ si alicui statuatur certus terminus ad producendũ vel excipiendum, vel ad probandum: ꝙ tunc nõ possunt esse duo præcepta, secundũ quod dicitur in d. l. Celsus: quia quando est actus, qui ad sui substantiam requirit certum tempus, post tempus certũ non valet: illa dilatio est sine tempore, & per consequens, cùm dilatio debeat habere certam diem, reperitur nulla post illud tempus certum, quod Bal. refert in l. si ea. C. qui accu. non pos. Et dicit esse notabile, ad quod vide quod dixi in c. iij. j. eo. articulo xiij. ¶ Sed tu dic, ꝙ quæstio ista depẽdet ab alia quæstiõe, videlicet, vtrũ citatio sine termino valeat: quia si valet, non procedit arg. Pe. & Dy. Si nõ valet: tunc videtur procedere argumentum. Posset etiam dici, ꝙ in dictis exemplis Petri, terminus additur ad excludendum illum, cui statuitur tempus à potentia illius act⁹ gerendi ad vtilitatem suam: ideo post tempus non admittitur. arg. eorum, quæ statim dicta sunt, secundùm do. Anto. Domi. meum, & Ioan. de Imo. ¶ Sed in terminis nostris statuitur terminus ad comparendum ad vtilitatem petentis illum citari, vt sic ille compareat & respondeat obligationi iam cõtractæ, vel satisfaciat præcepto iudicis intendentis illo præsente causam expedire.

17 ¶ † Sexto quæro principaliter, vtrum valeat citatio facta nõ expresso certo tempore, & ad quod tempus intelligatur facta. ¶ Solutio. Spec. in tit. de cita. §. sequitur. ver. quid si non præfixeris. tenet, ꝙ talis teneatur venire & comparere, per d. c. cùm dilecti. j. de dolo & cõtu. & hoc intra modicum tempus, quod tamen cum quodam temperamento intelligẽdum est. ff. de solu. in l. quod dicimus. & ff. ex qui. cau. maio. in l. ab hostibus. §.

fin.& ff.de statu libe.l.peculiū.§.fi. & hoc vt potius obediens, quàm contēnens esse videatur.ij.q.v.c.quanto.& s̄.de postula. præla.c.j.& j.de appel.c.cùm parati.& ibi etiā per Io. And.& subdit Spec.in d.ver.ꝙ quidā aduocati nixi sunt corā eo defendere,ꝙ taliter citatus nullo modo teneatur cōparere.arg.c.fin. de rescrip.& prædictā opi.ꝙ non teneatur cōparere, & citatio nō valeat,tenet Bar.in l.qui ante calendas.ff.de verb.oblig.vbi dicit,ꝙ citatio sine termino nō valet, per l.aut qui aliter. §.j.ff. quod vi aut clā.& apertius idē sensit in l.liber homo.ij.§. decē. el j.ff.de verb.obli. ¶Et ista etiā fuit opi.Pet.quā sequitur Cy. in l.fi.C.de fer.& eā clari⁹ tenuit Pet.in l.ita stipulāti.ff.de verb.obl. vbi tex.facit inquantum vult,ꝙ nō valeat stipulatio sine die:sed hoc ibi cōtingit,qa facta fuit omissio per errorē,scd̄m Bar.ibi:aliàs secus,per l.de die.in prin.ff.qui satisd. cog. & per no.in l.si finita.in prin.ff.de dā.infec. ¶Et prædictā opi.sentit gl.in c.ij.de testi.cog.quæ addit ad tex.qui videt̄ innuere,ꝙ valeat citatio sine termino,ꝙ ibi fuit apposit⁹ terminus. facit l.ij. C.vbi in rē actio.ibi dū tex.dicit,certo dierū spatio,ꝑ quē tex. ibi hic not.Bal. ¶Sed ipsemet Bal.in d.l.qui ante calēdas. tenet cōtrariū & dicit,ꝙ citatio tenet,& citat⁹ debet cōparere quāprimū pōt,sed nihil allegat Io.de Imo.pro hoc dicto allegat d. c.cū dilecti.j.de dolo & cōtu. ¶Et satis probatur in c. cū parati.j.de app.in antiqua cōpilatione, & vtrobiꝗ; hic tenet Ioan. And.& allegat Spec.in d.ver.quid si nō expresseris.facit,quia cū citatio emanat à iudice, verisimile est,ꝙ velit expedire,quàm citius poterit,cùm hoc sibi ex officio incūbat, vt l.properādū. §.j.C.de iud.& in c̄.finē.j.de do.& cōtu.Et idē tenēt Ioā.Cal. do.Ant.& Do.me.in d.c.cū parati.in vlti.notabili.& sentiunt etiā Inno.& Host.in c.fi.j.qui ma.accus.pos.vbi volunt, ꝙ etiā citatio generalis possit fieri sine termino,& tenet etiā zaba.in Cle.j.de foro cōpe.& ibi dixi in glo.super verbo,præsumat.& tenet Do.me.in c.ij.de testi.cog.super gloss.j. ¶Sed do.Ant.in c.fi.j.de fer.dicit,ꝙ si iudex voluit apponere diē, & per errorē non apposuit,dici potest citationē non valere,per l.ita stipulatus.ff.de verb.oblig.subdit tamē, ꝙ secus putat in istis actibus iudicialibus,in quibus lex supplet, vt l.si finita.§.fi. de dāno infec.& in l.de die.ff.qui satisda.cog.& l.j.in fi.de præto.stipu.& quod habetur in l.& si post tres.ff.si quis cau. ¶Sed si ex certa scientia non apposuit terminū,valet citatio,scd̄m domi. Anto. ¶Sed aduerte : quia cùm ista citatio videat̄ esse incerta & obscura propter non statutū terminū,per consequēs videtur nulla,per l.aut qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clam. & C. de iure domi.impetran.l.fi.& C.de distri.pig.l.iiij.& in au.de exhiben. reis.§.si verò. traditur etiā in l.dies festos.C.de fer. Et hoc voluerunt,vt dixit Pet.& Cy.& Bar.& etiā multi alij:sed Canonistæ cōmuniter tenēt talē citationē sine termino valere, videlicet ex his,quæ supra dixi:quia debet cōparere cùm primū pōt. arg.c.eos qui.§.fi.de sen.excom.lib.vj.facit etiā Cle.ij. de app. Quæ opinio scd̄m Ang.in repeti.l.hæc stipulatio. ff.si cui plus, quàm per leg.Falci.procedit quādo iudex mandat vni,vt corā alio iudice cōpareat:sic intelligitur dictū c.eos qui.§.fi.vel etiā citat, vt cōpareat corā se ad cōtradicendū actui iam celebrato, vt traditur per Spec.in d.versic.quid si non præfixeris.secus si citaretur vt veniat ad contradicendū certo actui fiendo : quia debet statui dies & locus,vt d.l.aut qui aliter.§.j.& in d.l.fi.C. de iure do.impetran.& l.iiij.C.de distrac. pig. & in aut. de exhibeñ.reis.§.si verò,scd̄m Ang in dicto loco. Ad quod etiam
18 faciūt,quæ dicam in sequētibus quæstionibus. ¶†Aduerte tamen:quia Ange.in l.liber homo.ij.§.decē.el j.ff.de verb.oblig. dicit,ꝙ in quantū ad imponendā mulctam citato propter iudicis contemptū,sufficit citatio sine termino: quia citatus tenetur cōparere cùm primum pōt, & hac practica vtuntur assessores,secundū eum.& sic intelligit dictū Spec.in d.versic. quid si non expresseris,sed quantū ad hoc , vt possit procedi cōtra eū tanquā contra cōtumacē ad reliquos actus præiudiciales , non valet citatio.& sic intelligātur iura contraria. & sic etiam referendo videtur sentire Io.de Imo.in d.c.cùm parati.j. de appel. in notabilibus. ¶Nec obst.c.eos,qui.§.fi.de sen.excom.lib.vj. quia loquitur in casu suo , videlicet quando quis propter periculum mortis absoluitur ab excōmunicatiōe ab illo,à quo aliàs cessante periculo nō posset absolui:nā tunc moneri potest per ipsum absoluentē,ꝙ vadat ad petendū absolutionē , sed ad parendum mandatis superioris,à quo petat absolui cùm primum poterit:quia tunc nō est necessarius alius terminus,scd̄m Ang. ¶Sed Hen.Barch.in d.c.cū parati.dicit,ꝙ citatio iuris fortè valet sine termino,vt d.c.cupientes.de elec. lib.vj.& c.quāuis. ad fi.s̄.de offi.ord.& idem in citatione Principum,vt d.c.cùm parati.& in citatione priuati.vbi est expressus locus,aliàs non valet.Quæ opinio,maximè quantū ad vltimū,non placet,& ideo arbitror fortè posse distingui , ꝙ aut quis citatur à iure , seu à lege mortua,vel viua:& valet,vt statim dixi scd̄m Hug. ¶Aut emanat à iudice inferiore,& subdistinguē, ꝙ quis citat̄ ad certum actū expediendū aliquo termino,qui tamē actus ex sui natura statuto , vel ex cōsuetudine debet expediri in certo tēpore:& tunc intelligitur citatus ad illū terminū. ¶Moueor,quia sermones sunt exaudiendi & interpretandi scd̄m subiectā materiam:& ne sint inutiles,vt in c.Abbate.de verb.sig. & ff.loc. in l.si vno.in prin.pe.facit c.Raynutius.j.de testa.& ff.fami.ercisc.in l.j.puto.§.j.& in c.si pater.de testa.lib.vj.& l.fi.C.de do. ante nup.cùm simili. Item facit, quòd in simili dixi s̄.in xviij. principali articulo q.viij. vbi dixi , ꝙ hoc casu valet citatio facta nulla facta loci specificatione,& valet arg.de loco ad tēpus, vt l.eum,qui.in fi.ff.de iurisd.om.iud.Et per not.in l.vinum.ff.si cer.pet.& in c.de causis.s̄.de offi.delega. intelligitur ergo facta talis citatio per hora solita & cōsueta, pro quo facit quod not. Inno.in c.cùm nobis olim.s̄.de elec.& Do.me. in c.consuluit. s̄.de offi.delega.facit quod no.glo.j.in c.ij.de testi.cog. & Do. me.ibi,qui colligit ex illa glos.ꝙ citatus ad certū terminū,hora diei nō expressa,tenetur cōparere tali hora,ꝙ possit explere officium,seu negotiū ad quod citatur.allegat quod in simi.nota. Inn.in d.c.cùm nobis olim.vbi citatus ad electionem certa die faciendā,debet cōparere de mane:quia tali hora fieri debet electio propter missam Spiritus sancti. ¶Et ideo Vincen. in d.c. ij.dicit,ꝙ citatus pro testimonio ferēdo, debet cōparere de mane:quia debet deponere vnus xxij.q.v.c.honestū. de quo dicā j.de testi.Concludit ergo Domi.me. ꝙ citatus ad certam diem sine hora,debet comparere tali hora, qua expediri possit id, ad quod vocatur. ¶Et in dubio satis est,ꝙ veniat ante noctis tenebras:quia totus dies sibi cedit,vt in c.cōsuluit.de offi.deleg. ¶Aut ille actus non habet certum tempus:& tunc possunt cōtingi distinctiones Ange. de quibus s̄. ¶Ad omnem tamen dubitationem tollendā & opiniones fugiendas:quia articulus est valde dubius & intricatus, consulo ꝙ iudex apponat certū terminum in ipsa citatione. ¶Et adde hæc ad ea,quæ dixi j.articulo xx.q.x.& j.eo.tit.c.iij.§.articulo xiij.

¶ Septimò quæro, vtrum valeat citatio facta ad certum terminum alternatiuè cōprehensum, vt puta , Compareas de mane, vel de sero,vel tali aut tali die. ¶Solu.prædictā quæstionē non reperio tactā specificè à maioribus nostris:tamen arbitror posse distingui , ꝙ aut loquimur in citatione facta ad sententiam: aut ad alium actū iudicialem. ¶Primo casu,videtur dicendū,ꝙ talis citatio non dicatur legitimè facta,per tex. ponderandum ad hoc in l.aut qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clam. per quē text. dicit ibi Bar.formaliter,ꝙ si hora in qua iudex vult ferre sententiā in citatiōe nō sit certa,& limitata, ꝙ illa citatio habetur pro infecta,& per cōsequens nō valet sententia , per l.de vnoquoꝗ;. ff.de re iudi.etiā si causa sit summaria.de qua per glo.in verbo, ad id.in Cle.sæpe.de verbo.signi.& ideò Bar.in l.liber homo.el ij.§.decem hodie.ff.de verb.obli.allegando dictum text. dicit, ꝙ si citatio non habet certum & limitatū tēpus respectu horæ in qua ferenda est sententia,ꝙ sententia non valet, & ad idem tex.in d.l.fi.C.de iure dot.impetran.vbi tex.dicit, ꝙ in citatorio opus est certum tēpus,& ad idē in aut̄.de exhib.& introducen.reis.§.si verò quidā.& l.iiij.C.de distra.pig. & per Cy.in l. dies festos.C.de fer.& per Ang.in d.§.decē.qui dicitvt dixi in questione præce.ꝙ solùm valet ad mulctandū citatū, non quo ad alios effectus : nisi citatio sit certa & limitata:quare cùm in terminis nostris citatio prædicta fuerit incerta, quia de mane vel de sero, vna vel altera die.& de natura alternatiuæ sit causare incertitudinem,vt l.cùm quidam.C.de verbo.sig.& in l.vbi autem non apparet.§.j.ff.de verb.oblig.igitur &c. Et maximè sumpto argumēto de loco ad tēpus,quod valet,vt dixi in præceden.questio.quia in alternatiua,locorū electio est creditoris, vt l.iij.§.j.ff.de eo,quod cer.loc.de quo latius dixi in c.dilecti. s̄.de fo. cōpe.in ij.prin.articulo iiij.q. principali. vnde sicut ibi est electio creditoris respectu loci:ita & hic respectu temporis debet esse electio ipsius rei,qui quodāmodo in hoc videtur esse creditor. Verūtamen actus sententiandi non consistit in citato,sed in iudice:ergo reus remanet sub incerto:quia non pōt scire,an iudex velit sentētiare de manē,vel de sero , aut vna vel alia die. ¶Et si fortè diceretur,quòd debet comparere de mane & de sero,& vna & alia die.Respondetur,ꝙ ista non fuisset citatio alternatiua,sed copulatiua.quare cū talis citatio nō fuerit certa & limitata,prout vult text.& Bar.in l.qui ante calendas. §.j.ff.de verb.obli.& supra dictū fuit in præceden.q.ergo sententia esset nulla.in alijs verò casibus,in quib⁹ citatio est incerta,eo ꝙ nullum sit appositū tempus, valet, scd̄m ea, quæ dicta sunt in præcedēti quæstio.satis rationabile esse arbitror , quòd etiam in terminis nostris talis citatio defendatur . ¶Et ex his Deo duce,expeditus est decimusnonus principalis articulus.

SVMMARIVM.

Vigesimo Principali articulo tractãdum est † qualiter & sub qua forma citationes sint faciendæ.

¶Pro cuius articuli clariori doctrina prosequor in-

frascriptas quæstiones.

2 ¶†Primò igitur quæro, de quarũ citationũ forma in hoc arti
culo sit tractandum. ¶Solutio.dic ꝙ de citatione verbali, seu
personali, & reali, non de aliꝭs : quia de citatione per literas ali-
quid tangetur articulo xxj.& latius articulo xxiiij. De gene-
rali verò citatione tractabimus articulo xxij.De citatione per
edicta articulo xxiij.¶De præconia.articulo.xxv. Per campa
nam.articulo xxvj. De peremptoria, verò, articulo xxvij.

3 ¶†Secũdò quæro de generali doctrina, quid debeat facere iu-
dex, & quã cognitionẽ adhibere ante quã citationẽ cõmittat.
¶Solu.dic, ꝙ debet ante oĩa examinare & cognoscere, an iuris-
ditionẽ habeat, tã respectu personarũ, quàm causarũ, per l.si qs
ex aliena.ff.de iudi, & arg.l.pe.§.fi.ff.de iurisd.om.iudi.& ff.ad
munici.l.pe.& de rescrip.c.super literis.& per Spec.in tit.de ci-
ta.§.iam de cita.ver.hoc quoq; notandũ. ¶Et respectu poten
tiæ iurisdictionis iudicis, vide quod dixi s.arti.iiij. ¶Respectu
verò qualitatis personarũ citandarũ, vide latè.s.arti.v.¶Et re-
spectu qualitatis personæ petentis, consideret quæ dicta sunt s.
arti.vj.¶Et respectu causarum cõsiderare debet & examinare,
quæ dicta sunt s.articulo vij. ¶Debet ergo iudex per seipsum
prædicta omnia absq; alia partis citatiõe examinare : ac etiam
examinare petitionis formã: an sit admittẽda, vel nõ, vt dixi s.
in x.principali articu.in fi. ¶Aliã verò causæ cognitionẽ, quæ
adhiberi debet parte citata, huiusmodi citatio nõ requirit: si est
citatio, quæ fiat in principio iudicij. ¶Vnde dicit Innocen.ꝙ
talis citatio poterit fieri sine causæ cognitione, vt ipse notat in
c.licet.de accu.in glo.j. & per eũ in c.cùm cõtingat.s.de rescri.
super verbo, postulato.& in c.prudentiã.s.de offi.deleg.in glo.
ij.& j.eo.tit.§.præterea.& j.de proba.c. quoniã contra. & per
Domi.me.in c.tuã.j.de ordi.cogni.& Io.de Imo.in c.conque-
stus.de fer.& per d.Do.in c.Romana.§.illud.de fo.cõpe.lib.vj.
vbi subdit rationẽ: quia talis citatio nõ dicitur iudicialis, vt in
Cle.j.de iudi.tetigi arti.xix.q.j.¶Sed prædictas oẽs authorita-
tes ego intelligo de causæ cognitione, quæ fieri debeat parte ci
tata: quia talis citatio non requirit præambulã citationem, vt l.
diem proferre.in prin.& l.sed si interpellatur.ff.de arbi.sed per
se examinare, & cognitionẽ adhibere, secundùm quod dixi in
principio.¶Et ex prædictis infertur, ꝙ inhibitoria, quæ quã-
doq; habet vim citationis, põt fieri sine causæ cognitione, vt di
xi in c.pe.de fo.cõpe.in xiiij.principali articulo. Et similiter li
teræ executoriæ, quæ habent vim citationis. de quibus dicã in
xxj.principali articul. ¶Et vide etiã ad prædicta, quæ dixi s.in
vij.principali articulo.ver.vj.& versi.xxij.casus est in his, quæ
præambula.¶Et aduerte etiã debet iudex, si ex iuris vel statu-
tuti dispositione certa forma sit tradita : quia debet illã serua-
re, vt statim dicam in iij.q. ¶Et his peractis debet citatio sub
debita forma fieri ex iudicis commissione, vt l.neminem.C.de
exhib.reis & ibi per Cy.& Doc. Ad quod vide quod latius di
xi s.in iij.principali articu.tradit Spe.de dila.§.j.ver. dicit aũt.
facit glos. antepe.in c.j.de vita & hone.cle.lib.vj.Cyn.in l.j.C.
de dila.Io.de Imo.in l.demonstratio.ff.de conditio.& demon.
¶Forma autem seruanda in citatione colligitur ex sequen.q.
¶Quid autem si appareat partem citatam per nuncium, nõ ta
men apparet de commissione : an præsumemus comissionem
præcessisse, dicam j.articulo xxx.

4 ¶†Tertiò quæro principaliter, qd si ex iuris seu statuti disposi
tione daẽ certa forma seruãda in citatiõe, qualiter illa sit seruan
da: & quid iuris si nõ serueẽ. ¶Sol.quo ad primũ dicendũ est,
ꝙ illa forma est seruãda. ¶Regulare enim est, ꝙ forma sit seruã
da: ne aliter celebratus actus deficiat, vt in c.quia propter.s.de
elec.in c.maiores.j.de bap.xij.q.ij.in summa.& c.sine exceptio
ne.in l.cũ hi.§.prætor.ff.de trãsac.cũ si.¶Et si aliqua forma re-
quirereẽ in citatiõe ex forma statuti, illa ad vnguẽ est seruãda.
scd̃m Bal.in c.j.de milite vasal.q cõtumax est. Vbi dicit, ꝙ si à
statuto sit data forma, ꝙ ante bannũ duæ citationes tot dierũ
fiant, pro qualibet: nõ põt iudex in vna citatione conglutinare
duas ambasiationes.& sic dare vnã pro ambabus : quia cũ du-
plex citatio sit data à statuto pro forma substantiali peruenien
di ad bannum, nil immutari potest de tali forma : etiã respectu
vnius horæ, per l.& si nihil.ff.de reg.iur.& si aliud fieret, omis-
sio formæ vitiaret bannũ.¶Et idem voluit Mar.syli. & Bal.
post eũ in l.non sunt liberi.ff.de statu ho.per illã l.& q Romæ.
§.Flauius.ff.de verb.obl.& voluit Bald.in l.cessante. & in auẽ.
qui semel.C.qũo & qñ iudex.facit ad prædictã l.iiij.§. si causa
agnita.ff.de bo.pos.& quod dixi in Cle.j.in gloss.super verbo,
iurisditionẽ.de foro cõpet.Nec videtur habere locũ in talibus
illa regula, ꝙ nihil interest quid ex æquipollẽtibus fiat.¶Et ꝓ
prædictis est bonus tex.in l.j.§.offilius.ff.ne quis eũ, qui in ius
voc.vi eximat.per quẽ text.dicit ibi Bal.ꝙ qñ ante processum
vel citationẽ exigitur aliqd ad præambulã, si illud nõ procedit:
non valet processus neq; citatio.vnde infertur, ꝙ si ex forma
statuti exigatur solutio decimi, si talis solutio nõ procedat, nõ
valet processus.allegat in l.vniuersa.C.de precib.impera. offer.
¶Ad quod vide omnino quod dixi in c.ij.fol. xxviij.s.de li-
bel.obla.in xij.princi.articu.in v.q. principali in quarto mem-
bro.¶Et vide etiã quod dixi in c.ij.in x.principali arti. versic.
idem etiã dicẽdum est in tempore mixto. l.ij. Et quod dixi de
cõdictio.ex lege.ver.vbicunq;.fol.xxx. ¶Prædicta tamen sin
gulariter limita, nisi in citatione, quæ primo aspectu nõ vide-
tur continere specificam formã à statuto requisitã, ipsa forma
5 tacitè contineatur: quia satis esset.¶†Ad quod vide, quod sin-
gulariter no, Bal.in l.fi.C.de procu.vbi dicit, ꝙ si statutum dis-
ponit, ꝙ si aliquis debet poni in banno debeat citari, vt ipse ve
niat, vel alius pro eo, ꝙ si iudex simpliciter citaret vt cõpareat,
& non cõparentem banniuit: quòd, licet quidã dicerent, ꝙ ban
num non teneret, tanquã omissa forma: tamen Bald. concludit
contrariũ : quia per prædictã citationem talis intelligitur cita-
tus, vt compareat per se vel aliũ. vnde ex quo tacitè includitur,
non fuit alia necessaria expresio.l.non rectè.C.de fideiussori.
& sequitur Pet.de Anch.in repe.c.j.de cõsti.in xiiij. q. princi-
pali.ver.sed pone, dicit statutũ, ꝙ quædã sunt valde singularia:
& quotidie sunt in practica. ideò perpetuò notabis : maximè
coniungendo ea, quæ dixi in d.c.ij.de libel.obla.arti.xij.q. v.in
quarto membro principali. ¶Et ex prædictis patet responsio
ad secundũ, videlicet, ꝙ si citatio fieret omissa forma, vel min9
legitimè, seu contra legem, esset nulla, per iura superius allegata
in prin.& per not.per Inno.in c.ij.j.eo.vbi dicit, ꝙ si citatio cõ
tinet in se aliquid contra l. licet posit iustificari in aliquo casu
speciali, nõ tenet.& ita refert & sequitur Domi.me.in c.ij.j.de
cle.non resid. Et taliter citatus nõ seruata forma, vel contra, seu
non legitimè, nõ afficitur tali citatione: & non cõparens nõ pu
nitur, tanquã cõtumax. Ad quod vide, quæ dicam j.arti. xxxj.
& quod dicam in tit, de contuma.& quod dixi s.arti.v.q.xvj.
¶Vtrum autẽ si pars cõpareret in termino asignato, & aliter
nõ appareret de solenni seu legitima citatione, an formalis cita
tio præsumatur præcessisse. dic vt dicam j.in xxx.principali
articulo.¶Aduerte tamen circa prædicta: quia si statutum sta
tuit certũ terminum iudici ad sic faciendũ à die citatiõis, & nõ
interuenit citatio: sed pars fuit præsens, sufficit, scd̃m Iac. But.
& Bal.in auẽ.si oẽs.C.si vt se ab hære.absti. ¶Et vide omnino
ad prædicta, quæ dixi s.arti.v.q.xvj.

6 ¶†Quartò quæro principaliter, qualiter fieri debeant citatio-
nes anditorum generalium palatij Domini Papæ. Et ab his spe-
cialiter incipio, tanquam à dignioribus, vt etiam dicit Specul.
in terminis nostris. Quoniam eis audiẽtia appellationis totius
orbis commissa est, non tamen diffinitio sine speciali mandato
Domini Papæ, facta sibi prius fideli relatiõe. ¶Circa quã quæ
stionem distinguendum est, ꝙ quandoq; ibi citant in audien-
tia, quandoq; extra curiã, vt not.Spe.in tit.de cita.§.fi.in prin.
¶Magister B.Canonicus, & præpositus Senensis, Domini no
stri capellanus &c.ac ipsius palatij causarum generalis auditor,
Mandat citari primò, vel secundò, vel tertiò peremptorio, vel
quarto, ad omnem malitiam conuincendam : in audientia pu-
blica A.seu talem vel eius procuratorem, si quis est in Romana
curia pro eodem, & quoscunq; alios, qui sua crediderũt inter-
esse, ꝙ tali die facta audientia, si curia fuerit, alioquin sequenti
die non feriata, qua curia fuerit: seu sederit, compareat in pala
tio coram eo ad procedendum, vel ad libellum recipiendum,
vel litem contestandum, vel iurandum de veritate, seu de calu-
mnia : ad respondendum positionibus, vel ad videndum iurare
testes partis aduersæ, vel ad audiendum sententiam : & sic de
aliꝭs, vel causam appellationis, vel negotij principalis, quæ ver-
titur vel verti speratur inter dictum B. parte ex vna, & ipsum
A.parte ex altera, super præbenda talis ecclesiæ, vel beneficio,
fundo, vel domo: prout casus cõtigerit: vel super tali accusatio
ne &c.prout postulat ordo iuris. Alioquin in causa ipsa, vel ad
libelli receptionem, vel ad litis contestationem &c.singula sin-
gulis referendo: nõ obstante cuiusquam absentia, quantũ iusti-
tia suadebit, procedetur. Datum Romæ, vel in tali loco &c. die
xviij.Iulij.Põtificatus dñi nostri Calixti iiij.anno eius primo.
scd̃m Spec.in tit.de cita.§.fi.in princ.¶Sed dicit ibi Io.And.
in addi.ꝙ inquantũ in prædicta forma dicitur, vel ad litis con
testationẽ, nõ obstãte cuiuscq; absentia: inepta videtur esse talis
cõbinatio contestationis litis parte nõ veniente.& bene dicit,
per ea, quæ dixi latè.s.de lit.conte.in vij.prin. artic. & hoc in-
quantũ.d.verba referantur ad partẽ aduersam, cũ qua principa
liter lis est cõtestanda: secus quãtum ad illos, qui citãtur, si sua
putauerint interesse: respectu quorum potest dici apta cõbina
tio, ꝙ eis nõ veniẽtibus fiet litis cõtestatio cũ principali, scd̃m
Ioã.And.¶Si verò auditor mãdat extra curiam citari, & sic ad
partes

partes vltra.ij.dietas:tunc citationis literæ sub hac forma cōcipient.
7 Magister B.Canonicus &c.† Et prosequere, vt s.vsq; ad ista verba,auditor &c. ¶ Et postea subiūge C.plebano , vel dicto canonico talis ecclesiæ Salutem in dño. Cùm causam appellationis & negotij principalis, quæ vertitur, seu verti speratur inter A.ex parte vna,& B.ex parte altera, vel quā A. contra B. mouet,seu mouere intēdit super tali re &c.¶ Vel super tali accusatiōne. Ad instantiam ipsius A.vel eius procuratoris,vel de mandato summi Pontificis, sicut in casu occurrerit : aut facti cōtingentia requisiuerit,recepimus audiendam:& fine debito terminandā,discretioni vestræ authoritate Dñi Papæ:qua fungimur in hac parte,districtè præcipiendo mādamus,quatenus vos , vel alter vestrū ipsum B. ex parte nostra citare curetis, vt die x.à die vestræ citationis cōnumerāda,si dies ipsa feriata nō fuerit,aliàs in proxima sequēti die non feriata per se,vel per curatorem legitimū cōpareat in Romana Curia corā nobis facturus,& recepturus in prædicta causa, quod ordo dictauerit rationis. Alioquin &c.prout in proxima præcedēti forma dictū fuit mādatum nostrum,imò verius apostolicū taliter impleturi,q; de inobedientia & cōtemptu,nequeāt aliquatenus reprehendi.¶ Diem autē vestrę citationis,& formā,& quicquid inde feceritis nobis per patētes literas prędictorū sentē.continētes,aut per publicum instrumentum,fideliter rescribatis. Datum &c.scdm Spe.in d.§.si verò mandat. Et aduerte : quia tūc seruabat tēpore Spe.dicta forma:hodie verò magis est ampliata.¶ Et sub hac forma cōmuniter emanāt citationes ex Curia.
8 ¶ †Canonicus &c. vsq; ibi , auditor &c. vniuersis & singulis Dominis,Abbatibus,Priorib⁹,Præpositis,Decanis,Archidiaconis,scholasticis,Cantoribus,Custodib⁹, Thesaurarijs, Sacristis,Succentoribus,tā cathedraliū, quàm collegiatarum canonicis,parochialiumq; ecclesiarū rectoribus,seu loca tenētibus eorundē,plebanis, Archipresbyteris, Vicarijs, perpetuis capellanis curatarū & nō curatarū,cæterisq; presbyteris,clericis,notarijs,& tabellionibus publicis,quibuscūq;,per ciuitatē & diœcesim Senēsem,ac aliàs vbilibet cōstitutis.& eorū cuilibet insolidum,ad quē vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, salutem in dño.& nostris huiusmodi imò verius apostolicis firmiter obedire mādatis.Noueritis,quòd nuper sanctißimus in Christo Pater & Dñs Dominus Calixtus , diuina prouidētia Papa tertius &c.Et sic narrat,postea commißionem sibi factā, seu præsentationē commißionis. Et deinde interseratur forma supplicatiōis,& cōmißionis, & signaturæ de verbo ad verbū: & postea narratur admißio,seu receptio cōmißionis & requisitionis factæ per partem citari petētem. ¶ Et postea subditur vos omnes & singulos supradictos,& vestrū quemlibet insolidum requirimus & monemus,primò secūdò tertiò,& peremptoriè,vobisq; nihilò min⁹,& vestrū cuilibet in virtute sanctę obediētiæ & sub excōmunicationis pœna,quàm in vos & vestrum quēlibet canonica monitione præmissa,si ea, quæ vobis in hac parte cōmittimus & mādamus neglexeritis,distuleritis, seu contēpseritis contumaciter, adimplere fecimus in his scriptis. districtè præcipiēdo mādamus , quatenus intra sex dierū spatiū post præsentationem seu notificationē præsentium,vobis seu alteri vestrū factā. Et post,quam pro parte dicti A.&c. principalis,fueritis requisiti,seu alter vestrum fuerit requisitus immediatè sequentiū,quorū sex dierū duos pro primò , duos pro secundo , & reliquos duos vobis vniuersis & singulis supradictis pro tertio & perēptorio termino ac monitiōe canonica aßignamus:ita tamē,q; in his exequēdis vnus vestrū alterū nō expectet:nec alter per aliū se excuset : præfatū B.ex aduerso principalē,omnesq; alios & singulos sua cōiter,vel diuisim interesse putātes.Et in executione præsentiū nostrarū literarum nominādos,in eorū proprijs personis,si ipsorum præsentias cōmodè habere poteritis. Alioquin hospitijs habitationū suarū,si ad ea vobis tutus pateat accessus,& in ecclesia seu beneficio ipsius B.vel in parochiali ecclesia sub qua degit,seu moratur:sinautē in cathedrali Senen.ecclesia,ac parochiali seu parochialibus prædictis, & locis publicis intra missarū & aliarū horarū diuinarū solennia,dū ibidem populi multitudo ad diuina audiēdum,seu aliàs cōgregata fuerit.vbi,quandoq; , & quoties expediēs fuerit ex parte nostra,imò verius apostolica , publicè ac intelligibili voce perēptoriè citare curetis.Ita tamen,q; verisimile in citationē vestrā huiusmodi ad ipsorū citandorum notitiam indubitatā peruenire valeat : seu etiam quomodolibet, allegare.¶ Quos nos etiā tenore præsentiū sic citamus, quatenus.xv.die post citationē nostrā huiusmodi,per vos vel alterū vestrū eis factā immediatè sequente,si dies ipsa iuridica fuerit. Alioquin porxima die iuridica , extunc immediatè sequente, qua nos,vel subrogandus auditor præfat⁹ Romæ vel alibi,vbi tunc forsan dominus noster Papa cū sua Romana curia residebit,in audiētia causarū apostolica de mane hora causarū consueta compareant legitimè in iudicio coram nobis,vel corā auditore subrogādo, &c.Et postea narratur ad quid cōparere debeāt cum cōminatiōe,&c.¶ Quid autē facere debeat ille,cui dictum mandatum præsentatur.videbimus.j.in.xxvij.quæstione.¶ Et aduerte,qa si rectè ponderabis prædicta verba scire omnia pōderantur cum ministerio.per ea,quę superius dicta sunt:& quę inferius tractabuntur.

9 ¶ †Quintò principaliter quæro,vtrum citatio debeat cōtinere causam.¶ So.Spec.in ti.de cita.§.cōtra citationē.ver.Itē quod. in eod.tenet,quòd sic per tex.v.q.ij.c.j.& fi.&.ff.de fer.l.j.¶ In cōtrariū allegat.xj.q.iij.c.certum.& nō soluit.¶ Sed Io.An.ibi in addi.dicit quòd cū in.d.c.certū.ponat illa dictio,canonicè.si talis dictio exponatur,id est cū causę expreßione.cessat cōtrariū.& sic cōcor.cū.d.Spect.q; tenuit Ioan.iij.q.ij.c.si Episcop⁹. ¶ Et benefacit.v.q.ij.c.si Primates. & ad idē.iij.q.ix.in.c. iudicas facit etiā.l.j.et.ij.ff.de fer.quę ponūt certas causas ad quas citari possunt aliqui in ferijs introductis in fauorem hominum. ¶ Sunt igitur causę exprimēdę ad hoc,vt citatus certificetur,an citatio arctet ipsum ad comparendū.facit etiā.l.ex quacūq;.ff. si quis in ius voca.nō ie. quæ dicit vocatū ex quacūq; causa ire debere ergo causa est exprimenda.ad idem.c.fi.in prin.j.e. &.c. cum dilecti.de dolo & cōtu.& de accus.c.licet.in quibus Papa citādo expreßit causam:ergo & alij citātes ad id tenenē.¶ Possunt etiam & alia plura induci,in qb⁹ requiritur expreßio causæ.vt libellus.C.de anna.except. l.si ex multis.de quo latè dixi de libe.ob.c.ij.artic.xij.q.x.¶ Et cautio,& stipulatio.vt in.c.si cautio.j.de fide instrum.&.l.ij.§.certa.ff.de doli except.
¶ Et transactio.vt.l.cum hi.§.prætor.ff.de transact.
¶ Et appellatio ab interlocutoria.vt in.c.vt debitus.j.de appella.& in Clemē.appellāti.de appella.¶ Et dimissoria litera vltramontani ordinādi per Episcopum italicum.in.c.j.de tempo.ordinan.lib.vj.¶ Et excommunicatio,de qua dixi in.c.perpēdimus.de senten.excom.in.x.princ.articu.q.vj.¶ Et interdictum de quo dixi in.c.fin.de sentent.excom. Et in cessatione à diuinis.in.c.si canonici.de offi.or.li.vj.¶ Itē,nō parens mādato Papę debet causam exprimere.s.de rescript.c.si quādo.& factum iudicatur ex causa vt.l.verū.ij.ff.de furt.in.c.cū dilecti.j.de accu.& ibi per Ioan.An.post Innocē.in glo.super verbo,causam. & sic residet Ioan.An.in dicta addi.¶ Sed tu aduerte:qa in cōtrarium facit text.in.l.cōsentaneum.C.quomodo & quādo iu. vbi text.videē probare, quòd valet citatio facta sub ista forma, venias ad nostram præsentiam. vnde Bald.ibi in quarto notabili quęrit,vtrū sit necesse,quòd exprimatur ad quem actū qs vocetur. Et arguit primò quòd non,per illum tex.qa satis esse videē,quod citetur ad causam: licet nō ad certum articulum,vt sentit Inno.in.c.cōsuluit.s.de offi.dele.¶ Vel distingue secundum eum,quòd aut citatio se refert ad causam:puta ad respōdēdū petitioni productæ per talem.¶ Vel refert se ad acta.vt.d.l. consentaneum.qa ibi erat lis contestata,& tūc valet.Secus si in nube citetur aliqs,& nec appareat ad quid:nec ex qua re,seu ob quā causam citetur:qa non valet pręceptū sine causa,& maximè peremptoriū:cùm sit indiscretū, vt no.Cy.in.l.quoties.C. de fideicōmis.¶ Quidam tamē dicunt,quòd ordinarius semper pręsumitur citare,etiā ex causa:& ideò citatus tenetur comparere.vt.l.ex quacūq;.ff.si qs in ius voc.nō ie.la prima.& sic præsumiē pro iurisditiōe ordinarij.vt.l.si.C.de anna.excep.& hoc verius.dūmodo sit citatus ad petitionē actoris, secūdùm Bald. in.d.l.cōsentaneū.¶ Et ex prædictis videtur concludi,quòd in citatorio non sit de neceßitate inserēdus libellus.de quo dicam in sequenti.q.¶ Ego verò arbitror distinguēdū,quòd aut nos loquimur in iudice delegato: & hoc casu,secūdùm opi.illorū, q tenēt,quòd teneaē inserere copiā libelli,vel saltē rescripti : aliàs citatus nō teneaē cōparere:vel saltē in casibus,in quibus prędicta opinio vēdicat sibi locū,de quibus dicam in se.q.decisio est clara:quia ex ipsa insertione libelli seu rescripti,apparebit ex qua causa citeē. Aut loquimur in ordinario:& hoc casu.¶ Aut queritur vtrùm citatio valeat quo ad finē, vt citatus teneaē cōparere:aliàs poßit puniri de inobedientia & cōtemptu:& arbitror, quòd poßit puniri.¶ Aut quo ad hoc, vt in aliqua causa reputetur cōtumax, ita quòd in illa poßit procedi cōtra eū,tanquā cōtra cōtumacem.& arbitror quòd secus sit. Ad quod faciūt quę dicā.j.eo.articulo.q.ix.& quę hic & ibi dicētur.& etiā in seq.q.possunt cōiungi ad intellectū prædictarū quæstionū.
10 ¶ †Sextò principaliter quæro, vtrum in citatione sit inferenda copia libelli vel rescripti.
¶ Solutio.Doct.tractant ambas quæ.in.c.ij.j.e.& in alijs locis inferius annotandis.¶ Et aduerte: quia hic nos nō tractamus, an libellus sit offerendus , vel rescriptum habeatur loco libelli: qa de primo dixi in.c.j.s.de li.ob.in.v.principali articulo.¶ De

secundò dixi in c.ij.s.de liber.obla.in xij.principali articulo.q.xvj.versic.sexta regula,sed solùm tractamus hic an in citatorio sit inserenda copia libelli vel rescripti.¶Quo ad primũ de libello,licet gl.in c.ij.j.eo.teneat,ꝙ inseri debeat copia libelli : tamẽ quantũ ad causam ciuilẽ,cõmunis opi.est,ꝙ nõ sit necessarium in citatorio copiã libelli inserere.& hanc opi.tenuit Bar.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.& Cy.& Bald.in auẽ.offeratur.C.de lit.contest.& Bar.& Io.de Imol.in l.inter accusatorẽ.ff.de publi.iudic.vbi etiam idem concludunt in criminali.

¶Sed tu vide,quod de vtroꝗ latè dixi in c.qualiter.ij.j.de accusa.in xj.principali articulo.q.lxx.& in c.licet in beato.eo.ti.in secunda oppo.Aliquid etiã tetigi in Cle.ij.vt lite penden.super glo.fi.& traditur latè per Ant.de Butr.zaba.& Do.me.in c.ij.j.eo.& per Bar.in repe.l.ex quacunꝗ.ff.si quis in ius voca.nõ ierit,& in extrauag.ad reprimen.in glo.super verbo,in crimine.¶Quantũ verò ad scđm de copia rescripti,vtrum sit necessariũ eam interserere in citatorio.variæ sunt opi.gl.enim in c.si Episcopus.iij.q.ij.tenet citationẽ non valere,nisi talis copia inseratur.per no.in c.cùm in iure.s.de offi.deleg.& in c.ij.j.eo.& idem sentit Bart.in d.auẽ.qui semel.& tenet in d.l.ex quacunꝗ,per prædictã auẽ.qui semel.& per prædictum.c.ij.j.eo.videtur sensisse Spec.in tit.de cita.§.ij.ver.item,ꝙ rescriptum,licet postea videatur recedere ab illo dicto dicẽs,ꝙ scđm Vin.citatus deberet cõparere & allegare priuilegium suũ : sed magis strictè locutus est Spec.eo.tit.§.iam de cita.versic.sed pone.Ibi enim videtur velle,ꝙ debet transmitti copia.& ꝙ etiã hoc nõ sufficit:nisi citans sit persona authorizabilis:aliàs autem ex transmissione simplicis copiæ non deberet sibi credi.argu.d.c.cùm in iure.s.de offi.deleg.& xcvij.dist.c.nobilissimus.¶Et idem videtur velle Inn.in d.c.cùm in iure.vbi dicit ꝙ si iudex est vilis & nimis remotus,citatus nõ tenetur cõparere : nisi appareat rescriptũ,sed ipse Inn.in d.c.ij.j.e.loquitur aliquantulũ obscurè,videẽ tamẽ sentire,ꝙ quo ad cõparendũ sufficit,ꝙ appareat se delegatũ,vel ꝙ transmittat copiam rescripti.Archid.verò in d.c.si episcopus.concludit,ꝙ transmissio copiæ sufficit quo ad comparendum,sed non quo ad respondendum.vnde ei comparenti debeat fieri plena fides de originali rescripto,vt d.c.cùm in iure.& in l.vna.C.de manda.princi.domi.Anto.in d.c.ij.videtur sequi prædictam opinio.Inno.& Archi.in d.c.si Episcopus.dicens,ꝙ si in citatorio citatus asserat se delegatum,dato ꝙ nec rescriptum,nec copiam rescripti transmisit:citatus tamen arctatur ad comparendum:quia sufficit per iudicem allegari causam in citatorio ad hoc,vt compareat ille allegaturus priuilegium suum,si quod habet:cùm ad hoc concurrat ipsum verbum,& assertio iudicis,& nunciij executio.Sed fortius arctatur ad comparendum,si transmittitur copia : quia licet talis copia nõ faciat plenã fidem,ex quo non est authentica : tamen qualẽqualẽ fidem faciat.sed si citatus cõpareat,& neget iurisditionẽ:non tenetur rñdere,nisi fiat plena fides : & si delegatus nõ facta fide procederet:non valeret processus:si per partẽ appellaretur,eo ꝙ nõ esset facta sibi plena fides de delegatiõe.ad quod alleg.Do.de Rota decisi.cccxiij.¶Sed Do.me.in d.c.ij.j.eo.pro concor.dictarum opi.distinguit tres casus.

¶Primus casus,quando agitur de grauissimo præiudicio.

¶Secundus,quando de graui.

¶Tertius,quando de leui.

11 ¶†Circa primum concludit non esse parendum asserenti se delegatum,quantumcunꝗ persona sit authorizabilis : nisi prius plenè constet de delegatiõe.& ideò nec ordinarius exequi debet sententiam seu mandatum,ita alteri præiudiciale.Nec etiã tenetur pars respondere coram eo,nisi prius fiat plena fides de delegatione : nec sufficit simplex copia.ita intelligatur text.in d.c.cùm in iure.& in l.vna.C.de manda.princi.& l.prohibitũ.C.de iure fisci.li.x.& quod no.Archi.in d.c.Episcopus.¶Circa scđm casum,scilicet quando tractatur de graui præiudicio,non tamen grauissimo,seu grauiori,dicendum est,ꝙ non sufficeret citanti asserere se delegatum.exemplũ,citaẽ valde remot⁹,& citans simpliciter asserit se delegatũ: nã hoc casu,putat Do.me.ꝙ citatus non arctatur ad comparendum ex simplici assertione illius : vt sic cogatur subire tempus itinerandi,& sua negotia deferendi,& magnos sumptus & expensas subeundi:sed debet tunc saltem mitti copia rescripti:quæ licet non sit authẽtica:tamen maior præsumptio oritur pro iurisditione delegata,propter verba ibi expressa:& cõem stylũ rescripti,& sic procedat ille tex.& alia opi.quæ vult transmissionem copiæ necessariam.& istud etiam sentit Innocen.in d.c.cùm in iure.

¶Circa tertiũ casum,cùm igitur de leui præiudicio,vt quia citatus est in loco citantis,vel modicũ distat:& tunc dicendum est,ꝙ non est necesse mittere copiam quo ad effectũ arctandi citatum ad comparendum : sed satis est asserere se delegatum: quia oritur probabile dubiũ iurisditionis,ex quo persona nõ est vilis:vnde ratione talis dubij quis tenetur cõparere.arg.l.si quis ex aliena.ff.de iudic.secus si simpliciter citet,nec asserit se delegatũ:nec aliàs est ordinarius,per ea quæ traduntur s.in q.an libellus sit inserendus in citatorio.¶Aduerte tamen : quia quo ad effectũ excludendi terminũ petendi ad dilatorias,vtile est mittere copiã rescripti,vt in c.ij.j.eo.quod tamen procedit quando rescriptũ est ita plenũ,ꝙ sine alio libello citatus potuit deliberare,vt dicit glo.in d.c.ij.& bene.aliàs nõ excluderetur à termino deliberatorio,vt latius dicã in materia dilationum secundùm Do.me.quæ distinctio,iudicio meo,est multũ æqua & rationabilis:quãuis de rigore iuris posset moderari.¶Lud.tamen pontanus in l.sciendũ.ff.de verb.obli.simpliciter tenet,ꝙ in citatorio non sit necessarium interserere copiã rescripti.¶Et ad hanc materiam,vide quod dixi j.arti.xxiij.ver.si verò fieret à delegatis.j.& s.art.xx.ver.secundo casu.

12 ¶†Septimò quæro,an & quando in prima citatione sint exprimenda nomina propter clausulam,quidam alij.appositam in literis.¶Solutio.dic,ꝙ dicta nomina cõueniendorum sunt exprimenda in primo citatorio,secundùm Io.And.hic in rubrica,per c.cùm in multis.de rescrip.lib.vj.Et ibi latius per Doct.Sed de hac materia dic,vt latissimè dictum fuit s.in v.prin.articulo.q.xxxj.per xiij.quæstiones.

13 ¶†Octauò quæro,quid si iudex ad quem appellatum est citat,an teneatur in citatorio facere mentionem de appellatiõe.¶Solu.potest colligi ex his,quę dixi s.e.articulo.q.vj.maximè in ver.quid autẽ de copia rescripti.& etiam ex his,quæ tradit Spec.in titu.de cita.§.fin.versi.quid si altera,vbi format.q.pone ꝙ delegatus altera parte appellante ab ipso,remittit causam ad superiorem,qui illam delegauerat:superior verò ad quẽ causa remissa est,citat appellantem,vt veniat processurus in causa principali,nulla facta mentione de appellatione:an citatus teneatur comparere.¶Solutio.dicunt quidam,ꝙ sufficit mittere excusatorem,qui solùm dicat.Domine iudex,nõ tenet citatio vestra super causa principali:vel non potestis in ea procedere:quia appellatũ est:& appellans intẽdit prosequi appellationem tempore cõpetenti.Si verò transisset tẽpus prosequendæ appellationis:tunc bene teneret citatio super principali,tã à delegante,quàm etiã à delegato.ij.q.vj.c.ei,qui.& j.de app.c.cùm sit Romana.sed tamẽ in præcedenti casu,excusator cõparens teneretur ostendere talẽ qualem appellationẽ fuisse interpositã.arg.c.veniens.j.de testi.quia si aliud diceret,sequeretur absurditas:quia cuilibet esset facile delinquere quemlibet iudicem:si non teneretur probare interpositã appellationem.Si verò citans in ista citatione facta ad causam principalem,faceret mentionem de appellatione interposita,citatio nõ teneret:nec citatus teneretur venire,aut excusatorẽ mittere,propter expressum errorem in citatione,cùm citauerit ad causam principalẽ,omissa appellatione.¶Quod tamen est verũ in illis causis,in quib⁹ prius & ante omnia debet expediri articulus appellationis : & ante quàm expediatur causa principalis,secundùm not.in c.vt debitus.j.de appel.& ea,quæ traduntur in c.cordi.de appel.lib.vj.secus vbi appellatio simul cùm principali veniret expedienda,prout est quando appellatur super prouisione.de quo in c.j.de elec.lib.vj.¶Et subdit Specu.ꝙ eo casu quo quis tenetur mittere excusatorẽ & non mittit,tenet processus agitatus cõtra eum super principali:si iudex ignorauit appellatum esse,& aduersarius nil dolosè egit:secus autem si sciuisset appellatum esse,vt j.de appel.c.si duobus.vel si aduersarius dolosè subticuit de appellatione.ff.de iudi.in l.si prætor.¶Subdit tamen Spec.quòd in citatione facta à delegato,nõ tenetur quis mittere excusatorem:licet hoc sit securius.¶Alij verò dicunt secundùm eum,ꝙ citatio delegantis tenet,etiam non facta mentione de appellatione : quia sicut citatus comparere debet,vt proponat suas exceptiones,ita & iste comparere debet vt proponat exceptionem de sua appella.interposita.ff.de iudic.in l.si quis ex aliena.& j.de appel.in c.cùm parati.& si nõ veniat,tenet processus agitatus contra eum,secundùm Inno.in c.fi.j.de accusa.quem formaliter,vt s.dixi.refert Specu.in ti.de cita.§.fi.versi.quid si altera.Et dicit ibi Ioan.And.in addi.quòd Innoc.cuius ad literam fuerunt verba prædicta,videtur recedere à priori dicto:vt sic non videatur sufficere mittere excusatorem.& sic residet Ioan.And.

14 ¶†Nonò principaliter quæro,qualiter debet esse certa,& non dubia seu obscura:& an falsa demõstratio vitiet.¶Solu.dic,ꝙ citatio debet esse certa,& clara,& clarè cõtinere nomẽ iudicis,cuius mandato fit citatio:& nomẽ citati,& nõ eius,ad cui⁹ petitionẽ quis citatur.Ad quod vide quæ latè dixi in simili in c.ij.s.de lib.obla.in xij.p.articulo.q.ij.& iij.& iiij.Solũ enim est speciale in certis casibus,vt valeat citatio generalis.dixi latè j.articulo

articulo xxij.q.iij.Et vide glo.in l.eum quem temere.ff. de iudi.quæ dicit,ꝙ ſi citatur Titius Martini, cùm duo ſint eiuſdē nominis:non tenet citatio . & ſi compareat ille, de quo actor non ſenſit,tenetur parti ad expenſas. ¶ Et ad idem,ꝙ non valeat citatio,eſt bonus tex.in l.idem Pomponius. aliàs incipit, Pomponius ſcribit ſi frumentum.§.fi.ff.de rei ven.facit etiam l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tute. ¶ Item debet eſſe certa reſpectu loci,ne ſit generalis vel alternatiua,ad quod vide quæ dixi ſ.articulo xviij.q.viij. ¶ Item debet eſſe certa reſpectu temporis.ad quod vide quod dixi ſ.articulo xix.q.vj.& vij.

15 ¶ †Quid autem ſi eſt error,ſeu falſa demonſtratio in ipſa citatione,an vitietur?exemplum,aliquis citatus eſt tanquā Petrus Ioannis,cùm ipſe ſit Petrus Martini. ¶ Solutio.iſtam quæſtionem aliqualiter tetigit Iaco.But.inſti.de actio.circa princi. ſed Barto.latius proſequitur in l.falſa demonſtratio.ff.de condi.& demonſt.in vj.q.loquitur tamen ſatis obſcurè. ¶ Vnde tu clarius diſtingue poſt eum,quòd aut ille citatus ſub dicto nomine Pet.Ioan.ſic litigat in iudicio,& tunc falſa demōſtratio nō vitiat iudicium:eo,ꝙ ſatis conſtet de ipſius corpore : quia tam iudex,quàm partes habent hunc hominem pro Petro Ioānis, vt ff.de iudic.l.ſi in iudicis nomine , aliàs,ſi in nomine iudicis. ¶ Aut fuit cōtumax, & contra eum habitus proceſſus tanquā contra contumacē:& tunc,aut cōſtat,ꝙ ipſe eſt hoc idem corpus,quòd fuit citatū ſub hoc nomine,Pet.Ioā.quia eſt illemet homo,q culpabatur,& infamatus erat de maleficio de quo agebatur,& ſic cōſtat,ꝙ de illo corpore iudex ſenſit,& etiam nuncius:& valet proceſſus,licet fuerit erratū in nomine : quia animus iudicis ferebatur ſuper illum hominem,videlicet Petrum Martini,qui de dicto maleficio ſic erat infamatus.argu.l.congruit.ff.de offic.præſi.& ff.de bo.eorum,qui ſibi mor.conſci.l.fin.in princi. ¶ Et quia ſaltem debuit cōparere & oſtendere,ꝙ ipſe,qui citabať ſub hoc nomine Pe.Mar.ff.de iud.in.l. ſi quis ex aliena.vnde dicit Bar.ꝙ boni aſſeſſores,quando realiter citant,capientes aliquē bannitū pro aliquo maleficio antequàm faciant executionem,faciunt eum confiteri,ꝙ ipſe ſit illud idē corpus,& illa perſona,& ille homo,qui ſic vocabatur : & qui ſub hoc nomine fuit vocatus & bannitus. ¶ Si verò conſtat hunc hominem fuiſſe citatū, à nuncio ſub hoc nomine Pe.Io. nō erat ille,qui ſic vocabať:ſed erat Pet.Ioan.& conſtat quod ipſe nō eſt Pet.Marti.Nec cōſtat iudicē ſenſiſſe de eo,de quo ſenſit nuncius illum citādo:nec etiā erat ſtatutū,ꝙ nūcius poſſet citare ſine mandato ſeu commiſsione.Nec eſt aliqua veriſimilis cōiectura,per quā iudex videatur ſenſiſſe de illo corpore: & hoc caſu falſa demonſtratio vitiat :quia licet nūcius ſenſerit de certo:tamē iudex nō cōmiſit de illo :& ſic citatio nō arctat eū,ex quo reperitur facta ſine iudicis commiſsione,vt l.j.ff.de requi.reis.& dixi ſ.eo.articulo,q.ij.quia ex forma mandati de citādo,nō pōt dici de eo cōſtare: quia nō concurrūt qualitates demōſtratiuæ illius citati:eo,ꝙ qualitates commiſſæ citationis demonſtrant Pet.Mar.& citatus eſt Pet.Ioan.& ſic citatio nō arctat eum. facit l.forma.ff.de cenſibus. & quod not.in l. hac cōſultiſsima.C.qui teſta.fa.poſſ.Si verò cōſtat citationē fuiſſe factam,non tamen cōſtat quod corpus nuncius citauit. Pone exemplum,apparet mandatum factū nuncio,ꝙ citetur Petrus Marti.& nuncius refert ſe citaſſe prout habet in mandatis ſeu commiſsione.& nō apparet aliter,quis fuerit citatus .certe hoc caſu,ſi citatus fuit bannitus,nō poterit fieri executio cōtra Pe.Mar.ſi nuncius non citauit eum, qui erat diffamatus:ſed forte citauit Pet.Ioannis,quia cùm in hoc ſit maior incertitudo,quā in caſu præcedenti,meritò longè minus debet valere:& in ciuitatibus etiam,in quibus nuncius poteſt citare ſine commiſsione iudicis,ſi conſtaret fuiſſe per Ioan.citatum : & nō fuiſſe diuerſum:quia citandus erat Pet.Marti.proceſſus vitiatur : quia non conſtat de corpore,quaſi illud corpus non reperiatur in rerum natura,vt in l.ſi ſeruus.§.quę quinꝗ.ff.de leg.j.& l.j.§.pe.ff.de dot.prælega.& in d.l.idem Pomponius.§.fi.ff. de rei ven.& idem ſentit Bar.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verb.obliga.& in l.diuus ij.ff.de cuſt.reorum. ¶ Quod tamen procedit,niſi per alias circunlocutiones,aut ſigna conſtaret de corpore: licet in demonſtratione eſſet aliud dicendum.Ad quod plenius vide per Barto.& Doc.in l.demonſtratio falſa.ff.de cōdic.& demonſtra.quia non intendo hic tractare plenè materiā demonſtrationis,ſed ſolummodo examinare quantum attinet ad materiam citationis. ¶ Aduerte tamen,quia Ange.in l.ij. ff. de liber.& poſthu.quo ad practicam,quàm Bart.dicit, quòd ſeruāt aſſeſſores dicit,quòd dicta practica nō tenet: quia dicta citatio tanquam incerta,fuit nulla:ꝙ per conſeque s non arctabit citatum,per l.eum,quem temere.iuncta glo.ff.de iud. vnde dicit Ange.ſeruandam aliam practicā,videlicet, ꝙ ille captus confiteatur maleficiū:qa tūc poterit ſine alio proceſſu cōdēnari,per no.per Inn.in.c.qualiter.ij.j.de accuſ.& hoc virtute iſtius confeſsionis:licet ſit facta ſine alio ordine iudicij.Ad quod vide alias plures authoritates,quas dedi in c.penu.ſ.de iudi.in xxvij.prin.arti.verſi.iij.concluſio.& quod dixi in c.veſtra.j.de coha.cleri.& mul.q.xvij.Sed dicit Ioan.de Imo in d.l.ij.ff.de libe.& poſthu.quòd forte practica Bart.poteſt ſuſtineri:quia ſi cōſtat de corpore,de quo ſenſit iudex:nō videtur curādum de nomine:& ideo ſicut ſi conſtaret ex alijs circunſtantijs, quòd iudex ſenſiſſet de iſto, qui eſt captus: vt quia iſte erat diffamatus de maleficio:& alius nō:& qa iſte fuit citatus:vel perſonaliter,vel ad domū ſuę habitatiōis,poſſet fieri executio.Ita etiā debet poſſe fieri in caſu iſto,ex quo conſtat de corpore per confeſsionē ipſius.Nam iſta confeſsio venit ad iuuandum & declarandum, quod eſt factū:non ad inducēdum de nouo. & ideò debet operari,etiā ſi ſuperueniat poſt ſentētiā.arg.l.hæredes palā.§.ſed ſi notā.ff.de teſta. Nec ob.quòd no.gloſſ.in d.l.eum quem temere.ff.de iu.quia imo potius facit pro,inquantum innuit quòd citatus in dubio debeat comparere. & ſi fortè non erit ille, qui erat citandus:debebūt ſibi refundi,vel reſtitui ſumptus & expēſæ.Ad quod etiam facit qđ no.in.l.ſi qs ex aliena.ff.de iudicijs.& tenet Ioan.de Imola in.d.l.ij.ff.de liberis & poſthumis.

16 ¶ †Et ex prędictis etiā deciditur,quid ſi proceſſum ſit contra Petr.Marti.cùm duo ſint Petri Martini:an ambo debeant puniri,vel neuter.quod potius videtur per. l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tute. vel locus ſit gratificationi.per l.ſi quis ſeruū.§.ſi inter duas.ff.de lega.ij.vbi dicitur hoc per Bald. ¶ Videtur enim ex prædictis concludendum,quòd ſi alter prædictorum fuerit infamatus de dicto maleficio,de illo intelligatur iudicē ſenſiſſe: & cōtra ipſum poterit fieri executio: ſicut in ſimili dicimus in legato facto in teſtamēto Titio:& duo ſunt titij:ſed vn⁹ cōſanguineus vel amicus,& alter non, vt in.l.ſi fuerit.de reb.dub.& d.§.ſi inter duos.& ſic nō obſtat.d.l.duo ſunt Titij. qa ibi erat omnimodo incertitudo nec deeſſet locus gratificatiōi:cùm agatur hic de magno incōmodo: & pœnæ debeāt tenere ſuos authores.vt in c.quæſiuit.j.de his,quæ fiūt à pręla.cū ſi. ¶ Bal.tamen in d.§.ſi inter duos.dicit, quòd poſſet fieri executio cōtra eū,qui reperitur culpabilis:quia de iſto videtur iudex ſenſiſſe. Sed dicit Ioānes de Imo.quòd fortè iſtud nō eſt verū:ſi ille nō erat diffamatus,ſed alius:quòd licet animus iudicis verſetur veriſimiliter contra culpabilē,ex quo tamē veriſimiliter credidit diffamatum eſſe culpabilem : potius de eo videtur intellexiſſe. qua propter vigore talis proceſſus nō videtur,quòd poſſit fieri contra talem executio:niſi aliter apparet de delicto cōmiſſo. vnde dicit d.Nellus de ſancto Gemi.in tractatu bānitorum,in tertia parte primi tēporis,quæſtiōe xij quòd credit, quòd practica Bart.de qua.ſ.habeat locum,quādo citatio fuit facta perſonaliter,vel ad domum:& cōſtat,quòd ille captus eſt ille idem homo,qui fuit citatus perſonaliter,vel qui habitabat in illa domo vbi facta eſt citatio:tunc enim citatio non fuit inualida,aut ratione erroris,aut incertitudinis: cùm de corpore ipſius citati conſtaret,per iura ſuperius allegata,& per notata in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legatis primo. ¶ Sed ſi citatio fuiſſet facta per loca publica,vel ad eccleſiam principalem ſeu parochialem,ſecundùm ea quæ dixi.ſ.articulo xvij.vel ad ianuam palatij, ſecundùm quod quandoque ſtatuta diſponunt: tunc putat d.Nellus bannum non tenere. ¶ Primò,propter errorem:quia citatur Pet.Ioan.qui non eſt, ſed eſt Pe.mar.& de corpore nō cōſtat ex aliqua circūſtantia: & ſic ratione incertitudinis,non debet valere.per dictam.l.duo ſunt Titij.& per dictū §. ſi inter duos. ¶ Subdit tamen, quòd communiter rectores ſeruant contrarium:quia faciunt captum confiteri ſe eſſe illum,qui deliquit:& qui in ſententia banni continetur: & qui fuit citatus: & ſic bannū exequuntur.& ita dicit Bald.in dicta l.ſi quis ſeruum.§.ſi iter duos delegatos.ſecūdò,fuiſſe ſeruatū Florētiæ:qa ille qui deliquit, debuit cogitare ſe citari:& qa talis citatio declaratur ex adiuncto,quod de iure poteſt eſſe verū ſi in citatione exprimatur cauſa,videlicet delictum,ſed ſi ſimpliciter dicitur,quòd cōpareat ad ſe defendendū à quadā inquiſitione:tūc tale bānum de iure nō procederet.& ita ſeruatur per aſſeſſores, qui ſi non detrahāt veritati,fauori publico deſeruiunt:ne in talibus fraudes committantur:& maleficia remaneant impunita, ſecūdùm dñm Nellū in dicto loco. ¶ Et ſic ex prædictis poteſt colligi,quòd melior practica eſt,vt captus cōfiteatur,quòd eſt ille idē hō: qui fuit citatus:& cōtra quē fuit ꝓceſsū:& qui fuit bannitus:& qui cōmiſit illud crimē. ¶ Reliqua verò pertinētia ad materiā falſæ demōſtratiōis,vide per Bar.& Doc.in d.l.demōſtratio falſa.ff.de cōdi.& demōſtra.vbi tractat, quid ſit demōſtratio:& per quæ verba fiat:& qs ſit eius effectus tā in vltimis volūtatibus,quàm in cōtractib⁹.& quōmō poſsint cōſtare de corpore,ita quòd falſa demonſtratio nō vitiet.& etiā tra-

ditur per Bal.& Io.de Imo.in l.Titia diuortium.ff.solu.matri. & traditur instit.de lega.§.si quis in nomine. & ff. de hæredi. insti.in l.fi.& de reb.dub.in l.qui habebat.& per Domi.de Rota decisio. cxxv. aliàs cxlij. & aliquid per Bald. in l. si quis in fundi.ff.de lega.j.& per Ange.in l.j.ff.de libe.& posthu. & ibi etiã per Bal.vbi traditur, ꝙ quando demonstratio exigitur pro forma,non sufficit aliter constare.&etiam traditur per Bart.in l.si stipulatus fuero hanc summam.ff.de verb.oblig. & in l.j.in fi.ff.de do.præleg.& in l.si tibi.ff.de optio.lega.& l.quintus. la j.ff.de auro & argen.& l.legati.ff.de libera.legata.

¶De citatione autẽ facta alternatiuè,puta tali vel tali hora &c. vide s.articu.xix.q.vij.

17 ¶†Decimò quæro, vtrum citatio debeat cõtinere terminum. ¶Solutio.dic ꝙ sic.aliàs citatio sine termino non valeret.not. Bal.in l.ij.C.vbi in rem actio.per tex.illum qui dicit, certo dierum spatio.& not.Pet.& post eum Cyn.in l.dies festos.C. de fer.& Io.de Imo.in c.cùm parati.j.de app.& ad prædicta vide quæ latè dixi in xij.prin.articu.q.vj.& vij. & talis termin⁹ nõ debet esse nimis breuis,imo rationabilis & competens. v.q.ij. c.si Primates.& l.j.ff.de fer.Spec.in tit.de cita.§.contra citationem.versi.itẽ quod facta est. ¶Et si daretur nimis breuis,posset appellari,vt in c.j.j.eo.de qua materia latius tractabimus in

18 tit.dilationum. ¶†Sed pone, iudex citauit ad sententiam audiẽdam ante nonam tali die:vtrum valeat? & qua hora debeat ferri sententia? Bar.in quodam consilio,quod incipit,pluries contingit,tenet,ꝙ valeat. ¶Et ꝙ habet expectare vsq; ad nonam: aliàs dilatio esset nulla,& sic in ipsa hora nonæ,quia citatio facta tali die intelligitur vltima hora diei iudicialis,quæ est hora spectatorum,in authen.de iudicibus.§.sedebunt.facit c. consuluit.s.de offic.deleg. ¶Et sic dicta citatio debet intelligi secundùm materiam actus,cui ad dicitur l.stipulatus.ff. de vsur. & l. damni infecti.ff.de dam.infec.faciunt quæ tradit Dyn.& post eum Doc.de solennitate intrinseca.l.sciendum.ff.de verb.obli. ¶Sed ante nonam potest intelligi.s.inchoatam : & ante nonã finitam.l.eũ qui.§.qui ante.& l.stipu.non diuidũtur.§.si quis. in glo.super ver.finita.ff.de verb.obl. Cùm ergo natura verborum sit apta includere vtranq; horam,ego intelligo secundùm naturam actus sententiandi. Et vt actus potius valeat, quàm pereat.arg.l.præsens.ff.de verb.oblig.de reb.dub.& de reg.iu.

19 ¶†Vndecimò,quæro,an citatio debeat continere locũ, & qualiter. ¶Solutio.dic,vt latè dictum fuit in xix.articu.per totum illum articulũ,& dicit Bal.in l.consentaneum.C. quomodo & quando iud.in secundo notabili, ꝙ modus citandi absentem ad domum,est per literas:quia vox nuncij sine literis cito euanescit:& non est bene tuta citatio,secundùm Hosti.& istæ literæ debent mitti in domo citati.arg. ff.de instito.l.sed & si pupillus.§.præscribere. ¶Potest etiã citari per edicta:quia schedula affigitur in albo Prætoris,vel in foris palatij ciuitatis illi⁹ terræ:vel si est iudex ecclesiasticus,in forib⁹ ecclesiæ cathedralis, vt in Cle.causam.de elec.nã talis citatio inducit quoddã notorium:quia lex reputat talem citationem solẽnem, & hoc quod dicit̃,pro rostris.in l.ij.§.j.ff.de orig.iur. ¶Et de citatione prędicta dicetur latius articulo xxiij.

¶De citatione verò per literas,articulo xxiiij. ¶Reliqua verò ad materiam istius q.vide s.in xviij.in princi.articulo & etiam in xvij.

20 ¶†Duodecimò principali quæro, qualiter debet ita fieri citatio,s.ꝙ apprehendat citatum personaliter. ¶Solutio, vide ad hanc materiam,quæ dixi s.articulo xvij.q.ij.maximè in versi. circa.vij.speciẽ. ¶Et aduerte:quia paria sunt, quem esse personaliter citatum,vel per eum stare quominus citatio ad eũ perueniat,vt est tex.& ibi not.in Cle.ij.vt lit.penden. & in Cle.j. de iudi.& in Clemen.j.de fo.compe.talis ergo culpa & contumacia habetur pro citatione personaliter facta,not.Bal.in l.nã ita diuus.ff.de adopt.in ij.colum.& Innocen. in c.ex literis. de excessibus præla.

21 ¶†Decimotertiò quæro,qualiter absens sit citandus: & an exigatur citatio peremptoria,& qualis. ¶Solutio,dic vt dicam j. xxvij.princip. articulo,& vide quod dixi s.in v.princi. articu. q.xv.& aliquid tetigi statim.s.eod.articu.q.xj.

22 ¶†Decimoquartò quæro,an citatio possit fieri per verba facultatis.videlicet,compareas si vis,vel per hęc verba,si tua putaueris interesse,vel si confidis de iure tuo, vel per verba præceptiua,& sub comminatione,& sub qua comminatione, & an sub comminatione pœnæ expensarum. ¶Quo ad primum, an valeat citatio,compareas si vis,dicit Bal.ꝙ sic, vt ipse dicit in au. si quis ab aliquo c.de testib.colum.antepenul.ver.Extra quæro.allegat tex.in c.significauit.j.de testi.vbi bo.tex.not. etiam glo.in l.ea quidem.C.si manci.ita fue.alie.& ibi Salyce. & no. c.cùm in tuo.j.qui ma.accu.poss.& nisi compareat,sibi præiudicatur,vt tradit Specu.in tit.de citatio.§.sequitur videre.ver. quid si non præfixeris. ¶Et dicit Specu.certo certius esse, ꝙ præcisè & simpliciter quis citari nõ põt:sed sub modo sub rescripto,videlicet si vult.argu.c.j.in prin.de elect.lib. vj.& in c. quia propter.de elect.Ita dicit Specu.in tit.de cita.§. sequitur. versi.illud autem.quod tamen intellige secundùm quod statim dicam. ¶Item potest fieri citatio sub hac forma,videlicet,si tua putaueris interesse,vt not.glo.in d.l.ea quidem.ad quod etiam vide s.in v.princi.articu.q.xj. ¶Item valet sub hac forma,compareas si de iure tuo confidis,tex.& ibi not.Bald.in l.diffamari. C.de inge. manu. Aliquid traditur in d.l.ea quidẽ. ¶Et sic ex prædictis videtur concludi,ꝙ citatio non potest esse præceptiua,seu necessitatiua,tenet Ang.in l.nonnunquam.ff.de iudi.& Bal.in l.ad peremptorium.ff.de iudi. ¶Ego verò arbitror sic dicendum, ꝙ aut petitur citatio tertij de cuius interesse dubitatur:& hoc casu procedãt prædictæ citationum formæ: & si taliter citatus compareat,auditur pro suo interesse.si verò nõ cõparet:non procedit contra eum, tanquã contra contumacem, ad quod vide quod dixi s.in v.princ.arti.q.xj.& tribus seq.Et quod dicam j.in xxxj.arti.& sic hoc casu,non subiungitur cõminatio expensarum,aut similis,quę habeat afficere personam contumacis : sed solùm fit comminatio, quod ipsius tertij non comparentis contumacia non obstante,procedetur in causa.

23 ¶†Aut fit citatio illius cõtra quẽ principaliter dirigitur petitio,& hoc casu,licet ille nõ possit necessitari ad cõparendum si nõ vult:nisi fiat citatio realis:tamẽ talis citatio nõ fit per verba facultatis:sed per verba præceptiua.verbi gratia,Generosus miles dñs Massinus de Soardis de Pergamo, Honorabilis Potestas magnificæ ciuitatis Senarum,pro tribunali sedens ad ei⁹ solitũ banchum,iuris,hora debita causarũ,ad petitionẽ. A.&c. præsentis & petentis,cõmisit,imposuit,& mandauit B.&c.publico & iurato nuncio dicti cõis Senarum præsenti, & intelligenti:quatenus vadat, & ipsius Dñi Potestatis parte & mãdato,citet & requirat.C.&c.si eum personaliter inuenerit, vel ad domũ solitæ habitationis &c. scd'm quod dixi s.arti.xviij.q.ij. maximè in ver.Circa vij.speciem.& eo.arti.q.iiij.quatenus intra tantũ terminũ &c.vel die tali de mane hora debita causarũ, vel de sero hora debita causarũ,prout cõmittenti videbitur expedire,vel intra terminũ statutũ,comparere debeat:respõsurus prædicto A.super tali negotio &c.scd'm quod qualitas cõtingentiæ requisiuerit:aliàs dicto termino elapso,nõ obstãte ipsi⁹ cõtumacia,procedetur contra eum. ¶Et sic potest vario modo cõminari,scd'm varias negotiorũ contingentias.ad quod vide quod dixi s.eo.arti.q.iiij.& potest etiam cõminari condẽnatio expensarum per text.in c.fi.in fi.s.de ma.& obe. ¶Et sic patet ex forma prædicta, ꝙ dicta citatio emanat sub verbis præceptiuis dum dicitur,debeat cõparere. vnde licet præcisè nõ cõpellatur,cõpellit̃ tñ causatiuè,si nõ vult qđ cõtra eũ procedat̃ tanquam contra contumacem.ad quod vide quod dicã j.in xxxj. prin.arti.& quod dicã j.de do. & cõtu. in materia cõtumaciæ.

24 ¶†Vtrũ autẽ citatio ad sui essentiã requirat scripturam, dic ꝙ non regulariter.fallit in quibusdam personis priuilegiatis. de quibus dixi s.in viij.princi.articulo. Est tamen quædam citatio specialis, quæ fit per literas, de qua dicemus plenè articulo xxiiij.

25 ¶†Decimoquintò quæro principaliter, an citatio possit fieri, vt citatus personaliter cõpareat,& quando, & quibus casibus. ¶Solu.dic,quòd regula est negatiua, quòd quis non potest citari ita,vt necessitetur personaliter comparere : quoniam liberum esse videtur citato comparere per se, vel per procuratorẽ, vt in c.querelam.s.de procura.iuncta l.j.ff.de procura. & not. in c.j.de iudic.lib.vj. Quoniam liberum est cuilibet comparere per se,vel per procuratorem,vt d.l.j.ff.de procurato.& l.pręsenti.§.cùm autem.C.de his,qui ad eccle.confu.& in c.fi.s. de iura.calum.& d.c.querelam. ¶Beneficium verò iuris nemini est auferendum.xxviij.dist.c.de his.& in regula indultum. de reg. iur.lib.vj.cùm suis concord. ¶Sed per prædictam citationẽ videtur quis compelli,vt per se, & non per procuratorem cõpareat.hoc enim denotat verbũ,personaliter,per no.in c.cupientes.§.ꝙ si per viginti.de elec.lib.vj.& in c.j.de iudi.lib.vj. & in c.cùm dilecta.s.de rescrip.& per gloss.in verbo,personaliter.in c.fi.de accu.& per no.in c.fi.s.de offic.dele.& in c.cùm I.& A. in Clemen.j.de vita & hone.cle.igitur &c.

26 ¶†Quid autem si dictum sit,vt se præsentet,vide quod dixi j. arti.xxxj.in v.effectu.q.j.

¶Hæc autem regula recipit plures declarationes & fallentias.

¶Prima declaratio est,quòd prædicta regula respectu iudicis procedit,tã in ordinario,quàm in delegato,vt l.fi.C.de procu. & in c.j.de iudic.lib.vj.in contrarium tamen facit ad id quod dixi de ordinario tex.in d.c.j. qui text.specialiter prohibendo

hanc

hanc citationẽ delegato Papæ non habenti ad hoc speciale mãdatum, videtur per cõsequens à contrario sensu velle secus esse in ordinario, per no. xxv. distinc. c. qualis. & j. de his, quæ fiunt à præla. cùm apostolica. sed contrarium tenuit Beruh. & gloss. iij. in d. c. j. qui vult, ꝙ etiam ordinarius non possit regulariter cõpellere partes coram se personaliter venire: nisi in casib⁹ exceptis. de quibus statim subijciam in fallentijs. & ideò in d. c. j. nihil fuit dictũ de ordinario: quia de ipso nõ dubitabatur, per l. fi. C. de procu. sed de delegato Papę dubitabatur: quia videbatur, ꝙ quo ad illã causam delegatus Papæ posset sicut Papa, vt dicit glos. iij. in d. c. j. de iudi. lib. vj. sed hoc non obstante etiam delegatus Papæ non potest: nisi ad hoc habeat specialem potestatem. & idem not. Spec. in tit. de cita. §. contra citationẽ. vers. Item non valet citatio. ¶ Nec obstat, ꝙ omnia videantur sibi commissa quo ad illam causam & c. quia illud intelligitur, quòd omnia videntur sibi commissa sine quibus causa expediri nõ potest, vt in c. j. & in c. præterea. s. de offi. deleg. secundùm Inn. Hosti. & Archid. sed causa potest expediri absq; eo, ꝙ quis personaliter cõpareat: videlicet comparẽdo per procuratorẽ. sicut ergo regulariter non posset præcipere parti, ꝙ iret ad sanctum Iaco. sic nec ꝙ ad ipsum personaliter veniat, secundũ eos. & sequitur Ioan. And. do. Domi. in d. c. j. ¶ Delegatus verò ab inferiore à Principe, non posset etiam, cùm speciali mandato personaliter citare: nisi in casibus à iure permissis. de quibus statim dicam in fallentijs: quia si ordinarius nõ potest per se hoc facere: ergo non potest alteri demandare, vt in regula, Nemo plus iuris, cum sua materia, de reg. iur. lib. vj.

¶ Secunda declaratio est, ꝙ prædicta regula procedit tam in actore, quàm in reo, vt probatur in d. c. j. de iudic. lib. vj. ibi dum tex. dicit. alterutrũ partium, per quem tex. hoc tenent ibi Io. And. & do. Domi.

27 ¶ † Tertia declaratio est, ꝙ prædicta regula procedit, nõ solùm in persona ficta, prout est capitulũ, collegium, seu vniuersitas: quo casu de necessitate non põt citari, vt personaliter cõpareat: cùm sit ficta persona, per not. in l. mortuo. ff. de fideius. & in c. Romana. §. vniuersitatẽ. de sent. excõ. lib. vj. & in l. in tãtùm. §. vniuersitatis. ff. de rer. diui. no. Bal. in rubr. C. pro soc. dixi in c. dilectus. ij. j. de simo. & in c. in pertractãdis. s. de iura. cal. in vij. principali artic. q. xxv. ¶ Et in ꝓprijs terminis tenet expressè Bal. in l. nã ita diuus. ff. de adop. & ideò non põt personaliter citari, vt dicit gl. iij. in fi. in d. c. j. de iudi. lib. vj. siue loquamur in causa ciuili, siue etiã in causa criminali, quo ad ipsam vniuersitatẽ: etiã si sit criminalis in qua de sui natura nõ possit interuenire procura. secũdùm Io. An. in d. c. j. & sequit̃ do. Domi. super gl. iij. per not. in d. c. dilectus. & ibi latius tractaui, an vniuersitas possit delinquere. & qñ dicatur delinquere, & an possit accusari, & vtrũ puniri, & qualiter, & reliqua ad materiam vniuersitatum, & collegiorum, dixi latius in c. dilecta. j. de exces. præla.

¶ Item procedit prædicta regula in causis priuatarum personarum: licet sint veræ personæ: & possint personaliter citari.

¶ Insuper prædicta regula recipit plures fallentias.

28 ¶ † Primò fallit in Papa & Principe, per c. j. de iudi. lib. vj. quia si põt alteri dare hanc potestatem: igitur per se potest exercere. & quia Princeps solutus est legibus, vt l. Princeps. ff. de leg. facit quod dixi in c. j. s. de lib. obl. articulo v. fallen. v. & in c. qm̃. in prin. s. vt lite non contestata. in x. prin. articu. fallentia xvj.

¶ Aduerte tamen, ꝙ licet quis sit etiam per Papam citatus, vt se eius conspectui repræsentet: non tamen intelligitur persona liter citatus. quominus possit comparere per procuratorẽ. tex. est. & ibi notaui post Do. me. & Doct. in c. pen. s. de iura. calũ. facit glo. antepe. in c. fi. s. de maio. & obe.

29 ¶ † Secundò fallit in delegato Papæ seu Principis, qui à sede apostolica mandatum ad hoc speciale recepit, vt posset personaliter citare. tex. est in c. j. de iudi. lib. vj. notat. glo. antepe. in c. fi. s. de maio. & obedien. ¶ Aduerte tamen: quia ad hoc vt citat⁹ personaliter à delegato à Principe teneatur personaliter comparere eo casu, quo posset ex potestate sibi commissa: debet in citatorio hanc causam exprimere ad hoc, vt citatus cognoscat, quòd citans habet potestatem sic citandi: quia oportet, quòd iudex, quando habet iurisdictionem respectu alicuius specialis causæ, illud exprimat, vt not. Inno. in c. cæterum. s. de iudic. & in c. cùm sit generale. s. de for. compe. Cùm igitur regula sit, ꝙ non possit compellere ad personaliter comparendum, vt s. dixi. oportet quòd saltem exprimat talem qualitatem, quæ cõcludat ipsum habere hanc potestatem. faciunt not. in c. prudentiam. §. j. s. de offi. deleg. secũdùm do. Domi. post Io. Andr. in d. c. j. faciunt quæ dixi in c. si clericus laicum. s. de foro competẽ. & quod dixi s. eod. articulo. q. v. & vj. ¶ Et adde quod dicam j. in viij. fallentia.

¶ Et hæc fallentia procedit in delegato Papæ, qui ex speciali cõmissiõe põt ꝑsonaliter citare: sed delegat⁹ ab inferiore à Prĩcipe, nõ potest etiã ad speciale cõmissionẽ: cũ nec ipse ordinarius possit, vt s. dixi ar. c. ex literis. s. de offi. delega. secundùm Io. An. & do. Domi. in c. j. facit d. regula, nemo plus iuris.

¶ Quod tamen procedit, nisi essemus in casibus specialibus: in quibus ex natura causæ posset inferior ordinarius, & etiam delegatus ab inferiore, sine speciali commissione personaliter citare. de quibus in sequentibus fallentijs.

30 ¶ † Tertiò fallit in causa criminali, in qua etiam inferior, & quilibet iudex, qui habet cognoscẽdi potestatẽ de illa, põt personaliter citare. tex. est in d. c. j. de iudi. lib. vj. & no. gl. antepenul. in. c. fi. de maio. & obe. quòd intelligit gl. super verbo, criminalis. in d. c. j. si modo sit causa criminalis criminaliter intentata. aliàs secus, & sequunt̃ ibi Doc. ¶ Sed tu aduerte. quia arbitror ex rõne illius gl. quòd hæc fallentia procedat in causa criminali criminaliter intentata: in qua ex natura causæ nõ posset interuenire procutor. vt in publicis criminibus, in quibus ponitur pœna relegationis, supra, secundùm cõmunem opinio. de qua in. §. ad crimen. & in. §. publicè. & latissimè dixi in. c. veniẽs. j. de accusa. secus si sit talis causa criminalis & criminaliter intentata, in qua possit interuenire procurator. videlicet, quando veniret imponenda pœna a relegatione. j. quia cum in talibus, tã actor ꝙ̃ reus possit & ꝑ se, & per procuratorem causam agere, vt dixi in d. c. veniens. ĩ secũdo mẽbro prin. q. j. nõ videtur cõueniens, quòd inferior à Principe possit hãc facultatẽ auferre. dixi s. in prĩ. istius. q. & hoc tenet Bal. in l. si actor. s. de ꝓcur. & ꝑdicta ĩtellige, nisi iudici aliud videret̃, ꝓpter aliquã aliã extrinsecã cãm. secũdũ qđ statĩ dicã in fallẽtia sequẽti, & fallẽtia. v.

31 ¶ † Quartò fallit, quãdo pro veritate dicẽda quis personaliter citaretur. tex. est in d. c. j. de iudi. li. vj. no. gl. antepenul. in fi. s. de ma. & ob. & Spe. in ti. de cita. §. cõtra citationẽ. ver. Itẽ nõ valet citatio. & ideo ad respondedũ articulis & positionibus, põt quis citari vt personaliter cõpareat, vt no. d. Do. in d. c. j. & etiã ad faciendã propositionẽ facti, secundũ practicã. c. pastoralis s. de iudi. & ad prestandũ iuramentũ de veritate, quod olim solũ prestabat̃ in causis spiritualibus. ad quod vide quod dixi in. c. ti. s. de iura. calũ. in. vj. princ. articulo. q. ij. & aliquid tetigi in rubrica. s. de iura. calũ. articulo. ij. ¶ Prædicta tñ nõ vident̃ limitãda, secundũ ea, quæ statim dicã in se. fal. ¶ Aduerte tñ, quia qđ dixi de positionib⁹: & articulis, videt̃ ꝓcedere etiã si ꝓcurator hẽret spãle mãdatũ ad rñdendũ positionib⁹: quia nõ obstante speciali mãdato, posset iudex compellere principalẽ ad respõdendũ positiõibus. ar. no. per gl. fi. ĩ d. c. j. de iudi. li. vj. ¶ Quod verũ, secundũ I. de Imo. ibi. si mandatũ sit simpliciter ad respõdendum positionibus, secus si esset specificatum ad sic respondendum, per no. per Bar. in. l. qui bona. §. si aliena. ff. de dã. ĩfec. & tenet Ia. Butriga. in l. fi. C. de procurato. & dicit Bar. hoc verum in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus iudex habet inspicere quo colore, pallore, vel rubore, & qua trepidatione & c. vt. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. vnde tunc bene posset cogere principalem personaliter ad respondendũ: etiã si mandatum dedisset specialissimum ad sic respondendum. & idem tenet Bart. in d. l. fi. C. de procura. vbi dicit, quòd assessores hoc colore raro vel nunquam admittunt excusationem per procuratorem. quod satis placet Bar. ¶ Sed dicit Ioan. de Imo. in d. c. j. quod forte etiam in ciuilibus posset cogi, quia facilius datur mandatum vt respondeat per procuratorem illud, quod per se ipsum in præsentia iudicis verecundaretur respondere. & ita refert & residet do. Do. in d. c. j. in fi. ad quod vide quod tradit Spec. in tit. de positio. §. x. ver. item pone. facit quod dicam in. vj. fallen. & latius tractabo in ti. de cõfes. in materia positionum. ¶ Bal. verò in d. l. fi. C. de procu. dicit, quòd vbi sunt indicia probata contra reum ordine iudiciario: tunc iudex in causa criminali potest compellere reum personaliter comparere: siue sit locus torturę, siue simplici interrogationi, secundùm qualẽqualem distinctionẽ. ¶ Si verò contra reum non sint aliqua indicia legitimè probata, nunquã põt iudex auferre reo beneficium legis, quòd est, dimittẽdo procuratorem per se constitutum. & sic debent prædictæ opiniones ad concor. reduci, secundùm Bal. ¶ Ego arbitror, quòd in causis ciuilibus vel criminalibus, quęcũq; illæ sint, dũmodo sint tales ĩ quib⁹ ex qualitate earũ possit admitti ꝓcurator. quòd si iudex vult, quòd principalis compareat personaliter: debet hoc velle ex aliqua rationabili causa: aliàs grauaret partẽ: & à tali grauamine posset appellari, secus vbi adesset aliqua iusta causa: vel quia principalis est legalior, vel magis ĩstructus, vt dicã in vj. fallẽtia x. vel quia cõtra principalẽ sint indicia, vt statim dixi secundũ Bald. & adde quod statĩ dicã. j. post. viij. fallẽtiã in ver. et est aduertẽdum. & secundùm prædicta intellige, quæ dixi in præcedenti fallentia.

32 ¶ † Quintò fallit, si aliquis personaliter citaretur pro præstãdo

iuramento calum. vt est tex. in d. c. j. de iudic. lib. vj. & no. glos. antepenul. in d. c. fi. de ma. & obe. & Spec. in d. ver. Item nō valet citatio. ¶ Et ratio est, quia iuramentū calumniæ principales personæ debent præstare, vt in aut. principales. C. de iura. calū. & in c. in pertractandis. s. de iura. calum. ¶ Quod tamen limitat gloss. fi. in d. c. j. Nisi procurator debeat speciale mandatum ad iurandū de calumnia, per c. fi. s. de iura. calum. quia hoc casu non videtur posse principalis compelli, secūdum Iaco. But. & Bal. in l. fi. C. de procu. ¶ Quod tamen procedit secūdum Io. An. in d. c. j. in nouella. qn̄ procurator haberet speciale mandatū ad iurandum de calūnia in illa causa: quia tunc nō posset cōpellere principalem. ad quod vide, quæ latissimè dixi in d. c. in pertractandis in viij. principali articulo. q. ij. sed latius dixi in q. xxiij.

¶ Quod tamen arbitror verū: nisi alia extrinseca causa moueret iudicē: fortè quia principalis est legalior & iustior, p ea, quę dixi in præcedenti fal. & per ea, quæ dicā in seq. fallen. secus ergo si esset datum mandatū generale ad iurandum de calumnia in qualibet causa. ad quod vide quæ dixi in d. q. ij. & q. xxiij.

¶ Sextò fallit si alia iuris necessitas exigeret personalē comparitionem. tex. est in c. j. de iudi. lib. vj. tradit Spec. in d. ver. Item non valet citatio. & glo. in d. c. fi. s. de maio. & obe.

33 ¶ † Quando autem dicatur incūbere prædicta necessitas, Hostien. dicit, ꝙ solùm in quatuor præcedētibus casibus quatuor præcedentiū fallentiarū dicens, ꝙ nō sunt alij casus, quàm prædicti quatuor, qui ponūtur in d. c. j. de iudic. lib. vj. & sequit ibi Io. An. in nouella. & sic sentit, ꝙ iste vltim⁹ casus sit superflu⁹. sed dicit zen. ibi, ꝙ pōt esse alius casus: puta, quia pars principalis nouit melius veritatē, per l. fi. C. de procu. & ff. e. in l. si actor. vnde si dn̄s est legalis persona, & procurator rixosus; iudex potest citare dominū personaliter, vt no. in d. l. fi. & sequitur Ioā. de fantu. & do. Domi. in d. c. j. facit etiā gloss. fi. in fi. & ibi tenet gl. in l. fi. C. de procur. & Io. de Imo. in c. querelam. s. de procu. ¶ Quod dictum placet in procuratore simplici. ¶ Aduerte tamen, quia Bar. & Doc. in d. l. si actor. dicunt, ꝙ in simplici procuratore non est iusta causa repellendi eum: eo, ꝙ dn̄s sit legalior: sed bene est iusta causa, vt dn̄s cōpareat, tanquā melius informatus: non vt teneatur prosequi iudiciū: sed solùm vt respō-

34 deat, nisi daret mandatum ad sic respondendum. ¶ † Quod tamen intellige vt dixi s. in iiij. fallentia. ¶ Sed vtrū hæc fallentia procedat in procuratore in rem suā: videtur dicēdū, ꝙ nō: quia procurator in rem suā videtur magis informat⁹, quàm simplex procurator. & ideò nō sic videtur admittēdus aduersarius petens principalem dn̄s personaliter comparere, sicut in simplici procuratore. ¶ In contrarium tamen facit, quia potius videtur hoc casu admittēda dicta petitio, ꝙ principaliter cōpareat personaliter tā in procuratore in rem suā, quàm in simplici: quia hoc casu magis videtur attendenda legalitas domini principalis eo ꝙ iste procurator in rē suam, cùm agat factum suū, & sic ratione proprij interesse non ita legaliter responderet. quæ ratio cessat in simplici procuratore, qui nullū habet propriū interesse. & ideò Bar. concludit in d. l. si actor. ff. de procur. & sequunt moderniores, ꝙ etiam hoc casu, quando quis esset procurator in rem suā, potest peti, vt principalis dn̄s personaliter cōpareat. ¶ Bald. verò in d. l. fi. C. de procu. dicit, ꝙ licet persona dn̄i melius nouerit veritatē, vel sit legalior: & procurator sit persona rixosa; si tamen secūdum Iac. de Aret. periculum pertinet ad cedentē, potest compelli cedens personaliter cōparere ad respondendū. Si verò periculū nō redundat ad cedentē: non pōt cōpelli ad rn̄dendū: quia nō staret suæ rn̄sioni in præiudicium cessionarij, secūdum Iac. de Aret. ¶ Sed ipse Bald. distinguit ꝙ aut quis est procurator in rē suam ex parte sua, arbitror, ꝙ velit dicere ex parte actoris. & tunc dn̄s non est interrogandus de eo, ꝙ sit decisiuū quæstionis: quia sicut non potest pacisci: ita non potest confiteri. facit quod not. ff. de pact. in l. si cùm emptore. ¶ Aut est procurator in rem suam ex parte rei: & tunc, quia talis procuratio nòn tenet in præiudicium actoris, potest in dictis casibus propter prædictas qualitates existentes in dn̄o, interrogari ipse dn̄s principalis; & rèsponsio sua facit præiudiciū reo, vt no. ff. de procu. in l. procurator in rem suam. dato. secundùm Cy. in d. l. si actor. & loquitur Bal. in d. l. fi. C. de procura. ¶ Et aduerte: quia de prædictis qualitatib⁹ propter quas iudex velit, ꝙ principalis personaliter cōpareat: arbitror, ꝙ debeat per prius constare, vt dixi s. fallentia iij. facit etiam quod dicam sta-

35 tim fallen. viij. ¶ † Sed quæro circa prædicta, vtrū propter rationes & causas prædictas, mulier quæ constituit procuratorē, possit cōpelli personaliter cōparere. ¶ Sol. Bal. in d. l. fi. dicit, ꝙ in muliere debemus seruare tex. c. ij. de iudic. lib. vj. vbi dicitur, ꝙ mulieres non debent nisi ex magna causa cōpelli per se ipsas cōparere, & rn̄dere: & ratio apparet ex l. maritus. C. de procu. ¶ Septimò fallit, si modo principalis esset iustior, & magis instructus, vt patet ex his, quæ dixi in præcedenti fallentia.

36 ¶ † Octauò fallit in actibus extraiudicialibus, in quib⁹ ordinarius nō prohibetur, quominus ex causa possit cogere subditos corā se personaliter venire: si fortè eget ipsorū consilio, vel personali auxilio, secūdum Hosti. allegat xxij. q. v. in c. de forma & s. de offi. deleg. in fi. vel pro subsidio personali, vt est bo. tex. iuncta glo. ij. & his, quæ ibi dixi in c. fi. j. eo. tit. vel etiam si vult, ꝙ citatus promoueatur ad ordines, vt in c. fi. s. de æta. & quali. Nā constat istis, ꝙ semper in dubio parendū est superiori. xxiij. q. j. c. qui culpatur. & pro hoc alleg. Ioan. mo. quia Episcopus vocat Abbates, præsbyteros, & clericos personaliter ad synodū. xiiij. distin. c. fi. Item clerū, & populū cōgregat ad sermonē, vt in c. vbi periculum. §. quia vero. de elect. lib. vj. ¶ Et ad curiam mittit clericū. xvj. q. j. nos autem. & in aut. de sanctis. epis. §. reuerendissimi. colum. ix. secundùm Io. An. in d. c. j. de iud. li. vj. ¶ Sed dicit ibi d. Domi. ꝙ ista distinctio, per quam fit differentia inter actus iudiciales & extraiudiciales, non videtur necessaria: quia si consideretur omnes actus suprà enumerati: loquūtur, quando causa est talis, propter quam fit citatio, quæ de necessitate exigit præsentiam personalem. sed hoc idem dicit tex. in d. c. j. de actu iudiciali, quando necessitas exigeret personalem comparitionem, vt dixi fallentia vj. & solùm videtur notari posse differentia: quia plures actus possunt cōcurrere in extraiudicialibus, vt patet ex prædictis. ¶ Et est aduertendū circa prædictas fallentias, quia si sumus in casibus, in quibus ex natura causæ quis necessitatur personaliter cōparere, vt quia sit causa criminalis à relegatione suprà, vel similis causa, vt in iij. iiij. & v. fallentijs. satis est ꝙ iudex personaliter citet, expressa illa causa, quæ de sui natura exigit personalem exhibitionem: sed si sumus in casibus, in quibus nō ex natura causæ, sed ex voluntate, iudex pōt velle, ꝙ personaliter cōpareat: debet ipse iudex illam causam exprimere in ipsa citatione. hoc singulariter voluit Alberi. de Rosa. in d. l. fi. C. de procu. allegat etiam not. in l. si actor malit. ff. de procur. & idem tenet Alberi. in suo repertorio iuris ciuilis. & mihi placet.

37 ¶ † Sed quæro circa prædicta de notabili quæstione. pone, ꝙ aliquis obtinuit, ꝙ aduersarius personaliter citaretur: an ipse, qui citari fecit personaliter ad hoc, vt ille teneatur personaliter cōparere, ipse etiam teneatur personaliter comparere: aliàs ille nō comparens non dicatur contumax? ¶ Solutio. Domini de Rota fuerunt varij: quidam dicebant, quòd actor non propterea tenetur personaliter comparere, ex quo natura causæ hoc non exigit: & cùm aliàs per iudicem superiorem ad hoc non sit expressè citatus, nec specialis expressio facta sibi contra aduersarium debet sibi nocere, vt l. quod fauore. C. de legi. Sed multi alij dicebant contrarium, vt sit æqualitas in iudicio, vt l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & C. de rescin. vend. l. ratas. & ex æquitate tituli, quòd quisq; iuris in alium statuerit, &c.

¶ Nam potest etiā interesse aduersario, ꝙ ipse personaliter cōpareat: quia super defensionibus suis ipse melius sciet veritatē, quàm procurator, & sic resident decisione quingentesima quadragesimatertia in antiquis.

¶ Ego verò ita arbitror distinguendum, ꝙ aut iste, qui procurauit personalem citationem, illam procurauit ex aliqua causa à iure permissa: & hoc casu, non teneatur ipse personaliter comparere, nisi ex alia simili causa aduersarius hoc postularet.

¶ Aut iste procurauit citationem personalem in casibus à iure aliàs non permissis: & hoc casu, ex quo impetrauit nouū ius, dico ꝙ ad postulationem ipsius aduersarij, teneretur vti eodem iure, secundū ea, quæ traduntur in c. cùm omnes. s. de constitu. sed tamē si hoc ab aduersario non peteretur, satis esset huic impetratori comparere per procuratorē: si qualitas causæ hoc pateretur. ¶ Vnde ista vltima conclusio mea est declaranda, & qualificanda secūdùm illum titulum, quod quisq; iuris &c. Et secundùm ea, quę traduntur in d. c. cùm omnes. cogitabis: quia

38 nunc venit in mentem. ¶ † Vtrum autem citatus personaliter debeat stare in iudicio, donec iudicium terminetur. Hostien. concludit, ꝙ non, per tex. in c. cùm esset. j. de simo. & sequitur d. Domi. in d. c. j. quod ego arbitror verùm: nisi qualitas causæ aliud exigeret. ¶ Et vide quod dixi j. articulo xxxj. versi. quintus effectus. q. v. in fi. ¶ Item aduerte circa prædicta: quia licet simus in casibus, in quibus iudex personaliter citaret, de quibus. s. in prædictis fallen. & citatus teneatur cōparere: si tamen citat simpliciter, & non vt personaliter compareat: non tenetur comparere personaliter, vt not. in l. fin. C. de procurato. iudex ergo, qui vult arctare citatum ad personaliter comparendum, debet hoc exprimere, secundùm Ioā. de fantu. & do. Domi. in c. j. de iudi. lib. vj. quod tamen limitat, vt dicam in sequen. versi. ¶ Itē licet citatio emanet sub ista forma, videlicet, ꝙ citat⁹ se cōspectui citantis præsentet: tamen talis pōt comparere per procuratorem

curatorem:etiam ſi talis citatio emanauerit à ſede apoſtolica, vt in c.pe.ſ̃.de iura.cal.& ibi not.Do.me.quia ex tali citatione nō videtur Papa velle tollere poteſtatē conſtituendi procuratorē. quod tamē ego arbitror procedere, & limitandum eſſe:niſi ex qualitate cauſæ neceſſaria ſit perſonalis cōparitio.puta,quia cauſa ſit criminalis à relegatione ſupra,vt traditur in l.pe.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.& latè dixi in c.veniens.de accuſatio.quia tunc etiam ſi ſimpliciter eſſet facta citatio, intelligeretur vt legitimè cōpareat:& ſic ſecūdùm ſubiectam materiā. facit quod dixi in quinto articulo.q.xix.& quod dicam j̈.q.xix.& xxxj. prin.articulo.facit c.ſi Papa.de priui.& c.Raynutius.in verbo, legauit.j.de teſta.& c.ſi pater.de teſta.lib.vj. & c.capitulum ſanctæ Crucis.in verbo,relaxetis.ſ̃. de reſcriptis. in quibus traditur, ꝙ ratione ſubiectæ materiæ verba improprian tur.& vnū & idem verbum accipitur propriè & impropriè, prout diuerſa reſpicit,vt in d.verbo,relaxetis & no.in l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil.& idē arbitror dicendum, ſi eſſet talis cauſa, in qua quis poſſet per ſe & procuratorem cōparere:ſed tamen ex aliquibus circunſtantijs,quis videtur potius citatus vt perſonaliter compareret:licet formaliter non expreſſerit,ꝙ perſonaliter compareret.verbi gratia, ſi mandaretur ſub iſta forma: quia cōfidimus de bonitate,iuſtitia,legalitate,& conſcientia tua, ideò te noſtro conſpectui præſentabis &c.arg.c.fi.ſ̃.de offi.deleg.& idem dicendum de ſimilibus.

¶Poſtremò no.circa prædicta,ꝙ eo caſu,quo quis legitimè citatur vt perſonaliter compareat:ſi fortè ſit impeditus,non ſufficit mittere procuratorem ad cauſam : ſed debet deſtinare nuncium ad allegandas cauſas,quare non poſſet perſonaliter venire,vt no.Doc.in c.fi.ſ̃.de ma.& obe.& tenet.d.Domi.in d.c.j. de iudi.lib.vj.& vide quod dicam j̈.in xxxj.princ.ar. Et ex his habes notanter expeditam iſtam intricatam quæſtionem.

39 ¶†Sextodecimò principaliter quæro , qualiter , & quando, & quibus caſibus poſsit fieri citatio ad totam cauſam. Quæ quæſtio eſt aliqualiter intricata. vnde pro clariori ipſius doctrina, proſequar infraſcriptas quæſtiones.

¶Prima,vtrum prædicta citatio teneat.

¶Secunda,in quibus caſibus fieri poſsit.

¶Tertia,qualiter fieri debeat:& de ipſius forma.

¶Quarta,de ipſius effectibus.

¶Circa primam quæſtionem,an poſsit fieri citatio ad totā cauſam,dic ꝙ ſic.hoc tenuerunt Inno.Ioan.& Moderniores in c. auditis.de procu.& Inno.& Io.And.& Doc.in c.conſuluit.ſ̃. de offic.deleg.& Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de cita.§.viſo. ver.item licet in die.& in c.fi.de dolo & cōtu.lib. vj.& ibi etiā per d. Domi.tenet Inn.do.Anto.& Do.me.in c.fi.j̈.eo. Archidia.in c.ij.de confeſ.lib.vj.Do.me.in c.dilecti.j.de do.& cōtu.

¶Traditur etiam per gl.in l.& poſt edictum.ff.de iudi. & per glo.in l.conſentaneū.& authen.qui ſemel.C.quomodo & quādo iudex.& per Iac.de Are.& Bar.in l.ſtatuliberi.§.ſtichus.ff. de ſtatu libe.& per Bar.in extrauagan.ad reprimendum.ſuper verbo,per edictum.¶Et in l.qui ante Calendas,& ibi per Bar. Ang.Io.de Imo.& Ponta.ff.de verbo.obliga.& per Bal. in l.ſi accuſatoribus.C.qui accuſare non poſſ.& eod.titu.in l.qui crimen.vbi eſt bonus tex.& per Ioan.de Imol.in l.de vnoquoq;. §.qui apud.ff.de re iudica.dixi in Clemen.j. de foro compe.in glo.ſuper verbo,præſumatur.& probatur etiam ex iuribus, & authoritatibus inferius allegandis.

40 ¶†Circa ſecundam quæſtionē,quando & quibus caſibus poſſit fieri citatio ad totam cauſam. quidam voluerūt ſimpliciter, ꝙ fieri poſsit:non diſtinguentes, an fieret de loco longinquo vel propinquo.hoc volunt Inno.& Io.Andr.in d.c.auditis.& in d.c.conſuluit.& in d.c.fi.de dolo & contuma. lib.vj. & Bal. in d.l.ſi accuſatoribus.

¶Sed tamen Ioan.Andr.in addi.Specu.in d.§.viſo.verſic.item licet in die.dicit,ꝙ ſimpliciter intelligere,ꝙ qs poſsit citari ad totā cauſam, nimis ſonat in abſurdū. ſumma enim eſſet iniquitas,ſi iudices ſic citando ad totam cauſam,poſſent ex vna contumacia partibus tantùm inferre diſpendium, vt principale ſimul cum appellationis remedio illis periret:quoniā ſecundùm hoc,contumacia in nō veniendo,quæ faceret valere ſententiā, pariter illis tolleret beneficiū appellandi.& ideo dicit Io.And. ꝙ prædicta citatio procedit,quando fieret ex loco remoto,ſeu longinquo à iudicio:vt ſic poſsit tunc ratione longæ diſtantiæ fieri talis citatio ab homine ad totam cauſam:ſicut etiam quandoq; fit à iure,vt in c.j.& in c.cupientes.de elect.lib. vj. facit c. quāuis.de offi.ordi.lib.vj.hoc enim caſu, quia difficillimum eſſet pro ſingulis actibus ad illas partes,ſeu locum valde diſtantē mittere pro citatiōe:ideò permittitur dicta citatio:ſecus ſi cauſa agitaretur in loco domicilij partiū:ita ꝙ partes de facili poſſent citari ad ſingulos actus.

¶Abſurdiſsimum eñ eſſet,quòd citatus ad videndum iurare teſtes,vel ad Inqueſtarum aperturam,vel ad aliud ſimile, licet ſit cōtumax,nō ſit iterū citandus ad reliquos actus,ſecundū Io. An.ad quod vide quod latius dixi.j̈.ar.xxvij.ver.ſecundus effectus.¶Et iſta opinio eſt communis.quòd talis citatio dūtaxat permittatr̃,quādo quis eſſet citatus de loco lōginquo.quā voluit Bar.in.d.extrauagāti ad reprimendum.in glo.in verbo per edictum.& in.l.qui ante calendas.& ibi Ioan.de Imo.ff.de verbo.obliga.&.d.Domi.in.c.fi.de do.& contuma.lib. vj. do. Anto.& D.m.in.c.fi.j̈.eo.& do.Anto.in.c.veniēs.j̈.de accuſa. Io.de Imo.in.c.conſuluit.de offi.deleg.& in.d.l.de vno quoq;. §.j.& Ponta.in.d.l.qui ante calendas.& pōt figurari exemplū ſi talis citatio emanat à curia ad partes longinquas, vel à legato, quo ad omnes ꝓuincias ſibi cōmiſſas,vel Archiepiſcopo,quo ad cauſas ſibi delegatas de prouincia extra ſuam diœceſim.Et idem ergo arbitrarer etiam in eadem diœceſi: vel reſpectu iudicis ſecularis,etiam reſpectu eiuſdē territorij:ſi daretur, quòd locus eſſet valde lōginquus.& ita practicatur hic Senis:quia in his caſibus loquuntur tex.permittentes talē citationē ad totā cauſam,vt.d.c.auditis.& in c.cùm ex literis.ſ̃.de reſtitu.in integrum.& in.c.cùm olim.& cap.cùm dilecti.j̈.de dolo & cōtu. & in.c.fina.j̈.eo.vbi tex.vult,quòd propter nimiam diſtantiā loci,permiſſum ſit vnicam fieri citationem:vbi aliàs nō eſt permiſſa.& not.gl.in.c.ij.de teſti.cog.facit.l. nonnunquam. ff.de iudi.ſecus ſi locus eſſet propinquus:quia tunc non permitteretur huiuſmodi citatio.

¶Et de longinquitate & propinquitate loci,ex quo nō habemus quid certū,ſtabitur iudicis arbitrio: qui ex varijs circunſtantijs debebit motum animi ſui reformare:ſicut in ſimili dicemus in materia dilationum.j.in materia dilatio.

¶Ex loco igitur propinquo,ſeu in loco iudicij, nō poteſt nec debet quis citari ad totam cauſam:& ſi citaretur,velut grauatꝰ poſſet appellare:ſicut poteſt appellare quādo nimis breuis dilatio aſsignatur,vel peremptorium nimis maturatur.i.acceleratur,vt in.c.j.& in.c.fi.j̈.e.dixi in Cle.j.de foro cōpe.in gl.ſuper verbo,præſumatur.tenet.D.m.in.d.c.fin.& probatur, quia ex tanta generalitate videtur grauari citatus,ſcilicet quòd ſingulis diebus & horis habeat in iudicio intereſſe,timēs fortè ne cōtra eū amplius nō monitū,aliquis actus præiudicialis fiat:& ſic citatio talis traheretur ad iniquum iuris cōpendium. cōtra.l. fi. C.de vſuca.pro emptore.facit,quia iſta citatio vnica & generalis continere videtur,ſi bene conſideretur, ſolū vnū terminū ad plures actus,etiā diuerſos:quia fit ad tot actus,quot in iudicio fieri debent.ſed clarū eſt quòd vnius termini ſtatuitio ad plura diuerſa ſucceſsiua,reputatr̃ iniqua.vt no.gl.in verbo,poſtdationem.in Cle.ſæpe.de verbo.ſignifi.igitur &c.ſecundū Pōta.in.d.l.qui ante calendas.Sed iſta fuit ratio Frede.cōſi.clxvj. quā etiā referunt & ſequūtur do.Ant.& D.me.in.c.fi.j̈.e.licet Ponta.eos nō alleget.Itē facit,quia negari nō pōt quin in caſu iſto pendente prima dilatione cenſeātur aliæ plures ſtatutæ dilatiōes ad alios plures actus ſe non compatientes adinuicē : & cū primo actu contraditionū fiendæ.hoc aūt fieri nō poteſt.argumen.l.ſiue pars.C.de dilatio.& in.c.ſignificante.j̈.de appella.tradit Bar.in.l.ij.ff.de re iudica , & hāc rationem etiam allegat Lud.Ponta.in.d.l.qui ante calēdàs.ſed iſta fuit ratio Do. me.in.d.c.fin.j̈.eodē.¶Sed tu aduerte:quia prædictæ rationes videntur cōcludere:quòd etiam dicta citatio nō poſsit fieri de longinquo:ſed arbitror poſſe reſpōderi, quòd ſicut ex cauſa poteſt iudex dilationes abbreuiare,etiam omittere peremptorium in caſibus,in quibus aliàs de iure requiritr̃, vt ſanctius dicam.j̈.in.xxvij.princ.articulo.& dicam etiam in materia dilationū.j̈.de dilat.c.ij.ar.xj.q.iij.& ar.xxij.verſi.Ita etiā in terminis noſtris,quādo citandus eſt de longinquo,permittitur citatio ad totā cām,ꝓpter tātā difficultatē itineris & lōgitudinis.

¶Sed ſine cauſa prædicta non debet permitti dicta citatio & conglutinatio,propter rationes ſuperius allegatas.

41 ¶†Circa tertiā quæſtionem,quæ ſit forma prędictę citationis aduerte:quia duplicem reperio formam.vna fuit Fred.in.d.cōſilio.clxvj.videlicet,quòd quis citetur vt veniat ad reſpondendū libello:& ad omnes & ſingulos actus ſucceſsiuè,vſq; ad diffinitiuā ſñiam.¶Alia forma fuit zabarel. videlicet, vt citatus cōpareat craſtina die,& demū ſingulis diebꝰ iuridicis.hora iuridica cauſarū,vſq; ad ſentētiā incluſiuè.¶Sed tu aduerte:quia tex.in.c.fin.j̈.de dolo & contuma.dando formā in hac citatiōe dicit, quòd quis citari pōt perēptoriè ad certū terminū, ſuper re in iudiciū deducta:vt citatus,per ſe vel ꝑ procuratorē idoneum,ſufficiēter īſtructū,ad litis cōteſtationē,& ad alia oīa peragenda que neceſſaria deciſioni negotij videbuntur:ſe iudicis conſpectui repræſentet.¶Quæ nam autē forma ſit melior,apparebit ex dicendis in ſequenti quæſtione.

42 ¶ †Circa quartam & vltimam quæstionem, de effectibus prędictæ citationis, prosequar duo membra principalia.

¶ Primum, quando citatus semel comparuit.

¶ Secundum, quando fuit contumax, & nunquam cōparuit.

¶ Circa primum Io. And. & alij volentes simpliciter talem citationē valere, quando fit de longinquo: videntur simpliciter sentire, ꝙ sine alia citatiōe possit procedi ad singulos actus. sed
43 ista opinio nō videtur vera. secūdum Do. me. ¶ †Finge enim, ꝙ citatus ad totā causam ex loco lōginquo comparuit in curia, seu corā citante: & respondit libello: & datus est terminus vt intra duos menses actor produceret testes: & sic est in facultate actorum qñcunq; producere intra terminū. Debet ne reus arctari ad cōparendū singulis diebus & horis? certè hoc nō videt̄ conueniens: quia fortè actor nō cōparebit nisi ter intra totum terminum. Cùm ergo singuli actus nō habeat specificū terminū, debet reus citari qñ actor vult facere productionē: cùm reus non teneatur diuinare, vt dicit Barto. in d. l. qui antè calendas. ff. de verbo. obli. ¶ Sed tu aduerte, quia licet Io. And. in c. auditis. de procu. & in c. cōsuluit. de offi. deleg. & in similibus locis videatur hoc sensisse: tamen in additio. Spec. in ti. de cita. §. viso. ver. Item licet in die. concludit, ꝙ si taliter citatus cōparuit per se vel per procuratorē, debet postea citari ad singulos actus: etiam si in vno fuerit contumax. ¶ Ad quod vide quod latius dixi j. articu. xxvij. q. xj. versic. secundus effectus. Sed posset dici, ꝙ hoc dictū Io. And. procedit, qñ ipse principalis, qui comparuit per se vel procuratorem, esset in loco iudicij. ¶ Frederi. verò in d. consi. clxvj. dicit, ꝙ si reus comparuit, & processit ad aliquos actus, satisfactum est illi generali citationi: quia verum est dicere citatū ad causam comparuisse: nec pōt de ipso dici, ꝙ protestari videat̄ se nolle cōparere in illa causa: cùm cōparuerit, pro quo d. c. fi. à cōtrario sensu de do. & cōtuma. lib. vj. Debet ergo postea citari ad alios actus: aliàs sequeret̄ absurdū, ꝙ omni die de mane & de sero teneret̄ quis per se & per procuratorē suum cōparere, & intelligere, quid pars, & quid iudex velit dicere. & sic posset iudex tenere eū impeditū & in pendēti per multa tēpora: saltē in foro ecclesiastico: vbi nō finitur instātia. & posset captare tēpus, qñ reus esset absens: & tūc ferre sñiam. vnde ille, tanquā cōtumax, nō posset appellare, per Cle. j. & quod ibi no. de do. & cōtu. quod esset minus absurdū. ¶ Sed dicit Do. me. in c. fi. j. eo. ꝙ prædicta opinio nō videt̄ vera: inquantū vult, ꝙ si reus cōpareat, extinguatur citatio in totū: vt post aliquos actus possit impune recedere: nec teneatur venire sine noua citatione: quia secūdum istā opi. ista citatio generalis nō seruiret, nisi cōtra non cōparentē: & tamē talis citatio fit, vt citius expediat̄ causa cū præsente. & vt euitetur pluralitas citationis de longinquo. ¶ Itē, quia hęc opinio videt̄ apertè cōtra tex. in c. fi. viij. q. iiij. & xj. q. iij. in c. certū. vbi dicit̄, ꝙ citat⁹ ad synodū, seu curiā, nō debet recedere ante finitā causam: aliàs debet puniri. & ad idem c. j. de iudi. & c. fi. j. de do. & cōtu. ¶ Zabarel. verò dicit, ꝙ si citatio fuit facta secundū suam formā, de qua supra, videlilicet, vt citatus cōpareat tali die: & demū singulis diebus iuridicis, hora iuridica causarū &c. ꝙ tunc, cùm remaneat citatio, cū suo termino ad alios actus, per vnicā cōparitionem, nō videtur satisfactū reliquis actibus habētibus terminū. ¶ Sed dicit Do. me. ꝙ etiā dicta citatio nō videtur actare citatū post cōparitionem sine noua citatione: quia cùm impossibile sit, vt in eadem causa procedatur singulis diebus hora iuridica: non debet iste arctari ad cōparendū, ex quo nō proceditur in causa. ¶ Finge enim, ꝙ dilatio. viij. dierum sit data ad testes producēdos intra quem terminū actor hodie producit vnum, & hinc ad iij. dies aliū, & sic de singulis. Certè absurdū est reū actari ad comparēdum singulis diebus iuridicis. & sic longe fortius, si terminus daret̄ longior: & sic etiā quando daretur terminus ad positiones, seu interrogatoria facienda. & sic de similib⁹. ¶ Vnde Do. me. in hoc membro, quādo citatus semel cōparuit, dicit ꝙ talis citatio arctat, vt reus cōpareat, et nō recedat de loco iudicij: nisi saltē dimittat procuratorē: cùm de facili citationes de longinquo nō possunt geminari & reiterari. & sic loquatur ca. fi. viij. q. iiij. d. c. certum. xj. q. iij. & c. j. s. de iudi. & c. fi. j. de do. & contuma. sed nō tenetur postea cōparere ad singulos actus sine noua citatione. & sic dicit loqui Bart. in d. l. qui ante Calendas. licet non loquatur in his, sed in similibus terminis. ¶ Sed tu vide Bar. in extrauaganti ad reprimendū in glo. super verbo, per edictum. vbi distinguit, ꝙ aut citatio fuit facta simpliciter vt cōpareat super tali negotio responsurus: & tunc veniendo satisfacit primo termino, & ideò si postea recedit, iteratò citandus est sicut fuit in prima citatione. vt in aut. ei qui. C. de bo. autho. iudic. pos. Aut citatio fuit facta magis extensè dicendo, ꝙ veniat respōsurus super tali negotio. & ad procedendū in dicta causa, vt iuris fuerit: & tunc oportet, ꝙ stet in conspectu iudicis. & satis est, ꝙ citatio postea fiat per præconem missum per ciuitatē. & si nō comparet, procedetur in causa: quia si est in ciuitate, talis citatio sufficit, per l. si eo tēpore. ff. de distra. pig. sed si recessit, & sic est cōtumax virtute primæ citationis: quia ex quo erat taliter citatus, debebat ibi morari. & sequit̄ do. Domi. in c. fi. de do. & cōtu. li. vj. ꝓ quo allegat tex. in c. si post quàm.
44 iuncto. c. cupiētes. de elec. lib. vj. ¶ †Ego verò cōsidero, ꝙ talis citatio ad totā causam permittitur speciali ratione propter longā distantiā à loco iudicij, per ea, quæ dixi s. in ij. q. ipsius materiæ. ¶ Et ideò distinguo tres casus. ¶ Primus est, quando cōparens per se vel per legitimū procuratorem est in loco iudicij: & hoc scitur, ita ꝙ de facili potest de nouo citari: & hoc casu, debet ad singulos actus de nouo citari. Et sic illa citatio ad totam causam per hanc comparitionē & existentiam in loco dicitur euanescere: & sic procedat opinio Io. Andr. in additio. Spec. & Frederi. consi. clxvj. quia cùm cessat ratio quare permitteretur talis citatio ad totam causam: ergo cessare debet effectus, vt in c. cùm cessante. de appel. ¶ Et ad prædicta facit c. fin. viij. q. iiij. cum alijs iuribus s. statim allegatis. & ita sentit Do. me. & etiā Ponta. licet non ita clarè loquantur. & si est certum ꝙ vbi sit, qui cōparuit: debet citari ad personam: si verò ignoratur vbi, sed tamen scitur ꝙ est in loco: tunc fiat citatio per præconem: & eo modo quo dicā j. in tertio casu. ¶ Secundus casus est, quādo certum est ꝙ citatus post primam comparitionem recessit ad partes, nullo dimisso procuratore: & hoc casu, arbitror dicēdum secundùm quod dicam j. in secundo membro principali de eo, qui nunquam comparuit: quia non finito ad hoc iudicio, non debuit illicentiatus recedere: non dimisso saltē procuratore. facit dictum c. fi. viij. q. iiij. & c. certum. xj. q. iij. & sentit Inn. in c. auditis. s. de procu. quāuis non alleget iura prædicta. ¶ Et ratio sit vt arbitror, quia d. citatio videtur afficere eum vt compareat, & persistat in loco vsq; ad finē litis ita vt non causetur nouum incōmodum citationis ad partes longinquas per ipsius recessum. & quia, vt dicit Ponta. recedendo videtur quodammodo protestatus se nolle amplius comparere. facit tex. in c. ij. de dolo & contuma. lib. vj. & in Cle. j. de dolo & contu. & pro hoc allego tex. in c. auditis. vbi secundū intellectum Innoc. ille Episcopus fuit citatus ad totam causam iuxta stylum curiæ, vt s. dixi. & ideo tenebatur comparere per se vel suum procuratorem, etiam super negotio principali, & ideò cùm hoc non fecerit: quia comparuit per procuratorē: sed postea reuocauit mandatum. & ideò proceditur ad sententiam super cessatione: quia reuocando procuratorem, & alium non subrogando, videtur quodāmodo recessisse illicētiatus: & ideò censetur cōtumax. & sequitur ibi do. Ant. & cōmuniter Doct. sed ille tex. habet varios intellectus. ¶ Tertius casus est, quando dubitatur an recesserit de loco, vel non decesserit: & hoc casu arbitror, ꝙ iudex ꝑ nouam citationē factam per præconē, vt voluit Bartol. vel per edictum, seu literas, maximè ad locum hospitij vbi fuit, si illud scitur: & in loco iudicij, & ad consanguineos, & amicos, si ibi illos haberet, vt cōpareat ad talem actum: & si comparebit, satis est: sed si non reperitur neq; cōparet, præsumetur discessisse. sicut in simili dicūt Bar. & Docto. de exploratione, quam facit iudex ad probandam negatiuam in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. & quod dixi post Inno. in c. j. j. de peculio cleri. cum si. vnde tunc perinde iudicandum arbitror. vt dixi in præcedenti casu. ¶ Et vide quæ dixi in c. ex tuæ. j. de cleri. nō resi. in vij. principali articulo, in secundo membro. q. iij. & quæ dixi in c. quoniam. in prin. s. vt lite non contest. in iiij. principali articulo, fallentia tertia, versi. Est tamen aduertendum. & s. articu
45 lo v. q. xv. in fin. ¶ †Et ideò ex prædictis colligitur cautela. & hęc est cōmunis practica: maximè in hac ciuitate, vt citatus de longinquo ad totā causam, & cōparens, cogatur eligere certum locum in quo postea citetur ad alios actus. & ita dicunt Bald. Ang. Ioan. de Imo. & Ponta. in l. qui ante Calendas. ff. de verb. obli. & Do. me. in c. fi. j. eo. sicut enim permittitur dicta citatio generalis ratione distātiæ: ita & ista compulsio, vt euitētur dicta incōmoda. facit l. si longius. ff. de iudi. & c. fi. j. de sepul. & c. tum ex literis. cùm glos. sua. s. de resti. in integ. & fuit de mente Bar. in d. extrauag. ad reprimendū. in glo. per edictum. dixi in Cle. j. de foro compe. super glo. in verbo, præsumatur. ¶ Et adde quod dicam arti. xxv. q. iij.

46 ¶ †Circa secundum membrū principale, qñ taliter citatus nunquam comparuit. dic, ꝙ pōt procedi ad vlteriora iuxta formā mandati: & etiam ad sententiam diffinitiuam: si hoc cōprehensum fuit in citatione: & qualitas causæ hoc patiatur. hoc tenent do. Ant. & Do. me. & Doct. in d. c. fi. j. e. & Io. And. in tit. de cita. §. viso in ver. Itē licet in die. & Frede. consi. clxxj. ¶ Ideò aūt dixi, si qualitas causæ hoc patiat̄: quia si esset talis causa, in qua nō posset procedi lite nō contestata, tunc nō posset procedi ad sententiam

ſententiam diffinitiuam, ſecũdùm ea, quæ dixi in c.quoniam.in prin.ſ.vt lit.non conteſt.in iiij.prin.articulo.& ideò tunc procederetur contra talẽ per alia remedia producta contra contumacem, cõtra quem nõ poteſt procedi ad diffinitiuam.de quibus dicam in titu.de dolo & contu.ſed in caſibus, in quibus lis eſſet conteſtata, vel poſſet procedi ad diffinitiuam nulla facta lit.conteſt.de quibus latè dixi in d.c.quoniã.in iiij.princip.articulo.per lxxxij.fallentias.hoc caſu, poſſet procedi ad ſententiã ſine alia noua citatione ad perſonã, vel ad domũ fienda, vt not. Inno.in d.c.cõſuluit.de offi.deleg.& probatur in c.fi.de dol.& contu.lib.vj.& in l.qui crimen.C.qui accu.non poſ.

¶ Aduerte tamẽ: quia licet eſſet facta citatio generalis, ſi tñ nõ adijceretur, ꝙ ſingulis diebus & horis interſit in iudicio ad oẽs actus expediẽdos vſq; ad ſentẽtiã incluſiuè: debebit citari nihilominus in actu occurrẽte per præconẽ in locis publicis ille, q ſic taliter fuit citatus per citationẽ generalẽ: quia non eſt intelligẽdũ, ꝙ iudex ſenſerit, ꝙ ſemper debet ſtare in iudicio: niſi hoc dicat.ſed quod debet ſtare in loco ſeu ciuitate vbi iudiciũ agitatur, vt etiã dicit Bar.in d.glo.ſup verbo, p edictũ.tenẽt Ioan.de Imo.& Ponta.in d.l.qui ante Calẽdas.dixi in Cle.j.de fo.cõpe. & ex hoc habuit originẽ ſtylus & practica palatij apoſtolici, vt dicunt domini de Rota.deciſi.dcxxxv.vbi concludunt ſeruandum eſſe, vt ſemper poſt prædictam citationẽ generalẽ ſi citatus non comparet, fiat noua citatio ad quoſlibet actus in audiẽtia publica contradictarũ: & ad prædicta vide, qđ dicunt prędicti dñi de Rota.deciſi.cclxxxj.in nouis.vbi dicunt, ꝙ ſi aliquis fuit perſonaliter citatus vt cõpareat corã auditore cũ actis &c. reſpõſurus de iure, & auditurus &c.facturus & recepturus, qđ dictauerit ordo iuris: & ſic eſt generalis citatio.hoc caſu, dicunt ipſi, ꝙ poteſt procedi per audientiã cõtra cõtumacẽ ad omnes actus: ſed ꝙ ſeruandi ſunt termini. ¶ Subdunt tamẽ, ꝙ ſi aliquis ipſorũ terminorũ eſſet omiſſus, ꝙ propter hoc nõ vitiaret̃ proceſſus: licet hic tantũ inualuerit ſtilus obſeruationis terminorũ p audientiã: ꝙ etiã appoſita dicta clauſula, ꝙ compareat ad oẽs & ſingulos actus &c.tamẽ omiſſo in citatione aliquo termino, totus corruat proceſſus: ſecundùm Pet.de ſarceneto.& in hoc multi alij ex auditoribus cõcordauerũt. Aliqui tamen contradixerunt, vt traditur in d.deciſione.ſed hoc dimitto curialibus.

46 ¶ † Poſtremò aduerte, ꝙ citatio ad comparendũ de longinquo facta expreſſa cauſa, in qua debet comparere: videtur præfixa, non ſolùm vt citatus nudè compareat: ſed vt deliberet cum his qui de negotio ſunt informati: & quos negotium tangit.hoc probat tex.& ibi no.Do.me.in c.fi.j.eo. ¶ Et poteſt eſſe ratio ſecundũ Do.me.quia cùm locus iudicij ſit valde diſtans, nõ nudus, ſed inſtructus debet ſe præſentare: & ſi ſuperuenit impedimentum tollens facultatem deliberandi cum alijs, licet non tollat facultatem comparendi, circũducitur edictum: & debet dari noua dilatio.ſecundũ Do.m. ¶ Et ad prædicta vide, quæ dixi in c.j.j.de dila.articu.v. ¶ Et ex his eſt notabiliter expedita hæc materia.

47 ¶ † Decimoſeptimò quæro principaliter, qualiter fiat citatio, vt quis veniat defenſurus tenutam bonorum.

¶ Solu.dic vt dicam j.in tit.de eo, qui mit.in poſſ.cauſa rei ſeruan.in materia primi decreti.

48 ¶ † Decimooctauò principaliter quæro, qualiter fieri debeat citatio ad ſententiam audiendã. ¶ Solu.dic, ꝙ debet fieri peremptoriè: niſi in cauſis ſummarijs, in quibus ſufficit citatio abſque peremptorio: debet tamẽ ſpecificè fieri ad ſententiã audiendã: vt in Clemen.ſæpe.de verbo.ſig.in glo.ſuper verbo, ad id.propter quod ego dixi pluries in quæſtionibus facti, ꝙ non ſufficeret dicere ad audiendam voluntatem iudicis.ſed de hac materia dic, vt latius dicam in titu.de re iudi.

49 ¶ † Decimononò principaliter quæro, qualiter citandus ſit pupillus vel minor. ¶ Solu.Barr.in l.j.§.ſufficit.ff.de adminiſt.tuto.dicit, ꝙ in pupillo debet fieri citatio alternatiuè: ꝙ cõpareat per ſe vel per legitimam perſonam: putat etiam ꝙ ſi ſolus pupillus citetur, ꝙ valeat citatio: ſicut enim quando citatur maior intelligitur quòd cõpareat per ſe vel per procuratorem: vt l.fi. C.de procur.& latè dixi.ſ.eod.articu.q.xv.in princi.Ita & in pupillo intelligitur, ꝙ compareat per ſe vel per legitimã perſonam: & ꝙ talis citatio valeat, apparet, quia ſi nemo comparet ad defendendũ pupillum, fit miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto: licet non ex ſecundo: vt l.apud Iulianum.§.j.ff.quib.ex cau.in poſſ.ea.de quo dicam j.in titu.de eo, qui mit.in poſſeſ.in materia primi decreti.& probatur in l.iij.§.ſi pupillus.ff.de tutel.ibi dum text.dicit ſiue agat, ſiue conueniatur.& ibi etiã hoc not.Bar.vbi dicit, quòd aut extraneus agit contra pupillum, & poteſt citari pupillus: & intelligitur, ꝙ veniat cum tutore: ſed quando tutor litigat cum pupillo, & pupillus cum eo, ſecundũ quod traditur in d.l.iij.in prin.tutius eſt citari pupillum vt ueniat ad petendum curatorem: cùm tutor intendat cum eo liti-
50 gare.& ita not.Cy.in l.j.C.qui da.tut.poſ. ¶ † Poteſt etiam citari tutor pro cauſa pupilli, ſi taliter ſit commiſsio: vt d.l.j.§.ſufficit.ff.de admini.tuto.not.Barto.in extrauagan.ad reprimendũ in verbo, citata.& vide quæ dicam in ſequẽ.quæſtione. ¶ Et ad prædicta etiam vide, quæ dixi.ſ.in v.princi.articu.q.xix.& de formatione libelli cùm agitur contra pupillũ.in c.j.ſ.de lib.obla.in ix.princip.articu.in ij.membro principa.q.vj.& etiam vide quod dixi in rubri.de lit.conteſt.articu.ij.

51 ¶ † In adulto verò ſecundũ Bar.in d.§.ſufficit.non eſt dubiũ, ꝙ electio eſt actoris: vnde põt formare citationẽ, vt cõpareat per ſe vel per procuratorẽ.Item.põt citari ſimpliciter: & ſubintelligitur, ꝙ legitimè debeat cõparere. ¶ Et idẽ etiã tenet Bal.in l.j. C.qui pet.tut.& vide quod dixi ſ.in v.princ.articu.q.xx.& de libel.obla.c.j.arti.viij.in ſecundo mẽbro princip.q.vij.& quod dixi in rubrica, de lit.conteſt.articu.ij.

52 ¶ † Vigeſimò quæro principaliter, qualiter ſit citanda vniuerſitas, capitulum, ſeu collegium. ¶ Solu.glo.in l.nõ poteſt videri. ff.de reg.iur.dicit, ꝙ debet citari, in capitulo vel arenga.

¶ Glo.verò in verbo, factam in c.ſi capitulo.de conceſ.præbẽ. lib.vj.dicit, ꝙ nuncius requiret illum, qui habet conuocare capitulum ſeu collegium, vt conuocet per campanã: vel iuxta morem ſolitũ: quòd ſi ſe includeret, ne fieret congregatio à præpoſito, vel præſentato: perinde eſt ac ſi facta eſſet ad inſtar eius, q latitat vel impedit quominus citari poſsit.ſ.vt lit.non conteſt. c.quoniam.§.porro.& ſequitur Barto.in extrauag.ad reprimẽdum.in glo.ſuper verbo, citata.Si verò aliqui veniunt, non ſufficit præſentare Decano, ſeu rectori, vel ei, qui maior eſt in capitulo: & illis, qui cum eo ſunt: quia in dictis citationibus de vniuerſitate faciendis, ſufficit ꝙ fiant in loco congruo: & vt corã maioribus, & alijs ibidem inuentis publicè proponatur: vt xvj.diſtin.c.quod dicitis.& ibi Archi.ſecũdum gloſ.in d.c.ſi capituli. & ibi etiã do.Domi.poſt Ioã.Andr.in nouella.remittẽdo ſe ad not.in c.bonæ quo.ſ.de elec. ¶ Sed Bart.in extrauagã.ad reprimendum.ſuper verbo, citata.dicit, ꝙ ſicut vnũ hominẽ ſingularem quis poteſt citare: licet ſolũ eius caput reſpiciat, hoc eſt videndo ſolum caput ipſius citati exiſtentis fortè ad feneſtras: licet reliquam totius corporis partẽ non videat: vt l.ſatiſq;.ff.de in ius vocã.ad quod facit l.cum in diuerſis.ff.de relig.& ſump. fune.ſic & in vniuerſitate, quis poteſt citare citando caput: hoc eſt, qui præſunt communitati vel collegio.vt l.municipibus.ff. de condi.& demon.pro quo facit quod not.Archid.xvj.diſt. c.quod dicitis.vbi dicit, ꝙ quando citatur capitulũ, ſufficit præſentare literas maiori.& ſequitur Bal.in c.j.de mili.vaſal.qui cõtu. ¶ Nec obſt.quod not.Cy.in l.j.§.quod ſi nemo.ff.quod cuiuſq; vniuer.nomi.vbi dicit, quòd non ſufficit citare Poteſtatẽ, vel alium officialem: quia cõtumacia ſua non nocet ſubditis: vt l.meminerint.C.vnde vi.quia poteſt intelligi, quando tales nõ ſunt præpoſiti, vt adminiſtrent agant, & defendãt. ¶ Item poteſt dici ſecundùm Bart.in dicto loco, ꝙ ſicut tutor poteſt citari in cauſa pupilli.ita & huiuſmodi rectores in cauſa vniuerſitatis.arg.ff.de pac.in l.item magiſtri.& l.ſequenti.& ff.de adminiſt.tuto.l.j.§.ſufficit. ¶ Et ſi tu diceres, ꝙ illud procedit, quando commiſsio fieret de citando tutorem, vt dixi in præcedenti quæſtione: ſed ſi fieret de citando pupillum, poſſet dubitari.& ideo conſilium eſt, ꝙ fiat commiſsio de citando rectores, & vniuerſitatem: & tunc ſine dubio ſufficit citari rectores. ¶ Poteſt etiam dici, quòd poteſt fieri citatio hoc modo.videlicet, ꝙ nuncius clamet alta voce per terram ſeu caſtrum, vel ciuitatem, qualiter ex parte talis iudicis citat talem cõmunitatem: ſeu talẽ vniuerſitatem.cùm enim citatio fiat de multitudine, ſufficit fieri p præconem, vt dicam j.in xxv.princip.articulo.ita dicit Bart.in d.exrrauagan.ad reprimendũ in verbo, citata. ¶ Sed aduerte, quia text.in c.bonæ.ſ.de elect.in ver.cum & ſi quilibet.videtur probare, ꝙ non capitulum.ſed ſinguli de capitulo ſint citandi. quod eſt verum, ſecùndùm Inno.ibi.quando dubium eſt, quænam pars ſit capitulũ.& idem ſecundũ Hoſti.vbi capitulũ conuocari nõ poteſt, vel non poteſt inueniri.aliàs enim eſt citandũ capitulum ſi reperitur: aut inueniri poteſt: ſed vbi ad capitulũ non pateret aditus, tunc faciat nuncius quod poteſt. Citabitur ergo tunc capitulum publicè in eccleſia, vel in loco congregationis, vt dicit glo.in d.c.bonæ.Item poterunt ſinguli citari, citando eos non tanquam ſingulos & priuatos: ſed tanquam de capitulo ſeu de vniuerſitate exiſtentes.& tanq; hi, qui vnà cum alijs faciunt capitulum, ſeu vniuerſitatem: aliàs nõ valeret: quia cauſa capituli non eſt ſingulorum.xij.q.ij.in c.qui manumittitur.& hoc tenet Ioã.And in d.c.bonæ.el j.ſ.de elect.ſuper verbo, cum & ſi. ¶ Et hæc coniunge cum his, quæ dixi.ſ.articulo xvij.q.x. ¶ Tu verò diſtingue, quòd aut loquimur de citatione per edictum, & clarũ eſt qualiter fieri debeat: quia ſatis ſit huic

citationi ex propositione citationis in loco publico & solito edictorum, aut similium citationū: vt etiam dicit Bart. in d. verbo, citata. de qua citatione latius videbimus j. articu. principali xxiij. ¶ Aut loquimur in citatione per nunciū: & hoc casu sub distingue, ꝙ aut vniuersitas habet syndicum habētem legitimū mandatum ad id, de quo quæritur: & sufficit citare syndicum: vt not. Cy. in l. j. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; vniuer. in additio. ¶ Et sequitur ibi Bal. Aut non habet syndicum: & dic, ꝙ aut est congregata in loco solitæ cōgregationis. & debet haberi citatio in illo loco: vt l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. & hoc etiam tenet Cy. in d. loco. ¶ Quod arbitror procedere, si fiat coram maioribus & alijs ibidem præsentibus: licet omnes ibi nō fuerint, vt s. dixi. Aut vniuersitas non reperitur congregata: & tunc nuncius debet petere vt congregetur more solito: & si ille ad quem pertinet congregare forte latitat, vel non vult illā congregare: nec potest ad hoc cōpelli: vel forte etiam non potest vniuersitas cōgregari: tunc iudicio meo, deberet fieri citatio in illo loco, seu ante illum locum in qua solita est congregari, proclamando alta voce, & citando rectores & maiores, & omnes ipsius vniuersitatis: & si posset reperire rectores seu maiores illius vniuersitatis: etiam cōsulerem, ꝙ illos citaret: licet nō essent in loco solitæ congregationis: & etiam consulerem, quòd citaret singulos de vniuersitate, quos posset habere.

¶ Debet tamē cautus esse, vt tales citet: non tanquam priuatos sed sub nomine vniuersitatis. per ea, quæ s. dixi. facit l. ij. §. fin. autem. C. de iura. calum. & l. municipibus. ff. de condit. & demon. & quod not. Inno. & Hug. in c. fin. s. de maio. & obe. & Archi. vij. q. j. c. sicut. & Bal. in l. j. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; vniuersi. & in l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. ¶ Et prædicta procedunt, quando vniuersitas non esset reducta ad vnū, sufficeret quòd ille solus citaretur: quia ipse solus posset agere & conueniri: vt not. Bal. post glo. in l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusq; vniuersi. ¶ Ad quod vide quod dixi s. articu. xvij. q. x. Deberet tamen tunc citari, etiam tanq; vniuersitas: non tanquā singularis. ¶ Et hoc casu, forte posset contingere & attentari, quod vniuersitas posset citari, vt personaliter compareret: licet regulariter non possit citari, vt personaliter compareat: vt no. Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & not. in c. fin. s. de maio. & obed. ¶ Et vide quod dixi s. eo. articulo, in v. q.

53 ¶ † Vigesimoprimò quæro principaliter, qualiter sit citādus vasallus. ¶ Solu. dic, quòd quando dominus conqueritur de vasallo, dicens vasallum in culpam incidisse, per quam meretur amittere feudum: hoc casu, vasallus debet ter ad curiam citari: septē aut decem dierum spatio in vnaquaq; vocatione statuto, vt est tex. in c. j. de mil. vasal. qui contu. est. de quo dic, vt ibi latius traditur per Bald. & Andr. de Iser. ¶ Et vide quod latius dicam in titu. de feud.

54 ¶ † Vigesimosecūdò quæro principaliter, qualiter fieri debeat citatio in examinatione testium ad perpetuam rei memoriam. Solu. si citandus non est præsens, sed absens, sufficit quòd citetur ad domum. secundùm Nico. de Mata. in aut. si quis ab aliquo. C. de testi. & hoc si habet domum: aliàs sufficit citatio præconis si abest ex causa volūtaria: vt l. vt perfectius. C. de anna. excep. sed si abest ex causa necessaria, tunc aut fuit præuentus ante absentiam: ita quòd scire potuit & debuit, quòd testes cōtra eum producerentur. & cùm potuerit procuratorem dimittere, non dimisit. & tunc eodem modo valet citatio ad domum, vel per præconem: vt ff. de lega. l. eundem. §. j. ¶ Si verò non erat præmonitus ante absentiam de qualitate futuræ litis: tūc aut absentia est improbabilis: quia bannitus. & idem dicēdum, quod dixi de voluntaria absentia. Si verò absentia erat probabilis, vel improbabilis & necessaria: & tunc reuersus potest petere restitutionem in integrū, vt attestationes sibi non præiudicent: debebit tamen probare læsionem, saltem summariè. arg. ff. de mino. in l. minor autem magistratus. §. fin. & ff. de iureiurā. in l. nā & postea. §. si minor. & ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. in princip. cum similib. secundùm præfatum Nico. de Matarel.

¶ Sed Dyn. dicit quòd ista receptio est nulla: nisi interueniat citatio personaliter, vel latitatio manifestata. & hoc est quod dicit litera in d. aut. si quis ab aliquo. C. de testa. dum dicit, adesse noluerunt. Quod significat veram contumaciam. Vnde licet quando testes recipiuntur lite contestata, sufficiat citatio ad domum: tamen secus est, quando recipiuntur ante litem contestatam, secundùm Dy. in d. aut. si quis ab aliquo. quod Bart. dicit esse verum, quādo agitur de magno præiudicio. secus si de paruo. Ita not. Barto. in l. iiij. §. quoties. ff. de dam. infec. Sed Ioan. Andr. in regula, præsumitur. de regu. iur. lib. vj. in mercuriali, distinguit quòd aut receptio testium fit ante litem contestatam, aut post. ¶ Si post, & tunc est clarum.

¶ Si verò fiat ante, subdistinguit: ꝙ aut recipiuntur ad publicādum: & requirit̃ vera cōtumacia. & hoc est ratione magni ꝓiudicij, qđ generat̃: qa talis receptio fundat ꝓbatiões præcisè, vt de inceps cōtra dicta & si attestationes non possint opponi: nisi ꝑ modū reprobatiōis: vt l. si qs testibus. C. de testibus. & ita ītelligitur dictū Dyn. ¶ Sed vbi nō fit receptio ad publicādum, sed est receptio suspensiua eo, ꝙ dicta testium scribūtur ꝑ notoriū & non pandunt̃, nec publicantur partibus: sed sigillantur ꝑ notarium: quare cū isto casu ius vtriusq; partis sit saluum: ideò nō est necessaria tunc solennis citatio, vel tanta contumacia. ¶ Et ideò sufficit citatio cōmunis ad domū, vt in c. qm̄ frequēter. s. vt lit. nō cōte. ad qđ vide qđ ibi dixi in prin. in. iiij. prin. articulo fallen. j. ij. iij. vbi dixi de examinatione testiū, de quorū morte timetur: qa sunt senes, vel valitudinarij: vel qa timet̃ de eorū diuturna absentia: aut ne propter longā morā obliuiscerentur, aut varient. ¶ Et ibi post. iij. fallentiā vide in ver. j. requirit̃, qđ pars. vbi latius tractaui de citatiōe in casibus prædictis dictarū triū fallentiarū. ¶ Sed quantū ad testes, qui examinātur, nō in prędictis casibus & fallentijs: sed ad perpetuā rei memoriā, quorū fit publicatio. vt supra tetigi, ne tractaui in dictis fallētijs: sed remisi me tractaturum in tit. de testi. vbi faciam speciale articulū de hac examinatiōe testium: & ideo ibi videbimus. ¶ Et de hac materia traditur per Doctores. & maximè Domi. me. in capit. significauit. j. de testi. & in c. albericus. e. ti. & ꝑ Legistas in. l. in lege iulia si deletum. ff. ad. l. aquil. & per Specu. in titu. de teste. §. ostēso. ver. qualiter autē. & pluribꝰ sequētibus. & ver. fiebat. & per dòmi. An. & Ioan. de Imo. in cle. causam. de elect. & ibi tetigi. & per Barto. in. l. fin. C. de vsur. pupillaribus. & per Bald. in d. authē. si quis ab aliquo.

55 ¶ † Vigesimotertio quæro principaliter, qualiter fieri debeat citatio peremptoria: & que sint necessaria. ¶ Sol. dic vt latè dicā j. in xxvij. principali arti.

56 ¶ † Vigesimoquarto principalter quæro, qualiter fieri debeat citatio realis: & quādo: et quę requirātur ad hoc, vt fieri possit. ¶ Et ē ista q̄stio valde quotidiana & vtilis: & iō bn̄ mēti tenēda. ¶ Solutio. dic, ꝙ aut loquimur de citatiōe reali, hoc est de ipsa captura personę in causa, seu ꝓ causa criminali. ¶ Et de hac dic, vt dicam remittendo. j. q. xxv. ¶ De facili enim cōceditur, maximè quādo quis reperitur in fragrāti crimine. ¶ Et vide quod

57 dixi in. iiij. articu. q. ¶ † Aut loquimur in causa ciuili: & hoc casu regula est, ꝙ ꝓ debito ciuili nō potest inchoari à captura. & sic à citatiōe reali, vt no. Bal. in. l. cōsentaneum. C. quomodo & qn̄ iud. in. j. q. per illum text. per quem idem tenet Iac. Bu. & est cō

58 munis opi. omnium Doc. † Ad validitatem enim talis citationis & capturæ plura sunt necessaria. ¶ Primò, qđ cōstet de debito plenè. scđm Iac. Bu. Bal. & Doc. in. d. l. cōsentaneū. qđ ꝓcedit etiā si aliquis vellet facere capi aliquē ꝑ iudicē, tanq; suspectū. de quo statim dicam. hoc tamē requisitū recipit plures fallētias.

59 ¶ † Primò fallit, quando creditor propria authoritate caperet debitorem fugientem: vt l. ait pretor. §. si debitorem. ff. de his, q̃ in fraudem cred. ¶ Tunc enim prius fit citatio realis per ipsum creditorem: & postea iustificatur debitū. tetigi. s. argu. iiij. q. ij. ¶ Secundò fallit, quando ex forma statuti iustificatio capturæ deberet fieri post citationem realem. ad quod vide quod dixi s. ar. vij. ver. nonus casus est vbicunq;.

¶ Tertiò fallit eadem ratione, vbi potest inchoari ab executione. ad quod vide quod dixi ar. vij. ver. octauus casus.

¶ Quartò fallit, si statutū disponeret, quòd quis de facto capiatur: prout est hic in certis casibus: quia hoc casu, non requiritur cāę cognitio, nec verbalis citatio, sed loco verbalis citationis, cōcedit̃ realis, q̃ in multis casibus à iure permittit̃, vt l. neq;. ff. de in ius voc. & in. d. §. si debitorem. & per Bar. in d. l. cōsentaneū. Et vide quod dixi in vij. principali articulo in fallentijs. nō em̄ tollit̃ hoc casu defensio: sed peruertitur: quia vbi aliàs se potuisset defendere ante capturā, nūc captus nō poterit se defendere. hoc tenet dominus Nellus in tractatu bannitorū. in tertia parte primi temporis, quæstione. iiij. ¶ Ad quod vide quod dixi. s. in vij. ar. ver. xxxvj. procedit. facit quod no. Pont. ī l. alia. §. elegāter. ff. soluto matri. ¶ Et idem dicendum est, qualitercunq; statutum permitteret citationem realem pro iudicij inchoatione: qa tūc non requiritur, quòd ad ipsam capturam concedendā aliqua solennitas procedat. vnde requiritur tūc citatio: qa ipsamet captura est realis citatio. ¶ Sicut enim in alia citatione verbali, seu eius cōcessione & commissione, nō requirit̃ alia pręcedens citatio, vt in. l. diē ꝓferre. in principio. & in l. sed & si interpellatur. ff. de arbi. dixi latius. s. eodem ar. quæstiōe. ij. ita nec in capturę cōcessiōe. & hoc tenet Bal. in. d. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraud. cre. & mihi placet.

60 ¶ † Secundò principaliter requiritur ad validitatem realis citationis, ipsius debitoris contumacia in non soluendo. text. Bar. & Docto. in d. l. consentaneum. C. quomo. & quādo iud. & est tex. in

tex.in l.nemo carcerem.C.de exacto.tribu.lib.x.ibi, dum text. dicit ad contumaciam adijciatur.& ibi Ange.in repeti.illius l. quod tamen recipit quatuor fallentias supra positas.

61 ¶ † Tertiò principaliter requiritur, quòd fiat excussio bonorũ: vt l.iij.§.tutores.ff.de suspec.tuto. ¶ Si enim ad hoc vt pro executione sententię possit deueniri ad nomina debitorũ, exigitur excussio bonorum mobiliũ & immobilium: vt in l.à diuo Pio. §.in venditiõe.ff.de re iudi.longè fortius debet hoc requiri ante quam deueniatur ad capturam personæ. Debebit ergo fieri excussio bonorum debitoris.&

¶ Primò, mobilium.

¶ Secundò, immobilium.

¶ Tertiò, nominum creditorum.

¶ Et si ex istis non poterit satisfieri creditori, tunc poterit deueniri ad capturam personæ debitoris condemnati, vt voluit glo. prædicta, quæ reputatur notabilis & singularis in d.l.iij.§.pen. ff.de suspec.tut.& ibi idem voluit Bart.& tenet Ioã.de Imo.in c.lator.j.de pigno.hoc tamen requisitum recipit quatuor fallẽtias, de quibus supra. Et vltra prædictas fallentias, hoc requisitum & præcedens recipit quintam fallentiã: videlicet, quando creditor peteret citationem realem fieri de debitore suo, tanq̃ suspecto, & fugitiuo: quia hoc casu, nõ requiritur plena debiti probatio, scilicet quæ fiat parte citata propria, vt dicã j.in ver. quintò exigitur. ¶ Nec requiritur contumacia iudicialis, nec excussio bonorũ: quia si debitor fugitiuus potest capi propria authoritate: & sic quãdo nullum ex dictis requisitis interuenit: vt d.§.si debitorem.fortius debet hoc concedi in terminis nostris. vt not.Iac.But.& Bal.in d.l.consentaneũ.& sequuntur Doct.

62 & Cy.in l.eos.§.pen.C.de appel. ¶ † Est tamen aduertendũ, q ad hoc vt hęc fallentia locum habeat, & ad hoc vt iudex possit capi facere aliquẽ, vt suspectum et fugitiuum, plura requirunt.

¶ Primò exigitur, q talis debitor sit de fuga suspectus: et debet talis suspicio probari.iudex enim non debet talem capturã & citationem indistinctè concedere: licet per creditorẽ allegetur suspicio debitoris, vt probat glo.notabilis in verbo, suspectus. in l.ij.in prin.ff.sol.mat.per quam glo.Bart.ibi concludit, q ad procedendum ad capturam debitoris tanq̃ suspecti, debet iudex inuestigare suspicionis causas mouẽtes animum ipsius creditoris ad suspicionẽ: & illas causas diligenter examinare: & si reperierit illas probabiles & iustas, poterit ad capturã procedere: aliàs debet denegare ipsam.& sequunt ibi Ioan.de Imol.&

63 Ludo.Põta. ¶ † Et aduerte, quia ista probatio suspicionis ante capturã satis est, q fiat per propriũ iuramentũ: & hoc propter periculum, q est in mora.hoc tenet Ange.in d.repe.l.nemo carcerem.C.de exact.tribu.lib.x.& Io.de Imo.& Ponta.in d.l.ij. in prin.ff.sol.mat.super glo.prædicta. ¶ Ad quod etiã vide qd not.per glo.in l.apertissimi.C.de iudi.voluit etiam Bald.in d.l. consentaneum.quomodo posset fieri probatio per indicia.per l.non omnis.§.a barbaris.ff.de remili.

¶ Sed tamen post celebratam capturã debet suspicio plenè probari: aliàs captura redderetur iniusta.secundùm Ang.in d.l.nemo carcerem.& Ioã.de Imo.super d.glo.in verbo, suspectum. quod perpetuò notabis: quia ex hoc multas poteris impugnare capturas, prout ego sepius feci. ¶ Et si tu diceres, quæ est ratio, q ratione suspicionis quis possit taliter capi. Ego arbitror, quòd ista possit assignari ratio: quia sicut fugiẽtem debitorem creditor potest capere propria authoritate, vt dictum est, etiã ratione iustæ suspicionis de fuga, quoniam idem ius & iudiciũ esse videtur de suspicione verisimili & iusta ipsius fugæ, q de ipsa fuga.facit l.ij.cum ibi not.C.de transact.vbi dicitur, q licet non possit fieri transactio, nisi sit lis & controuersia: tamen dicunt ibi glos.& Docto.q idem est si sit suspicio futuræ litis: licet de præsenti non sit.facit etiam l.iij.§.qui armati.ff.de vi & vi armata.& est bonus tex.in c.ad abolendam.j.de hæret.vbi idẽ statuitur de suspicione hæresis, quòd de hæresi. ¶ Facit etiã glo. not.in l.pignoris causa.C.de pigno.actio.& quod ibi not.Salyce.Item facit quod not.Bald.in l.ad instructiones.C.de sacrosanc.ecclesi.per quæ iura & alia plura sæpius consului, q idem est de suspicione belli, quòd de ipso bello.facit quod not.Dominus meus in c.fin.de restitu.spolia.

¶ Et prædicta debet iudex diligenter cõsiderare, etiam alia inferius requisita.

¶ Secundò exigitur, q suspicio de nouo superuenerit.ita not. Barto.& Bal.in l.mulier.C.de sponsa.per illum tex.tenet Bart. in l.ait prætor.§.si debitorem.ff.de his, quæ in frau.cred. & do. Anto.in c.fin.de fer. Qui enim cum suspecto contraxit, sibi imputet: vt l.si is à quo.§.fi.ff.vt in pos.leg.& in l.si ab arbitro.in fi.ff.qui satisd.cog.& l.qui bona.§.de illo.ff.de dam.infe.l.si creditores.ff.de priuile.credi.not.Ioan.de Imol.in fideiussore, qui diu stetit in fideiussione.in c.fin.de fide. Si enim cum paupere scienter quis contraxit, videtur approbare cõditionem ipsius, secundùm quod erat tẽpore cõtractus.& sic de pręcedẽti suspicione non videt posse opponere: sed respectu suspiciõis postea superueniẽtis, nõ videt illius persona approbata.facit quod not.in c.quemadmodũ.j.de iureiur.& in l.fi.C.de sponsa.& in c.nulli.de elec.lib.vj. ¶ Et ideò captura non debet concedi, nisi suspicio de nouo superuenerit.& hoc etiã tenet Ang.in d.repeti.l.nemo carcerẽ.C.de exac.tribu.lib.x.& Bar.in d.l.si creditores.& Io.de Imo.in c.propter.de loca.in iij.notab.& idẽ tenet Ioã.de Imo.in d.c.quemadmodũ.faciunt etiam not.per Ludo. Ponta.in l.si constante.ff.sol.mat.ver.item inquantum.Bart.in vj.q.secundũ opi.Dyn.& Ioan.And.& ad idem l.inter causas. §.abesse.ff.mand.& d.l.si ab arbitro.§.j.& C.mand.in l.si procuratori. Et tenet etiam Ponta.in l.ij.in prin.ff.solu.matr.super glos.in verbo, suspectus. ¶ Et not.singulariter, q etiã si statutũ disponeret simpliciter, q ratione suspicionis creditor posset capi facere debitorẽ: intelligit, si modo suspicio de nouo superuenerit.ita not.Bar.in d.l.mulier.per l.si is à quo.§.fi.& p d.l.creditores.& mihi placet.pro quo facit, quia statuta recipiunt hãc interpretationem passiuã: vt in l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mu.& hono. ¶ Ad quod vide plura exempla, quæ in simili tradidi in Cle.j.de seques.pos.& fruc. Requiritur ergo, q suspicio de nouo superuenerit: quod tamẽ ego limitãdũ arbitror, si modo præcedẽs suspicio erat sibi not.secus si erat sibi incognita.p not.in c.pastoralis.j.de except.& quod latius dicã in illo titu.

64 quando sit opponenda exceptio dilatoria. ¶ † Et si talis suspicio superuenit pendente lite, potest realiter citari.glos.not.in l. quæsitũ.ff.de pigno.ad quod facit glo.l.pe.C.de pigno.act.sequitur Ludo.Ponta.in repe.l.j.C.de hære.insti.ver. Et an penden.lit.col.xl. ¶ Not.tamẽ, q si aliquis cõtrahit cum aliquo aduena, tunc per ciuitatem transeunte, contrahenti creditori non est licitum capere propria authoritate.vide s.eo.arti.iiij.q.ij.

65 ¶ † Tertiò exigitur, q prædicta suspicio nõ durauerit diu.hoc voluit singulariter Ang.in l.si ab arbitro.ff. qui satisd.cogã.Et ratio est, iudicio meo, quia ex quo diu durauit, & creditor tacuit, videtur illius cõditionem approbasse.facit quod diximus de viro, qui post adulterium vxoris ipsam retinuit.de quo per Bal.in repeti.l.cùm mulier.ff.solu.mat.facit quod traditur in d. c.pastoralis.j.de excep.quando exceptio dilatoria de nouo superuenit post litem contestatam: & reus illam nõ opposuit.de quo ibi latius dicam.istud tamen pertinet ad debitoris defensionem, ad irritandam capturam de eo factam.

66 ¶ † Quartò exigitur, q suspicio sit probabilis & non modica, aut leuis: vnde debet esse talis, quæ habeat mouere animũ prudentis ad suspicandum de fuga.arg.not.in c.fin.de crimi.fal.& in c.& si quæstiones.j.de simo.& j.q.j.iudices.& l.j.in fin.ff.de ven.inspi.& l.plebiscito.ff.de offi.præsi.facit etiã ad prædicta d.l.si ab arbitro.§.si inquantum.vbi dicitur, q propter leuem calamitatem nõ cogitur quis de nouo satisdare.tenet Ponta.in

67 l.ij.in prin.ff.sol.matri.super glo.in verbo, suspecti. ¶ † Et not. q ille dicitur suspectus, qui desinit immobilia possidere: vt l.fideiussor.§.fin.& l.sciendum.ff.qui satisd.cogã.vbi de materia. Vel si possidet, tamen possidet pauca, secundũ Ioan.An.in addi.in titu.de sequestr.pos.& fruc.ver.illud.pro quo allego nora.in l.quamuis.ff.de condi.& demon.& in aut.præterea.C.vnde vir & vxor.& in c.de mulcta.j.de præbẽ.quod tamen intelligo, si pauca possideret: habito respectu ad quantitatẽ debiti. facit quod in simili dicitur per Bal.de quantitate meritorum, in l.si fortè.ff.de castr.pecu.& quod no.in aut.vnde si parẽs.C.de inoffi.testa.& in l.si vnquam.C.de reuo.dona. Et quod in simili dixi in c.fi.j.de iureiur.in delatione iuramẽti necessarij. ¶ Aduerte tamen, quia licet quis non possideret immobilia, si tamen possideret massaritias grossas & æquiualentes, quas verisimiliter debitor non posset aufugiendo secum portare: tamen videtur sufficere ad fugiendam capturam.arg.not.per Bart.& Moder.in d.l.sciendum. ¶ Similiter etiam nõ posset dici suspectus debitor, qui plures haberet alios debitores: licet alia immobilia non possideret.ita not.singulariter Bald.in l.facere posse.ff.solu.matri. ¶ Quod tamen ibi Cy.Ioan.de Imo.si modo sint debitores magnarum quantitatum, & à quibus exactio sit facilis. argu.eorũ, quæ dixi statim de rebus mobilibus, secundùm Barto.& mihi placet.ita quòd sit conclusio, q qualitercunq; iudex ex aliquibus circunstantijs possit considerare debitorem non esse de fuga suspectum, non debeat hanc citationem realem cõ

68 cedere. ¶ † Insuper etiam & mali mores superuenientes, & mala administratio seu dissipatio, reddunt quem suspectũ: vt not. Ioan.And.in addit.Specu.in d.versi.illud.facit l.cùm quis.& l. si cùm cornelius.& quod ibi not.ff.de solu.& quod dicam in titu.de sequestra.posses.& fruct.

69 ¶ † Quintò requiritur debiti liquidatio, id est probatio. Sicut

enim quando conceditur captura contra contumacem, exigit quòd primò & ante omnia cõstet de debito plenè:ita & in terminis nostris requiritur plena probatio.hoc est talis ꝓbatio,q̃ si fieret parte præsente,diceretur plena. Sed ideò non dicitur plena hoc casu:quia testes ꝓpter timorē fugę debitoris suspecti recipiuntur parte absente,& non citata:& lite non contestata.facit quod nota.Inno.in c.j.de homici.lib.vj.& Do.m. in c. pe.s.de iudi.col.ante pe.Et Barto.in l.ait prætor. §. si debito-
70 rem.ff.de his,qui in frau.credi.facit.c.fi.de hæreti.li.vj. ¶†Sed aduerte,quia non pro quolibet debito debet captura concedi: nã si pro debito paruo allegaretur suspectus.& qualitas personæ repugnet suspicioni,non debebit iudex concedere capturam.vt no.Cy.& Bal.in authe.sed iam necesse.C.de dona.ante nup.facit etiam gloss.ibi posita tenet Ponta. in d.l.ij.ff.soluto matrimonio.super glo.in verbo,suspectum.facit autē minoris debitor.C.qui da.tu.pos.& l.legitimos.in prin.ff.de legi.tu.ibi dũ tex.dicit maximè si modica &c.facit etiã qđ dixi in ꝓcedēti requisito.¶ Et sic patet ex ꝓdictis,ꝙ ꝓdicta probatio nõ dicit plena quia fit parte absente & non citata.vt dixi. ¶ Nec mirũ:quia fit prpter suspicionē fugę. & quia ista est citatio & regula est,quòd vbicunq; in citatione facienda requirit causæ cognitio:licet de natura ipsius causę cognitionis,requiratur citatio eorum,quos res tangit,vt dixi in vij. prin. articulo in prin. tamen in hac causæ cognitione non requiritur citatio.& ideò Bal.singulariter in materia nostra in l.j.C.de sum. trinita. dicit, quòd licet in capiendo debitorem tanquam suspectum, requiratur causę cognitio,vt l.fi.C.de ferijs.& ibi per glo.& in d.§. si debitorem.& l. quęsitum.ff.de pigno.& ibi etiam per glo.& patet ex his,quę supra dixi iu superioribus requisitis: tamen in tali causæ cognitione non exigitur citatio quia non satisfieret intentioni creditoris procurantis,ne debitor fugiat: quia si citaretur,aufugeret,secundùm Bal.in d.l.j.& tenet Ioan.Petrutius in l. sed si hac. §.Prætor ait.ff.deĩ ius vo.¶ Arbitror tamē quòd post capturam parte citata debeat fieri plena debiti probatio:aliàs irritaretur captura, per ea quæ dixi supra in primo requisito, ad suspicionem.in fi.

71 ¶†Postremò no.circa prædictam materiam,ꝙ si citatio realis hoc est captura,emanauit de facto hoc est non seruata debita solennitate.licet text. dicat,quòd ciuilius sit in reuocatione iuris ordo,vt in.l.j.§.necessario.ff.si vent. nomine muli.tamen iudex potest de facto captum relaxare,vt not.Bal.in l. si pacto. quo pœnam.C.de pactis.in j.colum. & est bo.tex.in l.fi.§.nullo tempore.ff.de libe.ho.exhi.

¶ Quoniam quæ de facto fiunt etiam per viam iudicialē possunt de facto reuocari.ad quod vide alia iura in c.quoniam frequenter.s.vt lite nõ cõtestata in iiij.prin.articulo,fallentia.lxij. ver.viij.fallit.Talis enim iudex videt intulisse vim ipsi capto: & ipsum libertate spoliasse.ff.de in ius vocan.l.pleriq;.& l.j.& ij.ff.de libe.ho.exhi.& ideò debet captus restitui pristinę libertati.& nedum ipse iudex potest de facto relaxare:sed quilibet priuatus potest illum excipere,vt in l.j.§.filius.cum duobus sequentibus ff.de eo per quem factum erit. de quo latius dicam j.in xxxj.principali articulo.¶ Et ex his est expedita notabiliter,& ordinata hæc frequentata materia.

72 ¶†Vigesimòquintò principaliter,quęro qualiter in causa criminali sit fienda citatio.¶ So.Specu.in ti.de accu.ij.j.ver.qualiter autē in criminibus in tertia parte principali sui operis dicit quòd eo modo facienda est,quo in ciuilibus. de quibus remittit ad tractatũ per cũ in ti.de citationibus.tenet Ang.in l.& post edictum.ff.de iudi.¶ Et subdit,ꝙ citabatur tribus edictis, vel peremptorio pro omnibus,vt dicam j.in xxvij.principa. articu.facit.xxiiij.q.iij.C.de illicita.& ff.de pœnis.ĩ l.absentē.& C.qui accusa.nõ pos.in l.qui crimē.& xj.q.iij.c.rursus.& c.sequēti.& ff.de publi.iudi.in l.inter accusatorē.& quod ibi dicit in text.ibi nec ꝑ singulos dies &c.intelligi debet ꝙ tenetur sit citãdus:sed nõ per singulos dies,id est hodie,cras,& post cras. sed ter citabitur,per tria edicta.tenet Bald.in l.tres denũciationes. C.quomodo & quando.¶ Et sciasquòd iudex dabit imprimis. xxx.dies ei,q citat,vt in illis suos cõponat mestos penates.i.vt ordinet domum & res suas,familiam,& consanguineos consoletur dicens eis,mesti estis de accusatione contra me parata,seu instituta à tali:sed nolite timere,Deus enim me liberabit:sed si ego cõpono & ordino de rebus meis, forte em̃ redire nõ potero:quia fortè nõ credet fideiussoribus,vel talis erit accusatio in qua nõ poterũt dari fideiussores. ¶ Ad quod vide q̃ latissimè dixi in c.qualiter.ij.j.de accu.ĩ xj.prin.arti.q.xcj. ¶ Datur ergo prędicta dilatio ad cõponendos mestos penates,vt l.ij.C.de exhi.reis.¶ Et dicuntur penates à penatu,quod est secretũ vnde penates i.domos interiores.& propriè dicũtur domestici,Dij priuati,quos antiqui in domibus colebãt:& eorum imagines in domibus habebant: vnde etiã dicũtur penates,quasi penes nos nati:& sic quandoq; ferunt res familiares:vt d.l.ij.& ibi per Cyn.& per Specu.& Ioan.And.in additio.in d.versic.qualiter autem in criminibus.facit etiã l.omnes omnino.C.de agri.& censi.lib.xj.& quod not.in l.si quis.C.de commea.lib.xij.¶ Et adde,quæ dixi de cita.in criminali,in d.c. qualiter.in x.principa,articu.q.xcvij.& in c.licet in beato.j.de accusa,Potest etiam realiter citari:& qualiter,vide secundùm l. cum eo.ff.ad leg.Iul.pecu.& Dominum meum post Ioã.And. in c.ij.de pigno.

73 ¶†Vigesimosextò principaliter quero,qualiter citari debeant personæ,quæ sine venia citari non debent:& quando venia illa sit petenda & qualiter.¶ Solutio.quia ista materia est vtilis & quotidiana,& plurimùm frequentata,& eam pluries habui de facto,& per egregios Doct.vidi committi nõ paruos errores: ideò vt ipsam materiam plenè & ordinatè habeas,prosequar infrascriptas quæstiones.

74 ¶†Primò quæro principaliter,quæ sint personę,quæ gaudent priuilegio,vt non possint vocari in ius sine venia. ¶ Solu.dic, quòd sunt parentes vtriusq; sexus.& vsq; in infinitum:quia à filijs & descendentibus suis non possunt in ius vocari sine venia,vt l.iiij.§.prætor ait.& §.parentes.ff.de in ius voc.¶ Quod tamen dixi in infinitum,non habet locũ in adoptiuis,vt statim dicam.& hoc procedit etiã,si filij fuerint in seruitute suscepti: vt d.l.iiij.§.parentes etiam. ¶ Item procedit non solùm in parentibus naturalibus & legitimis:sed etiam in naturalibus tantum:vnde filij naturales non possunt parentes vocare in ius sine venia:vt l.parentes naturales.ff.de in ius voc.¶ Sed filij spurij non tenentur tali edicto:quia sine venia possunt vocare parentes matrimoniales:sed matrem vocare non possunt: si sint vulgo quæsiti:vt l.iiij.§.fina.cum l.seq.ff.de in ius vocan.¶ Et assignatur ratio differentię:quia mater semper est certa:vt in l. quia semper.eod.titu.¶ Quod tamen dixi de matre est verum. secundùm Bald.nisi filius esset natus ex coitu,qui de iure ciuili posset accusari:vt not.Instit.ad orfic.§.nouissime.& C.ad senatusconsul.orfic.in l.si qua illustris.¶ Quod autem dixi de filijs legitimis,intellige siue sint in potestate,siue emancipati:intelligendo tamen,quando essent in potestate in casibus,in quibus possunt agere contra patrem: quia regulariter non possunt,vt hoc probatur in l.iij.C.de in ius voc.iuncta.l.vix certis.ff.de iudi.¶ Et quamuis filius sit ab alio adoptatus:tamen non potest parentes naturales in ius vocare sine venia:vt l.adop.in fi.ff.de in ius voc.¶ Nec etiam patrem adoptiuum potest filius quandiu in eius est potestate,sine venia in ius vocare:vt in d.l.adoptiuum.in prin.nisi filius ageret occasione castrensis peculij,vt ibi in tex.¶ Aduerte tamen:quia quod dixi de parentibus adoptiuis,intelligitur solùm quo ad primum gradum:vnde ad parentes adoptiui patris tale priuilegium non extenditur.& ideo sine venia vocari in ius possunt:vt l.patris adoptiui.ff.de in ius voc.Et ratio est,quia talibus filius adoptiuus non agnoscitur. de quo ibi vide per glo.¶ Insuper etiam & pater spiritualis videtur gaudere prædicto priuilegio:vnde filius leuatus de sacro fonte non potest vocare in ius leuantem sine venia.argu.c.j.de cogna.spiri.lib.vj.secundùm Ange.in l.generaliter.ff.de in ius vocan.Sed dicit Ioan.Petru.ibi,quòd ille text.modicum facit: nec videtur seruandus,quod dicit Ange.quia non continetur verbis edicti:nec per aliam legem ponitur dicta similitudo.

¶ Dicit tamen cogitandum esse.¶ Sed mihi placet opin.Ange. per tex.in d.l.generaliter.quia talibus debetur reuerentia.Item quia videtur æquiparari spiritualis cognatio & naturalis.in c. quoniam.§.porro.s.vt lite non contest.& not.in auť.de nup.§. fin.& in c.inter corporalia.s.de transla.præla.& in l.cum quis. C.de natu,libe.traditur per Pet.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic.proconsu.¶ Et quod dixi de leuante in baptismo,idem dicendum arbitror de tenente.confirmandũ per nota.in c.quàmuis.de cogn.spiri.lib.vj.In iudicijs tamen spiritualibus,in quibus non attenditur patria potestas,non videtur venia necessaria:de quo tamen infra subijciam.¶ Item patroni et patronæ,& liberi,& parentes patronorum & patronarum,à libertis sine venia in ius vocari non possunt: vt l.iiij.§.prætor ait.ff.de in ius voc.¶ Et non solùm ipsi,qui ex seruitute manumiserũt:sed etiam is,qui detexit collusionem, quam seruus vel libertũ cum domino suo,vel vero patrono faceret,vt ingenuus iudicaretur,patronus illius efficitur:& nõ potest sine venia in ius vocari:vt l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius voc.¶ Item si quis actione præiudiciali absq; collusione pronuncietur libertus:quamuis fortè non esset:non potest patronum pronũciatum in ius vocare sine venia:vt d.§.patronum.nam talis sententia facit ius quo ad omnes:vt l.ingenuum.ff.de stat.homi.& ff.de regu.iur.in l.ingenuum.& l.res iudicata.¶ Item & ille,qui iurauit

iurauit aliquem suum libertum esse, nō potest à tali liberto vocari in ius sine venia: vt d.§.patronum.facit l.si duo patroni.in princi.ff.de iureiurā.quia quo ad hoc priuilegium, qui iurauit, habetur pro vero patrono: licet secus sit quo ad successionem. ff.de iure patr.in l.si iurauero.de quo dic vt ibi.¶ Sed si per cōtrarium iudicatum esset contra patronum pro liberto, quod liber esset, vel ipse iurasset deferente patrono se liberum esse, poterit ipsum aliàs patronum in ius vocare sine venia: vt in d.§. patronum.¶ Ego tamen arbitror, quòd hoc etiam limitandum sit: nisi per collusionem iuramentum delatum sit: nam tunc detegenti collusionē deberetur iste honor.argu.eius, quod dixi s. per §.patronum.¶ Similiter etiam verus patronus, qui compulit libertum iurare ne vxorem ducat: vel libertum ne nubat, potest sine venia in ius vocari: vt d.§.patronū.ver.sed & si.quod procedit, si modo tales nō sint steriles: secus si essent steriles, vt dicit ibi glo.per l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.¶ Itē procedit, si modo patronus ad hoc compulit in perpetuum: secus si ad tempus: vt l.penul.ff.qui, et à quib.secundū glo.in d.versi. sed & si.¶ Sed ego reperio, quòd Oldra.voluit ꝙ idem esset si compulisset iurare, etiam ad tēpus.& mihi placet: quia ille versi. sed & si.loquitur simpliciter.facit etiam l.intestato.l.& si libertus.ff.de suis & legiti.¶ Nec obst.d.l.penul.quia loquitur in casu inducto speciali fauore liberorum.¶ Quod tamen intelligerem, nisi iuramentum ex aliqua iusta causa referretur ad paruū tempus: & ita potest saluari dictum glo.faciunt quæ dixi s.eo. arti.q.xxiiij.versi.quartò exigitur.& versi.seq.¶ Aduertēdum tamen est, quòd in prædicto casu, culpa patris compellentis sic iurare non nocet filio ignaro & innocenti: etiam viuo patre: bene pater, qui coegit abiurare nuptias, pōt in ius vocari sine venia: & filius non potest secundùm sententiam Iuliani, approbatam per Vlpianum: licet Celsus contrariū voluerit: vt l.adoptiuum.§.fin.secus autem, si filius fuisset conscius, vt ibi dicit glo. & probatur ibi à contrario sensu, dum dicit text.innocen.facit l.qui contra.ff.de iure patro.& sequūtur Docto.¶ Et similiter filius patroni amittit dictum priuilegium, si de crimine capitali libertum patronū accusauit, vel seruitutē petijt, vt l.sed si hac. §.si autem liberi.ff.de in ius voc.quod procedit, si accusator sit maior xxv.annis: & sit tale delictum, ex quo veniat imponēda pœna exilij, vel mortis: & accusationem ad finē perduxerit.ff. de iure patr.in l.eum patronum.& C.de bo.liber.in l.qui cum maior.in princ.& per totam illam legē.& l.seruitutem petijsse. eo.titu.in quibus iuribus vide limitationes & declarationes dictæ conclusionis.¶ Sed minor excusaretur.& satis est, ꝙ à principio institutæ accusationis fuisset minor: licet interea fuisset effectus maior, vt ibi traditur.¶ Et qualiter exigitur quòd calūnio se illud egerit: vide in d.l.qui cum maior.in fi.& l.idemꝗ.eo.tit. & idem etiam est in patrono taliter accusante libertū propriū. per l.eum.ff.de iure patro.¶ Alij vero tenent cōtra.& ad illam legē respondent, ꝙ loquitur de liberto patris, qui dicitur suus: hoc est de filio accusante libertū à patre manumissum: qui etiā dicitur libertus filij.ff.de verbo.signi.in l.licet inter gesta.§.patronos.¶ Sed Azo tenet primā opin.vt tradit glo.in d.§.si autem liberi.& in d.l.eum.quæ ponunt prædictas opin.sed cōcludere videntur, quòd secus sit in manumittente.per l.si filius.§. erit.ff.de fideicom.liber.¶ Et hanc opin.etiam tenet glo.iij.l.ij. C.si quid in frau.patro.& Cy.in l.fi.C.de bo.liber.in ij.q.et idē etiam tenet Bart.ibi per d.§.erit.¶ Insuper etiam prædictū priuilegium habet patronus, qui ex causa fideicōmissi manumittit: sed illud habet post manumissionem, sed ante manumissionem potest sine venia conueniri, etiam si conueniatur vt manumittat: vt l.is quoꝗ.ff.de in ius vocā.¶ Similiter etiā priuilegiū prædictum habet is qui seruum emit ea conditione, vt certo tēpore manumitteret: quia licet emptor constituto tempore nō manumittat: tamen seruus venit ad libertatem ex cōstitutione diuorum Marci & Commodij.& sic efficitur libertus illius: vt l.ij.& iij.C.si manci.ita fue.aliena.vt manumittatur.& ideò nō potest ille emptor, qui effectus est patronus suus, in ius vocari sine venia: vt d.l.§.si hac.in prin.ff.de in ius vocā.¶ Secus si aliquis nummis ipsius serui emisset eum, data sibi fide vt eum manumitteret: quia si fidem fregit, potest sine venia in ius vocari: vt d.l.sed si hac.Et ratio diuersitatis inter præcedentem casum & istum, assignatur ibi per glo.quia in præcedēti casu, emptor emit nummis proprijs: & fidem fregit venditori: hic verò emit nummis ipsiusmet serui, quos potuit habere conniuētibus oculis ipsius domini, vt l.iiij.in prin.ff.de manumis.sicut in simili dicam de monacho respectu Abbatis.in titu.de regula.¶ Itē fregit fidem ipsi seruo. Et si vendita fuerit ancilla ea conditione, ꝙ si prostituta fuerit, libera fiet: & demum si prostituta per emptorem, & sic sit effecta libera, solummodo venditorem nō poterit sine venia in ius vocare: sed si ipsemet venditor, ad quem postea peruenit ancilla, eam prostituit, non consequetur dictū priuilegium: licet ex prostitutione sit effecta libera: vt d.l.sed si hac.§.j.ff.de in ius voc.¶ Quod vltimum est clarum, quando reemisset cum eodē pacto, ne prostitueret.& ita intelligitur Bal. ¶ Sed Ange.& Ioan.Petrucius intelligunt etiā si reemisset nullo pacto adiecto, quòd mihi magis placet.& ita iudicio meo, intellexit glos.in d.§.j.¶ Et sic aduerte, quod inter primum intellectum Bald.& secundū Ange.longa est differentia: quia secundùm primum intellectum, illa efficeretur liberta secundi vēditoris: sed secundum primum intellectum, nullius efficeretur liberta.& sic quemlibet posset vocare in ius sine venia: vt dicit ibi glos.¶ Sed ego arbitror, quòd etiam secundum primum intellectum, attentari etiā possit, vt nullius fiat liberta: quia illa expressio pacti, ne prostituatur, tacitè inerat.& ideò non videtur operari, vt in l.cùm quid.ff.si cer.pet.cum sua materia.quod notabis: quia Docto.etiam Moder.non aduertunt.

¶ Aduerte, quia mirum est, quòd cùm eo casu quo vendita est ancilla, pacto ne prostituatur: si per emptorem prostituitur, & sic fiat liberta, efficitur liberta venditoris.¶ Nec potest assignari alia ratio, nisi quia ipsius beneficio consequitur libertatem: & tamē eo casu quo vendita est, vt certo tempore manumittatur, & non manumittitur: propter quod efficitur liberta, vt suprà dixi.tamen fit liberta emptoris, & non venditoris cuius beneficio consecuta sit libertatē eò maximè: quia verisimile est, quòd emptor minori pretio emeret propter prædictam conditionē adiectam de manumittendo.arg.l.fundi partem.ff.de cōtrahē. emp.& quod not.in c.cùm Ioānes.j.de fid.instru.& in materia paucitatis pretij.in c.ad nostram.de emp.& vendi.vnde videretur, quòd potius venditoris, cuius beneficio cōsequitur libertatem, quàm emptoris fieret liberta.vnde vellem scire, cur hoc tam variè.¶ Sed pronunc, quia de nouo hæc venerunt in mentem: posset fortè dici, quòd quando est prostituta, duo concurrunt, conditio adiecta per venditorem, & delictum ipsius emptoris prostituentis: sed in alio casu, nullum delictum est ipsius emptoris: maximè, quia fortè non curauit manumittere ex eo, quia ex iuris dispositione efficiebatur libera.cogitabis.¶ Est insuper notandum: quia in his casibus, in quibus dixi patronum gaudere dicto beneficio: illud habet locum, etiam si patronus vel libertus sint capite diminuti, vt l.sed si hac.§.patronū.ff.de in ius vocā.¶ Quod procedit in minima capitis diminutione, quam quis incurrit per emācipationem, vel per arrogationem. secus si maximam, vt per damnationem in metallum, vel mediā vt per deportationem incurreret capitis diminutionem, vt dicit ibi glo.& est tex.in d.l.sed si hac.§.sed & si per pœnā.ff.de in ius voc.¶ Deportato ergo patro.aut in metallum damnato, non debetur hæc reuerentia.Et idē dicit ibi Bal.in bānito.& mihi placet: quia bannitus à sua ciuitate perdit omnia, quæ trāseūt in hæredem extraneum, vt traditur in l.j.C.de bo.lib.tenet do. Nellus in prima parte secundi temporis.q.xxxij.sed hoc priuilegium transi ad hæredem patroni, etiam extraneum: vt l.ij.C. de in ius voc.& statim dicā.igitur &c.¶ Tales ergo patroni in metallū damnati, & deportati seu banniti, possunt à libertis in ius vocari sine venia: nisi fuerint restituti: vt d.§.sed & si ꝑ pœnam.facit l.fi.& ibi traditur C.de sent.pass.& resti.¶ Quod etiā intellige secundū ea, quæ dicit do.Nellus in d.tractatu in tertia parte principali q.ij.cum pluribus seq.Nec per impetrationē aureorum, anulorum, factam per libertū à Principe, amittit patronus aut patrona priuilegium hoc, ne cōueniatur sine venia. secus si libertus esset per Principē natalibus restitutus: vt l.sed si hac.§.patronum.ff.de in ius voc.¶ Vniuersitas etiā, quæ seruum manumisit, tale priuilegium consequitur.¶ Quod procedit, quando conuenitur vt vniuersitas: sed talis libertus posset absꝗ venia singulos de vniuersitate ī ius vocare vt l.sed si hac. §.qui manumittitur.ff.de in ius voc.xij.q.ij.in §.qui manumittitur.¶ Et nota quòd sicut patroni à libertis nō possunt in ius vocari sine venia: ita nec ipsius patroni parentes & liberi vocari possunt: vt d.l.sed si hac.§.liberos.Quod procedit non solùm in parentibus naturalibus ipsius patroni: sed etiā in adoptiuis. ¶ Sed tandiu durat priuilegium, quandiu durat adoptio: vt d.l. sed si hac.§.parentes.& quamuis filius patroni datus sit in adoptionem alterius: tamen gaudet dicto priuilegio: & non solum ipse filius patroni: sed etiam nepos genitus ex ipso filio, etiam in adoptiua familia: vt d.l.sed si hac.§.si filius.¶ Sed nepoti nato ex filio emancipato talis honor non debetur: vt ibi.¶ Insuper etiam notabis, ꝙ potest contingere, quòd duę personæ sibi adinuicem reciprocæ debeant hanc reuerentiam: vt puta, si liberta ex patrono genuerit filiū, ipsa enim hunc filium non potest vocare in ius: quia est filius patroni sui: et per contrariū ipse propter maternā reuerentiam non potest illā sine venia vocare in ius, vt est tex.in d.l.sed si hac.§.liberta.¶ Et prædicta reuerē-

tia debetur non solùm ab ipsis libertis: sed etiam à filiis libertorum: vt l.ij.C.de in ius voc.etiam si nati sint post manumissionem: vt not.glo.& Cy.in d.l.ij.hoc tamen procedit viuēte patre liberto: secus eo mortuo: vt l.iij.C.de liber.& eorum lib.secundùm Bart.& Docto.in d.l.ij.Non ergo debetur talis reuerentia ad hæredem liberti.& idē tenet Pau.de Cast.in d.l.ij.Sed hoc priuilegium ex parte personæ priuilegiatæ bene transit ad quēcunque hæredem patroni: etiam extraneum.vnde hæres patroni, etiam extraneus nō potest in ius vocari à liberto sine venia: vt d.l.ij.C.de in ius vocan.& ratio differentiæ inter hęredē debentis honorem,& hæredē illius, cui honor debetur est, quia primo casu, ex parte debentis est onus: & ideò non transit: sed ex parte eius, cui debetur est honor.& ideò tanquam fauor extenditur: vt not.glo.& clarius Bart.& sequuntur Docto.in d.l.ij.C.de in ius voc.& sicut patronus non potest in ius vocari à liberto sine venia: ita nec vxor patroni, sed maritus patronæ potest sine venia vocari: vt l.j.C.de in ius voc.¶ Et ratio differentiæ sit secundùm glo.& Bal.ibi: quia vxor coruscat radiis mariti.& non econtra: vt l.fœminæ.ff.de senato.& l.mulieres.C.de dignita.lib.xij.& l.mulieres.C.de iura.lib.x.¶ Non solùm autē personæ superius nominatæ consequuntur dictum priuilegiū sed generaliter omnes, quibus reuerentia præscribenda est: vt l. generaliter.ff.de in ius vocan.¶ Et aduertendum est, quòd sub ista generalitate secundùm glos.& Doctores plures personæ comprehenduntur.

¶ Primò socer respectu generi, vt not.glo.ibi & sequuntur communiter Docto.per l.quia parentes.ff.solu.matri.

¶ Secundò magister, respectu discipuli: vt not.glos.in d.l.generaliter.quod verū dicit Bart.respectu citationis realis: quia punitur discipulus faciens capi magistrum: vt in l.medicos.C.de profes.& medi.lib.xj.¶ Ad quod vide quod latè dixi s.articu. v.q.xvij.fallen.xij.¶ Sed verbaliter potest citari à discipulo sine venia.¶ Sed tu aduerte, quia licet Docto.transeant cū Bart.tamē prædicta exceptio non videtur mihi congrua: quia sequeretur ex ea, quòd petita venia discipulus posset facere capi magistrum.quod est falsum.¶ Vnde concludo, quòd omnis ille, qui ad petitionem alicuius non potest realiter citari, secundùm ea, quæ latius dixi in dicta q.xvij.in fallentiis ibi positis.quę tēdunt ad hoc, non potest etiam petere veniam facere capitalem.

¶ Quantum verò ad id quod dicit Bar.de citatione verbali, magis æqua videtur mihi opinio glo.

¶ Tertiò Papa etiam & Imperator, non possunt citari sine venia, secundùm Ange.in d.l.generaliter.& sequitur Ioan.Petru. ibi arg.l.Imperialis.C.de nup.

¶ Quartò Episcopus, ac etiam rector parochianus: in quibus dicit præfatus do.Io.tutius esse seruare prædictam reuerētiam. quod mihi videtur satis ęquum: licet communiter nō seruetur.

¶ Quintò debetur talis honor ciuitati, respectu ciuis sui, secundùm Ang.in d.l.generaliter.arg.l.j.§.per hāc actionem.ff.de rei vendi.pro quo facit glo.in verbo, iussionem in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscrip.licet illa glo.loquatur in fisco.Bal.tamen in d.l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.tenet quod ciuitas posset vocari in ius à ciue sine venia: quia si libertus ciuitatis non potest vocare ciuitatem ea ratione: quia libertus est ciuitatis: ergo ingenuus nō tenetur petere hanc veniam. ¶ Circa quod Ioan.Petru.dicit cogitandum.videtur tamen potius inclinare in primam sententiam, quæ etiam mihi magis placet: quia patria in honore & obligatione præfertur parentibus: vt l.veluti.ff.de iusti.& iur.Ergo sicut parentibus debetur iste honor: ita & fortius patriæ.facit l.aduocati.C.de aduo.diuer.iudi. Et ad argumentum Bal.arbitror posse responderi, quod procedit in liberto vniuersitatis, in quo concurrat solùm causa manumissionis,& non qualitas ciuitatis.¶ Secus in fisco, qui non potest citari sine venia, vt dicit gl.in d.l.bene à Zenone.& statim dixi.

¶ Septimò in domino, respectu serui: & hoc in casibus, in quibus seruus contra dominum potest esse in iudicio.de quibus in l.lis nulla.ff.de iudi.vnde seruus in illis casibus non potest vocare dominum in ius sine venia, secundùm Ange.in d.l.generaliter.& sequuntur Moder.

¶ Octauò in Abbate, respectu monachi sui, secundū præfatos Docto.& idem tenet Spec.in tit.de actore.§.j.ver.item excipitur contra actorem, quòd est monachus.vbi concludit, quod monachus debet accusare Abbatem petita venia à Principe.per d. l.generaliter.ff.de in ius voc.& l.j.& iij.C.eo.titu.refert tamen aliam opi.in cōtrarium.¶ Ange.verò in d.l.sed si hac.§.qui manumittitur.dicit, quòd quando monachus haberet causam capitalem cum Abbate, quod tunc non debet hanc reuerentiā Abbati: sicut nec libertus patrono, tunc debet.Sed dicit Ioan.Pet. quòd ratio videtur dissimilis.

¶ Nonò in domino, respectu vasalli à quo non potest sine venia in ius vocari.hoc tenet glo.& Bal.in c.j.de mili.vasal.qui cōtu.est.in vsib.feud.& per Bal.in c.j.§.fin.de feu.alie.& sequitur Ioan.Petru.in d.l.generaliter.

¶ Decimò similiter dicendū est & fortius, in domino respectu sui hominis ligii, secundū Ioā.Petru.in d.l.generaliter.ad quod vide glo.in verbo, ligius.in Clemen.pastoralis.de re iudi.& per Specu.in titu.de feud.§.quoniam de homagiis.versic.& ex hoc declaratur.

¶ Vndecimò in nouerca, respectu priuigni, quæ non debet in ius vocari absque venia, ad exemplū matris.¶ Sed tu dic, quod istud est ex eo: quia sicut filius non potest vocare patrem sine venia. ita nec eius vxorem, quæ gaudet priuilegio mariti, vt s.dixi in versi.Et sicut patronus.per l.ij.C.de in ius voc.& facit c.j.j.de coniug.lepro.& l.j.de vxo.mili.Sed tamen vitrico non debetur à priuigno hæc reuerentia.Et ratio colligitur ex his, quæ dixi in d.versi.Et sicut patronus. ¶ Quod tamen dixi de nouerca, videtur intelligēdum.donec duret matrimonium: sed matrimonio soluto, ex quo nouerca remansit vidua.text.in l.de his. C.de fur.probat, quòd non requiratur veniæ petitio.

¶ Quoniam ideò venia exigitur, vt iudex examinando petitionem, non admittat actionem famosam: vt statim dicam in versi.secundò quæro.Sed in d.l.de his.permittitur agi furti contra nouercam per pupillum, vel eius tutorem: & sic actione famosa, quæ tamen actio non datur contra matrem: vt l.quamuis.C. de furt.& sic clara est differentia inter matrem & nouercam: vt etiam dicit Odofre.in d.l.de his.pro qua decisione etiam facit, quia soluto matrimonio soluta est affinitas.& sic non est consideranda: vt l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de postul.& Institu.de nup.§.affinitatis.pro qua etiam differentia facit, quod traditur in l.iiij.C.de inoffi.testa.Nec obstat quod vidua habeat priuilegiū viri, donec alteri nubat, vt in l.filij.§.vidua.ff.ad municip.& in c.de vxore.j.de sepul.Ad quod vide, quæ latè dixi in rubri.de fo.compe.versi.lxvj.quia illa iura loquuntur quo ad alium effectum, qui non cessat ratione viduitatis.¶ Sed contra prædicta opponitur.ista venia nihil aliud est, nisi iussus.& licētia iudicis, vt statim dicam in versi.tertiò quæro: sed nulla citatio facienda est de quocunque, etiam non priuilegiato sine iussu, seu licētia iudicis: vt l.neminem.C.de exhi.reis.& latius dixi s.in vj.princi. articu.ergo personæ suprà nominatæ non videntur habere aliquod priuilegium. ¶ Sol.dic quod citatio de aliis personis nō priuilegiatis potest committi, nulla alia adhibita causæ cognitiōe: sed contra patronum,& alias personas priuilegiatas, nō debet committi nisi causa cognita: vt dicam in versi.septimò quæro. ita dicit Pau.de Cast.in l.j.C.de in ius vocan.¶ Sed tu aduerte, quia licet verum sit, quòd nō debeat adhiberi in citatione aliorum illa causæ cognitio, quæ adhiberi debet respectu dictarum personarum priuilegiatarum: tamē vtique requiritur aliqua causæ cognitio, vt dixi s.eod.articu.in ij.q.principali.

75 ¶ †Sed circa prædicta nunc quæro vtrum prædictus honor supradictis personis debeatur, siue suo, siue alieno nomine in iudicio interueniant,& vtrum debentes hanc reuerentiam, illam debeant siue suo, siue alieno nomine agant.Solu.quæstio est aliqualiter intricata: tñ in ea principaliter distingue duo mēbra.

¶ Primum membrum est, respectu personarum, quibus debetur reuerentia.

¶ Secundum est, respectu personarum debentium hanc reuerentiam.

¶ Circa primū membrū subdistingue, quod aut loquimur in persona priuilegiata, quæ debet in iudicio interuenire per se, aut in ea, pro qua alius debet interuenire.si loquimur in persona priuilegiata, quę per se interuentura est in iudicio: distingue tres casus.¶ Primus casus est, quando principaliter vocata interuenit per se,& pro se.

¶ Secundus, quando vocatur sed pro alio.

¶ Tertius, quādo alius est vocatus in ius,& persona priuilegiata comparet non citata.

¶ Primo casu, decisio est clara, vt patet ex superioribus.

¶ Secundo casu dic, quòd gaudet prædicto priuilegio.per tex. in l.sed si hac.§.semper.ff.de in ius voc.quia si rectè pōderetur dictum prætoris,& iura ipsum declarantia, solummodo pōderatur, an persona patroni vocetur in iudicio, quocunque nomine ventura sit in iudicio.vnde siue interueniat vt tutor, siue vt procurator, siue vt defensor, ex quo principaliter vocatur, gaudet dicto priuilegio.per illum §.

¶ Tertio verò casu, quando alius non priuilegiatus vocatur in iudicio,& pro vocato comparet persona priuilegiata ad defendendū illū: prout potest etiam quilibet extraneus, vt in l.rectè defendi.ff.de iudi.& de procur.in l.exigendi.hoc casu, nō videt necessaria venia ex quo agens non citauit patronū, vel aliam similem personam: licet patronus compareat: cōtra quem libertus postea

tus postea instat & litigat.arg.l.libertus à patrono.ff.de in ius voc.Vnde licet tex.in d.§.semper.velit, q̃ talis honor debeat illi,qui venit defensorio nomine:nõ tamẽ debet intelligi de defensore,qui nõ solet ipse primò citari:sed venire ad defendẽdũ alium citatum sine mãdato:sed de patrono defensore,qui principaliter citabatur vt defensor.& ideò debetur sibi talis honor. ¶ Si verò alius vult venire in iudicio pro persona priuilegiata: & sic sumus in alio casu primi membri.subdistingue, q̃ aut est talis patronus,qui non potest pro se esse in iudicio, qualis est vniuersitas.& hoc casu, actor vel syndicus ipsius vniuersitatis debet cum venia citari:vt d.l.sed si hac.§.qui manumittitur.& etiam voluit glo.fi.in d.§.semper.ver.tu dic.¶ Aut est talis patronus,qui per se ipsum aliquãdo potest esse in iudicio:sed fortè nunc non potest.Vel potest per se,vel per alium esse in iudicio:& tunc,aut iste alius,qui pro persona priuilegiata est interuenturus in iudicio:vt tutor,vel curator,patroni,vel similes:& potest citari sine venia:vt d.§.semper.in fi.Aut est procurator, & non potest citari sine venia,vt dicit ibi glo.¶ Et ratio differẽtiæ potest esse:quia tutoribus,& alijs legalibus administratoribus,magis est fundatum ius in eis,& personis eorũ à principio iudicij,quod in terminis nostris attenditur,q̃ fundetur in ipsis procuratoribus:vt l.neq; tutores.C.de procur.vnde attendunt personæ eorum,scilicet administratorum,& nõ patronũ dominorum:sed in procuratoribus,non est ita:quia fundatur principaliter iudicium in personis dominorũ.Et hæc procedũt quo ad primum membrum ex parte personarum priuilegiatarum. ¶ Circa secundũ membrum ex parte debẽtium talem honorẽ distingue,q̃ aut talis est futurus p̃ se & pro se,& decisio est clara:quia debet petere veniam,vt patet ex superioribus.Aut est interuẽturus in iudicio per se:sed tamen pro alio,et nõ tenetur: vt in l.quæsitũ.ff.de in ius voc.& per glo.in d.l.sed si hac.§.semper.eo.tit.¶ Et ex prædictis apparet,q̃ magis consideratur persona priuilegiata,cui debetur reuerentia:quàm persona debẽs reuerentiã.¶ Et ratio assignatur per gl.in verbo,interueniat in d.§.semp.quia ex parte personæ priuilegiatæ est fauor.& ideò latè interpretandus:sed ex parte debentis,est odiũ seu onus.& ideo strictè interpretandum,vt in regula,odia.de re.iu.lib.vj.& dixi s̃.in ver.Et prædicta reuerentia. ¶ Aut ipse non libertus, vel similis,sed alius nomine liberti venit citare patronũ,vel similem.Et tunc subdistingue, q̃ aut est libertus vel similis,qui nunq̃ potest esse in iudicio per se:sed tantũ per alium.& hoc casu,videretur dicendum,q̃ necessaria sit veniẽ petitio ratione per contrariũ.ad id quod s̃.dixi per §.qui manumittitur.ne in talibus prætoris edictũ posset fieri delusorium.Et hoc procedit, si termini essent passibiles:sed in liberto nõ possunt cõtingere: quia vniuersitas nõ potest esse liberta.sed posset casus contingere in vniuersitate volente citare Papã Imperatorem,vel ciuitatem,seu Regem,cui subesset:quo casu,videtur,requiri venia: vt s̃.dixi.Et sic isto casu videtur,q̃ interueniens nomine vniuersitatis debeat petere veniã.Io.Petru.& mihi placet.¶ Aut potest esse in iudicio.& per se & per aliũ:& tunc,aut ille alius venit vt tutor,vel similis,qui nomine liberti vult conuenire patronum.& passus est aliqualiter dubius.videtur enim dicendũ per ea,quæ dixi supra ex parte patroni q̃ venia non requiratur.sed tamen equius esse videtur tenere cõtrariũ:ne per hunc modũ patronus possit infamari cõtra prætoris intentionẽ.vnde fortè tutius est dicere,quòd debeat peti venia, secundùm Ioan.Petru. ¶ Qui tamen dicit in hoc cogitandũ:quia Docto.non tangũt. ¶ Si verò interueniat alius,vt procurator liberti vel similis:dicendum,q̃ sine dubio debeat petere veniam:quia debet cõsiderari persona liberti mãdantis:& quia aliàs hoc edictũ esset delusoriũ:quia libertus vel similis,semper ageret per procuratorẽ. ¶ Insuper quæro circa prædicta,quid si dubitatur,cui sit petẽda venia vel non.vtrũ pendente hac disputatione sit venia petenda.¶ Sol.dic q̃ non.ita not.Io.Petru.in l.sed si hac.§.prætor ait.ff.de in ius voc.& satis placet: quia si dubitatur,an propter aliquam causam venia sit petenda:puta,an iniuria sit grauissima qua patronus afficit libertũ,vel quid simile,secũdũ quod infrà dicam.poterit libertus in hoc iudicio esse,non petita venia.

76 ¶ †Secundò quæro,quare exigatur dicta venia.Sol.text.est in d.§.prætor ait.ff.de in ius voc.vbi Prætor iubet,q̃ sine p̃missu suo prædictẽ personẽ nõ vocẽtur in ius venia non impetrata: ne fortè famosa intẽtetur actio,quæ pudorem sigillet prẽdictarum personarũ.¶ Ad quod vide,quod statim dicam in iiij.q.

77 ¶ †Tertiò quæro,à quo sit petẽda dicta venia:vtrũ à parte,vel à iudice.¶ Sol.tex.in d.l.iiij.§.prætor ait.ff.de in ius voc.probat q̃ sit petẽda à iudice.ibi dum dicit,sine permissu meo.& ad idẽ l.generaliter.eo.titu.ibi,sine iussu prætoris.Et sic patet, q̃ non est petenda à persona cõtra quam agitur:sed à iudice, vt dictis iuribus.Et hoc etiam probatur:quia in hac petitione veniæ nõ exigitur partis citatio,vt statim dicam in versi.septimò quæro. ¶ Et aduerte,quia quidam voluerunt,q̃ à solo prætore sit petenda.per iura præalleg.¶ Sed Cy.in l.j.C.de in ius vocã.dicit, quòd cùm hoc sit iurisdictionis,quilibet magistratus potest illam concedere.per l.ea,quæ in princ.& §.j.ff.ad municip.¶ Et hanc opin.tenet Specu.in tit.de dol.& contu.§.restat.ver.item si hodie.licet Spec.habeatur ibi corruptè,vt dicit Ioã.Andr.& bene,& mihi placet dicta opinio:quia nomen prætoris positũ in dictis iuribus,positum est generaliter pro quolibet iudice.sicut & aliàs nomen præsidis:vt l.j.de offi.præsi.& sequitur Ioã. And.ibi in addi.pro quo allego tex.in l.j.C.de in ius vocã.vbi tex.non loquitur de prætore:sed de præside.

78 ¶ †Quartò quæro,qualiter venia sit petenda.¶ Sol.ex his,quæ superius dicta sunt: & quæ infra subijciam arbitror,quòd hæc sit conueniens forma.pars enim,quæ agere intendit, formabit petitionem suam:& illam porriget coram iudice:& in fine petitionis dicet.& quia non est conueniens propter reuerentiam quam debeo B.patri meo,vel A.patrono.& sic de singulis, q̃ contra ipsum agam venia non impetrata:idcirco peto per vos & officium vestrum veniam mihi concedi,& impartiri. ¶ Quintò quæro,vtrum venia sit petẽda,tam per reum, quàm per actorem.& quando,& quibus casibus.Sol.dic, q̃ peti debet per illum,qui vult vocare prædictas personas priuilegiatas per viam agendi:non per viam excipiendi,vel se defendendi, quare licet conuentus faciat citari actorem pro causa expediẽda,vel prosequenda:licet actor esset aliàs persona priuilegiata: non propterea est petẽda venia.tex.est in l.libertus à patrono. ff.de in ius voc.Nam ille,qui originaliter est reus,non videtur propria agere:ideo nõ debet petere veniam.sicut in simili dicimus de petente reuocare tenutam,qui non dicitur agere:vt l.de pupillo.§.qui remissionem.& l.in prouinciali.§.seruo.ff.de oper. no.nunc.¶ Aduerte tamen,quia prædicta videntur procedere in his,quæ non habent inclusum ius agendi.hoc voluit Bart.secundum quasdã lecturas in l.libertus à patrono.ff.de in ius vocan.Vbi voluit,quod tunc necessaria sit petitio veniẽ:quod tamen videtur procedere,nisi esset talis exceptio quæ ex æquitate includat petitionem:quia tunc licet habeat inclusam petitionem:tamen nõ videtur exigi petitio veniæ.¶ Et ponitur exemplum in exceptione compensationis. aliàs autem, si exceptio habet inclusum ius agendi,requiritur petitio veniæ,vt dixi.facit l.quoniam Alexandrum.C.de adulte.

79 ¶ †Sed tamen communis opinio Docto.est,q̃ etiam in cõpensatione exigatur venia,ex quo habet inclusum ius agendi:propter quod non permittitur excõmunicatis aut bannitis.de quo in c.cum inter.j.de excep.& in l.fi.C.de eden.ita residet Iaco. Petru.in d.l.libertus.¶ Sed tu dic,vt statim dicam.¶ Vtrũ autem filius patrem,vel libertus patronũ,& sic de similibus,possunt reconuenire non petita venia.¶ Glo.in l.libertus à patrono.sentit,quòd sic:& cum ea simpliciter transeunt Docto.

80 ¶ †In cõtrarium videtur,quia si defensio,quæ habet inclusum ius agendi,nõ permittit sine venia,vt supra dixi,fortius in recõuentione.Nec obst.titulus,q̃d quisq; iuris &c.quia patron⁹ cõueniendo libertũ sine venia,non facit ius vanum aut iniquum. ¶ Nec obst.l.sed si hac.§.sui autem liberi.& quod ibi no.etiam in glo.ff.de in ius voc.quia illud p̃cedit in casibus specialibus. ¶ Sed circa hoc dicit Io.Petru.in d.l.libertus à patrono.aduertendum esse ad id,quod dixi de compensatione & reconuentione:quia si illa compẽsatio est connexa de eadem materia cũ conuentione,secundùm ea,quæ habentur in l.ij.& fi.C.de cõpensa.¶ Et in reconuentione,quæ esset similiter de re cõnexa, quæ dicitur tunc habere virtutem exceptionis:& sic tunc proculdubio debet determinari vnà cum petitione,quòd hoc casu non est necessaria veniæ petitio.¶ Sed tu vide de prædictis q. an quis dicatur tunc agere vel defendere.quæ latissimè dixi in c.sacris.j.de sen.excom.in xix.prin.arti.in v.q.princip.in secundo membro principali in vj.q.& ver.sequẽtibus quæstionib⁹. vbi latè tractaui de petitione reuocationis tenutæ restitutionis attentatorũ,restitutionis in integrum,restitutionis spoliationis. restitutionis vxoris,restitutionis sententiæ nullæ.& ibi etiã dixi in xiiij.q.dicti secundi membri,quid si intẽtatur cõdictio ex l.diffamari.C.de inge.manu.& ex l.Titia.ff.de accus.quæ tangitur per Moder.& maximè Ioan.Petr.in d.l.libertus à patrono. Vbi primò arguit,quòd nõ sit necessaria petitio veniæ:quia libertus intentans dictam condictionem,non intendit agere:sed esse reus:ergo nõ videtur necessaria petitio veniẽ,per d.l.libertus à patrono.¶ Sed in contrarium videtur veritas: quia in ipsa prima disputatione,q̃ detur terminus patrono ad agẽdũ:ipse libertus est actor:& prius prouocans:& ideo habent locũ verba edicti Prætoris prohibentis,ne sine venia &c.Nec obst.d.l. libertus à patrono.quia ibi patronus fuit prius prouocans: &

hæc opinio mihi placet. pro qua vide quod not. d. Nell⁹ in tractatu bānitorum. in secunda parte secundi temporis q. lxxix. & quod latius dixi in d. q. xiiij. in c. sacris. & de reconuentione. vide quod ibi dixi q. xvj. & s. de mut. peti. in c. ij. in x. prin. articu. maximè in ix. q. & de exceptione compensationis, an illam opponens dicatur agere, & qualiter, dixi in d. c. sacris. in xix. prin. articu. in v. q. principali. in tertio membro. ver. secundo dubitatur circa prædicta, vtrum excommunicatus possit opponere exceptionem compensationis.

81 ¶ † Sextò quæro, quo tempore sit petēda hæc venia. Sol. dic, ꝙ requiritur in citatione fienda: ita vt non fiat citatio venia nō impetrata. quādo ergo vult citari facere libertus patronum, vel similem: debet impetrare veniam: & prius non procedere ad citationē. Sed tamē per solam libelli oblationem sine venia absq; citatione non incidit libertus vel similis in pœnam, seu libellus detur principi, seu prætori, seu iudici. Et ratio: quia iudiciū incipit à citatione: non à libello: vt not. glo. Bart. Bal. & Doctō. in l. j. & in rubri. ff. de in ius voc. & in rubri. C. de in ius voc. Nam citatio, & nō libellus dicitur de processu. de quo tamen latius dicam j. in articulo xxxj.

82 ¶ † Septimò quæro, quid agere & cōsiderare debeat iudex, seu quam cognitionē adhibere in venia concedenda. ¶ Solu. dic, ꝙ debeat animaduertere ad petitionē: & illum diligēter examinare, si contineret causam seu actionem famosam: vel sigillantem pudorem parētis, patroni & c. debet illam reijcere: nisi ageretur propter grauissimam iniuriam illatam per illum, cui debetur reuerentia: illi, qui reuerentiam debet, vt in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius voc. ¶ Et nota ꝙ in tali causæ cognitione non requiritur citatio conuenti. ¶ Ad quod vide quod latè dixi s. in vij. principa. articulo. versicu. quintus casus est in his, quæ preambula & c.

83 ¶ † Octauò quæro, qualiter & quibus verbis talis venia sit concedenda. ¶ Solu. arbitror satis esse, quòd iudex admittat talem petitionem: quia eo ipso quòd admittit, & committit citationē videtur concedere dictam veniam. arg. d. l. sed si hac. §. prætor. Quod procedit indubitanter, quādo pars veniam petijt: & iudex petitionē admisit, & mandauit citari: quia ista venia nō exigitur à patre & patrono, & similibus: sed à iudice, vt s. dixi in versic. tertiò quæro. ¶ Et ideò admittendo petitionem, videtur veniam concedere: quia qui vult consequens & c. vt in l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procur. sicut in simili dicimus, quòd per processum ad vlteriora videtur reijcere iudex exceptiones declinatorias, vt latius dicam in titu. de excep. & etiam fortè tangam in titu. de ord. cogni. Quid autem si pars non impetrauit veniam: sed expresisit se filium vel libertum & c. dic vt dicam in sequenti quæstione. Et si fortè iudex admisit petitionem cum clausula, si & inquantum & c. tunc penderet validitas processus vt arbitror, ex qualitate & substantia petitionis: quia si contineret causam, per quam nō esset admittenda, nō valeret processus. de quo tamē dic, vt dicam in sequēti quæstione. Sed si illam non contineret, valeret processus. pro qua conclusione faciunt, quæ dicuntur de dicta clausula, si & inquantū. in l. si ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. & ibi per Bar. & etiam per Bart. Bald. & Ioan. de Imo. in l. si quando. ff. de lega. j. & per Bart. in l. edita. C. de eden. & Ioan. de Imo. in l. iudex postea. ff. de re iudi. ¶ Ad quod vide quod dixi de dicta clausula in d. c. ij. s. de libel. obla. articu. xx. ¶ Sufficit ergo admissio petitionis, & concessio citationis. Item sufficit sola licētia procedendi: etiā absq; eo, ꝙ specifice concedatur venia. ¶ Sed tamē iudex formaliter posset sic dicere. Qui dominus iudex visa dicta petitiōe, & ipsa diligenter examinata, & visa petitione veniæ, concessit B. D. filio vel liberto & c. veniam per eum petitam, omni meliori modo & c. Vel concessit licentiam citandi vel procedendi super prædicta petitione, omni meliori modo & c.

84 ¶ † Nonò quæro, vtrum teneat processus gestus venia non impetrata. ¶ Solu. Guli. in l. fi. C. de in ius voc. tenet, ꝙ valeat: quia petitio veniæ non est de substantia iudicij. quod patet: quia patronus potest remittere: vt l. quamuis. ff. de in ius voc. quod nō esset, si esset de substantialibus iudicij; vt l. prolatā. C. de senten. Ad quod vide quod dixi in c. j. s. de libel. obla. artic. v. & de lit. contest. c. j. articu. iij. & quod dicam in titu. de ordi. cogn. Et idē tenet Bart. in d. l. fin. & Guli. Iaco. & Cy. in d. l. quamuis. quod intelligit ibi Barto. si patronus comparuit, & prosecutus est, vt voluit tex. ibi dū dicit. debuit enim à principio opponere: aliàs videtur consentire. secus si processus esset factus contra contumacem, vel inuitum, vel si patronus non compareat, vt d. l. quāuis. in fi. & ff. ne quis eum, qui in ius voc. per totum. facit l. cùm vero. §. subuentum. ff. de fideicom. lib. & l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. ¶ Item, quia iniuria non fit in volentem: vt in l. j. §. ad eò. ff. de iniur. ¶ Vult ergo Barto. quòd non comparente patrono citato, processus sit nullus. & idem de similibus personis citatis non impetrata venia. ¶ Vnde cautus parens, socer, vel similis, cui reuerentia debetur, sine venia citatus non cōparebit: & sic processus erit nullus, sicut in simili, quando quis citatur à non suo iudice. Quod placet Bal. si modo in citatorio exprimatur qualitas, propter quam appareat, quòd non debeat sine venia comparere: secus si nō exprimatur: quia tunc deberet comparere. secundùm not. per Inno. & Doct. in c. præterea. j. eo. & in l. ex quacunq;. & ibi per Bar. maximè in repeti. ff. in ius vocan. vt eāt. ¶ Sed tu aduerte secundùm Petru. quia ista qualitas inter parentes & filios, patronum & libertum, semper intelligitur esse nota citanti & citato: vt l. optaui. ff. vnde cogna. & in l. de tutela. C. de in integ. resti. mino. vnde licet talis qualitas non exprimatur in citatorio, tamen videtur, ꝙ teneatur comparere, vt dicit Io. Petru. sed tamen Bal. debuit considerare dictū suum quantum ad formam processus, quantum ad ipsum iudicē respectu sententiæ, vel ignorantiæ: siue vt processus reddat̄ nullus, quando iudex ex petitione sciuit illam qualitatem: aliàs secus. & sic dictum Bal. fortè videtur verū, quo ad hoc, vt citatus teneatur, vel non teneatur comparere: sed si non compareat eo casu quo deberet: quia qualitas non erat expressa: vtrū valeat processus, videtur esse dubiū, quamuis videatur posse mulctari propter iudicis contemptū. per tit. si quis ius dicen. nō obtēpe. & l. si quis ex aliena. ff. de iudi. ex quo illa qualitas non erat nota iudici: sed quantum ad libertum vocantem, & patronum vocatū, vel similem, an teneat processus, cùm vocās & vocatus sciat qualitatem. Videtur fortè ꝙ non teneat, in fauorem illius vocantis, vt sentit Bart. licet simpliciter loquatur sine prædicta distinctione Bal. & ꝙ non teneat processus pro citante, videntur facere verba edicti prohibitoria. de quib⁹ in d. l. iiij. §. j. ff. de in ius voc. vbi tex. dicit, ne quis vocet & c. & sic resistet vocanti. & ideo actus videtur reddi nullus, per not. in l. non dubium. C. de legi. & in l. cùm lex. ff. de fideiuss. x. dist. c. vides. cum simil. & ideo etiā si prædicta qualitas non sit expressa quantū ad vtilitatem vocātis, cui est nota dicta qualitas, processus non videt̄ tenere: cùm prohibeatur vocare non impetrata venia: sed tamē vbi qualitas aliàs non nota iudici exprimeret̄ in citatorio: quia hoc casu, citatio habet defectum formæ & erroris expressi, secundū ea, quæ habentur in l. j. C. quando prouo. nō est neces. & in l. j. C. de erro. calcu. & in l. cùm prolatis. ff. de re iudi. clarū est, ꝙ processus non valebit. facit quod not. in l. quæsitū. ff. de re iudi. Ad quod vide quod dixi s. in v. prin. arti. q. xxj. & quod dicam j. in xxxj. arti. ¶ Pau. tamen de Cast. in l. j. C. de in ius voc. simpliciter voluit, ꝙ si in petitione non apparebat de qualitate petendæ veniæ, & processum fuit, ꝙ processus nō valet. ¶ Aduerte tamen: quia de iure cōmuni, cum patrono vel simili non comparente non proceditur ad litis contestationem: cùm sit actus ambarū partium, & sine qua sentētia non valeret: vt l. prolatam. C. de sent. & vt dixi in d. c. j. de lit. contest. in iij. articu. & ideò tunc non esset disputandū de validitate processus, sed deueniendum esset ad remedia prodita contra contumacem. de quibus dicetur j. in titu. de dol. & contu. Sed eo casu quo procedi posset lite non cōtestata, vel in casibus specialibus de iure cōmuni, vel ex forma statutorum: hoc casu, vel non procedet̄ cōtra patronum venia non petita: vel si procedetur, non valebit processus propter prætoris prohibitionem. ¶ Vnde videt̄ cōcludendum, quòd quando qualitas requirens veniæ impetrationē esset expressa, sine dubio processus non valeret: sed quādo non esset expressa, est maius dubium propter authoritatem Bald. & considera, quòd quando filius facit citari patrem, semper videtur cōtingere, quòd exprimatur dicta qualitas: quamuis hoc non ita contingat in alijs personis: sed si citatus nō impetrata venia compareat, & non opponat de venia nō petita: tenebit processus: quia licet verba edicti dicant, ne quis vocet sine permissu meo: tamen intelliguntur, si citatus comparēs opponit, vt voluit Bart. in l. j. §. sublata. ff. ad Trebel. & per Doct. in l. nam & postea. ff. de iureiur. & mihi placet. ¶ Faciunt notata per Iaco. Butrig. & Bald. in l. vbi pactum. C. de transact. quia prædicta verba nō tollunt actionem ipso iure: sed tribuunt ius dilatoriè, vt not. Bald. in l. ij. C. de hæred. institu. traditur in c. sedes. & ibi per domi. Anto. s. de rescrip. & per Bart. in l. omnes. C. de fund. patrimo. lib. xj. & in l. cùm lex. in fin. ff. de fideiuss. & per Bald. in quæstio. quæ incipit, Statuto cauetur. & in alijs pleris; locis de quibus latius dicam in titu. de excep. & est bonus text. in l. ait prætor. §. permittitur. versicu. auditurum nō esse. ff. de minori. & latè not. Ange. in l. iiij. ff. pro emptore. in lectura Paduana. facit etiam, quia vocatus sine venia potest esse contentus, & consentire, vt d. l. quamuis. de quo dicam in xix. quæstio. ¶ Sed si citatus comparet & opponit, processus non tenet, secundùm Bald. ¶ Dicit Ioannes Petrucius, quòd aut iudex constito

dex constito de oppositione nō petitę venię pronunciauit, ex presse vel tacitè procedēdo ad vlteriora:& patronus vel similis nō appellauit, prout potuit secūdū no.in c.ex parte.& in c.dilecto.& in c.cū cessante.de appella.& per Spe.de excep.§.viso. versi.propositis.& in tit.de appel.§.qualiter. versi.Item ꝙ faciat.& tūc valebit processus.nec poterit amplius vnꝗ̃ cōtradicere.faciūt no.per.Bar.in d.l.ex quacūꝗ̃.ff.si quis ĩ ius voca.nō
85 ierit. Est ergo tunc necessaria appel. ¶ †Decimò quæro, quę sit pœna nō petentis veniā, eo casu quo est petēda. ¶Solu. dic ꝙ pœna est quinquaginta aureorū, vt l.penul.ff.de in ius vocā.& insti.de pœna teme.litigan.§.fi. Et licet ille text. dicat, de quingētis solidis:tamen aureus & solidus pro eodem ponuntur, vt not.etiam dictis iuribus simul iunctis, & no.glo.j.x.quæstione iij.in c.j.& Goffre.in c.finali, de iudi.Ioan.And.in additio. Specula.in titu.de instru.edi.§.porrò.versi.fina. Et intellige de aureis ex quibus septuagintaduo faciūt libram auri, vt l.quoties. C.de susceptoribus & archariis, libro decimo. Et quid si talis non posset soluere hanc pœnam, dic vt statim dicam in xviij.
86 questiōe. ¶ †Vndecimò quæro, in quibus causis ꝑdicta pœna committatur. ¶Solutio, ex quo causa veniæ petendę fuit ne intentet actio famosa, vt dixi s.in ver.ij.q̄ro.& in ver. vij.quæro. Videtur dicendum ꝙ si in veritate petitio non continet actionem famosam ꝙ non debeat habere locum pœna prædicta, ar. l.adigere.§.quāuis.ff.de iure patro.& c.cū cessante. j. de appel. ¶Sed tamē hoc nō obstante, ego arbitror contrariū:qa iura simpliciter volūt ꝙ ꝑdictæ personæ nō possunt vocare in ius sine venia:nec distinguitur quo ad ipsum vocantem, an iudiciū fuerit famosum vel nō:sed hāc cognitionē dimittūt iudici, q habet veniā impartiri, vt dixi in d.q.iij.& vij.vnde arbitror ꝙ pœna cōmittatur, etiā si intentetur iudiciū nō famosum, vel ꝙ nō sigillet pudorem patris, patroni, vel similis. ¶Sed dubitari posset, quid in causis spiritualibus & dependentibus ab ipsis, an filius posit agere contra patrem nō petita venia?dubium facit c.si annū.de iudi.lib.vj.vbi in talibus causis, filius videtur habere integram personā:quia in eis non attenditur patria potestas, vt ibi. ¶Sed tamē ego arbitror idem esse:qa causa veniæ nō est patria potestas:sed reuerentia paterna, vel similis:quę nō cessat ꝑpter causam spiritualē, vnde etiam emancipatus debet hanc reuerentiam, vt dixi in prima quæstione, & tangam in q. sequenti. Sed si daret̃ casus in quo talis reuerentia cessaret:tūc bene arbitror, ꝙ non esset necessaria petitio venię per ea quę dicam in q. xix. ¶Et prædicta notabis:qa nō tanguntur per docto. ¶Duodecimò quæro, quis teneatur ad dictam pœnā, & cui debeat applicari, & sic quis posit ad illam agere. ¶Solu.quo ad primū, tex. in l.penul.ff.de in ius vocan.vult ꝙ teneatur qui contra edictū prętoris fecit:quare omnes personę specificè cōtētæ in edicto prętoris, & in ipsius edicti declaratiōe, & ĩclusę in l.generaliter ff.de in ius vocan.de quibus latè dictum fuit in q̄o.istius xxvj. prin.quæstione tenetur dicto edicto & ad dictam pœnam:sed aliæ personæ expresse vel tacitè nō ānotatæ in d.edicto, nō tenētur ad pœnā ꝑdictā quamuis fortè nō posint in ius vocari ab his, qui eas vocauerūt secūdū ea, quæ latius dixi de personis, quæ nō possunt in ius vocari.s.in v.prin.arti.q.xvij.in xviij.fallentiis ibi positis.& in pluribus q.sequētibus. Et hoc tenuerūt glo.Bar.& Docto.in l.fi.ff.de in ius vocā.& Spe.in titu. de do. & cōtuma.§.restat.ver.sed & vocās. ¶Sed circa prædicta q̄ro de notabili quæstiōe.pone, filius in potestate cōstitutus vocauit patrem in ius non impetrata venia, vtrum incidat in pœnam. ¶Solutio. Docto.specificè nō tangunt:sed Spe.videtur sentire, ꝙ nō per ea, quæ statim dicā in ver.xvj.quęro in tractatu de positionibus fiendis per actorem, ad suam intentionē inter quas Specu.dicit ꝙ pater ponat ꝙ emancipauerit filium quasi censeat ꝙ nō emancipatus nō incidat in pœnam. ¶Ego verò arbitror distinguēdum ꝙ aut filius agit cōtra patrem in casibus in quibus potest agere scdm ea, quæ dicunt̃ in l. lis nulla. ff. de iu. Et hoc casu incidit in pœnam. ¶Aut loquimur in casibus, in quibus filius non pōt esse in iudicio cōtra patrem:& tūc est maius dubiū per ea, q̄ superius dixi:qa ex quo iste rèperit̃ prohibitus ex alia causa agere cōtra patrem.si agit, nō incidit in pœnā: sed tamen cōtrarium arbitror, eo ꝙ iste facit cōtra duplicē prohibitionem, Primò qa est causa, quā nō pōt intentare cōtra patrē. ¶Secundo qa adest reuerentia paterna, ꝑpter quam debet peti venia, quæ ratio semꝑ vrget.facit qđ dixi s.in ver.primò q̄ro.
87 ibi, Et si filius &c. ¶ †Aduertendum tamē ꝙ licet citans contra edictum prętoris nō impetrata venia incidat in pœnam: tamē ad prædictam pœnam nō tenetur ipsius hęres, vt est tex.in l.penul.ff.de in ius voc.quod intellige, nisi lis debito tempore fuerit contest.contra defunctum, vt l.j.C.ex delic.defunc.& ibi vide de materia. ¶Quo ad secundum, cui applicari debeat dicta pœna, & quis ad illam agere posit, dic ꝙ debet applicari vocato in ius sine venia, & non fisco:vt est tex.in l.fi.ff.de in ius vocan.& iste potest ad dictā pœnā agere.vt ibi, & in l.ij.C.de in ius voc. Et sic patet, quòd prædicta actio non est popularis:vt d.l.fi.& in l.si libertus.eo.tit.& ibi habes, quòd quamuis filius sit in potestate, si tamen vocatus sit à liberto sine venia: & pater sit absens, potest filius agere contra libertum ad dictā pœnam.& ad idem tex.in l.si longius.ff.de iudi.
88 ¶ †Tertiodecimò quæro, intra quantū tempus posit peti pœna prædicta. ¶Sol.dic, quia actio est honoraria, hoc est à prætore introducta, tali actioni præscribit̃ anno:vt d.l.pe.ff.de in ius voc.facit Insti.de perpe.& tempo.act.§.j.& l.in honorariis.ff. de actio.& oblig.
¶Quartodecimò quæro, qua actione petatur dicta pœna. ¶Solu.dic, quòd actione in factum.ita tenet Specu.vt patebit ex his, quę dicam in sequenti q.faciunt not.in l.si quis id quod. ff.de iurisdi.om.iud.& ibi tenet idem Io.Petru.qui etiā idem tenet in l.penul.ff.de in ius vocan.
¶Quintodecimò quæro, qualiter ad dictam pœnam formetur libellus. ¶Sol.Specu.in tit.de do.& cōtu.§.restat.ver.sed & vocās.sic format libellum coram vobis &c.Ego N.filius &c.ago contra A.&c.qui me patrem vel patronum &c.vocauit in ius sine venia à prætore, potestate, vel iudice impetrata.in qua vocatione lis fuit contestata:quare peto ipsum puniri, seu cōdēnari in ccccc.aureis.& ad hoc propono actionem in factū ex edicto de in ius voc.per l.ij.C.de in ius voc.& l.pen.ff.eo.tit.& Instit.de act.§.pœnales.secundùm Spec.ibi.Sed aduerte:quia nō est necessarium illud nomen actionis.ad quod vide, quod latè dixi in c.ij.s.de libel.obla.in xij.princip.articu.q.xj. ¶Et vtrū sit subiungere necessarium, ꝙ si nō potest soluere in re, luat corpus.dicam infra statim in xviij.q.
¶Decimosextò quęro, quæ & quales debeāt fieri positiones, tam ex parte actoris ad fundandā intentionem suam, quàm ex parte rei ad defensionē faciendam. ¶Solu.quò ad positiones actoris, Spec.dicit eas sic formādas. ¶Pono, ꝙ sum pater tuus, vel patronus, vel similis &c.vt l.iiij.§.j.& l.adoptiuū.ff.de in ius voc.Item pono, quod es filius meus, vel libertus &c.Item, ꝙ te emācipaui:aliàs nō posses patrem conuenire:etiā petita venia: vt l.fi.C.de in ius voc.& l.lis nulla.ff.de iudi. ¶Item ꝙ fuisti cōquestus iudici de me.Item ꝙ misit pro me.Item, ꝙ dedisti contra me libellum reclamationis, vt in c.j.de libel.obla.Itē ꝙ hoc fecisti venia non petita.Item ꝙ in prædicta causa fuisti litē cōtestatus. ¶Reus verò sic facit positiones. ¶Pono, quòd feci te coram iudice vocari, & impetraui veniam.Item ꝙ solùm dedi libellum.Item ꝙ dedisti ante litem contestatā, & sic pœna non fuit cum effectu commissa, vt dicam in xix.q.ita dicit Spec.in tit.de do.& cōtu.§.restat.ver.sed & vocans. ¶Tu verò pro instructione formandarum positionū vide, quæ latissimè dicam in tit.de cōfes.in materia positionū. ¶Sed specialius quantū ad materiam nostram considera diligenter, vt ex parte actoris concludas respectu qualitatis personę suę, & formæ impetrationis veniæ non seruatę, & actorum celebratorū in iudicio, & aliorū quæ necessariò concludant ad pœnam imponendam.secundū ea, quæ superius dicta sunt. ¶Ex parte verò rei etiam cōsiderāda est qualitas personę suę, & personæ agētis.& impetratę venię, & pœnitentie debito tempore factæ, & aliorū, quę concludunt ad excusationē pœnę secundū ea, quę superius dicta sunt. & maximè etiam secundùm ea, quę statim dicentur in q.xix. ¶Vnū tamen singulariter pondera ex his, quæ dicit Spec.per quæ videtur, ꝙ si filius sit in potestate, & agit contra patrē, non incidat in pœnam. ¶Ad quod vide quod dixi s.in ver.duodecimò quæro.
89 ¶ †Decimoseptimò quęro, quis iudex posit hanc pœnā imponere. ¶Solu.dic, ꝙ aut loquimur de pœna quinquaginta aureorū.& illam potest imponere quilibet iudex:etiā habens simplicem iurisdictionem, & sic defensor ciuitatis potest illam imponere, petitur enim iure actionis.& sic deseruit iudicis officio mercenario. ¶Aut loquimur de pœna corporali, quę venit imponenda in defectum pecuniarię, de qua in sequēti questio.& illam imponit pręfectus:vt l.fin.ff.de in ius voc.quia talis pœna venit imponenda iudicis officio nobili.& sic potius iure imperij, q̄ simplicis iurisdictionis, secundùm Bal.in d.l.fin. Et sic ad eam imponendam requiritur, ꝙ iudex habeat imperium, & gladij potestatem.ad quod vide quod latè traditur per Bart.in l.Imperium.ff.de iurisdi.om.iudi.& quod dixi in c.ad liberandam.de Iudęis.q.iiij.
90 ¶ †Decimooctauo quęro, quid si cōuentus ad pœnā pecuniariam non potest illam soluere, quid agendum sit.
¶Solu.dic, ꝙ debet castigari.& sic luere in corpus:vt d.l.fi.ff.de in ius vocan. Et dicit Ange.in l.penul.eo.titu.quod talis castigatio debet esse leuis, & modica.text.tamen nihil de hoc dicit:

sed simpliciter loquitur.& sic videtur esse arbitraria: vt l.hodie.ff.de pœn.& l.nemo martyres.C.de sacrosan.ecc.& quod dixi in c.super his.j.de accus.& in c.de causis.s.de offi.dele.& quod traditur ff.de crimi.stel.& in titu.de extraord.crimi.per totum.

¶ Videtur tamē, ꝙ debeat esse leuis: quia quælibet minima pœna corporalis est maior qualibet pecuniaria: vt l.in seruorū.§.fina.ff.de pœnis.& in hoc esset diligenter consideranda qualitas personæ.per l.ij.C.vt nemo priua. ¶ Et ex prædictis apparet, quòd venire contra præfatum edictum prætoris de non vocādo in ius sine venia, non dicitur esse leuis abusio: quia si esset leuis, in defectum pecuniariæ non imponeretur pœna corporalis, vt singulariter not.Bal.in l.quicunq;.C.de ser.fugi.& Ioan.Petru.in d.l.fin.& in l.si quis id quod.ff.de iurisdi.omn.iudi.

¶ Et aduerte, quia post solutam pœnam corporalem, videlicet post castigationem: quis cōsequitur plenam liberationem, adeò, quòd licet postea peruenerit ad pinguiorem fortunam, non tenetur ad pecuniariam pœnam, vt voluit singulariter glos.in c.sicut dignum.j.de homici.& in regula, peccatum.de reg.iur.lib.vj.tenet Io.de Imo.in c.Odoardus.j.de solu.dixi in c.ad liberandam.j.de Iudæis.q.ij.

91 ¶ † Et nota ꝙ Bal.in d.l.fi.quærit, cuius sit electio in dicta alternatiua solutionis quinquaginta aureorum, vel luēdi in corpus. Et arguit pro vtraq; parte, allegādo glo.in l.quòd si minor.§.si seruus.ff.de mino. Sed ipse Bald.ineptè & malè loquitur: quia tex.ille non ponit pœnam alternatiuè.quo casu, locus esset disputationi, cuius esset electio.de qua materia latè dixi in c.sicut Iudæi.j.de Iudæis.prosequendo quatuor membra.

¶ Primum, quando verba diriguntur ad partem.

¶ Secundum, quando ad iudicem.

¶ Tertium, quando sumus in dubio.

¶ Quartū, quando respectu vnius pœnæ, verba diriguntur ad partem: sed respectu alterius, diriguntur ad iudicem, vide omnino ibi. ¶ Sed in d.l.fin.pœna illa corporalis non ponitur alternatiuè: sed subiunctiuè, seu subrogatiuè: si puniendus inopia dignoscitur laborare; & ideò non est locus electioni.vnde non posset ille, qui esset soluendo, velle subire castigationem, vt euitaret pecuniariam pœnam.

¶ Primò, quia vt dixi l.illa non loquitur alternatiuè.

¶ Secundò, quia tēderet in præiudiciū eius, cui debet applicari.

¶ Tertiò, quia cùm nō sit dominus membrorū suorū.l.liber homo.ff.ad l.aquil.non videt, ꝙ illā possit eligere: nisi aliud etiam iure colligatur. ¶ Ad hoc ergo, vt talis pœna corporalis possit subrogari in locū pecuniariæ, cùm sit subsidiaria, debet cōstare illū non posse soluere pecuniariā. ¶ Et sic videtur, ꝙ per iudicē debeat fieri inquisitio de bonis illius, per nuncios referētes nō reperire bona, quibus possit solui pœna pecuniaria: sicut aliàs in probatione negatiuæ dicimus, vt tradit Bart.in l.in illa.ff.de verb.obli.dixi latè post Inno.in c.super his.j.de accus.Sed magis proximè ad casum nostrū, vide per Io.And.in c.ij.j.de sol.& per Bal.& latius per Saly.in aut.sed hodie.C.de actio.& oblig.& per Bar.& Io.de Imo.in l.decē.C.de verb.obli. Traditur etiam in l.magis puto.§.ne tamē.ff.de reb.eo. Et an sint necessarij duo nuncij, vel sufficiat vnus nuncius.vide in l.satis notum.C.in qui.cau.pig.taci.contraha. ¶ Et prædicta notabis ad statutum, ꝙ imponeret pœnam corporalem eo casu, quo nō posset solui pecuniaria. ¶ Et aduerte: quia hoc casu relaxaret fideiussoribus.ita not.singulariter Bart.in l.item liberatur.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.quia satis dicitur soluendo esse, qui dat fideiussores idoneos: secus si statutum diceret, ꝙ debeat soluere intra decem dies.& si non soluet, castiget, seu luat in corpus: quia tunc non relaxaretur fideiussoribus: sed ad euitandū carcerem esset necessarium depositū.secundum aliquos.Sed alij volunt, ꝙ etiam non sufficit depositum.de quo per Bar.& Io.de Imol.in l.ij.ff.de publi.iudi.sed omitto: quia non est materia nostra.sed vide, quæ latè dixi in c.veniens.j.de accus.in ij.mēbro princi.in iiij.& vj.q.& per Io.Petru.in d.l.fi.ff.de in ius vocan.

¶ Est ergo conclusio, quò ad terminos nostros, quòd nō est in electione debentis soluere, si vellet luere in corpus.quod videt verum, secundum aliquos, nisi statutū diceret.soluat centū intra decem dies, & si non poterit soluere, luat in corpus: quia hoc casu, si non soluit intra terminū, videtur non potuisse: quia quælibet etiā minima pœna corporalis est maior, quàm quælibet pecuniaria, vt s.dixi.vnde ex quo statutū posuit terminum, videt considerasse, ꝙ ille non poterit soluere, ex quo nō soluit intra terminum.& sic per hanc viam non soluens quodāmodo videtur posse eligere pœnā corporalem: sed hoc non obstāte, idem videtur dicendū: quia posset contingere, ꝙ haberet bona sufficientia: & tamen non posset soluere intra terminū eò, quia intra illum terminū nō reperit emptorem, vel aliàs: si haberet nomina debitorum, quæ non posset intra illum terminū exigere.

& sic etiam hoc casu videtur necessaria inquisitio per iudicē: vt alia bona vel nomina intra terminum subhastentur: vt videat, an possit soluere: & tunc si nō reperitur pecunia necessaria ad solutionem, luet corpus.sed si hoc nō fieret, licet laberetur terminus, non posset propterea iudex imponere pœnam corporalē ex quo sibi non constat ꝙ non potuerit soluere: cùm ex eo solo, ꝙ non soluerit, non constet, nisi fortè pœna corporalis esset multū grauis: puta, mortis, vel mutilatiōis pedis, manus, vel linguæ: quia tunc videtur quædam violēta præsumptio, quòd ex quo non soluit, non potuerit soluere: ex qua violenta præsumptione absq; alia inquisitione potentiæ soluendi, videtur iudex posse condēnare ad pœnam corporalē.arg.c.afferte.j.de præsump.faciunt not.per Bal.in l.sciant cuncti.C.de proba.& per Dy.in tract.de quæstio.secus si pœna corporalis esset leuis, vt fustigatio, vel similis, quam sæpenumero homines vilis conditionis potius vellent pati, quàm soluere pœnam pecuniariam: etiam paruam, vt docet experientia, secundū Ioan.Petru.in d.l.fi.quæ opinio videtur mihi satis iusta, & rationabilis.faciunt ad prædicta not.per Bar.in d.l.item liberatur.ff.quib.mo.pig.vel hyp.sol. ¶ Et nota prædicta, quia quotidiana & singularia sunt.

¶ Et ad prædictam materiam, an & quando qui nō potest luere in ære, debeat luere in corpus.& an iudex vel pars possit eligere, & quid si esset transactum tempus soluendi.vide quæ latissimè dixi in d.c.ad liberandā.j.de Iudæ.vbi habes multa singularia.& quod dixi in c.qualiter.j.de accus.in xiiij.princ.arti.q.xv.versi.Item quæro, quid si statutū.Et quæ dixi in d.c.sicut Iudæi.j.de Iudæ. ¶ Sed quæro iuxta prædicta vtrū sit necesse, ꝙ in libello petatur quòd inquantum non possit soluere pœnā pecuniariam luat in corpus. ¶ Sol.Cy.in l.si non conuicij.C.de iniur.q.xvj.in simili tenet, ꝙ non est necesse, ꝙ petatur in libello: quia venit incidenter iudicis officio.& idem tenet Bald.in l.fi.ff.de in ius voc. ¶ Ego arbitror, ꝙ aut est talis iudex, qui potest imponere vtrāq; pœnam; & tunc potest quis in eodē libello petere quinquaginta: & si non posset soluere, potest petere per officiū iudicis, ꝙ luat in corpus.secus si iudex corā quo petitur non posset imponere pœnam corporalem, vt dixi in præcedenti quæstio.& vide ad hanc materiam quæ dixi in c.ij.s.de libel.obla.arti.xij.q.xvj.ver.quinta regula est.

93 ¶ † Decimonono quæro, qbus ex causis prædicta pena cesset.

¶ Solu.dic, quòd cessat varijs & plurimis ex causis.

¶ Primò, si vocatus non venerit: vt l.quamuis.ff.de in ius vocā.& ratio est: quia vocatus nō potest se fundare super vocatione in qua fuit contumax: vt not.singulariter Bart.in l.sepulchri.ff.de sepul.viol.& in l.vbi cœptum.ff.de iudi. ¶ Item secundò facit: quia sicut circunducitur citatio quando citatus non comparet, vt in l.& post edictum.§.circunducto.ff.de iudi.ita quādo vocatus non comparet ad vtilitatem vocati.

¶ Tertia ratio est, quia vbi persona priuilegiata citata non comparet, processus est nullus: vnde satis est sibi.& ideò pœna alia non incurritur, cùm annullatio actus dicatur pœna: vt in l.nemo martyres.C.de sac.sanc.ecc.& ibi per Bald.& per eum in l.non dubium.C.de legi.& per Ioan.And.in c.dispendia.de rescrip.lib.vj.& per Do.meum in c.cognoscentes.s.de consti.& per glos.in Cle.j.de rescrip.& ibi dixi.

¶ Secundò cessat prædicta pœna, si persona priuilegiata nō inuita, sed volens vocata sit.tex.est in d.l.quamuis.quoniā volenti nō fit iniuria: nec infertur dolus vel metus: vt l.cum donationis.C.de transact.

¶ Tertiò cessat pœna prædicta, si vocans sine venia pœniteat, & actionem amittat: vt d.l.quamuis.Debet ergo esse pœnitentia, non vt renūciet instantiæ: sed vt cadat à lite: quia si solùm teneretur renunciare instantiæ parum prodesset patrono, ex quo posset iterum inchoare.debet ergo actionem remittere.secundùm l.postq; liti.C.de pac. ¶ Et ista est cōmunis opi.licet quidam dicant, quòd amittat solùm instantiam.

94 ¶ † Sed circa hunc casum dubitat, vsq; ad quantū tēpus admittatur penitētia. ¶ Sol.glo.& Doct.sunt varij. Et qm̄ in simili materia ego tractaui plenè de hac pœnitētia ī c.si diligēti.s.de foro cōpe.vbi etiā tractant glos.& Doct.ideo instituerā hic omittere & remittere ad ibi dicta. ¶ Verùm: quia Io.Petru.quò ad articulū nostrū plenius tractat in d.l.quamuis.vbi etiam plura dicit faciētia ad materiā per me tractatā in d.c.si diligenti.idē hic, quare formaliter referā. Et sic ex his, q̄ ibi dixi in gl.sup verbo perdāt.& ex his, q̄ dicā hic, habebis plenè tractatā hāc materiā. Dic ergo secūdū gl.in d.l.quāuis.& in l.in crīali.C.de iurisd.om.iud.ꝙ hęc pœnitētia locū habet vsq; ad sn̄iam.& idē tenet Cy.in d.l.in crīali.& etiā Bar.ibi, sed extēsius & firmius in l.amplius nō peti.ff.rē ra.hab.p l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.test.& l.q cū maior.§.accusasse.& l.in seruitute.§.petijsse.ff.de bo.lib.& ī l.alia cā.C.de his q.vt īdig. ¶ Nec ob.scd̄m Bar.l.j.C.de plus peti.

plus peti.qa ibi interuenit duplex dolus.& ideò ibi solũ admittitur pnĩa vsq; ad litem contest. Sed ipsemet Bar.in d.l.ꝙuis.in qbusdã lecturis vr̃ variare, & tenere,ꝙ in casu d.l.ꝙuis. & similibus,licitũ sit pœnitere vsq; ad li.cõte.& non vltra.¶ Sed fortè lecturę suę sunt mẽdosę cũ in l.amplius nõ peti.plenè & firmiť affirmet,ꝙ licitũ sit pœnitere vsq; ad sñiam.¶Sed in contrariũ, ꝙ solũ licitũ sit vsq; ad litẽ conte.est glo.in c.si diligenti.in terminis illius c.& l.in criminali.& hoc tenẽt ibi Io. An.& d.Ant. ¶Mouetur:qa vbi mora cõmittiť ante litẽ cõtestatã, terminus purgandi morã solũ durat vsq; ad cõtestationẽ.secus vbi cõmitteretur mora post cõtestationẽ:qa tũc durat vsq; ad sñiam, vt ĩ l. si maior.C.de trãsac.sic ergo ĩ simili dicẽdũ est in pœna,ꝙ si illa cõmittať ante litẽ cõtestatã,prout est in casu nostro,in quo per solã vocationẽ quis illã vr̃ incurrere, vt in l.libertus à patrono, & in l.pe.iuncta l.iiij.§.prętor ait.ff.de in ius voc.ergo pnĩa nõ durat,nisi vsq; ad cõtestationẽ vt habetur in l.si insulã.ff.de ver. ob.in materia purgatiõis morę de qua etiam traditur in l. & si post tres.ff.si quis cau.& per Io.de Imo.in c.potuit.j.de lo.Bal. etiam in d.l.in criminali.sequiť hãc opi.per prędictã rationẽ, & rñdet ad leges allegatas in cõtrariũ p Bar.ꝙ loquuntur in materia,in qua leges cõsiderauerunt effectum iudicij:prout põt videri in d.§.meminisse.vbi considerauerunt ne subuertatur effect⁹ tastamẽti:& ideò pœnitẽtia habet tũc locũ vsq; ad sñiam.qa l. vr̃ esse cõtenta,ꝙ ille finaliter non insistat vt sententietur cõtra testamentum.& sic in alijs similibus iuribus.s.allega.per Bar. videlicet in.§.accusasse.& ĩ §.petijsse.sed in casu nr̃o,& ĩ casu d.l.ĩ criminali.pœna cõmitteť ꝓpter vexationẽ,q̃ habuit effectũ à prin.per dictam vocationẽ.nam in l.in criminali.habuit effectũ eò ipso ꝙ reus vocatus fuit in foro vetito:& sic in casu nostro eò ipso,ꝙ nõ adhibita debita reuerentia vocauit in ius sine venia.¶Sed Io.de Imo.in d.c.si diligenti.dicit ꝙ æquior esset illa sñia,quę in pœnis est mitior.vnde dicit,ꝙ vsq; ad sñiam potest pœnitere,dicit tñ ꝙ ꝓpter authoritatẽ gl.& Io. An.ꝙ canonistæ tenuerũt,ꝙ ĩ foro ecclesiastico admittať pœna solũ vsq; ad lit.conte.Legistę verò ꝙ vsq; ad sñiam.vnde minimè sunt mutanda &c.vt l.minimè.ff.de leg.facit gl.in c.ij.de arbi.lib.xj.Sed Io.Pet.in d.l.ꝙuis.dicit,ꝙ licet in foro ecclesiastico non videať insistendum,ꝓpter p̃dictas authoritates,tñ in terris Imperij vr̃ maximũ dubium: quia contra glo. iuris ciuilis.& contra Cy.& Bar.fortissimè obstat qđ dixi s.secũdũ Bal.¶Et si teneres opi. glo.de qua in d.l.ꝙuis.ꝙ dum text.dicit actionem remittat. ꝙ intelligatur de instãtia,nõ posset stare aliquo modo p̃dicta opi. ꝙ solũ vsq; ad contestationẽ litis admitteretur pnĩa eò ꝙ ante litis cõtestationẽ nõ dicitur adhuc esse instãtia,vt l.ꝓperãdũ.C. de iudi.dixi in c.pe.s.de iud.viij.prin.ar.ergo nõ posset remitti instãtia,quæ nõ est,vt l.decem.ff.de ver.ob.& per cõsequẽs de necessitate intelligeretur admittendam esse pnĩam vsq; ad sententiam,prout voluerũt glo.& Bar.¶Sed veritas est,ꝙ debet remitti actio,& nõ instãtia.vt,s.dixi in ver.iij. cessat.& j.subijciã. Sed pro Barto. bene facit: qa in pœnis legalibus,mitius agitur, quàm in pœnis hoĩs,vt l.celsus.ff.de arbi.& sic largius conseqtur pœnitẽtia & sic nõ obstat l.maior.quia illa loquiť in pœna hominis.Item pro Bar.facit:qa prædicta pœna est legaľ.& ipsa l.concedit hanc pœnitentiam,vt dicit gl.in d.l.ꝙuis.quam pœnitentiã & remissionem,si lex ipsa nõ cõcederet, nõ diceremus habere locum post pœnam incursam:quam vocãs iam incurrerat per solam citationem factam sine venia,contra prætoris ꝓhibitionem, qđ est notãdũ ad statuta imponẽtia pœnã ꝓpter aliqđ factũ:qa ipsa incursa,seu cõmissa, nõ est locus pœnitẽtię: nisi statutum aliter prouideat.faciunt no.in l.iij.§. qđ autem.ff. qđ quisq; iur.& qđ ibi traditur in glo.

¶Item pro opi.Bar.facit:qa ex quo libertus vel similis,si vult pœnitere,necessitatur remittere actionẽ,vt dixi,non est inconueniens ꝙ ista pœnitentia duret vsq; ad sententiam, ex quo p remissionem actionis patrono satis plenè subueniatur. ¶Aduerte tamẽ:qa ista actio non cadit in cõsideratione terminorũ d.l.in criminali.C.de iurisdi.om.iud.Et profectò argumenta p̃dicta satis sunt persuasiua.sed leges allegatę per Bar. ꝓ sua opi. magis astringere videntur.¶Sed contra prædictam opini.facit quia iniquũ videtur in casu nostro,& etiam in terminis d. l.in criminali.in quibus iura abhorrent principium vocationis propter irreuerentiam, & anfractionem,siue vexationem,ꝙ pmittur pœnitentia vsq; ad vltimum terminum,quo potest fieri vocatio.& sic vsq; ad sententiam,delicto quasi consummato & cõtinuato.vnde nõ videtur aliqua ęquitas,ꝙ talis purgatio admittatur vsq; ad sententiam ratione prædicta: quæ ratio cessat in iuribus allegatis per Barto. quia licet in illis, quis videatur accusasse,etiam à principio non expectato fine iudicij eò ipso,ꝙ nomẽ rei receptum est inter reos,vt ff.de publicis iudicijs. in l. is,qui reus.& C.qui accusare non poss.in l.neganda.tamen hoc non obstante admittitur pœnitẽtia vsq; ad sententiam, vt in d. §.accusasse.& in d.§.petijsse.tamen adhuc dicebat Bal.respondere posse,quòd in illis legibus non consideratur accusatio,vexatio,vocatio propter se principaliter:sed propter finem, quẽ finem cùm pars non expectet:sed pœniteat,parcitur pœnitẽti.& sic propter istam rationem videtur dicendum,quòd in casu.l.in criminali.solùm admittatur pœnitentia vsq; ad contestationem litis.

¶Quod etiam adiuuatur per l.j.C.de plus peti.vbi dicitur, ꝙ vsq; ad litis contestationem parcitur pœnitenti,& non vltra. de quo in ca.j.j.de plus peti.¶Nec videtur obstare responsio Bart.ex eo,quòd ibi sit duplex dolus:quia sicut in terminis nostris requiritur ad commissionem pœnæ,seu sufficit vocare in ius sine venia:ita etiam in d.l.in criminali.& in c.si diligenti.& sic non obst.ꝙ ibi videatur esse duplex dolus:quia etiam in terminis prædictis videtur esse duplex dolus.& in c.si diligẽti.& in l.in criminali.vnde sicut in d.c.j.non admittitur pœnitentia, nisi vsq; ad litis contestationem commissa iam pœna:sic etiam dicendum in d.l.in criminali.& etiam in terminis nostris,cùm istæ leges non exprimant,nec declarent vsq; ad quod tempus admittatur dicta pœnitentia.& quamuis in terminis nostris videatur,ꝙ non solum consideretur reuerentia contra quam fieri dicitur ab ipso principio propter citationem,sed etiam videatur considerari effectus & finis,ne patronus aut similis damneť actione famosa,propter quam rationem videatur dicẽdum, ꝙ locus esset pœnitentiæ vsq; ad sententiam,per d.§.meminisse. & §.accusasse.& §.petijsse.tamen ex quo est duplex ratio, & quælibet est æquè principalis.videtur,ꝙ vna sufficiat ad impediendam pœnitentiam post lit.contest.videlicet,ipsa reuerẽtia contra quam dicitur esse cõmissum propter primam vexationem,& vocationẽ:& commissus est effectus pœnæ.vnde solũ admittetur pœnitentia ante litis contest.Et sic attẽta hac ratione,quæ sufficit secundũ not.Instit.de nup.in §.affinitatis.& in l.liberorũ.§.notantur.ff.de his,qui not.infa.de quo dixi in c.cũ cessante.j.de appel.meritò non videtur admittenda pœnitẽtia vsq; ad vltimum finẽ vexationis.Quantũ verò ad prædictã l. in criminali,opinio Canonistarũ videtur esse magis aperta, qa ibi vna tantũ subest ratio,ne quis vexetur corã vetito tribunali:& sic in puncto iuris opinio Canonistarũ videtur potius seruanda:etiã in foro seculari,secũdũ Ioã.Petru.qui tamẽ dicit cogitandũ esse.Et profectò quæstio est satis ambigua & disputabilis.¶Et coniunge prædicta ad ea,quæ dixi in d.c.si diligẽti.

¶Sed aduerte:quia contra prædicta ego fortiter oppono:quia s.in præcedenti ver.pro secunda excusatione à pœna,ego dixi ꝙ si persona priuilegiata volẽs & nõ inuita,fuit vocata,ꝙ pœna esset,vt s.statim dixi,ꝙ hic vt vocans non incidat in pœnã, necessaria est penitentia ante litis cõtestationẽ,secundũ opi.Canonistarũ,vel ante sententiã,secundũ aliam opinionẽ.sed hoc non videť necessariũ:quia si vocatus contestatur litẽ,igiť voluntariè cõtestatur:& sic videtur cõsentire:& tenet processus.secũdum ea,quæ dixi s.in ver.ix.quomodo igiť frustra videť tractari de penitẽtia ante litis cõtest.ad fugiendã pœnã:quia aut vocans penitebit ante litis contestationẽ:& res est clara.aut lis cõtestabitur:& sic cõtestabitur cũ volẽte,& pœna cessare debet.

¶Sol.licet Docto,nõ tangant:tamen arbitror respõderi posse multipliciter.¶Primò,ꝙ dubitatio procedit, quando vocatus cõtradicit vocationi.& si iudex compellet eum ad contestãdã litem,poterit ipsam contestari,cũ hac protestatione & sub hac forma,videlicet:Qui B.volens parere mandato iudicis,nõ intẽdens aliquo modo renunciare iuri sibi quęsito ex vocatione facta per prædictum A.dictus A.dictam lit.contestatus est &c.

¶Vel potest dici secũdò,ꝙ ex quo vocãs sine venia incidit in pœnam,secundũ ea,quæ superius dicta sunt:sequiť ꝙ ius quæsitum sibi non amittit per talẽ lit.contest.dũmodo appareat,ꝙ ante nõ fuit voluntariè vocatus,eò ꝙ in prima cõparitione contradixit citationi propter non impetratam veniam:sed à prędicta pœna bene excusatur actor,si penitet.Est igitur in facultate actoris se exonerare à dicta pœna,& satis est personæ vocatæ,ꝙ vocans cadit à lite vnà cum pœnitentia,vt s.dixi.Et ita vidi in libro meo quandam apostillam Dy.qui fortius dicit,ꝙ licet vocatus non opponat:tamen potest petere pœnam.alleg. l.exceptiones.C.de excep.quod est notandum.

¶Quartò cessat prædicta pœna,quocũq; casu prædicta reuerentia fuerit amissa,seu prædicta per patronũ vel similẽ:puta, per maximã vel mediã capitis diminutionẽ,vel per deportationem,vel damnationẽ in metallũ,aut propter bannũ.licet enim per deportationẽ & bannum non perdantur ea,quæ sunt iuris gentium:sed solùm ea,quæ sunt de iure ciuili:vt l.j.C.de hęred. insti.& secundùm ea,quæ latè traduntur per domi. Nellum in tractatu bãnitorum.in ij.parte primi temporis:quasi per totũ.

tamen perditur honor & reuerentia propter reatum: vt l.sed si hac.§.sed & si pœnam.ff.de in ius voc. ¶ Nec obstat quòd hęc reuerentia sit quasi de iure naturali: vt l.ij.C.de in ius voc.quia licet sit quasi de iure naturali: tamen pœnæ appositio est de iure ciuili. ¶ Item non debetur dicta reuerentia.si patronus vel similis grauissima iniuria affecit libertum vel similem: vt d.l.sed si hac.§.patronum dixi.s.in versic.primò quæro. ¶ Et idem dicendum est, quocunq; casu talis reuerentia admittatur: vt dixi in prædicta.j.quæstio.

¶ Sextò cessat dicta pœna respectu liberti, si per rescriptum Principis libertus sit restitutus natalibus: per quam restitutionē Princeps facit eum ingenuum: vt d.§.patronū.in fi.secus si per rescriptum solùm esset concessum ius aureorum anulorum, vt dixi s.in j.q.istius xxvj.q.princi. ¶ Nec Princeps per rescriptū suum remittit pœnam iam incursam applicandā parti: vt l.ij.in fi.C.de in ius voc. ¶ Est tamen notandum, quod filius, libertus vel similis non possunt se excusare à prædicta pœna propter rusticitatem. ¶ Et ratio est, quia naturali ratione, prædictis personis honor & reuerentia debetur, à qua naturali ratione rusticitas non excusat: licet enim excuset ab ignorātia iuris positiui: vt l.ij.ff.si quis in ius voca.non ier.duntamen non sit notum: vt l.j.C.de interdic.mat.secundùm Cyn.tamen non excusat à iure naturali: vt d.l.ij.& in d.l.j. ¶ Vide per glos.& Bald.notabilem limitationem in casibus, in quibus rusticitas excusat, illud procedit, nisi actus fuerit clam celebratus.quod perpetuò notabis. ¶ Ad quod vide, quæ dicam in titu.de dol.& contu.in materia doli. Item non excusatur in iure positiuo tendente ad formam actus, & rigorem iudiciorum: vt l.ambiguitatem.& l.fin.C.de testamen.dicam in titu.de ordi.cogni.

95 ¶ † Vigesimoseptimò quæro principaliter, qualiter iudex debeat citare per literas.& citationem committere.& cōtra quem agere debeat is, cui committitur.& quid agendum sit si is, cui committitur nolit adimplere mādatum. ¶ Solu.dic vt latius dicam j.in xxiiij.princip.articu.

96 ¶ † Vigesimooctauò principaliter quero, quid iuris si papa mādat alicui sub hac forma. Moneas talē, q; intra quindecim dies restituat tale quid B.alioquin cites eum, quòd intra tres menses per se, vel procuratorem compareat coram nobis. Ille verò mādato recepto procedit.& dicit, moneo te vt restituas intra quindecim dies tale quid B.alioquin ex tunc te cito, quòd venias ad sedem apostolicam, an valeat talis citatio. ¶ Solu.Innocē. pronunciauit talem citationem non valere.ad quod vide quod dicam j.in xxiiij.princip.articu.q.vj.

97 ¶ † Vigesimononò principaliter quęro, qualiter nūcius debeat citare iuxta formam cōmissionis, & citationem referre. ¶ Solu. dic, vt dixi s.arti.xiij.q.j.Et in eo.articu.in ij.q.vide, cui debeat fieri dicta relatio, & ibi in iij.q.vide, qualiter debeat referre.

98 ¶ † Trigesimò principaliter quæro, quid si iudex cōmittit nuncio, vt nominatim citet aliquos, qualiter dicatur satisfecisse mandato. ¶ Sol.clarum est satisfecisse, si personaliter citat: sed si citaret ad domum, maius est dubium.tamen Bal.tenet idem in l.si quando.C.de inoffi.testa.in penul.q.arg.l.vnum ex familia.§.j.ff.de leg.ij. ¶ Item quia hîc habemus effectum ad quem fit nominatim citatio: quia deducitur ad notitiam certæ personæ: ergo habito effectu, non curamus de modo.argu.l.cum seruus.ff.de verb.oblig.Et ad hoc, quando dicatur, quid nominatim fieri, vide glo.in verbo, nominatim.in c.ij.s.de offi.ordi.& per Inno.in c.licet ex quadam.de testib.& quod traditur in c.quid ad agendum.§.ij.de procur.lib.vj.& in c.cum & plantare.j.de excess.præla.& ibi tetigi.& per Legistas in l.quid si nominatim.ff.de libe.& posthu.

99 ¶ † Trigesimoprimo principaliter quæro, quid si citatio nō sit facta legitimè, seu sub debita forma.vtrum arctet citatū. ¶ Sol. dic vt latius dicam j.in xxxj.prin.articu. ¶ Et ex his Deo duce est expeditus xx.articulus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Literæ executoriales cum clausula, & si senserit se grauatū, quid operentur.
2 Causa quælibet qualiter sit incipienda.

ARTICVLVS XXI.

1 Igesimoprimo principali articulo † specialiter tractanda est materia literarū executoriarum, quæ quotidie committūtur, quæ dicuntur habere vim simplicis citationis. ¶ Circa quem articulum Ange.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope.no.nunc.post glo. iij.ibi positā dicit, quòd curia Romana introduxit originaliter hanc formam, quæ tamen habuit originem ex glo.in c.ex parte quo.j.de verb.sig.quæ glos.fortè non est alibi, ex qua sumitur practica, quam etiam obseruat nostra curia Senens. ¶ Præcipit enim iudex citato, vt soluat tantum, vel tale quid faciat intra tātum tempus.& si senserit se grauatum, cōpareat intra tantùm terminum recepturus iustitiæ complementum. ¶ Vel pręcipit Potestas aut maior officialis in ciuitate existens alicui officiali in comitatu, q; cogat & compellat realiter et personaliter A.ad soluendum, vel tale quid faciendum, aut adimplendum B.intra talem terminum: & si senserit se grauatum, compareat corā eo intra tantum terminum recepturus iustitiæ complementū. Et istis casibus, si ipse citatus, vel cui fit hoc præceptum cōpareat, fortè se defensurum: tale præceptum, & talis litera executoria resoluitur in vim simplicis citationis.de quo Ange.remittit ad not.in Spec.de cita.§.iam de citatione.versi.si igitur.sed corruptè allegat.& fortè voluit allegare in titu.de sen.prola.§.ij.ver. sed nunquid.allegat etiam not.per Guli.de Cun.in l.quoties.ff. de in diem addic.sed ipsius Guli.lectura communiter nō habetur semper illo tit.idem tamen tenet Ioan.de Imo.in d.§.meminisse.& legitur & not.in l.ea quidē.C.si manci.ita fue.alie. ¶ Et idem tenet Ange.in l.nōnunquam.ff.de iudi.vbi dicit, quòd de iure ciuili non habetur alibi, nisi in d.§.meminisse.& Bald.in l. ad peremptorium.in fi.ff.de iudi.per d.§.meminisse.q; tamē dicit procedere, nisi citatio esset nulla ipso iure: quia tunc non potest iustificari.arg.l.quędam mulier.ff.fami.ercis.& ff.de testa.tute.l.iure nostro.quod contingere dicitur, quando fuit factum dictum præceptum executoriū absq; iustificatione.hoc est, si senserit si grauatum: quia tunc tale præceptum esset nullum, per l. j.& quod ibi not.Bart.C.de excep.rei iudi.quia tunc diceretur emanatum absq; causæ cognitione. Et ideò nullum, & ex abrupto in materia in qua non potest incipi à præcepto, vt l.interlocutio.& l.programma.C.commina.vel epist.facit quod tradit
2 Bar.in l.filiusfami.§.diui.ff.de leg.j. † Nam in qualibet causa debet incipi à petitio.cōdemnatio.siue sit in ordinaria, per modū, vt dixi in c.j.de libel.obla.artic.v.Siue in summarijs, per modū positum in Cle.sæpe.de verb.signi. ¶ Et vide quod dixi in xx. princip.articū.q.ij.& in vij.principa.articulo ver.xx.secundus casus, tetigi de ordi.cogni.c.ij.articu.xix.versi. & ex prædictis infertur, quòd si iudex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Citatio generalis quotuplex sit, & quotupliciter fieri dicat.
2 Citare generaliter, quis possit.
3 Citari generaliter, quis debeat vel possit.
4 Citatio generalis, quibus casibus fieri possit.
5 Citatio generalis, qualiter fieri debeat.
6 Citationis generalis effectus, quis sit.

ARTICVLVS XXII.

Igesimosecundò principali articulo, tractandum est de citatione generali. ¶ Circa quem articulum pro ipsius clariori decisione, prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur principaliter quæro quotuplex, seu quotupliciter dicatur fieri citatio generalis. ¶ Solu.dic, q; potest dupliciter considerari.vno modo, respectu omnium agēdorum in tota causa: & quò ad omnia acta celebranda.& de hac latissimè dictum fuit in xx.princi.arti.in xvj.q.princi. ¶ Quandoq; verò accipitur citatio generalis, respectu personarum & factorū, seu negotiorum.& de hoc tractandum est in hoc argumento.

2 ¶ † Secundò principaliter quæro, quis possit generaliter citare. ¶ Solu.dicendum arbitror, quòd quilibet iudex ordinarius potest citare generaliter in casibus, in quibus permissa est generalis citatio: dummodò præfatus iudex habeat iurisdictionem in dictis causis.de quibus dicam statim in iiij.q. ¶ Delegatus verò non posset citare, nisi specificatos in literis: vel alios comprehēsos sub clausula. Et quidam alij, ad quod vide quod dixi in v. princip.arti.xxxj.q.princip.per decem quæstiones: sed maximè in q.iij. ¶ Et hoc verum, nisi aliter appareat ex forma literarum secundùm quam potestas & iurisdictio tribuitur, vt in c. cùm dilecta.de rescrip.cum simili.

3 ¶ † Tertiò principaliter quæro, quis possit vel debeat citari generaliter. ¶ Solu.dic, quòd persona incerta, contra quam non dirigitur principaliter petitio, potest generaliter citari. ¶ Persona verò certa, cōtra quam principaliter dirigitur petitio, debet specialiter citari: siue sit vna, siue etiā sint plures.hoc voluit Innoc.in c.in nostra.de procura.& ibi Ioan.de Imo.& Docto.in c.exhibita.s.de iudi.& ibi tetigi super gloss.j.

¶ Et vide etiam quod dixi s.in v.principa.articulo quæstio.j. traditur per Legistas in authenti.si omnes.C.si vt se ab hæredi.

abstì.&

abſti.& probatur in iuribus ſtatim állegandis in ſequenti quæſtione. Nec obſtat, quòd talis citatio non videatur valere eò, ꝙ videatur incerta:& citatio incerta non tenet, ſecundùm ea, quæ not. in l. eum quem temere. ff. de iudi.& dixi ſ. articul. xx. q. ix. quia illud procedit, quando ex natura rei vel cauſæ ſeu petitionis, ſcitur perſona, quæ eſt citanda:& eſt tunc citanda ipſa certa perſona: ſed tamen citatur ſub aliqua dubitatione vel ambiguitate, ſeu generalitate, ſecũdùm ea, quæ dixi in dicta quæſtio. ix. ſed nos loquimur reſpectu petitionis, quæ non dirigitur cõtra certam perſonam : & propter ignorantiam citandorum, quorum fortè poſſet intereſſe, per ea, quæ dicentur in ſequen. quæſtionibus.

4 ¶†Quartò principaliter quæro, in quibus caſibus & cauſis poſſit fieri generalis citatio. ¶Solu. dic, ꝙ talis citatio fieri poteſt, & procedit in facto generali: vt in aut. de hæredi.& fal. §. ſi verò adſunt.& C. de remiſ. pig. in l. ſi eo tempore.& ibi per Bart.& Bal.& in aut. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſti.& ibi per Barto. Bal.& Docto.& ff. ſi cui plus, quam per legẽ falci. l. j. §. cùm dicitur.& l. hoc autem. §. j. ff. quib. ex cau. in poſ. eatur. ſi ergo factum eſt generale, ſufficit generalis citatio & generale edictum, vt dictis iuribus.& in c. habuit. de maio.& obed.& ibi per Innoc.& in c. cùm in tua.& in c. ij.& ibi per Ioan. And.& Doct. j. qui matri. accuſ. poſſ. vbi patet, quòd ſi tempore matrimonij contrahendi fiunt generalia edicta, quòd quicũq; ſcit aliquod impedimentum debeat prodire in publicum intra certum terminum, vnde poſtea non audietur. Et ad idem in c. quia diuerſitatem. j. de conceſ. præbẽ.& per Inno. in c. ſi conſtiterit. j. de accuſa. ¶De conſanguineis igitur adhærẽtibus, & amicis, & quorum poſſet intereſſe, fit & ſufficit citatio generalis: vt not. in d. l. hoc autem. §. j. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. tenet Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. not. Domi. meus in c. fi. j. de vit.& honeſt. cle. cùm ergo imminet caſus, in quo non agitur contra certam perſonam, vt poteſt etiam figurari exemplũ, quando imminet cõfectio inuentarij vel venditio fundi, qui poteſt eſſe alij obligatus: tunc enim ſatis eſt facere proclama, & citationem generalẽ quòd qui ſua putauerit intereſſe debeat comparere:& hoc caſu ſcientes citationem & non comparentes, faciunt ſibi præiudicium:& ſic vendito illo fundo, non poteſt talis allegare hypothecam, quam non comparẽdo videtur remiſiſſe: vt d. l. ſi eo tẽpore. C. de remiſ. pig. ¶Et ſi aliqui ſunt abſentes à loco, & neſcitur vbi ſint, fit etiam dicta citatio generalis, vt latè dixi in c. ex tuæ. j. de cleri. non reſid. in vij. principa. artic. q. ij.& iij. ¶Et ibi etiam tradunt Ioan. And. domi. Anto. Domi. meus & Ioan. de Imol.& etiam not. Io. And. in addi. Specu. in tit. de cle. non reſi. Et idem etiam ſi ignorantur, quorum intereſt, aut intereſſe poſſet: vt d. aut. ſi omnes.& ibi per Bart.& Doct. tangit etiam Hoſtien. in c. ad noſtram. ij. j. de iureiur. tetigi in Clemẽ. j. de iudi.& vide quod dixi in c. inter. j. de purg. cano. in x. princi. arti. ver. ſecundò quæro. traditur etiam per Ang. in repeti. l. ſi vacãtia. C. de bo. vacã. lib. x. ibi, data reclamãdi copia.& Pet. de Ancha.& do. Domi. in c. fin. de elect. lib. vj.& Domi. meus in c. penul. de re iudi. ſecus ſi ageretur de facto ſpeciali, ſeu contra certã perſonam: tunc requireretur citatio ſpecialis illius, cõtra quem dirigit̃ petitio, & cuius principaliter intereſt: vt l. nã ita diuus. ff. de adop.& in c. cauſam. j. de do.& contu.& in l. j. §. denunciari. ff. de ven. inſpi. de quo latè dixi ſ. in v. arti. q. j. vbi vide. Et vide omnino quod dixi in d. v. articu. q. vj.

5 ¶†Quintò quæro principaliter, qualiter prædicta citatio generalis fieri debeat. ¶Solu. dic, ꝙ debeat fieri de omnibus incertis qui ſua putauerit intereſſe: aut qui vellẽt intereſſe ſeu opponere, vel quid ſimile facere, vt patet ex iuribus allegatis in præcedenti q.& poteſt fieri ſub certo termino. videlicet, ꝙ intra tantum terminum debeant comparere:& etiam ſolet apponi cõminatio, quod poſt illum terminum non audientur. Poteſt etiã fieri ſine termino. ad quod tamen vide quod dixi ſ. xix. princi. articu. q. vj. Et ad hoc etiam vide quod dixi in c. ex tuæ. j. de cle. non reſi. in vij. princip. arti. in ſecũdo membro. q. v. ¶Et aduerte: quia huiuſmodi citatio generalis debet fieri cum ſolennitate trinæ citationis: nec ſufficit vna cum termino peremptorio: vt not. Ioã. And. in d. c. ex tuæ. de cle. non reſid.& glo. in verbo tertio. in Cle. j. de vita & hone. cle.& per tex.& glo. in c. conſtitutionem. §. ſtatuimus. de ſentẽ. excom. lib. vj. Et vide omnino quod dixi in d. c. ex tuæ. in vij. prin. arti. in ſecundo membro. q. iij. Tangit etiam Io. de Imo. in c. in noſtra. ſ. de procur. Et ita cõmuniter hoc ſeruatur in citationibus eorum, qui vellent opponere, aut aliquid petere ab officialibus, qui ſtant ad ſyndicatum.& de materia peremptorij latius dicemus j. in xxvij. princi. articu.& fieri poteſt iſta citatio per proclamata, & bannimenta, & per affixionem citationis & literarum citatoriarũ in varijs locis. ſecundum quod in ſimili dicetur in xxiij. princip. articu. vbi tractabimus de citatione per edicta.

6 ¶†Sextò principaliter quæro, quis ſit prædictæ generalis citationis effectus. ¶Solu. dic, quòd licet talis citatio non arctet aliquem ad comparendum, niſi quatenus voluerit. ad quod vide quod dicam in xxiij. princi. arti. q. xj. ¶Sed ſolùm cauſatiuè arctentur citati ad comparendum ſi volunt, quòd ſibi non præiudicetur: quoniam hæc citatio, licet ſit generalis, tantùm præiudicat omnibus, quos citatio veriſimiliter apprehendit, de quorũ præiudicio agebatur, non comparuerunt nec ſe oppoſuerunt, vt in d. l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig.& quod traditur in iuribus allegatis. ſ. in iij. q. iſtius articuli, ignorantes tamen non ligat. arg. l. fi. ff. de decur.& l. genero. ff. de his, qui not. infa.& l. ex maleficijs. §. j. ff. de act.& oblig.& C. de re. mi. l. ſi ſeruus. lib. xij. not. Compo. in c. ſtatuimus. de elec. in prin. glo. tenet Oldr. cõſil. ccxxx. quod incipit, Credo de iure. ¶Et vide quod dixi ſ. in v. princip. articu. q. j.& vide etiam, quæ dicam in ſequenti articulo. q. xj.& articu. xxvij. q. xj. ¶Et ex his Deo duce, eſt expeditus. xxij. principalis articulus Sequitur nunc xxiij. principalis articulus ex ordine.

SVMMARIVM.

1 ☞Edictum quid ſit, & quotupliciter accipiatur.
2 Citare per edicta, quis poſsit.
3 Citatio per edicta, quibus fieri poſsit.
4 Citatio per edictum, quomodo, quando, & in quibus caſibus fieri poſsit.
5 Citatio per edicta, quam cognitionem requirat.
6 Citatio per edicta, quo tempore fieri poſsit.
7 Citatio per edicta, in quo loco, vel ex quo fieri poſsit.
8 Edictum peremptorium per quod citantur volentes ſe opponere confirmationi electi, an poſsit fieri per exiſtentem extra territorium.
9 Citatio per edictum, qualiter, & ſub qua forma fiat.
10 Edictum citatorium in quo loco, & vbi poſsit affigi.
11 Edictum citatorium, quanto tempore ſtare poſsit vel debet, affixum.
12 Citatio per edictum, cuius ſit efficaciæ.
13 In termino citationis comparens, ſi abſentiam alleget, quid erit agendum.
14 In termino citationis comparens, ſi poſtea ſe abſentet, qualiter erit citandus.
15 Edictum citatorium tollens vel corrumpens, qua pœna teneatur.
16 Edictum citatorium corrumpens, an quãdoq;, vel quibuſdam caſibus veniat excuſandus.
17 Pœna edictum citatorium corrumpenti taxata, cui ſit applicanda.
18 Ad pœnam corrumpenti edictum citatorium taxatam exigẽdam, qua actione ſit agendum.
19 Libellus qualiter in exactione pœnæ citatorium edictum corrumpenti debitæ, ſit formandus.
20 Condemnatio ad pœnam edictum citatorium corrumpẽti debitam, à quo iudice fieri poſsit vel debeat.
21 Edictum citatorium corrũpens ſi ſit pauper, & non poſsit ſoluere pœnam ſtatutam, qualiter ſit puniendus.

ARTICVLVS XXIII.

Igeſimotertio principali articulo tractandum eſt ſpecialiter de citatione per edicta. pro cuius materiæ clariori doctrina, proſequar infraſcriptas quæſtiones.

1 ¶†Primò igitur principaliter quæro, quid ſit edictum, & quotupliciter accipiatur. ¶Solu. dic, quòd edictum multipliciter accipitur. quandoq; ſumitur pro præcepto Regum vel Imperatorum, vt patet in Euãgelio Lucæ cap. ij. ibi dum dicitur, Exijt edictum à Ceſare Auguſto &c.& hoc modo propriè ſumitur. ¶Quandoq; ſumitur pro præcepto, quod continetur in l. inferioris. vt in c. vt circa. de elect. lib. vj.

¶Quandoq; etiam inferiores iudices apponunt edicta: vt in c. j. de ſupplẽ. neglig. præla. ſecundùm Archid. Ioan. And.& dominum Dominicum. in d. c. vt circa. in §. edicto. ¶Tu verò dic ex plurimis hincinde collectis, ꝙ edictũ multipliciter accipit̃. ¶Quandoq; latiſsimè:& tunc ſumitur pro qualibet lege generali, ſiue illa ſit ciuilis, ſiue prætoria, vt tangit gloſ. j. in l. j. ff. ſolu. matr.& ibi etiã Ioan. de Imo.& ad idem d. c. vt circa.& l. j.& ij.& in l. digna vox. C. de legi.& in c. j. de ſupp. negl. præla. lib. vj.

¶ Proprie tamen sumitur pro constitutione, quam Princeps vel Rex statuit, vt dixi supra. & est text. iuncta glos. ij. distinctio. c. constitutio. & vt habetur in illo versi. Edicunt reges indicit festa sacerdos. ¶ Et hoc modo non sumitur in terminis nostris.

¶ Quandoque verò sumitur latè, vt comprehendat omnem l. prætoriam: sed non ciuilem, vt Instit. de iure natu. gen. & ciui. §. prætoria quoq; edicta. & ff. de ædili. edic. in rubro & nigro. & in l. j. ff. de dolo. & l. j. ff. de mino. cum simili. & hoc modo sumendo, comprehēditur etiam interdictum: vt l. j. ff. de oper. no. nunci. iuncta l. Prætor. eod. titu. Et probatur in l. j. & ij. & fina. ff. ne vis fiat ei. & isto modo non sumitur in terminis & materia nostra.

¶ Quandoq; verò sumitur strictè pro lege prætoria, differente ab interdicto. & tunc est species distincta ab interdicto: quia sicut adoptio cōtinet adoptatos in specie, & arrogatio, vt l. j. & ij. ff. de adop. ita & edictum in genere, continet edictum in specie: & etiam interdictum. & isto modo etiā non accipitur in materia nostra. Et hoc casu, quid differat edictum in specie, ab interdicto: non est materia nostra. vide per glos. Barto. Ioan. de Imol. & Docto. in d. l. j. ff. de oper. noui nuncia.

¶ Quandoque verò sumitur edictum pro præcepto, quòd faciunt iudices iurisdictionem habētes: & isto modo sumitur in materia nostra. quo casu, quandoq; accipitur latè pro quolibet præcepto iudicis: vt l. j. in fi. ff. de offic. asses. quandoq; pro qualibet citatione, vt l. edictum. & l. ad peremptorium. ff. de iudic. xxiiij. q. iij. c. de illicita. facit Clementi. j. in fin. de iudi. & de hoc edicto tractatur generaliter in tota hac materia citationis per omnes articulos suos. Et de edicto peremptorio specialiter tractabitur in xxvij. principali articulo.

¶ Quandoq; verò accipitur edictum pro quadā citatione speciali, quæ fit cùm certis solennitatibus per affixionem in albo, aut in valuis, vel parietibus à quibusdam iudicibus duntaxat: & in quibusdam casibus, secundum quod tractatur in Clemen. j. de iudi. & ad instar edictorum, quæ per Prætores in albo ponebantur: vt in d. Clemen. j. & in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omnium iudi.

¶ Et de ista specie edicti tractandum est in terminis nostris, & in hoc articulo.

2 ¶ † Secundò quæro principaliter, quis posit citare per edicta.

¶ Solu. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in gloss. super verbo, per edictum. dicit, quòd iste modus citandi competit solùm ordinarijs & delegatis à Principe: alijs non, vt in aut. qui semel. C. quomo. & quando iud. & in corpore vnde sumitur. tenet Ange. in l. ad peremptorium. ff. de iudi.

¶ Aduerte tamen, quia quod dixi de delegato à Principe procedit in alia citatione per edictum, quàm per edictum in albo propositum: quia talem non potest facere, cùm non habeat album. facit quod not. in l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omn. iudi. iunctis notatis in simili, in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsi. ¶ Et ad hanc quæstionē vide quod dixi s. in quarto principali articulo quæstio. iiij. vbi etiam tetigi de arbitris, & de consulibus mercantiæ.

3 ¶ † Tertiò quæro principaliter, quis posit citari per edicta.

¶ Solutio. dic, quòd quilibet dummodò sit citatus in quo dicta citatio fieri posit. hoc colligitur ex tex. in Clemen. j. de iudi. ibi dum text. dicit, de quibuscunque personis, ac vndecunq; &c. vnde cuiuscunq; sint status vel præeminentiæ ecclesiasticæ vel seculares, etiam si Regali vel Imperiali præfulgeant dignitate, possunt citari per edicta: vt in d. Clemē. j. iuncta glo. super verbo, quibuscunq; personis. ¶ Et hæc procedunt respectu citationis per edictum in casibus specialibus. de quibus loquimur, & de quibus in quæstione sequenti. sed quādoq; fit citatio per edictum extra casus nostros, secundùm quod dixi s. in j. q. per quam citari possunt vniuersitas & personæ incertæ. ad quod vide quod dixi in xxij. principali articulo. maximè in iij. quæstio.

¶ Et potest etiam quādoq; certa persona citari per edictum & proclama, si persona non inuenitur, & non habet domum, secundùm Bald. in l. fina. C. de iure domi. impetr. dicam j. articulo xxv.

4 ¶ † Quartò quæro principaliter, quomodo, quando, & in quibus casibus posit fieri hæc citatio per edictum.

¶ Solutio. dic, quòd de iure ciuili talis citatio videtur permissa, non solùm in crimine læsæ maiestatis. secundùm quod habetur in extrauag. ad reprimendum in verbo, per edictum. sed etiam in alijs quibuscunq; causis. per aut. qui semel. C. quomo. & quādo iud. & in corpore vnde sumitur. Nec de iure ciuili videntur requiri qualitates, quæ requirūtur de iure canonico: ita demum videtur permitti huiusmodi citatio, quando quis impedit, vel procurat per se, vel per alios citationē ad se peruenire: vel quādo domicilium, seu locus habitationis citandi non potest tutè, seu securè adiri: vt est tex. in d. Clemen. j. de iudi. ¶ Sed Barto. in dicta extrauagan. ad reprimendum. in glo. super verbo, per edictum. dicit, quòd prouisio dictæ Clementinæ, maximè in secundo casu alternatiuæ, fuit multum æqua. ¶ Et subdit, quòd putat, quòd iudices seculares in foro suo debeāt obseruare & practicare secundùm illam Clementinam. tam in crimine læsæ maiestatis, quàm in alijs quibuscunq; casibus. Quoniam in dicta extrauaganti cōmittuntur tres modi citandi, videlicet per nuncium, vel per epistolam, vel per edictum. & sic committuntur alternatiuè. vnde iudicis arbitrio videtur hoc relictū: sed in his, quæ arbitrio iudicis committuntur, iudex debet seruare æquitatem: vt in authen. iusiurā. quod præsta. ab his. §. j. & per Ioan. Andr. in cap. j. s. de constitu. ¶ Quare si aliquis potest citari per nuncium, vel literas: non videtur æquum, quòd citetur per edictum. & si iudex tunc citaret per edictum, posset pars appellare, & per iudicem appellationis posset irritari processus.

¶ Et subdit, quòd illud quod continetur in dicta Clementina, scilicet quando impeditur ne citatio perueniat ad citādum, vel non posse ad eum tutè accedi, sæpe accidit, scilicet, quando citatur aliqua communitas, vel aliquis dominus, vel ciuis potēs, vt sunt multi ciues Perusini. arg. c. statutum. §. cum verò eiusdem. de rescrip. lib. vj.

¶ Item, quando locus in quo est persona citanda, est terribilis: non enim tutè mittitur: tunc etiam nuncius ad locum iniquum: vt l. sciendum. ff. de lega. & in l. de ætate. ff. ad Trebel. pro quo etiam allego notabile dictum. Ioan. Andr. in c. non minus. j. de immuni. eccle. quod refert & sequitur Bald. in c. j. de mili. vasal. qui contu. est. in vsibus feudorum. vbi dicit, quòd si citandus est tyrannus, vel aliquis horribilis, citanti potest remitti peremptorium. de quo latius dicam j. in xxvij. principali articulo. & debet iudex adhibere circa hoc aliquam cognitionem, vt dicam in sequenti quæstione. ¶ Et idem tenet Ioan. de Imo. in l. qui ante Calendas. ff. de verbo. oblig. & in Clemen. j. de iudi. & ibi dixi. Sed ipsemet Ioā. de Imol. in l. iiij. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. dicit, quòd fortè non est verum, quod dicit Bart. quia si iudex ciuilis facit citationē per edictum, illam facit iure sibi permittente: etiam si faciat extra casus in dicta Clementina annotatos. & ideò non videtur partem grauare. argu. l. iniuriarum. §. j. ff. de iniur. & l. Gracchus. C. de adulte. Quod dictum satis de rigore posset sustineri. Sed tamen dictum Barto. est equius. Et ex dictis Barto. singulariter infertur, quòd quando de iure ciuili est aliquid iudicis arbitrio cōmissum, & de iure canonico exprimitur quid certum: quòd tunc ciuilis iudex debet sequi illud certum. & idem dicerem, si dubium esset de iure ciuili, propter varias Docto. opiniones. & de iure canonico statutū esset quid certum, quoniam tunc etiam in foro seculari. & in terris imperij esset seruandum ius canonicū. & hoc idem voluit Ioā. de Imol. in d. Clemen. j. & in l. à diuo Pio. in princip. & in l. quidam consulebat. ff. de re iudi. tradit etiam Dominus meus in c. per venerabilem. j. qui filij sint legit. & in c. cùm tempore. s. de arbit. & domi. Dominic. sentit, licet non ita clarè in c. j. de arbit. lib. vj. dixi in Clemen. ij. de testib. & in c. fraternitatis. j. de testi. in x. principali articulo. & in c. j. j. de oper. noui nuncia. & vide notabilem limitationem, quam dedi post domi. Anto. in c. licet ex suscepto. s. de fo. compe. in ver. sextus casus. ¶ Et nota, quòd ad hoc vt posit fieri dicta citatio per edicta, non videtur requiri vtrunque: scilicet, quod impediatur citatio, & quod domicilium posit tutè adiri: sed sufficit alterum tantum. & hoc propter alternatiuam, vel quorum. positam in d. Clemen. j. Ad cuius veritatem sufficit alteram partem esse veram. & ita notat ibi glos. Sed dicit ibi Ioan. de Imol. quòd satis sibi videtur absurdum, quòd si persona est extra domicilium, & tutè potest citari: sed tutè non posit adiri domicilium, quòd posit fieri hęc citatio adeò præiudicialis. vnde refert ipse prædictam alternatiuam ad diuersos casus, videlicet, vt prima pars alternatiuè habeat locum, vt citatio realis fieri posit, vbi aliàs requireretur citatio personalis. Secūda vero pars alternatiuæ locum habeat, vbi aliàs posset sufficere citatio ad domum. & ita dicit ipse sentire glo. ibi super verbo, vel quorum. ¶ Sed contra hoc facit secundùm eum, quia vtroq; casu fingitur personaliter citatus: & ideo dicit tutius esse tenere primum.

¶ Ego vero arbitror vt ibi dixi quod iste non fuerit intellectus glos. nec etiam tex. imo dum text. dicit, vel domicilia non possint tute adiri, debeat intelligi, quod dato ꝙ etiam alius, quàm citandus, dederit hanc causam, ꝙ non posit tutè adiri: & ipse esset in illo loco, haberet locum citatio per edictum. sed si ipse esset alibi, & sui copiā faceret: licet eius domiciliū nō posset tutè adiri:

adiri:tamen citandus esset,vbi copiam sui faceret,secundũ ea, quæ dixi s.articu.xvij.q.ij.versi.circa sextam speciem.& versi. circa septimam.¶Sed aduerte:quia circa id,quod dixi, ꝙ quando citatus impedit citationem ad se venire, quòd potest citari per edictum:dubitari potest,quid iuris si forte iudex scribit alteri iudici,sub quo citandus degit,seu habitat,quòd debeat illũ citare,secundùm quod dicam in xxiiij.princip.articu.¶Ille verò iudex rescribit,ꝙ non vult ei nunciare vtrum hoc sit imputandum reo ita,vt sit locus prædictæ citationis.¶Solu.Barto. in dicta extrauagã.ad reprimendum.in verbo, per edictum.tenet,quòd non:quia per eum factum non est.argu.l.j.§.fina.ff. quod vi aut clam.sed secundum hoc,iudex non posset expedire processum.vnde dicit Barto.ꝙ talis habetur pro legitimè citato.licet enim ipse non impedierit citationem de se fieri:tamẽ defensor suus,hoc est superior sus impediuit.¶Quod videtur sufficere,vt in Cle.causam.de elect.ibi,verùm,si per appellatũ vel suorum metu &c.Vel dic,quòd propter negligentiã illius superioris poterit ipsemet iudex citare per nũcium,vel per edictum,sicut si esset in suo territorio.argu.l.ij.C.vbi in rem actio. & l.nullus.& quod ibi not.C.de iudi.& hæc opinio plus placet Bart.¶Sed tu aduerte:quia si dareẽ possibilitas citandi per nuncium,aut per epistolam,non deberet fieri citatio per edictum: vt supra dixi:cogitabis.si tamen contingeret,quòd citãdus aliquo modo procurasset per se,vel aliũ,quominus iudex,cui scribitur nõ citaret.decisio est clara:ꝙ esset locus citationi per edictum,per tex.apertum in d.Clemẽ.j.¶Et prædicta procedũt, nisi Papa vel Princeps committeret causam ad impetrationem alicuius,quòd constito auditori vel alij,cui committit de narratis faciat citationem per edictum,secundùm formam Clemen. j.de iudi.quia tunc valebit citatio.licet simus extra casus d.Clemen.quia Papa sæpissimè formam nouam,vel antiquam mandat seruari:prout erat ante restrictionem factam per dictã Clementinam,vel præter,vel contra ius ex sua voluntate tantum illam iustificet,& illa ius facit.ij.q.j.in primis.& quod ibi nota. in fin.j.glos.de restitu.spolia.c.pisanis.de rescrip.c.super literis. & c.cùm dilecta.de offi.delega.c.venerabili.cum similib. Nam quod principi placuit &c.Instit.de iure natu.§.sed quod principi.& hoc potest esse in causis non deuolutis ad curiam: quas committit in curia.facit.c.in causis.de re iudi.etiam si commissa sit causa sine clausula,Non obstat,quòd causa prædicta non sit deuoluta ad curiam.vide de hoc late per Gasparem Calderinũ. aliàs Ioannem Calderinum consilio,quod incipit,Nuper Sanctissimus in Christo pater ac dominus noster dominus Bonifacius.

5 ¶†Quintò principaliter quæro, quid agere debeat iudex, & quam cognitionem adhibere ante,quàm citet.

¶Solutio.dic,quòd debet ad sui informationem examinare & cognoscere,vtrum absint dictæ qualitates,propter quas sit locus citationi per edicta.argu.l.de ætate.ff.ad Trebel.secundùm Bart.in d.extrauagan.in glos.super verbo,per edictum.& mihi placet.& in hac examinatione nulla est alia necessaria partis citatio per ea,quæ infra dicam.

6 ¶†Sextò principaliter quæro, quo tempore fieri possit dicta citatio.¶Solu.tex.in d.Clemen.j.de iudi.vult,quòd possit fieri non solùm diebus solennibus,in quibus Romani Pontifices processus generales facere consueuerunt:qui sunt dies iouis sanctæ,septimanæ sanctæ Ascensionis, & Dedicationis consecrationis basilicarum Petri & Pauli.secundùm glos.in d.Clementi.j.& Paulum Zenzeli.& Zabarellum.ibi,sed etiam extra illos dies: & sic possunt fieri huiusmodi citationes omnibus diebus,dum modò conueniant qualitates requisitæ.de quibus s.dixi in quæstione quarta.

7 ¶†Septimò principaliter quæro,in quo loco,seu ex quo loco hæc citatio per edictum fieri debeat.¶Solu.Bart.in dicta glos. in verbo,per edictum.non videtur quantũ ad hoc facere differentiam inter hanc citationem,& citationem per nũcium,vel per literas.& sic videretur sufficere remissio ad ea,quæ dixi s.in xvij.& xviij.principalibus articulis.¶Sed tu aduerte,quia ego arbitror,quòd quantum ad decisionem quæstionis nostræ, tria loca sunt consideranda.

Primum,respectu loci exercendi iurisdictionem.

Secundum,respectu loci affixionis edicti.

Tertium,respectu loci,ex quo quis sit citandus.

¶Quò ad primum concludẽdum arbitror,quòd debet fieri in loco,in quo quis potest exercere iurisdictionem.ad quod vide remissiones,quas dedi s.in xvij.principali articu.q.ix.

¶Quò ad secundum dic,vt statim latius dicam in ix.quæstio.

¶Quantum verò ad tertium,ex quo loco fieri possit hæc citatio.dicit tex.in d.Clemen.j.de iudi.quod possit fieri vndecũqꝫ. & sic tam in loco,in quo est iudex:& infra illam diœcesim, vel etiam extra prouinciam,& vltra duas dietas,quando fieret per Papam vel Imperatorem,vt colligitur ex illa glo.super verbo, vndecunqꝫ.& sic videntur transire doct.¶Ego verò arbitror, ꝙ non sit fienda hæc differẽtia respectu Papæ vel Imperatoris: etiam quò ad locum extra prouinciam:quia satis esse arbitror, ꝙ sit iudex ordinarius,qui possit hanc citationem facere: ipse enim datis qualitatibus requisitis, potest mandare citationem per edictum fieri:& ipsum edictum affigi facere in domo consueta.secũdum quod dicam in ix.q.& illa citatio afficit omnes vbicunqꝫ existentes,secundum quod statim dicam in xj.q.

8 ¶†Sed circa prædictam quæstionẽ,vtrum missio edicti peremptoriæ,per quod generaliter citantur volentes se opponere cõfirmationi electi,possit fieri per existentem extra territorium suum.¶Solu.istam quæstionem ponit Gaspar de Calde.consi. ij.super rubri.de elect.Et ibi ponuntur allegationes pro & cõtra.Non tamen decidit.& quòd non possit sine licentia iudicis territorij.allegat viij.q.iij.c.nullũ.vacua quidem & inania erant omnia,quæ gesserit.& facit quod not.glos.in c.vt litigantes.de offi.ordin.lib.vj.& Clemen.quamuis.§.volumus.& quod ibi not.de fo.compe.vbi dicitur,ꝙ non valet processus licentia nõ petita.ergo cùm actus edicti & confirmationis sint actus iudiciales,& contentiosæ iurisdictionis,quando fit inter partes cõtradicentes,nõ valet.imò posito,ꝙ nulla pars cõtradicat actus commissionis edicti est iudicialis:etiam si nullus cõparuit. Nã edictum est citatio,cuius commissio est actus iurisdictionis.& habet vim interlocutoriæ:vt not.Ioan.Andr.in nouella de fo. compe.c.Romani in verbo,citatus.lib.vj.sed interlocutoria est de processu iudiciali.de proba.c.quoniam contra.ergo fieri nõ poterit extra territorium.¶In contrarium facit:quia est volũtariæ iurisdictionis.quod patet:quia illa dicuntur contentiosæ iurisdictionis,quæ redduntur in inuitum:vt not.in l.ij.de offic. proconsu.Ea verò,quæ sunt voluntariæ iurisdictionis possunt fieri extra suum territorium:etiam non petita licentia alicuius: vt l.ij.de offi.proconsu.& l.emancipati.de adopt.& not.in l.fi. ff.de iurisdic.om.iudi.& s.de offi.leg.c.nouit.lib.vj.

¶Nec obstat,quòd edictum est citatio.& ꝙ habeat vim interlocutoriæ.& sic sit de processu:quia ridiculum est dicere, ꝙ omnis interlocutoria sit de contentiosa iurisdictione: si materia de qua agitur non sit contẽtiosa de iurisdictione.nam quis dubitat,ꝙ in voluntaria iurisdictione fertur interlocutoria,& diffinitiua:vt l.j.de offi.proconsu.& in superioribus iuribus probatur.non tamen per hoc sequitur eos esse de contẽtiosa iurisdictione:aliàs esset contradictionem implicare, ꝙ esset voluntariæ iurisdictionis & contentiosæ.ita remanet ibi.& aliter nõ deciditur.¶Pro ista vltima opi.facit, quia ista missio edicti nõ videtur actus iudicialis:quia prima citatio, quæ fit in princi.iudicij,dicitur tantum iudicialis,& non iudicialis:vt not.glo.ij.in Clemen.j.de iudi.Et sic ex quo non est iudicialis,videtur quod fieri possit extra territorium.Item citationes,quæ fiunt in princip.iudicij,non requirunt causæ cognitionem:& possunt fieri etiam ab eo,qui non haberet iurisdictionem.not.Innoc.de rescrip.cùm contingat.de offi.deleg.prudentiam.de accusa.licet. si ergo non requiritur causæ cognitio,neqꝫ iudex sedeat,vt dicit Inno.poterit ergo fieri extra territorium.argu.eorum, quæ not.de offi.lega.c.nouit.¶Nec obstat si dicatur,ꝙ etiam prima citatio inducit perpetuationẽ iurisdictionis.de offi.deleg.c.gratum.& sic videtur iurisdictionẽ exercere:quia respondeo per hoc necessariò non concluditur, ꝙ non possit fieri extra.nam subdelegãs causam,dicitur vti iurisdictione:vt not.glos.magna de offi.deleg.c.iudex.lib.vj.& glos.in c.si à subdelegato.& tamen potest fieri subdelegatio,vel delegatio per existentem extra territorium;vt not.glo.de offi.leg.c.nouit.non enim sequitur.istud est iurisdictionis,igitur non potest fieri extra territorium:quia si non est contentiosæ iurisdictionis,poterit fieri.& ista pars satis posset sustentari.duntamen effectus citationis trahat ad locum intra suum territorium.

9 ¶†Octauò principaliter quæro,qualiter fieri debeat hæc citatio per edictum.¶Solu.dic,ꝙ ante omnia iudex debet examinare,an sit locus citationi fiendæ per edictum.secũdùm ea,quæ superius dicta sunt.¶Et dicit Spec.in tit.de cita.§.sequitur.ver sic.& nota.secundùm Vber.ꝙ quando aliquis de alio conquerebatur,quòd Pretor in muro,vel pariete dealbato,faciebat scribi tale edictum,videlicet:Talis compareat tali die ad respõdendum tali,in tali quæstione.per not.in l.si quis id quod.in princ. ff.de iurisdic.omn.iudi.& traditur etiam per Spec.in tit.de dol. & contu.§.restat.in prin.¶Vnde si hodie in casibus,in quibus permittitur dicta citatio per affixionem in valuis, ianuis, columnis,vel alio loco publico &c.fieret sub forma prædicta,Clarior forma esset ista.

FORMA CITATIONIS PER EDICTVM.

¶ A.iudex ad petitionem.B.citat.C.in tali causa & quæstione, vt compareat vsq; ad talem diem:seu intra triginta dies responsurus prædicto.B.Et est vtile, quòd in fine citationis addatur comminatio,quòd post terminum procedetur contra eum, secũdum quod iuris fuerit.ad quod vide quod dixi.s̃.articu.xx.q.xiiij.& dicetur j.in materia dilationum.& sic patet,quòd talis citatio debet habere terminum.& debet esse terminus peremptorius triginta dierũ.per text.in auẽ.qui semel.C.quomo.& quando iud.& ad materiam terminorum vide remissiones, quas dedi.s̃.articu.xx.q.x.¶ Sed aduerte.quia licet tex.in dicta auẽ.qui semel.loquatur de triginta diebus.tamen Bar.in extrauagan.ad reprimendum.in glos.super verbo,per edictum.quẽ fui secutus in Clemẽ.j.de iudi.dicit,quòd terminus in tali edicto debet esse congruus ita,ꝙ possit venire in notitiam citati.& etiam vt possit postea ad locum citationis comparere:vt dicta Cle.j.de iudi.ne aliàs edictum contineat impossibile:vt l.ij.§.si quis ita.ff.de eo,quod cer.loco.& ar.l.si mihi & tibi.§.si qs seruos.ff.de leg.j.& in regula impossibilium.de regu.iur.in criminalibus verò debet dari dilatio longior,secundũ formam.l.ij.C.de exhib.reis.dicit tamen Bart.quòd in casu extrauagan.ad reprimendum.vbi proceditur absq; figura iudicij,non esset necessaria solennitas iuris positiui:& idem dicendũ arbitror in omnibus alijs casibus,in quibus procederetur absq; figura iudicij.de quibus dicam in tit.de ordi.cogni.¶ Debet ergo in citatione per edictum cõdecens terminus assignari,cõsiderata locorum distãtia,personarũ qualitate,& causæ grauitate:vt in d.Clemẽ.j.iuncta.l.ij.C.de exhib.reis.de quo latius dicetur in materia dilationum.¶ Sed hic cadit notabile dubium,qualiter poterit iudex habens congruum terminum assignare.¶ Sol.dicit Bar.in d.glo.super verbo,per edictum.quòd poterit scire & se informare inquirendo secũdum quod traditur in auẽ.ei qui.C.de bo.auth.iudi.possi.ibi dum tex.dicit inquirat iudex.¶ Sed tunc insurgit dubium,quomodo potest hoc inquirere,cùm testes hoc ignorent:nec possunt certum deponere existẽtes hic de eo,qui citãdus est ex loco maximè lõginquo,maximè cùm ille potuerit interea discedere de illo loco.¶ Solu.dicit Bart.in dicto loco,ꝙ nihilominus poterit informari secundũ formam §.si vero.in auẽ.de exhib.& intro.reis.vbi text.dicit.examinet iudex vt potuerit in qua terra abijsse dicitur.vnde põderandũ est illud verbum,abijsse dicitur.propter quod datur intelligi, quòd sufficit,ꝙ iudex hoc sciat per famam,vel vulgi opinionem.¶ Ex quo infertur,quòd hanc informationem & examinationem poterit facere sine aliqua citatione,& sine figura iudicij.¶ Sed tu aduerte.quia licet aliàs fuerim hoc secutus in d.Clemen.j.de iudi.nunc tamen videtur,quòd hæc quæstio non possit procedere,nisi in terminis extrauag.ad reprimendũ.vel similibus.sed in terminis d.Clemen.j.non videtur posse procedere:quia loquuntur,quãdo citãdus impedit ne citatio ad eum possit peruenire.vt supra dixi.vel quãdo ipsius domicilium nõ potest tute adiri.ex quibus videtur concludi,ꝙ locus apparet certus:vnde dic,ꝙ si locus est certus res est clara:si verò dubi⁹, procedunt dictæ quæstio.Sed tunc quæro, quid si iudex committeret dictam examinationẽ,an teneat citatio: & videtur ꝙ nõ:cum ipse prætermittat ea,quæ sunt de substãtialibus ipsius actus.¶ Subdit tamen Bart.in preallegato loco,quòd cõmunis practica obseruat,ꝙ habeatur respectus ad locum solitę habitationis.per not.in l.j.§.j.ff.de libe.agnosc.& in c.cum causam.j.de dol.& contu.& in l.iiij.§.Prætor.ff.de dam.infec.& in Cle.causam.de elec.& quod dixi s̃.artic.xvij.q.ij.ver.circa septimã speciem.¶ Et aduerte.quia licet de iure ciuili videatur sufficere sola propositio edicti in loco solito,vt dicam in seq.q.tamẽ de iure canonico,debet prius legendo literas seu edictũ in aliquo publico loco citari:& postea debet edictum citatorium affigi in loco solito,vt colligitur ex d.Cle.j.& tenet Bart.in d.extrauag.ad reprimendum.in glo.super verbo,publicè.

10 ¶ † Nonò principaliter quæro,vbi seu in quo loco prædictum edictũ citatorium debeat affigi,seu apponi?& quid agere debeat iudex ante affixionem.¶ Solu.tex.in d.Clemen.j.de iudi.dicit,ꝙ fieri debet ad instar edictorum in albo prætoris.& vt dicit ibi glo.album prætoris erat locus dealbatus,in quo scribebãtur edicta:vt in auẽ.de litig.§.omnem.col.viij.& ff.de iurisdic.om.iudi.l.si quis id quod.quæ tamen lex loquiẽ de loco,in quo scribebãtur edicta generalia.ad quod vide quod statim dicam in xj.q.j.ver.Primò quæro.facit etiam.ff.de alb.scribẽ.l.j.& ij.quæ tamen leges loquuntur de loco dealbato,in quo scribebãtur nomina decurionum.sed ad instar talium locorum,etiam in simili loco scribuntur istæ citationes per edicta.& si tu diceres, quomodo possunt tot edicta,& tot citationes poni in eodẽ loco?dic,quod locus erat satis amplus & latus,& vnũ ponebaẽ post aliud.& finito termino citationis,illud delebatur,& aliud ponebatur,vt traditur in dictis iuribus,& per glos.& Doct.in auẽ.qui semel.C.quomo.& quando iud.& per Ioã.And.post Spec.in addi.Specu.in titu.de cita.§.sequitur ver.Et nota secũdùm Vber.Et vide Specu.in titu.de dol.& cõtuma.§.restat.in prin.traditur etiam in auẽ.de litig.§.omnem.Et sic etiam in illis locis dealbatis scribebãtur dictæ citationes.Hodie verò huiusmodi edicta citatoria affiguntur,vel in valuis seu Ianuis palatij,vt dicit tex.in d.Clemen.j.ibi,Ianuis clausis affigere,aut in columnis palatij,vel in alio certo loco deputato,secũdùm Barto.& docto.in d.auẽ.qui semel.vel in foribus maioris ecclesiæ, vel in loco nundinarum:vel alibi,vbi moris est publica præconia fieri,vt etiam traditur in dicta extrauag.ad reprimendum.facit tex.in secunda constitu.Codicis,circa finem.ibi dum tex.dicit.edictis more propositis.secundùm Bart.in dicta extrauagan.ad reprimendum.in verbo,publicè.& debet proponi seu affigi huiusmodi edictum in loco iurisdictionis: quia extra locum iurisditionis non proponitur edictum,sed debet fieri notificatio per nũcium,vel per literas,seu epistolas,vt dicit Oldr.consil.xliiij.quod incipit quæritur,vtrum citatio.¶ Et nota,ꝙ licet mandatum sit per audientiam,citationem per edictum in tribus locis publicatum,quòd licet solùm fuerit publicatum in duobus locis,sufficit:quia satis videtur esse obseruata forma iuris.ita dicũt domini de Rota decisio.clxxxv.in nouis.quod est singulare.sed non procedit sine dubitatione.

11 ¶ † Decimò principaliter quæro,quanto tempore prædictum edictum debeat stare affixum.¶ Solu.dicunt docto.in d.Clemen.j.quòd ex eo,quod certum tempus non statuitur,relinquitur arbitrio iudicis.& idem dicit Bart.in d.extrauagã.ad reprimendum.in verbo,publicè propositum.per l.j.ff.de iure delib.facit.c.cupientes.ij.responso.& c.fin.de elect.lib.vj.videtur tamen sufficere,quòd in actis apparet scriptum, quòd edictum fuit publicè affixũ in tali loco.Nec est necesse,quòd scribatur, ꝙ tanto tempore steterit affixum: quia ex quo semel fuit affixum,cùm eius ablatio seu corruptio sit delictum, vt dicam in seq.quæstio.per l.si quis id quod.ff.de iurisdict.omn.iudi.ideo præsumitur durare affixum.esset tamen bona cautela,si quis fecerit,de hoc fieri scripturam.vt dicit Barto.in dicta extrauagã.ad reprimendum.in glo.super verbo,publicè propositum.dixi in dicta Clemen.j.

12 ¶ † Vndecimò principaliter quæro, quis sit effectus istius citationis per edictum.¶ Sol.dic,quòd effectus est,vt citatus teneatur comparere intra terminum sibi statutum,etiã si sit extra territorium:quia talis citatio afficit etiam existentes extra territorium,vt dixi.s̃.q.vij.& adeò arctatur citatus cõparere intra terminum,quòd post lapsum termini reputatur cõtumax.& perinde est ac si esset personaliter citatus:vt d.Clemẽ.j.de iudi.vnde gloss.ibi super verbo,personaliter.dicit,quòd iste reputatur verus contumax,non tamen manifestus,per not.in c.venerabilibus.§.secus.de senten.excommu.lib.vj.

¶ Ex quo potest dubitari,vtrum talis admittatur ad appellandum ad quod vide quod latè dixi in Cle.j.de do.& cõtu.& qđ dicam j.in tit.de do.& contu.in materia cõtumaciæ.¶ Et nota ꝙ quamuis sit præsumptio,ꝙ talis citatio peruenerit in notitiã citati,tñ talis præsumptio nõ est iuris & de iure:sed iuris tãtũ.quoniã si esset iuris & de iure,cõtra eã nõ admitteret probatio, vt in l.nõ est verisimile.ff.quod me.cau.& in auẽ.sed iam necesse.C.de don.ante nup.de quo dicã in ti.de præsump.& ita tenent Guli.do.Ant.& Io.de Imol.in d.Cle.j.de iudi.& ibi dixi.¶ Nec ob.quòd tradit Ioã.An.in c.dilecti.& in c.cũ inter.j.de excep.vbi vult,ꝙ citatus per publicũ edictũ generale nõ arctatur ad cõparendũ plus,quàm velit:quia illud dictũ non loquiẽ in terminis nostris.hic enim loquimur, qñ citaẽ persona certa & specifica,vt patet ex his,quę dixi.s̃.illud verò procedit,qñ citatur ꝑsona incerta,vel q̃ sua putauerit interesse,vel se opponere voluerit,secũdùm ea,quę dixi.s̃.arti.xx.q.xiij.quo casu,licet nõ arcteẽ ad cõparẽdũ,& sic nõ reputeẽ cõtumax:tñ talis citatio præiudicat sibi,vt dicã.j.in xxxj.arti.& vide,q̃ dixi s̃.artic.
13 xx.q.vj.¶ † Sed q̃ro circa prędicta.pone,ꝙ intra terminũ statu
tũ,de quo dixi.q.viij.aliqs cõparet,& dicit citatũ abesse,petẽs
sibi dari terminũ vt eũ inueniat, & ei denũciet:an sit audiẽdus.
¶ Sol.Bart.in d.extraua.ad reprimẽdũ.in glo.sup verbo,ꝑ edi-
ctũ.dicit,ꝙ cũ iste sit excusator,& veniat ad allegãdas causas ab
sentiæ,admittẽdus est:faciẽdo fidẽ de absentia:quo facto, si pe-
tit terminũ vt eũ inueniat,& ei denũciet:audiẽdus est:vt C.vbi
de cri.agi opor.auẽ.qua in ꝓuincia.secũdũ Bar.¶ Sed tũc quæ-
ro,quid si iste reuertẽs in termino dicit se diligẽter pro illo per-
quisiuisse,& nõ potuisse inuenire vbi esset.¶ Solu.dic,ꝙ iudex
procedet tãquã cõtra cõtumacẽ:quia post illã dilationẽ audiẽ si
venerit,vel mittat legitimè:aliàs secus:vt d.auẽ.qua in ꝓuincia.
14 secũdũ Bar.ĩ dicto loco.& idẽ tenui in d.cle.j.de iudi.† Sed vlte

rius quæro circa prædicta. quid si in ipso termino citatus cōparet, & postea se absentat: qualiter citabitur. Solu. dic, quòd talis citatio per edictum fuit facta simpliciter, ꝙ compareat rn̄surus tali, super tali negotio: hoc casu cōparēdo, dicit̄ satisfecisse primo termino: & eadē citatione iterū solēniter est citandus, sicut in prima. scdm Bar. in d. extraua. in gl. super verbo, per edictū. & in glos. super verbo, de crimine. ¶ Quod intelligo, si termini essent habiles requirētes citatiōes fieri per edictū. scdm ea, quæ superius dicta sunt. aut prima citatio fuit facta magis extēse, videlicet, vt veniat rn̄surus super tali negotio. & ad procedendū in causa prædicta vt iuris fuerit vsq; ad finē. & tūc veniēdo nō dicit̄ satisfecisse termino: nisi stet vsq; ad finē. ad qđ vide qđ latè dixi de citato ad totā cām. s̄. arti. xx. q. xvj. maximè in ver. circa. iiij. q. ¶ Est etiā & alius effectus: quia tale edictū debet stare, nec debet corrūpi, tolli, aut deleri: vt in l. si quis id qđ. ff. de iurisd. om. iud. ¶ Verū circa hunc effectum plures oriunt̄ quæstiones.

15 ¶ † Primò igitur quæro, qua pœna teneat̄ corrūpēs vel tollēs tale edictū citatoriū. ¶ Sol. tex. in d. l. si quis id qđ. ff. de iurisd. om. iudi. dicit, ꝙ datur in eum iudiciū quingentorū aureorū. & hāc amplecti debemus scdm Cy. quem sequit̄ Bal. ibi. nam semper iudex debet amplecti minorē pœnā, nō solū in pœnis: sed etiā in quibuscūq; condēnationib⁹. vt est gl. singularissima in l. fi. ff. de præto. stipu. ego tñ in pluribus libris satis antiquis reperio textū dicētem de quingētis aureis. & ita summat Bar. & sequūtur cōiter Moder. sed Spe. in ti. de do. & cōtu. §. restat. in prin. tenet, ꝙ esset pœna quingentorū aureorū. qđ appareat ex serie libelli formati ibi per eū: & patebit ex his, quæ statim dicā in vj. q. ¶ Et aduerte: quia licet ille tex. videat̄ loq; de aliis edictis generalibus, quæ scribebant̄ in albo Prætoris per tex. ibi dū dicit, iurisditionis perpetuæ. & dixi s̄. quæstio. ix. tñ gl. j. ibi in fi. itelligit, ꝙ de equitate, eadē pœna puniantur corrūpentes edicta citationū posita in albo. ¶ Bar. verò ibi videt̄ primò hoc idē velle dicens, ꝙ illa lex habet locum, etiam quando citationes positæ in albo destruerent̄: sed tamē immediatè subdit, ꝙ illa lex est intelligenda quādo destrueretur edictū Prætoris: qđ propositū esset perpetuò. secus si esset propositū ad tempus, vt est citatio: quia tunc ꝓpter finitā cām nō interest alicuius si destruat̄. & iō destruens non tenet̄ dicta pœna. ¶ Bal. verò in d. l. si quis. tenet gl. prædictā dicēs, ꝙ talis nō est extensio magistralis: sed quę fit per aliam legē: & ideo habet locū pœna prędicta. Subdit tñ qđ Iac. de Aret. dicit, ꝙ prædicta opinio repugnat dictæ legi. Sed tu aduerte, quia Spec. in tit. de do. & cōtu. §. restat. in prin. tenet primā opi. gl. dicit enim, ꝙ Prætores habebant in curiis locum quendā dealbatū, in quo scribebāt citationes & statuta: & qđ si qs talē locū dealbatū corrūpebat, tenebat̄ pœna. ccccc. aureorum. ¶ Ego verò arbitror distinguendū esse, ꝙ aut quis corrūpit seu surripit schedulā, quā fortè nūci⁹, qui citare debebat, habebat in manibus: & tūc nō habeat locū pœna prædicta. & idē dicendū si fortè dimisit ad ostiū priuatū illius citandi: quā quis corrūpit vel surripit, nè fortè veniat in notitiā citati. & hoc casu, ꝓcedat opinio Ia. de Are. sed tñ tālis tenere͂ pœna fal. scdm Iac. no. gl. in verbo, quingētorū. in d. l. si quis id qđ. per l. hodie. ff. de fal. Et in hanc sententiā inclinat Ioā. Petru. in d. l. si quis id quod. Aut nos loquimur de corrūpente seu surripiente scripturas exiltentes in archiuo publico: & talis tenet̄ pœna prędicta. d. l. si quis id qđ si modò sint publicæ pro publica vtilitate cōfectæ: sed si non essent publicæ & pro publica vtilitate ibi existētes, nō teneret̄ dicta pœna. scdm Io. Pet. licet gl. ibi aliud sentiat sed tenet̄ pœna fal. & ista opi. vr̄ satis sustētabilis. ¶ Aut nos loquimur in edictis citatoriis descriptis in albo, vel in loco publico deputato ad prædictas citationes: & hoc casu, est maius dubiū. ¶ Glo. Spe. & Bal. tenent, ꝙ pœna locum habeat. Bar. contra. Fortè pōt distingui, quòd aut quis corrupit dictum edictū ante, vel dum ꝓponere͂, vel post, quàm ꝓpositū est: sed adhuc pēdet termin⁹ i edicto citatorio descriptus: & tūc satis est ęquū quòd pœna prædictæ. l. si quis id qđ. locū habeat. & ita ꝓcedat gl. j. ibi. ¶ Aut sumus post terminum finitum: ita ꝙ illud edictū citatorium debebat deleri adeò, ꝙ amplius non interest. & hoc casu, non habeat locum pœna. & sic procedat opi. Bar. facit qđ dixi s̄. q. ix. vbi dixi, ꝙ finito termino citationis, illud edictū debebat deleri. ¶ Secundò quæro, quis teneat̄ ad prædictam pœnam. Solu. dic, ꝙ tenetur, qui corrupit dictum edictum. vt d. l. si quis id qđ. siue suis manibus corruperit, siue alii corrumpendū mādauit, & corruptū fuerit. vt ibi in ver. Item & qui suis. si mō mandans dolo malo mādauerit: licet faciēs dolo malo non corrupit: quia tunc teneretur mandans, & nō mādatarius. & ratio est, quia corruptio edicti, quę denotat simplex factū, est facta in se: licet corrūpens nō fuerit in dolo, vnde mādans, qui fuit in dolo, tenetur. ¶ Item. tenetur tam masculus, quàm fœmina. qđ patet, quia prædicta. l. loquit̄ per verbū. si quis. qđ est verbū reprę-

sentans verbū cōmune, videlicet homo. & sic ex ꝓprio significato cōplectit̄ tam masculū, quàm fœminā: vt in l. j. & ibi Bar. & in l. hominis. ff. de verbo. sig. voluit Bal. in d. l. si quis id quod & per eū. & Doc. in l. quicūq;. C. de seruis fugi. & xvij. q. iiij. c. si qs suadente. & ad hoc vide, quæ latè dixi in Cle. j. de elec. & si plures corruperint, vel mādauerint corrūpi, vel deleri: quilibet tenet̄ insolidum: nec solutione vnius, alius liberat̄ vt d. l. si qs id qđ. in fi. iuncta. l. sequenti saluo eo, ꝙ statim dicetur de familia & seruis alicuius. ¶ Item tenent̄, nō solū patresfami. sed etiā filiifamilias: vt d. l. si quis id qđ. ¶ Insuper etiam tenent̄ non solū liberi: sed etiam serui, pro quibus eorū domini pro singulis tenentur ad singulas pœnas: dūmodò ipsi suis manibus corruperint, aut substulerint: secus si mandauerint vel cōsulerint edictū seu album corrumpi: quia tunc dominus pro sua familia & seruis tenetur ad vnam pœnam dūtaxat. vt est tex. in l. si familia ff. de iurisdi. om. iudi. & quomodo hoc procedat, quòd domini pro pluribus seruis simul in hoc delinquentibus teneantur pro singulis ad singulas pœnas si hoc fecerint: & si mādauerint, vel cōsuluerint teneant̄ pro vno dūtaxat. vide per Docto. & maximè & latè per Bal. in d. l. si familia. sed latissimè tractaui prædictam materiam in c. j. j. de pœnis. vbi omnino vide maximè quo ad terminos nostros in v. prin. arti. ¶ Vtrum autem rusticus teneatur dicta pœna, dicā in seq. q.

¶Circa primam quæstionem , procedam per enumerationem casuum.dic ergo quòd citatio peremptoria requiritur in casibus infrascriptis.

7 ¶†Primò.in principio causæ requirunẽ plures citationes:seu requiritur citatio peremptoria,vt no.gl.ij.in c.j.j.eo.& idẽ etiam tenent ibi Hostien.Io.And.& moderniores dicentes quòd citatio prima,quæ fit ad causam,debet cõtinere tres citationes separatas,cum termino decem dierũ pro qualibet,vel debeat fieri vnica peremptoria habens tantum temporis,quãtum ille terminus.faciunt no.per Inno.in c.ad petitionem.j. de accusat.& idem etiam probaẽ in l.de vno quoq.§.j.& ibi no. Io.de Imo. ff.de re iudi.& in l.contumacia.§.j.eodem titu.tenet Ioã.An.in c.consuluit. s.de offi.deleg.& Bar.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex.& in l.si finita.§.Iulianus. & ibi etiam per Io.de Imo.ff.de dam.infec.Citatio igitur prima expectatoria quæ fit in principio iudicij,debet esse trina seu peremptoria per iura præallegata.¶Sufficit ergo peremptoria cõpendiosa, dũmodo habeat debita tempora,& interualla:quia licet fit facta compẽdiosè sub vna coglutinatione trinæ citationis:tñ habet vim & effectum trium citationum distinctarum.vt traditur in d.l.tres denũciationes.C.quomodo & quãdo iudex. & in d. l.contumacia.& in l.nonnunq.ff.de iudi.& xxiiij. quæstio.iij. de illicita.tenet Dominus meus.in c.fi.j.eo. sup gl.j. & ibi etiã hoc tenent d.Ant.& Io.de Imo.licet illa gl.videatur aliud tenere,& malè,posset tamen saluari quòd maximè quando fit citatio de longinquo ad totam causam,potest fieri trium citationũ conglutinatio,seu cõmixtio:propter difficultatem reiterandarum citationũ. Ad quod vide quæ latè dixi s.articu.xx.q.xvj. maximè in versi.iij.quæro. Et idem quod voluit illa glossa,tenuit etiam Spec.eo.titu.§. viso.ver.item peremptorium mitti non debet.vbi dicit quòd peremptoriũ mitti non debet in prima citatione,hoc est quòd non debent conglutinari tres citationes,sed dic de hoc vt statim dicam in viij.q.principali:quia sufficit regulariter vnica peremptoria,cum termino distincto congruenti.facit quod dixi s.eo.articu.q.iij.¶Sed contra prædicta opponitur:videtur eñ q in ipsa citatione,nec etiam ante litem contestatam requiratur citatio peremptoria:quia peremptoria citatio non videẽ fuisse instituta,nisi pro sententia diffinitiua: sed talis sñia regulariter non ferẽ,nisi lite cõtestata,vt in auẽ.qui semel.C.quomodo & quãdo iudex.& s.vt lite nõ contest.per totum.igiẽ &c.¶Solu.dic quòd hoc non est verum. Et in contrarium est tex.in c.j.s.vt lite non cõtestata.& xxiiij.q.iij.c.de illicita.& C.quomodo & quando iudex.l.consentaneũ.ibi dum tex.dicit,etiam si lis cœpta &c.& d.auẽ.qui semel.& s.de restit. in integ.c.tum ex literis.in fi.& sic negatur assumptum formatum pro contrario.ita tenet Specu.eodem titu.§.viso.versi. sed nunquid.& hoc tenet glo.in d.l.consentaneũ.sed Iac.Bu.tenet contrarium ex eo,quia tunc non videẽ agi de graui pręiudicio vnde dicit q consuetudo approbat q nõ exigatur citatio peremptoria,sed dicit ibi Bal. quòd quantum ad possessionẽ trãsferendam Ia.Bu.dicit contra casum l.præsenti.§.q si hæc C. de his,q ad ecc.confug.& ideò glo.prædicta est vera,secundũ Bal. & dictũ Ia.Bu.potest habere locum in primo decreto tediali,p qđ non perditur possessio.de quo remittit Bal.ad ea,quæ tradũtur in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.& quãuis quidã tenerent quòd l.tres denunciationes.C. quomodo & quando iud. & similes leges habeant locum,quando debet ferri diffinitiua, non autem quando debet ferri interlocutoria:tamen Iaco.But. quem sequitur Bal.ibi,reprobat dictam opi.per dictam l.consentaneũ.nam & plures interlocutoriæ exigunt citationẽ peremptoriam,vt absolutio ab obseruatione iudicij bonorum,annotatio,& similes,de quibus statim subijciam.vnde licet quidã quòd solennitas peremptorij non habet locum in citationibus quæ fiunt à principio ante comparitionẽ aduersarij,neq in iudicijs deliberatorijs:tamen glos.in d.l. consentaneum.& in d.l. præsenti.§.q si hæc.& in d.l.si finita.§.Iulianus.tenẽt q sit necessaria:etiam in citationibus,quæ fiunt in principio & ante cõparitionem aduersarij:vt s.dixi.& dixit Ang.in d.l.ad peremptorium.ff.de iudi.quod putat hoc verum,si citari faciens vult adipisci possessionem bonorũ : vel satisfieri sibi de dãnis & sumptibus.hæc enim oĩa sunt grauis præiudicij,& ideò exigiẽ peremptorium sicut in diffinitiua,secundùm Angel. in d.l.ad peremptorium.& Io.And.in mercu.præsumitur. de re.iu.libr. vj.Nec etiã obst.prædicta l.senatus.§.diuus.ff.de iure fisci. vbi solùm diciẽ q quis est citandus:& non diciẽ ibi q ter vel perẽptoriè:quia debet intelligi prout alia iura disponũt videlicet, de trina vel peremptoria citatione.Et eodẽ modo potest rñderi ad l.inter accusatorem.ff.de accus.& ad similia iura,scđm Bal. in d.l.tres denunciationes.facit qđ dixi s.arti.xx.q.xxv.& prędicta ꝓcedunt non solũ in causis ciuilibus,sed etiã in criminalibus.& fortius,vt statim subijciam,& nõ solùm in causis priuatis,sed etiam in fiscalibus:vt l.ij.§.diuus.ff.de iu.fis.tenet Bal. in d.l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex.

8 ¶†Secũdò requiritur citatio peremptoria generaliter in omnibus causis,quæ requirunt solennem processum, & non perfunctorium, vel arbitralem:& in quibus seruatur iudiciorũ strepitus,& conflictus,& figura iudicij,secundũ Bal.in d.l.tres denũciationes.prope fi.& etiam in causis,in quibus non est necessaria litis contestatio ad diffinitiuam,quãuis tex.in d.l.ad peremptorium.& alia iura superius allegata,cõiter videãtur loqui de litis conte.hoc tenet Inno.in c.j.s.vt lite non conte. & sequitur Ang.in l.ad peremptorium.ff.de iud.dũmodò non sint causæ in quibus possit procedi summariè & de plano, sine figura & strepitu iudicij:in quibus non exigitur peremptoria citatio, vt in Cle.sæpe.de ver.sig.secundùm Ang.& statim subijciam.

9 ¶†Tertiò requiritur trina citatio,vbi citatur persona incerta: nec videtur sufficere vna citatio cum peremptorio, secundùm aliquos,sed dic vt dicam j.eo.arti.q.vij.

10 ¶†Quartò requiritur etiam in interponendo primo decreto. hoc tenet glo.in l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu.de quo latè per Bar.& per moderniores, maximè per Io.de Imo.in d.l. si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.Ad qđ vide,quæ latius dicã in materia primi decreti.in titu.de eo,qui mittitur in posses.causa rei seruandæ.

¶Aduerte tamen,quia si fieret missio in veram possessionem, tunc indubitanter exigeretur citatio peremptoria, secundũ Innocentium & Doctores in capitulo,ad petitionem j. de accusationibus notat Baldus in capitulo primo. de mili.vasallo, qui contu.est.in vsibus feudorum. & Angel. in dicta l. ad peremptorium.

11 ¶†Quintò requiritur citatio peremptoria ad quamlibet interlocutoriam , si sit grauis præiudicij : siue lis sit contestata , siue non:& siue pars comparuerit,siue non:vt dicta lege,ad peremptorium.

12 ¶†Sextò requiritur in annotatione bonorum,secundùm.l.j.§. præsides.ff.de requiren.reis.& l.primã.& l.quicunq.C.eodem titulo.ita voluit Bal.in d.c.j.de mili.vasal. qui contumax est.& Ange.in d.l.ad peremptorium. Quid autem sit ista annotatio, & quando,& qualiter fiat,traditur in dictis iuribus.Et ego plenè dixi in capitu.de accusatio.in xj.principa. articulo,quæstione lxxiiij.

13 ¶†Septimò requiritur in absolutoria ab obseruatione iudicij, & ab instantia,secundùm Bal.in d.l.tres denunciationes. tenet Ange.in d.l.ad peremptorium.Ad quod vide quod latius dixi in c.pe.s.de iudi.in xix.princ.articulo.

14 ¶†Octauò requiritur ad litis cõtestationem, & probationum exclusionem,secundùm Io.And.in c.consuluit.s.de offi.deleg. faciunt,quæ dixi s.in versi.j.

15 ¶†Nonò exigitur ad sententiæ diffinitiuæ prolationem. vnde lata sententia parte absente nõ citata peremptoriè, est nulla,vt in l.j.§.item cum ex edicto.ff.quæ senten.sine appel. rescin.& xxiiij.quæstio.iij.c.de illicita.& C.quomodo & qñ iudex.in l. ea quæ.xj.quæst.iij.c.eorũ.s.de cõsti.c.ecclesia. tenet expressè Ioan.And.in c.consuluit.s.de offi.de deleg.& Bar.in l.si finita. §.Iulianus.ff.de dam.infect.& Specu.eo.titu.§.viso.versi. quid si lata,& ver.aliàs autẽ regulare est.& gl.ĩ d.c.de illicita.& Ang. in dicta l.ad peremptoriũ.& Bal.in dicta l.tres denunciatiões. Nec sufficit citare ad sentẽtiã:nisi dicaẽ, perẽptoriè,scđm quos-

dā.pro qbus facit Clemen.ſæpe.de verb.ſig.in verbo,Sententiam.iuncta gl. Alij dicūt,ꝙ ſufficit citatio peremptoria:& ſic trina.licet non adijciatur verbū,Peremptoriè.per nota in d.l. ea,quę.et in auč.q ſemel.C.quomodo & quādo iudex.& in.d.l. ad peremptoriū.cū.l.ſequenti.&.C.vbi in rē actio.l.ij.& ff.de requiren.reis.l.j.ſecundùm Specu.eod.titu.§.viſo.ver.aliàs autem regulare eſt.¶ Nec obſtat auč.ceſſante.ſ.quomodo et qñ iudex.quia poteſt dupliciter reſponderi.¶ Primò,quòd ibi conſtabat citatum nolle venire.de quo dicam .j.in ver.xxx.ſecundùm Specu.in dicto.§.viſo ver.quid ſi lata.Secundò poteſt reſpondere,quòd ibi fuit facta monitio,quę habet vim peremptorij.vt not.Glo.v.in.c.conſuluit.ſ.de officio delegati.de quo dicam .j.eod. articulo.in.vij.q.principali.¶ Et ad materiam iſtā ſententiæ diffinitiuæ,qualiter requiratur citatio,dicam etiam.j. in titulo de re iudicata.

16 ¶ †Vndecimò,exigitur vbicunq; venit imponendū perpetuū ſilētium,vt in lege diffamari.C.de inge.manu.ibi dū dicit tex. Vnum atq; alterum.¶ Sed aduerte: quia videtur ſufficere vna. per.c.licet in beato.j.de accuſationibus.vel ſaltem videtur ſufficere duplex.ſed dic de hoc,vt clarius dixi in dicto.c.licet.ī ſexta oppoſitione.

17 ¶ †Vndecimò,requiritur peremptoria generaliter quādocūq; agitur de his,quæ ſunt grauis præiudicij.vt in.c.quoniam frequenter.§.porro.ſ.vt lite nō conteſta.Et ibi tetigi in.vj.notabili.& probatur.j.de dolo & cōtu.in.c.prout.&.c.dilecti.Itē probatur per ea,quæ ſuperius dicta ſunt.& maximè in verſic.quinto.ſec⁹ ſi eſſet leuis præiudicij.ſecundùm Angelū in dicta lege, ad peremptorium.& aliquid ſupra tactum fuit.ſed latius apparebit ex pluribus infra ſubijciendis:in quibus vna ſufficit citatio:licet non peremptoria.

18 ¶ †Duodecimo, requiritur in cauſa crimali:quia in illa tractatur de graui præiudicio,vt lati⁹ dixi ſupra in.xx.principali articulo.q.xxv.

19 ¶ †Tertiodecimò,in citatione iudicis,vbi agitur de generando præiudicio ipſi iudici.ff.de iudi.in l.& poſt.notat Bal.in.l.nam ita diuus.de adoptio.

20 ¶ †Quartodecimò,requiritur peremptoria citatio ad cōuincendam negligentiam ſuperioris in aliquo actu.hoc tenet Dominus me⁹ in c.cùm cauſis.ſ.de offi.delegati.& ſic poteſt intelligi c.j.de ſupplen.negli.Præla.dixi in c.prudētiā .ſupra de officio delegati.in vj.principali articulo,quæſtione quarta.

21 ¶ †Decimoquintò,exigitur in requiſitiōe,quam vellent facere delegati de collega ſuo abſente.et hoc,vt poſsint ꝓcedere.hoc voluit gl.in.d.c.cum cauſam.de offi.delega.& ſequitur Hoſtiē. Facit.xxiiij.q.iij.c.de illicita.Sed contrarium tenet Archidia.in c.ſi contra.de offi.delega.lib.vj,vbi dicit,ꝙ ſufficit vna reqſitio: pro quo facit qđ no.gl.xviij.diſtin.c.ij.Epiſcopus quę notabiliter dicit,quòd ad actum extraiudicalem,ſufficit vnica requitio domi.Anto.pro concordantia dictę opinionis dicit,quòd prima opinio procedit in actu iudiciali,vel quaſi iudiciali : & ideò in caſu præmiſſo,cùm ꝑdicta requiſitio ſit quaſi iudicialis: quia fit ad hoc,vt ipſi delegati poſsint iudicialiter procedere: ideò requiritur trina citatio,vel peremptoria.

¶ Quædā verò reqſitio eſt extraiudicialis.& ſufficit vna.& ita ꝓcedat ſecūda opi.& dictum Inn.in c.cū nobis olim.ſ.de ele. & qđ no.in c.ego N.de iureiur.& idē tenuit do.Ant.in antiqs recollectis.vt dicit do.Domi.in.d.c.ſi cōtra vnū.vbi refert,ꝙ cū hoc ab eo reportaſſet in ſcholis,ipſe oppoſuit cōtra eū de no.ꝑ eū in verbo,requiſiuerūt.in Cle.j.de hæretic.vbi gl.in terminis noſtris cōcludit,ꝙ ſufficiat vnica reqſitio.& ſequunč Pau.et Zabarel.ibi.& idē etiā tenet Zabarel.in.d.c.cū cauſa.& c.cōſuluit. ſ.de offi.dele.allegat in ſimili lxv.diſtin.c.ſi.et.x.q.ij.c.hoc ius. &.ff.de euic.in.l.ſi rem.§.fi.& in.l.ſi edictum.§.ſi preſente.

¶ Et ſubdit do.Domi.ꝙ poſtea do.Anto.mutauit opi.per illā glo.in.d.Clemen.j.Nam & ibi æqualis requirit equalē,vt procedatur iudicialiter:& tamē ſufficit vnica requiſitio:quinimò ibi ille citač in iudicio,qđ plus eſt:& etiā citatur,q nō neceſsitač cōparere:ſed citatur vt cōpareat ſi velit:& ſufficit vnica citatio.vt dixi.facit etiam quod ſtatim dicam in verſi.ſeq.

¶ Et idē tenet Do.meus in.d.c.cū cauſa.ꝑ dictū.c.ſi Eps.xviij. diſtin.& per d.Clemē.j.de hæretic.& idē ego tenui in.d.c.prudētiā.de officio deleg.in ſexto principali articulo.q.iiij.& tenet Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adoptio.

22 ¶ †Sextodecimò,requiritur ad imponendam pænam conferēti beneficium eccleſiaſticū indigno, ſecundū Hoſt.in c.graue.j. de præbē.Sed Zabarel.ꝑ illum tex.dicit,quòd ſufficit duplex monitio.Tu verò dic vt lati⁹ dixi in dicto.c.graue. q.xxx.et aliquid tangam in.vij.q̃one.v.

23 ¶ †Decimoſeptimò,requiritur ad imponendam pęnam priuationis beneficij ꝓpter non reſidentiam in beneficio:quādo fit citatio de clerico beneficiato abſente,qui ignoratur vbi ſit per tex.in c.ex tuæ,j.de clericis nō reſiden.& c.cauſam.& c.fi.j. de dolo & cōtu.& videč,ꝙ exigač diſtincta trina citatio : ita ꝙ nō ſufficiat vnica cū peremptoria,ſed tamen Zabarel. tenet cōtrarium quòd ſufficiat vnica conglutinata cum peremptorio.

¶ Et aduerte:quia cū hæc quæſtio orta fuiſſet de facto in ciuitate Bononiē.Io.Cal.defendebat ꝙ ſufficeret vnica perēptoria,ſed Io.And.eius pater adoptiuus,defendebat cōtrariū. Sed tu vide de hoc quod latiſsimè dixi in d.c.ex tuę.in vij.principali articulo.in ſecundo membro prin.in iij.q.prin.& etiam vide ad hoc quod dicam ſtatim in vij.q.prin.iſtius articuli.

24 ¶ †Decimooctauò requiritur in omnibus caſibus, in quibus pœna venit imponēda.& an tunc exigatur trina citatio diſtincte,vel ſufficiat breuiloqua & cōglutinata. dicam ſtatim in vij. quæſtione principali.

25 ¶ †Decimononò requiritur ad ſententiam excōmunicationis. proferendam vt in c.conſtitutionem.de ſenten. excom. lib.vj. & ibi per Archi.Gorgſiam & Io. Andre. & prædictam etiam opinionem tenuerunt Tanc.Gofr.Beruch.Inno.& Hoſtien.in c.ſacro.de ſenten.excom.& probatur in c.j.de mili.vaſal. q cōtu.eſt.& in c.cōtingit.el.ij.j.de ſenten.excō. & iſta eſt cōis opi. Alij tamen tenent contrariam opinionem.de quo traditur per Archidiaconum.xij.quæſtione ij.& per Henric.Boich in dicto c.ſacro.Sed tu vide quod dixi in c.perpendimus.j. de ſenten. excom.in x.prin.arti.q.viij.

26 ¶ †Vigeſimò requiritur hæc trina vel peremptoria citatio,quādo inferior mandat alicui ꝙ cōparere debeat coram ſuperiore. hoc tenet Io.An.in c.fi.j.de accuſa.& tenet Bal. ī c.j.de mili.vaſal.qui cōtu.eſt.& Spec.in ti.de remiſsio.§.ij.in prin.& §.vidēdum.poſt prin.tenet quòd ſufficiat vnica citatio & vnus terminus.& talis intelligač peremptorius. Sed tu vide ad hoc quod dixi ſ.eo.articulo,in iiij.q.principali.¶ Et eſt aduertendū circa prædicta ꝙ in multis ex prædictis caſibus, in quibus aliàs exigereč citatio peremptoria,ſufficit vna:ſi cauſa ſit ſummaria,& agitanda de plano,& ſine figura iudicij &c.vt in Clemē. ſæpe. de verb.ſigni.vel ſi ſit citandus tyrannus vel quia ipſe citandus impedit ne poſsit peremptoriè citari,vel ex prima citatione apparet vera & manifeſta ipſius cōtumacia.& ſic de ſimilibus. de quibus apparebit ex infra dicendis.

¶ Circa ſecundam quæſtionem iſtius ſextæ quæſtionis principalis videlicet,in quibus caſib⁹ vnica citatio habeat vim peremptorię,proſequor etiam caſuum enumerationem.

27 ¶ †In primis igitur dicēdum eſt,ꝙ citatio legalis ſeu iuris, licet ſit vnica,habet vim peremptorij,vt in c.j.de elec.li.vj.& ibi per Inno.& no.gl.in verbo Prædictum tempus,in Clemē. cauſam. de elec.& ibi dixi.facit l.fina.ff.de decre.ab ordi.facien. & no. gl.fi.in fine in Clemen.vnica,de dolo & contu.& ibi dixi.tenet Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adop.no.Bal.in c.j. quo tēpore miles inueſtituram.& in l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex. faciunt quæ dicam in materia dilationum legalium:quando tractabo de ipſius dilatione. Et tenet domi.Ant.de But.in c.quoniam.§.ſi verò.ſuper gl.magna.ſ.vt lite nō conte.¶ †Item & ſe-

28 cundò,rōne veræ & manifeſtæ cōtumacię:etiā qñ ꝙ vna citatio dicič peremptoria:ſeu habere vim peremptorij.Exemplum:Si ex prima citatione pōt cōſtare citatū nolle cōparere: vt quia dixit:Nolo venire,vel nūquā veniā,vel qđ ſimile.quo caſu.nō vr vlterius citandus,ſecundū glo.in l.fi.ff.de reſtitutio. in integ.& xxiiij.q.c.de illicita.& idem tenet ibi Archid.facit.l.cōtumacia. ff.de re iudi.& l.cōtinuus.§.cū ita.ff.de verb.obli.tenet gl. in l. tres denunciationes.C.quomodo & quādo iudex. & not.in c. conſuluit de offi.deleg.tradit Inno.in c.ad petitionem.j.de accuſa.& in c.ex literis.j.de exceſ.Præla.& Specu.in tit.de cita.§. viſo.ver.fin.& Ang.referendo Inno.in l. ad peremptorium.ff. de iudic.& Gul.de Cunio in l.Fulcinius.in fi.ff.quibus ex cauſis in poſſeſ.eatur.Guido de Suz.in l.diuus.ff.de reſti.in ītegrū. Hoſtien.in c.fi.j.de dolo & contu.& in ſum.in tit.de contumacia.§.ſecundo.verſi.item hæc debet.& d.Anto.& Do.meus in c.j.ſ.de iudi.Bar.in l.ex cōſenſu.in fi.ff.de appel.licet dñs Ant. in Clemen.j.de dolo & contu.vt ibi refert Ioan.de Imol.dicat, ꝙ Bart.teneat contrarium,ſed nō eſt verum.& pro hac opinione allego bonum tex. in dicto capitulo quoniā. & pro ea facit concludens ratio:nam citatio trina requirič,vbi cōtumacia non eſt manifeſta:ſed vbi eſt manifeſta,nō requiritur alia citatio, vt probatur in dicta Clemen.j.de dolo & contu.& in c.eum,q.coti.li.vj.ſed ex eo qđ citatus dicit.Nolo venire,vel ſimilia verba. ſua cōtumacia eſt manifeſta,vt ſupradictum eſt.& probač ī l. cōſentaneū.C.quō & quando iudex.& no.gl.in d.l.tres denunciationes.igitur non eſt iteratò citandus ad contumaciam præſumendam.aut ad malitiam cōuincendam: cùm per ipſius verba conſtet de intentione ſua,iuxta illud: Nam loquela tua manifeſtum

niſeſtum te facit.& alibi apud Caſsiodorum dicitur : Nullũ eſt
magis mentis teſtimoniũ,quàm qualitas inſpecta verborũ. Et
eſt ita notitia à priori: vt dicit Bal.in d.l.tres denunciationes.&
in l.ad cognoſcendos.C.de inge.manu.per vocẽ enim & ver-
ba dicuntur cognoſci rerum quidditates,id eſt,ſubſtantię qua-
litates,accidentia,& circũſtantiæ à proximis,& remotis,& ge-
neralẽ mentẽ loquentis.vt dicit ibi Bal. Verba enim, vt inquit
philoſophus,ſunt notę paſsionũ animę.& ad idem.xxij.quæ-
ſtione ij.c.is aũt.& in l.Labeo.ff.de ſuppel.lega.¶ Et hanc etiã
opinionem tenet Bal.in l.ij.C.qui accu.nõ poſſunt . vbi dicit,
ꝙ etiam procedit in cauſa criminali : ſed contrariam opinionẽ
tenet Ioan.Andre.in additio.Speculator.in tit.de contumacia.
§.ij.verſicu.ſed nota.& fuit opinio Ioan.de Deo.& alterius an
tiqui Docto.vocati Ioan.de Cauo.vt refert Ioan.Andre. in c.
venerabilibus.§.ſecus.de ſenten.excommunicatio.libr. vj. pro
quibus facit:quia licet dixerit ſe nolle venire in prima citatiõe,
non tamen quòd nolit venire in ſecunda, vel tertia. Poteſt em̃
mutare propoſitum.facit.c.licet de procurato.libr.vj.& ſentit
glo.antepenul.in d.c.eum qui.& ſequitur Ioan.Andr.in d. ad-
ditioni.Et hanc tenuit Cyn.poſt Petr.in authen .qui ſemel. C.
quomodo & quando iudex.quia contumax in prima citatio-
ne poteſt ſe emendare:quia non eſt veriſimile quòd velit perſe
uerare in malo propoſito:nec præſumitur quis obſtinatus : &
per conſequens poterit comparere in ſecunda & tertia citatio
ne:cùm ſciat iſtud ius ſibi durare.Bald.verò in dicta l.tres denũ
ciationes dicit,quòd Domi.Barto.de Prato diſputauit hanc q.
& tenuit hanc ſecundam opinio.facit.l.contumacia.§.j.ff.de re
iudi.vbi contemnens debet citari ter : & tunc non eſt vlterius
citandus.Item facit,quia non præſumitur quis voluiſſe renun
ciare ſecundæ & tertiæ citationi:licet renunciauerit primæ. ar-
gu.l.ſi domus.ff.de ſerui.vrb.prędio.& quia debemus interpre
tari in benigniorem partem,quod tamen dicit procedere : niſi
hæc verba dixiſſet in iudicio.Sed Bald.in d.l.tres denũciatiões.
tenet primã opinionem per c.j.ꝙ non ſit vlterius citandus.per
capitulum ſecundũ,de dolo & contuma.libro vj.& quia animi
perſeuerantia pręſumitur durare.ff.de probationi.in l.cùm ta-
citam.& C.de teſtamẽ.in l.ſancimus.facit Clemen.j. de renũc.
¶ Ego verò eo tempore,quo incœpi legere ius canonicum,le-
gendo Clemen.j.de do.& contuma.latius diſtinxi,quæ diſtin-
ctio etiam nunc placet:quare circa hãc materiam facio tria mẽ
bra principalia.

29 ¶ † Circa primum membrũ,qñ dixit,non volo venire:dico ꝙ
eſt iteratò cirandus:quia hoc verbum , non volo,non denotat
præciſam reſiſtentiam & contemptum,vt no.Vincen.& ſequi
tur Innocen.in c.prudentiam.§.vj.de off.delega.& ſequiẽ etiã
ibi Domi.meus.traditur per Docto.in c.finem.j.de dolo & cõ
tuma.& Bald.in c.j.de mili.vaſal.qui contumax eſt.¶ Verbum
enim non volo,denotat ſimplicem & præſentialem reſiſtentiã:
quaſi velit facere:ſed non nunc immediate, quod tamen limi-
to,niſi citatus vlterius ꝓceſſerit dicendo,non volo venire nũc,
nec etiam in futurum.nam tunc non eſt iteratò de neceſsitate ci
tandus:cùm ex illis verbis ſuis,quæ ſunt notæ paſsiõis animæ,
vt ſupra dixi,appareat,quòd ipſe nullo modo intendit compa
rere.facit dicta Clementina prima,de do.& contuma. & d.ca-
pitu.eum,qui.de do.& contuma. libro vj. nam ſi appellans ab
interlocutoria,& ſic recedens à iudice non eſt amplius citandꝰ
eo,ꝙ tacitè proteſtari videtur de non comparendo amplius co
ram eo:multò fortius ſi hoc clarè expreſsit.Prædicta tamen li-
mitarem , quando de prædictis verbis liqueret iudici iudiciali-
ter: vt quia prædicta verba protulit in iudicio : vel apparet de
hoc in iudicio per propriam confeſsionem: vel per teſtiũ pro-
bationem: vel per relationem nuncij:intelligendo tame de nũ-
cio,prout dixi ſ.articulo decimoſexto.& etiã in decimoquar-
to,& in duodecimo.ſecus ſi non liqueret iudicialiter,licet pars
vellet probare ex poſtfacto, poſt quàm proceſsit nõ facta alia
citatione ex eo,quia citatus dixerit prędicta verba : quia pro-
ceſſus factus per talem iudicem,non factis debitis citationibꝰ,
non tenet:niſi præceſſerit notitia iudicialis propter quam fun-
data eſſet intentio iudicis ſuper potentia procedendi contra
prædictum citatum,qui protulit prędicta verba,eo vlteriꝰ nõ
citato.Ad quod facit quod tradit Barto.in l. multum intereſt.
ff.de conditio.& demonſtratio.& quod in ſimili not.Innoc.in
c.cùm contingat.ſ.de offi.delega.& in c.auditis.ſ. de procura.
& eſt bonus tex in l.hoc aũt.§.j.ff.quibus ex cau.in poſ.caẽ.&
ibi no.Bar.vbi probatur,ꝙ proceſſus factus cõtra contumacẽ
non tenet:niſi de contumacia liqueat iudici:quãuis eſſet verus
cõtumax.& idem tenet Bal.in ſimili in l.ij. C. qũo & quando
iudex.in fi.q.& in l.properandum.§.ſi quidẽ.C.de iudi. ¶ Ad
quod vide quæ dicam in tit.de dolo & contu.

30 ¶ † Circa ſecundum membrum principale,qñ dixit , Nolo ve-
nire eſt maius dubiũ:quia verbũ nolo denotat pręciſam reſiſtẽ
tiam & cõtemptum,vt tradũt Docto.in c.prudentiam.§.vj.de
offi.deleg.& in alijs iuribus in pręcedenti membro allegatis,et
probat glo.in verbo,Noluerit.in c.ij.de ſponſa.¶ Vnde ſubdi
ſtinguo ꝙ aut iſte fuit citatus ad totam cauſam,aut ad vnũ arti
culum.primo caſu,qñ fuit citatus ad totam cauſam , ꝙ qñ fieri
poſsit.tetigi in Clemen.j.de for.cõpe.in glo.ſup verbo præſu-
matur,ſed plenius ſ.arti.xx.q.xvj.& hoc caſu,non erit iteratò
citandus.arg.d.Clemẽ.j.de do.& cõtuma.& d.c.eũ qui.inducẽ
do vt ſupra induxi.¶ Et qa pręſumimus citatũ velle perſeuera
re in dicta voluntate,donec eum pœnituerit . Quod tñ limito,
dũ modò de dicta citatiõe cõſtet iudicialiter.Secũdo verò caſu,
qñ fuit citatus ad vnũ articulũ dico, ꝙ ſiue eſſet talis articulus,
qui requirat perẽptoriũ,& eſſemus in prima vel ſecũda dila-
tiõe: vel ſit talis articulus, qui nõ requirat perẽptoriã citationẽ:
tñ reſpectu aliorũ actuũ, vel reſpectu ſecundi vel tertij termini
peremptorij,eſt iteratò citandus:qa licet quis ſit contumax in
vno artic.nõ cõcluditur in alio cõtumax: vt dixi in d. Cle. j. de
fo.cõpe.in gloſſ.ſuper verbo,pręſumat.¶ Aduerte tñ:quia qñ
dixit,nolo venire.ſubdiſtinguo,ꝙ aut dixit tantũ . Nolo com-
parere nunc.aut dixit,nolo comparere nũc,nec vnquam in fu
turum.aut ſimpliciter dixit,nolo comparere.

¶ Primo caſu,nõ eſt dubiũ,ꝙ eſt iteratò citãdus:qa iudex non
eſt certus, an citatus velit cõparere in ſecũda citatiõe, vel ſaltẽ
ĩ tertia,vel ad aliũ actũ.imò fortiꝰ cũ dixit,nolo nũc cõparere,
videẽ includere,ꝙ intendit in futurũ cõparere.arg.c.nõne.j.de
pręſump.& l.cũ Prætor.ff.de iudi.arguendo de perſonis ad tẽ-
pus.¶ Secundo verò caſu,nõ eſt iteratò citãdus,ſi cõſtat iudici
iudicialiter vt dixi,qđ ij.& iij.citatio fit,ad cõcludendã malitiã
& intentionẽ ſuã.vñ cũ in prima citatione appareat de inten-
tione,nõ eſt opus ire per cõiecturas.ar.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de
verb.obliga.¶ Tertio verò caſu,qñ ſimpliciter dixit , nolo ve-
nire.intelligerẽ ſecundũ benigniorẽ partẽ:prout vtilius eſt ꝓ-
ferenti.ar.l.ſi quis intẽtione.ff.de iudi.& vt non ſonet in deli-
ctũ,aut in minus delictũ.arg.l.meritò.ff.pro ſocio.& l. quintꝰ.
ff.de dona.inter vi.& vxo.& iſto modo poteſt ſeruari opinio
Io.An.poſita in d.addi.facit ad prędicta,quod in ſimili dicimꝰ
in l.qui ſe patris.C.vnde liberi.vtrũ per verbũ nolo adire, indu
catur repudiatio hæreditatis.

¶ Et prædicta ſatis fuerũt de mẽte d.Ant.in Cle. vnica,de do.
& cõtu.& Io.de Imo.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam. infect.
¶ Nec ob.prędicto vltimo caſui,qđ ponit Bal.in l.ea q̃.C.qũo
& qñ iudex.circa principium,vbi vult ꝙ ſi citatus dixit: nolo
venire,ꝙ licet hoc verbũ nolo,ſit temporis præſentis: tñ quia
infinitatur per verbũ venire,quod ſequiẽ: videtur perinde ac ſi
diceret,nõ veniam in futurum:quia rñdeo, ꝙ dicitur infinitare
ipſam primã citationẽ vſq; in finẽ primę dilatiõis:nõ aũt intel
ligitur infinitare ſecundã & tertiã dilationẽ. ¶ Quod facit pro
his,quę dixi in primo membro.

31 ¶ † Circa tertiũ membrũ principale,qñ dixit,nõ credo veni-
re,quid dicendũ ſit,ſatis clara patet deciſio ex prędictis: qa iſte
eſt iteratò citandus:etiã ſi dixiſſet,nõ credo venire nũc nec in
futurũ:qm̃ iſta declaratio ſeu prolatio,nedum quod non po-
nat pręciſum contẽptũ:imò nõ ponit etiã ſimplicem,ad qđ vi
de no.per gl.& Bal.in l.pe.ff.ex quibꝰ cau.ma.& adde p̃dictis
qđ natabiliter ponit Bal.in l.ij.C.qũo & qñ iudex,in fi. q̃ſtio-
nis vbi dicit,ꝙ ſi citatus in prima citatiõe ſtatim aſcẽdit equũ,
& vadit vltra mare,ſed melius dixiſſet,aſcẽdit nauem, qđ talis
non eſt vlterius citandus:quia manifeſtè teſtatur ſe nõ compa-
ritutũ.Subdit tñ,ꝙ hoc debet cõſtare iudici ante,quã pronun-
ciet contra talem contumacem,per l.hoc aũt.§.j.ff. quibus ex
cauſis in poſſeſ.eatur.& per Bar.in l.multũ.ff.de condi . & de-
monſt.& ſ.dixi.¶ Quod dictũ eſt valde ſingulare in ſe:poſſet
tamen morderi:quia potuit eſſe,ꝙ ipſe reliquerit procuratorẽ,
qui comparebit in ij.vel iij.citatione peremptoria:& ſic videẽ
iteratò citandus.

32 ¶ † Item tertiò ille,qui appellat ab interlocutoria nõ videẽ vl-
terius citandus:qm̃ etiam iſte videtur verus contumax: vt in c.
ij.de do.& contu.lib.vj.& ideò nõ admittitur ad appellandũ à
diffinitiua,ſecundùm aliquos,de quo dixi in Clemen. de dolo
& contu.Nam cùm per talem appellationem appellans videa
tur proteſtari in iudicio nolle de cætero comparere:prima frõ
te eſt manifeſtus cõtumax: vñ non eſt vlterius citandus . tenet
Ange.in l.ad peremptorium.ff.de iudi.allegat not.per Innoc.
in c.ad petitionem.j.de accu.& in c.ij.de dolo & contu.lib. vj.
Quod tamen videtur intelligendũ , donec durat lis ſuper ipſa
appellatiõe:ſed ſi appellãs ſuccubuit in ipſa appellatiõe: vt am
plius nõ ꝓſequaẽ:videẽ ꝙ debeat citari,ſicut ſi renũciaſſet ex-
preſsè: vt d.c.ij.de dolo & cõtu.li.vj.facit.l.ſi qs libellos. C. de
appel.ſcđm Io.de Imo.in l.q Romę.§.Seię.ff.de ver.ob. qđ tñ

dicit procedere, nisi succubuerit: qa deserta sit appellatio, p no. p Io. An. in c. direc̃te. & in c. personas. j. de appel. & vtrũq; dictũ est valde singulare: nec memini alibi legisse. & p primo dicto facit text. in d. §. Seię. qa creditor ibi fuit in mora eo ipso, q litigare cœpit. vnde finito litigio, finita est mora. ar. l. Titia Seię. § vsuras. ff. de le. ij. Ideò debitor debet ibi offerre. ¶ Et prędicta adde ad ea, q̃ dixi supra in quinto principali articulo, q̃o. xxx.

33 ¶ † Item quarto, vnica citatio dicitur peremptoria eo ipso, q quis impedit ne possit peremptoriè citari, vt ĩ c. quoniam frequenter. §. porro. s. vt lite non cõtestata. & ibi Do. me. & p do. me. in c. j. s. de iud. ¶ Aduerte tñ qa gloss. in d. §. porro. dicit, q sufficit, q contra talem proponatur edictum ad domicilium, vel ad ecclesiam ad qđ vide qđ dixi in d. §. porro. in gl. super ver. fine. & vide qđ dixi in c. ex tunc. j. de cleri. non resi. in vij. prin. arti. questio. iij.

34 ¶ † Item quinto. citatio, quę fit à principio ante comparationẽ vel deliberatoriam, habet vim peremptorij: licet sit vnica. notatur per Inn. in c. ad petitionẽ. de accu. & sequitur Ange. in l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. & similiter dilatio, quæ datur ante iudicium ad componendas sarcinulas: licet sit vnica, habet vim peremptoriè: quia non est pręiudicialis ad causam, vt l. j. C. de re quiren. reis.

35 ¶ † Itẽ sextò. in medijs causæ q̃libet citatio, ẽt vnica vr̃ peremptoria. vnde nõ requirit̃ trina distinctio, seu expressa, vel breuiloqua cũ peremptorio. no. Io. An. in c. consuluit. s. de offi. dele. & Bar. in l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. si finita. §. Iulianus. de dã. infec. & Io. de Imo. in l. de vnoquoq; §. j. ff. de re iud. Nam post litis ingressum quælibet citatio intelligit̃ peremptoria tenet Spe. in tit. de citatio. §. viso. ver. Itẽ peremptorium potest bis in fine. ¶ Et apparebit etiam ex versiculis sequentibus.

36 ¶ † Item septimò. citatio seu dilatio probatoria semper intelligitur peremptoria, vt not. in l. j. C. de dilatio. & ibi Barto. Pau. de cast. & Docto. & no. in l. fi. ff. de ferijs no. Do. me. in c. j. j. eo. ad qđ vide quæ dicam. j. in materia dilatio. in ver.

¶ Idem etiam tenet Bar. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dã. infec. & Ioan. An. in d. c. consuluit. Bal. tamen in l. pecuniarijs. de ferijs dicit quòd licet dilatio probatoria data pręsenti, in ciuili sit peremptoria: tamen secus est in criminali, in qua debet labi numerus dilationum. & ad istum versicu. facit, quod dicam in sequẽti versicu.

37 ¶ † Item octauò. citatio quę fit ad producẽdos testes, seu ad videndum eorũ iuramenta: licet sit vnica, habet vim peremptorij vt tradit Inno. in c. ad petitionem. & Barto. in d. §. Iulianus. & Io. And. in d. c. consuluit. & Ang. in d. l. ad peremptoriũ. faciũt quæ dixi in duobus pręcedenti. ver. ¶ Et ideò est, qa non datur secunda, nisi probato impedimẽto. ff. de ferijs. l. fin. j. de testi. in causis. Et qđ in talibus sufficiat vnica citatio, & habeat vim peremptorij, etiam si non exeprimatur, probatur secundùm Aegi. j. de test. c. in nomine Domini. & c. significauit. tenet Ioan. An. in d. c. consuluit. in prin. & in fi. apostillæ.

38 ¶ † Item nonò omnis citatio est peremptoria illi, qui facit citari aduersarium: qa citans ad eundem terminum est monitus à iure: ergo peremptoriè. per ea, quę dixi supra in hac questione. ver. j. ¶ Item quia intelligitur facta monitio pręsenti facit authẽtica, cessante. C. quomodo & quãdo iudex. & quia iste consensit termino, per legem qui Romæ. §. Augerius. ff. de verborũ obligationibus.

39 ¶ † Item decimò vna sola monitio facta p̃senti, habet vim peremptorij, vt l. ij. C. quomodo & quando iudex. & no. gl. in c. cõsuluit. de offi. dele. & statim latius dicam in vij. quæst. principa. istius articuli.

40 ¶ † Item vndecimò regulariter in his, quæ leuis pręiudicij sunt vna citatio habet vim perẽptorij no. Ang. in d. l. ad peremptoriũ ff. de iudi. faciunt quæ dixi in præcedentibus casibus tetigi s. in præcedenti quæstio. ver. vndecimò requiritur.

41 ¶ † Item duodecimò regulariter in omnibus causis, in quibus proceditur summariè de plano, sine strepitu, & figura iudicij sufficit vna citatio absq; peremptorio, vt in Cle. sæpe. de verb. significatio. not. Ang. in d. l. ad peremptorium. dixi in capitulo, quoniam. §. porro. in glossa super verbo, siue. supra vt lite non contestata.

42 ¶ † Item decimotertiò in condẽnatione expensarũ sufficit vna citatio secundùm aliquos. Quinimò secundùm alios videtur posse fieri nulla pręcedenti ad id citatione. sed tu dic, vt latius dixi in c. calumniam. j. de pœ. in ix. prin. arti. q. xiij.

43 ¶ † Item decimo quartò ratione qualitatis personæ quandoq; sufficit vna citatio: & habetur pro peremptoria, etiã si tres citationes distinctè requirerẽtur: vt puta, si est citandus tyrannus qui sit terribilis citanti, vt no. Io. An. in c. non minus. j. de imu: eccl. & Bal. in c. j. de mil. vasal. qui contu. est. tetigi s. arti. xxiiij. & remissi. faciunt no. per Io. And. in verbo constiterit. in c. pro humani. de homi. lib. vj.

¶ Et vide quod dixi s. vt lite non cõtest. in c. quoniam frequẽter. in prin. in quarto principali articulo, fallentia tertia, ver. Et aduerte quia non solùm.

44 ¶ † Item decimoquintò si dantur articuli post cõclusionem in causa, & citat̃ pars ad dicendũ cõtra: quia ista citatio videt̃ fieri ad dicendũ causam, quare nõ debeant admitti: & conclusio in causa reuocari. ideo ad discutiendũ postea de articulis sint admittendi in se, prout sunt necessaria. est alia citatio, secundũ dominos de Ro. decisio. ccccl xij.

45 ¶ † Item decimosextò in citatione partis, videlicet q̃n promissi ti te pręsentare corã iudice ad omnẽ meã requisitionẽ: requiro te vt cõpareas cras: certè sufficit vna citatio, vt no. Bal. in l. fi. ff. de eo per quem factum erit. tradit Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopti.

46 ¶ † Itẽ decimoseptimò ad interrũpendã pręscriptionẽ, q̃ scilicet sit apta interrũpi per citationẽ: sufficit vna: nec est necessariũ q sit peremptoria. no. Bal. in l. & post edictũ. in fi. ff. de iudi. vbi dicit q sufficit vnica executorũ iussio per l. vt perfectius. C. de anna. exce. Sed de materia latius dicã in ti. de pręscri. in materia interruptionis præscriptionis.

47 ¶ † Item decimooctauò, ad intimandum sufficit vnica citatio. no. Bald. in l. iij. C. qui accu. nõ pos. q. viij. per l. j. §. j. ff. de libe. agnoscen. dixi in c. prudentiam. s. de inoffi. delega. in vj. principa. arti. q. iiij.

48 ¶ † Itẽ decimononò, ad exhortandũ sufficit vnica citatio. vt in Cle. j. iuncta glo. de hæreti. tradit̃ in c. cũ cã. de off. dele. no. Bal. in l. iij. C. qui accu. non pos. q. viij. dixi in d. c. prudentiã. in vj. arti. q. iiij. facit quod dixi s. in q. pręcedenti. versi. decimoquintò requiritur. & quod dicã in tribus versiculis sequen.

49 ¶ † Itẽ vigesimò, secũdũ aliquos, in citatiõe collegę. sed dic in p̃cedẽti versiculo, & in dicto versiculo, decimoquinto reqrit̃.

50 ¶ † Item vigesimoprimò, vbi arbitri citant aliũ arbitrũ vt veniat ad laudandum. non enim exigitur citatio peremptoria, vt tradit Bal. in l. ad peremptorium. ff. de iud. per no. per Io. An. in Cle. j. de hæreticis.

51 ¶ † Item vigesimosecundò, si citatur quis si sua putauerit interesse. sufficit enim vna citatio, per l. si ea. C. si manci. fuerit alie. iũcta glo. & aut. si omnes. C. si vt se ab hęre. absti. dixi in d. c. prudentiam. in vj. arti. q. iiij.

52 ¶ † Itẽ vigesimotertiò, in citatione seu qualibet interpellatione extraiudiciali: in qua vna citatio sufficit, & habet vim perẽptorij. exemplum: requiruntur canonici vt vadant, seu veniant ad eligendũ: non requiritur trina citatio, nec vna peremptoria: vt in c. cum nobis olim. s. de elec. & ibi per Inno. tradit Ang. in l. ad peremptoriũ. ff. de iud. de quo tñ vide in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de ver. obl. & per glo. in c. cupientes. §. q si per viginti. in gl. super verbo p̃posita. de elec. lib. vj. Vnde vnica videtur sufficere p̃testatio ad interrũpendã currentẽ tẽporis pręscriptionẽ. j. de app. c. si iustus metus. & s. de off. ord. c. pastoralis. C. de anna. pręscrip. in l. vt perfectius. & vnica debiti oblatio currẽtes impedit vsuras. C. de vsur. l. si p̃ te. & vnica solennis depositio, impedit illas, q̃ iam currere cœperũt: vt l. acceptã. C. de vsur. ¶ Sed aduerte: qa in cõtrariũ facit, qm̃ Apostoli sunt instanter petendi. C. de libel. remis. l. vnã. & palliũ & literæ dimissorię. c. di. c. prisca. lxxj. di. c. Episcop⁹. & qa qs debet esse solicitus. C. de tem. ap. in l. cũ anteriorib⁹. §. in his, quæ solicitudo non solũ vnũ, sed plures actus videtur cõprehendere: cùm inquietudinẽ quandã & solertiã significet: vt in Cle. j. §. qa igit̃. de iureiu. & Apostolus ad Romanos: solicitudine non pigri. ¶ Et Prouerbiorum sexto dicit̃: vade ad formicã piger, & considera vias eius. ¶ Et q non sufficiat vna interpellatio, sed requirat̃ multiplex, facit tex. in l. qui Romę. §. cohæres. ff. de ver. obl. vbi text. dicit sępi⁹. & in ea l. §. Seia. vbi tex. dicit, si nõ cessat. & ad idem tex. in l. si mandato Titij. §. ille. ff. mãdati. & in l. Æmilius. in prin. ff. de mino. & in l. si cõuenerint. ff. de pig. act. vbi tex. expressè reqrit, q fiat trina denũciatio debitori vt soluat, ad hoc, vt creditor, qui cõuenit de pignore nõ distrahẽdo, possit illud distrahere. ¶ Solutio dicendũ est q regulariter citatio seu interpellatio extraiudicialis nõ requirit̃ trina: sed sufficit vnica. hoc tenet glo. in verbo p̃posita. in d. c. cupiẽtes. §. q si p viginti. & ibi d. Do. post Doc. & gl. super verbo instãtia. in l. mora. ff. de vsur. & ibi per Bar. & tex. in l. Titia Seię. §. vsuras. ff. de le. ij. & in l. iij. §. j. ff. qđ vi aut clã. & in l. cũ procurator. §. j. de ope. no. nũ. faciũt etiã iura allegata. s. in prin. isti⁹ ver. & tenet Pau. de Ca. & mod. in d. l. si conuenerit. la j. de pig. act. dicit tamen gloss. in d. §. quod si per viginti. q vtile est q reiteretur protestatio vel interpellatio. & hoc ego semper consulerẽ, ad omnem

omnem tollendam dubitationem:& ad fortificandum magis ius ipsius protestantis.

¶Non ob.l.qui Romę.§.cohæredes.qa vt dicit Bar.ibi denotatur facti cõtingentia.¶Nec obst.§. Seia. qa ibi nulla præcesserat interpellatio:sed solũ creditor fuit in mora:eoipso,ꝙ cœpit litigare:vnde finito litigio finita est mora.ar.d.§.vsuras.& ideò debitor debet offerre. ¶Prędicta tñ regula fallit, vbi ius aliter disponit,prout est in casu d.l.si cõuenerit.ff.de pig.acti.secũdũ Bar.in d.§.Seia.& no.Bal.in l.de pupillo.§.si qs ipsi Prętori.& ibi Io.de Imo.ff.de ope.no.nũ. ¶Et sic ex prædictis patet, ꝙ in ꝓtestationibꝰ seu interpellationibꝰ,sufficit vna:nec est necessariũ dicere,& perẽptoriè:cũ quęlibet huiusmodi interpellatio sit perẽptoria:sicut diximus in dilationibꝰ,quę dantur ad probandũ:vt dixi s̃.in ver.Itẽ vij.& sequenti.tamẽ dicit Bar. in d.§.vsuras.& ex prędictis infert ibi Bar.ad q̃stionẽ de facto, ꝙ si statutum dicit,ꝙ instantia pereat quinq; mensibꝰ : nisi per actorẽ non steterit,ꝙ si actor interpellauit semel iudicẽ,ꝙ proferret sententiã:satis est vt perpetuò videatur stare per iudicẽ: vt d.§.vsuras.¶Nec habet actor singulis diebꝰ interpellare iudicem.facit l.malè agitur.C.de pręscrip.lon.temp.idem etiam tenet Bar.in l.mora.in prin.ff.de vsuris. ¶Et prędictam opin. ꝙ regulariter in huiusmodi actibus extraiudicialibus non requiratur nisi vnica protestatio,vel interpellatio.tradit Bald.in d.l.iij.C.qui accu.non pos.q.viij.¶Nec obst.prædictis l.de pupillo.§.si quis ipsi Prætori.ff.de ope.no.nun. vbi exigitur duplex protestatio: quia vt dicit ibi Bar.in tertia oppo.quãdoq; quis protestatur,ꝙ non stat per eum:& hoc casu, si quidẽ stat per delictum vel controuersiam aduersarij:sufficit vna protestatio.Nec requiruntur plures,nisi prima fuerit remissa:vt d.§. vsuras.& d.l.mora.in princi.& d.l.iij.§.j.ff.qđ vi aut clam. aut stat per casum vel dignitatẽ aduersarij: & sic sine delicto suo: & tunc,aut protestatio fit ad cõseruandũ ius protestantis : & sufficit semel fieri:vt C.de non nu.pecu.in l.si intrat. & C. de anna.excep.l.vt perfectius.aut quis protestaẽ id,per quod intẽdat aliquid iuris de nouo acquirere:& hoc casu,finito impedimẽto aduersarij,iterũ debeo ꝓtestari aliàs prima ꝓtestatio nihil operaẽ.casus est in d.§.si quis ipsi Prętori.¶Et per prædicta infert Barto.ibi,ꝙ si contra emptorẽ mouebatur lis,& ipse nõ potuerit protestari,venditori,quia ignorabat vbi esset: ꝙ debet primò protestari,ꝙ per eum non stat quominus denunciet:& tñ si postea venditor reuertatur,tenetur denunciare:aꝑs prima denunciatio nil valeret,& videtur ab illa recessum,ꝙ est memorię cõmendandũ,secundũ Bar.in d.§.si quis ipsi.

53 ¶†Et ex prędictis etiam infertur,ꝙ ad constituendum hæredẽ in mora,& ad hoc vt post annum hæres non adimplens volũtatem defuncti,priuetur hæreditate:sufficit vnica monitio, ita not.glo.in authen.de hæredi.& fal.§.si quis autem nõ implẽs. quod tamen procedit,vt dixi in præcedenti lectione quam legi in c.si hęredes.de testamen.quò ad effectum, vt postea priuetur per lapsum anni.¶Sed si monitio deberet fieri ad finem & effectum,vt hęres non adimplens priuaretur, etiam ante lapsum anni:tunc requiritur bina monitio.vt in auẽ.vt liceat matri & auiæ.§.si quis in sua.& in auẽ.de eccle.titulis.§.si aũt.& in auẽ.de sanct.episc.§.pręsbyteros.& transumptiuè in auẽ.licet. C.de Episc.& clericis.traditur in authenti.hoc amplius. C de fideicommissis.& per quosdam modernos in lege, in quartã. ff.ad legem falcidiam.

54 ¶†Septimò principaliter quęro qualiter,seu sub qua forma debear fieri citatio peremptoria.¶Sol.dic,ꝙ potest fieri dupliciter.vno modo,distinctè per debita tẽporis interualla,puta:Citatur A.qđ intra x.dies,quos iudex assignat sibi pro primo termino,debeat cõparere &c.Deinde finito tempore primæ citationis,facit secundã citationem cũ simili interuallo . & demum eo finito citatur & tertio cum eo tempore:quo finito ille,ad cuius petitionem emanauit citatio, impetrat peremptoriũ : vt l. ad peremptorium.cum duabus seq.ff.de iud.fit igitur tribꝰ edictis distinctis. ¶ Et prima citatio vocatur conuentionalis. ¶Secunda, monitoria.¶ Tertia,peremptoria,vt s̃.dixi eo. arti. q.j.¶Secunda forma est peremptorij, quę dicitur breuiloqua, seu compendiosa:in qua conglutinantur prædicti tres termini:& sic sub ea forma potest in prima citatione peremptoriũ transmitti qñ causa suggerit : vt traditur xxiiij.q.iij.c.de illicita.& per glo.in c.j.j.eo.& per glo.v.q.ij.in sum.& no.in c.reprehensibilis.j.de appel.& ibi.Do.m.no.i nno.in c.ad petitionem.j.de accu.& per glo.iiij.q.v.c.j.& per Bal.in l.ij.C.qũo et quando iudex facit bonus tex.& quod ibi no.gloss. super verbo,vna pro omnibus.in c.constitutionem.de senten.excõ. lib. vj.ex qua possumus colligere formam illius citationis , videlicet, Citamus te,vt j.xxx.dierum spatium debeas comparere: quorum decem primi sint pro prima citatione decem secundi pro secunda citatione.& decem tertij pro tertia & peremptoria citatione.

¶Vel etiam si citatiui sub ista forma:citamus te vt compareas vsq; ad talem diẽ pro primo & secundo & tertio termino peremptorio:& ista conglutinatio maximè fit qñ citatio sit de lõginquo.facit c.veniẽs.j.de accusationi.& ibi dixi in verbo notabiliter.traditur per do. Anto.in cap.consuluit.de offi.delega. & nota.in capit.tum ex literis.de restitutio.in integrum. & per Cy.in l.fina.C.de requiren.reis.tradit etiam Freder.consil.lxvj. & Bald.in capitulo j.de milite vasallo,qui contum̃. est. & dñs Domi.in capi.ab eo.de appellatio.libro vj.tetigi in cap. qualiter.el secundo.j.de accusatio.articu.xj.quæstione xc.dixi s̃.articulo xx.quæstione xvj.& hoc maximè procedit, si iudex dixit cum comminatione,scilicet,aliàs ex tũc procedemus &c. vt not.glo.in Clemen.j.de exceptio.& statim subijciam. Regulariter ergo peremptoria citatio dicitur, vel si est distincta tribus edictis:vel etiam vno pro omnibus: vt l.consentaneum . & in l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex. & in dicto cap.de illicita.ibi dum textus loquitur alternatiuè. vel vno secundũ Ægi.in rubr.xciiij.facit etiam c.inter cæteros.cũ similibus.s̃.de rescriptis. ¶Et hæc est veritas quicquid quidã somniauerint,secundũ Speculato.in tit.de citatio.§. viso. versiculo.Item peremptorium potest bis.¶Et dicit ibi Ioan . Andre. in additio.quòd hoc de somnio putat dictum propter illos, q dicunt peremptoriũ ante lit.contesta.mitti non posse.de quo dixi s̃.eodem articulo,quęstione vj.versiculo j.ibi, Sed contra prædicta opinio.& ista est communis opinio,vt dicit Ioannes And.in d.ver.& idem voluerunt Ange.& Bal.in l. nonnunq;. ff.de iudicijs.

¶Et aduerte : quia non solùm per tres distinctas citationes fit citatio peremptoria:& tres citationes simul conglutinatas, seu comminatas:sed etiam per vnam comminationem , secundùm aliquos.pro quo facit quod no.in c.tum ex literis.in fine. s̃. de restitutione in integrum.& in cap.cùm dilecti. j.de dolo & cõtuma.facit.c.causam quę.de rescriptis.sed gloss.in d.c. causam. dicit,ꝙ semper poni debeat in termino verbum peremptoriũ. per iura prędicta:& tunc post terminum peremptoriũ iudex debet comminari.ff.de iu.in l.in peremptorio.& idem etiã videtur tenere ibi Compostc. Alij verò dicũt,ꝙ cùm iudex peremptoriè citat.debet comminari,ꝙ si is,qui citatur non cõparuerit,procedet in causa quantum de iure poterit & debebit:vt l.si apparitor.C.de cohorta.libro xij.dicit tamen Ægidius in rubrica iiij.in principio.quòd hæc comminatio nõ est de substantia citationis peremptoriæ.per l.ad peremptorium.ff.de iudic.& dicto capitulo ,tum ex literis,& cap.cũ dilecti.& de maiori.& obe.c humilis.tenet Spec.in tit.de cita.§. viso. ver. item iudex.& ver.sed iurare.& hanc opi.tenet Inno.& D.me. in c. causam quę.de rescrip.vbi dicit,ꝙ non credit hanc clausulã cõminatoriam habere vim peremptorij:sed põt post peremptorium.refert tñ alios tenere contrariũ.& hanc cõtrariã sentẽtiã tenendo primã opi.tenet Bald.qui simpliciter dicit, ꝙ si iudex facit citari aliquem,& dicat, alioquin procedetur ad condẽnatoriam:ꝙ ista verba operantur citationẽ peremptoriã, per d. l. si apparitor.& idem tenet Angel. in repeti.l.hæc stipulatio.ff. si cui plus quã per l.fal.in ij.arti.per no.in l.tres denunciatiões. C.quomodo & qñ iudex.& idẽ tenet Ange.in l.in peremptorio.ff.de iud.per illum tex.dicens,ꝙ hoc procedit qñ fit cõminatio de ferendo sententiã:& ꝙ tũc nõ est necesse ꝙ adijciatur verbũ, vel peremptoriè.per glo.in d.l.si apparitor.secus si non cõminareẽ se laturũ sententiã:sed cõminaretur se processurum ad vlteriora quantũ ipse poterit:quia tũc nõ habet vim peremptorij.& idẽ tenet Bal.in d.l.ad perẽptoriũ.¶Bart. verò in l.si finita.§.Iulianꝰ.ff.de dã.infec.facit differentiã, vtrũ iudex dicat in cõminatiõe. Alioquin ꝓcedemus cõtra te ad cognitionẽ & pronũciationẽ iustitia mediante,& non habet vim perẽptoriæ cõminatiõis.¶Sed si dixit,citamꝰ te vna citatiõe ꝓ oĩbꝰ,processuri etiã vsq; ad sñiam,et tũc clarũ est,ꝙ habet vim pemptorij.& idẽ tenet Host.in c.cõsuluit.s̃.de offi.dele.& dñs Anto.in c.causam.de rescrip.& domi.de Rota decisio.ccxxxvij.

¶Nec ob.l.in peremptorio.ff.de iudi.vbi dicitur ꝙ in peremptorijs,iudex cõminatur se processurum ad cognitionẽ & decisionẽ:quia respõdetur,ꝙ ibi non imponit necessitatem iudici vt apponat illam clausulam.apponitur enim ad cautelam,cùm exprimitur peremptoriũ:quia peremptoriũ habet vim trinæ citationis. vel põt responderi,quòd text.in d. l.in perẽptorio. non dicit ꝙ illa causa debeat exprimi.Sed potius declarat quid importet peremptorium.Nam dicendo peremptoriè, nil aliud importat,nisi cõminationẽ parti factam de procedendo ad cognitionẽ & decisionem quantũ de iure fieri poterit.Si ergo significatũ importat peremptoriũ,debemus dicere quòd dicta

verba explicitè ꝓlata, q̄n iudex cōminatꝛ ſe ꝓceſſurū &c. habeant vim peremptorij: qa nō intereſt qd ex ęquipollētib⁹ fiat. c. licet ex quadā. de teſti. & l. certū. ff. ſi cer. pet. ſecundū dominū meū in. c. cauſam q̄. de reſcriptis. & iſta practica & forma videtꝛ
55 mihi magis ſecura. ¶ † Eſt etiam notandū circa prędicta ꝙ monitio quam facit iudex præſenti, habet vim ꝑemptorij: nec requirit aliam citationem, vt traditur per gloſſ. & Doc. in c. conſuluit. ſ. de offi. dele. & ꝓbatur in lege ſecunda, & ibi not. Baldus C. quomodo & quādo iud. not. d. Domi. & Ioā. An. ī c. ſi capituli. de cōceſ. prę ben. li. vj. & Inno. in c. ad petitionem. j. de accu. Ang. in. d. l. ad peremptorium. ff. de iudi. Bal. ī l. & poſt edictū. ff. de iudi. & l. fi. ff. de ferijs. Dominus me⁹ in c. primo. ſ. de mu. peti. & in. c. eccleſia. de conſti. in gl. ſuper verbo, nulla. & vide ꝙ dixi in. c. graue. j. de præb. q. xxx. ¶ Aduerte tamen: quia Bald. in. d. l. ij. C. quomodo & quando iu. dicit hoc procedere ꝓpter pręſentiā iudicis & partis monitę apud acta. nam præſentia & authoritas iudicis cauſat mādatū, & eſt maioris authoritatis, qđ fit propriè, quàm quod fit per imaginem. & idem videtur ſi nūcius præſente iudice, & ſibi hoc mandāte citet partem pręſentē apud acta. ar. ff. de verb. oblig. in. l. ſi procuratori pręſenti. & ſubdit, quòd putat hoc veriſſimum & notādū: nec ego memini alibi legiſſe. facit: quia qui nō obtemperat iudici apud acta, eſt in maxima cōtumacia. & vbi maxima contumacia eſt, ibi & ꝑemptoria. vt & ſubdit Bald. ibi in quadam appoſtillatione. ¶ Et no. quòd vbi ius ſimpliciter exigit monitionem, videtur ſufficere vnica monitio: maximè ſi fiat in fauorē eccleſię, vt in. c. nominis. infrà de immunita. eccleſiæ. iunctis his, quę ibi tractat Ioan.
1 ¶†Primò igitur quęro,quõ & qualiter pbetur,ꝙ ad petitionem partis emanauerit.¶Sol.dic,ꝙ probatur per acta descripta:qa cum de his,quę in iudicio agũtur,debeat fieri scriptura: vt in c.quoniã cõtra.§.de pba.& no.Sal.in l.cõtract9. C. de fi. instru.meritò per ipsa acta & scripturã poterit fieri probatio: nisi fortè causa sit breuis,quo casu, nõ est necessaria scriptura, vt in auẽ.breuiore.C.de sen.ex breui.reci.sed in alijs causis nõ breuibus,cùm in his exigatur scriptura,vt dixi,poterit fieri pbatio p ipsa acta,& per scripturã,vnde quidã voluerũt,ꝙ non possit fieri pbatio p testes.& hoc sensit Bar.in l.fi.C.de edic. diui Adri.tol. vbi dicit, ꝙ reqritur publica scriptura: remittit tñ se ad no.p eũ in l.ne in arbitris.C.de arb.& istud indubitatũ est de actis iudicialibus exigẽtibus scripturã:ꝙ nõ possunt pbari p testes, put est libellus, dicta testiũ, quorũ reqritur publicatio,appellatio in scriptis,& similia. ¶Ad qđ vide qđ dixi in c.j.§.de lit.cõte.arti.viij.q.xxxj.& tetigi remittendo in c.fi.§.vt lite non cõte.in ix.prin.arti.in prin. Acta ergo ad sui substãtiã exigẽtia scripturã nõ possunt pbari p testes: videlicet,ꝙ celebrata fuerint,si tũc scriptura nõ interuenenit: qa frustratoria esset probatio per testes, ex quo non releuaret. ¶Sed si tunc diceretur interuenisse scriptura,probatio per testes valeret.

¶Ad qđ vide qđ traditur latè per Bal.in l.gesta.C.de re iud. & in l.si apud quẽ.C.de eden.& per Sal.notabiliter in l.emãcipatione.C.de proba.& sic per hũc modũ posset fieri pbatio p testes,videlicet ad pbandũ,ꝙ tũc interuenit scriptura.Similiter etiã si acta nõ requirerent de solẽnitate & substãtia scripturam, pbari possent per testes. Ad qđ vide gl.in l.si prętor.§. Marcellus.ff.de iud.tenet glo.in l.quoniã.C.de hęr.& not.in c. dilecti.j.de accu.& in l.quoties.ff. de pba. & in c.sicut nobis. de re iudi.& ibi tradit̃ per do.Me. & per Cy.in l.ij. & l.emãcipatũ.& l.fi.C.de pba.& p Bal.in l.si qs ex argentarijs.§. prohibet.ff.de edẽ.& pbatur in c.sacro.j.de sen.excõ. & ibi notaui. Tradit etiã Bar.in l.ne in arbitris.C.de arb.& cõsi.clxvj.quod incipit,Quia vertitur,&per Do.de Ro.deci.ccccvij.& p Doc. in c.Albericus.§.de testi.de qua materia latè dicã in ti.de pba. vel in tit.de fide instru.Si igitur partis postulatio,iudicis commissio,nuncij citatio,& ipsius citatiõis relatio,apparet in actis: pbatur p ipsa acta.Si verò nõ apparet,pſumit̃ nõ facta. & ista negatiua pbatur per inspectionẽ actorũ.nã eo ipso,ꝙ producũtur acta.& nõ apparet, pbatur nõ facta,vt no.Doc.in c.sæpe.de resti.spo.& in c.quoniam cõtra.j.de proba.& est bonus tex.& ibi not.Dñs me.& Do.Ant.in c.j.§.de lit.conte. & ibi dixi in vij.notabili.& est istud regulare in omnibus casib9, in quibus cõsueuit fieri scriptura: quod negatiua dicitur probata eo ipso,ꝙ non apparet scriptura.not.similiter Inno.in c.super his.de accu.facit text.in l.fi.C.de re.cre.& est bonus text.in c. cùm olim Abb.de off.dele.& in l.nullus.C.de om.agro deser. lib.xj.& in l.matriculã.& quod ibi no.Bar.C.de agen.in reb9. li.xij.de qua materia latius dicam in titu. de proba. in materia probationis negatiuæ.Sed cùm velit probare per testes, quod tam partis petitio,quàm commissio, citatio,& relatio, factæ fuissent:admitteretur.per ea,quæ superius dicta sunt.

¶Vtrũ aũt per iudicis assertionẽ possit pbari,vide quod dicã in seq.quæstio.¶Et aduerte,quia licet in actis appareat,ꝙ commissio citationis fuerit facta per iudicẽ,& relatio per nunciũ, non tamen pręsumitur quòd ad partis instantiam facta fuerit. ¶Ad quod vide quod statim dicam de commissione iudicis, in sequenti quæstione.

2 ¶†Secũdò quero,qualiter pbetur, ꝙ facta fuit cõmissio per iudicẽ. ¶Sol.dic, ꝙ pbari potest per inspectionem actorum, & per testes.Ad quod vide quod dixi in præsenti quæstio. in prin.¶Sed quero circa prædicta, quid si in actis apparet citationẽ fuisse factã,sed nõ apparet de iudicis cõmissione, vtrum talis cõmissio pręsumatur.Sol.Gui.de Suza.in l. ad peremptorium.ff.de iud.tenet,ꝙ sic,per l.sciẽdum.ff.de ver.oblig. & ita allegat.d.Anto.in c.j.de iud.facit insti.de inuti.stipu.§.si scriptum.& de fideius.§.fi. Bar.verò in d.l.sciẽdum. vt refert do. Ant.in d.c.j.tenet contrarium.¶Sed aduerte:quia quædã lec. Bar.hoc nõ habet.Idem tamen tenuit Bar.in l.j.ff.de offi.Pręfec.vr.& seqtur Lud. Ponta.in d.l.sciẽdum.per l.quæcunq;.§. fi.ff. de public.& idẽ tenet Cy.in l.j.C.de exhibẽ.reis.Bal. etiã sequitur in rubrica.ff.de in ius vocan.licet quidam habeant in l.j.& hoc per text.in l.neminem.C.de exhiben.reis,quod dicit procedere,etiam,si nuncius dicat hoc fecisse ex commissione iudicis:quia super hoc non credetur sibi de iure,per nota.in c. cùm parati.j.de app.licet in quibusdam locis credatur ex consuetudine,secundùm Bal.& pro ista opi.faciunt quæ dicam in seq.quæstione,& idẽ tenet Do.me.in ca.j.§.de iudic.nisi nuncius esset bonæ famę:& agatur de modico piudicio:quia tunc præsumitur cõmissio,argu.c.j.de cle.peregri.& quod traditur in c.ea noscitur.j.de his,quæ à Præla.& in c.ad audientiam.de rescrip.& in c.cùm dilectus.§.de consue.& prædicto modo potest intelligi,quod no.Bal.in l.si quando.C.de testi. vbi dicit, ꝙ potest fieri sine commissione , quando non requirit causæ cognitionem.Ad quod vide quod dixi articulo xj.

¶Vtrum autem per iudicis assertionem possit probari , vide quod traditur in c. quoniam contra.j.de proba.Et ego dicam in illo titu.

3 ¶†Tertiò principaliter quęro,qualiter probetur,ꝙ facta fuerit citatio per nũcium.¶Sol.dic,ꝙ probari potest per acta,& testes.Ad quod vide quod dixi §.qstione prima,in prin.& maximè si nuncius sit mortuus ante,quàm referat. & p instr.no. Bal.in l.cõsentaneum.C.qũo & quãdo iudex.ver.qđ si nũci9.

¶Sed quero circa hoc,pone ꝙ apparet actũ fore celebratum, qui ad sui substantiam exigit citationem,an præsumatur citatio celebrata.

¶Solutio. Doctores in capitulo Albericus.j. de testibus formant hanc questionem respectu publicationis attestationum, ad quam faciendam exigitur citatio partis,vt dixi §.in septima quæstione.

¶Vtrum si appareat publicationem factam, præsumatur, ꝙ pars fuerit citata? & Inn.ibi refert duas opi.¶Prima,ꝙ pręsumi debent omnia solenniter facta, vt l.j.& l.optimam.C.de cõtrahen.& commit.stipu.

¶Secunda opinio est quorundam,qui voluerunt,ꝙ si in publicatione cõtineatur eos vocatos:tũc præsumatur:aliàs secus, vt dicta l.optimam.Hostiẽsis verò distinguit inter tempus & tempora.nam si publicatio fuerit facta ita de recenti, ꝙ vtens ea potest de facili solenniter probare:sibi incumbit onus probãdi:nisi exprimatur in publicatione,ꝙ solennitas fuerit seruata.Si verò factum est ita antiquum , vt impossibilis reddatur probatio:tũc enim præsumũtur solenniter acta:vt l.si arbiter ff.de probationibus.¶Sed Domi.meus in d.capitulo, Albericus. dicit se sine dubio arbitrari, ꝙ prædicti omnes non bene

G

dicant, dicit enim, ꝙ quãtumcunque in publicatione dicatur, ꝙ pars fuit citata: nõ ſtatur iſtis verbis enũciatiuis: quia quãdo aliquid enũciatur in inſtrumẽto, quod nõ potuit interuenire tẽpore cõfectionis inſtrumẽti, verba enũciatiua nõ faciũt fidẽ, vt in aut. ſi qs in aliquo documẽto. C. de eden. & ibi Bar. nota. Inn. in capitulo, quoniã cõtra. de probatio. Itẽ mouetur: quia ſolẽnitas extincta nõ pręſumitur: etiã ſi tẽpus longiſsimũ ſit præteritũ: niſi alia præſumptio adſit: vt l. quicũque. ff. de publiciana, & no. in c. peruenit. de emptione & venditio. potuit enim quis facere clam publicare inſtrumẽtum, & illud potuit poſtea ſemper retinere in arca, & ſic nõ eſt qd parti imputare poſsit, ſi non contradixit. Ad quod facit quod in ſimili quæſtione nota. Barto. in l. Theopompus. ff. de dote prælegata. & quod tradit Domi. meus in c. ij. & in capitulo, tuis, de teſtibus & Glo. notabilis iuncto textu in l. vnica. C. de fide inſtrumẽtorum, & iure haſtæ fiſca. libro decimo. Nec obſtat pręcicta. l. optimã. quia loquitur, quando aliqd enũciatur inter partes: tũc enim in pręiudiciũ partis, verba enũciatiua probãt: ex quo eſt de ſubſtãtia actus, qui enũciatur à partibus, poteſt induci, ſed in caſu noſtro, nõ apparet, ꝙ altera pars fuerit præſens. Vnde ſecus videretur dicendum, ſi appareret quòd pars fuiſſet præſens: quia tunc tractu temporis præſumeretur citatio facta, ex quo fuit præſens publicationi, & non contradixit.

¶ Ad quod etiam faciũt notata per Domi. me. in c. quoniã cõtra. j. de proba. & per Inn. in c. innotuit. j. de eo, qui furt. ordi. recep. Nec obſtat prædictis ratio impoſsibilitatis, quam facit Hoſtien. quia debuit pars de requiſitione facere confici inſtrumentum, prout dicitur in c. ſignificauit. j. de teſti. & tenere illud ſicut exẽplatum, iuxta glo. notabilem in c. cùm in iure. de offi. deleg. vel ſeruare in publicationem, ſecundùm ea, quæ traduntur per Do. meum in d. c. quoniã. de quo ego latius dicam in tit. de fide inſtru. in materia publicationis, ſeu exemplationis inſtrumentorum. ¶ Et hæc opi. videtur mihi verior, vide tamen ad hoc, quæ dicuntur de ſententia, quæ etiam ad ſui eſſentiam requirit citationem, vtrum ad illam præſumatur quis fuiſſe citatus. de quo per docto. in c. teneor. j. de re iudi. & per Inn. & domi. Anto. in c. cùm in iure. ſ. de offi. deleg. & in c. bonæ. de elec. & per Compoſt. in c. in præſentia. de renun. & per Gul. de Cu. in l. ij. ff. de in ius vocan. & arg. ij. quæſt. vj. c. qſquis ſuper glo. fi. & per Specu. in titu. de ſent. §. vt autem. & ibi per Ioan. And. in addi. quæ incipit, Scias, & per Pau. in Cle. ij. de re iudi. & per domi. Anto. in c. j. ſ. de iudi. & per glo. & Docto. in d. c. quoniam contra. & ibi latiſsimè per D. me. & per Bal. in l. fi. C. de ſen. ex breui. reci. & l. j. C. ne liceat in vna ea. cau. tertio prouoca. & per Feder. de Senis, conſilio cxv. & per Dominos de Rota deciſ. cclxxvij. & cclxxxviij. & per Bart. Bal. Ioan. de Imo. & Ponta. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & per Bar. Bal. & Doct. in dicta authenti. ſi quis in aliquo. C. de eden. & per Bar. de Saly. & Moderniores in l. j. C. de vſur. & in l. j. C. de cõtrahen. & commit. ſtipu. & per Ioan. de Imo. in l. acta. ff. de re iudi. vbi dicit, quòd ſi in ſententia continentur hæc verba, abſente reo peremptoriè citato, quòd licet de iuris ſubtilitate nõ probetur peremptorium, ſi de eo aliter non apparet in actis, tamen de conſuetudine videtur tenendum contrarium. quod verum dicit ibi Angel. ſi tempore ſententiæ potuit citari, vel eſt dubium. ſecus ſi eſt clarum non potuiſſe citari: quia dicta verba enunciatiua non inducunt id quod vera tunc non potuit interuenire: vt d. c. quoniam contra. & not. gloſ. in d. l. j. C. de fi. inſtrumẽ. & iure haſtæ fiſca. lib. x. ſed vide latius in locis prælleg. & potiſsimè per Do. meum in dicto. c. quoniã contra. Et ego latius dicam in titulo de re iudi.

¶ Et aduerte circa hãc quæſtionẽ, quòd cõparens in termino, præſumitur citatus. ideò nõ videtur neceſſaria ꝓbatio: qa nõ præſumitur fortuitò cõparere: vt dixi ſupra in quinto principali articulo. q. xvj. in fine. Et nota etiam, ꝙ culpa citati habetur pro citatione, vt no. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop.

4 ¶ † Quarto quęro, qualiter ꝓbetur, ꝙ facta fuit relatio ꝑ nũcium. ¶ Solu. dic, ꝙ per acta & per teſtes, vt dixi. ſ. q. prima, & ſi oritur contentio inter nuncium, qui dicit ſe retuliſſe, & notarium: quia aſſerit contrarium, dicam ſtatim. in vj. q.

5 ¶ † Quinto quęro, quia quandoque ad hoc vt poſsit fieri citatio ad domum, requiritur excuſsio perſonæ, qualiter illa probetur facta. ¶ Solutio dic, vt dixi ſupra articulo. xvij. verſi. eſt igitur concluſio, quaſi in fine, vbi vide.

6 ¶ † Sexto quæro, quid ſi oritur quæſtio inter nuncium & partem, vel nuncium & notarium, de commiſsione, citatione, & relatione: quia pars aſſerit vnum, & nuncius contrarium, vel nũcius vnum, & notarius contrarium, vide quæ latè dicta fuerunt ſupra in xij. principa. articulo, & in xvj. princip. articulo.

¶ Et ex his eſt expeditus. xxx. articulus principalis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Citationis effectus primus, quis ſit.
2 Citationis effectus ſecundus, iuriſditionis eſt præuentiuus.
3 Citationis tertius effectus, iuriſditionem perpetuat.
4 Effectus citationis quartus & quintus, qui. & nu. 5.
6 Comparitio vnica liberat à contumacia.
7 Citatus coram duobus iudicibus, coram quo comparere debeat, & nu. 8.
9 Reus qualiter comparere debeat.
10 Vniuerſitas citata, qualiter comparere debeat.
11 Citatus quando, ſeu qua hora comparere debeat.
12 Comparitionis forma, quæ ſit.
13 Reus comparens, quid agere debeat.
14 Præſentationis procuratorij forma, quæ ſit.
15 Licentia rei, quam formam habeat.
16 Reus, quando illicentiatus recedere poſsit.
17 Reus comparens, ſed illicentiatus recedens, an debeat aduerſario in expenſis condemnari: qui non in termino, ſed poſt terminum comparuit.
18 Aduocatus comparentis, quid agere debeat.
19 Actor, an teneatur in termino citationis comparere.
20 Actor comparens, quid acturus ſit.
21 Reus non comparens, qua afficiatur pœna.
22 Reus non comparens, qua de cauſa excuſetur à contumacia.
23 Reus poſt tranſactum terminum, qualiter admittatur.
24 Actor in termino nõ comparens, ad quid teneatur: & an poſt admittatur.
25 Comparitio, à quo probari debeat.
26 Citatio, contumacem reddit non comparentem.
27 Reus comparens, iudicium ſuſcipere tenetur.
28 Actor ad inſtantiam rei ad finem vſque debet perſiſtere.
29 Citatio, ſuſpendit iudicis poteſtatem.
30 Citatio, citantis poteſtatem ſuſpendit.
31 Citatio præſcriptionem interrumpit.
32 Citatus nulliter comparens, iuri ſuo renunciare cenſetur.

ARTICVLVS XXXI.

TRigeſimoprimo principali articulo tractãdũ eſt, quis ſit citationis effect9, & quãdo, & qualiter & in quantum afficiat citatũ, & hic tractabimus etiam materiam cõparitionis: & tractabimus etiam de citato impedito, & de eximẽte citatum. ¶ Circa quem articulũ in primis dic ꝙ citationis ſunt multi effectus.

1 ¶ † Primus effectus eſt: quia citatio eſt iudicare cognitionis principiũ, ac iudicij fundamẽtũ, vt inſti. de pœ. te. litigã. §. fi. & in c. quoniã contra. j. de proba. & in glo. in verbo, Citationes. & D. m. ſuper ea. & nota. in rubrica. ff. de in ius vocã. nota. etiã glo. in verbo, Citationes. in Cle. j. de iudi. tetigi. ſ. art. primo, & dicit D. m. in d. c. quoniã cõtra. ꝙ propter hoc omnia, quę fiũt in pręiudiciũ abſentiũ ſine citatione, ſunt irrita. iij. quæſtio. ix. c. omniũ & c. caueant. nec valet ſentẽtia lata, etiam in fauorem abſentis: ſi non eſt citatus, vt eſt glo. notabilis in l. ea, quæ. C. quomodo & quãdo iud. facit. l. furioſo, & quod ibi nota. ff. de iud. vbicũque enim exigitur citatio, ſi illa omittatur, ꝓceſſus eſt nullus, vt no. D. m. in c. quoniã. §. porrò. ſ. vt lit. non cõteſt. & Ioã. de Imo. in c. cũ ſpeciali. j. de appel. & vide quæ latius dixi in vij. prin. articulo in prin. & ſic videtur, ꝙ citatio dicatur de proceſſu, vt not. glo. ſ. in verbo, Circa formam. in c. prudentiam. §. primo, de offi. deleg. per illum tex. & per c. paſtorale. §. j. eo. ti. & per c. quoniam cõtra. vbi etiam notat D. me. & tenẽt Docto. & Ioan. de Imo. in d. c. prudẽtiam. & Bar. in rubrica. ff. de in ius vocan. per no. in c. j. & ij. de iudi. libr. vj. & per Dñm meũ in c. cõqueſtus. de fer. dicit tamen Bal. in l. ij. C. de ſacroſanc. eccl. ꝙ hoc erit verum, quatenus concernit cõmiſsionem iudicis: ſed quatenus cõcernit nuncium, eſt quædam executio facti, & adde ad id quod dixi ſupra articulo. j. ¶ Et aduerte: qa talis citatio dicitur actus anteiudicialis, vt not. gloſ. ij. in Cle. ij. de iudic. Inno. Ioan. And. in dicto. c. quoniam cõtra. Pau. de Caſ. in rubrica. C. de in ius vocan. & quia habet annexum pręceptum vt infra ſubijciam, poteſt dici ſententia interlocutoria, vt in c. expoſuit. j. eo. not. Inno. in c. præterea. j. eo. & Pau. de Leaza. in Cle. conſtitutione. de elect. in verbo, ſuper his. & not. in c. conſuluit. de officio deleg. no. Ioan. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. lib. vj. in verbo, citari & glo. in l. cùm clericis. C. de Epiſcopis & clericis, & in l. pręſenti. C. de his, qui ad eccl. confu. gloſſ. & Bartolus in l. penulti. C. de dignita. lib. xij. tex. & glo. in l. fi. C. de procu. & glo. in l. penulti. C. de priui. eorum, qui in ſacro palatio. lib. xij.

2 ¶ † Secundus effectus eſt iuriſditionis præuẽtiuus, vt no. glo. ij. in Cle. j. de iudi. & nota. in c. propoſuiſti. ſ. de foro compe. de

quo dic

quo dic vt latissimè scripsi in quarto principali articulo, in secunda quæstione principali, & sex quæstionibus seq. & in alijs plurimis quæstionibus, & ibi vide qualis debeat esse citatio, & an sufficiat verbalis, & an exigatur, q̄ transiuerit in notitiam citati, vide latius ibi.

3 ¶ † Tertius effectus est iurisditionis perpetuatiuus: vt in c. gratum. & in c. relatum. s. de offi. dele. & ibi dixi not. gl. ij. in dicta Cle. j. de iud. & traditur in l. & qa. ff. de iur. om. iud. & ibi Bar. & Bal. & per Archidiaconum. ij. quæst. vj. non ita. not. Pau. de Cast. in rescripto. C. de in ius vocan. ¶ Aliquid tetigi in dicto c. proposuisti. in quarto principali articulo, quæstio. iiij.

4 ¶ † Quartus effectus est litis pendentię inductiuus, de quo latius dicemus. j. in tit. vt lit. pendente.

5 ¶ † Quintus effectus est ad cōparendum astrictiuus. Fit enim citatio ad effectum, vt citatus compareat per se, vel per legitimum respōsalem, & ad hoc vt possit se defendere: vt in Cle. pastoralis. de re iudica. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. ne scilicet possit absenti prępiudicium generari, secūdùm ea, quæ latè diximus. s. articulo. vij. & ideò de præsenti nō videtur necessaria citatio, secundùm ea quæ latius dicta sunt. s. in v. princip. ar. quæstione. xvj. Citatus enim ex quacunque causa citetur, tenetur cōparere: vt in l. ex quacūque. ff. si quis in ius vo. nō ierit, & in c. super literis. s. de rescrip. & in c. si diligenti. de foro cōpeten. & ibi D. me. in c. j. de iud. & toties tenetur cōparere, quoties citatur. vnde licet semel citatus cōparuerit: & sic illi citationi satisfecerit: si iterū citatur, & nō cōpareat, dicitur latitare: vt notat Bal. in c. j. de mili. vasal. q cōtu. est, & not. in l. Fulcinius. §. quod autē. ff. quibus ex causis in pos. eatur. & ibi.

6 ¶ † Et aduerte, quia licet qs citetur ad plures actus, vel ad petitionem pluriū: tamen potest vnica cōparitione & vnico verbo omnibus satisfacere. nam sicut vnico verbo potest qs cum pluribus litem cōtestari: ita & per vnā cōparitionem euadere contumaciam multorū, ad quorū petitionem fuit citatus corā iudice, secūdùm Bar. & Io. de Imo. in l. si finita. §. Iulianus Ang. & Ioan. de Imo. in l. duo. ff. de duo. reis, & ibi scripsi dum lege rem illū tit. facit l. accipiētis. ff. de authoritate tuto. & d. l. duo. vbi licet fiet interrogatio per verbum pluralis numeri in constitutione duorū reorū, non tamen vitiatur si fiat respōsio per verbum singularis numeri: talis enim cōparitio potest attribui vniformiter omnibus: quinimò & si determinabilia essent difformia, & actus esset cōmunis ad omnia determinabilia: videretur per ipsum actū cōmunem illis omnibus satisfacere, vt dixi in dicta l. duo. & nota. in l. nā hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & per glo. & Io. de Imo. in l. si cū dotem. ff. solu. matri. facit l. j. in fi. cū l. seq. ff. de offi. procōsul. & lega. vnde vt ibi scripsi. aliàs accepi à fide dignis, q̄ Rex Ladislaus Rex Apuliæ vnico verbo fecit octingētos milites Neapoli dicēdo illis omnibus, qui ad id cōgregati erāt: estote milites. & serenissimus Impe-rator Sigismūdus dum Ferrarię legerem, vnico verbo ibi fecit vigintiquinq; legū Doctores dicēdo: Estote Doctores. ¶ Sed tales vocātur Doctores bullarij. ¶ Si tamē aliqs fuit citatus vt veniret ad respōdēdum libello, & ad omnes & singulos actus successiuè vsq; ad diffinitiuā: licet in vno actu cōparuerit, debet tamē citari ad actus subsequētes, secūdùm Federi. cōsilio cxvj. Ad quod vide quod dixi articulo. xx. q. xvj. & maximè in quarto mēbro, & articulo. xxvij. q. xj. ver. xxv. effectus. & quod dixi. in c. qualiter & quādo. el ij. j. de accu. articulo. xj. q. lxxx. ¶ Quid autē si iudex citat tribus citationibus distributiuis, & reus cōparet in prima vel secūda, & nō actor: sed in tertia cōparet actor & non reus, vide quod dixi supra in vigesimoseptimo principali articulo. q. xj. ver. quartus principalis effectus, ibi, Sed pone retētis. ¶ Et aduerte: qa requiritur, q̄ citatus cōpareat nō solùm intra terminū sibi statutū: sed etiā post terminū, quod tamen qualiter intelligēdū sit, vide supra codē xix. principali articulo. q. v.

7 ¶ † Sed circa prædicta quæro, qd si aliqs eodē tēpore citatur corā duobus iudicibus, nec pōt corā vtroq; cōparere: quid agere debet. & intellige, q̄ quilibet habeat iurisditionē & potestatē citādi. ¶ Solutio Bar. in l. contra pupillū. §. q ad maius. ff. de re iudica. & in l. si qs seruus. §. fi. ff. de custo. & exhib. reorū, distinguit. Sed tu latius quàm ipse distingue, q̄ aut qs citatur pro duabus causis, aut pro eadē causa. ¶ Primo casu, aut causa alia emergit suo facto post primā citationē: & tūc imputet sibi: qa in vtraq; tenetur respōdere: vt l. sed & si qs. §. illud. ff. si quis cautio. aut vtraq; causa emerserat ante: & tūc, aut citatur corā eodē iudice, aut coram diuersis. Primo casu, tenetur respōdere in vtraque causa: vt l. qui de crimine. C. de accus. quoniam eodem puncto potest omnibus satisfacere: vt l. accipientis. ff. de autho. tuto. secūdùm Ang. in dicto §. finali facit quod dixi. s. in ver. & aduerte: quia licet quis &c. ¶ Secūdo verò casu subdistingue, quòd aut vnū auditoriū est maius altero: & tunc debet accedere & obedire maiori: vt in l. cōtra pupillū. §. q ad maius. ff. de re iud. secūdùm Bart. ibi & in d. l. si qs seruus. §. fi. est enim regulare, q̄ quādo à duobus emanāt duo pręcepta, digniori est obediēdum: vt not. Archidia. in c. per hoc. de hęreticis. lib. vj. & vide quod dixi supra in quinto prīcipali articulo. q. xvij. fallētia. viij. Quod tamē limitat Io. de Imo. in dicto §. q ad maius. si modo iudex maior habeat immediatā iurisditionē in citatione: secus si mediatā, & nō immediatam. Exēplum in citato corā Episcopo ab ipso Episcopo: & in citato ab Archiepiscopo. nā tūc tenetur citatus cōparere coram Episcopo, vbi esset casus specialis in quo Archiepiscopus haberet immediatā iurisditionē in ipsum citatū, aut auditoria & tribunalia sunt ęqualia: & tūc subdistingue, q̄ aut vna causa est tēpore peritura, & alia nō: & tūc debet cōparere in causa, q̄ maiori indiget celeritate: vt d. l. si qs seruū. §. fi. aut nulla causa est tēpore peritura, & subdistingue, q̄ aut vna causa est maior & grauior altera: & ad illā tenetur respōdere: vt l. cōtumacia. ff. de re iud. facit. l. per minorē. ff. de iud. & quod dicā. j. in ti. de ordi. cog. Aut causę sunt ęquales: & tūc aut prędictæ duę citationes nō fuerūt factę eodē tēpore, sed successiuę vna post aliā, & debet cōparere coram primo: vt d. l. si qs seruus. §. fi. & in l. quiq; litigādi. in prin. ff. de in ius vocā. si verò simul & eodē tēpore factę fuerūt: tūc pōt citatus ratificare, cui vult, & corā illo debebit cōparere, quē eliget. argu. l. si qs in graui. §. fi. plures. ff. ad sylla. quod tamē intellige, nō vt penitus derelinquatur alia causa: sed vt pēdente necessitate primę citationis, nō respōdeat alteri: sed cessante necessitate respōdeat in alia: vt no. gl. in d. l. si qs seruus. §. fi. ff. de custo. & exhi. reorū, & in l. q de crimine. C. de custo. & exhibi. eo. ¶ Aduerte tamē: qa vt ego arbitror, q̄ si alterutra causa esset talis cōditionis, q̄ posset cōparere per se & procuratorē, q̄ tūc videt, q̄ debeat cōparere, & possit eligere vt corā altero cōpareat per se, & corā alio per procuratorem: sed si vna esset talis, in qua teneretur per se cōparere: & in alia posset cōstituere procuratorē: nō esset locus electioni: sed deberet corā altero per se cōparere, & corā alio per procuratorem, vt voluit Ioā. And. quē sequūtur Doc. in c. cùm parati. de appel. & in c. fi. de rescrip. in glos. super verbo, cōparuerint. Ad quod etiā vide quod infra subijciā in ix. q. istius effect⁹ quinti: quia ista declaratio seu limitatio depēdet ab his, q̄ ibi dicā: sed si coram neutro cōpareret, pōt mulctari per vtrūque, secūdùm Ang. in d. §. q ad maius. allegat. l. iij. §. j. ff. ad sylla. & quod no. gl. in l. ciues. C. de incolis. lib. x. & seqtur Ioā. de Imo. in dicto §. qui ad maius. & hęc procedūt in duobus ordinarijs. ¶ Si verò erūt duo delegati, & ab eodē vnus ad vnā causam specialē, ali⁹ ad vniuersitatē causarū: & ambo eodē tēpore citēt eundē: dic, q̄ cōparebit corā delegato deputato ad dictā causam specialē, secūdùm Ang. in dicto. §. q ad maius. argu. l. vxorē. §. fœlicissimo. ff. de legatis. iij. sed dicit Ioā. de Imola in dicto. §. q ad maius, q̄ fortè dici potest, q̄ sit locus ratificationi: quia delegatus ad vniuersitatē causarū respectu causæ expressæ in citatione, habetur pro delegato speciali. argu. c. pastoralis. §. fin. & quod ibi nota. s. de rescri. & in c. ex tuæ. cū ibi notatis. s. de filijs presbyte. quod mihi satis placet, & cū hac distinctione potes cōiūgere aliqua, quę dixi in c. pen. de foro compe. articulo. v. q. vij.

8 ¶ † Secundo verò principali casu, quādo pro eadem causa quis citatur corā duobus: quid agēdum sit, collige ex his, quæ dixi in c. proposuisti. s. de foro compe. in iiij. principali arti. q. septima, & quæ ibi dicam cum superiori distinctione coniunge ad decisionem istius casus. ¶ Sed hic aduertendum est: qa ex quo diximus, q̄ inter alios effectus citationis est comparitio: ideò institui nunc per ordinem aliqua de ipsa comparitione tractare: quare pro ipsius materiæ clariori doctrina, prosequar sequētes quæstiones, quæ incipiunt Primo &c.

9 ¶ † Primò igitur quæro, qualiter reus debeat comparere.

¶ Solu. dic vt supra dixi, q̄ reus tenetur cōparere per se, vel per legitimum procuratorem: ad huuc enim effectum fit citatio, vt dixi in prin. huius quinti effectus: nec debet iudicē cōtenere: ne cōtra eum tāquam contra contemptorem, seu cōtra contumacem procedi possit, secundùm quod statim subijciā. in ix. q. sed debet se humiliter & alacri fronte præsentare eo modo, quo traditur de actore per Specu. in tit. de compe. iudi. additione. §. viso, & in loco ad quem citatus est, vel maiorum, seu soliti tribunalis. ¶ Ad quod vide quæ latè dixi. s. in xviij. principa. arti. per tex. & maximè. q. j. q. viij. nec debet in veniendo difficultatem iungere xiij. q. ij. c. quam præposterum, nec iudicem contra se exasperare. l. di. c. si quis præposterat. ¶ Debet quoq; esse cautus, vt non sit dolosus vel subterfugiens. nam contra tales iura præsumunt: & iudices prouocant. xj. q. j. c. Christianus. iij. q. ix. c. decernimus. de præsum. c. nullus. de rescrip. c. ex tenore. de testi. c. constitutus. tradit Spec. in tit. de comparitione. Et

potest, vt dixi, comparere non solùm per se, sed etiam per nũcium & per procuratorẽ, etiam si sit citatus à Papa per illa verba, vt citatus se debeat præsentare, vt est tex. ĩ c. cũ parati. ij. de appel. & ibi no. d. Ant. & Io. de Imo. facit. c. Epis. xviij. di. etiã si citet, vt se cõspectui iudicis presentet. c. pe. de postu. pla. & ibi Do. m. & pe ũ in. c. pen. de iura. cal. ¶ Sed dicit Do. m. in. d. c. cũ parati. quòd secũdũ ppriã significationẽ dicti verbi, se psentare. dicit se psentare, qui sui psentiã exhibet corporalẽ. quod patet ex æthi. vocabuli. allegat no. per gl. in Cle. dudũ. de sepul. super verbo, Præsentare. & quod legit & no. in. c. ea noscit de his quæ fiũt à præla. quod dicit bene notandũ pro statutis, & aliis dispositionibus præsentiã alicuius ad certũ actũ, requirẽtibus. ¶ Nec obstat tex. in. d. c. cũ parati. quia ille tex. põt induci pro hac opi. eo, quia Papa ibi expsit. vt ille psentaret corã Papa p se, vel per nunciũ, vel per pcuratorẽ: secus ergo si nõ expressisset. sed, vt dixi in dicto. c. cũ parati. in notabilibus, dictũ Domi. mei placet in interpretatiõe statutorũ, in quib9 verbis sunt intelligẽda stricte & pprie. sed ĩ materia nostra, in qua citatio cõcedit facultas regulariter, vt possit per se & p pcuratorẽ cõparere, vt. l. j. ff. de pcu. videt esse satisfactũ citationi, si cõpareat p pcuratorẽ. & pbatur optimè in. c. pe. s. de iura. calũ. quod etiã satis videt sensisse. Do. m. facit quod no. in. l. ij. ff. sol. matri. & p Bal. in. l. j. C. qui admitti ad bono. posses. & in. c. psonas. & ibi dixi. j. de appel. ¶ Quod tñ limita, nisi qualitas causæ exigeret personalẽ præsentiã. facit quod habet in. c. exposuit. j. eo. & ibi Dñs me9 sup. c. ij. dicẽs quòd vbi exigit præsentia alicui9, non põt actus expediri per pcuratorẽ: quia ille dicit psens, qui se exhibet cõspectui, vt not. gl. in Cle. dudũ. de sepul. de quo tñ dic vt. s. dixi. & quod dixi. s. in. xx. princi. arti. q. xv. & vide quod dicã. j. q. ix. & qñ aliquis promisit aliquẽ præsentare, quid importet, vide quod latè dixi in. c. qualiter & qñ. el. ij. j. de accusatio. in vndecimo principali articulo. q. xcj. & an & qñ domin9 vel pcurator possit aut debeat citari. dixi latè. s. in. v. princi. arti. q. iiij. & si citatus est impeditus, vt nõ possit per se personaliter cõparere, an excuset si potuit mittere procuratorẽ, & nõ misit. dicã stati. q. x. ¶ Quid aũt si in citatiõe dictũ sit, vt personaliter cõpareat. vide quod dixi. s. eo. articulo. xx. quæstione. xv.

10 ¶ † Qualiter aũt si vniuersitas citata sit debeat comparere, distinguendum arbitror. Aut tractatur de præiudicio vniuersitatis in communi: & tũc debet comparere eorum syndicus, vel maiores, seu rectores ipsius vniuersitatis: quia ipsi debent citari vt dixi articu. v. q. xxiiij. Aut agitur de singulari preiudicio singularium de vniuersitate. & arbitror, quòd singuli possint & debeant comparere: sicut etiam singulariter debent citari, quãdo tractatur de singulari præiudicio singularium. Ad quod vide quod dixi in dicta. q. xxiiij. & vide etiã quæ dixi in. c. dilectus. el. ij. de simo. & in. c. cùm dilecto. j. de exces. Prælato.

11 ¶ † Secũdò principaliter quæro quo tẽpore, seu qua hora citatus debeat cõparere. ¶ Sol. dicẽdũ arbitror. quòd aut in citatione apponat certũ tẽpus & certa hora: & illa seruãda est. Aut nõ apponitur certa hora: sed apponitur certa dies: & debet comparere hora congrua, & iudice sedente pro tribunali: ita videatur promptus ad ostendendum suam innocentiam: & ad faciendũ suas defensiones: & hãc comparitionem suam debet facere redigi in actis. de quo statim dicam in sequenti. q. Non autẽ debet comparere nimis tarde aut tempestiuè, vt quidam faciũt, comparentes vel nimis tardè vel nimis tẽpestiuè, & hoc, vt actor expensas illius diei amittat. & tempus inutiliter labatur, vt in. c. fi. de iudiciis. & per Spec. in titu. de cõparatione. vbi subdit quòd congruã horã vocat de mane vsq; ad vesperas, vt in aut. de iudicibus. §. sedebunt. & de officio delega. c. cõsuluit. & ibi per Ioan. And. in gl. super verbo, hoc collige. & ad prædicta vide, quæ latè dixi articu. xix. q. vj. & vij. & arti. xx. q. x.

12 ¶ † Tertiò principaliter quæro qualiter & qua forma debeat scribi ipsa comparitio. Solu. dic, quòd scribetur sub hac forma Die. xij. decembris. Mcccclv. de mane vel de serò, hora solita causarum, comparuit. A. occasione citationis de eo factæ ad petitionẽ. B. in tali causa &c. Expedit em̃ scribere diẽ & horã. & hoc, vt appareat & probari possit ipsum debita hora comparuisse. facit quod dicam in quinta. q.

13 ¶ † Quartò quæro principaliter, quid agere debeat reus cõparens, vel eius procurator. ¶ Solu. dic quòd debet hilariter & humiliter se præsentare, vt supra dixi in prin. secũdũ Specu. in. d. titu. de cõparitione. sed dicit ibi Ioan. An. in addi. super rubrica. quòd quamuis alia, quæ Specu. scribit de comparitione non sint difficilia: tamen hæc duo vident satis difficilia: quód reus licet superbus humiliter: & licet melancolicus hilariter, coram iudice cõpareat: sed primũ iudicio meo longè facilius est: saltẽ simulatione quã secundũ. qñ melancolici quãdo conantur se ostendere hilares plorant: aut subsannant: nõ autem respondent. & debet esse cautus volẽs cõparere, vt antequã cõpareat, cõsulat aduocatum: exponẽdo sibi citationẽ de eo factã: & de eius causa, vt sic recipiat instructionẽ & cõsiliũ quid agere debeat: ne fortè ab actore vel procuratore illius, aut iudice aliquo modo circũueniatur. ¶ Et secũdùm Bonaguidam de Are. sub rubrica, qualiter citatus loqui debeat, quẽ seqtur Spe. in tit. de cõparitione, debet cõparẽs nõ incõtinenti iudici cõsentire: sed protestãdo dicere, Domine vocatus à tali venio tãquam ad dominũ & amicũ, auditurus, quod vobis placet: & quare me vocastis, nõ tamen vestrum iudiciũ subeundo, & dicit Bonaguida, q etiã est bona cautela, quod ducat secũ suum notarium ad scribẽdum predicta: & quę respõdere intẽdit. ¶ Sed tu vide ad prædicta, quæ dicã de recusatione. in ti. de appellatio. & recusa. quãuis, iudicio meo, ordo istorũ titulorũ fuisset aliter formandus. ¶ Itẽ cõparẽs debet demũ etiam protestari, q cõpareat coram iudice, saluis omnibus exceptionibus tam declinatoriis, quàm dilatoriis ac etiã peremptoriis, sibi cõpetentibus & cõpetituris. j. e. c. fi. ¶ Insuper si sit delegatus corã quo cõparet, petat fieri sibi copiã suę iurisditionis, vt in c. cùm in iure. s. de offic. deleg. qui sibi fieri debet cum die & cõsule, vt tradit Spe. in ti. de instru. ædi. §. videdũm. ver. exhibẽdo. de quo ego latius dicam in ti. de fide instru. & nisi fiat, appellet secũdùm formã traditam per Spe. in ti. de app. §. j. in sexta forma. ¶ Si verò copiã fecerit cõmissionis, tũc conetur illã impugnare si potest, secundùm ea, quæ tradũtur per Spe. in ti. de iudi. deleg. §. pe. & fi. de quo ego latius dicã in titu. de rescriptis. & petat terminũ pro aduocato querẽdo, si secũ non duxit: quæ si iudex neget: appellare debet, vt traditur per Spe. in ti. de appel. d. §. j. in vj. forma. ¶ Si verò cõcesserit, cõpareat in termino sibi præfixo, & libellũ sibi porrigi petat. iij. q. iij. c. operat. & s. de lib. ob. c. j. ¶ Quod nisi fiat, appellet: nisi sit talis casus in quo libellus nõ sit offerẽdus, de quo dixi in c. j. de libelli ob. in v. prin. articulo. ¶ Si verò reus cõpareat per procuratorẽ, debet ipse procurator in termino se iudici presentare, vt dixi. q. ij. & debet ostẽdere iudici mãdatum suũ, & nõ occultare, vt in c. sępe. in prin. j. de appellationi. & illud ad cautelã suã facere in actis redigi. ¶ Poterit autẽ notarius in hac forma scribere, videlicet: Die tali & hora tali.

14 ¶ † Forma præsentationis procuratorii per procuratorem qualiter fieri debet per notarium scribentem eam in actis.

¶ N. procurator A. se coram tali iudice ordinario vel delegato præsentauit in causa, quam habet cum. B. & mãdatum procuratorium eidem iudici obtulit, talis cõtinentiæ, videlicet, in nomine Domini &c. ponatur totus tenor mandati, & similiter agendum est si comparet syndicus nomine vniuersitatis: & vtatur ipse procurator verbis conuenientibus, secundùm ea, quæ diximus de ipso principali.

¶ Quintò principaliter q̃ro, qd agere debeat reus per se post cõparitionẽ: & qd cũ aduocato: & qualiter nõ debet illicẽtiatus recedere. ¶ Solutio, vide ea, quæ dixi in q. præcedenti.

¶ Et aduerte: quia debet expectari donec iudex sedet pro tribunali: & si actor nõ cõparet, debet ipsius cõtumaciam accusare: & quãdo hoc fieri possit, & an super tali contumacia iudex debeat pronũciare, dicã. j. in ti. de dolo & cõtu. in materia cõtumaciæ. articulo. ¶ Itẽ aduerte: quia etiã his peractis non debet illicẽtiatus recedere, vt in c. primo. s. de iudiciis. vndecima quęstione. iij. c. certũ. & in l. quæsitũ. ff. de re iudica. & ibi Ioan. de Imo. aliàs enim si sine iudicis licẽtia recederet, cẽseretur contumax: quia nõ dicitur venisse, qui nõ stetit: vt l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. & in d. c. j. de iudiciis. tradit Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dãno infecto. & Bal. in l. nã ita diuus. ff. de adop. & Ang. in l. & post edictũ. ff. de iudiciis. Quod intellige, quãdo aduersarius stetit corã iudice, & nõ discessit sine licẽtia: vnde licet cõparuerit, ex quo tamen sine licẽtia discessit: cõdemnatur aduersario in expẽsis: secus si aduersarius non comparuisset, vel etiam si cõparuisset, & discessisset sine licentia: quia tunc non diceretur cõtumax. per l. & post edictum. §. circũducto. ff. de iudiciis. & sic neuter ab altero posset sumptus petere, saluo nisi quis comparuisset: tunc eò, quia fuisset tunc impeditus: & cessante impedimẽto comparuisset: nam tũc poterit petere, q aduersarius, qui comparuerit, & sine licentia recesserit, condemnetur in expensis, ita singulariter voluit Inno. in c. calumniam. j. de pœ. & in c. consuluit. s. de offi. delega. & Spe. in ti. de contu. §. j. in prin. & ideò cautus debet esse comparẽs, qui vult recedere q semper petat licentiam à iudice, & obtineat, & sic faciat scribi in actis, q licentiatus recesserit, vt dicunt Ang. & Ioan. de Imo. in d. l. quæsitum. ff. de re iudica.

15 ¶ † Licentiam autem obtentam faciat scribi in hac forma:

¶ A. ad petitionẽ B. citatus infra statutũ terminũ & hora congrua cõparens, & se tali iudici offerens, diu vel sufficienter in iudicio expectans, aduersario minime comparẽte, vel nihil aduersus

uersus eum dicēte, fuit à iudice licentiatus. ¶ Expedit autē hic
ita scribi: quia si postea aduersarius veniat, dicēs illum licētia-
tum recessisse: oporteret eum de licētia dicere: aliàs reputaretur
cōtumax, vt in c.j.s̃.de iudi.& vndecima questione.iij.c.certū.
secūdùm Specu.in ti.de cōparatione.ver.hæc quoq; no.& infra
subijciā, & idem no.Bar.& post eum Ioā.de Imo.in l.si finita.
§.Iulianus.ff.de dam.infec.faciunt etiā no.per glo.in verbo, cō
parere, & per domi.Dominicū in c.cupiētes.§. quod si per vi-
ginti.de electio.lib.vj.& quod habetur in l.si quis decurio.C.
de decurio.lib.x.& in l.properādum.§.primo.C.de iudi. ¶ Et
prędicta debet obseruare non solùm reus, sed etiā actor, vt tra-
dit Spe.in ti.de contumacia.§.primo in prin.faciūt no.in c.pri
mo, de dolo & contu.lib.vj. ¶ Non ergo videtur sufficere accu
sare cōtumaciam non comparentis, nisi comparens licentiatus
recedat. ¶ Fortè tamen respectu actoris posset hoc temperari:
quod non sufficiat actorē accusasse cōtumaciam rei, si nō appa
reat ꝙ licētiatus recessit. Nisi fortè sequenti die se pręsentasset
corā iudice: & iteratò cōtumaciā rei accusasset: quia ideò actori
nocet si non petit licētiā: quia fortè iudex voluisset expectare
in diem sequentem, vt d.c.consuluit.s̃.de offi. delega. secūdùm
Inno.& Doct.videtur tamen ꝙ licet illicentiatus recedat, si se-
quenti die cōpareret, videtur sufficere: quia cessare videtur ra-
tio prędicta, & quāuis quis sit personaliter citatus: nō tamē ha-
bet necesse personaliter persistere vsque in finē causæ: sed satis
est, ꝙ compareat: & ex causa licētietur, & sufficiētem cōstituat
responsalem, vt in c.cùm essent cōtra.de simo.facit.l. prima.§.
vsus.ff.de procu.Sed non valet, vt dixi, illicētiatus recedere, vel
minus idoneum procuratorem derelinquere, vt in c.constitu-
tus.s̃.de procura.secundùm Ioan. An.in dicto c.cùm essent.de
simo.tetigi.s̃.arti.xx.q.xv.fallentia octaua, ver. vtrum autem.
¶ Sed aduerte: quia circa istum articulū, quādo & qualiter de-
beat comparēs licētiatus recedere, domi.Anto.in dicto c.j.s̃.de
iudicijs.tractat latius. ¶ Sed vt dicit Ludo.Ponta.in l. qui an-
te Calendas.ff.de verborū obliga.domi. Anto. adeò confusus
loquitur, vt vix videatur seipsum intellexisse, & quia passus est
pulcher & notabilis.Ludo.post Inno. dicit fore consideranda
16 quatuor membra. ¶ † Primū, quādo reus citatus cōparuit in ter
mino sibi præfixo: sed non reperit iudicem in loco tribunalis.
¶ Et hoc casu, si recedat illicētiatus non incūrrit cōtumaciam:
quia nō tenetur ipsum iudicem alibi querere, quàm in loco tri
bunalis, vt ff.quādo appel.sit.l.j.§.adeundi. & ff.de dam.infec.
in l.iiij.§.hoc autem iudicium.versi.postulare & ij.q.vj.biduū
ad quorū iurium declarationem, vide glo.in verbo, proposita
in c.cupiētes.de elec.lib.vj. ¶ Quādoq; verò & secūdo mem-
bro, citatus cōparet in termino sibi præfixo: sed reperit iudicē
infirmum vel aliter impeditū, & hoc casu, si recedat illicentia-
tus, censetur cōtumax: quoniā expectare debet, vtrū iudex ve
lit sibi præfigere terminū ad cōparendum alia die, argumen-
tum optimum in l.& si qua.§ primo.ff.de arbitris. ¶ Interdū
verò & tertio mēbro, citatus cōparet, & iudicem reperit mor-
tuum, & hoc casu, potest absq; timore illicētiatus recedere: quia
etiam si non cōparuisset, non propterea cōtumaciam incurre-
ret, vt est casus notabilis in l.arbiter intra certū.ff. de arbitris,
& no.glo.in c.fi.j.de dolo & contumacia. ¶ Aliquando verò
quarto mēbro, citatus comparet, & iudicem reperit in tribuna-
li: & hoc casu, licet cōparuerit, si tamen illicētiatus recedit: cō-
tumaciam incurrit.per tex.in dicto c.certū.xj.q.iij. & in d.l. si
quis decurio.C.de decurio.lib.x. & probatur in c.si postquā.
de elec.lib.vj.xviij.distin.in c.si qs autē.& ff.de excusa. tuto. l.
scire oportet.§.sufficit. Quod maximè verū est, si ad illū actū
sit præfixus terminus, q poterat per ipsum iudicē, etiam altera
parte absente, explicari, vt probatur in dicto c.si postquam. &
no.glo.in verbo, cōparere.iuncta gl.pręcedēti in verbo, oppo-
nēte.in d.c.cupiētes.§.quod si per viginti. ¶ Quod tamē limi-
ta, nisi qs cōpareat respectu citationis inualidę: quia tūc absque
metu cōtumacię potest illicētiatus recedere, secundùm Bal.in l.
nam ita diuus.circa finem.ff.de adopt.argumento.l.quāuis. ff.
de in ius vocan.& melius videtur probari in l.si filius.§.si ser-
uus.ff.de verborū obligatio.& in l.ex quacunque.ad fi.ff.si qs
in ius voca.non ierit.facit etiā quod infra subijciā de citatione
17 inualida. ¶ † Sed circa prædicta dubitari potest: pone ꝙ aliqs
cōparuit, & illicentiatus recessit: nec in pręfixo termino cōpa-
ruit aduersarius, sed tamē ipse aduersarius die sequēti, seu post
terminū comparuit: vtrum ipse qui recessit illicētiatus, debeat
cōdemnari aduersario in expensis? ¶ Solutio, dic ꝙ aut cōparēs
post terminum ostēdit iustum impedimentum, & necessariam
causam probat, propter quam non potuit intra præfixum ter-
minum cōparere. Et hoc casu, cùm ipse excusetur si postea cō-
paruit eò ꝙ Prętor propter superueniēs impedimētum differt
diem iudicij in alium diem, vt l.ij.§.si qs in iudicio.ff.si qs cau
tionibus, & tunc ille qui illicētiatus recessit, cōdemnari debet
huic: licet post terminum cōparenti, in expensis, quod est sin-
gulare. ¶ Et hoc probatur: quia iudex præfigens terminum ad
cōparendum, duo videtur mandasse. ¶ Primum, ꝙ compareat.
¶ Secundum, ꝙ intra terminum compareat, vt l.celsus.ff.de ar-
bitris, & j.de dolo & contuma.c.cùm dilecti. vnde licet iste nō
paruerit secundo præcepto propter iustū impedimētum: tamē
ex quo paruit primo præcepto, satisfecisse videtur: vt dicta l.
ij.§.si quis in iudicio. & in c.venerabilibus.de sen. excommu-
nica.libro sexto. ¶ Aut citatus, qui intra præfixum terminum
non comparuit, nec habuit iustum impedimentum: sed tamen
postea cōparuit: & hoc casu, videtur esse maius dubium, vtrum
ille, qui illicētiatus recessit, debeat cōdemnari sibi in expensis.
¶ Et prima fronte videtur dicendum, ꝙ non. ¶ Sed ꝙ vtriusq;
contumacia adinuicem compensetur, videlicet, cōtumacia eius,
qui illicentiatus recessit, & istius, qui licet post terminum cōpa
ruerit, tamen non comparuit intra pręfixum terminū: nec ha-
bet aliquā legitimam excusationis causam.facit.l.fi.§.sed si sti-
pulatur.el secundo.ff.de eo per quem fact.erit.& quod not. in
l.si duo.ff.de dolo, & in c.intelleximùs. & quod ibi dixi.j. de
adulte.cum simi. ¶ In contrarium tamen est veritas, secundùm
Ludo.Ponta. quia licet iste cōparuerit post terminum: tamen
cōparendo purgauit primam contumaciam, vt l.diuus.ff. de in
integ.restitu.sed primus, qui illicentiatus recessit: semper fingi
tur fuisse cōtumax: cùm non dicatur cōparuisse, ex quo illicē-
tiatus recessit, per supradicta. Et quia ille, qui illicentiatus reces
sit, fuit vltimò morosus: & vltima mora nocet. Et per cōsequēs
puniri debet, per illud.ff.de pericu.& commo.rei vendi. & in
l.si per emptorem.ff.de actio.empti.& hoc videtur sentire Inn.
in dicto c.calumniam.de pœnis, & sequitur Ludoui. Ponta.in
dicta.l.qui ante Calendas.ff.de verborum obliga. quod est val
de singulare, sed non procedit sine dubitatione. ¶ Ad quod
vide quod dixi.s̃.in xxvij.princi.articu.q.xj.
18 ¶ † Sextò principaliter quæro, qd agere debeat aduocatus cō-
parentis. ¶ Solutio dic, ꝙ ipse debet in termino prædicto ve-
nire, & surgēs dicere debet: quia iudiciū ex tribus cōstat perso
nis, scilicet iudicis, actoris, & rei.iiij.quęstione quarta, c.primo,
de verborū signifi.c.fortius. ¶ Idcirco de his trib9 ante omnia
videndum est, ne iudicium delusorium videatur. s̃. de iudicijs
c.causam quę.secūdum Spe.in titulo de cōparitione.versi.cęte
rum. ¶ Sed tu vide quod latius dixi supra in ti.de postu.
19 ¶ † Septimô principaliter quæro, vtrū actor teneatur compare
re. ¶ Solutio, dic ꝙ sicut reus in termino præfixo tenetur cō-
parere: sic etiam & actor: aliàs autem reputatur contumax: &
tenetur reo cōparenti, & ipsius contumaciam accusanti: & cum
licentia recedenti, ad expensas, & ad damna, & interesse, vt in
l.eum, quem temere.ff.de iudicijs, & in c.primo, de dolo & cō-
tuma.lib.vj.& tertia quæstione tertia in c.spatium. de quo la-
tius dicemus in tit.de dolo & contumacia, in materia contu-
maciæ. ¶ Et ipso actore non comparente, instante reo circun-
ducitur edictum, de quo dicam infra arti.xxxiij.
20 ¶ † Octauò principaliter quæro, qd agere debeat actor cōpa-
rens. ¶ Solutio, dic ꝙ debet in iudicio persistere, & videre vtrū
reus compareat: & si reus non cōparuerit, debet actor illius cō
tumaciam accusare, vel etiam si cōparuerit, & illicentiatus reces
serit, similiter potest ipsius cōtumaciam accusare, per ea, quę di
xi supra.q.quinta. Et ipse actor debet diligenter instare: & ne-
gotium suum sollicitare: quoniā instātia, seu sollicitudo, mater
est omnium virtutum in suo opere.lxxxiij.distin.c. nihil tra-
dit Spe.in titu.de comparitione. Quoniam reorum est fuga, &
actorum fugare, vt l.inter stipulātem.§.primo.ff.de verborum
obligatio. ¶ Si verò actor non comparet per se sed per procu-
ratorem: debet procurator suus de mādato suo fidem facere: &
illud scribi seu redigi facere apud acta, ad cautelam, secundùm
quod de reo dixi supra, quęstione quarta. ¶ Et si similiter reus
cōparet per procuratorē, debet actor seu ipsius procurator il-
lius copiā petere: cum termino cōpetenti ad opponēdum. ¶ Et
no.ꝙ sicut reus nō debet illicētiatus recedere, vt dixi.s̃.q.v. Ita
etiam nec actor, vt ibi dixi. ¶ Et de exceptionibus opponēdis
per actorem contra personam rei, vel eius procuratorem, vel
econtra de opponendis per reum cōtra actorem, seu eius pro-
curatorem: tam declinatorijs, quàm peremptorijs, ac etiā dila-
torijs, tractabitur suis in locis, videlicet in titu. de exceptioni-
bus, & in tit.de procuratoribus.
21 ¶ † Nono principaliter quæro, de pœna rei non comparentis.
¶ Solutio, dic ꝙ actore instante proceditur contra reum ad pri
mum decretum, vel ad alias pœnas, & ad alia remedia statuta
& prodita contra contumacem. quæ autem sint pœnæ statutę,
& quæ remedia prodita contra contumacem, dicam latius in
titu.de do.& contu.in materia contumaciæ.

22 ¶†Decimò principaliter quæro, propter quas causas reus excusetur à contumacia, & ipsius pœna, si non cōparuit. ¶Solutio, dic, vt latius dicam in titu. de do. & contuma. vbi etiam tractabo de excusatione actoris.

23 ¶†Vndecimò principaliter q̄ro, qualiter reus post transactū terminum admittatur, si in termino præfixo non comparuit. ¶Solutio, dic, ꝙ ista questio incidit in aliā questionem, videlicet, qualiter reus possit purgare contumaciam. ¶Et quia hæc questio & ipsius materia etiā principaliter pertinet ad ti. de cō tuma. ideò ibi plenè videbimus, & qualiter reus purgata cōtumacia, vel aliàs veniēs ad causam admitti debeat, distinguendū arbitror, ꝙ aut propter cōtumaciam nō potuit in causa procedi: sed processum fuit ad primū decretum, vel ad similia remedia, de quibus dicem⁹ in ti. de cōtumacia. ¶Et tūc refectis expensis, & purgata cōtumacia, & facta restitutione ad audiētiā, si fortè sibi fuit denegata vel impartita absolutio ab excōmunicatione, si fortè propter cōtumaciam fuit excōmunicatus, admittitur in eo statu, in quo erat causa prędicta ante ipsius cōtumaciam. ¶Sed si sit processum cōtra eum nō obstāte contumacia, puta ad aliquos actus, ad quos poterat procedi: vel quia lis erat contestata: vel quia erat causa, in qua poterat procedi lite non cōtesta. secundùm quod latè dixi in c. quoniā frequēter. in princi. s̄. vt lite non contestata. in quarto principa. articulo in fallentijs. ¶Vnde reus hoc casu veniens admittetur in eo statu, in quo inueniet causam: vnde si sit lis cōtestata, vel iuratum de calūnia, seu de veritate, vel testes producti, vel etiā cōclusum solùm, admittetur ad sequētia: nō ad præcedētia, vnde nō audietur, si fortè vellet libellū sibi offerri, vel declinatorias, recusatorias, vel dilatorias exceptiones proponere: aut ꝙ fiat lit. cōtest. arg. c. inter monasterium. de re iudicata. Cùm enim tūc absens pro pręsente habeatur, vt in c. per tuas. de appellationib⁹, & in c. veritatis, de dolo & cōtuma. & in c. eum, qui. de eo, q mitti. in possef. lib. vj. & ratio: quia processus contra eum habitus tenuit, ac si p̄sens fuisset. ¶Sed si ipse fuisset præsens, & esset processum vsq; ad talē actū: nō posset exceptiones, à quibus iam esset exclusus, opponere, ergo &c. Ita dicit Spe. in ti. dę comparitione. ver. attendas. ¶Et vide quod traditur per eum in tit. de appel. §. qualiter autem. ver. sed pone, & seq.

24 ¶†Duodecimò principaliter quero, ad qd teneatur actor, qui debito tempore non comparuit, & qualiter postea admittatur. ¶Solutio. text. in c. primo, de dolo & contuma. lib. vj. dicit ꝙ debet condemnari reus in expensis, & ad aliam citationē minimè admittetur: nisi sufficienter cauerit, quòd in termino sufficienter debeat comparere, de qua materia dicendum est, vt ibi, & ego latius tractabo in tit. de contumacia.

37 ¶†Nonò principaliter quæro,quales positiones actor debeat formare ad intentionem suam consequendam: & quales reus ad defensionem.¶Solutio,quò ad actorem potest colligi practica ex forma libelli:& ex his quæ superius dicta sunt, vt puta:In primis,pone qualiter B.fecit vocari M.ad iudicium.Itẽ, ꝙ fecit ipsum citari coram tali iudice.Item,ꝙ in tali causa. Itẽ, ꝙ citabatur realiter.Item, quòd dũ personaliter duceretur A. vi exemit ipsum M.de manu familiæ.Item,quòd præfatus iudex habuit potestatem citandi illum realiter.Item,quòd præfatus M.potuit in dicta causa sic realiter citare. Item, occasione talis exceptionis M.pręscripsit contra me,vel ꝙ actionem, quam habebam contra eum,amisi pręscriptione: vel ꝙ sim in tantum damnificatus.Quæ quidem positiones colliguntur ex his,quæ superius dicta sunt. Reus verò ad suam defensionem faciet positiones,quæ colligi possunt ex illis casibus & causis, in quibus,& propter quas excusatur reus à tali exemptione,de quibus dixi s.quęstione quarta,super quibus eximens secundùm varias contingentias potest aliter fundare defensionem suam. Et ex his, Deo duce, expeditus est trigesimusquartus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 ☞Edictum,ne quis eum qui.in quibus differat ab edicto,de eo per quem factum erit.& nu.seq.
5 Edictum,de eo per quem factum erit.cui & contra quem detur.& nu.seq.
14 Actio ex edicto,de eo per quem factum erit.cui detur.
15 Actio quæ oriatur ex edicto,de eo per quem factum erit.
16 Actio ex edicto,de eo per quem &c.in quantum detur.
17 Prescriptio fauorabilis non interrumpitur.
18 Actio quæ datur ex clausula,si qua mihi iusta causa, an sit vtilis vel directa.
19 Reus à tertio impeditus,contra eum agere potest.
20 Remedium edicti,de eo,per quem factum erit,est subsidiariũ.
21 Actor consequutus interesse ab impediẽte,an possit ab impedito pœnam,& interesse per stipulationẽ promissum exigere.
22 Dominus quando teneatur pro impedimento facto à seruo.
23 Actio ex edicto,de eo per quem factum erit,quando competere incipiat:& quanto tempore duret.
24 Libellus in actione ex edicto,de eo per quem factũ erit.qualiter formetur.
25 Positiones tam rei,quàm actoris, qualiter formẽtur in edicto de eo per quem factum erit.

ARTICVLVS XXXV.

Rigesimoquinto & vltimo articulo videndũ restat,de eo, per quẽ factum est,quò minus quis ad iudiciũ citatus sistat in isto iudicio:quia non solùm eximens tenetur:sed etiã ille, per quẽ factum est quò minus quis sistat,pro cuius articuli clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶Primò igitur principaliter quæro,in quo differat istud edictum,ab edicto præcedenti,ne quis eum &c.

¶Sol.glo.in rubrica.ff.de eo per quem factum erit,ponit quatuor differentias.

1 ¶†Prima,quia illud solùm habet locũ, quando vi factum est, quò minus quis sistat:vt l.j.& iij.in prin.ff.ne quis eũ. Ad qđ vide quod dixi s. in præcedenti articulo q.iiij. Sed istud edictum habet locum etiam sine vi, vt statim dicam in ij.q. prin.

2 ¶†Secunda differentia est:qa illud edictũ solũ consulit & prouidet vocanti ad ius,& sic actori,vt dixi in pręcedenti articu. q.iij.Hoc autem edictũ prouidet nõ solùm actori vocanti:sed etiam reo vocato,vt l.j.§.si reus.& l.fi.in prin.& §.sed & si stipulaŕ.ff.de eo,per quẽ factũ erit.dicã statim in iij.q.principali.

3 ¶†Tertia differentia est:quia in illo agitur ad id, quod interest:hoc est,quanti actor in litem iurauerit,vt l.pe.§.j.ff. ne vis fiat ei.dixi in pręcedenti articu.q.vj.In isto verò agitur ad interesse duntaxat:vt statim dicam in iiij.q.prin.

4 ¶†Quarta differentia est:quia illud habet locũ ante satisdationẽ:hoc verò post satisdationem,vt patet ex ordine titulorum positorũ in compilatione digestorũ,quia inter titulũ.Ne quis eum &c.& titulũ,De eo,per quem factũ erit, interponiŕ titulus,qui satisda.cog. Sed hæc differẽtia reprobaŕ à Bar.& cõmuniter à doc.quia hoc edictũ habet locũ, etiã ante satisdationẽ, vt l.fi.in prin.ff.de eo,per quẽ factũ erit.facit qđ dicã j.q.v.Et idem sentit Roffr. in libellis suis in hoc tit.rubrica cxx. ¶Sed potest aliqualiter defensari prædicta differentia glo.à communiter accidentibus:quia hoc edictum principaliter intẽdit tractare de impendimento, quò minus sistatur in iudicio, illud verò ne vocatus in ius vi eximatur, & sic quasi in principio. & sic ante satisdationẽ præstitam,hoc verò quasi post satisdationẽ præstitã,& sic in cõpilatione digestorũ,vt dixi,est intermedius titulus:scilicet,qui satisda.cogan.inter istos duos titulos,& ita videŕ fuisse de mente glo.in d.rubrica ponẽtis dictã quartã differentiã. ¶Sed quãuis hoc edictũ hoc intenderet nõ tamen negat quò minus possit habere locũ ante satisdationẽ. incõueniens enim esset,ꝙ si sine vi per aliquẽ factũ esset,quominus in iudicio sistat,non esset prouisum damnificato: quia huic non prouidebaŕ.per tit.Ne quis eũ &c.quare dicit Bald. in rubrica.ff.de eo,per quem factũ erit.¶Et ex prædictis etiã apparet,ꝙ isti tituli se habent vt excedentes & excessi.& aliquid requiriŕ in vno,quod nõ requiriŕ in altero: nec actiones sunt pares.¶Posset etiã dari quinta differẽtia vltra gl. videlicet,ꝙ hoc edictũ habet locũ etiã in eo,qui fuit impeditus,qui ex sola conuentione habita cũ aduersario de sistendo in iudicio,absq; iudicis facto,ad iudicium veniebat,illud verò videtur habere locũ solũ in vocato iudicis authoritate, ad quod vide quod statim dicam in ij.q. principali versicu.ix.declaratio.

5 ¶†Secundò quæro principaliter,quis teneatur hoc edicto:& contra quem detur: & ex qua causa: & propter quid detur. ¶Solu.dic,ꝙ ille teneŕ,per quem factum est quò minus quis sistat in iudicio.vt in rubro & nigro.ff.de eo,per quem factum erit.hæc tamen conclusio recipit aliquas declarationes.

6 ¶†Prima declaratio est, quia ex quo edictum hoc loquitur per relatiuum,quem,quod refert terminum communem: sequitur,quod tam masculus, quàm fœmina comprehenditur. ad quod vide quod dixi in præcedenti articulo q.ij.

7 ¶†Secunda declaratio est,ꝙ teneŕ nõ solùm vnus,si per vnũ solũ sit factũ,ex quo minus in iudicio sistatur:sed etiã pluries tenetur si per pluries factũ est.vt l.j.§.si pluries.ff.de eo ꝑ quẽ factum est.solutione tamẽ vnius omnes liberanŕ,vt ibi. Et gl. ibi assignat rationẽ:qa licet ex pte soluẽtis sit pœna:tñ ex parte recipientis est interesse.secus si ex vtraq; parte esset pœna, per ea.quæ dixi articulo xxxiij.q.v.Et hoc ꝓcedit, vbi actio quæ ab initio nõ fuisset pœnalis,ex postfacto nõ esset effecta pœnalis:aliàs secus.p l.cũ exceptiõe.§.fi. cũ l.seq.ff.qđ met. cau. Et ad materiã vide,quæ tradũtur in l.Itẽ mela.§.si plures. ff.ad l.aquil.& per Bar.in l.aufertur.§.fi.ff.de iure fisci.& per Bal.in l.j.C.si plures vna sententia. & quod latius dixi in l.iij. in prin.ff.de duobus reis in vij.prin.arti.q.vij.

¶Quid aũt si vnus liberareŕ alio modo, quàm soluẽdo, an patrocineŕ alij,vide no.in l.itẽ si res.ff.de alie.iudi.cã mu.fac.& qđ tradiŕ in l.fi.C.de his,qui à nõ do.manu.& in l.si seruus.ff.

vi bo.rap.¶ Vtrum autem ille, qui soluit, possit repetere ab illo, quem liberat, dicam statim in q.v.

8 ¶ † Tertia declaratio est, ꝙ hoc edicto tenetur non solùm homo liber, sed etiam seruus per quem factum est, quò minus qs sistat: & pro eo dominus suus tenetur noxaliter, quod intellige secundùm ea, quæ statim dicam in v.q.

9 ¶ † Quarta declaratio est, ꝙ tenet̃ hoc edicto non solùm, q per se fecit quò minus quis sistat: sed etiã, qui per aliũ fecit, intelligendo tamen secundũ qđ statim dicã in sequẽti declaratione.

10 ¶ † Quinta declaratio est, ꝙ ad hoc vt quis teneat̃, exigit̃ dolus malus: & sic vt dolo malo impediat, & faciat quò minus quis sistat, vt l.j.in prin.ff.de eo, per quem factũ erit. Dolo autẽ malo nõ tantũ is fecisse putat̃, qui suis manibus, vel qui per se retinuit: sed etiã si dolo malo alios rogauit, vt eũ aliquo loco detinerent: vel ad alium locũ adduceret, ne in iudicio sistat, vt d.l.j. §.j. Verba enim edicti loquuntur in rem, hoc est, ita vniuersaliter, ꝙ comprehendũt etiã fieri facientẽ. Dicũt enim, per quẽ factum erit quò minus in iudicio sistat: hoc est, si aliquid factum erit, propter qđ iste effectus sequatur, & sic comprehendit̃ verbis edicti, secundũ Bar.in d.l.j. Ad qđ omnino vide, q̃ dixi in c.vt famę.j.de sen.excom.in iiij. principali ar. in sexta cõclusione. ¶ Et aduerte: quia in eo, qui rogatus ab alio retinuit, vel abduxit, non exigitur dolus malus, satis enĩ est ꝙ dolò malo fecerit, qui rogauerit: licet ille, qui retinuit vel abduxit, ignoraret quid cõmitteret, vt d.l.j.§.j.ff.de eo, per quem factũ erit. facit l.si qs id qđ.§.dolo.ff.de iurisdi.om.iud. Nec distinguimus, vtrum ille, qui fecerit, solũ hoc fecerit vigore mandati: an verò etiam esset aliàs facturus, ex quo tale mandatum statim inducit delictũ, vt l.j.§.j.psuadere.ff.de seruo corrupto. ¶ Aliqui tñ volũt, ꝙ ex quo exigit̃ facti cõsummatio, nõ tenet̃ mãdãs, nisi mãdatari⁹ erat aliàs facturus. ¶ Et de materia vide Iac.But.& Bal.in d.l.j.& etiã Bar.& pẽũ in l.nõ solũ.§.Proculus.& §.si mãdato.ff.de iniur. ¶ Et ex prędictis etiã infert̃, ꝙ si aliquis venienti ad iudicium dolo malo denũciauit aliquid triste, propter quod si verũ fuisset, veniens non habebat necesse ad iudiciũ venire, per no.in l.ij.in fi.ff.de in ius vo. ¶ Ad quod vide q̃ dixi s̃.ar.v.q.xvij.falentia ix.x.& xj.vnde si talis denunciatus nõ venit propter talem tristẽ nunciũ, nunciãs tenetur hoc edicto. Et Rof.in rubrica cxx.circa hoc exemplificat, qñ aliquis nũciauit mortẽ patris, vel filij, aut amasię ipsius nunciati, quã super anima diligebat. Nec obstat, ꝙ videat̃ potius imputãdũ nũciato, eo ꝙ fuit nimis credulus: qa licet ipse fortè fuerit in culpa: quia credidit, qđ credere nõ debebat: tñ nũciator fuit in dolo, & dolus pręponderat culpę, vt in l.si obstetrix.in fi.& l.qui foueas.§.hoc tñ.& l.si putator. ff. ad legẽ Aquil. Et idẽ ego arbitror, si denũciasset aliquid letitię, vel iubilatiõis, vel qđ simile propter qđ fuisset secut⁹ idẽ effect⁹, secũdũ qđ põt exẽpla colligi ex his, q̃ dixi ar.v.q.xvij.ĩ plurib⁹ fallẽtijs: qa eadẽ est rõ cõtrariorũ xxxij.dist. hospitiorũ. cũ simi.

11 ¶ † Sexta declaratio est, ꝙ hoc edicto tenetur non solùm tertius, qui dolo malo fecit quò minus reus in iudicio sisteret: sed etiam si fecit, quò minus actor in iudicio sisteret. ¶ Ad quod tamen vide quod statim dicam in iij.& iiij.quæstio.

12 ¶ † Septima declaratio est, ꝙ hoc edicto tenet̃, nõ solùm ille, per quem factum est: sed etiam ipsi⁹ hęres: si modò ad eum peruenit, vt l.j.§.fi.ff.de eo per quẽ factũ erit. Qualiter autem hoc cõtingere posset, ꝙ ex hoc facto aliquid ad herẽdẽ peruenisse dicatur. Respondeo, pone, quòd rem meam possides: & interea dum vsucapis, aliquis instituit te hęredẽ: & rogat te, vt eandẽ tradas. B.post aditam hæreditatem conuenio te rei vẽdicatione. B.legatarius ad hoc vt possit rem habere: ad hoc vt compleatur vsuscapio dolo facit, ne heres in iudicio sistat, sicque cõpleta est vsuscapio: & legatarius rem sibi legatam habet, & moritur: & res ipsa ad heredẽ venit: agitur ergo cõtra hæredẽ legatarij: quia propter maleficium defuncti, habet quod aliàs nõ haberet, secundùm Azonem. ¶ Vel potest breuius figurari exemplum. Si aliquis exemit seu impediuit per pretiũ, quod pretium ad haredẽ peruenit: vel tertiò, quando fideiussor debitorem impediuit: & sic liberatio ad eum & hęredẽ fideiussoris peruenit. ff.de dolo.l.in hęredem. & l.itaqꝫ. & ff. quod metus causa.in l.illud.secundùm gloss.in dicta l. prima in fine. & sequuntur Doct. Exigitur ergo ad hoc, vt heres teneatur, quòd aliquid ad ipsum peruenerit. Nec obstat l.si quis missum. § actore.ff.de dam.infect.quia & ibi ad hæredem videtur peruenisse: cùm possit offerendo cautionem euitare actionem, secũdùm glos.in dicta l.j.in fine.& sequuntur Doct.

13 ¶ † Octaua declaratio est, quòd nõ solũ tenetur hoc edicto, vbi factũ seu citatio iudicis interuenit: sed vbi factũ iudicis non interuenit: sed partes adinuicem conueniunt de sistentia in iudicio, & de eundo ad iudicem: licet in contrariũ faciat: quia titulus, Ne quis eum &c.non videt̃ habere locum hoc casu per ea, quæ dixi articulo pręcedẽti, quęstione quarta, versi.xiij. excusatur, vnde videtur, quòd similiter istud edictum nõ habeat locum eadem ratione: quia istud edictum videtur considerare etiam iudicis authoritatem & contemptum: nisi fortè diceres, ꝙ cùm hoc edictum non faciat mentionem, quòd esset vocat⁹ in ius: sed solũ loquatur de sistentia in iudicio: vt patet ex ipsa rubrica, de eo, per quem factum erit, & ex l.fi.fin.in princi. eodem titu. Ideò videtur habere locum, etiam in casu prędicto: & maximè quia impediens mitius punitur ex hoc edicto, quã vi eximens ex illo edicto: cùm ex hoc edicto, quis teneatur ad interesse: quo soluto, sæpe liberantur: vt suprà dixi. ¶ Ex illo verò ad interesse, quanti in litem iuratum fuerit, vnde cùm sit pœna: cæteri non liberantur, vt dixi articulo præcedenti, quæstione sexta. Et in hanc partem inclinat Ioan.Petr. in l.fina.in prin.ff.de eo, per quem factum erit. Cogitabis: quia Doctores non tangunt. Et sic secundùm hoc habes aliam quintam differentiam inter hoc edictum, & illud, de quo dixi s̃.q.j.

14 ¶ † Tertiò principaliter quero, cui detur, seu quis agere possit ex hoc edicto. ¶ Sol. dic ꝙ datur stipulatori, seu illi ad cui⁹ petitionem impeditus sisti debebat: siue sit reus, siue sit actor: vt colligitur ex l.j.ff.de eo, per quem factum erit, maximè in §.si reus.& in l.fi.§.sed & si per stipulationẽ.eodem titu. vbi text. notabiliter vult, ꝙ si stipulator dolo Titij, & promissor dolo Meuij impeditus fuerit quò minus in iudicio sistatur: vterque aduersus eũ, cui⁹ dolo impeditus fuerit, actionẽ in factũ experiri põt. Quinimò arbitror, ꝙ si dolo tertij reus fuit impedit⁹, licet nullã p̃stitisset satisdationẽ: nihilò minus agere possit cõtra impedientẽ, si fortè ei⁹ intersit: puta, quia eũ mulctauit in aliquo, in quo non mulctasset, si fuisset, secundũ Gof. in libellis. ¶ Sed tunc quæro, quid si propter impedimentum reus compleuit pręscriptionem, quam non compleuisset: & sic fecit hoc lucrum facto impedientis: sed tamen in aliquo mulctatus est à iudice, an poterit agere ad id, in quo mulctatus est. ¶ Ergo arbitror ꝙ non, si minus esset in dãno mulctę, q̃ in lucro præscriptionis. secus si plus esset in damno mulctę: quia tunc arbitror agi posse ad illud plus: cũ hoc casu intersit in eo qđ plus est. Et hæc actio detur ad interesse duntaxat, vt dicã in quinta quæstione. Cogitabis: quia Doctores nõ tangunt. ¶ Et aduerte: quia si dolo actoris reus fuit impeditus, vtrum agere possit ex hoc edicto: & ad quid, statim dicam in quarta quæstione. ¶ Si verò stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quò minus ad iudicium veniret: nemini eorum succurritur per hoc edictum. cõpensat enim Pręctor dolũ hincinde adinuicem commissum, vt l.fi.§.pe.ff. de eo per quem factum erit. ¶ Et no. ꝙ non solùm stipulator seu ille ad cuius petitionem impeditus sisti debebat, agere potest: sed etiam ipsius hęres, vt est tex.in libro primo, §.pe.ff.eo.

15 ¶ † Quartò principaliter quæro, quæ actio oriatur ex hoc edicto. Sol.dic ꝙ oritur actio in factum.tex.est in l.fi.in princi. & §.sed & si stipulator.ff.de eo, per quem factum erit. Et vide quod dixi articulo pręcedenti, q.v.

16 ¶ † Quintò principaliter quero ad quid, seu inquantum detur hæc actio. ¶ Solu. distinguendum arbitror principaliter duo membra. ¶ Primum membrũ, erit de homine libero, per quem factum erit &c. ¶ Secundum, de seruo.

¶ Circa primum membrum de homine libero, dic ꝙ cõtra cũ datur actio ex hoc edicto ad interesse, vt l.j.in princip. & §.si plures.ff.de eo, per quem erit. Tenetur enim ille per quem factum est, inquantum actoris interest illũ sisti, vt l.ij.in princi. ff.de eo per quem factum erit. Vnde in ipso iudicio venit, si quid actor seu stipulator ob ipsam rem perdidit: veluti si reus interea per pręscriptionẽ rei petitę dominiũ acquisiuit, aut actione liberatus est. Sed cõtra prędicta opponitur: videt̃ enim ꝙ ex quo citatio emanauit, seu facta est missio executoris, seu nuncij, interrupta sit pręscriptio, per l.cũ notissimi.in prin. C. de pręscri.xxx.anno.& l.constitutionibus.ff.de act.& oblig. ¶ Solutio glo.in prin.ff.de eo, per quem factũ erit, & in iuribus in contrarium allegatis, multũ se inuoluit: sed pro veritate solutionis pręmittendum est, secundũ Barto. ꝙ quædam est præscriptio merè odiosa: quæ currit negligẽtia nõ petẽtis, qualis est pręscriptio xxx.vel xl. annorum. Et ista sola citatione interrumpitur. ¶ Et ratio est: quia per citationem cessat negligentia, quæ est causa illius pręscriptionis, vt d.l.cũ notissimi.

17 ¶ † Quedã est pręscriptio merè fauorabilis, qualis est vsuscapio triennij: & ista non interrumpitur: etiam per litis contestationẽ: quia litis contestatio nõ tollit fauorẽ rei, vt l. si post aceptã ff.de rei vendic. ¶ Quedã est præscriptio mixta, qualis est præscriptio x.vel xx.annorũ, & in illa eligit̃ media via, vt nõ interrumpatur per solã citationem: sed per litis contestationem, vt l.motæ

l.motę litis.C.de rei vendica.& l.ij.§.penulti.ff.pro emptore. ¶ Quędam verò est pręscriptio, quæ currit sui natura: vt redhibitoria, quãti minoris,& similis,& ista interrũpitur litis cõtestatione, vel libellio Principi oblato.C.quando libel.Princi. datus l.j.& ij.¶ Ad quod vide, quæ latißimè dicam in titulo de præscrip.¶ Et ex prædictis nunc sequitur, quòd id, quod dictum est de pręscriptione interrumpenda, procedebat olim simpliciter eò,ꝙ nulla pręscriptio interrumpebatur per solam citationem, quoniã tẽpore digestorũ non erant conditę præscriptiones longißimi temporis xxx.vel xl.anno.vt l.qui occidit.§.j.ff.ad legem Aquil.& l.non solũ. aliàs incipit Iulian⁹ ff.ex quibus cau.ma.& in aut.vt ecclesia Romana gaudeat cẽtum annorum.§.j.¶ Nec obst.l.constitutionibus.ff.de act.& obl.quia debet intelligi,ꝙ ibi lis fuit contestata.¶ Itẽ ibi non dicitur,ꝙ interrumpatur præscriptio: sed quòd actio efficitur transitoria ad hęredes, secundũ Barto.in l.iij.in princ.ff.de eo, per quem factum erit,& sequuntur ibi Bald.& Docto.

¶ Et sic ex prædictis sequitur, quòd in casibus, in quibus hodie ad interrumpendam pręscriptionem sufficeret sola citatio nõ haberet locũ, quod statim dixi,ꝙ in hoc iudicio venit interesse ratione pręscriptionis vel amißionis actionis, ratione impedimenti,& ad materiam istam vide, quod latius dicam in titu.de præscriptionibus.¶ Et prædicta procedunt, si is per quẽ factũ est quò minus quis in iudicio sistat, sit soluẽdo, ita, quod poßit satisfacere de isto interesse amissę seu perditæ rei, vel actionis per præscriptionem: secus si nõ fuerit soluẽdo: qa tũc ęquũ est aduersus illum reum principalem cõpetere restitutoriã actionem: ne propter dolũ alienũ reus lucrũ faciat, & actor damno afficiatur, vt est tex.no.in l.ij.in secundo respon so.ff.de eo, per quẽ factũ erit.facit l.planè.§.j.ff.de leg.j.& l.ij. ff.de institoria.licet enim quis poßit lucrari ex dolo tertij, tñ hoc non toleratur cũ damno aduersarij, secundũ Bal. in d.l.iij. in prin.¶ Et vide quod no.in l.presens.C.si vendi.pig.& dicũt doc.ꝙ ẽst regulare in omni casu,ꝙ semper fit restitutio in pristinũ statũ, qñ qui principaliter tenet̃.nõ est soluẽdo: ne aliquis lucret̃,& alius dãnificet̃ sine causa,& ex facto tertij, qui

18 nõ sit soluẽdo.¶ † Et aduerte: qa ista actio, quę restituit̃ ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. De quo per totũ tit.ff.& C.ex quib⁹ cau.ma.est vtilis, secũdũ aliquos, vel secũdũ alios, est directa: quia ipso iure non fuit amissa, argumẽto l. obligationũ ferè.§.placet.ff.de actio.& obli.secũdũ glo.super verbo, actionẽ.in l.iij.secũdo responso.ff. de eo, per quẽ factũ erit.¶ Sed Bart.ibi dicit,ꝙ diuersis respectibus vtraq; opinio est vera, aut enim prædicta actio erat ex tẽpore ipso iure amissa, prout contingit in vsucapione trienij, per quã vsucapiẽs acquirit dominiũ directũ: & tũc restituitur sola vtilis: & est vtilis datiua.aut prima non erat ipso iure sublata: sed contra eam erat exceptio parata: & tunc per restitutionem tollitur obstaculũ exceptionis: & competit prima actio directa, secundùm Bar.quia illa nunquã fuit mortua, vt l.fi.C.ex quibus cau.ma. & l.cũ mota.C.de trãsa.¶ Et aduerte etiã, quia quę dixi de restitutione, vident̃ procedere, qñ non erat pręstita satisdatio de iudicio sisti, secus si esset præstita: quia tunc teneretur fideiussor præstitus de iudicio sisti, vnde non fieret talis restitutio, secundũ Io.Pet.Et sic sequit̃,ꝙ malè dicit gl.in rub.ff.de eo, per quem factũ erit.inquantũ voluit,ꝙ hoc edictũ solũ haberet locũ post pręstitã satisdationẽ.¶ Ad quod vide quod dixi s.eo. arti.q.j.in iiij.differentia.¶ Quod tñ ego arbitror verũ, si modo fideiussor sit acceptus, quanti interesset actoris stetisse in iudicio, secus si satisdatio fuisset p̃stita in minus, ꝗ esset interesse, per tex.in l.fi.in fi.ff.de eo, per quẽ factũ erit, intelligẽdo tñ secundũ ea, ꝗ statim dicã.¶ Itẽ & secundò arbitror limitandum, si modo fideiussor sit soluẽdo: secus fortè si nõ esset soluẽdo: nec posset aliquid imputari actori: qa tũc eadẽ remanet ratio restitutionis faciendę, de qua s.dictũ fuit.¶ Itẽ aduerte: qa si dolo actoris reus stetit: reo nõ dat̃ actio ex hoc edicto: cùm poßit esse cõtẽtus exceptione, eò,ꝙ si conueniat̃ actione ex stipulatu ad pœnã ex eo,ꝙ reus ad iudiciũ nõ venit: poterit excipere de dolo ipsius actoris: & per ipsam exceptionem se defendere, vt l.j.§.si reus.ff. de eo, per quẽ factum erit. facit l.j.§. si debitori.ff. vt in poßeß. leg.¶ Et ratio est secũdũ Ang.ꝙ cũ ista actio sit subsidiaria, sufficit esse consultũ reo per aliã viam: videlicet per exceptionẽ, ꝗ est perpetua, vt statim dicã in ver. vj.q.Et ista fuit originalis opi.Odof.quã sequit̃ Bald.in d.§.si reus ꝓ qua etiã facit: qa vbi sufficit exceptio, nõ est prodita a-

19 ctio, facit l.si cõtẽdat.ff.de fideiuß.¶ † Si verò reus fuit à tertio impedit⁹, poterit agere cõtra impediẽtẽ in eo interesse, in quo dãnificatus est, puta, ad pœnã promissam stipulatori: & qđ cõsequetur ab ipso impediẽte, pręstabit ipsi stipulatori, tex.est iuxta gl.in l.j.§.si reus.ver.arbiter atq;.ff.de eo, ꝑ quẽ factũ erit.

¶ Est tamẽ aduertendũ,ꝙ si actor fuit stipulatus à fideiussore minus, quàm esset à reo petiturus,ꝙ si reus dolo tertij fuit impeditus quò minus in iudicio veniret: poterit stipulator ab illo tertio consequi centũ: quoniã tanti sua interfuisse videtur, qm̃ si reus in iudiciũ venisset, tantũ ab eo cõsecuturus fuisset, vel ab ipsius hærede, vt l.fi.in fi.ff.de eo, per quẽ factum erit. Sed nunc cõtra id quod suprà dixi de restitutiõe actinois, opponitur.videtur enim,ꝙ licet actio tẽpore expirauerit, tñ non debeat restitui: qa licet reus videat̃ liberatus tẽpore, tñ ex quo actor habet actionẽ ex stipulatu cõtra reũ, satis videtur sibi cõsultũ: quia hãc actionẽ ex stipulatu, ex quo interposita est stipulatio, videtur habere, licet sit impeditus facto tertij.vt l.ij.in fi.ff.si quis cautio.& in l.fi.ff.si quis in ius voc. non ierit.vnde videt̃ sua interesse respectu tertij, secundũ gl.fi. in l.fi.ff. de eo, per quẽ factũ erit. Quod fortificat Bal.ibi: quia sicut si re⁹ nõ esset liberat⁹, nõ interesset respectu ipsi⁹ debiti: ita etiã si alia actio sit subrogata in locũ primę, quæ sit eiusdẽ efficacię, quia ad hoc rñdet glo. in d.l.fi.in fi.ꝙ licet reus teneat̃ tñ ille terti⁹ impediẽs tenetur,& quilibet ex sua cã tenet̃, licet diuersa. Et interest mea plures eiusdem rei habere debitores, vt l.si qs decedens.§.fi.ff.de libera.cã.¶ Sed dicit Bal.ꝙ ista rñsio nõ est formalis ad contrariũ, vnde soluit ipse post Iac.But.ꝙ si actio nũquã fuisset perempta, nunq; interfuisset actoris: sed cùm fuit perempta, cœpit interesse,& pariter in eodẽ instanti cœperũt teneri reus & delinquens,& ideò, cũ debitum rei non procedat nunc in origine ipsum debitũ delinquentis: non potest debitũ delinquẽtis excludi à debitore, quod est subtile, secũdùm Bal.& istud idẽ vult Bar.in effectu in d.§.licet loquat̃ aliqualiter obscurè cõtra cõsuetudinẽ suã, intendit em̃,ꝙ ex quo istæ duæ actiones eodẽ instanti tẽporis nascãtur, nõ potest dici ꝙ

20 vna inueniat aliam natam: & ideò ambę dantur.¶ † Sed aduerte: quia in contrariũ facit: quia si remediũ istius edicti est subsidiariũ, vt voluit Ang.in l.j.§.si reus.ff.de eo per quẽ fac.erit. & est de mẽte Bar.in l.fi.in fi.e.ti.ergo non videt̃ cõcurrere cũ alio remedio ordinario, licet vtrunq; remediũ eodẽ tempore in esse producatur: sicut dicimus in actione de dolo ex deposito, mãdato: vel simili cõtractu: qñ ratiõe doli nasceretur actio de dolo,& etiam nasceretur actio ex eo contractu eodẽ instãti: quia licet vtraq; actio videatur posse oriri, ex quo dolus est cõmissus: tñ quia actio de dolo est subsidiaria, non nascit̃, nec cõpetit.¶ Sol.secundũ Io.Pe.in d.l.fi.dicendũ est,ꝙ tũc tales actiones nascerent̃ ex eadẽ matre, fonte,& radice: & ideò sufficit ꝙ nascatur vna & non alia: quę est subsidiaria: sed quantũ sunt diuersi fontes & radices,& diuersę causæ, nõ est ratio quare quælibet pregnans non debeat parere suũ effectũ,& sic suam actionẽ,& ideò cũ in terminis nostris eodẽ pariãt cũ tẽpore, s.cùm non sistitur in iudicio propter impedimentũ: nõ tamen tempore impedimenti pręstiti: sed eo tẽpore, quo non sistitur vt promissum est: vt no.in l.pe.§.docere.ff. ne quis eũ, qui in ius voc.vi exi.in casu nostro cõcurrunt in origine: sed nõ in effectu exactionis, vt no.gl.in d.§.fi.& bene licet Ange. dicat contrariũ,& male: quia cũ debetur ad interesse facta satisfactione per vnũ: desinit interesse alterius, cũ nõ concurrãt satisfactiones eodẽ instãti: sicut de natiuitatib⁹ dictũ est. solutione igitur per vnum facta, alius liberat̃: quia vterq; tenet̃ ad interesse: licet vnus ex stipulatione de iudicio sisti: & alius ratione impedimenti, secundũ glo.in d.§.fi.& sequit̃ Bar.ibi, fa-

21 cit, quod statim dicã.¶ † Sed quęro, retẽtis terminis illi⁹ §.fi.in d.l.fi.quid si actor stipulatus nomine pœnę quinquaginta,& interesse sit in centũ,& actor sit cõsecut⁹ interesse vigore huius edicti ab ipso impediẽte, vtrũ poterit petere qnquaginta vigore stipulatiõis.¶ So.p̃dicta gl.fi.in d.§. arguit ꝓ & cõtra, & finaliter determinat,ꝙ põt: qa vn⁹ tenet̃ ad interesse, ali⁹ verò cõuenit ad pœnã: & sic vnius soľo nõ liberat aliũ,& sic ex illa gl.duo colligũt̃.primò,ꝙ qñ duo vel plures tenent̃ ad vnũ interesse, licet ex diuersis causis: solutiõe vni⁹, liberãt oẽs: sed qñ vnus tenet̃ ad interesse, alius verò conuenitur ad pœnã, solutio vnius non liberat aliũ. Et dicit ibi Barto.quòd vtrũq; põt esse verũ, per no.in l.si quis dolo.§.j.ff.de reg.iur.sed tñ quantũ ad terminos nostros, vltimũ dictũ nõ est verũ: quia in omni eo, quod soluerit, fideiussor seu ꝓmissor haberet regressum cõtra principalẽ: & principalis agere posset cõtra impediẽtẽ ex hoc edicto: & sic deueniret̃ ad id, propter qđ cõtingeret,ꝙ ipsemet impediẽs solueret bis idẽ, qđ esset cũ nõ debet, arg.l.q seruũ.§. j.ff.de interro.act.secũdũ Ia.de Are.& Iac.But. quos sequitur Bar.in d.§.fi.& idẽ tenẽt Ang.& Mod.& Bald.licet ipse satis cõfusè loquat̃,& sic patet ex p̃dictis,ꝙ actoris dicit̃ interesse indubitãter: si pœnã fuit stipulatus: vel si nõ fuit stipulat⁹, põt petere interesse: quia cõtra eũ interea pręscriptũ est: vbi aliàs nõ fuisset pręscriptũ: sed si nec fuit stipulatus nec fuit p̃scripta

actio,nō videt̄ edictū locū habere:qui licet reus nō steterit illa die,tñ nihil vel modicum videtur interesse: quia ex quo salua est actio,poterit alia die vocari:vnde propter modicū interesse iudex non debet audire causam cōtra impedientem : sicut nec audit causam minoris volētis restitui propter modicā summā. ff.de in integrum restitu.in.l.scio.sed potest respōderi, & dici, quòd imò licet actio sit salua actori:quia nō est illi præscriptū, nec etiā fuerit aliquā pœnā stipulatus:tñ pōt interesse,puta secundū Goff.quia erat cerdo,vel alius artifex:sicut sunt hic infiniti. vnde oportuit eum ire, & stare tota die ad curiam. & ita amisit,quod lucrat⁹ fuisset ex operis suis,forte xx.vel xxx.solidos in die:quia nō sine magno incōmodo à nostris negotijs abuocamur.vt.l.si quis ex signatoribus.ff.quēadmo. testa.ape. Itē,quia actor fortè conduxit aduocatum,qui locauit sibi operas suas diurnas:& sic oportuit fortè dare illi vnū ducatū pro quolibet die.& sic patet,quòd licet actio sit salua,tamē pōt sua interesse.nec ob.quòd interesse sit modicū &c.quia respōdeo quòd etiā minimæ causæ audiunt̄,vt in authēti.de māda.Prin. §.sit tibi.& in authenti.nisi breuiores.C.de sentē.ex breuicu.recitan.& in capit.de appellationibus.infra de appellationi. Nec ob.l.scio.allegata in contrarium:quia ibi ideò non datur restitutio propter modicam summam:quia fieret prejudiciū maiori,si rescinderetur quod actum est:sicut in simili dicimus in lege,per minorem.ff.de iudicijs.& an & quando de minimis sit curandū,vide quod latius dixi in d.c.de appellationibus. ¶ Et ex prædictis est expeditum primum membrum principale, quando quis fuit impeditus per liberum hominem.

22 ¶ †Circa secundum verò membrū, quādo fuit impeditus per seruum,dic quòd dominus tenet̄ noxaliter,vt.l.j.§.serui nomine.ff.de eo,per quē factum erit.hoc est tenetur ad verū interesse:vel ad dandum seruum pro noxa.¶ Et si dominus nollet dare seruū pro noxa, repelleretur exceptione si ageret ad pœnā, vel interesse propter non factā sistentiam,si fuisset actor,secūdum Bal.in.l.si actoris.ff.de eo,per quē factū erit.& statim dicam.¶ Et prædicta procedunt,nisi dño mandāte,aut sciēte,& aut prohibēte ne quis esset impeditus per seruū:quia tunc dñs tenetur ad verum interesse:ac si ipse exemisset:nec posset dare seruū pro noxa,vt dixi in præcedēti articulo,quæstione sexta. ¶ Et si seruus impeditus fuit seruus actoris,& actor fuit Seius non potest impeditus agere ex hoc edicto:sed est tutus exceptione,vt arbitror,per ea quæ dixi supra in versiculo, Aduerte tamen quia si dolo actoris &c.Sed si actor dominus serui fuit ignar⁹:reus īpeditus facto serui actoris tenet̄ ipsi actori dño serui īpediētis ad illud plus interesse ipsius actoris,qđ est vltra valorem serui:compensato ipsi domino ipsius serui valore:si modò seruus remaneret penes ipsum dominum : quia nō daretur pro noxa.sed si seruus per dominū daretur pro noxa ipsi reo, reus teneretur ad totum interesse,per text. & quòd ibi loquit̄ & no.in d.l.si actoris seruus.quod tñ est dupliciter limitandū. ¶ Primò,quando ipse actor dominus fuit ignarus,vel si sciuit non potuit prohibere.secus si sciuit,& potuit prohibere,& nō prohibuit,per ea quæ statim dixi.

¶ Secundò limitatur si modo reus fuit in culpa credendi ipsi seruo.secus si in nulla fuit culpa:sed fortè ignorante dño violēter impeditus est ab ipso seruo : quia tūc non loquitur tex.in d.l. actoris. & ideò reus tunc nō videtur teneri ad aliquid ipsi actori domino. ¶ Nam tunc non teneretur aliter, non ipsam actionem quam habet contra impedientem cedere,& cedendo liberaretur,per l.quod debetur.ff. de peculio iuncta.l.ij.§. fi.ff.si quis cau.¶ Sed ipsam actionem in casu nostro non posset cedere domino contra seruū suū:meritò non tenetur reus vltra valorem serui.ar.d.l.si actoris.secundùm Io.Petr.ibi.

23 ¶ †Sextò principaliter quęro, quando hęc actio incipiat competere,& quanto tempore duret.¶ So.dicendum arbitror,ꝙ incipit competere eo ipso,ꝙ ratione impedimenti interest,seu pœna est commissa propter non sistentiam,per l.j.in prin. & §.si plures.& l.iij.ff.de eo,per quem factum erit. & solùm durat anno:quia prætoria est,vt l.j.§.pe.eo.tit.sed exceptio, quæ oritur ex hoc impedimento,est perpetua,per l.purè.§.fi.ff. de doli excep.& l.licet.C.de excep.

24 ¶ †Septimò principaliter quæro, qualiter formetur libellus, so. dic, ꝙ potest ita formari. Coram &c. conqueror ego B. de A.quia cum fecissem citari M.in ius,ipsum.M.citatum venientem ad iudicium impediuit, quominus ad iudicium veniret:& mihi in iure meo responderet:propter quod mea interest in centū:quare peto ipsum.A.condemnari ad centum: & ad hoc propono actionem in factū ex edicto,de eo,per quem factum erit,secundū Gof.in libellis suis rubrica cxx.¶ Et per similem modum potest reus impeditus formare libellum rationes ui interesse cōtra impedientē,vt hæc probantur ex his, quæ superius dicta sunt.Et ad id quod dixi de expresione nominis actionis,qualiter hoc non est necessariū, vide quod dixi in præcedenti articu.q.viij.Et dicit Goffr.ꝙ si exprimatur, seu specificetur quantitas interesse in libello,bñ est: si verò nō specificetur,satis est ꝙ postea declaretur, & probetur in processu,ad quod vide quod latius dixi.s.de lib.ob.in c.ij.in xij. prin.arti.q.v.prin.in iiij.membro prin.ver.vj.infertur.

25 ¶ †Octauò principaliter quæro,qualiter formentur positiones,tam ex parte actoris ad fundandā intentionem suam,quā ex parte rei ad defensionem suam.¶ So.dic,ꝙ formandę sunt secundū varietatem rei gestæ, iunctis his, quæ superius dicta sunt.¶ Ex quibus potest demonstrare interesse agentis,& similiter reus formare debet suas positiones secundùm varios modos defensionis, qui ex superioribus colligi possunt. Et ex his,Deo duce, hæc materia citationis & vocationis in ius ita plenè à nobis fuit ex varijs locis euocata & extricata,& debito ordine ad doctrinam redacta,vt quilibet alias mediocris ingenij discipulus,in ea materia inspectis his,quæ superius declarata & demōstrata sunt,plus ꝗ̄ doctissimus Magister de facili possit euadere.Et si ad arrogantiā, quę à me penitus aliena est,non imputaretur,auderem dicere, ꝙ mediocris discipulus cum superioribus commentarijs,etiā excellentissimos & clarissimos Doctores,qui ipsis commentarijs carerent,in ea materia excederet.Sed ne arrogantia notari valeam, hoc omitto.

¶ Laus Deo.

¶ Tractatus solennis de citationibus per iuris vtriusque monarcham dominum Marianum Socinum editus in articulos trigintaquinque sectus,cum quamplurimis quæstionibus materiæ citationum non mediocrem lucem afferentibus , explicit fœliciter.

TRACTATVS VTILIS ET solennis de iuramento calumniæ. d. Mariani Socini de Senis nouissimè repertus, cũ tabula & summarijs nouissimè adiectis fœliciter incipit.

De iuramento calumniæ. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

Haec rubrica cõtinuatur ad præcedentes hoc modo. Quoniam actione in iudicio edita, quę fit per libellũ. de qua in tit. de lib. obla. litis cõte. facta, de qua in duobus tit. prçce. debet iurari de calũnia. ideò subijcitur hçc rub. ¶ Cęterũ, iuxta modũ cõsuetũ, pro clara & ordinata doctrina istius tituli, ꝓsequar certos articulos. ¶ Primò, quid sit, seu quid dicatꝰ iuramẽtũ calũnię, & de hoc tractabo in ru. ¶ Secũdò, quę differẽtia sit inter iurm calũnię malitię & veritatis. & de hoc etiã in rub. ¶ Tertiò, quo iure, et ob quã cãm fuerit introductũ, & de hoc in rubri. ¶ Quartò, vtrũ de calũnia sit iurandũ, & de hoc in c. j. j. e. ¶ Quinto, qñ sit de calũnia iurandũ: & an ipsius tẽpus possit differri. & de hoc in d. c. j. ¶ Sextò, in quib⁹ causis iurandũ sit de calũnia, & de hoc in c. ij. j. eo. ¶ Septimò, à quib⁹ iurãdũ sit de calũnia, & de hoc in c. in ptractãdis. j. e. ¶ Octauò. q̃s prius debeat de calũnia iurare, an actor vel reus, in c. c. ¶ Nonò. an iurm calũnię possit tolli, & de hoc in c. cęterũ. j. e. ¶ Decimò. an possit omitti vel remitti, & de hoc in c. cęterũ. ¶ Vndecimò. an ꝓ iuro calũnię subeũdo, possit peti dilatio, & de hoc in c. cũ causam. j. eo. ¶ Duodecimò, qualiter iurandũ sit de calũnia: & quid cõtinere debeat tale iuramẽtũ, de quo in c. fi. j. e. ¶ Tertiodecimò, an possit reiterari, seu pluries exigi, de quo in d. c. fi. ¶ Quartodecimò, quid sit ipsi⁹ effect⁹, de quo in d. c. fi. ¶ Quintodecimò, quæ sit pœna nolẽtis iurare de calũnia, & de hoc in d. c. fi. Et no. ꝙ etiã circa prędictos articulos, aliqua interserentur de

1 iuro malitię & veritatis. Primò igitur articulo quęro † quid sit seu quod dicatur iurm calũnię. So. Azo in summa, e. ti. dicit, ꝙ calũnia est, cũ quis ex certa sciẽtia iniustè agit, vel resistit. ff. ad Turpil. l. j. §. calũniari. ij. q. iij. §. notandũ. dicitꝰ ergo iusiurandũ calũnię vitãdę, vel ꝓpter calũniã vitandã, sicut in simili dicit Apostolus: vnusquisq; habeat suã, ob fornicationẽ euitandã. Host. in summa eo. tit. §. j. dicit, ꝙ est, cũ quis bona fide iurat, nõ animo calũniãdi, agere vł rñdere, vel aliqd aliud ꝓponere, vt l. ij. §. j. C. eo. ff. fami. er. l. inter coheredes. §. q̃ familię. Pileus verò, vt refert Io. An. in addi. Spe. in rub. dicit, ꝙ est trames legitimus, per quẽ litigantiũ temeritas, & cõtẽtiosa litis instãtia cõpescitꝰ: sed nõ placet: quia nõ cõuertitꝰ, ꝙ qcquid sit, tale sit iuramentũ calũnię secundũ Io. An. & sic diffinitio nõ est bona.

2 per l. j. ff. de dolo. † Ego verò sic arbitror describendũ, ꝙ iurm calumnię est actus iudicialis, per quẽ medio iuro, litigãtes per se, vel aliũ, eorũ noĩe affirmãt, seu fidẽ pręstãt secũdũ eorũ credulitatẽ, qñq; simpliciter respectu oĩm, q̃ in iudicio agẽda vel defendẽda sunt: & qñq; respectu vnius actus particularis, nihil calũniosè agere vel defendere. Et prosequẽdo singula verba dixi, ꝙ est actus: vt ponerẽ genus subiũxi iudicialis, ad qua lificandũ genus. & pro his, q̃ dicã in c. j. j. eo. in q. ij. v. arti. deinde subiũxi. medio iuro: qa sic verbũ sonat, & ad differẽtiam ꝓmissionis, q̃ non fieret de non calũniando sine aliquo iuramento: deinde subiunxi verbũ, litigantes, quia nõ solũ actor, sed etiã reus tenetꝰ iurare de calũnia, de quo in c. cæterũ. j. eo. in vij. prin. arti. deinde subiũxi, affirmãt, vel fidẽ prçstant. per ea, quę dicã in c. fi. art. xij. deinde subiunxi. secundũ eorũ credulitatem, ad differentiam iuramenti de veritate. per ea, quę dicã statim in ij. art. deinde subiũxi, qñq; simpliciter respectu oĩm, & per ea, quæ statim dicam in ij. art. & in c. fi. arti. xiij. deinde subiunxi, nihil calũniosè agere vel defendere: quia ita sonat verbum calũniæ. & quia tã actor, ꝙ reus debet vitare calũniã, vt dicam in c. cæterũ in vij. prin. arti. ¶ Secũdus principalis arti-

3 culus est † quæ differentia sit inter iuramentũ calumniæ, veritatis & malitiæ circa quem articulũ aduertendũ est, ꝙ iuramẽtorum plures sunt species. aliud enim est voluntariũ, aliud iudiciale, aliud necessariũ, vt dicit gl. ĩ l. j. de iureiu. & in l. j. ff. de iureiu, sed tu dic latius, ꝙ qñq; iuramentũ concernit obligationes conuentionales, & quæ fiunt extra iudiciũ: qñq; iudiciarias lites vel causas. primo casu, iuramẽtũ qñq; præstatꝰ ad obligationẽ inducendã: qñq; ad obligationẽ validã conseruandã & de his latè. j. de iureiu. & ista oĩa possunt appellari, iuramenta voluntaria. Qñq; verò, vt dixi, iuramentũ respicit lites, vel causas, seu actus iudiciales: & istius iuramenti tres possunt dari species, secundũ Sal. in rub. C. de iureiu. nã aliud est iuramentum calũniæ: aliud iuramentũ litis decisiuum: quod est veritatis, aliud iuramentũ in litẽ, quod est affectionis. Sed tu dic aliter, ꝙ aliud prçstatꝰ ad calũniã. s. tollendã & remouendã: & de hoc principaliter tractatꝰ in hoc titulo, aliud ad malitiã, s. tollendã & remouendã: quia est quodãmodo simile iuramẽto calumnię. Itẽ aliud, ad veritatẽ inueniendã, & de hoc etiã aliqualiter tractatꝰ in hoc titu. Itẽ, aliquod est iurm litis decisiuum, & hoc triplex, aliquod voluntariũ, nõ iudiciale: qđ deferꝰ à parte parti ad decisionẽ alicui⁹ cõtrouersię, vel dubitatiõis. aliud iudiciale volũtariũ, qđ deferꝰ à parte parti in iudicio, de qbus in tit. de iureiu. aliud est necessariũ, qđ deferꝰ à iudice in supplementũ probationis. de quo in c. fin. de iureiur. Itẽ aliud est iurm in litẽ, qđ est ęstimationis: sed nõ verę, seu cõis ęstimationis: sed affectionis, & de hoc in ti. de in litẽ iur. ff. de quo tñ dictũ ĩ ti. de iureiu. vbi tractabo de oĩb⁹ alijs specieb⁹ iurĩ: & hic tractabimus principaliter de iuro calũnię, veritatis, & ma-

4 litiæ. ¶ † Sed quęro, in quib⁹ differat iurm calũnię à iuro veritatis. sol. dic secundũ Spe. eo. ti. §. j. ver. differt aũt. & Do. maximè. d. Anto. & do. me⁹ in c. ij. j. eo. ꝙ differũt in plurimis. Prima differẽtia est respectu causarũ, sup quib⁹ prçstanꝰ: qa iurm calũniæ præstatꝰ in ciuilib⁹ & pecuniarijs causis, vt in c. cęterũ. & c. cũ causam. & c. fi. j. e. Sed iuramentũ veritatis, solũ prçstatꝰ in spiritualib⁹ causis, & in causis annexis ipsis spiritualib⁹, vt in c. ij. j. eo. & c. dudũ. s. de elec. de quo per gl. d. Ant. & d. meũ in d. c. ij. quæ differentia, hodie nõ videtꝰ procedere: tũ qa etiã in spiritualibus iuratur de calumnia, vt in c. j. eo. titu. in vj. tñ quia etiã in ciuilib⁹ iuratꝰ de veritate, secundũ qđ de prædictis

5 latius dicã in c. ij. j. e. in vj. prin. arti. ¶ Secunda differentia † est respectu materiæ: quia iuramentũ calũniæ continet multa capitula, iuramentũ veritatis cõtinet, ꝙ ipsum verbũ sonat, secũdũ Spe. in ver. prædicto, & doc. in d. c. ij. & vt clarius intelligas dic, ꝙ doctores hoc volũt dicere, videlicet, ꝙ iurm calũnię respicit totã cãm, q̃ cõtinet multa capitula, & sic respicit multa capitula, vt dicã latius in c. fi. j. eo. in xij. prin. arti. sed iurm verita tis exigitur & prçstatꝰ super certo c. speciali, prout verbum sonat, secundũ qđ latius dicã in d. xij. arti. ¶ Tertia differẽtia est

6 respectu ꝑsonarũ iurãtiũ: † qa iurm calũnię prçstãt principales ꝑsonę, vt in auꝰ. principales. C. e. Sed iurm veritatis prçstat etiã procurator. q̃ differẽtia, an sit vera, & an simpliciter prçcedat, & qñ poteris colligere ex his, q̃ latius dicã in c. cæterũ. j. e. in viij. prin. arti. ¶ Quarta differentia est: † quia in iuramen

7 to calũnię nõ datꝰ dilatio ad deliberãdũ. nã statim põt dicere, credo vel non credo. vt in c. cũ causam. j. eo. Sed in iuro veritatis, datꝰ prędicta dilatio, vt in l. qui interrogatꝰ. ff. de inter. ac. de qua differentia latius dicã in d. c. cũ cãm. j. eo. in xj. arti. princ.

8 ¶ Quinta † differẽtia est respectu formę: qa in iuro calumniæ respondetꝰ de credulitate, vt in auꝰ. de his, q ingre. ad appel. §. pe. coll. v. Sed in iuro veritatis rñdetꝰ de sentẽtia ij. q. ix. c. hortamur. & in c. presentiũ. de testi. lib. vj. de qua differentia lati⁹ apparebit in c. fi. j. eo. in xij. prin. art. Et ex his, quę ibi dicã ap parebit, q̃ drĩa sit inter credulitatẽ, scientiã, & veritatẽ. ¶ Sexta

9 drĩa est similiter respectu formæ † qa iurm calũniæ ꝑstat syndicus, vł actor in aĩam ꝑpriã, vt in c. ĩ ꝑtractãdis. j. e. sed iurm veritatis. ꝑstãt in aĩam dñi seu vniuersitatis, de qua drĩa dicetꝰ

10 in d. c. fi. in xij. art. ¶ Septima drĩa est † quia post iurm, calũniæ semel gñaliter prçstitũ, nõ reiteratꝰ ampli⁹ aliud iurm calũnię. Sed iurm veritatis reiteratꝰ, quod qualiter intelligendũ sit, collige ex his, quæ dicã in c. fi. in xiij. prin. art. Et istas septẽ drĩas

11 ponũt doc. licet nõ ita ordiatẽ. ¶ † Octaua drĩa est. quã ego ad iũgo, quia iurm calũniæ regulariter præstatꝰ in ipso litis exordio, & sic post litẽ cõte. iuramẽtũ veritatis præstari põt, & ante & post, de quo dic vt latius dicã in c. j. j. eo. in v. princ. arti.

12 Nona drĩa est † quia iurm calũniæ remittitꝰ quibusdã ꝑsonis priuilegiatis, iurm veritatis, non remittitur, de quo dic vt la-

tius dicam.j.eo.in c.cæterum.in viij.prin.arti.Poterunt fortè
& aliæ differentiæ colligi ex his,quæ j.videbimus in varijs ar
13 ticulis.¶Secundò quæro†in quibus cõueniant & ęquiparen
tur iuramentum calumniæ,& veritatis.Sol.dic,ꝙ in plurimis.
primò respectu esse introductiuę,de quo dicam statim art.iij.
Secundò,quia vtrũq; præstatur in iudicio, de quo dicam in c.
j.arti.iiij.Tertiò,quia tam actor, quàm reus tenentur præsta-
re vtrunq; iuramentũ,de quo dicã in c.cęterum.j.eo. in vij.&
viij.arti.quartò quò ad pręstationẽ:quia vbi vnum pręstatur,
ibi etiam aliud pręstandũ est,vt in c.ij.eo.tit.li. vj. & ibi dicit
Dominicus & in c.fin.e.tit.lib.vj. Poterunt etiã fortè & aliæ
differentiæ & conuenientiæ ex j.dicendis apparere. ¶Tertiò
14 quæro†in quo differant iuramentum calumniæ & malitię.so.
Cy.post Pet.in aut.hoc sacramentũ.dicit,ꝙ ante lit.contesta.
non iuratur de calumnia:sed de malitia,secundũ Cano.sed qđ
Pet.dicit ꝙ nescit quid istud sit.nã credit ꝙ idem sit, vt quo-
tiescũq; possit cõmitti.calũnia possit iurari de calumnia,& sic
etiã ante lit.cõte.& alibi dicit,ꝙ Cano. ex eorũ facultate hoc
dixerũt.tu aduerte:quia arbitror,ꝙ Cano.ideò fecerint distin
ctionẽ ac differẽtiã prędictã:quia verbũ,calũnię videt respice
re totã litem,& ideo iura dicunt, ꝙ pręstatur in exordio litis
vt dicã in c.j.j.eo.in v.prin.arti.& super tota lite vt dicã in c.
fi.j.e.in xij.& xiij.arti. malitia verò videt se specialius habere
ad actũ,qui specialiter fit.vnde cùm iura dicerent, ꝙ iuramen
tum calũnię pręstat in ipso litis exordio, vt in l.ij.§. antiqua.
& in aut.hoc sacramentũ.C.eo.tit.ideò iuramẽtũ malitię in-
uentũ fuit,vt præstaret super actu particulari : quando super
eo de pręsenti est aliqua suspicio malitię, propter quã suspicio
nẽ iudex põt illud reiterare,vt dicã in c.fi.j.eo.in xiij.prin.ar
ti.ex quo nunc propter istos intensissimos calores, nescio assi
gnare aliã rationẽ differentię.& aduerte: quia super hoc iura-
mẽto malitię Doc.parũ,& quasi nihil dicunt,vt apparebit in
examinatione pręmissorũ articulorũ. Sed redeũdo nũc ad q.
principalẽ dic,ꝙ plures sunt differẽtię. ¶Primã quoq; statim
dixi:quia iuramentũ calũnię respicit totã cãm, & sic plura ca
pitula.Sed iuramẽtũ malitię respicit vnũ capitulũ, vt dicã in c.
fi.in xij.art.¶Secũda:quia iuramẽtũ calũnię respicit etiã futu
ra:iurm malitię actũ de pręsenti,vt dicã in d.xij.art.¶Tertia,
quia iuramẽtũ calũnię pręstant principales:sed iurm malitiæ,
vt arbitror,põt pręstari etiã per procuratorẽ. Sed de hoc dic,
vt dicetur in c.cęterũ.in vij.arti.¶Quarta:quia iuramentũ ca
lumniæ præstatur in litis exordio:iuramentũ malitię, & ante
& post:vt dicam in c.j.in v.arti.¶Quinta: quia iuramentũ ca
lũnię regulariter semel pręstat,si generaliter pręstitũ fuit : sed
iurm malitię sępi⁹ reiterari põt,vt dicã in xiij.art.c.fi.¶Sexta:
qa iurm calũnię remittit certis psonis priuilegiatis , quib⁹,vt
arbitror,nõ remittit iurm malitię.de quo dicã in c.cęterũ.j.e.
15 in viij.vel xj.arti.¶Quartò quęro†in quib⁹ cõueniãt iuramẽ
tũ calũnię & malitię.so.dic,ꝙ in plurib⁹.Primo, ĩ trib⁹ primis
qualitatib⁹,in quib⁹ dixi in ij.q.cõuenire iurm calũ. & verita
tis.Quartò cõueniũt:quia vtrũq; pręstat in ciuilib⁹ & pecu-
niarijs causis.vtrũ aũt in reliquis,in quib⁹ nõ pręstat iuramẽ-
tũ calũ.vel iuramẽ.veritatis,apparebit ex his, quæ dicã in c.ij.
art.vj.Quintò cõueniũt:qa vtrũq; est credulitatis,vt arbitror
de quo videbimus in c.fi.arti.xij.Sextò,rõne prędicta conue-
niũt:quia in neutro dat dilatio,de quo dicã in c.cũ cãm.j.e.ar.
xj.Et ex prędictis,& ex his,quæ dixi in j.& in ij.q.põt colli-
gi,in quib⁹ differãt aut cõueniãt,iurm malitię.parũ dicã & si
militer etiã de iuro veritatis:tñ conabor aliqd tãgere in oĩb⁹
16 articulis.Tertius principalis articulus est†quo iure, & qua ra-
tione,seu causa fuerit introductũ iurm malitię.& sic per duas
q.Primò quęro,quo iure.sol.tex.in c.ij.j.eo.sentit,ꝙ introdu
ctũ sit ex legũ distinctiõe:sed à quib⁹,nõ aperit.antiqui Doc.
legũ dicebãt,ꝙ nõ fuit introductũ iure Digestorũ: sed solùm
iure Codi.quo iure pluries iurabat de calũnia,vt l.j.C.eod.sed
iure authenticorũ inductũ est,vt nõ iuret nisi semel,vt in aut.
qui ingred.ad appel.§.quia nos.vnde sumpta fuit aut.in isto
c.e.nec ob.qđ imò videat fuisse introductũ iure Digesto.per
l.qui bona.§.pe.ff.de dã.infe.& l.iusiurãdũ.§.qui ius.ff. de iu
reiu.quia ibi loquit de iuramẽto pręstãdo extra iudiciũ,secun
dũ eos.sed tũc obstat.l.inter cohęredes.ff.fami.erc.vnde Mo-
der.Legistę dicũt secũdũ Cy. ꝙ imò etiã iure Digest.iurabat
de calũnia.sed de iure.C.fuit augmẽtatũ:qa olim de iure Dig.
iurabãt soli ꝓcuratores,sed de iure.C. iurãt etiã ptes:licet lit i
gẽt per ꝓcuratores:vt l.ij.§.hoc etiã.C.eo.Itẽ de iure aut.in-
troductũ est,ꝙ semel post lit. cõte. gñaliter iuret. vbi de iure
C.pluries iurabat,& sic residet Cy.in d.l.ij.in prin.C.e. in j.q.
sed Bar.ibi & Bal.dicũt,ꝙ in quibusdã casib⁹ fuit cognitũ de
iure Digest.vt d.l.q bona.§.pe.& d.§.q iusiurandũ.& d.l. in-
ter cohæredes.& l.de pupillo.§.qui opus.ff. de oper.no.nun.

& l.thesaurus.ff.ad exhi.ibi,nõ calũnię cã,& eodẽ iure inuen-
tum est iuramentũ veritatis.sed iurm malitię inuentũ fuit p
17 Cano.in c.j.eo.tit.li.vj.†Secũdò quæro de rõne seu cã, ꝓpter
quã fuit introductũ iurm calũnię.so.tex in l.j.C.e.dicit,vt cõ-
tentiosa litigantiũ instantia cõpescatur.text. verò in l.ij.§.sed
quia veremur.dicit,vt excludatur litigantiũ calũnia.&ibi etiã
idẽ dicit in iuramẽto veritatis.ꝙ hęc fuit cã inducẽdi talis iu-
ramẽti.& no d.Domi.in c.j.in fi.eo.tit.lib.vj.tex. verò in d.l.
ij.§.antiqua.dicit,ꝙ ad dirimendas lites fuit inuentũ text. &
glo.in c.cęterũ.j.e.dicit,ꝙ pręcipua cã fuit ad veritatẽ elicien-
dã.facit c.ex literis.j.de iureiu.& causa huic proxima est,vt ti
more iuri litigãtiũ instãtia cõpescat:vt s.dixi.tertia rõ est secũ
dũ Gul.vt timore talis iuramẽti,qs nõ sit ĩmemor suæ salutis.
& prædictę rõnes etiã cõcludũt ad iurm veritatis & malitiæ.

SVMMARIVM.

1 ☞Clericus per se nõ cogitur iurare: sed alij põt committere.
2 Successor,prædecessorum suorum vestigia imitari debet.
3 Intellectus legis vel constitutionis,dubius inter causas grauio
res reputatur.
4 Lex ciuilis generaliter loquens,clericos comprehendit.
5 Dubium probabile oritur si iura iuribus aduersantur.
6 Interpretari potest,qui & condere.
7 Papa leges interpretatur.
8 Monachus non venit clericorum appellatione.
9 Iuramentum calumnię quinq; debet continere.
10 Monasteria in fauorabilibus,veniunt ecclesiarum nomine.
11 Iuramentum calumniæ,quando emittẽdum sit:& coram quo
iudice.
12 Iuramentum calumniæ præstari debet, vt lis absq; suspicione
procedat.
13 Iuramentum calumniæ,cuius expensis ad personam principa
lem mitti debeat.
14 Iuramentum calumniæ coram arbitris deferri potest.
15 Iuramentum calumniæ quando regulariter deferri debeat.
16 Iuramentum calumniæ ante litis contestationem, & exigi &
præstari potest.
17 Iuramentum calumniæ,an possit deferri super exceptionibus
delatorijs,vel declinatorijs oppositis ante litem contestatam.
18 Iurari potest de calumnia super lite futura per procuratorem
agitanda.

1 INhærentes †Clericus iuramẽtũ calu-
mniæ alij cõmittere põt:
& per se iurare nõ cogit:nec volens debet,sine su-
perioris licẽtia iurare.h.d.Et aduerte:quia in supra
scriptione vt plurimũ libri habẽt Honorius tertius. & malè:
quia hæc decretalis fuit edita longè ante Honoriũ tertiũ.qui
44 net dictus Ant. hìc. ¶ Xxxj. † quæro de nominante dominum in iudicio, vtrum iuret de calumnia. sol. dic de hoc vt latè dixi in c. quoniam. §. ꝙ si super. §. vt lite nō cōte. in viij. prin. arti. q. iij. ¶ Xxxij. quæro de patronis & aduocatis causarum, vtrū iurent de calumnia. sol. tex. in l. ij. in prin. C. eo. tit. videtur velle, ꝙ sic. & idem videt̄ velle tex. in l. rem non nouam. §. patroni. ff. de iudi. illi tn̄ tex. non loquunt̄ specificè de iuramento calūniæ: sed videntur loqui de iuramēto alterius formæ. Bar. tn̄ in d. l. ij. per prædicta iura notat, ꝙ debeat iurare de calūnia. dicit tn̄, ꝙ hoc non seruat̄ de consuetudine. & idē dicit ibi Bal. Cyn. verò in l. j. in fi. C. eo. arguit primò, ꝙ non debeant iurare: quia solùm in facti narratione, & non in iuris dispositione, potest committi calumnia: quia iura sunt certa. ff. de iuris & fac. ign. l. ij. facit l. j. C. eod. ¶ Subdit tamen, ꝙ Petrus tenuit contrariū. mouetur, quia tam in legibus inducēdis, quā in ipsis interpretandis, potest qs calūniari. Do. meus in c. j. s. eod. dicit, ꝙ aduocatus tenet̄ iurare de calumnia. vt d l. ij. & l. rem nō nouā. C. de iudi. sed hodie de cōsuetudine non seruat̄. Et ꝙ fortè talis consuetudo non valet, tanꝙ peccati nutritiua, & præbēs materiam peccādi. vt in c. ex parte. & in c. fi. de cōsuetu. & optimum esset, vt ea non obstan te, tale iuramētum ab aduocato exigeretur: subdens, ꝙ audiuit à valentissimo aduocato, ꝙ sæpe p importunas preces amicorū, assumunt causas iniustas: & ꝙ credit eos teneri in foro animæ ad interesse: si per iniustas & falsas allegationes pro eorum cliē tulo sententiam obtinerent. facit glo. in c. j. de confes. lib. vj. Et quod no. Inno. in c. sicut dignum. & in c. ad audiētiam. j. de ho mi. quod mihi placet. Ad quod vide qđ latius dixi, quò ad hoc vltimum. in tit. de postu. Et vide Beatū Thomā. ij. secundæ. q. lxxj. arti. iij. Aduerte tamen, ꝙ Abbas Ho. & Io. in c. cæterū. j. eo. dicūt, ꝙ talis cōsuetudo nō valet. Sed Iac. Bu. nihil dixit falsius: quia sicut nō valet cōsuetudo, ꝙ non iuretur de calūnia, vt d. c. cæterū. & ibi dicā arti. ix. ita non valet hoc casu, maximè, qa fortius sunt comprimendi aduocati, tanꝙ magis cauillosi et ca lumniosi. C. mandati. l. ab Anastasio. & in aut. constitutio, quæ ex ascriptitio. in prin. colla. quinta. & ratio est, quia (vt dixi) ꝓpa rat ad peccandū. dicebat tn̄ Spe. ꝙ etiam hodie iurare tenentur vt in cōstitutione Gregorij. xj. quæ incipit, properandū. ita dicit Spe. in tit. de aduoca. §. j. vers. Itē ꝙ est præuaricator. sed dicit ibi Io. ꝙ illa est reuocata: quod non fuit posita in compilatione. vj. Et subdit, ꝙ circa prædicta emanauit constitutio Benedicti, quæ incipit, actores. quæ magis alleuiabat aduocatos in hoc, quia lex, rem non nouam. volebat in singulis causis iurari: sed cōstitutio Grego. in omni foro. cōstitutio verò Benedicti volebat ꝙ aduocati præstarēt iuramentū calumniæ semel in an no, pro omnibus causis: sed (vt dixi) de facto est consuetudo, ꝙ iurent: nec omissio talis iuramēti vitiat. ita dicit gl. in d. l. rem non nouā. & Bal. ibi, esset tam bene factū, ꝙ iurarēt. ¶ Xxxiij.
45 † quæro. vtrū qui tenet vicem duorū, actoris. s. & rei, teneat̄ iurare de calūnia pro vtroꝙ. so. glo. in aut̄ principales. C. eo. dicit ꝙ si tutor duorū pupillorū pro vno agat, & pro alio defendat: pro vtroꝙ præstabit iuramentū calumniæ. ff. de autho. tuto. l. accipientis. subdit tamē, ꝙ si hoc faceret, deieraret: qa impossibile est, ꝙ credat vtrūꝙ bonā causam habere. cōcludit ergo ꝙ non pōt esse pro vno actor, & pro alio reus. ff. de procura. l. licet. §. si plures. Et ad l. accipientis. rn̄det ꝙ loquit̄ qn̄ vnus pupillus agit cōtra extraneū, & alius pupillus conuenit̄ ab eo extraneo: nam sufficit vnū iuramentum tutoris, pro vtraꝙ causa. vel loquit̄ ibi scđm antiqua iura, qn̄ nō iurabat̄. vel pōt dici, ꝙ pōt intelligi de p̄stando ab ipsis pupillo: qđ fieri pōt, vt dixi. s. q. quinta. Et prędictas sol. ponit gl. in d. l. accipiētis. facit qđ no. Bal. in l. fi. §. necessitatē. C. de bonis quæ libe. vbi dicit ꝙ licet pater duorū filiorū simul inter se agentiū possit vtriꝙ consentire: nō tn̄ ꝓ vtroꝙ pōt litē cōtestari, ꝓpter repugnātia officij. p d. l. licet. §. si plures. vbi nō pōt qs esse ꝓcurator actoris & rei. sed aduerte: qa videt̄ ꝙ pro vtroꝙ possit habere bonā fidē: puta ꝓpter euictionē cōseruandā: vt l. qui ex libertate. ff. de iniurijs. & ff. de nego. gest. l. at qui. §. cùm me absente. vnde eo casu pōt vtriꝙ pupillo authorari: & pro vtroꝙ pupillo iurare. & idē, si per aliū modū haberet bonā fidē: vt l. inter pupillos ff. de autho. tuto. Et opi. ista cōiter approbat̄. Nec obst. §. si plures. qa ibi loquit̄ in ꝓcuratore, q debet dānari. vt l. j. C. de sentē. secūdùm Iac. de Are. in d. l. accipiētis. sed Ioā. in add. Spe. in eo. ti. §. sequit̄. ver. qđ si moueo. dicit ꝙ cōsiliū est, ꝙ in altera det actorē, scđm qđ in simili no. Spe. in tit. de aduoca. §. j. ver. qđ si aduocatus, in aduocato q habet feudū à duab⁹ ecclesijs: & quā libet tenet̄ iuuare, si vna ecclesia agat cōtra aliā. ¶ Xxxiiij. de ap
46 pellāte † vtrū appellās teneat̄ iurare de calūnia. sol. videt̄ dicendum ꝙ nō p tex. in c. si à iudice. de appel. li. vj. & per ea, quę dixi in c. ij. s. eo. arti. vj. in iij. q. prin. ver. secūdò mouetur. sed tu distingue, ꝙ aut quærit̄ de iudice à quo appellat̄, an possit exigere iuramentū calūniæ ab appellāte: & nō pōt. ita ꝓcedat c. si à iudice. Aut quærit̄ de iudice ad quē, vtrū possit in causa appellationis exigere ab appellante tale iuramentū: & dic ꝙ pōt. & nō solùm ab appellāte. sed etiā ab appellato. & vide quæ dixi in c. ij. s. eo. in vj. prin art. versi. xxj. ¶ Xxxv. quæro de excōicato. sol. glo. j. in c. pe. j. eo. arguit, ꝙ nō iuret de calūnia. & finaliter cōcludit in cōtrariū: qa ex quo permittit̄, & tenetur rn̄dere & per cōsequens oīa permittunt̄ &c. Idē sensit Ioā. in d. c. pe. cùm istud iuramentū sit oneris. facit quod notat̄ in c. cùm in ecclesijs. de maio. & obe. & in c. literas. de præsum. & idē etiā tenet glo. in c. cùm inter. de excep. & est cōis opinio. tenet Dn̄s meus in d. c. pe. quia hoc iuramentū non respicit cōmodū excōicati: sed potius incōmodū: ne veritatem inficietur, vt in d. c. cùm inter. & c. j. de purga. cano. & c. ex parte. j. de ver. signi. & mihi placet. ad qđ vide, quę lati⁹ dixi in c. sacris j. de sent. excō. in xix. prin. arti. in ij. q. princ. in primo mēbro, versi. circa octauum dubium. vbi oīno vide. & in d. arti. in v. q. prin. in iij. mē
47 bro. ¶ Xxxvj. † quæro. quid de eo, qui voluit, vel iurauit nō iurare. sol. Spe. eo. tit. §. superest. versi. qđ si reus. ꝙ talis nihilòmin⁹ tenet̄ iurare, secūdùm Bulg. & sibi imputet ꝙ iurauerit: aliàs daretur sibi facultas eludendi leges. qđ esse nō debet. vt l. ij. §. sed qa veremur. C. eo. tit. s. de postu. Prela. c. bonę. ꝓpe fi. leges eñ nō debēt esse ludibrio. C. de bo. quę libe. l. fi. §. vbi aūt. & ad idē facit l. fi. C. de fi. inst. p quā l. idē tenet Albe. Gale. in fi. isti⁹ ti. ad idē. xxij. q. iiij. §. illicitū. ij. q. ij. c. beatus. & j. de iureiu. c. venientis. ij. q. iiij. j. & ij. Quidā tn̄, inter quos fuit Oldra. vt refert Frā. dicūt, tali remittendū fore iurm: qa scriptū est, vouete & reddite. j. de voto. c. magnæ. ita refert Spe. & Io. post eū in d. ver. nec aliter eligit. vr̄ tn̄ potius inclinare in primā sn̄iam. pro qua facit qđ tradit idē Spe. i ti. de actore. §. j. ver. sed qđ si iurauit. vbi licet pater iurauerit nō cōsentire filio, tn̄ cogit̄: qa nō potuit iurare in alteri⁹ prejudiciū: vn̄ fit sibi remissio iuramēti. ff. ad muni. l. j. in prin. & C. q mili. nō pos. l. j. in prin. & sibi imputet, q teme rè iurauit, secūdùm Vber. de bo. pos. & Spe. versi. Ad idē quod in simili dicim⁹ de illo, q iurauit nō testificari: qa cogitur testificari. nō obstāte suo iuramēto, tanꝙ temerario, secūdùm Spe. in ti. de test. §. pe. versi. si qs iuramēto. de quo latè dicā. j. de testa. simile etiā in eo, q iurauit nō exire domū: q nō obstāte iuramēto tenet̄ cōparere secūdùm Spe. in ti. de actore. §. j. versi. itē qđ iurauit. vbi vult ꝙ ille, q iurauit nō agere vel accusare, repellitur si agat vel accuset, vt in c. veniēs. j. de accu. & in c. ex pte. j. de re-

scri.qa ibi iuramentũ solũ tendit in p̃iudiciũ iurantis,& ideo tenetur seruare.sed in terminis nostris,tenderet in preiudiciũ ter
48 tij,quod esse non debet.¶ Trigesimoseptimò† quæro,quæ sint psone,quibus iuramentum calumniæ remittitur ex priuilegio Solu.dic, quòd plures. primò remittitur clericis, secundùm vnam opinionem,de qua dixi.s.eodem articulo.q.iij.item,olim remittebatur parentibus & patronis:vt ff.de iureiuran.l.iusiurandum.§.hoc iusiurandum.hodie verò non,secũdùm aliquos. per.l.ij.§.sed quia veremur.C.eodem titu.Azo tenuit,ꝙ etiam hodie remittatur: cùm iura antiqua non reperiantur correcta per.l.præcipimus.C.de appel.& sic residet glo.in.l.ij.in princ. C.e.nec ob.§.sed qa veremur.qa ꝓhibet remissionẽ ab homine, & non à lege, secundùm Cy.in.l.ij.in fine princip.C.eod. Et idem tenent Cy.& Bartol.in dicto.§.sed quia.Et sicut talibus remittitur hoc iuramentum:ita etiam remittitur eorum procuratoribus.pro quo allego textũ in.l.qui bona.§.si aliena.ff.de dam.infec.per quem textum notat ibi Ioannes de Imo.qđ beneficium personale competens principali,competit etiam eius procuratori,vel defensori.facit qđ habetur in l.si cũ procurator.ff.de re iu.qđ est notandum singulariter:quia alia videt̃ esse qualitas patris & patroni,& reuerẽtia illi debita:& alia procuratoris ipsius:propter qđ videtur potius tenendum contrarium:nec ob.§.si aliena.quia illud ibi procedit ratione qualitatis causæ,quę exigitceleritatem,vel dic,vt dixi s.eo.arti.q.xxiij.fal. iij.& tribus sequentibus, vbi examinaui intellectum.d.§.si aliena.aduerte tamen:quia si opponeretur contra priuilegium talis personæ,in ista causa iuraretur de calumnia, secundùm Cy. in.d.§.sed qa veremur.in fi.& vide qđ dicam in.c.fi.in.xxij.q. char.vj.vbi ponitur notabile consilium.d.Matthæi de matth.
49 ¶ Trigesimo octauò† quero,quid si plures agant,vel cõtra plures agatur,vtrum ab omnibus sit exigendum hoc iuramẽtum. so.Spe.e.ti.§.superest.ver.quid si moueo.dicit.ꝙ si vna,vel plures sunt motæ quæstiones ab vno cõtra plures,vel a pluribꝰ cõtra vnũ,vel à pluribus cõtra plures,in qualibet p se,& à quolibet iurabit̃ de calumnia vnde nõ sufficit iurare semel pro oĩbus: vel ab vno pro omnibus.arg.ff.de excep.rei iu.l.an eadem.Et hoc,quãdo negotiũ nõ est cõe.Sed si negotium est cõe,& indiuiduum:tũc omnes iurant: vel vnus pro omnibus:qa malitijs hominum occurrendum est.ff.de rei vendi.l.in fundo.s.de rescri.c.ex tenore.c.si vnus ex pluribus appel.l.j.scđm Ia.Bal.& Alber.Papi.quos sequitur Spe.in.d.ver.& Io.ibi in addi.¶ Tri
50 gesimononò† q̃ro qualis debet esse,is à quo tale iuramentũ exigitur.so.tex.in.c.seq.dicit,ꝙ debet esse idoneus.& dicit ibi glo. fi.quòd idoneus dicitur,qui sit bonę famæ,& cãm nõ ignoret, vt hic ĩ text.nostro,nec sufficit leuis notitia,sed exigitur plena, scđm Ho.Io.Do.meum & Doct.hic.Et debet esse bone famę: vnde non debet esse infamis & suspectus,vt dicit d.gl.fin.per tex.iij.q.v.c.quia suspecti.&.q.vij.c.j.&.c.infames.sed aduerte:quia prædicta iura loquuntur in his,qui alieno nomine causas agunt,vt œconomis, syndicis,procuratoribus,& similibꝰ, vnde dico,ꝙ aut loquimur de psonis principalibus.& in istis non cõsideratur bonitas famæ.Quinimò etiam periurus compelleretur iurare.nec ob.c.clerico.j.de coha.cler.& muli.iuncta regula,semel malus &c.quia dico ꝙ periurus compellitur subire omnem speciem iuramenti sibi onerosam,secundùm gl.fi. & Doct.in.c.literas.de præsum.& not.gl.in.c.j.de purga.cano. & ibi dixi.& gloss.xxij.q.v.c.paruuli.&.s.de maio.& obe.c. cùm in ecclesijs,& latius dicam in titu.de iureiu.sed si principalis cõstituat alium,debet idoneum constituere,et qui notitiam habeat: ne anceps cogatur subire periurium,vt dicit hic gloss. penulti.& vide quæ dicentur in seq.q̃stione.¶ Vtrum aũt infamis posit constitui procurator,vel œconomus,& quid de iure cano.& quid de iure ciuili,tractat Do.meus in.c.sequen.super gl.sed ego dicam in ti.de proc.vbi cõuenit,quid autẽ si principalis habet notitiã,ꝙ res,quã emit ab alioquo,& nũc petitur
51 alio,est alie.dicã.j.in.c.fi.in.xij.prin.art.¶ Quadragesimò† q̃ro: posito ꝙ tã prĩcipalis, quã ꝓcurator,tutor,curator,actor,syndicus,& similes posint p̃stare iuramẽtũ calũniæ,vtrum iudex posit eligere potius vnũ,quã aliũ:vel ab vtroq; exigere tale iuramẽtũ,& ex qua causa.so.dicendũ,ꝙ iudex põt preeligere quẽ vult.debet tñ cõsiderare qualitatẽ causæ, & principaliũ p sonarũ.Cõsideraẽ autẽ qualitas causę,an sit talis,ĩ qua sit iurãdũ vel nõ.de qualitate,dixi in c.pce.in.vj.prin.arti.Qualitas autem personæ consideratur in secernendo,an constituens sit iustior, C.de pro.l.ĩ pecuniarijs.scđm Inn.& Spe eo.tit.§.restat.ver.ꝓ curator.vñ licet syndicꝰ,œconomꝰ,vel similes habeãt generalẽ administrationẽ,cuiꝰ vigore possunt iurare de calũnia, vt dixi s.e.art.q.xxiij.tñ põt iudex p̃eligere prĩcipalẽ,si est iustior: hoc tñ ꝓcedit in administratore vniuersali,sed ĩ ꝓcuratore habẽte speciale mãdatũ ad iurãdũ de calũnia ĩ certa cã;qa tũc nõ debet dominus cogi iurare,etiam si diceretur esse iustior.vt in c.fi.eo. tit.lib.vj.& hoc ibi tenet Ioan.quia ex quo habet mandatum ad iurandũ in illa causa in animam domini,non videt Ioan.ad quid dominus tanq̃ iustior requiratur:cùm dñs tũc dicat̃ iurare per procuratorẽ,tanq̃ per picam & organũ.vt dixi s.eo.ar. q.xxiij.ver.ij.casu.& ibi remisi me hic dicturum, posset tamẽ postea requiri principalis,vt rñdeat positionibus,si dicatur iustior & sic intelligitur l.fi.C.de procu.& sequunt̃ d.Ant.Zab. D.m.& Io.de Imo.& d.D.in c.fi.e.ti.li.vj.facit ẽtc.pe.e.ti.li.vj. & fi.c.de iureiu.lib.vj.& c.j.de iud.li.vj.Dicit tñ hic Io.đ Imo. ꝙ hoc videt̃ intelligend̃ nisi procurator haberet speciale mãdatum ad sic respondendũ talibus positionibus,si cõtingat illas sic fieri,per no.per Ioan.in d.c.fi.eo.tit.lib.vj.& per Bar.in l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec.Si verò habuisset mandatum ad iurandum de calumnia,nec fuisset expressa causa,in qua debet iurari:quo casu,admittitur de cõsuetudine ad iurandum:licet de iure aliud videat̃ dicendũ.de quo latius dixi.s.eo. art.q.xxiij.tunc procederet distinctio Inno.quia si dñs diceret̃ iustior,cogeretur iurare per se:aliàs secus.Aduerte tñ: quia dicit hic Do.me.ꝙ nõ putat,ꝙ indistinctè consideret̃ hæc prerogatiua in cõstituẽte,ꝙ sit iustior:putat ergo sufficere,quod syndicus,œconomus,vel similis sit iustus:& habeat notitiam causæ:& tũc procedat dictũ Inn.aliàs raro syndicus,& similes admitterent̃ ad iurandũ de calũnia,cõtra c.nostrũ.& c.seques, & cõtra.l.ij.C.eo.ti.facit.c.cùm nobis.& quod ibi no.s.de ele.& viij.q.j.c.licet secũdùm Do.me.inspicit̃ etiã secũdùm Host.& Doc.circa hãc prælectionẽ,an tales sint religiosi, qui nõ iurant vel seculares,qui iurãt.vt j.c.proximo.vel an sint episcopi, qui habẽt electionẽ iurãdi & non iurãdi.vt in c.fi.j.eo. & sequunt̃ hic Io.d.Ant.Do.me.& mod.& ad prædicta etiã adde, q̃ dixi s.eo.arti.q.xj.circa fi.vbi dixi,ꝙ iuramentũ calumniæ exigit̃ à principaliorib9 de vniuersitate:licet cõstituerit syndicũ:& nõ
52 exigitur à singulis de vniuersitate.¶ Xlj.quæro† per quẽ exigi posit iuramentũ calũniæ.sol.dicendũ arbitror,ꝙ exigi põt,tã à iudice,q̃ à parte:si tam iudici,q̃ parti visum fuerit expedire, probat̃ per totũ istum ti.& in vj.& in c.Nã iura cõiter loquuntur impersonaliter,ꝙ exigit̃ iuramentũ calumniæ.iudex ergo põt exigere,si dubitat de calũnia.faciũt quæ dixi in c.j.s.eo.in iiij.arti.& probat̃ in c.fi.eo.ti.li.vj.& pars etiã põt exigere:qm̃ tam ad fauorẽ publicũ,q̃ priuatũ,fuit hoc iuramentũ introductum.iudex tñ debet deferre tale iuramentũ.& vide quæ dixi s.eo.art.iiij.& art.v.q.iij.maximè in ver.ij.casu,vtrũ ex officio & an pars per se posit p̃stare absq; eo,ꝙ exigat̃.dicã in seq.q.& vide de hoc ea,quæ dicã in c.cæterũ.j.eo.in x.prin.ar.q.j.
53 ¶ Xlij.quæro† an quis posit prestare hoc iuramentũ absq; eo ꝙ exigat̃ à iudice,vel à parte.so.vide quod dixi in c.j.s.eo.arti. v.q.ij.prope fin.vbi posui casum,in quo videt̃,ꝙ pars posit iurare à seipsa de calũnia,absq; eo,ꝙ ab alia parte petatur.de quo dicto satis dubito.Sed pro nũc,tum ꝓpter graues occupationes,& non paruã animi molestiam,quã habeo:cùm duo notabiles canes fuerint mihi subtracti:ideó cũ non sim otioso, nec quieto animo,nõ potui maturius cogitare:arbitror tamẽ, ꝙ si pars timeret de parte aduersa,ne in aliqua parte actorũ(fortè incognita)petijsset p̃stari iuramentũ calumniæ, quod posset offerre iudici se paratã præstare iuramentũ calũniæ. Ad quod vide quæ dixi.c.j.s.eo.artic.v.q.iij.versi.prædicta tamen arbitror procedere, & nouissimè reperi.d. Matthęũ ma.de Bono. ꝙ in singularibus dicit,ꝙ cautela ad euitandũ periculũ, ꝙ pars proprio motu p̃stet iuramentũ calũniæ. Ad quod vide, quod
54 latius dicam in fin.c.artic.xv. ¶ Xliij.quæro† quid de iuramẽto malitiæ,à quibus sit præstandũ.sol.Doct.specificè non attingunt ego arbitror dici posse, ꝙ omnes personæ, de quibus s. diximus,posse præstare iuramentũ calumniæ posint etiã præstare iuramentũ malitiæ.& fortè etiã per contrariũ.ꝙ ille personę,quę non possunt præstare iuramentũ calumniæ non posint etiã præstare iuramentũ malitiæ.Moueor etiã per ea, quæ dixi.s.in rub.in ij.princi.arti.q.iij.quoniã hoc iuramentũ malitiæ se habet ad iuramentũ calũniæ,sicut pars ad totũ(vt ibi dixi)ergo idẽ videt̃ esse ius,vt l.quę de tota.ff.de rei ven.in c.pastoralis.§.Item cùm totũ.de offi.dele.Et sicut ad iuramentum de calumnia exigitur speciale mandatũ, vt dixi.s.eo.arti.q.xxiij.ita etiam requiritur ad iurandum de malitia,per tex.in c.qui ad agendum.in fi.de procu.lib.vj.per l.iusiurandũ. la j.§.fi.de iureiuran.& per no.per Spec.in tit.de procu.§.j.ver.vij.in iu-
55 ramenti delatione.¶ Xliiij.†quæro de iuramento veritatis, à quibus præstandũ seu exigendũ sit.sol.dic,ꝙ põt præstari per principales.Et an ad hoc posint compelli.d.Ant.post Inno. & Ioan.in c.præced.dicit, quòd de iure ciuili,hoc non reperitur cautum.Subdit tamen,quòd Docto.legum dicunt illud alii quando aliquibus personis præstari.argumen.C.de testib.l.si seruus.

seruus.ff.de procura.l.etiam.ff.de confes.l.certum.§.fi.sed de iure cano.præstatur in spiritualibus,& vbicunq; iudici videtur exigendum,pro veritate eruenda: & maximè in spiritualibus,vt in c.j.& ij.eo.ti.li.vj.Et maximè in causis electionum, propter periculum vacationis.Ad idem j.de app.c.oblatæ.ad fin.Nam debet iudex veritatem inquirere omnibus modis, quibus pôt. ergo & per iuramentum de veritate.C.de eden.l.pe.& fi.& C. de iudi.l.iudices. insti.de actio.§.curare.xxx.q.v.c.iudicātem. vnde ad officium iudicis pertinet, si aliqua causa iusta mouerit eum,vt cogat iurare de veritate dicenda,vt si suspicatur,q; contra conscientiam agat in aliquo arti.vel etiam in tota causa.j.de iureiur.c.ex literis.s.de elect.c.dudum.secundùm d.Ant.& etiā potest exigi hoc iuramentum veritatis ab eo,qui recusat iudicē. ad quod vide quod dixi in c.ij.s.eo.arti.vj.q.iij.versic.sed circa
56 prædicta.¶ Quid†autem,si sint minores vel pupilli?glo. tangit xxij.q.ij.c.paruuli.& glo.in l.ij.§.quod obseruari.C.eo.& Bar. ibi Do.meus in c.pe.j.eo.vbi distinguit post Bar.q; quidā sunt quorum bona administrantur,qui carent omni intellectu:vt infantes,dementes,& furiosi.& isti indubitanter non præstant iuramentum veritatis,vt d.c.paruuli.facit l.j.C.de fal.mo. Quidā sunt,qui habent intellectum,sed imbecillem : & in istis(dicunt aliqui)q; non cogantur iurare de veritate dicenda.arg.l.iij. ff.de testi.& iiij.q.ij.c.j.ita dicebat Ia.But.Sed Bar.contra cōcludēs q; si pupillus scit veritatem,& est doli capax,potest sibi deferri iuramentum veritatis.ar.notatorum in auē.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.Item impubes potest examinari vt testis non ad plenam probationem:sed ad indiciū:vt l.j.§. impubes. ff.ad Sillani.ergo cùm dictum eius possit in causa aliquid operari,debet sibi deferri iuramentum veritatis.Item, si respondet cū authoritate tutoris,eius defectus suppletur:vt l.clarū. C.de autho.præstan.& sic concordat Bar.cum d.c.paruuli.Quidā verò sunt, qui habent intellectum non ita imbecillem sed magis plenum,vt adulti,& isti iurant de veritate. vt notat gloss.in d. l.ij.Sed vtrū tutor,seu curator debeāt authoritatē suā interponere,qñ pupillus vel minor examinatur.tex.vr̄ q; sic in d.l.clarū. Sed dic latius secundùm Bar.in d.§.obseruari.q; duplex in hoc versatur actus.Primus,vt cognoscatur,an minor debeat interrogari vel nō.& ista examinatio debet fieri,cū ipso tutore vel curatore:& cū eius authoritate:vt d.l.clarū.& d.§.quod obseruari.Ipse enim scit iustitiā & veritatē facti:an istud,de quo quæritur,& de quo fit interrogatio,debeat cadere in scientiam minoris,vel nō.Quidā verò est actus rñdēdi. & iste est duplex. Aut enim quæritur,an tutor authoretur vt rñdeat : & dicēdū q; sic:vt d.l.clarū.Aut quæritur vtrū debeat authorari,vt sic rñdeat,cōfitendo,vel negādo:& est dicendū q; nō:quia istud nō cadit in scientiā suā,nec de suo facto.Aut cōscientia sua quæritur, sed minoris.ar.l.videamus.ff.de in lit.iur.& l.Marcellus.ff.rer.amo.& ita residet Do.me.in d.c.pe.j.e.& vide quæ dixi s.eod.art.q.v. & vj.Et aduerte etiā q; hoc iuramētū veritatis pôt præstari per procuratorē.quod intellige,si ad hoc habeat speciale mandatū, per ea,quæ dixi in præce.q.si tñ dñs esset absens, posset procurator iurare de veritate.ita dicit Bar.post glo.in l.qui bona. §.si alieno.ff.de dā.infect.insuper etiā dicit Inno.in c. præsentiū.de
57 test.lib.vj.†q; syndici possunt iurare de veritate dicēda,tā super diffinitione causæ,q̄; super expensis & toto negotio.C.de iud. l.properandum.in fi.& l.pe.§.pe.Et dicūt etiā aliqui,q; iurāt de credulitate.& sequuntur Io.An.& do.Do.in d.l.præsentiū.Et ex his(Deo duce)expeditum habes.vij.q.prin.ar.d.M.Socin.

SVMMARIVM.

1 ☞Oeconomus collegij in causa collegij ipsius,de calumnia iurat:& non ipsum collegium.
2 Delictum Prælati,suæ præiudicat ecclesiæ.
3 Procurator quando sufficienter dicatur constitutus.
4 Abbas,& monachi, œconomum & syndicum generalē, absq; superioris authoritate,possunt in suo monasterio constituere.
5 Authoritas Epi, an requiratur in constitutione œconomi.
6 Episcopus,an possit œconomum constituere,absq; assensu inferiorum ecclesiæ.
7 Infamis,an possit esse procurator.

1 Mperator.†In cā collegij, non singuli de collegio,sed collegij œconomus iurat de calumnia.h.d.vel sic. vniuersitas tenetur iurare de calūnia, nisi releuet se constituendo œconomū.h.d.Diuiditur:quia primò iurat reprehēsibile factū. secūdò ibi,ad quod prohibet illud factū. tertiò,prouidet qd sit imposterū faciēdū ibi,sed ne.Et aduerte:quia do.Ant.intelligit istā literā,q; isti litigabāt per procuratorē ad cām spāliter cōstitutū.Et dum ab eis calumniæ iurm̄ exigeretur,ipsi renuebant: dicētes se non posse cogi.Sed pars aduersa instabat,q; cogerentur:quia nō sufficiebat procuratorē iurare:propter quod iudex

fortè compellebat eos sub pœnis iuris. & sic sentit Ant.cōtra opi.quā ipsemet tenuit in c.j.s.e.vbi voluit,q; clericus non releuetur à iuro calūniæ,cōstituendo procuratorem speciale.& clarius hoc sent t in vno notabili hic,in quo colligit ex isto tex.q; clerici litigando per procuratorē compelluntur, aut iurare per se,aut constituere procuratorē specialem, qui iuret in animam constituentis:aut cōstituere administratorem vniuersalem, qui iuret in animam suam.Et sic secūdùm hunc intellectū do.Ant. nullum esset priuilegium clericorū:cùm etiā vniuersitas secularis releuetur ab onere iurandi, constituendo Syndicum generalem:vt j.c.proxi.dixi in c.præce.arti.vij.q.xxv.Cuius tñ cōtrarium tenuit do.Ant.in d.c.j.de quo latè ibi per Do.meū.sed tu
2 latius vide,quod dixi in c.præce.arti.vij.q.iij.¶ Primò†noto,q; delictū Prælati seu clerici,in negligendo seu omittendo, præiudicat ecclesiæ. Nam hic dicitur:ne à causa sua decidant hoc est causam amittāt:eò q; noluit iurare.de qua materia latè traditur in regula,delictum personæ.de reg.iur.li.vj.de materia latius in tit.de his,quæ fiunt à Præla.¶ Secundò noto ibi,cùm res postulauerit.& ibi,cùm necesse fuerit argumentum, q; iurm̄ calūniæ potest omitti.quod hodie est expeditum per c.j.& ij.eo.tit.lib. vj.de quo latius dicam j.in c.cæterum.in x.prin.artic. ¶ Tertiò
3 noto,q;†procurator dicitur sufficienter constitutus, si est constitutus ad agendum & excipiendū:quia recipere ponitur pro defendere, vt hic,aliās autem,si solummodò datus esset ad agendum,non diceretur idoneus:quia etiā dari debet ad defendēdū: vt traditur in c.constitutus.& in c.accedens.s.de procu. & in l. sed & hæ.§.defendere.ff.de procu.de qua materia vide p Spe. in ti.de procu.§.j.ver.sed pone.& ibi etiā per Io.in addi.& per Bar.in l.seruum quoq;.§.pen.ff.de procu.aliqua posui in c.j.de mutu.pe.in v.prin.arti.& ibi remisi me dicturum ad ti.de pro-
4 cu.¶ Quartò noto ibi,eisdem præcipimus.argumentū,q;†Abbas & monachi possunt constituere œconomum & syndicum gñalem in eorū monasterio,absq; superioris authoritate.In cōtrarium facit,q; debeat interuenire authoritas Epi.tex.noster in ver.tu verò.de quo tangitur in gl.pe.& Doct.super ea.¶ Quintò noto,q; ille,qui constituitur œconomus,debet esse idoneus. & quæ idoneitas requiratur in talibus,dixi in c.præced. in vij. prin.arti.q.xxxix.¶ Glo.j.sentit contrarium,q; Abbas vel alij quibus cura monasterij cōmissa est,cōpellātur iurare:quia p̄sumuntur scire veritatē:vt in l.municeps.& alijs iuribus.in gl.allega.so.duplex ponitur in gl.prima,q; cōtraria loquūtur in collegijs secularibus.& tex.nr̄ in ecclesiasticis.secūda so.q; istud est speciale priuilegiū clericorū.Et sic istæ duæ solutiones incidūt in idē:nec iure probātur.quare de hoc articulo dicas, vt dixi in c.præce,in vij.prin.ar.q.iiij.& q.xiij.& q.xiiij.¶ Glo.ij.est satis clara in fi.dic de hac materia,vt latè videbimus in c.fi.j.eo.ti.in xv.ar.¶ Gl.tertia potest recitari per quinq; questiones,& est satis clara.¶ In ea.glo.ibi,de syndico.c.vnico.vide bonā gl.q.vij. c.si qs erga.Et aduerte:quia licet nō sit vis in nomine,qñ ad administrandū,vel agendū cōstituitur ab vniuersitate:an vocetur syndicus,Procurator,seu œconomus.vt in c.petitio. s.de proc. tñ est vis,an gñaliter seu specialiter cōstituatur:quia si est gñalis,ipse iurat de calūnia,& nō cōstituētes.secus si sit specialis.de quo dic vt latius dixi in c.p̄ce.in vij.princ.q.xix.xxiij.& xxv, In fi gl.dic q̄uis hęc materia posset adaptari ad ti.de syndico. tñ quia hic,& gl.& Doct.ipsam examinant,dic q; in hac mate-
5 ria variæ sunt opi.†Pe.voluit,q; licet de iure sit, vt in constōne œconomi interueniat authoritas Epi:tñ cōsuetudo hoc nō habet:nec curia seruat q; in ecclesijs inferioribus in cōstōne syndici,sit necessarius cōsensus Epi.Ho.verò distinguit inter cās discretas,& cōes.secūdùm no.in c.clerici.de rescri.do.Ant.distinguit q; aut loqmur in ecclesijs cathedralibus:& exigitur cōsensus Epi siue bona sint discreta,siue nō:quia hoc est magni pōderis,per no.in d.c.edoceri.& in d.c.j.de procu.Aut loquimur in causis inferiorū ecclesiarū collegiatarū, & nō exigitur authoritas Epi.& hoc etiā dicit tenere Io.de ligna. quare secūdū eum, gl.hic relata ad tex.nō dicit verum. In ecclesijs verò vbi nō est collegiū,syndicus vniuersalis debet cōstitui authoritate Epi p no.per Inn.in c.requisiuisti.in fin.de testa.vbi dicit,q; propter communionē,quæ est inter Epm & ecclesias sibi subiectas, debet exigi ipsius consensus in statutis, procurationibus & alijs arduis per eos agendis.x.q.j.c.regenda.& s.de consu.c.cùm cōsuetudinis.cū si.sed dicit Do.me.q; videt rōnem diuersitatis in hoc,inter ecclesiam collegiatam & non collegiatam.& Inno.in d.c.requisiuisti.loquitur indistinctè.& rō sua pariter vēdicat sibi locū in omnibus ecclesijs collegiatis,vel non collegiatis.imò fortius concludit in collegiatis,vbi tractatur de maiori præiudicio.& pro hoc est glo.in c.potuit.de loca. quæ sentit tantā habere potestatem rectorem ecclesiæ non collegiatæ,quantam habet collegiata cum collegio : cùm isti omnes constituant vnum

corpus: & ille ſolus ſit vnum corpus. Item facit ille text. vbi fit mentio de Epo: & ꝙ requiratur authoritas Epiſcopi, tenet glo. v.q.iij.c.quia Epiſcopi. quæ indiſtinctè dicit, ꝙ quælibet eccleſia conſtituit œconomum authoritate Epi. quare circunſcripta conſuetudine Do.me. diſtinguit, ꝙ aut cõſtituitur ſyndicus, vel procurator ad certam cauſam: & tunc non requiritur authoritas ſuperioris: quia eſt res modici præiudicij. Aut conſtituitur generaliter, vt habeat legitimam adminiſtrationẽ potius eccleſiæ: & tunc, cùm ſit quaſi quidã titulus in eccleſia, requiritur authoritas Epi. nec ob. l.j.ff. quod cuiuſq; vni. quã allegat Inn. qui loquitur de vniuerſitate ſeculari: ſecus in eccleſiaſtica: cùm Eps ſit ſponſus omnium eccleſiarum: & eius conſilio & authoritate regitur omnis eccleſia. x.q.j.c. regenda. & in c. fin. de ſucceſſ. ab

6 inteſt. † quid autem ſi inferiores eccleſiæ nolint cõſtituere œconomum, vel ſyndicum: an poſsit ſolus Eps conſtituere, ꝙ etiam tangitur in gl. noſtra? Do. meus concludit ꝙ ſi damnum imminet eccleſiæ, propter hoc, vt hic erat, tunc ſolus Eps poteſt conſtituere. & ſic poteſt intelligi tex. in ver. tu verò. ſecundùm quẽ intellectum, verbum ſtatuas, ibi poſitum, ſtat propriè. & ſentit Io. ſuper gl. fi. vt ſicut adoleſcenti inuito per iudicem datur curator: ne ipſe damnum incurrat. l.j.C. qui petant tu. & inſtit. de cura. prope fi. ita & Epiſcopus dat eccleſiæ œconomũ & defenſorem alium. facit ix.q.iij.c. cùm ſimus. Sed ſi tale periculum non immineret. tunc putat Do. meus ꝙ non arctetur ad hoc de neceſsitate: & ſic nec iudex debebit ſupplere. Facit c. cùm deputati. ṡ. de iudi. & c. vni. ṡ. de ſyndico. & ſic intelligi debet dictum Inn. hic, qui dicit ꝙ Epiſcopus debet hic conſtituere hũc œconomum monaſterio ex vi iſtius mandati ſpecialis. facit ratio, quam ṡ. dixi in adoleſcente, qui inuitus recipit defenſorem, niſi cauſa damni euitandi: ſecus eſt in Epo qui indiſtinctè tenetur cõſtituere œconomum in eccleſia ſua: aliàs Archiepiſcopus vt dicit hæc gl. in fi. per d.c. cùm ſimus. Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe: quia cùm epiſcopus habeat multa agere, non præſumitur diligenter attendere ſine œconomo. ſimile in c. fi. de offi. Archi. ſecus in inferioribus, qui tot curis minimè vexãtur. ¶ Gl. fi. quærit quis dicatur conſtitui idoneus ad iurandum, & in quo conſiſtat idoneitas. In fine gloſſæ dic, quantum ad quæſtionem gloſſæ, quæ pertinet ad titulum noſtrum, qualis debeat eſſe, qui conſtituitur œconomus, ſyndicus, vel procurator ad iurãdum de calumnia. dic vt dixi in ca. præcedenti. argu. vij.q.xxxix. In

7 q̃tum verò gl. tractat † vtrum infamis poſsit eſſe procurator. & Doct. hic & maximè do. meus latè examinant: ſed non conuenit materiæ principali ti. noſtris. vide hic per eos, & per gl. l. di. c. accedens. & j.q. vij.c.j. & per gl. in c. cùm deputati. ṡ. de iudi. Et per Spe. in ti. de procu. §.j. ver. Item ꝙ eſt infamis. & gl. iij.q. vij.c. fi. & v.q.iij.c. quia epi. & eſt bonus text. inſti. de actio. §. ſi ego. latius tractabo in tit. de procur. do. Marianus Socinus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Clerici in ſua cauſa iurant de calumnia.
2 Ius poſitiuum, antidotum quoddam dicitur ad morboſa negotia.
3 Iuramentum de calumnia, facit iurantem dicere quod credit.
4 Iuramentum calumniæ non tollitur contraria conſuetudine.
5 Iuriſtæ dicuntur medici animæ.
6 Actor an prius de calumnia iurare debeat, q̃ reus.
7 Iuramentum de calumnia prius facit, qui prius ad iudiciũ prouocauit.
8 Iuramentum calumniæ, an poſsit tolli aut differri.
9 Iuramentum calumniæ, an poſsit tolli per Principis reſcriptũ.
10 Iuramentum calumniæ, an poſsit remitti.
11 Iuramentum calumniæ, an poſsit omitti.
12 Iuramentum calumniæ, an poſsit omitti ab vtraq; parte.
13 Iuramentum veritatis omitti nequit, ſi petatur.
14 Iuramentum malitiæ poteſt omitti: ſed non expreſsè remitti.

1 CAEterum. † Clerici in proprijs cauſis iurant de calũnia, nõ obſtãte contraria conſuetudine. h.d. Sed vt dicit Do. me. in l̃ra nõ ponitur aliqua ſpecialitas in cauſis proprijs: ſed loquitur generaliter: ſed dicit Do. meus ꝙ Doct. ita generaliter ſummant, vt ſaluetur opi. no. in c.j. ṡ. eo. ſed ipſe ſequendo ſuam opi. ibi poſitam, inhærendo literæ, & generaliter loquẽdo ſic ſummat. Etiam clerici in eorum cauſis iurant de calũnia, cõtraria conſuetudine nõ obſtãte: h.d. ¶ Diuide: quia primò præmiſſa cã, ponit mandatũ. Secũdò cõtrariam tollit cõſuetudinẽ,

2 ibi, conſuetudine. Primò noto † ꝙ ius poſitiuũ, eſt quaſi quoddam antidotum ad morboſa negotia. & ſic ponit hic antidotũ pro medicina. vnde quidam liber medicinæ vocatur, Antidotarius. & dicitur antidotum ſecundùm grãmaticos ab anti, quod eſt cõtra, & datũ: quia ſicut medicina datur contraria morbo: quia contraria contrarijs curantur. de pœni. diſt. ij.c.j. Sic & ius poſitiuũ prouidet, tollendo morboſa negotia. nñq; dicitur antidotũ, obligatio naturalis, qua obligamur, vt bene facienti bene faciamus: vt l. ſed ſi l. §. conſuluit. ff. de pet. hæred. ſecundùm Do. me. tu dic ꝙ antidotum nõ dicitur obligatio: ſed obligatio ad antidora, ſumitur pro naturali obligatione: quaſi naturaliter obligetur contradare. & vide gloſſ. ſuper verbo antidotum, in Clem. j. de iureiur. & vtrum obligatio ad antidora impediat ſoluti repetitionem, vide per Bal. in l. hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & per Doct. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. inde. ¶ Secũ

3 dò noto ibi ad veritatem eliciendam † ꝙ virtute iuramẽti de calũnia tenetur quis rñdere verũ, qd credit, & ſic cõtinetur ille articulus. & ſi quæretur verũ nõ inficietur, de quo latè dicã in fi. j. eo. ti. xij. ¶ Tertiò no. ibi, ab vtraq; parte, ꝙ tam actor q̃ reus tenentur iurare de calumnia, de quo latius dicã j. in octauo principali arti. tetigi in c. in pertractandis. ṡ. eo. arti. vij.q.ij. ¶ Quartò noto ibi, Appellatione ceſſante. ꝙ appellatio non tuetur procuratorẽ quominus iuret de calũnia. quod eſt no. ſecũdùm Fran. Vercel. quod limitat verũ Io. de li. niſi allegetur aliqua iuſta cã. tu dic vt latè dixi in c. in pertractandis. ṡ. eo. arti. v. ¶ Quin

4 tò no. † ꝙ iurĩm calũniæ nõ pt tolli cõtraria cõſuetudine. facit qđ dixi in c.j. ṡ. eo. arti. v.q.iij. Sed latius dicam j. poſt gl. in ix. prin. arti. ¶ Gl. ij. ſup verbo nobis, fortificat tex. in fin. glo. dic ex iſta

5 gl. no. † ꝙ Iuriſtę ſunt medici animarum, & miniſtri iuſtitię: & ideò ſunt preſtãtiores medicis q̃tò anima eſt preſtãtior corpe & iuſtitia ęgritudine. & ſic ſubiectũ ipſius eſt nobilius. ad quod vide quod dixi in c. q̃to. ṡ. de magiſtris. ¶ Gl. iij. reddit duas rationes huius iuramẽti calũ. ¶ In fi. glo. dic. Gof. dicit ꝙ tertia rõ eſt ne qs ſit immemor ſuę ſalutis. Et vide quod latius dixi ṡ. in rub. iij. prin. arti. q. ij. ¶ Glo. pe. primò format quęſtionẽ, deinde opponit. ij. ibi, contra videtur. ¶ In ea. gl. ibi, debet dari curator. dic de hoc vt latè dixi in c. in pertractandis. art. vij.q. xxiij. fal. ij. ¶ In fi. gloſſ. dicit de hac materia, an clerici debeãt iurare per ſe vel per alios. dic vt plenè dixi in c. in pertractandis. art. vij.q. iiij. & vide de vniuerſitate & collegio, dixi in d. articu. vij.q. xj. ¶ Gloſ. fin. colligit notabile ex tex. & probat pluribus iuribus. ¶ In fi. gl. dic: do. Ant. ex gl. noſtra iuncto tex. notat ꝙ non valet conſuetudo quę eſt omni iuri cõtraria. Sed vt dicit Do. me. ꝙ hoc non dicit iſte tex. nec glo. & ꝙ dictum etiam non eſt verum in ſe. licet d. Ant. hoc firmet in multis locis. Nam ſi conſuetudo eſſet bona, & noua ratione fulcita, pręiudicaret omnibus iuribus de materiã loquentibus. arg. optimum in c. non debet. j. de conſan. & affi. & in c. fi. ṡ. de conſue. & in c. iij. de conſu. lib. vj. facit: quia licet conſuetudo à lege ſpecificè reprobetur: tñ poteſt de nouo ex noua cauſa & ratione induci. vt ſentit gl. not. in Cle. ſtatutum. de elect. & ibi notabiliter de hoc dixi. Sed hic nõ valet conſuetudo: quia non eſt rationabilis, vt ſtatim dicam in nono arti. ¶ Poſtremò iuxta pręmiſſum ordinẽ in Rub. examinare hic conuenit octauum, nonum & decimum articulos.

6 † Aſſumo igitur octauum articulũ quis prius debeat debeat de calumnia iurare an actor vel reus. circa quẽ proſequar tres q. Prima quid in actionibus. Secunda quid in exceptionibus. Tertia quid in duplicibus iudicijs. ¶ Primò igitur quęro qs primò debeat iurare reſpectu actionis intentatę. ſo. gloſ. in l. ij. in prin. C. eo. quę incipit, ſic ergo. tenet per illum tex. ꝙ primò iurare debet actor: & poſtea reus. Et idem tenet ibi Cyn. & glo. inſti. de pœna te. liti. §. j. & Spe. eo. ti. §. reſtat. in prin. & §. ij. ver. ſed pone. & §. nunc dicamus. in prin. & idem tenuerũt Pet. Abbas & Io. & zaba. in c. j. ṡ. eo. Archi. in c. j. eo. ti. lib. vj. Primo allegat ꝙ actor prius debet iurare per l. j. C. eo. ff. de iureiu. l. iuſiurandum. vbi tex. dicit ꝙ probationes nõ recipiuntur, niſi qui primò eas expoſcit iuret de calumnia. ergo videtur ꝙ actor prius debeat iurare. Et pro prędicta opi. etiam eſt bonus tex. in c. pręſentiũ. de teſti. lib. vj. in contrarium allegat Archi. ꝙ reus debeat prius iurare per tex. in d. §. j. inſti. de pœ. teme. liti. vbi dicit de reo ꝙ primò iurare debeat. Concludit ipſe finaliter ꝙ in talibus non eſt attendendus ordo, per l. nec ordo. ff. de ſolu. Et ad d. §. j. reſpondet ꝙ non dicit ꝙ reus primò iuret. Sed bene dicit ꝙ reus prius iurat, q̃ ſuę defenſiones admittantur. Tenet ergo Archi. & ſequuntur Io. & do. Domi. ꝙ iſte ordo non ſit de ſubſtantia. idem etiam tenet Bal. in d. l. ij. in prin. C. e. vbi dicit ꝙ non facit vim in iſta prępoſteratione. & ꝙ talis prępoſteratio non vitiat. facit l. ſi mancipium. §. ſi communi diuidundo. ff. de euictio. vbi prępoſteratio vnius iudicij ad alterum non vitiat proceſſum. In contrarium tamen faciunt not. in l. prolatam. C. de ſent. vbi text. vult ꝙ ſecus ſit in ordine vnius iudicij ad ſeipſum: prout etiam in terminis noſtris. Quia ibi nõ debet eſſe prępoſteratio: & ſi eſt, vitiat. facit c. exhibita. ṡ. de iudi. Dicit tamen Pau. de ca. in d. l. ij. in prin. ꝙ ſtaret in practica opi. Bal. cùm iſta ſit leuis ſolennitas, & modicę importantię: ideò omiſsio non vitiat vt l. j. in fi. ff.

in fi.ff.de ven.inspi.& mihi placet.maximè,quia vt s.dixi,idem tenet Io.And.Archi.& do. Domi.quæ tñ ordinis omissio seu præposteratio vitiet,dicã latè j.titu.de ordine cogni.vbi melius cõuenit.¶ Secundò quæro qd iuris respectu exceptionis:intellige,peremptoriæ,vel etiã dilatoriæ:qñ sup ipsa sit iurãdũ,secundum ea quę dixi s.Pone,ego peto a te decē,tu cõfiteris debitũ,& opponis pactũ de nõ petēdo,vel similē exceptionē:qs hoc casu debebit prius iurare.so.Spe.eo.ti.§.ij.ver.sed pone, primo arguit ꝙ excipiēs:cũ cõstet de actoris intētione,& reus excipiē do sit actor:vt l.j.ff.de excep.Et ista fuit opi.Pet.& Abb.in c.j. s.eo.quã etiã tenetibi Io.& zaba.sed Spec.in d.versi.sed pone. decidit in cõtrariũ,quia inspici debet originalis cã ff.de donat.l. id quod.Et ita concludit glo.in l.ij.in prin.C.eo.ti.& Bald.ibi Cy.tñ ibi dicit ꝙ si quæstio prima intelligeretur de principali negotio,prius debet iurare actor,ꝗ̃ reus,per l.Iuliã.§.offerri.ff. de act.emp.Sed si quæritur qs prius iuret de calũnia super exceptionibus:fatuè quæritur:quia nõ est tũc iurãdũ:cùm semel sit iuratũ sup negotio principali.& ideò sup peremptorijs post litē conte.non est amplius iurandũ:cùm primũ iurm extēdatur ad illas.De quo latius dicã in c.fi.j.eo.in xiij.prin.arti.Ego arbitror ꝙ non sit curandũ,quis primò iuret:nec præposteratio no
7 ceat,per ea,quæ dixi in præce.q.¶ Tertiò quæro† qd iuris in duplicibus iudicijs?de quibus dixi in c.in pertractãdis.s.eo.in vij. prin.arti.q.ij.& in c.ij.s.de mutu.peti.arti.x.v.q.remisi ad hic dicenda.so.Pe.Abbas Io.& zaba.in c.j.s.eo. tenet ꝙ prius de calũnia iuret,qui prius ad iudiciũ prouocauit.facit quod no.gl.in c.ex literis.j.de proba.Et fuit opi.gl.in l.ij.in prin.C.eo.Sed tu dic ꝙ talis ordo non est necessariò attēdēdus,vt dixi in duabus
8 præce.q. Et hæc sufficiant quò ad octauum articulũ.¶ Nonus principalis articulus est† an hoc iuramentũ possit tolli,vel differri?Pro cuius articuli declaratione prosequar istas quęstiones. Prima an possit tolli consuetudine,vel lege?Secunda an per rescriptum Principis?Tertia an saltem ex cõsuetudine possit differri?¶ Primò igitur quæro,an ex cõsuetudine, vel lege possit tolli.so.tex.noster expressè tenet ꝙ per consuetudinē tolli non possit.& idē tenet gl.fi.& idē Doct.& idem etiam gl.in verbo, tacitè,in c.j.eo.ti.lib.vj.facit c.constitutus.j.de fideius.& ibi Io. de Imo.& assignat hic do. Ant.rõnē:quia ista cõsuetu.est cõtraria omni iuri.Sed,vt dixi in gl.fi.post Do.me.hæc rõ nõ est bona.vñ ratio est:quia talis cõsuetudo simpliter nõ vr̃ esse rõnabilis:cùm hoc iurm̃ sit inductũ in fauorē publicũ:vt vitētur fraudes.vñ putat Do.me.ꝙ ex aliqua noua rōne & cã,possit introduci hæc cõsuetudo:licet hic damnetur:vt putat,si experimento apparet,quod cõiter homines ex cupiditate obtinēdi in cã, falsum iurarent.hac enim ratione satis putat Do.me. laudabilē fore consuetudinē ꝙ iurm̃ nõ præstetur,quia lex nõ debet esse cã periurij:imò debet prohibere iurm̃,vbi timetur de cõtrauentione & piurio:vt in c.clericos.de coha.cler.& mu.facit optimè l.ij.C.de indict.vid.tol. vbi remouetur iurm̃, quod præstabant mulieres de non transeũdo ad secũdas nuptias:quia sæpe illud violabãt,secũdùm Do.me.Et mihi satis placet:quia si põt tolli per rescriptũ,ergo vr̃ tolli posse cõsuetudine.In dubio tñ, consuetudo nõ teneret:licet probaretur,nisi articularetur & probaretur ipsius cõsuetudinis rõnabilis cã.Et ex prædictis infero,ꝙ per legē põt tolli tale iurm̃. pro quo etiã facit quod dicam in seq.q.& facio hãc differentiã inter legē & cõsuetudinē:quia cõsuetudo in dubio præsumitur irrationabilis:& ideò debet deduci & probari cã rõnabilis,per no.in l.ij.& iij.C.de legi.& iiij.
9 di.c.erit aũt lex.¶ Secũdò q̃ro† vtrũ per rescriptum Principis possit tolli hoc iurm̃.Sol.glo.in d.l.ij.C.de indic. vidui.tenet ꝙ sic,dũmodò in rescripto dicatur,nõ obstante tali lege. Et dicit hic Do.me.ꝙ de Principe non est dubitandũ,cùm sit supra ius positiuum:quo iure,hoc iurm̃ fuit introductũ.ad quod vide q̃ dixi in Rub.art.iij.Cùm ergo iure positiuo sit introductũ,meritò Princeps põt illud tollere.argumento l.Princeps.ff.de legi. & c.ij.j.de cõcess.præb.& quod no.in c.nonnulli.de rescript.& in c.j.de excess.Præla.libr.vj.in nouella.inferior tñ à Principe, etiam si sit legat' de latere, nõ p̃t tollere ista substãtialia ordinis iudiciarij.ad quod vide gl.sing.in c.fi.de hære.li.vj.& mihi placet.Et ad hoc vltimũ vide,quæ latius dicã j.de ordi.cogni. Aduerte tñ:quia debet Princeps expressè tollere : aliàs tacitè non intelligetur tollere:ꝗuis causa esset legata summariè & de plano,sine strepitu & figura iudicij,vt est tex.in d.c.sæpe.de verb. signi.& vide quæ dixi in c.j.s.arti.vj.ver.ij.declaratur.¶ Tertiò quæro an saltē de consuetudine tale iurm̃ possit deferri. so.dic vt dixi in c.j.s.eo.in v.prin.arti.q.iij.& ex his est expeditus nonus princi.arti.¶ Decimo principali articulo tractãdũ est,vtrũ tale iurm̃ possit remitti vel omitti.Pro cuius declaratione prosequar infrascriptas quæstiones.Primò,an possit remitti? Secũdò,an aliquæ sint personæ quibus remittatur : & quæ sint illæ.

Tertiò an possit omitti? & quid iuris si fuit petitum & omissum. Quartò,quid in iuramento veritatis. Quintò,de iuramēto
10 malitiæ.¶ †Primò igitur quæro,vtrũ hoc iuramentũ possit remitti.so.tex.in l.ij.§.sed quia.C.e,& Doct.ibi tenēt ꝙ non possit expressè remitti.& idem tenet Bal.in d.l.ij.in prin. & idem tenent glo.& doct.in c.j.eo.ti.lib.vj.& glo.Bar.& doct.in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.no.nũ.& ibi Ang.& Io.de Imo. Et ibi recordor audiuisse d.Ant.Rosello tũc Doct.in legibus. vis tu ꝙ ego doceam te capere aduersariũ:exigas hoc iurm̃ : & cùm ps vult iurare dicas,ego remitto tibi,& nolo ꝙ iures. Ego verò nedum tibi hoc dissuadeo,imò hanc,& omnem aliã fraudem & dolũ penitus interdico:& recorderis,ꝙ nil prodest homini si vniuersum mundũ lucretur,animæ verò suæ detrimentum patiatur,vt in c.Matthæus.j.de simo.Et aduerte,quia prędicta remissio põt intelligi duobus modis.vno mõ, qñ ambæ partes sibi remittunt expressè:& tunc quominus possit ipsos cõpellere ad iurandum.facit in simili l.quos prohibet.ff.de postu. Sed si iudex se nõ ītromitteret,& partes psisterēt in ea remissione,non exigendo alter ab altero nõ vitiaretur processus.Secũdo mõ posset intelligi,qñ altera pars remisit alteri,& nõ ecõtra:& tũc nõ valet remissio,quominus,etiã ea nõ obstāte possit petere ꝙ iuret:& si petat & nõ iuretur,non valebit processus,de quo dicam in c.fi.j.e.ar.xv.Si verò nõ petat,nõ vitiatur: quia nõ est de substãtia iudicij,vbi nõ fuit petitũ:põt em̃ omitti,vt dicã in iij.q.licet Bar.in l.ij.§.quod obseruari. C.eo.videatur dicere,ꝙ etiã si petitur,nõ vitiatur processus:quia non est de substãtia iudicij,vel de solēnitate.Sed dicit Pau.de ca.in d.§.sed quia.ꝙ certè nõ est de solēnitate,vel de substãtia si nõ petatur. Sed si petit̃,bñ est de substãtia & solēnitate.Cõis cõclusio est ꝙ nõ possit remitti.Dicit tñ Bal.in §.sed qa.ꝙ si ptes nõ petũt iurare de calũ.ꝙ licet iudex exigat,seu mãdet iurari:& nõ iuretur ꝙ putat non vitiari processum:quia exactio debet fieri à parte ad hoc,vt sit de substãtia quod est satis sing.ad id quod dixi s. in c.in ptractãdis.in vij.prin.q.xij.cogitabis.& adde, ꝙ statim dicã in iij.q. An verò tale iurm̃ possit differri,dixi s.eo.in c.j.in v.prin.art.¶ Secũdò quæro,vtrũ aliquæ sint psonæ,quibus remittatur hoc iurm̃.so.dic ꝙ sic,vt dixi s.e.c.in ptractãdis.ar.vij.
11 q.xxxvij.¶ Tertiò quæro† vtrũ hoc iurm̃ possit omitti.so.licet olim essent opi. Azo.& Marti.tenerent,ꝙ nõ.& Ho.hic & in c.tuis.j.de testi.volētes,ꝙ omissio redderet iudiciũ nullũ.tñ habemus textũ expressum in cõtrariũ in c.j.e.ti.li.vj.vbi tex.vult ꝙ possit omitti:& eius omissio nõ noceat. Et ista fuit olim opi. Io.pilei & Iac.Bal.& sequaciũ per l.de pupillo.§. qui opus. ff. de oper.no.nun.& l.iusiurandũ.§.qui ius.ff.de iureiur.& quod no.in l.filiusfa.§.veterani.ff.de procur. & in l.ita demum. C.de procu.& optimè faciebat c.qm̃ cõtra.j.de ꝓba.vbi de iur̃o calũniæ nulla fit mētio.& istorũ opi.fuit approbata in d.c.j.& tenuit gl.in d.§.qui opus.& Bar.ibi per illũ tex.quē dicit singularem ad hoc.& tenēt ibi Ang.& Io.de Imo.& idē etiã tenet Io. in l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dam.infe.Et sic illud,quod non põt opari exp̃ssus cõsensus,põt opari tacitus. sic in simili dicit gl.in ver.põtifice.xj.q.j.c.inolita.& glo.in c.fi.j. de vita & ho. cleri.& quę sit rõ,quare hoc iurm̃ non põt expressè remitti,& tñ tacitè potest omitti:cùm tñ iurm̃ testis possit expressè remitti,& nõ omitti,prout no.in c.tuis.j.de testi.& no.glo.& Bar.in l.iurisiurandi.C.de testi.& no.in l.j.circa prin.ff.de ferijs. & ibi Bar.& per Bar.in l.j.C.de priui.schola.li.xij.& in l.ij.§.sed quia veremur.C.e.R̃ndeo,ꝙ ratio est:quia in iur̃o est maius periculum:tũ quia plura continet capitula,vt videbimus in c.fin.j.e. ar.xij.tum quia non est verisimile,ꝙ testes,etiã omisso iur̃o,velint pro alio calũniari sicut pro se.ar.l.omnibus.ff.de test.& l.j. in fi.ff.de carbo.edict.Et vbi maius periculũ,ibi cautius est agēdũ:vt in c.vbi periculũ.de elect.lib.vj.Item quia in expressa remissione vr̃ cõtineri turpe pactũ:cùm per eã partes inuitētur ad calũniandũ.ff.de pact.l.si vnus.§.illud.& §. pacta quæ turpem.secus in iur̃o testiũ,secũdùm Hen.Bo.in d.c.tuis.Item facit quia iurm̃ testis põt esse adhærēs ad probationem:seu facit & operatur ad probationē:vñ sicut pars põt per pactũ inutilē probationē cõfirmare,secũdùm Inn.in c.cũ cãm.de test.& no, doct.in c.ij.& fi.de fi.instru.vbi volunt ꝙ partes possint astringere se,vt credant priuatæ scripturæ.facit etiã quod no. Bar.in l.si ff.de Præto.stipu.vbi vult posse cõuenire inter partes,ꝙ stetur simplici dicto alterius.& idē tenuit Ang.in repe.l.vacantia. C.de bo.vacan.lib.x. Aliqui tenēt cõtrarium.dicã latius in ti.de proba.ergo videtur,ꝙ partes possint remittere testibus. Sed in iuramēto calũniæ arbitror,ꝙ etiã possit assignari rõ, quare nõ possit remitti:quia hoc iuramentũ non solùm respicit fauorem & vtilitatem partiũ,sed etiam iudicis.Et ideò pars nõ põt illud remittere,per ea quæ dixi s.de for.compe.c.si diligenti.Sed secundùm hoc videtur dicendum, ꝙ accedente consensu iudicis,

posset remitti. quod tñ non videtur verũ: cùm tale iurm̃ sit de substantialibus iudicij: nisi sit iudex, qui possit remittere ordinem iudiciarium. ad quod vide, quæ dixi in art. præce. q. ij. & sic non videtur valere iudicium: vt in l. prolatam. C. de senten. Et si tu diceres, ergo etiam tacita omissio deberet vitiare. r̃ndeo, ꝙ argumẽtum procederet: nisi ius expressè cõcessisset, ꝙ posset tacitè omitti. vide quod dixi in j. q. huius arti. Aliqui tñ tenẽt, ꝙ etiam iuramentũ testis non possit expressè remitti. de quo dic
12 vt latius dicam in ti. de testi. † Aduerte tñ: quia intelligo, ꝙ põt omitti, si ambæ partes omittant. Sed si alia pars illud exigeret: & pars aduersa non iuraret, non diceretur omissum. & nõ iurãs incideret in pœnam, de qua dicam in c. fi. j. eo. arti. xv. nisi ex aliqua cã legitima excusaretur, vt ibi dicã. Et põt hoc iurm̃ omitti, tã in cã appellationis, q̃ prin. ita tenet Io. in c. ij. eo. ti. lib. vj. & sequitur ibi do. Do. Nec ob. tex. ille dum dicit, iubemus. & sic illud, quod præcipitur, vr̃ necessariò fiẽdum xiij. q. j. c. quod pcipitur. quia r̃ndet Io. ꝙ ille iussus in cã appellationis nõ plus importat, q̃ iussio causæ principalis. quare sicut põt omitti in cã
13 prin. vt dictũ est: ita in cã appellationis. ¶ Quartò quæro † qd de iuro veritatis. so. dic, ꝙ sicut iurm̃ calũniæ est de substantia, si petatur: ita etiam iurm̃ de veritate. ita cõcludit Io. de Imol. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. per tex. in c. j. e. ti. li. vj. qui tex. in hoc vr̃ æquiparare iuramentum calumniæ, & iurm̃ veritatis. Et hoc clarum est & expeditum, quò ad omissionem. Sed q̃tum ad expressionem, vr̃ magis dubiũ: sed tñ ille tex. vr̃ concludere ad idem, inq̃tum dicit, ꝙ si non sit præstitũ in exordio litis, potest tñ postea exigi: quia talia iura, s. calumniæ & veritatis ꝙ ab initio præstentur, non est de substantia ordinis iudiciarij: quasi sentiat ille text. à contrario ꝙ si petantur, sunt de sub-
a tionis, vt d. c. nouit. host. verò dicit, ꝙ vacātib⁹ [a] Regnis & principatibus quibuscūq;, Papa nō solū succedit de plenitudine potestatis: sed ex cōsuetudine. qđ sequit̃ do. Ant. in his, qui nō recognoscūt supiorē: secus in recognoscētib⁹ superiorē: ne cōtingat perturbatio aliorū in eorū iurisditionib⁹. d. m. hic indistinctè tenet ij. opi. Inn. ꝙ etiā in inferiorib⁹ nō recognoscentib⁹ superiorē Papa nō pōt se impedire: nisi per viā denūciationis, vel nisi occurrat aliqs casus ordinis, ꝑpter quē posset se impedire: etiā regnis nō vacātib⁹. ar. no. in d. c. nouit. & in c. j. de ho-

11 mi. lib. vj. † Moue t̃ etiā: quia Papę est interdictū exercitiū iurisditiōis tpalis ex verbis dñi ad Petrū dū dixit: mitte gladiū tuū in vaginā & c. vt etiā tradit̃ in d. c. nouit. vnde dicit, ꝙ aut Impator nō recognoscit Imperiū ab ecclesia, aut recognoscit. Primo casu, qa à Deo potestatē obtinet in tpalibus in toto orbe, vt in c. si Impator. xcvj. di. & in l. bene à zenone. C. de quadrienni j præscri. Ideò si vacat Imperiū, debet redire ad iurisditionē Papę, vicarij Iesu Christi quia res de facili reuertit̃ ad naturā suā. xxxv. di. c. ab exordio. facit c. cumana. de elec. Aut recognoscit Imperiū à Papa: & forti⁹ idē dicēdū est: qa eadē ratio est de parte quò ad partē, quę de toto, quò ad totū, vt in l. q̃ de tota. de rei ven. cū si. vnde sicut vacāte Imperio, quod preest toti iurisditioni, deuoluit̃ iurisditio ad ecclesiā ex plenitudine potestatis: ita & in hac parte deuolue t̃ ad ecclesiā, secūdū d. m. Sed in veritate, ex prędictis verbis, q̃ mihi vident̃ esse corrupta licet sub eadē forma reperierim in plurib⁹ cōmētarijs, non pōt colligi rectus sensus: quare ego arbitror dicendū, quod in recognoscentib⁹ superiorē, succedat ecclesia vacante regno in hac parte: sicut succederet in toto, vacāte Impio ꝑ no. ꝑ Bart. in l. infamē. ff. de pub. iud. & in l. hostes. ff. de cap. & in c. ꝑ venerabilem. j. qui fil. sint legi. vbi doc. dicūt, ꝙ idē iuris est de principibus nō recognoscētib⁹ supiorē, qđ de Impatore. Sed forte dici posset, ꝙ hoc casu, iurisditio debet redire ad suū gñalē administratorē in tpalib⁹, q in actu habet iurisditionē vniuersalē in tpalib⁹, videlicet ad Impatorē. Et hoc ego arbitror melius esse, ne det̃ perturbatio iurisditionis & pluralitas principatuū, facit qđ dixi. s. de inferiore negligēte nō recognoscēte superiorem. in op. d. & qđ no. x. di. qm. xcvj. di. c. cū ad verū. Et hoc, qñ Imperator posset talē defectū supplere: aſs aūt teneamus opi. cōem, vt redeat ad ecclesiā. Et adde hoc ad ea, quę dixi in rub. ver. xxx. ¶ Terti⁹ casus colligit̃ ex text. & gl. vt ꝑ viā appellationis possit adiri ecclesiasticus: qđ intelligit̃, qñ iudex secularis, qui iniustè summauit, nō recognoscit aliū superiorem, secundū do. Ant. Si verò recognoscit, & ꝑsona sit miserabilis: potest adiri Papa: quia satis dicit̃ oppressa eò, ꝙ opprimat̃ sñia iniusta, vt in c. ex parte. j. eo. & idē dicit d. Ant. si grauaret̃ ꝑsona eccl'iastica, & causa sit ecclesię: qa tunc appellandū est ad ecclesiasticū. Secus si clerici: nā tunc ad ꝓximū supiorē secularē esset appellādū, vt tradit Archi. ij. q. vj. c. nō ita. qđ dictū non

12 placet. do. m. † Moue t̃: quia de iure ciuili appellationes debent gradatim interponi, vt l. j. §. pen. ff. de app. dixi latè in c. iij. j. de ap. vnde cùm nō reperiat̃ in iure contrariū, stabimus cōib⁹ regulis. ij. q. vj. c. anteriorū. & optimè ꝓbatur in c. si duobus. de app. vbi Papa dicit, ꝙ à seculari appellādū est ad eū, qñ loc⁹ est de iurisditione ecclę: nec aliqd dicit de ꝑsona eccl'iastica, aut miserabili. Ego verò ita distinguerē, ꝙ aut secularis, q tulit sententiā, recognoscit superiorē: & tūc etiā si ꝑsona sit miserabilis, vel ecclesiastica, appellari debeat ad secularē: vt ibi iudicium fi-

b nem [b] accipiat, sibi cœptū est. Nec ob. tex. noster: quia loquit̃, qñ cōsuetudo erat in loco, vt à sñia consulum appellare, vel ad Papā, vt patet in tex. ibi dū dicit̃, sicut hacten⁹ seruatū est & c.

Si verò est inferior nō recognoscēs superiorē, videt̃ maius dubium. Arbitror tñ dici posse, ꝙ appellari possit ad Papā: quia saltem datur defectus superioris. faciunt ea, quæ dixi in præcedenti art. & tenet do. Ant. in c. cū Ioannes. de fid. inst. per tex. nostrum, & in auț. vt differētes iudi. §. si verò. Sed text. noster parum facit, vt j. subijciā. Et idē tenet do. Ant. vt hic, multi tamen voluerunt, ꝙ isto casu, idē sit qđ in Impatore. per l. infamē. ff. de pub. iud. inducēdo, vt induxi in præce. casu, & dixi in c. j. j. de maleficijs. vnde sicut ab Impatore nō appellat̃ ad Papā, vt j. subijciā: ita nec ab istis appellari debet ad Papā. Sed mihi nō placet: quia longa est differentia inter vnū casum, & reliquum. Quare cū vacāte Imperio ad quē appellandū erat, appellari posset ad Papā, vt statim dixi. Ita videt̃ dicendū in hoc casu: quia quò ad istum, qui non recognoscit Impatorē Imperiū quodāmodo dicit̃ vacare. aut loquimur in Impatore: & arbitror dicendū est, ꝙ nō possit appellari ad Papā: etiā si sit persona miserabilis vel ecclesiastica, quæ litigabāt corā Principe: & ratio sit, quia præsumit̃ pro sñia iudicis, vt in l. Herēnius. §. Caia. ff. de euic. Et maximè Principis, secundū ea quę tradunt̃ in c. quæ in ecclesiarū. s. de consti. & per Cy. in l. quoties. C. de præci. Impera. offe. vnde cùm à sententia Principis de iure cōmuni nō appelletur, vt in l. j. in prin. ff. à quib⁹ appellare non licet. agentes coram ipso, etiam si sint clerici, ligantur iure communi singulari: quia appellatio videtur potius inspicere ordinem & potestatem procedendi, quàm decisionem. & ideò seruamus ius ciuile etiam in clericis, vt latè dixi in c. quod clericis. s. e. Secus autē est in inferiore, licet non recognoscat Imperatorem: quia non reperitur iure cautum, ꝙ non possit appellari. & talis non recognitio est potius de facto, per no. x. dist. quoniā. & lxxxvj. dist. c. cùm ad verū. & in c. solitæ. s. de ma. & obed. Et adde hunc casum ad hoc, qđ dixi in rub. ver. viij. & vide ad

13 prædicta, quæ dicam j. in fi. ¶ † Quartus casus est, cùm iudex secularis est suspectus: quia tunc associatur ei eps, vt in auț. si ve-

c rò. C. de iud. & in auț. vt differentes iudi. §. si verò [c] traditur. xj. q. j. in sum. quod singulariter limitat Host. in c. nouit. s. de iud. quando recusat̃ iudex, qui est immediatè subiectus Imperatori. secus si in dicta prouincia est alius superior secularis: quia tunc debet adiri ille superior, & sequuntur hic do. Ant. & do. quod dictum est valde singulare, & memoriæ commēdandū: & sic videt̃ dicendū, ꝙ quando in ciuitate datur superior, si recusatur ordinarius inferior: adeūdus est superior. ꝗuis semper viderim cōtrariū practicari, & practicauerā ignarus hui⁹ singularis limitationis ad dictā auț. si verò. Et hac ratione idē arbitrarer, si in prouincia non esset superior, sed Imperator esset in loco propinquo & vicino: ita ꝙ de facili possit adiri, & adde hoc ad id, quod dixi in rubr. ver. xcvij. ¶ Quintus casus est ratione cōsuetudinis. tex. est hic, & sequuntur Host. & doct. & Spe. in ti. de compe. iudi. adi. ver. xxxiij. & probatur in c. ex transmissa. s. e. secūdū vnū intellectū, & in c. cū contingat. j. e. & ibi latius dicam. & adde quod dicā j. post glo. fi. A. B. Facit quod no. do. m. in c. pe. de iura. ca. in fi. & ibi dixi, & probatur secundū vnum intellectū, in c. ij. de ordin. cog. & ibi per d. m. in prima oppo. post glo. & j. ver. xliij. Ma. ¶ Sextus casus, quē etiā hic ponit glos. est, cùm aliquid ambiguum fuerit difficile: & inter iudices variatur. in c. per venerabilē. j. qui filij sint legi. tenet Spe. in d. §. j. ver. xxij. & Host. in sum. e. titu. §. ij. & dicit

d hic Pe. ꝙ hoc facit ad quęstionē de duab⁹ [d] quartis & c. vt cùm sit in ambiguitate opinionū legistarū, stetur interpretationi ca-

14 nonicę †. Sed tu aduerte: quia illud concludit, ꝙ laici iudicantur à legib⁹ ecclesiasticis, non à iudice ecclesiastico: prout quærimus. Item contra hoc dictum videtur text. expressus in l. j. C. de legi. vbi tex. dicit, quòd interpretatio dubiorum legaliū spectat ad Principem, non ad ecclesiam: quia eius est interpretari, cuius est denuo condere, vt in l. fi. C. de sententijs. & ideò quidam restringunt hoc dictum, quando ageretur de causa fidei, vel materia spectante ad ecclesiam. ar. l. j. C. de sum. trini. & d. c. per venerabilem. vnde dicit domi. Anto. & sequitur do. m. quòd pro interpretatione rectius & ordinatius recurritur ad Principem, si dubium est circa leges & causas seculares. Si tamen reperitur illud ab ecclesia determinatum, sequendum est & in foro seculari. Tu dic, ꝙ si iudex potius volet adire Principem, est in facultate sua: sed si non vult, debet sequi quod determinatum est à iure canonico. Circa quod vide quod tradit Bar. in extraua. ad repri. in verbo, per edictum. & quod latè dixi circa hoc in c. j. j. de ope. no. nun. Et adde prędicta ad id, qđ dixi in rub. ver. xxvij. ¶ Septimus casus est in causis criminalibus ecclesiasticis vel mixtis: de quibus etiam inter puros laicos ecclesiasticus potest cognoscere. de quibus latè dixi in c. cū sit. s. eo. ¶ Octauus casus est in alijs causis non criminalib⁹, quæ tamen de sui natura spectant ad cognitionē ecclesiastici, de quibus

a ¶ Adde, quòd nemo debet esse acephalus. xciij. d. ca. nulla. & ideò licet ex hac ratione, exempti ab imperio sint sub pontifice, ita Car. in cle. past. versi. & illud. in ij. oppo. de re iudic. Host. in c. cū Ioannes. de fi. instru. & Car. in cle. præsenti. in vij. q. de censi. & latè per Moder. in d. c. nouit. de iudi. vbi inferunt ad Regem Galliæ & Hispaniæ, & adde quæ dicit iste. j. circa finem.

b ¶ Finem accipiat. vt l. vbi cœptū. ff. de iud. ad eam tamē reg. vide ij. fal. per Fely. in c. ex tenore. ver. lex vbi cœptū. s. de rescri.

c ¶ Dicit tamē ibi Bald. ꝙ illa auț. de consuetudine non seruatur: vnde miror ꝙ Marianus dicit se obseruasse practicam eius authen. antè quàm vi derit do. Host. in c. nouit. & adde, quòd pars litigans potest petere, vt alius iudex sibi associetur, & non eps, vt concludit not. Sal. in l. apertissimi. in ij. col. C. de iud.

d ¶ De quibus latè per Bar. in l. iubemus. C. ad Trebel. & Ca. & Abb. in c. Ray. & in c. Ray. de testa.

de quib9 in.c.tuam.j.de ord.cog. ¶ Nonus casus est in causa fi-
dei.xxiiij.quæstio.j.c.quoties. ¶ Decimus casus est in causa ma
trimoniali, vt.d.c.tuam.de ordi.cogi.& ibi dixi in notabilibus,
vbi posui plures rationes & .x.di.c.j.j.de consang.& af.c.j.Spe.
de cõpe.iudi.adit.§.j.ver.xxj. Et adde ad id, quod dixi in rubri-
ca versi.lvij. ¶ Vndecimus casus est in causa natiuitatis, vt in c.
causam.&.c.lator.j.q filij sint legiti.& dicto.c.tuam.& adde ad
id, quod dixi in rubrica, versi.lxxij.& sequenti. ¶ Duodecimus
ratione connexitatis.vt hic dicit glos.fi. & sic cognoscit de do-
te, prout incidit ad causam matrimonialem, vt in.c.de pruden-
tia.j.de donat.inter virum.& per Do.m.in.c.non est.j.de spon.
& est bonus text.in.c.accedens.el.ij. & ibi dixi in vlti.not.j.vt
lit.non conte. Item de hæreditate, prout dependet à natiuitate.
de quo latius per Docto.in c.j.j.qui fil.sint legit. & adde ad id,
quòd dixi in rubri.ver.xxj. Et ratione cõnexitatis, seu inciden-
tiæ, iudex deputatus ad criminalia potest cognoscere de ciuili.
& econtra l.solemus.§. latrunculator.ff.de iud.tradit Bald.in.l.
sed & loci.§.si dicantur ff.finium regun.
¶ Decimustertius, in causa decimarum.j.de decimis.per totum.
¶ Decimusquartus, in causis mortuariorum à defunctis relicto
rum, secundùm Hosti. & probatur in authen.de ecclesiasticis ti
tulis.§.si quis autem pro redemptione.
¶ Decimusquintus, in causa iuris patronatus ecclesiæ, vt in.c.ij.
& c.quanto.s.de iudi.tetigi in rubri.ver.lx.
¶ Decimussextus, in causis feudalibus ecclesiæ.de quibus latius
dixi in.c.ex transmissa.s.eod.
¶ Decimusseptimus, in causis seruorum & rusticorum ecclesiç.
de quibus dixi in c.j.s.eod.
¶ Decimusoctauus, in causis pœnitentium.dixi in.c.j.
¶ Decimusnonus, in causis hæremitarum.dixi in c.j.
¶ Vigesimus, in causis hospitalariorum, templariorũ, & lepro-
sariorum: licet sint laici.de quibus dixi in d.c.j.
¶ Vigesimusprimus, in causis libertorũ, pupillorũ, viduarũ, &
miserabiliũ psonarũ: intelligẽd tñ, vt dixi in c.cùm si gñale.s.e.
¶ Vigesimussecundus. in peregrinis, agricultoribus, & naui-
gantibus.quod declara, vt dixi in d.c.cùm sit.
¶ Vigesimustertius, in causa recõuentionis.iij.quæ.viij.in c.cu-
ius in agendo. de quo latius dicam in c.j.& ij.j.de mutuis peti.
¶ Vigesimusquartus. ratione administrationis assumpta à lai-
cis de rebus ecclesiasticis.de quo tetigi post Do.m.in c.ij. tit.s.
j.& vide quæ dixi in rub.ver.j.
¶ Vigesimusquintus.in laicis collectãtib9 ecclesias, vt in authẽ.
itẽ nulla.C.de sac.san.eccle.& vide quod dixi in c.cùm sit.s.eo.
¶ Vigesimussextus. cùm agitur vigore denunciationis euãge-
licæ.de quo latè dixi in c.nouit.s.titul.j.
¶ Vigesimusseptimus, cùm agit p clericũ cõtra laicũ p re eccle
siæ, vel ipsius clerici.de quo dic, vt latius dixi in c.si cleric9.s.eo.
¶ Vigesimusoctauus, ratione priuilegij.vt in c. cùm contingat
j.eod.& ibi videbimus.
¶ Vigesimusnonus, quando clericus agit contra laicum, in qui-
bus casibus potius videtur esse reus, quàm actor in causa restitu
tionis in integ. in causa reductionis ad arbitrium boni viri, &
similibus.de quibus latius dixi in c.cùm sit generale.s.eod.
¶ Trigesimus.ratione misturæ: quia sit cõuenienda vniuersitas,
in qua sunt clerici & laici: si modo sunt numero plures, aut sal-
tẽ pares: secus si pauciores.Sed quidã in hoc vltimo cõtrariũ te
nẽt.de quo dic, vt lati9 dixi.s.e.c.j.ver.decimaquarta d̄claratio.
¶ Trigesimusprimus, ratione promissionis factæ per laicũ cle-
rico, etiam de re temporali: concernente tamen spiritualitatem,
vt in c.cùm essent.& ibi traditur.j.de simonia.
¶ Trigesimussecundus, ratione cõsuetudinis, per quam in qua-
cunq; causa à clerico contra laicum impetrarentur literç.secun-
dùm quod s.tetigi & in c.si clericus.& ibi gl. & in c.ex trans-
missa s.eod. A.B. Et probatũr in c.ij.j.de ord.cogni.secundùm
vnum intellectum, de quo ibi per dominũ meum, in prima opi.
post glo.& probatur etiam in c.pe.s.de foro compe.secundùm
vnum intellectũ.de quo ibi per Doc.& Do.meũ in fi.opp.Ma.
¶ Trigesimustertius.ratione nullitatis processus iudicis secula-
ris agitati inter clericum & laicum: de qua potest cognoscere e-
tiã ecclesiasticus.in c.fi.s.de iudi. & in c.cùm ecclesia.s.de cõsti.
¶ Trigesimusquartus.propter signa penitentię, quæ apparue-
rint in defuncto: propter quæ ecclesia potest exercere iurisdi-
tionẽ in hæredes laicos, ad quod vide, quæ latius dixi in c.à no-
bis.el.ij.j.de sent.excom.in fi.no.
¶ Trigesimusquint9, in omnib9 criminibus ecclesiasticis vel mi
xtis: vt vsurarũ, adulterij, concubinatus, periurij, sortilegij, pec-
cati cõtra naturã, fractæ pacis, assasinatus, & similibus.de quib9
latius dixi in c.cùm sit, s.eod.& tetigi.s.in ver.septimus casus.
a ¶ Trigesimussextus, generaliter ratione cuiuscũque peccati, a
secundũ L.ap.allegatione.lxx.tenet glo.in c.cùm sit.s.eo.quod
tamen declara vt ibi dixi.
¶ Trigesimusseptimus, in omnibus casib9, in quibus dixi quẽ
sortiri forum alienum ratione delicti vel contractus, de quibus
latius videbimus in c.dilecti.& in c.postulasti.j.eo.
¶ Trigesimusoctauus, in omnibus cõcernentibus totius Chri
stianę religionis decorẽ, vt in c.iudęi.j.de testi.& ibi do.M. &
in Clementi.de testi.& ibi Pau.zenzel.& Matthęus, & ibi di-
xi, & in c.j.de homi.lib.vj.xxiij.q.iiij.in c.displicet.
¶ Trigesimusnonus sit, in omnibus casibus, in quibus reperi-
tur, q iudex ecclesiasticus possit excommunicare: quia etiã in
illis poterit cognoscere inter puros laicos, quod tamen intelli- a
ge secundùm ea, quæ dixi in d.c.cùm sit.
¶ Quadragesimus, ratione violẽtię in rebus ecclesiasticis: vt in
c.pe.de immu.eccl.secũdùm vnũ intellectũ, de quo ibi p D.m.
in fi.& probatur etiã in c.ij.de ordi.cogno.secũdùm vnũ intel
lectum, de quo ibi per do.m.in j.oppo.post glo.
¶ Quadragesimusprimus, ratione cõnexitatis causę: & ne con-
tinentia causæ diuidatur.ad quod vide quod dixi in ca.fin.j.de
mutu.peti.in xj.prin.arti.fallen.viij.
¶ Quadragesimussecundus, si non fuerit exceptus, vt proba-
tur c.ij.de ordi.cog.secũdùm vnum intel.de quo ibi per D.m.
in prima oppo.post glo.& sic ratione prorogationis, de qua.j.
eod.& c.significasti.
¶ Quadragesimustertius, ex generali consuetudine, secundùm
quam clericus conuenit laicum coram papa, vel delegato ab
eo: vt in c.ij.de ordi.cog.secũdùm vnũ intellect.de quo ibi per
6 D.m.in prima op.post glo.vide.s.ver.v. ¶ † Sed cõtra prædi-
cta opponitur, & videtur q papa non possit de iure merè tem
porali cognoscere & iudicare inter puros laicos: nec videtur iu
ribus papæ credendum in hoc: cùm illa sint per eum statuta in
suum fauorem, vt in rubro & nigro.C.ne quis in sua causa iud.
& in l.de ætate.§.j.ff.de interrog.ac.xiij.q.ij.in §.j.Sol.dicit hic
Inn.quem sequuntur Doc.q si illi, qui hoc dicunt, diligẽter at-
tendant: non euadũt culpam sacrilegij, & ad probãdum, q pa-
pa possit se impedire, probat per hũc discursum.Deus à princi
pio creauit cœlum & terrã, & omnia quę in eis sunt: & angeli-
cam naturã: & spiritualia, & tẽporalia: quæ omnia per seipsum
rexit & gubernauit: & homini, quem fecerat, præcepit: & tras-
gredienti, pœnam imposuit: vt hęc habentur Gene.j.& ij.ipsis
etiam peccãtibus pœnam per seipsum imposuit Adæ & Euæ:
vt habetur Gene.c.iij.& ibi etiã habetur, qualiter per seipsum
puniuit Cain & Lamech, & quosdã alios: vt habetur ibi iiij. &
v.ca.& sic per seipsum rexit vsque ad Noe, cuius tẽpore cœpit
gubernare & regere per ministros suos: quorum primus fuit
Noe, quod ex eo ostenditur: quia Deus eidem cõmisit guber-
nationem arcæ per quam ecclesia significatur: vt habetur Ge-
nesis.v.& vj.& etiam.ix.c. vbi traditur, q dedit rectoriam &
legem Noe & filijs suis: & licet nõ legatur, q Noe fuerit sacer-
dos: tamen statim post egressum arcæ, exercuit officium sacer-
dotis: & leges dedit populo: vt etiã habetur Gene.c.viij. quod
officium sacerdotis Abel & Cain prius exercuerunt. In hac au
tem rectoria & vicaria successerũt Patriarchæ, Iudices, Reges,
& Sacerdotes, & alij qui pro tẽpore iudæorum regimini præ-
fuerũt: & sic processum fuit vsque ad aduentũ Iesu Christi re-
dẽptoris nostri: q cũ esset naturalis & verus dñs, & iudex iust9,
iuxta illud psalmistæ, iuxta iudiciũ tuũ &c.& Esaiæ. xxiiij. c.
dominus legifer noster, q Iesus Christus vicariũ suũ constituit
Petrũ & successores suos, dum dixit, pasce oues meas.& rur-
sus, tu es Petr9 &c.& licet in multis distincta sint officia & re-
gimina mũdi: quãdoq; tamẽ necessariũ est recurrere ad papã,
siue sit necessitas iuris: quia alius nõ est iudex seu superior: si-
ue facti: quia de facto minores iudices, vel non possunt, vel no
lunt iudicia exercere, vt s.latius dixi. Quid autẽ sit de iudęis, sar
racenis, gẽtilibus, schismaticis, & similibus, quomodo pertineãt
ad iurisditionẽ papæ, Inn.hic & Io.An.remittũt ad nota. per
eos in c.quod super his.j.de voto.& sunt quasi formalia verba
Inn.& Io.An.quæ etiã formaliter sequũtur d.An.& d.m. hic.
Glo.fin.format cõtrariũ, & de materia recusationis remittit. In
ea.glo.ibi, locali.dic, & sic habes vnam solutionem.sed Gof.hic
dat aliam solutionem dicens, q hoc est intelligendum, quando
superior aditur per appellationem: vt puta, consules recusati
nihilominus procedebant, & hoc probat litera nostra, quæ di-
cit sicut superius est expressum: quasi per appellationem cau-
sa deuoluatur ad eos, vt s.dixi. Et hæc solutio satis placet Do.
m. Sed mihi nõ placet: quia litera videtur cõtrariari dũ vult, q
probata suspicione corã arbitris, recurratur ad Episcopũ, vel ad
papã, vnde datur tertia solutio secũdùm Gof. vt tex.noster in-
telligatur secũdũ iura cõtraria: videlicet, q recurritur, nisi causa
cõmittatur per recusatũ, quæ solutio nõ videtur bona, nisi esse-
mus ante electionẽ arbitrorum, de quo tamẽ dic, vt latius dixi

a ¶ Peccati adde. & ratione peccati, vt in dicto c. nouit. vbi Decius in ix. not.de iudi.

in c.si qs cōtra.s̃.e.& d.c.cū speciali,vnde datur quarta solutio,
secūdùm Vin.ꝙ sufficit,ꝙ iudex secularis per se nō posit causam cognoscere ad hoc, vt fiat transitus ad ecclesiasticum. vix
enim cōtingeret,ꝙ per aliū posset cognoscere,quę solutio non
placet D.m.nec mihi,per not.in d.c.si qs & c.cùm speciali.vnde datur quinta solutio secūdùm Host. ꝙ tex.noster procedat
de cōsuetudine,& hoc sentit glo.& mihi placet,vel secundùm
eum dici potest,ꝙ contraria procedunt,cùm recusatur Episcopus propter excellentiam dignitatis : secus quando recusatur
minor,quæ solutio non placet Do.m.nec mihi: quia nimis restringit c.cùm speciali.& ideò, iudicio meo, melior est solutio
glo.iuncta prima solutione Hostien.vt in effectu hæc decretalis procedat ratione localis cōsuetudinis,quæ sic habebat, quæ
circa iurisditionalia multum operatur,vt latius dicam in c.cùm
cōtingat.j.eod.Et adde,quæ dicam in solutione sequētis contrarij.Sed cōtra hunc tex.in fi.opponitur aliter. Nam tex.iste
loquitur de iudice temporali,seculari,& ordinario: ergo videtur,ꝙ non posit recusari in totum:nec ꝙ debeant eligi arbitri.
¶Sed ꝙ adiungatur Episcopus loci:vt in auť.si verò.C.de iudi.& in corpore vndè sumitur.Cuius cōtrarium hic dicitur,solutio.d.Ant.hic dicit,ꝙ consuetudo tribuens iurisditionem in
causa appellationis,extēditur ad causam recusationis,quæ iudicatur à pari,vt in c.super eo.el j.j.de app.quæ solutio non placet D.m.quia præscriptio tāquam odiosa,non debet extēdi,vt
in c.cùm olim.& in c.auditis.j.de præscrip.Nec obst. parificatio prędicta:quia parificatio non est per omnia:sed dūtaxat in
quibusdā casibus,vt est tex.in c.si cōtra vnū.de offi.dele.li.vj.
dixi latè in d.c.super eo.Et maximè in casu nostro:quia in appellatione aditur superior,tam de iure canonico, quàm ciuili:
quòd non cōtingit in recusatione:quia iure canonico eligūtur
arbitri,vel causa cōmittitur,vt d.c.cùm speciali.j.de appel.& in
c.si quis cōtra.s̃.eod.Sed de iure ciuili,in ordinario adiungitur
Episcopus,vt dixi,sed in delegato,seruatur dispositio.l.cū speciali,& l.apertisimi.C.de iud.Item in parificatis,nō debet fieri extēsio quò ad præscriptionēm,secūdùm D.m.de quo tamē
dic,vt latius dixi in c.cùm ex iniuncto.j.de hæreti.& in dispu,
mea,quæ incipit.A sacrosanctæ.vnde D.m.soluit aliter,videlicet,vel ꝙ hoc erit cōsuetudo:vt sentit glo.quæ cōsuetudo habebat,ꝙ cōsules recusati,probata suspicione non possent cōmittere.Sed hæc solutio propriè nō soluit cōtrariū: quia cōtrarium
loquitur,ꝙ debebat dari adiūctus:& non deberēt eligi arbitri,
vnde datur secūda solutio per eum,videlicet ꝙ text. noster loquitur,quādo fuit appellatum ex eo,ꝙ cōsules nolebāt admittere recusationē,vt habetur in fi.literæ, quasi sentiat, ꝙ postea
coram Episcopo ad quem,appellabitur,probata iustitia appellationis,electi fuerūt arbitri,q̃ solutio mihi nō placet:qa hic nihil dicitur de appellatione:imò dicitur,ꝙ proposita recusatione,& electis arbitris,& probata suspicione corā eis, recurrēdū
est ad Episcopū: quia cōsules non admittebāt recusationē: nec
videbatur propter hoc,ꝙ essent eligēdi arbitri:quia aut iudex
ad quem,iudicabit appellationē iniustam: & poterit remittere
ad iudicē à quo:aut iudicabit eam iustam: & hoc casu, vel ipse
debuit posse cognoscere,vel iudicare,ꝙ esset locus adiūcto,vnde D.m.dat tertiam solutionem,quæ sumitur ex lectura Host.
ꝙ iste locus erat subiectus ecclesiæ quò ad iurisditionē tēporalem,ex qua solutione habet vnā singularem limitationē ad di-
a ctam auť.[a] si verò.videlicet, ꝙ procedat in ordinarijs secularibus in terris imperij.Secus in terris ecclesię.facit quod in simili not.in c.si duobus.j.de app.quę solutio satis placet in se,quātum ista ciuitas simpliciter fuisset cōcessa Episcopo in temporalibus,& nō in feudū. Sed inquātum fuisset cōcessa in feudū,
videretur seruāda originalis natura ipsius feudi, & nō accidētalis,vt dixi in c.ex transmissa.s̃.eo.facit quod dicā in sequēti cōtrario.hæc tamē solutio cōtinet diuinationem: vnde ego arbitror,ꝙ vera solutio sit,ꝙ totum hoc operabatur consuetudo,vt
innuit tex.noster dum dicit,sicut superius est expressum, quæ
cōsuetudo hoc totū habebat, ꝙ recusatis cōsulibus eligerētur
arbitri:& probata suspicione corā ipsis,recurreretur ad Episcopum, vel papā:& sic est plana.facit quod statim dicā in sequēti
cōtrario,vel possumus soluere dando vnam aliam singularē limitationem ad dictā auť.si verò,intelligendo, ꝙ Episcopus est
dominus temporalis hoc modo, videlicet ꝙ cùm in ciuitate essent consules,qui tenebant locum superioris tēporalis,sed non
esset alius superior secularis:sed ecclesiasticus.s.Episcopus:quia
si esset superior secularis in loco,nō haberet locum auť.si verò.
ꝙ adiūgeretur Episcopus,secūdùm quod s̃.dixi secūdùm Host.
in versic.quartus casus.vnde hoc casu eligatur quædā media &
mixta via, vt recusato seculari ordinario, eligantur arbitri : &
probata suspicione, recurratur ad Episcopū, vel ad papam. sed
tamen plus mihi placet pręcedens solutio,quæ iudicio meo,est
verior.¶Vltimò opponitur contra tex.de notatis in c.si duo-
16 bus.j.de appel.†vbi dicitur, ꝙ à seculari nō appellatur ad papam:nisi secularis sit de tēporali iurisditione ecclesiæ.Sol. Inn.
hic dicit,ꝙ Episcopus poterat appellari iure speciali ratione cōsuetudinis.Papa verò iure imperij:quasi velit dicere, quod papa succedit vacante imperio.vnde sicut appellaretur ad Imperatorem,si non vacaret:ita nūc vacante imperio appellaretur ad
papam qui succedit in locum ipsius.Sed cōtra hoc fortiter ob.
tex.dum dicit præsertim,& sic includit,ꝙ idem esset, si nō va-
b cet imperiū.Sed posset exponi præsertim.[b] id est tātum,vt habetur.xj.di.c.illud.cum suis concordantijs,secundùm Vinc.&
Gof.Sed tunc fortiter ob. si enim papa solùm poterat cognoscere loco Imperatoris : ergo sicut ad Imperatorem gradatim
est appellādum,vt dixi s̃.in iij.casu.Ita videtur dicēdum hoc casu,ꝙ papa succedit in locū ipsius,per regulam, is, qui in ius. de
re.iu.lib. vj. & sic videbatur prius appellandum fuisse ad Episcopum.Sol.Vin.& Io.An.dicūt,ꝙ dum tex.dicit,de papa,debet intelligi, quādo Episcopus non exhibebat iustitiam, fortè
propter metum cōsulum,vel secūdùm Vinc. loquitur fortè in
grauioribus causis,de q̃bus non recognoscit Episcopus,prout
habetur in c,vt debitus.in fin.j.de app.d.Ant.hic dicit,ꝙ post
quàm iurisditio defertur hic à seculari ad ecclesiasticū ratione
cōsuetudinis,cōsuetudo prędicta sic deferēs interpretari debet
secūdùm qualitatem eius,ad quem defertur.Et sic cùm de iure
canonico appellari posit omisso medio:ita & hoc casu,ecclesiasticus recipiens hāc iurisditionē,eam recipit cum dicta qualitate,quæ ratio nō placet D.m.& bene:quia si cōsuetudo erat,
ꝙ appellaretur ad Episcopū: ergo nō poterat appellari ad papam:quia aliàs cōsuetudo & prę̨scriptio extēderētur:qđ esse nō
debet,vt s̃.dixi.Nec obst.iura,quæ volunt,ꝙ de iure canonico
appellari posit omisso medio:qa procedūt de iure cōi nō autē
de iure speciali.& p hāc rationē reprobať aliud dictū.d.Ant.dicētis,ꝙ hoc casu,à quolibet grauamine licitū est appellare:q̃ reprobatio mihi placet, inquātū loq̃remur de grauamine iudicis
secularis:secus si de grauamine illato per Episcopum: quia tunc
inspiceretur locus & qualitas tribunalis iudicij agitati:cùm appellatio ante sentētiam respiciat ordinatoria iudicij.Host.verò
hic sentit aliam solutionem,videlicet,ꝙ ideò hic appellatur ad
Episcopū: quia Episcopus est dominus ciuitatis Vercellensis:
quia eam tenet in feudū ab Imperatore quod dictū nō est verū,vt patet ex his,quę dixi in c.ex transmissa.s̃.e.quia si ciuitas
ista ita fuisset cōcessa in feudū,nō appellaretur ad ecclesiasticū:
sed ad secularē superiorē:& si cōsules erāt cōstituti ab Episcopo,appellādum erat ad Episcopū de iure,tāquam ad superiorem:& nō de cōsuetudine,prout hic dicitur in tex.Si verò ciuitas fuisset cōcessa simpliciter,& nō in feudū:& sic nō esset feudalis,vt dixi in d.c.ex trāsmissa.tūc ab Episcopo,tāquā à quolibet ecclesiastico, appellaretur ad papā,omisso medio : vel ad
proximū superiorē:qa idē est in hac iurisditione, sicut in qualibet iurisditione ecclesiastica.vt in c.Romana.§.debet.de app.
li.vj.& quod no.per Inn.in c.solitę.de maio.& obe.& in c.j.de
iu.pa.li.vj.Et seq̃tur hic Io.de lig.Ego tamē arbitror,ꝙ quātū
ad intellectum istius c.inquātum text.dicit,de cōsuetudine, &
postea subdit,pręsertim vacāte imperio,ꝙ tex.debeat ita intelligi,videlicet ꝙ cōsuetudo erat,ꝙ à sentētia cōsulū appellaretur
ad Episcopū,vel ad papā.Et sic consuetudo habebat,ꝙ erat in
potestate appellare ad alterū,vel ad alterū.Et subditur in tex.ꝙ
talis consuetudo,pręsertim vacāte imperio,seruanda erat, & sic
17 tex.stat propriè.†Vtrū autem cessante cōsuetudine,à seculari
appellandum sit ad ecclesiasticū propter defectū Imperatoris:
ita vt appellatio assumat qualitatē eccleśisticā D.m.hic tenet,ꝙ
sic,vnde poterit appellari ad proximū superiorem,& etiā ad papam,omisso medio. Nam cum papa iure proprio habeat iurisditionem temporalem in habitu,vt s̃.dictum fuit, & desit sibi
c exercitium,quod reassumit vacante[c] imperio:illud videtur reassumere iure proprio, non autem tanquam subrogatus. facit
quod not.in c.j.j.de pign.& quia res de facili reuertitur ad naturam suam.xxxv.di.c.ab exordio.cum si. Et hæc adde ad ea
quæ dixi.s̃.eo.c.in iij.casu principali.

a ¶Alias fallē.ponit iste.s̃.in iiij.col. & ibi dixi.

b ¶Præsertim.i. tātum.similem facit glo.in c.ad abolendā.s̃. de filijs presbyte.in ver.maximè.

c ¶Vacante imperio Card.hic negat hoc commune dictum omniū: quia hoc esset turbare imperiū & iurisdi. eius, contra illud, quod ipsemet papa in c.nouit.s̃.ti.protestatur, & de hoc vide hic mod.in fi. & adde consti.Ioānis.xxij. in extrauagā. incip. si fratrum coepiscoporum more.

SVMMARIVM.

1 ☞Vidua,quando laicum corā ecclesiastico conuenire posit.
2 Superior secularis præcipere potest subditis,ne coram alio iudice litigent.
3 Superior secularis ad instantiam laici conuenti,præcipere potest actori subdito.
4 Literæ impetratæ ad petitionē personæ miserabilis.an valeant.
5 Literę impetratæ à puris laicis ad iudicem ecclesiasticū,quando valeant.
6 Vidua,quæ verè dicatur.
7 Vidua dici potest,virum inutilem habens.

Ex tenore.

EX tenore. Vidua laicum corã eccleſiaſti-
co cõuenire non poteſt, niſi ſu
per cauſa eccleſiaſtica, vel in defectũ iuſtitiæ ſecu-
laris.h.d.Et primò ponitur comitis cõquæſtio. Se-
cundò papę prouiſio.ſecũda ibi,nos igitur.Quę tria facit.pri-
mò cauſam reddit.ſecũdò,mãdat ſuperſederi ibi, mãdamus, cũ
1 duobus caſibus exceptis . ¶†Primò not. ꝙ licet vidua ſit ſub
protectione eccleſiæ,nõ tamen poteſt cõuenire laicum coram
eccleſiaſtico,niſi data negligentia iudicis ſecularis.Et aduerte:
quia ad hoc vt poſsit cõuenire laicum, aut literas impetrare ad
eccleſiaſticũ:videtur ſufficere,ꝙ ſuus iudex ſit negligens: licet
ipſius iudicis ſuperiores nõ ſint negligẽtes, & hoc,ratione fa-
uoris ipſius viduæ, aut miſerabilis perſonæ.ſecus in alijs: quia
tũc exigeretur non ſolùm negligẽtia iudicis proprij:ſed etiam
aliorũ ſuperiorũ,ſecũdùm Inn.in c.ſignificãtibus.ſ.de offi.de-
lega.Pe.tamen & Abbas hic vidẽtur idem tenere, etiã in qua-
libet alia perſona vidua,vel miſerabili,mouẽtur per tex.noſtrũ
qui dicit,iudicẽ,& ſic loquitur indefinitè,& non dicit,comitẽ:
quia fortè Rex Franciæ,qui eſt ſuperior ipſius comitis Britã-
niæ,erit etiã requirẽdus.In cõtrarium tamen opponunt de c.
ex tranſmiſſa.ſ.eod.& nõ ſoluunt.do.Anto.hic,quem ſequitur
Ioan.de Imo.tenet primum dictum Inno.per tex.noſtrũ, qui
loquitur in ſingulari:& non in plurali,& mihi plus placet.Mo
ueor etiam,quia ideò prouidetur viduæ & alij miſerabili per-
ſonæ,vt ſine difficultate poſsit in loco iuſtitiam cõſequi: & ſic
ne compellatur extra locum egredi ad alienas curias , & adde
prędicta ad ea,quę dixi in c.pręcedẽti in glo.j.in fi.primi caſus.
2 ¶†Secũdò not.ꝙ ſecularis ſuperior põt pręcipere ſubditis ne
litigẽt corã alio iudice:& ſic põt impedire ꝓrogationẽ ſubdito
rũ in aliũ iudicẽ,de quo latiꝰ videbimus in c.ſignificaſti.j.eo.
3 ¶†Tertiò no.ꝙ ſecularis ſuperior ad inſtantiam laici cõuenti
poteſt præcipere actori ſubdito,ne illum trahat coram alio iu-
dice,quod tamen intellige,dummodo qualitas cauſę aliud non
inducat,vt hic.
¶Quartò no. ꝙ ex eo, quòd quis ſit perſona miſerabilis, non
tamen debet alij iniuſtitia fieri propter eam.xiiij.q.v. in c.de-
nique facit.l.aſsiduis.C.qui po.in pig.ha.
4 ¶†Vltimò no.ꝙ literę impetratæ ad petitionẽ perſonę miſera
bilis nõ oppreſſę,nec pauperis:nõ ſunt nullæ ipſo iure:nec ſta-
tim ſortiũtur effectum.Sed de mandata negligẽtia ſecularis,de
quo dic,vt latius dictũ fuit in c.præce.in gloſ.j.¶Gloſ.ij.colli-
git,ꝙ cauſæ viduarũ & miſerabiliũ perſonarũ principaliter ſpe
ctant ad forũ ſecularem:niſi tales perſonæ ſint oppreſſæ: quia
ſunt ſub protectione iudicis eccleſiaſtici,& vltimo loco enume
rat gloſ.quaſdã cauſas ad eccleſiaſticũ forũ pertinẽtes. ¶In ea
glo.ibi,& aliarũ miſerabiliũ perſonarũ,dic, quæ autẽ dicantur
miſerabiles perſonæ,traditur in l.vnica. C. quando Imperator
inter pupillas & viduas,& ibi per Doc.& per Azo.in ſumma
eiuſdẽ ti.vbi dicitur,ꝙ tales ſunt ſenes,decrepiti,diuturno mor
bo fatigati,viduæ,pupilli,& generaliter omnes,quibus natura
mouemur ad miſerãdũ propter mutatam in eis fortitudinẽ &
ſanitatẽ vide glo.xij.q.ij.in c.j.lxxxvij.di.per totũ.xxiij.q.v.c.
regum.vnde Bar.cõcludit in d.l.vnica ꝙ hoc relinquẽdum eſt
arbitrio iudicis,& ſeqtur ibi Bal.quod fortę limitandum eſt in
alijs perſonis nõ expreſsè declaratis à iure, ꝙ ſint miſerabiles.
in fi.glo.dic vt latius dixi in c.cùm ſit.& in c.licet.ſ.eod. Glo.
pe.quęrit,quę ſint cauſę quę pertinẽt ad forũ eccleſiaſticum:&
ſoluit enumerãdo plures:de quibus,& alijs plurimis dixi in c.
pręcedẽti & in c.cùm ſit.ſ.eo.Glo.fi.quęrit vtrũ iſto comite,&
ſi iudice ſeculari negligẽte,iudices iſti impetrati procedere de
beant vigore priorũ literarũ vel ſecũdarum:hoc eſt,huiuſmodi
mãdati apoſtolici in fi.tex.noſtri poſiti: & ſoluit, & interſerit
cõtrarium,quod nõ ſoluit.¶In ea.gloſ.ibi,non valet,dic.ſ. ope
exceptionis.valẽt tamen ipſo iure.Secus ſi ipſo iure nõ tenerẽt:
& ita loquitur cõtrarium allegatũ in glo.in ver.ar.contra. ¶In
ea glo.ibi,per negligẽtiã.dic,& ſic.ꝙ ſi ſecularis iudex pronũ-
ciaret,quãuis ſentẽtia ipſius eſſet iniuſta,delegati nõ poſſent ſe
intromittere.cũ tex.noſter velit ſolã negligẽtiam ſuppleri,ſecũ
dùm Vin.Petrũ Egidium & Io.An.facit.c.ex tranſmiſſa.ſ.eo.
5 ¶†In ea gl.ibi,& ſic literę iſtę ſunt in pẽdẽti.dic,& an,& quã-
do literę impetratæ à puris laicis ad iudicem eccleſiaſticũ ſint
nullę à principio,vel valeant,vel ſint in pẽdenti.tãgunt hic. d.
Ant.& Io.Cal.ego latius dixi in c.pręce.in gl.j.Extra gl.oppo
no primò in eo,quod tex.dicit,ꝙ hic agebatur ſuper hęredita-
te:& papa mandat ſuperſederi,niſi cauſa ſit talis,quę pertineat
ad iudicẽ eccleſiaſticũ:quia hoc non videtur poſſe procedere:
quia cauſa hęreditaria nullo modo videtur pertinere ad iudicẽ
eccleſiaſticũ,vt j.de or.cog.c.tuã.& j.q fil.ſint leg.c.cauſam. el
ij.Sol.Hoſt.timore cõtrarij exponit hęreditatẽ.i.re hęreditaria
ſibi in dotẽ cõceſſa,vel legata,vel ex ſucceſsione ſibi delata. Et
per hunc modũ põt agi corã eccleſiaſtico.ar.ff.de iud.in l.quod
legatũ.Dos enim poteſt intelligi hęreditas mulieris:quia ſuum
patrimoniũ appellatur:vt in l.iij.§.ſed vtrũ.ff.de mino.de quo
poteſt eccleſia cognoſcere,vt j.de dona.inter virũ.in c.de pru-
dẽtia maximè quãdo vidua repetit dotẽ,vt in c.nuper.e.ti. Itẽ
ratione teſtamẽti poteſt ſpectare ad eccleſiã,vt j.de teſta.c.qua
nobis.de quo dic,vt ibi.aliàs eccleſia nõ poteſt ſe intromittere
de hęreditate,vt in cõtrarijs.ſ.formatis, & ideò text.dicit:niſi
cauſa ſit talis.Ego arbitror poſſe tex.intelligi ratione cõnexita
tis,ſeu incidẽtię:vt quia ratione hęreditatis incidat quęſtio na
tiuitatis,vel matrimonij:propter quod pertineret ad iudicẽ ec-
cleſiaſticũ:vt dicit glo.pręcedẽs:vt dixi in c.pręcedenti. Poſſet
etiã & tertio modo intelligi ꝙ papa in hac exceptione nõ intẽ-
dit referre ſe ad caſum præmiſſum: ſed excipiẽdo dare regulã
generalẽ ꝙ eccleſiaſticus nõ põt ſi intromittere inter puros lai
cos:etiã ſi ex vna parte ſit vidua,vel miſerabilis perſona:niſi ſit
talis cauſa,quę pertineat ad eccleſiaſticũ,vt ſentit gl.præcedẽs.
Secũdò principaliter opponitur cõtra tex.inquantum dicit,ꝙ
alijs in iuſtitiã facere nõ debemus:qa imò videtur, ꝙ Princeps
poſsit cõcedere priuilegiũ,cũ iniuſtitia & pręiudicio alterius,vt
not.in c.ſuggeſtũ.j.de decimis.& in l.quoties.C.de preci. im-
pe.offe.Solu.dicũt Vin.& Phi.ꝙ cõtraria intelliguntur in leui
præiudicio:ſed tex.noſter debet intelligi de graui præiudicio:
ſed quia nõ eſt materia noſtra,vide in dictis iuribus,& per glo.
xxv.q.ij.c.reſcripta. & quod traditur maximè per Do.m.in c.
6 quę in eccleſiarũ.de cõſti.¶†Poſtremò quęrit hic Phil.quę di
catur vidua:& ſoluit,ꝙ dicitur illa, cuius maritus mortuus eſt.
xxxiij.di.c.vidua. quod procedit, ſecũdùm Do.m.ex cõmuni
vſu loquẽdi:ſecũdum quẽ,vidua dicitur, quę orbata eſt viro,à
quo fuit cognita.Sed ex propria ſignificatione,& ex ęthymo-
logia vocabuli dicit,ꝙ dicitur etiã illa, quę nũquã habuit virũ.
nam dicitur à vi,quod eſt ſine,ſicut vecors,quaſi ſine corde:&
veſanus,quaſi ſine ſanitate:vt eſt tex.in l.malum.§.vidua.ff.de
ver.ſig.& vide gl.lxxxviij.di.c.j.& hoc modo latè ſumpto vo-
cabulo,vidua põt dici,quęlibet miſerabilis perſona:tunc quod
ſtrictè & propriè nõ videtur dici poſſe vidua,niſi illa,quę orba
ta eſt viro:nã viduare idẽ eſt,quod ſeparare & diuidere,& ideò
vidua dicitur quaſi à viro diuiſa,ſeu ſeparata..Et ita poteſt in-
telligi glo.j.quęſt.ij.§.ſed opponitur. Quãdoque tamen ſumi-
tur pro cognita,& quãdoque pro nõ cognita.vt eſt tex.cũ gl.
in verbo,viduę.in c.debitũ.de biga.& traditur in l.j.C. quãdo
7 Impe.inter pup.& ibi per Azo.in ſum.†Poteſt etiam dici, vi-
dua,ſecũdùm aliquos,quę habet virũ:ſed inutilem.facit tex.in
c.ij.de tranſla.Præla.& dicit Bald.no.in aut.donationem.C.de
ſecũ.nup.ꝙ illa dicitur vidua,quæ defunctum virum honorat:
non quæ inhoneſtè viuit,per text.in aut.de nupt.§.quæ verò.
pro quo allego quod no.in ſimili in c.cùm,de præben.libr. vj.
Nam ſicut ibi non debet eſſe melioris conditionis violentus
poſſeſſor, quàm poſsidens beneficium mixtè,ex titulo. Et ſic
ſponſam:ita & hic,ſicut ſumens alium virum amplius non di-
citur vidua. Ita longè minus debet dici illa, quæ poſt mortem
viri alijs viris ſe inhoneſtè immiſcet , & prædicta notabis ad
interpretationem vltimarum voluntatum defunctorũ,& etiã
ſtatutorum loquentium de viduis.

SVMMARIVM.

1 ☞Diligentia ad omne exercitium neceſſaria.
2 Doctor opinionem propriam relinquens,qualiter ſe excuſare debeat.
3 Concilia vniuerſalia,vt canones allegari poſſunt.
4 Clericus coram ſeculari non poteſt conueniri.
5 Pactum priuatorum non valet in præiudicium reipublicæ.
6 Priuatus,quis dicatur.
7 Fauori publico non poteſt renunciari.
8 Iuramentum emiſſum contra legem ad publicum editam fauorem,non ligat iurantem.
9 Iudicia ſecularia,quare dicantur publica.
10 Clericus clericũ trahens ad forum ſeculare,qua afficiaᵗ pœna.
11 Ordo in conſilijs dandis,vel diſputationibus faciendis, qualis ſeruari debeat.
12 Iuri diuino renunciari non poteſt.
13 Iuri naturali,quare non poſsit renunciari.
14 Iuri poſitiuo certã ſolẽnitatem inducẽti, nõ poteſt renunciari
15 Curſui inſtantiæ cauſæ principalis à iure ciuili inductæ,renunciari non poteſt.
16 Facultati per teſtes probandi non poteſt renunciari.
17 Priuilegio per legem commiſſoriam inducto,nullus renunciare poteſt.
18 Minor non poteſt beneficio ætatis renunciare.
19 Eccleſia, an poſsit beneficio reſtitutionis in integrum renunciare.

20 Conuentio priuatorum est nulla, vbi interesse publicũ & priuatum sunt connexa.
21 Institutus à debitore communis, non potest renunciare hæreditati in præiudicium fisci.
22 Iuramẽtũ cõtra bonos mores emissum, non est obligatorium.
23 Trahens aliquem ad vetitum examen, quando & qua pœna afficiatur.
24 Pœnam trahentibus ad vetitum examen statutam, quis incurrere dicatur.
25 Pœna quæ, & quanta sit trahenti alium ad vetitum examen imponenda.
26 Actor trahens reum ad examen vetitum, an perdat causam ipso iure.
27 Practica seu modus procedendi contra actorem ad vetitum examen trahentem, qualis. & nu. seq.
32 Reus patiens se trahi ad vetitum examen, qualiter puniatur.
33 Pœna patientis se trahi ad examen vetitum, quando habeat locum: & contra quem, & in quibus causis: & in quantum, & quando licitè sit pœnitere, vt euitetur. & nu. seq.
38 Reus ad examẽ vetitum tractus, qua cautela vti debeat, vt trahens in pœnam incidat.
39 Actor & reus, quibus rationibus excusentur à pœna trahentis, & se patientis ad vetitum examen trahi.
40 Iudex citari faciẽs ad vetitũ examẽ, qua sit afficiendus pœna.

SI diligenti. Clericus non potest sibi laicũ iudicẽ cõstituere: etiã si propriũ iuramẽtũ & aduersarij cõsensus accedat. h. d. & pars istius habetur in c. si diligẽti. j. de præscrip. Diuiditur in quinq; partes. Primò, ponitur falsa opi. Archiepiscopi Pisani. Secũdò, ipsius reprobatio. ibi: immemor. Tertiò, cõclusio. ibi. manifestè. Quartò, vnius obstaculi remotio. ibi, cum non sit. Quintò, ad aliud obstaculũ respõsio. ibi, nec iuramẽtũ.

1 a †Primò, no. ꝙ tu scholaris[a] qui nõ es diligẽs, & parũ vis stare in scholis, eris immemor istius decretalis & aliarum: quia per diligẽtiam fit memoria: vigilãtibus enim & nõ dormiẽtibus iura subueniunt: & omne artificium per exercitium suscipit incrementum: vt in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de lega. iij.

2 ¶†Secũdò no. ibi, ad hęc tẽpora tenuisse. ꝙ doctor, qui tenuit vnã opi. quam postea reperit falsam, debet dicere, licet vsq; ad hęc tẽpora sic tenuerit, tamen veritas se habet in cõtrariũ: quia etiã Imperator nõ dedignatur leges suas corrigere: vt in aut. de nup. circa prin. & ad idem c. magnæ. de voto. quia humanũ est peccare &c. tamẽ prudẽter debet emẽdare sub aliqua palliatione, ad quod vide quod notabiliter dixi. c. qualiter. el j. j. de accusa.

¶Tertiò not. ex eisdẽ verbis, pro communi vsu loquendi, secundùm quem quotidie dicimus, talis glo. & talis doctor tenet talem opi. Sed magis proprius modus loquẽdi esset, vt hic sentit Pe. videlicet, talis doctor est in tali opinione.

3 ¶†Quartò, ibi. concilij ꝙ concilia vniuersalia possunt allegari, vt canones, & idem no. in auẽ. de eccle. ti. in prin.

4 ¶†Quintò no. ꝙ clericus non potest cõueniri coram seculari: sed debet cõueniri corã ecclesiastico, quãuis agatur pro re merè profana. Ex quo infertur secũdùm. d. Ant. ꝙ tex. noster procedit, siue agatur actione personali, siue reali, de quo. j. subijciam.

5 ¶†Sextò no. ꝙ pactũ priuatorũ nõ valet in præiudiciũ eorũ, quæ statuta sunt ad publicam vtilitatẽ: secus si essent statuta in merũ fauorem ipsorũ priuatorũ, de quo latius dicam in glo. j. b & ex hoc & ex tex. infert D. m. cõtra gl.[b] in rubri. C. de decre. decu. li. x. quę dicit, ꝙ illud potest fieri per pactũ, quod potest fieri per statutũ. Nã hoc reprobatur hic, cùm per pactũ nõ possit derogari iuri publico: & tamẽ potest per statutũ, nisi sit de reseruatis Principi, vel contra bonos mores, vt no. Bar. in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iur. Sed tu aduerte: quia licet illa gloss. ita cõmuniter allegetur, tamen hoc non dicit: sed vult quod valeat ar. negatiuè, hoc modo nõ potest fieri statuto: ergo nec pacto, aut consuetudine. Et hæc argumentatio valet: quia à superiore ad suum inferius valeret etiam affirmatiuè: hoc modo potest hoc fieri pacto: ergo non potest fieri etiam statuto: sed negatiuè non valet, non potest fieri statuto, ergo nec pacto: quia statutum dat iurisditionẽ, & nõ pactum, vt in l. priuatorum. C. de iurisd. om. iu. Item per statutum potest tolli ordo iudiciarius, & non per pactum, vt. j. subijciam. & vide per Bal. in l. qsquis. C. ad l. iuliã maiesta, & per gl. in rubri. C. quę sit longa consue.

6 ¶†Septimò no. ibi, in priuatorũ. ꝙ priuatus dicitur singularis ꝑsona, sicut capit hic secũdùm D. m. aliàs autẽ dicitur priuat⁹, q nõ est dignitate cõstitut⁹. In quo etiã habet locũ tex. noster, inquãtũ esset clericus sine dignitate xxiij. q. j. c. q contra pacẽ. quinimo etiã cleric⁹ in dignitate cõstitut⁹, nõ põt pacisci, vt tãquã reus litiget corã seculari. Ego arbitror, ꝙ verbũ, priuatorũ, sumatur hic pro oĩbus illis, q nõ habẽt potestatẽ legis cõdẽdæ, aut statuti faciendi, per quod iuri publico posset præiudicari.

7 ¶†Octauò no. ꝙ fauori principaliter introducto ad publicam vtilitatẽ, licet secũdariò, vel in cõsequẽtiã ad priuatã vtilitatem introducto, nõ potest renunciari, de quo latius dicam in glo. j.

8 ¶†Nonò no. ꝙ iuramentum pręstitum contra constitutionẽ, seu legem editam ad publicum fauorem, non obligat iurãtem: & ratio est, quia iuramentum non obligat ad illicita: & ita potest intelligi regula. c. non est obligatorium, de re. iu. li. vj. præstans tamen tale iuramentum faciens tãquam temerarius: quia contra legem agit, est puniendus, per no. in c. ij. §. de ma. & obe.

9 ¶†Decimò no. ꝙ iudicia secularia dicuntur publica. Et ideò dicuntur publica, secundùm Ho. quia sunt communia. xj. q. j. c. testimonium. & c. clerici.

¶Vndecimò no. ꝙ per hæc verba, à communione habeantur extranei, non dicitur promulgari sententia excommunicationis ipso iure. Sed mandatur fieri, de quo in glos. &, si rectè memini, latius dixi in c. perpendimus. j. de sen. excom.

10 c ¶†Duodecimò no. qua pœna est puniendus clericus[c] trahens clericum coram iudice seculari: quia in criminali debet deponi: in ciuili, debet perdere causam, quod vltimum intelligit D. m. quando traxit alium clericum. Secus si proprium Episcopum: tunc etiam in ciuili debet perdere beneficium, ad hoc c. grauẽ. j. de exces. Pla. Sed tu aduerte: quia ille text. loquitur, quando traxit Episcopum in causa spirituali, & sic delinquit in duobus: ratione personæ, & ratione causę: vnde non videtur pœna illius decretalis extendenda ad causam non spiritualẽ: sed esset standum huic dispositioni, quid autem de laico trahente clericum, vtrum incidat in hanc pœnam: dicam in glossa.

11 ¶†Vltimò no. ex toto progressu istius text. iuncta diuisione, optimã instructionẽ ad obseruãdum ordinẽ in dandis cõsilijs, vel faciendis disputationibus, vt primò ponantur argumenta cõtraria, & falsę recitẽtur opiniones. Secũdò, ꝙ illę impugnẽtur per ratiões & iura. Tertiò, ꝙ ponatur vera cõclusio. Quartò, ꝙ soluãtur cõtraria. ¶Glo. j. ex eo, ꝙ tex. noster vult. ꝙ ius publicum priuatorũ pacto tolli nõ põt, ad hoc allegat in prin. multa iura deinde in cõtrariũ alleg. xj. iura, & pro solutione distinguit ex qua distinctione soluit incidenter aliquas quæstiones. ¶In ead. glos. ibi, sub hac contrarietate. dic. Doc. omnes hic tractant hunc articulum satis latè, & antiqui & moderni, de quo traditur etiam latè per glo. in auẽ. vt sine prohibitione. §. quia verò, & per Bar. Bal. & Doc. in l. pe. C. de pac. per Iac. de ra. & Burr. & Doc. antiquos in l. si quis in conscribendo. C. de pac. tradit etiam Bar. in l. ius publicum. ff. de pac. d. Ant. hic procedit. ponẽdo regulam & fallentias. Ego iuxta consuetudinem meã: quia hic non sumus in tit. de renunciatione, cui conuenit hæc materia, institueram illam omittere: & solùm pro necessitate articu. tex. nostri, ipsum ar. & tex. declarare. Sed post, quàm vultis, ꝙ ipsum ar. hic examinem: sub compendio breui, quantum potero ipsam materiam examinabo. pro ipsius ergo clariori intellectu distinguo tria membra principalia.

¶Primum, vtrum posset renunciari iuri diuino.

¶Secundo, vtrum iuri naturali.

¶Tertiò, quid de iure positiuo.

12 ¶†Circa primũ dicendum est, ꝙ quis non potest iuri diuino renunciare: tum quia in plurimis ius diuinũ est immutabile, de quo tamen dicẽdum est, vt traditur in c. quãto & fi. §. de consue. & per gl. vj. di. §. is ita. tum etiam, quia ea quæ iure diuino mutabilia sunt, qualia sunt cerimonialia vel mystica, de quibus per glo. & doc. in dictis iuribus: quia talia nõ pertinent ad dispositionẽ inferioris, etiã habẽtis iurisditionẽ: & sic multò d minus ad dispositionẽ priuati. Et ex hoc ego infero, ꝙ ferijs[d] inductis in honorem Dei, nõ põt per priuatos renũciari. de quo per glos. ij. in c. de causis. §. de offi. dele. & per glos. super verbo, ob necessitatem. in Cle. sæpe de ver. sig. & est tex. & ibi latè dicam in c. fi. j. de ferijs. prędicta tamẽ limitãda sunt, vt dicã in sequẽti mẽbro, in fi. ¶†Circa secundum mẽbrũ, de iure naturali,

13 idẽ dicẽdum est, ꝙ non potest illi renũciari, & ratio est: qa naturalia iura sunt immutabilia. insti. de iure naturali, gẽtiũ, & ciuili. §. sed naturalia. & v. di. in prin. Et ex hac cõclusione inferũtur plura. Primò, ꝙ iuri agnatiõis seu cõsanguinitatis naturalis nõ põt renũciari, vt in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & in l. abdicatio. C. de pat. po. & ĩ l. ius agnatiõis. ff. de pac. & declara. vt in dictis iuribus. Secũdò infertur, ꝙ origini paternę vel ꝓprię nõ põt qs renũciare. de quo vide per gl. in l. origine. C. de mu. & originarijs. lib. x. Tertiò infertur, ꝙ nõ valet renũciatio per quã qs perderet vitã. aut statũ suum. tex. est in l. nõ tãtum ff. de ap. & in l. ij. & iij. ff. de liberali causa. no. gl. in l. pactũ inter hæredes. ff. de pactis. & Simon de Bursano in Cle. ij. de re iu. est enim de iure naturali, vt inquit Cicero primo officiorũ, dũ dicit: principio generi animãtiũ omni à natura tributũ est, vt se vitã corpusq;

a ¶Scholaris. adde Ro. in fin. ccclix. tu habes Senis multos Doc. vbi dicit, quod verbum, stude. ędificat memoriam, alibi Cicero in iiij. rhetoricorũ, memoria nisi exerceatur, citissimè rubiginem cõtrahit.

b ¶De ista glo. vide etiam latè per. d. Abb. in c. sacrosancta. in iij. not. §. de ele. & adde Old. in consi. cxlvj. vbi dicit, ꝙ id, quod fieri potest per priuilegium, potest fieri per cõsuetudinem.

c ¶Adde optimum consil. Ro. consil. ccclxix. & Feder. consilio xc.

d ¶Ferijs nemo põt renunciare, quãdo sunt inductę in honorem Dei. ad idẽ est bona gl. in c. de causis. de offic. de lega.

sula, quod si nō omnes: quia añ, purificatā conditionē, vnus solus nō dicit̃ habere iurisd. in actu, secūdùm ea, quæ tradūtur in c. prudētiam. de offi. deleg. & quæ ibi latius dixi, secūdùm quæ est regulādū hoc dictū. Sed si delegatio esset facta cū clausula, vt omnes, aut duo, aut vnus. nō est necessaria prorogatio, p ea, quæ tradūtur in c. cùm plures. de off. dele. li. vj. Ma. Itē ex predictis hoc sequitur, ꝙ prorogatio iurisditionis nō videt̃ posse fieri de loco ad locū, videlicet, ꝙ iudex Senēsis cognoscat in territorio Florētino. Sequitur ergo ex predictis, ꝙ tā iudicis ordinarij, ꝙ̃ delegati, ꝙ̃ alterius cuiuscūq; iudicis inferioris habētis iurisditio. in habitu, & in actu, pōt iurisditio prorogari: intelligēdo tñ & limitādo secūdū potētiā ipsorū prorogātiū, & qualitatē iudicū & causarū, secūdū ea, quæ dicētur in seq. ar. sed quia quedā q̄ones veniūt hic adaptādę: ideo distinctè ꝓsequar illas.

22 ¶ †Secūdò igit̃ q̄ro vtrū iurisditio Episcopi expulsi, q potest in alterius diœcesi cognoscere inter subditos suos, secūdū formā Cle. vnicæ. de foro cōpe. possit prorogari per nō subditos suos. So. dicendū arbitror, quòd nō: moueor: quia tex. in d. Cle. vnica, specialiter indulget, ꝙ possit cognoscere inter subditos suos: ergo inter alios nō poterit cognoscere. ar. c. ij. de cōiu. lepro. & l. j. ff. ad munici. quod tñ arbitror limitādū, nisi ad hoc accederet cōsensus illius diœcesani, in cuius diœcesi talis expulsus cognoscit: nam hoc casu, etiam Episcopus non expulsus cum consensu diœcesani videtur quòd possit iurisditionem exercere in alia diœcesi, vt not. glo. in verbo, indulgemus. in d. Clemē. vnica. Et sic videtur, quòd possit fieri prorogatio iurisditionis de loco ad locum. de quo statim dicemus in articulo seq. in versi. vij. quæro. Et adde quæ statim dicam in iiij. q.

¶ Tertiò quæro quid si alicui iudici ordinario est data potestas cognoscendi solùm de causis pupillorum & viduarum, vtrum istius iurisditio possit prorogari in causis non pupillorum, seu non viduarum. Sol. hæc quæstio magis congruit arti. seq. Ideò dic vt dicam ibi in versi. quarto quæro.

23 ¶ †Quartò quæro vtrū iurisditio, quæ cōpetit de iure speciali ex cōsuetudine, priuilegio, vel pręscriptione, vel alio modo, possit prorogari. So. Host. Ioā. And. & d. Ant. hic videtur tenere, ꝙ sic. dū volūt, ꝙ iste Abbas, de quo hic in tex. haberet iurisditionē de cōsuetudine: licet sibi non placeat intellectus prædictorū quò ad tex. videlicet, ꝙ iste Abbas haberet iurisditionē de cōsuetudine, vt statim dicā in seq. q. placet tñ quod dicūt de prorogatione. Moueor: quia iura, quæ loquūtur de prorogatione, nō distinguūt, an iurisditio cōpetat de iure cōmuni, vel de iure speciali: sed simpliciter requirūt, ꝙ requirit̃, ꝙ ille, de cuius prorogatione tractatur, habeat iurisditionē: vt in l. j. ff. de iud. facit quod no. glo. & Bar. qui volunt, ꝙ etiam iurisditio eorum, qui præsunt alicui collegio potest prorogari. Et sic sequitur, ꝙ iurisditio Episcopi expulsi videtur ꝙ possit prorogari: cuius contrarium dictū fuit. s. in ij. q. Sed aduerte: quia ista quæstio incidit in aliam maiorē dubitationē, videlicet de progādo iurisditionē loci, coniuncta dubitatione altera de proroganda iurisditione illius, qui non potest cognoscere, nisi in certas personas. de quibus dicetur in seq. art. prin. ver. septimo quæro.

24 ¶ †Quintò quæro vtrū iurisditio aliorū inferiorū ab Episcopo, vt præpositi, Abbatis, Archidiaconi, & similiū possit prorogari. Sol. tex. hic videt̃ velle ꝙ sic: sentit enim, ꝙ si accessisset licētia Episcopi, clericus, de quo in tex. potuisset prorogare iurisditionē illius Abbatis Host. tñ hic Io. And. d. Anto. videtur sentire cōtrarium dū intelligūt, ꝙ iste Abbas habebat iurisditionē ordinariā de cōsuetudine, quasi sentiant, ꝙ de iure cōmuni talis nō habebat iurisditionē cōtentiosam: vt etiā traditur per aliquos in c. quanto. de off. ord. Et sic sentiūt, ꝙ iurisditio, quā habet Abbas de iure communi nō sit prorogabilis: dominus meus hic in Abbate tenet cōtrarium dicens, ꝙ Abbas habet iurisditionē, etiā cōtentiosam, secūdùm ea quæ plenè traduntur per eū in c. cùm cōtingat. s. eo. col. xiiij. & xv. Præterea dicit ipse, ꝙ dicta opi. diuinat ad tex. nostrum. intelligēdo, ꝙ iste Abbas haberet iurisditionē hanc de cōsuetudine. cum tex. nihil dicat. sed tu aduerte: quia decisio istius. q. & similium, pendet primò ab illa. q. vtrum Abb. & alij inferiores prælati habeant iurisditionē contētiosam de iure cōmuni. de qua dicēdum per D. m. in d. c. cùm cōtingat. Et ibi succinctè ego tetigi in iij. membro prin. de qua etiam latè per D. m. in repe. c. si quis contra clericū. s. e. Secūdò dependet ab alia. q. videlicet. vtrum eius, qui habet iurisditionē in certum genus, possit iurisditio prorogari. de quo latius dicemus in v. art. princ. versi. quartò quæro.

25 ¶ †Sextò quæro an iurisditio delegati possit prorogari. Solu. dic, ꝙ sic, sed nō per omnes species prorogationis, de quibus dictū fuit in ij. art. prin. potest enim fieri de tēpore ad tēpus: vt in c. de causis. s. de off. dele. dummodò fiat sub eadem forma & natura cum prima: vnde si nō fieret sub eadē forma & natura, nō esset prorogatio: & fieri nō posset: vt no. gl. in c. hi, qui. de prębē. lib. vj. & Bal. in l. si qui ex cōsensu. C. de epis. aud. faciunt ea, quæ dixi. s. in j. art. prin. Et adde alia requisita, de quibus dixi in d. c. de causis. Et adde quæ dicam. j. in vj. art. prin. versi. septimo quæro. in articulo de seculari progāte, cui à superiore prohibetur prorogatio. Item potest fieri de re ad rem: vt dicā in seq. art. prin. ver. primo igitur quæro. sed de persona ad personam fieri non potest. vt in c. p. & g. s. de off. dele. & licet multæ rationes assignētur, quare fieri nō possit: hoc casu tñ illa sola est vera, & verissima, secūdùm D. m. quia iurisditio delegata est potius delegātis, ꝙ̃ delegati: vt in c. sane. s. de off. dele. & in l. j. ff. de off. eius, cui man. est iurisditio. ergo nō potest prorogari ad alias personas, præter cōsensum delegātis: cuius est iurisditio. sed tu aduerte: quia ex prædicta ratione sequitur, ꝙ idē videretur dicēdum, si esset facta prorogatio de re ad rē: cuius cōtrarium videtur dicēdum per ea, quæ dicam in seq. art. nisi diceres, ꝙ maior abusio esse videtur, & difficilis concedi videtur prorogatio de persona ad personam, ꝙ̃ de re ad rem. cogitabis.[a] Itē sequitur ex prędicta ratione, quā approbat Do. m. ꝙ prædicta procedunt, siue loquamur in delegatis ad vnam causam tantùm, siue in delegatis ad vniuersitatē causarum: cuius cōtrarium videtur velle glo. in l. j. ff. de iud. sed contra glo. prædictam facit ratio prædicta, & tex. in d. c. p. & g. in fi. qui indistinctè loquitur, ꝙ iurisditio delegata ad alias personas non possit prorogari: sed potest respōderi ad illum tex. ꝙ loquitur quādo delegatio fuit facta ad certā causam. pro quo facit tex. ibi in fi. dum dicit. huiusmodi delegata. vnde verbū, huiusmodi, videt̃ se restringere ad casum propositū. Sed casus propositus erat de delegatione facta ad certā causam: igitur &c. Itē facit pro dicta opi. quia iurisditio delegata ad vniuersitatē causarū, est quasi ordinaria: vt no. gl. in c. cùm causam. j. de app. & vide quę ibi dixi. Et vide etiā ad hoc alia iura, quæ allegaui in c. cùm Bertholdus. j. de re iud. in glo. super verbo, cōmittētibus. Prima tamen opi. plus placet Do. m. & mihi, per rationē. s. alle. & per d. c. p. & g. Et quia nullibi reperitur q. iurisditio delegata ad vniuersitatē causarū, possit prorogari de persona ad personā. Nec est verum, ꝙ talis iurisditio habeatur pro ordinaria: vt latè dixi in d. c. cùm Bertholdꝰ. & in c. cùm causam. & latius in repe. l. j. ff. quis & à quo. Itē aduerte: quia quod s. dictū est, ꝙ nō potest fieri prorogatio iudicis delegati de persona ad personā, limitat Bal. in l. si qui ex cōsensu. C. de Epi. aud. dicens, ꝙ tex. in d. c. p. & g. loquitur, q̄n personæ volētes prorogare nullo modo cōtinetur in illa causa delegata. Secus autē si prędicta aliquo modo ad eos pertineat.[b] Nā licet tales personæ nō sint expressæ in rescripto: tñ poterūt agere corā delegato. Exēplum, si cōmitteretur causa iuris pręlationis in aliquo actu, vt in aliqua ecclesia. Et aliqui nō contenti in rescripto expressè comparerēt, & dicerēt se potiores in illa re. Nam hoc casu, ad tales potest fieri prorogatio. arg. l. si suspecta: ff. de inof. test. & l. asinā. & quod ibi no. ff. de app. Sed vt dicit Do. m. licet limitatio ista sit pulchra: tamē nō probatur iure. Putat tamē eam verā, vt cōtingentia causæ aliquid operaretur. arg. no. in c. ij. j. de ord. cog. & in c. per inquisitionē. de ele. Mihi autē videtur, ꝙ istud potius cōtingat ex virtute comprehēsiua delegationis, ratione connexitatis. arg. eorū, quæ dixi in c. licet. de off. dele. in materia perpetuationis. ꝙ̃ ex virtute prorogationis. A. B. Et aduerte circa prædicta: quia D. m. in cōsi. lxij. quod incipit, Saluatoris eiusq; genitricis Mariæ &c. singulariter dicit, ꝙ licet delegās non haberet iurisditionē in personas, quarū causam delegat: quod tamē si ipsius delegātis iurisditio, quia erat ordinaria, poterat prorogari: potest etiā prorogari iurisditio delegati ab eo: ex quo delegatus vice delegātis fungitur: & tales personæ in delegatis cōprehendebantur: licet quidam in illa. q. de facto allegarent in cōtrarium. c. p. & g. & c. cùm olim. de off. dele. Sed dicit D. m. ꝙ illa indagatio nō habet locū in dicto casu, ex quo delegatus tātum cognoscit inter personas: & de causa in delegatis comprehēsis, & sic frustra indagatio fit de prorogando: vt ibi latius per eum. Maria. Limita etiam ea, quæ hic dicuntur procedere, quò ad personas principales: secus quò ad accessorias. puta, fideiussores. item exemplū, si laicus dedit clericū fideiussorē vni delegato Papæ, nam per hoc talis clericus, licet sit persona extranea non contenta in rescripto: tamen videtur subijci iurisditioni illius iudicis delegati: & illius iurisditionem prorogare: quia Papa est ordinarius omnium clerico. in omni diœcesi totius mūdi: & simpliciter eius delegatus. dictum[c] fuit sing. Cy. in l. j. ff. si quis in ius voc. non ier. quod perpetuò not. & illud fuit dictum Petri, quod etiā sequitur l. prædicta. ¶ Tertiò limitatur, nisi sit talis persona, quæ successerit in locum personæ contentæ in rescripto. Nam si successit, fit prorogatio ad eam: vt in c. j. s. de alie. iud. mu. causa facta. Sed ista etiam non videtur proprie prorogatio: quia ratione successionis succedens

a ¶ Cogitabis. Aduerte: quia in contrarium videtur, ꝙ facilior sit prorogatio de persona ad personam, ꝙ̃ de re ad rē, per ea, quæ tenet glo. in l. ij. §. si iudex. in ver. inhibita. & ibi Bar. ff. de iudi.

b ¶ Pertineat. Istā limitationem sequitur Innocē. & Abb. in c. veniēs. ij. de test. & Rota in antiquis decisi. cccccxvj. incip. itē si causa committitur. & d. de Ro. cōmendant dictum Inno. ꝙ non comprehensus in rescripto pro suo interesse, possit cōparere coram delegato iudice.

c ¶ Dictū Cy. sing. ꝙ fideiussor subijcit̃ delegato principali. de hoc dicto dubitāt mod. in c. p. & g. de off. dele. & alle. Cyn. post Pe. in l. pen. not. in l. j. ff. si quis in ius voc. non ie. adde Fely. in d. c. p. & g. in ij. colū. vers. iij. limita. vbi etiam limitat alijs modis huius conclusionis. Et an possit fieri prorogatio de loco ad locum in delegato, vide Card. consi. lxxj. & Ange. in consil. clxij.

fingitur eadem persona. De loco autem ad locum potest fieri prorogatio, etiam iudicis delegati. Et ideò delegatus, vt cognoscat in certa diœcesi, potest cognoscere extra illam diœcesim accedēte consensu ipsarū partium: & sic in alio loco: vt est tex. in c. statutū. §. in nullo. de rescr. in vj. quod tamē arbitror limitādum, si modo loquamur in delegato apostolico. Secus si loquamur in delegato inferioris ordinarij: quia sicut ipse inferior ordinarius nō posset extra territoriū suum cognoscere, vt dicam in seq. art. Ita etiam nec posset alteri delegare. Secus autem est in summo Pōtifice: quia sibi totus mundus est vna diœcesis. viij. q. iij. c. cuncta per mundum. Possettamē circa hoc dubitari, quid si tunc accesserit consensus iudicis illius territorij, cuius sol. colligitur ex his, quæ dixi s. in j. q.

¶ Septimò quæro vtrum iurisditio conseruatoris posit prorogari. Solu. dic vt tradit. d. Domi. in c. j. de offic. delega. in vj. quia ad præsens videre non potui.

26 ¶ † Octauò quæro quid in arbitro. Sol. Gul. de cug. in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arb. quem refert & sequitur Bal. in repe. l. ex cōpromisso. ff. de arb. in vij. q. principali. tenet, ꝙ nō: & bene. & ratio est in promptu: quia arbiter nō habet iurisditionē, sed notionē: vt in l. ait prætor. ff. de re iud. & ideò nō potest fieri prorogatio eius, quod nō est, vt dixi s. in j. art. principali. Sed ipsius notionis, quam habet: an posit fieri prorogatio: si fiat. j. tēpus compromissi per expressum cōsensum, sicut factum est cōpromissum, potest fieri prorogatio: vt debet fieri cum qualitatibus, quibus factum est ipsum compromissum: vt l. labeo. ff. de arb. aliàs autem post tempus diceretur fieri nouum compromissum: & ita etiam si intra tēpus compromissi à partibus eligeretur tertius, vt singulariter dicit Bar. in l. si dominium. ff. de furt. in fi. q. quod perpetuò notabis.

¶ Nonò quæro quid si partes litigantes coram vno iudice credentes ipsum habere iurisditionē inter alios, cùm non habeat, intendentes prorogare iurisditionē ipsius, illam prorogauerūt: vtrū valeat processus gestus per ipsum. Sol. dic de hoc, vt latius dicam in vij. princ. art. versi. septimò quæro.

27 ¶ † Decimò quæro vtrum iurisditio seu officium notarij posit prorogari. Sol. debes scire, ꝙ quidam sunt notarij, qui ex priuilegio sunt iudices ordinarij: quales sunt omnes notarij Senēses, qui ex eo, ꝙ sunt iudices ordinarij: possunt præcipere guarantigiam: & isti tales notarij appellantur iudices ordinarij: aliàs cartularij: vt no. in l. j. ff. de iud. qui non habent iurisditionē nisi inter consentientes. in d. l. j. de quibus iudicibus cartularijs facit tex. in l. rem nouam. ff. de iud. & in l. fi. C. vbi & apud quem in integrū rest. & c. & istorū iurisditio potest prorogari de persona ad personā. vnde notarius Senēsis potest inter forenses pręcipere guarētigiam, & aliam similē iurisditionē exercere, inter cōsentientes. Sed an de loco ad locum posit fieri prorogatio, maior est dubitatio: vnde nō videtur, ꝙ notarius Senensis extra territorium Senense posit pręcipere guarātigiam, aut aliam similem iurisditionē exercere. quod videtur expeditū, si à statuto aut consuetudine Senensi concessa fuerit ipsa iurisditio & potestas: quia extra territorium & c. facit quod dicam in seq. art. in materia prorogationis iurisditionis de loco ad locū. Sed si talis haberet talē iurisditionē à Principe, vel à Papa eo ipso, ꝙ esset notarius Señ. maius est dubium per ea, quæ tradit Guli. de Cug. & Doc. in l. repetita. C. de Epis. & cle. & in l. non aliter. ff. de adop. & per Bart. & Bal. in l. j. C. de sum. trini. & in l. ij. ff. de offi. consul. coniunctis his, quæ tradit Specu. in tit. de instru. edi. §. restat. versi. quid si de huiusmodi. & per do. Anto. & Docto. in c. per venerabilem. j. qui fil. sint legi. & per D. m. & Io. de Imo. in c. pe. de fide instr. coniunctis his, quæ dicimus in materia istorum, & in materia causæ prohibitiuæ & permissiuæ.

a Aut nos loquimur de simplicibus[a] notarijs, & cum tales nullam habeant iurisditionem, non est quærendum de prorogatione iurisditionis, vt dixi s. in j. art. & etiam in prin. istius tertij articuli. Sed an ipsorum officium posit prorogari. Gul. in d. l. repetita. dicit, quòd non. Et adde etiam pro decisione, quæ dicūtur per Docto. in iuribus suprà alleg.

¶ Vltimò quæro vtrum delegatione facta super aliqua causa, posit in illa causa iurisditio alterius iudicis & ordinarij prorogari. sol. Inn. in c. ad petitionem. j. de accu. videtur sentire, quòd non. ipse videtur postea sibi contrarius, & multum intricatè loquitur, & ideò dic, vt ibi latius dixi, vbi post multa conclusi, quòd si Papa motu proprio committit aliquam causam reuocando ad se inquisitionem, vel cognitionem ex certa scientia: processus factus per inferiorem non tenet: licet pars non excipiat. facit c. cùm olim. s. de consti. & c. vt nostrum. j. de app. & quod ibi dixi, sed si Papa simpliciter alteri commisisset inquisitionem vel cognitionē: processus factus per alium inferiorem aliàs habentem iurisditionem, teneret: si pars non opponeret: quia licet pars vel inferior non posit impedire talem delegatū, aut ei iurisditionem tollere: possunt tamē partes in præiudicium suum dimittere iudicem delegatum, & in alium iudicem ordinarium consentire, etiam alterius prorogando iurisditionem: dum modò aliud impedimentum, seu alia qualitas non obsistat.

28 ¶ † Circa quintum princ. artic. videlicet, in quibus causis, & per quas species posit fieri prorogatio. Inno. in c. de causis. de offic. dele. ponit regulam, quòd omnis causa, quę potest delegari, potest prorogari. & sentit etiam Pau. in l. j. ff. de iudic. sed aduerte. quia non sequitur, nō potest delegari: ergo non potest prorogari, vt dicit Bald. in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. & patebit ex his, quæ j. dicam. Verum quia in hoc artic. veniunt examinandæ plures quæstiones: ideò vt eas habeas distinctè & ordinatè, prosequar per infrascriptum ordinem.

29 ¶ † Primò igitur quæro vtrū de re ad rem, seu de causa ad causam posit fieri prorogatio. So. dic, quòd sic, tam coram delegato. vt in c. cùm olim. s. de offi. delec. quàm etiam corā ordinario. vt in l. de qua re. & ibi etiam vide gl. ff. de iudi. Intellige tamen, quòd causæ ad quas fit prorogatio, sint similes illis, de quibus potest cognoscere iudex, cuius fit prorogatio, vt no. per glo. & Bar. in l. inter conuenientes. ff. ad muni. & tenet Dom. m. hic & in c. si diligenti. s. eod. Et ratio est in promptu: quia non dicitur fieri prorogatio, quando committitur aliquid quod fit alterius

b naturæ vel formæ. vt est glo. singu.[b] in c. ij qui. de præben. lib. vj. quam sequitur ibi Pet. de Anch. qui dicit, quòd eam allegat pro sing. Bald. in l. si quis ex cōsensu. C. de Epis. audi. Sed aduerte: quia casus iste potest considerari dupliciter. vno modo, quādo fit prorogatio de re ad rem eiusdem quantitatis & qualitatis. & hoc non est dubiū. Secundo modo, de re ad rem maioris quātitatis. exemplum, potest iudex cognoscere vsque ad cētum aureos, & non vltra: vtrum vigore prorogationis poterit cognoscere inter prorogantes de causa ducentorum aureorum. & dicendum est quòd sic text. est no. in d. l. inter conuenientes. nam diuersitas in quantitate non inducit diuersam speciem iurisditionis: sicut homo paruus nō differt specie ab vno homine magno. & idem ecōtra, per eandem rationem. vnde iudex, qui non habet iurisditionem nisi à ducentis aureis supra, potest cognoscere de minori summa vigore prorogationis. facit tex. in d. c. cū olim. Nam non erat verisimile, quòd ibi fieret prorogatio prorsus in eadem quantitate. & sequitur Do. m. in d. c. p. & g. secus autem si ageretur de his quę sunt diuersæ naturę vel formæ. vnde iudicis habentis solùm iurisditionem in ciuilibus, non potest fieri prorogatio in criminalibus, & in causis meri vel misti imperij, quæ sunt alterius speciei, vel iurisditionis. Et sic sequitur, quòd prorogatio debet fieri de ciuili causa ad ciuilem: de mero imperio ad merum: & de misto ad mistum: nō autem de misto ad merum. & sic de similibus, vt dicit gl. & Bart. in d. l. inter conuenientes. Dom. m. in d. c. si diligēti. & d. c. p. & g. quia aliàs non esset prorogatio: vt dixi s. & maximè in j. artic. Sed noua concessio iurisditionis, quam priuati non possunt facere, vt l. priuatorum. C. de iur. om. iud. A. B. Tenet Inn. & Do. m. in c. de causis. de offic. dele. & Do. m. in c. innotuit. de arbit. in fi. glo. j. & c. pe. de ordi. cogit. in glo. fi. Ma. Et ex prædictis etiam sequitur, quòd in causis etiam criminalibus, potest fieri prorogatio. contrarium tenet glos. in d. c. si diligenti. xj. q. iij. c. inolita. & Ia. de Are. vt refert & sequitur Spec. in titul. de compe. iudic. adi. §. j. ver. sed nunquid in iudicem. Sed primam opi. tenet, licet sub dubio fortè. gloss. fi. in verbo, criminali. C. de iur. om. iud. dummodò iudex vt dixi habeat merum imperium, per l. j. C. vbi de criagi oportet. & ibi Bal. hoc tenet, & etiam tenuit Fran. Accur. vt refert hic Io. An. in d. c. si diligenti. & in addit. Spe. in d. ver. sed nunquid in iudicem. & Inno. & Doct. in d. c. de causis. & in d. c. p. & g. & ibi Dom. m. glos. & Bart. in d. l. inter conuenientes. & glos. Bart. Bald. & Ange. & communiter Docto. in d. l. j. ff. de iudi. Vtrum autem proprius iudex teneatur illā prorogatiōem habere ratam, dicā in seq. arti. in viij. quæ. ver. sed quæro, quę est ratio differentiæ. & etiam fortè tangam in vij. arti. prin. ver. xiij.

30 ¶ † Secundò quęro vtrum in spiritualibus posit fieri prorogatio. Sol. dic quòd non nisi accedat proprius consensus iudicis ecclesiastici: vt in c. omnis. j. de pœ. & remi. & in c. nullus. j. de paroch. & in c. fi. de tempo. ordi. lib. vj. & hoc est clarum in spiritualibus sacramentalibus: sed in non sacramentalibus. vt puta, in decimis & iure patronatus, & similib⁹. dicit hic Io. An. quòd iurisditio iudicis secularis sine clericorū mistura nō potest prorogari absꝗ apostolicæ sedis authoritate. de quo remittit ad no. in c. per tuas. & c. contingat. s. de arbitr. & sic sentit Ioan. An. quòd solius laici iurisditio super spiritualibus, vel annexis spiritualibus, non potest prorogari, nisi sit mistura clericorū & laicorū. Nam hoc casu, potest fieri progatio: vt ipse sentit per. d. c. per tuas. quod dictū nō placet Do. m. quia d. c. ꝑ tuas. habet locū solùm

a ¶ Simplex notarius nō habet iuris. & ideò non potest facere præceptū guarantigiæ contrahentibus Soci. in consi. iiij. col. fi. ver. & si diceretur.

b ¶ Et dicit ibi Gemi. ꝙ illa glo. esset scribēda literis aureis. & adde Bald. in c. fi. de consuet. Abb. in c. cæterum. de iud. & Bal. in c. in presentia in. iiij. col. de testi. & alibi sæpe: vt per Fely. in c. de causis. in. ij. col. versicu. ij. limita. s. de offic. delegat.

solùm in arbitris, qui nõ habent iurisditionẽ, sed notionẽ quan-
dam: vt in l. ait prætor. ff. de re iu. Ideo nõ mirum si mistura ibi
toleratur, secus in iurisditione, vnde causa spiritualis nõ potest
cõmitti laico, & clerico: cũ laicus sit omnino incapax talis iu-
risditionis: vt in c. ij. s. de iud. & iurisditio competit cuilibet in-
solidũ, & indiuisibiliter: vt dixi in c. prudentiã. s. de offi. dele. &
sic mistura inhabilis potius inficeret habilem, quàm toleraretur
per habilẽ. ar. l. pedius. ff. de arb. & c. quod super. de offi. dele. &
quod traditur in regula, vtile. de reg. iur. in vj. Sed tu aduerte:
quia D. m. transit de materia prorogationis ad delegationẽ, de
qua materia delegationis, vt possit laico causa spiritualis cõmit
ti, dic vt dixi in c. ij. s. de iud. sed data potẽtia iurisditionis in ipsis
clericis, aut laicis admistis clericis, circa commissionem spiritua-
lium: quãdo tractaretur de proprio cõmodo ipsius prorogan-
tis, ego nõ video quare nõ possit fieri prorogatio: post ꝙ causa
est similis iurisditionis ipsius: vnde videtur ꝙ sic, & ibi possit,
per regulas. s. dictas. secus si tractaretur de incõmodo proprij
iudicis: quo casu in præiudicio ipsius nõ possit sine consensu
sui superioris prorogare. & ita intelligo quod voluit Hos. in d.
c. p. & g. vbi voluit, ꝙ laicus nõ possit prorogare sine consensu
sui superioris, quod intelligo, quãdo tractaretur de incõmodo
sui superioris. Inno. tamẽ in d. c. de causis. finaliter videtur con-
cludere, ꝙ licet in foro pœnitẽtiali non possit fieri prorogatio
sine cõsensu proprij iudicis, in foro cõtentioso fieri posse à lai-
co: licet causa sit spiritualis, & hoc sequuntur cõmuniter Doct.
& Do. m. in d. c. p. & g. & hoc dummodò non fiat conclusio in
præiudicium superioris. Quid autẽ iuris sit in potestate excom
municãdi, an possit prorogari, Inno. fuit varius: nam in d. c. p. &
g. sentit, ꝙ sic. Sed cõtrarium sentit in d. c. de causis. & hoc vlti-
mum sequitur Bal. in d. l. si quis ex cõsensu. C. de Epi. aud. quia
hæc potestas competit à solo Deo. Sed dic, ꝙ prædictum mo-
tiuum procedit, quãdo quis subijceret se nõ habenti potestatẽ
excommunicãdi: secus si haberet respectu subditorũ suorum:
quia tunc non datur noua potestas: sed fit extensio de persona
ad personã, vnde est amplius ampliatio potestatis, sicut in simi-
li legitur & no. in c. ij. de conse. eccle. vel alta. Sed tu vide omni-
no quæ latius dixi in c. p. & g. s. de offi. dele. in glo. super verbo,
promulgantes. vbi tenui contra D. m. in nouis recollectis.
¶ Tertiò quæritur ꝙ ex forma statuti, quod quidã officiales nõ
possunt cognoscere nisi de causis pupillorũ & viduarũ, aut de
causis testamẽtarijs, vel quid simile, & ꝙ in alijs nõ possint se
intromittere adiecta clausula decreti, vtrũ nõ pupilli vel viduæ
possint prorogare iurisditionẽ talis officialis: vel vtrum possit
prorogari in alijs causis ꝙ̃ testamẽtarijs. So. ego anno preterito
cõsului, ꝙ nõ: quia cũ dicti officiales habeãt limitatã iurisditio-
nẽ ex statuto, si cognoscũt in alio casu, sunt incompetẽtes: vt in
aut. de defen. ciui. §. & iudicare. & in l. placuit. C. de ped. iud. fa-
cit quod no. in l. si idem cũ eodem. & l. cùm quædã puella. ff. de
iuris. om. iud. quia limitata dispositio limitatũ parit effectum: vt
in l. cancellauerat. ff. de his, quæ in test. delen. & no. in c. cùm in-
telleximus. s. de iud. facit etiã quod no. Bar. in l. j. ff. de iu. In ra-
tione quã assignat, quare delegata iurisditio nõ possit proroga
ri ad alias personas, de quo tamẽ dictum fuit. s. in præce. art.
¶ Secundò probatur: quia quãdo certa qualitas est fundamen-
tum iurisditionis, & est causa dandi iurisditionẽ alicui iudici, illa
qualitas debet allegari in libello, & probari si negetur: vt in c.
cæterum. & ibi no. s. de iud. & in c. si clericus laicum. s. eo. & ibi
etiam dixi. Sed hæc qualitas dans iurisditionem, videlicet quòd
sit pupillus vel vidua, per non pupillum vel viduam non po-
test allegari nec probari: ergo &c.
¶ Tertiò probatur datò, ꝙ regulariter possit fieri prorogatio
in iudicem ordinarium, & virtute iurisditionis prorogatæ pos-
sit cognoscere vt cõpetens iudex: quia aliàs est incõpetens: ta-
mẽ hoc est verũ, quãdo fit de vna specie iurisditionis ad aliam
causam eiusdẽ speciei. secus si ad speciem penitus diuersam: quia
tunc non est prorogatio, sed noua cõcessio: vt dictũ fuit. s. in j.
art. & in præce. q. in prin. Et per has rationes & alias similes cõ
cluditur, ꝙ etiam sine clausula decreti nõ poterit fieri proroga-
a tio: fortius tamẽ[a] prohibetur fieri adiecta dicta clausula decreti,
cuius effectus est, quod licet pars nõ opponat, nihilò minus pro
cessus est ipso iure nullus: vt in c. statutũ iuncto fine & iuncta
glo. fi. de rescr. lib. vj. Et pro dicta sentẽtia etiam facit quod tra-
dit D. m. in d. c. p. & g. de offi. dele. vbi dicit, quòd iurisditio iu-
dicis, qui solùm potest cognoscere de mercantijs, non potest
prorogari in alijs causis: licet sint variæ opin. vt ibi ipse refert.
A. B. No. tamen quòd ratione connexitatis & incidentiæ po-
test vnus iudex cognoscere, de qua alias non posset. dixi in c. li-
cet ex suscepto. s. eo. versi. xvij. Ma.
¶ Quartò quæro quid si concessa est iurisditio sub dicta forma
alicui officiali, videlicet, ꝙ solus possit cognoscere inter pupil-
los vel viduas: vtrum pupillus vel vidua possint alterius iudi-
cis iurisditionẽ prorogare. Sol. istius autẽ dubitationis decisio-
nem sume ex his, quæ dicta sunt in præce. q. coniunctis his, quæ
latissimè dixi in c. cæterum. s. de iud. in illo art. an per concessio
nem iurisditionis factam vni, videatur iurisditio sublata alteri.
A. B. Vide pro decisionibus. q. Bald. singulariter. in l. certas. C.
quando prouo. non est neces. Ma.
31 ¶ † Quintò quæro vtrum iurisditio possit prorogari de tempo
re ad tempus. Sol. in delegato dic vt dixi in præce. art. versi. se-
xto quæro. in ordinario, vtrum cadat hæc prorogatio: aduer-
tendum, ꝙ si iudex est perpetuus: tunc quò ad subditos frustra
quæremus de prorogatione prædicta. Sed quò ad non subdi-
tos, possumus dicere, quòd non possunt ipsi prorogare submit
tendo se iurisditioni illius, vsq; ad certum tempus. arg. d. c. p. &
g. ibi hoc tenet Host. & tenet etiam Inno. in d. c. de causis. s. eo.
de offi. deleg. Aut iudex ordinarius non est perpetuus, sed tem-
poralis: qualis est Potestas, vel capitaneus istius ciuitatis: & tũc
si litigantes vellent prorogare quo futurus est non Potestas, &
non possunt: quia fieret præiudicium successori. Item quia par-
tes possent per hunc modum constituere sibi iudicem perpe-
tuum. Item cessat extremum ad quod requiritur in fictione
translatiua, vt traditur per Bart. in l. si quis pro emptore. ff. de
vsuca. & per Do. m. in c. is qui. de spon. facit etiam, quia tempo
re quo futurus est priuatus sine iurisditione, res deuenit ad ca-
sum, à quo nõ potest ĩcipere prorogatio, secũdùm ea quę dixi
in præce. art. in prin. igitur vitiatur: vt l. si aliter. aliàs incipit, Iu-
lianus. ff. de iud. & hanc opi. tenet Bal. in d. l. si qui ex consensu.
C. de Epis. aud. & D. m. in d. c. p. & g.
32 ¶ † Sextò quæritur vtrum iurisditio possit prorogari de perso-
na ad personam. Sol. in delegato dic, vt in articulo præcedenti a
in vj. q. in ordinario verò clarum est, quòd fieri potest: vt in l.
j. §. de iudi. & in l. j. C. de iurisd. om. iudi. & probatur etiam in
tex. nostro.
33 ¶ † Septimò quæritur vtrũ iurisditio possit prorogari de loco
ad locum. Sol. in delegato dic, vt dixi in præce. art. in vj. q. Sed
in ordinario, maius est dubium. D. m. in d. c. p. & g. dicit, ꝙ. j.
suam iurisditionẽ posset fieri prorogatio de loco ad locũ. Ideò
si erat solitus habere tribunal in platea, posset fieri prorogatio
vt habeat extra plateã. facit tex. in l. si vt proponis. C. quomo-
do & quando iudex. Aut partes volunt prorogare de loco ad
locum non subditum, & sic extra territorium: & multi tenue-
runt in d. l. si qui ex consensu. ꝙ fieri possit Bal. ibi tenet contra b
rium in l. j. C. de iu. om. iud. & Doc. hic. A. B. Et de hac materia
huius vij. q. vide quæ dicã. j. in c. fi. super glo. fi. in materia, vbi,
seu in quo loco iudex iurisditionẽ, seu forum exercere, seu reti-
nere debeat. in vj. prin. art. in ij. membro versi. sextò fallit Ma.
nisi cõsentiat iudex illius territorij cuius consensus si non acce
dat, processus est nullus. & hoc putat D. m. verius esse: quia iu-
risditio istius inhæret territorio, vnde extra territoriũ censetur
priuatus: vt l. iij. ff. de offici. præsidis. legitur & not. in c. nouit.
s. de offi. leg. & in c. j. de postu. præla. ad quod etiã adducit per
locũ à speciali tex. in Cle. vnica, eo. ti. & glo. singularẽ in c. vt li-
b tigantes. de off. ord. lib. vj. quæ dicit, ꝙ ad hoc, vt iudex[b] possit
cognoscere in alieno territorio, oportet quòd partes cõsentiãt,
& iudex illius territorij: ne violet alterius territorium. x. q. ij. c. j.
facit. c. postu. s. eo. Et pro hac etiam opi. ego allego glo. in ver-
bo, indulgemus. in d. Cle. vnica, eo. ti. quam ibi secutus fui post
Io. de Imo. & Doc. Aduerte tamẽ: quia ego arbitror hoc limi-
tãdum, si modo iudex illius territorij, qui cõsentit, sit talis, qui
in loco illo habeat iurisditionẽ ordinariam: vel talẽ, per quam
possit fieri prorogatio: quia tunc quodammodo vigore iuris-
ditionis delegati videtur cognoscere. Sed si non esset talis, non
video quòd cum partes non possint istum facere iudicem, &
iudex etiam ipse, qui consentit, non possit tribuere iurisditionẽ:
& iste extra territorium censeatur priuatus, quòd aliquo modo
possit prorogare iurisditionem exercendo. Sed posito, ꝙ iste
iudex, in cuius territorium iste vult cognoscere, possit tribue-
re iurisditionem: vide casum singularem, in quo solus Episco-
pus potest consentire, vt non habens iurisditionem inter suos
subditos, certo casu illos iudicet: posito, quòd subditi non con-
sentiant. de quo vide tex. & quod ibi no. in c. romana. post prin.
de cen. lib. vj. & sic per illum tex. habes no. limi. ad illam glo. in
c. vt litigantes. & ad alia iura. s. alleg.
34 ¶ † Octauò quæro vtrum in causa inquisitionis habeat locum
prorogatio iurisditionis. de quo articulo in c. qualiter. & quan
do. el ij. j. de accu. in v. arti. principali. q pen. remisi me hic dictu
rum. Sol. Bal. in l. j. in fi. C. vbi de cri. agi opor. dicit, quòd non:
quia in inquisitione non fit lit. conte. Sed ista ratio non est bo-
na: quia etiam in causis, in quibus non fit lit. contest. fit proro-
gatio. Præterea non est simpliciter verum, ꝙ in causa inquisi-

a ¶ Fortius tamen. quia vbi adest clausula decreti: tunc cõsensus partium nihil operatur. adde do. Card. consi. lxxiij. inci. omnis à me charitatis. cũ si. vt per Fely. in c. cùm accessissent. in iiij. colum. de consti.

b ¶ Quando fit prorogatio de loco ad locum, oportet ꝙ iudex loci, in quẽ fit prorogatio, cõsentiat. adde quod dicit Aret. consi. lviij. & Old. consi. lxxxviij.

a tionis non requiratur lit.conte.[a] de quo latè dixi in d.c.qualiter.de accu.in xj.prin.art.versi.lxxx.quæro.vnde Bal.assignat aliam rationē,videlicet,ꝙ in causa inquisitionis nō sunt partes, quæ possint prorogare inquisitionē:& iudex nō potest prorogare iurisditionē in seipso: neqꝫ etiā fama prorogat iurisditionē:quia non habet in se cōsensum,cùm sit res inanimata.Et subdit Bal.ꝙ videri suo illā sentētiā tenet Spe.sed ego nō reperi Spec.hoc tenere.in ti.de cōpe.iud.adi.& in tit.de inquisitione.sed bene reperi d.Nellū de san.Gemi.in tractatu bānitorū.in ij.q.ij.partis primi tēporis.per l.ij.ff.de iud.ad quod etiā allegat no.per Inn.in c.ad petitionē.j.de accu.sed Inn.ibi nō dicit aliquid de inquisitione.Et aduerte:quia ratio Bal.non cōcludit in inquisitione,quæ fieret ad promotionē vel instigationē alterius prosequētis & suscipientis in se telam iudicij,secūdùm ea, quæ latius dixi in d.c.qualiter.in ij.ar.versi.x.quæro.A.B.Adde Bal.in l.numis.C.qui accu.nō pos.& in l.j.C.ad l.cor.de sica.& in l.magisteriæ.C.de iur.om.iu.& vbiqꝫ idē tenet:sed aduerte:quia cùm dictū nō videtur verū:quia cōsensus duorū,qñ agitur de præiudicio vtriusqꝫ.In casu autē nostro, quia agitur de pręiudicio vnius dūtaxat,videtur quod sola volūtas eius attēdatur.arg.l.Nesennius.cū ibi no.ff.de neg.ges.& adde quod ponit Bar.in l.non solùm.§.morte.ff.de no.oper.nun.Ita dicit

35 Frā.de Aco.de Are.in c.j.s̄.de iud.Ma.¶†Nonò quæro vtrum in causa appellationis possit iurisditio prorogari.exēplum,debebam appellare ad vnū iudicē,& appellaui ad aliū:& appellatus nō opposuit declinatoriā,neqꝫ aliquā exceptionē incōpetētiæ,vtrū valeat processus? Sol.dic ꝙ nō.Nam vigore ordinariæ potestatis nō potest:quia nō debebat ad ipsum appellare: quia vigore prorogationis nō possit.probo:quia aut isti credebant ad istū appellādum esse:& errabant: & per cōsequens nō tenet prorogatio,vt dicā in seq.art.q.ij.Aut sciebāt,& nō potuerūt facere iudicē appellationis,qui non erat cōtra iuris dispositionē:cùm iura disponāt gradatim esse appellandū,de iure ciuili,& de iure canonico:nisi appellatur ad Papā.Et adde quæ dicā.j.in vij.art.prin.q.viij.in fi.Quæ tamē arbitror procedere,si ipse talis,qui appellauit: nō esset superior ipsius iudicis à quo appellatur.Secus si esset superior ipsius, licet fortè ad ipsum, tanqꝫ mediatū,nō esset appellandū:quia licet fortè propter errorē non possit dici prorogari iurisditio:tamē videretur valere ex dispositione legis primæ.§.pen.versi.si verò.& versi.si quis ergo.ff.de app.Et fortè etiam si sciuerūt partes,& non opposuerūt,possent dici valere ar.illius tex.cogitabis:quia non reperi

36 tactum per Doc.A.B.¶†Decimò magis generaliter quæro an in causis criminalibus possit fieri prorogatio. & in hoc dico ꝙ sic.& tex.est & ibi not.Doct.in l.j.C.vbi de cri.agi opor.& maximè Pau.de Cas.qui notabiliter subdit hoc verum, interueniente consensu iudicis,vbi delictum fuit commissum:cui respublica fuit offensa:sicut in prorogatione,quam facit clericus in Episcopum non suum,vt hic.& ita dicit tenere Spe.in titu.de cōpe.iu.adi.§.j.vers.sed nunqūid in iudicem.licet in ciuilibus,talis consensus non requiratur: vt in l.ij.& ibi Bart.ff.de iud.quod vltimum,quomodo procedat,vide in vij.q.seq.quęstionis.quod no.& signa,& ꝙ in criminalibus fieri possit prorogatio iurisditionis,tenet Bart.in l.j.ff.de iudi.Ma.¶Circa.vj.prin.arti.quo quæritur,qualiter fiat,& quæ requirantur ad hoc, vt possit fieri prorogatio, Sol.Ioan.And.hic enumerat.x.requisita ad hoc, vt clericus possit prorogare iurisditionem iudicis non sui.

¶Primò,quòd sentiat.

¶Secundò,quòd non per errorem.

¶Tertiò,quòd non per metum.

¶Quartò,quòd sit persona ecclesiastica.

¶Quintò,ꝙ sit aliàs iudex.

¶Sextò,ꝙ ordinarius.

¶Septimò,ꝙ de consensu Episcopi,seu superioris.

¶Octauò,ꝙ re integra non pœniteat.

¶Nonò.ꝙ sit talis causa, quæ iudicis prorogationem recipiat: quæ nouem requisita distinctè prosequar, eadem specificè per quæstiones examinando,tam in clericis quàm in laicis.

37 ¶†Primò igitur circa consensum partium, quid requiritur ad prorogandum iurisditionem,an sufficiat tacitus vel expressus. Sol.quidam voluerunt,quos refert Bal.in d.l.si qui ex consensu.ꝙ requiratur consensus expressus: non autem sufficiat tacitus:quod etiam refert Inn.in c.ij.s̄.de in integ.rest.in versi.inhibitiones.Sed communis opi.est in contrarium,ꝙ sufficiat tacitus adeundo iudicem:& scienter litigando coram eo,vt tenēt communiter Doc.in c.si diligenti.s̄.e.& Bart.& Doct.in l.ij.ff.de iud.Inn.in c.ad petitionem.j.de accu.& ibi dixi in gl.j.tenet etiam D.m.in c.cùm olim.s̄.de off.dele.vbi tex.singulariter probat dùm dicit, ꝙ ille Comes penitus contradixit,quasi cōsentiat:quod secus esset si tacuisset,licet Ang.de Peru.in l.fi.ff.de iur.om.iud.alleget illum tex.ꝙ ad prorogandum iurisditionem delegatam,requiritur expressus,& malè pro quo etiam allegat tex.in c.statutum.§.nullo.de rescr.lib.vj. qui tex.exigit expressum consensum.Sed loquitur in prorogatione, quæ fit de loco ad locū,de qua dixi.s̄.in præce.art.q.ij.Et ideò ille tex. posset induci ad cōtrarium arguendo per locum à speciali.Sed fortè Ang.voluit inducere illum arguendo à paritate rationis. Sed tunc potest responderi,ꝙ cùm illud sit ius nouum,& ꝙ venit à paritate rationis,venit ex tacito intellectu, vt not.gl.in c.cupientes.§.quod per viginti.de elec.lib.vj. & regulare sit, ꝙ consensus tacitus & expressus æquiparentur, vt in c.dilecti.s̄.eo.& xliij.di.c.si rector.meritò non sumitur illud argumentū. Est ergo communis conclusio,ꝙ regulariter tam in ordinario, quàm in delegato,in casibus in quibus aliàs potest fieri proro-

b gatio,sufficit tacitus[b] consensus;& hoc tenet gl.in l.j.C.de iur.om.iud.& in l.j.vbi de cri.agi oportet.in verbo,inchoate, quæ probat iuncto illo tex.ꝙ eoipso,ꝙ citatus coram iudice incompetenti non declinat eius forum:sed coram eo respondet, cùm sciat eum non esse suum iudicem:videtur in eum cōsentire.hoc etiam tenet Inno.in c.cùm venissent.s̄.de in integ.rest.& in d.c.dilecti.& in c. prudentiam.in verbo,excommunicationis.s̄.de offi.delega.& in c.ad petitionem.j.de accu.& tenent etiam Doc.in c.si clericus laicum.s̄.e.& D.m.in d.c.p.& g.& hoc facit,quod no.in l.quidam consulebant.ff.de re iud.& in c.inter monasterium.j.de re iud.& quod ibi dixi, & etiam tangendo tenui in d.c.ad petitionem.remittendo ad hic not.Aduerte tamē:quia vt ibi dixi post Inn.per solam patiētiam partis patiētis iudicem procedere cōtra se,non prorogatur iurisditio non sui iudicis: nisi ex parte ipsius interueniat aliquod propositū, quod etiam tenet ibi D.m.pro quo etiam alle.Inn.in c.olim.el iij.j.de res.spo.facit quod no.Bal.in d.l.si qui ex consensu.vbi sing.dicit,ꝙ si iudex citauit subditum alienum, & ille nō comparuit,vnde iudex prætendens cōtumacia procedit ad vlteriora:quia per hoc nō est prorogata iurisditio sua:quia absens nūquam cōsentit,in eum,facit etiam quod not.Spec.in ti.de cita.§.j.vers.sed pone,ꝙ iudex.& in §.fi.& per Arch.xv.q.iiij.c.j.& quod tradit Io.An.in reg.sciēti.de reg.iu.lib.vj.A.B.Quod tamē sing.limitatur per ea,quæ sing.dicit Bar.in repe.l.ex quacunqꝫ.ff.si quis in ius voc.non ier.vbi mirabiliter dicit,ꝙ si cōtra cōtumacem pronunciatum sit per iudicem se fore iudicem competētem:ꝙ nunqꝫ ille cōtumax poterit opponere illum nō fuisse iudicem competētem:& non esse prorogatam iurisditionem,ex quo nō est appellatus,vt potuit:etiam de iure ciuili,vt no.glo.in aut.habi.C.ne fi.pro patre.Et sequitur Io.Pe.in d.l.ex quacunqꝫ.Sed tu aduerte ad plura.Primò ad id, ꝙ dicit, ꝙ potuit appellare:quia intelligere debes,nisi talis fuisset in contumacia propter quam excluderetur à potestate appellandi,secūdùm ea,quæ dixi in Cle.j.de do.& contu.fortè aliquid tāgam, vel in ti.de do.& cōtu.vel in ti.de app.Secundò.ego arbitror, ꝙ illud procedat potius virtute sentētiæ iudicis quàm alicuius prorogationis:per ea,quæ superius dixi.Tertiò.debes intelligere,ꝙ ad hoc vt illud habeat locū,debet citare illum absentē contumacem,vt veniat ad dicēdum quomodo præfatus iudex nō debeat pronunciare se iudicē competentē:vt si talis pronūciatio fiat præcedente citatione, & causæ cognitione: vt l.iij.§.fi causa cognita.ff.de bo.pos.& debet citari specialiter ad hoc,vt absens reddatur certus de citatione super cōpetentia.arg.l.aut qui aliter.ff.quod vi aut clam.ad quod vide, quæ latius dixi.j.de dila.in rub.ar.xx.q.viij.quam cautelam perpetuò notabis ad excludēdum prouisionē.l.si per errorem.ff.de iur.om.iu.& potestate ap.de iur.de quo videtur posse op.quandocunqꝫ secundùm glo.in Cle.j.de seque.pos.& fru.Ma.Aduerte tamen: quia ideò dixi.s̄.ꝙ regulariter sufficit tacitus consensus. Nam quādoqꝫ requiritur expressus,vt in prorogatione de loco ad locum:vt in d.c.statutum.§.in nullo.de rescr.lib.vj.circa quod vide,quod dixi.s̄.in præce.art.in vij.q.& in iiij.art.q.vj. Et est notandum,ꝙ prædicta procedunt tam in clericis quàm laicis: cùm eadem sit ratio in vtrisqꝫ,vtrū autem per satisdationem de iudicio sisti,vel iudicato soluēdo,sit prorogata iurisditio,dicam j.in hoc eodem art.in vlt.q.prin.vbi tractabo,an per citeriorē actum à litis contestatione fiat prorogatio iuris.De prorogatione autem iurisditionis, quæ fit ex consensu resultante ex contractu.dixi latè in c.dile.s̄.eo.de illa autem,quæ fit per delictū dixi in c.postu.s̄.eo.

38 ¶†Secundò quæro quid si partes errant[c] quia litigant coram

c iudice tanquam suo,cum non sit,vtrum processus teneat.Solu.dic,ꝙ non,per tex.in l.si per errorem.ff.de iur.om.iu.& in l.j.& quod ibi tenet glo.& Doct.ff.de iud.hoc etiam tenet hic gl.j.& sequuntur Doct,& tenet Spec.in ti.de compe.iud.adi.§.j.versi.

a ¶Causa inquisitionis an fiat litis contestatio,adde Bal.in l.j.C.qui dicuntur per Doc.post Bar.in l.ij.§.si publi.ff.de adulte.

b ¶Vide latius per Ang.& Imo.in l.quæro.ff.de so.& Aret.in c.ad petitionem.de accu.

c ¶Errant. an autē error vitiet prorogationē,vide Ange.in consi.xxvij.vide etiam Fely.in c.p.& g.in fi.col.de offi.dele.

verſi.x.& D.m.in d.c.p.& g.quod procedit etiam ſi erraretur
in iure:vt tenet D.m.in d.c.p.& g.qui allegat no.Inn.in d.c.ad
petitionem.j.de accu.quod ego ibi limitaui in j.gl.quando lo-
queretur de vera prorogatione in nō ſuum iudicē:ſecus ſi pro-
rogatur iuriſditio ſui iudicis ordinarij proprij,qui tamē poterat
aliqua exceptione declinari.Nam ſi nō declinatur etiā ex erro-
re iuris,tenet proceſſus: vt traditur in d.l.ſi per errorē.& in l.ſi
cōuenerit.eo.ti.& no.per D.m.in c.j.ſ.de iud.Sed quæro quid ſi
reus ab initio ignorauit illum nō eſſe ſuum iudicē,& ſic errauit:
ſed poſtea ſciuit,& exceptionē litigauit,an valeat iudicium.So-
lu.glo.tangit in l.j.C.vbi de cri.agi oportet.melius,quàm alibi.
& Bal.ibi,qui diſtinguit,ꝙ aut in iudicio nō eſt defectus iuriſ-
di.ſed voluntatis partium,quæ nō prorogant iuriſditionē pro-
pter errorē vel ignorātiam:& tunc ab initio ignorauerunt, &
poſtea ſciunt & ratū habēt,validatur iudiciū:quia erat defectus
ſolùm in voluntate partium:qui defectus ſuppletur ex iſto cō
ſenſu,per l.licet.ff.de iud.& ſentit glo.& Iaco.But.& tenet ibi
Bar.Sed Cy.tenet cōtrarium.mouetur:quia litis cōteſtatio repe
ritur facta coram incōpetenti,ideò fuit nulla ſecundùm verita-
tem:ſed fingitur fuiſſe aliqua propter cōſenſum ſecutum ex ra
tihabitione.Sed Bald.hoc nō obſtante dicit in d.l.j.quod opi.
Cy.eſt verior:quia in iuriſditione cōſenſus,nō fingit retro:vt l.
obſeruare.§.fin.ff.de offi.procōſul.& leg.oportet ergo,ꝙ litis
cōteſtatio fiat de nouo:aliàs nō poſſet ſequi diffinitiua.Et hæc
opi.plus mihi placet:quia poſt,quàm actus fuit omnino nul-
lus,nō potuit per cōſenſum partium ſuperuenientē validari ſal-
tem vt valeat,vt tūc:licet poſſet quādoq; validari,vt valeat vt
nūc:vt no.in c.ij.& iij.& ibi per D.m.j.de his,quæ fiunt à pre-
la.Nec ob.quia cōſenſus poteſt interuenire ex poſtfacto.vt ibi
dicit D.m.& Bal.in l.ſi pacti.C.de ſpōſa.& Bal.in l.vēditioni.
C.de vſuc.pro emp.per l.ſicut.§.vēditionis.ff.quibus mo.pig.
vel hypo.ſol.dic in c.ad audiētiam.j.de homi.in vij.art.prin.q.
a c.quia reſpōdeo,ꝙ illud eſt verum,quando à principio [a] actus
nō eſſet omnino nullus propter defectū ſubſtantificum, vt eſt
in caſu noſtro.facit,quia ſi filius agit ſine patris cōſenſu,cōſen-
ſus poſt ſuperueniens nō validat iudicium,vt tradit Bar.in l.ſi
quis mihi bona.§.iuſſu.ff.de acqui.hære.gl.& Bal.in l.fi.§.ne-
ceſſitate.C.de bo.quæ lib.Ang.in l.licet.ff.de iud.Arbitror ta-
men,ꝙ ſi partes vellent validare iudicium agitatū corā nō ſuo
iudice ignorāter,poſſent illud validare ſciēter,repetēdo omnia
acta eodem inſtanti,per theoricā Bar.in l.mulctari.ff.de procu.
& in l.properādum.C.de iud.ſi verò defectus fuiſſet in iuriſdi-
tione iudicis,cui poſtea ſuperueniret iuriſditio:& in quē tunc
etiam partes cōſentiant,etiam ſcienter:an validetur iudicium
iam agitatum,tradit Bal.in d.l.j.glo.Bar.Bald.& Ang.in d.l.li-
cet.dicam.j.in vij.art.prin.ver.duodecimo quæro.Item poteſt
dubitari circa prædicta, nunquid partes præſumātur ſcire, ex
quo vſq; in finem litigauerunt.Sol.Spe.in ti.de cōpe.iu.adi.§.
j.verſ.x.& verſ.ſed nūquid præſumitur.dicit,quod nō,imò for
tius præſumitur ignorare.per l.verius.ff.de proba.& l.ſi leno-
nes.C.de Epiſ.aud.&'.j.ff.de iud ,ibi,cōſentientes.qui ergo al-
legat ſentētiam,illam probare debet:vt l.ei qui.ff.de proba.vj.
q.vlt.c.actor.facit l.filius.§.inuitus.ff.de procur.ſubdit tamen
Spe.ꝙ Vbertus de Bobio tenet cōtrarium per l.octaui.ff.vn-
de cognati.& l.de tutela.C.de in integ.reſt.vel poteſt diſtingui
ſecundùm Spec.an partes ſint peritæ & præſumantur ſcire an
ruſticæ, ſeu ſimplices:& tunc ſecus.arg.l.ſi quis id quod.ff.de
iuriſ.om.iud.& quod no.in l.regula.ff.de iur.& fac.ig.& xxx-
vij.diſ.§.fi.& xxxix.diſt.c.Petrus.& j.q.iij.§.fi.quæ diſtinctio
ſatis eſt æqua & iuſta.Et eſt aduertendum, quòd quæ ſupradi-
cta ſunt de errore vendicant ſibi locum tam in clericis, quàm
in laicis: quia eadem eſt ratio vtriuſque.A.B.Ad hanc mate-
riam vide Ange.in repe.l.falſus.ff.de fur.verſic.deinde quæro.
idem do.Maria.Soci.
39 ¶ †Tertiò quæro ex eo, ꝙ ſupradixi ad eſſe prorogationis re-
quiritur,ꝙ non fiat per metum,vtrum prorogatio facta per me
tum ſit ipſo iure nulla,an verò veniat irritanda.Solu.dic, ꝙ ta-
lis prorogatio eſt ipſo iure nulla.tex.eſt clarus in l.ij.ff.de iud.
licet regulariter ea,quæ fiunt per metum,ſint valida:& veniant
reſcindenda per actionem,quod metus cauſa,tamē ſpeciale eſt
in hoc caſu,ꝙ geſta per metū ſint inualida ipſo iure,tenet Bal.
in l.fi.§.neceſſitate.C.de bonis quæ libe.tenet D.m.& Doct.
in c.Abbas.ſ.quod metus cauſa.& Bald.in l.decernimus.C.de
ſac.ſanc.eccl.& Bar.in tractatu de tyranno.ſicut in ſimili in cō-
tractu dotis facto per metum, qui eſt ipſo iure nullus:vt in l.ſi
mulier.§.ſi dos.ff.quod metus cauſa.ex quibus infertur,ꝙ cum
ea,quæ fiunt coram tyranno,præſumantur facta per metum:
vt no.Bar.in l.pe.ff.de condi.ob turpem cauſam.& traditur in
l.ij.C.quod met.cau.facit quod no.Io.An.in c.quia propter.ſ.
de elec.meritò dicetur,ꝙ coram tyranno nō videtur fieri proro-
gatio,& prædicta procedunt tam in laicis,quàm in clericis.
40 ¶ †Quartò quæro dixi,ꝙ requiritur , ꝙ ſit perſona eccleſiaſti-
ca vtrum hoc procedat tam in clericis,quàm in laicis.Solu.dic,
ꝙ non,ſed ſolùm in clericis.clerici enim volentes non poſſunt
prorogare iuriſditionem laici:vt in c.ſi diligenti.ſ.eo.& cum cō
ſenſu proprij iudicis.de quo tamen dicam in vij.q.iſtius ar.Fal
lit tamen in caſibus, de quibus dixi in d.c.ſi diligenti.in v.q.
prin.Sed laicus etiam iuriſditionem iudicis eccleſiaſtici poteſt
prorogare:dummodo alia qualitas non reſiſtat:vt quia ſit cau-
ſa feudalis,de quo dixi in c.ex tranſmiſſa.ſ.eo.Aut ſit cauſa cri
minalis exigens pœnam ſanguinis:aut alia ſimilis qualitas: nā
cùm hoc non reperiatur prohibitum, ſtamus in regulis gene-
ralibus,quibus habetur, ꝙ iuriſditio iudicis poteſt prorogari.
¶ Quintò quæro.dixi ſ.ꝙ requiritur,quòd ſit aliàs iudex:vtrū
hoc procedat tam in clericis,quàm in laicis?Solu.dic,ꝙ ſic.ſi-
cut etiam laici per priuatum eorum conſenſum non poſſunt
iudicem facere, qui aliàs non eſt: vt l.priuatorum.C.de iuriſd.
om.iudi.ita nec clerici.vnde ad hoc ꝙ valeat prorogatio , exi- a
gitur vt verbum ſonat, ꝙ ſit iudex, qui habeat iuriſditionem
prorogabilem,ſecundùm ea,quæ latius dixi.ſ.in iij.principali
articulo,in principali.
41 ¶ †Sextò quæro.dixi ꝙ exigitur,ꝙ ſit ordinarius.Nam hoc ca
ſu non videtur verum eſſe,licet Io.And.& Doc.ita ſimpliciter
ponant,quòd etiam iudicis delegati poteſt fieri prorogatio:li-
cet non per omnem ſpeciem,ſecundùm ea , quæ dixi in iiij.
princ.arti.verſi.vj.quæro.
¶ Septimò quæro.dixi ꝙ requiritur conſenſus Epiſcopi, vel ſui
ſuperioris:vtrū habeat locum indifferenter tam in laicis, quàm
in clericis?Solu.quia hic arti.eſt difficilis,& in eo longa eſt dif-
ferentia inter clericos & laicos, vt patebit ex infra dicendis.
Ideò diſtinctè examinabo prius de clericis, deinde de laicis.
Vnde quæro vtrum clericus poſsit prorogare iuriſditionem
alterius iudicis eccleſiaſtici non ſui, ſine conſenſu ſui ſuperio-
ris.Solu.dicendum eſt,ꝙ non:vt hic in tex.in fi.Nec obſt.iij.q.
vj.c.pulſatus.vbi videtur dari optio clerico pulſato coram non
ſuo iudice:an velit reſpondere vel non,& ſic videtur eſſe in ſo b
la poteſtate ſua:quia reſpondeo,vt hic dicit glo.ij.circa mediū,
ꝙ ibi vacat argu.à contrario ſenſu,vel poteſt reſponderi ſecun
dùm Io.And.ad illum tex.dum dicit taceat,id eſt non reſpon-
deat,quaſi velit dicere, ꝙ clericus ibi conuentus non teneatur
aliqualiter reſpondere,ſi non vult:etiam allegaturus priuilegiū
fortè,ꝙ non ſit iudex.Sed ſi vult reſpondere, poteſt: dicendo,
42 ꝙ in eum non habet iuriſditionem.¶ †Sed quæro pro decla-
ratione prædictorum & tex.cuius ſuperioris conſenſus exiga-
tur.Sol.tex.noſter hic in fi.dicit Epiſcopi diœceſani,& ſic vide
tur velle,ꝙ ſolus Epiſcopus diœceſanus poſsit conſentire huic
prorogationi,vnde putat Ægidius,ꝙ alius inferior non poſsit
præſtare hunc conſenſum:etiam ſi eſſet talis,qui poſſet de cau-
ſa cognoſcere.Et ex hoc,& ex tex.arguit do.Anto.ꝙ Epiſco-
pus poteſt dare hanc licentiam:etiam in præiudiciū immediati
ſuperioris iſtius clerici volentis prorogare, quaſi poſsit eum
præuenire in datione iſtius licentiæ.argu.eorum , quæ not.in c.
quanto.& c.paſtoralis.& c.cùm ab eccleſiarum.de offic.ordi.
quod putat hic D.m. veriſsimum eſſe quando vterq; haberet
iuriſditionē:licet vnus immediatè , & alius mediatè,ar.eorum,
que,no.in c.j.de pen.& remiſ.lib.vj.Secus putat,ſi inferior Epi
b ſcopo haberet iuriſditionem quaſi Epiſcopalem [b] de iure ſpe-
ciali:tunc ad eum,& non ad Epiſcopum ſpectaret præſtare cō
ſenſum.ar.no.per glo.in Cle.j.de reb.eccle.non alie.& per In-
no.& Do.m.& ibi dixi in c.ij.ſ.de tranſac.& in c.relatum. de
cle.non reſi.& per D.m.in c.at ſi clerici.§.de adulte.ſ.de iud.Et
aduerte:quia ſingulariter dicit Ioā.de lig.hic,ꝙ clericus ſubie-
ctus Abbati,etiam vbi Epiſcopus non poteſt eum conuenire,
poteſt prorogare iuriſditionem Epiſcopi ſui,& fortè ſine con
ſenſu Abbatis,quod etiam videtur hic ſequi do.Ant.quod di-
ctum D.m.non putat verum,vt poſsit ſine conſenſu Abbatis,
ſi vltra ſubiectionem attinet ab eo beneficium:quia tūc eſt ſub-
iectus vltra,nedum exercitium iuriſditionis , facit quod dicam
j.Idem etiam ſi haberet Abbas iuriſditionem in ipſum quaſi
Epiſcopalē. Item aduerte:quia quamuis tex.loquatur de ſub-
ditis Epiſcoporum,vt ſine eorū conſenſu nequeant prorogare
iuriſditionem alterius iudicis,idem dicendum eſt de ſuperiori-
bus,vt Epiſcopis & Archiepiſcopis. vnde Epiſcopi non poſ-
ſunt prorogare iuriſditionē alterius metropolitani, ſine cōſen-
ſu proprij metropolitani,vt ſentit Hoſt.in c.ad reprimendum.
de offi.ordi.ar.text.quod placet mihi:quia ſicut Epiſcopus eſt
ordinarius ſuorū ſubditorū,ita & Archiepiſcopus Epiſcoporū
ſuffraganeorū ſuorū,vt c.paſtoralis.ſ.de offi.ordi.vnde cū eadē
ſit ratio,eadē debet eſſe iuris diſpoſitio.Et idē dicerē de Archi.
epiſcopis reſpectu Patriarcharū.& ſic cōcludēdū eſt,ꝙ nullus

a ¶ A.principio.ad-
uerte tamen, quia
quando actus ſo-
lùm eſſet nullus
propter defectū
cōſenſus,tunc cō-
ſenſus validaret
actum,& dicit ar-
gu.gl.in l.ij.ad fi.
C.de iure fiſci.lib.
x.de quo vide Io.
de Imo.& Alex.
in l.ſi quis mihi bo
na.§.iuſſum.in ij.
col.ff.de acqui.hæ
red.vt videtur in
caſu iſto.

b ¶ Quaſi Epiſcopa
lem. faciunt quæ
not.Abb.in c.ſi-
cut.colū.ij.de ex-
ceſ.præla.& in c.
monachi.de ſent.
excom.& Ant.de
But.in cōſil.xxiij.
incip.quia agitur.
cum ſi.vt per mo-
der.in c.at ſi.§.de
adulte.ſ.titu.j.

clericus cuiuſcūq; ſit gradus,aut dignitatis inferioris,vel ſuperioris:poteſt ſine ſui ſuperioris licentia iuriſditionem alterius prorogare.Ex quibus infertur,ꝙ cùm exempti ſint ſub iuriſditione Papæ.nō poſſunt Epī proprij iuriſditionē prorogare ſine licentia Papę,qui eſt eorū ſuperior:vtnot.in c.authoritate.de priuileg.lib.vj.xciij.diſt.c.nulla.& hoc voluit Io.And.in regu.ſciente.de reg.iur.lib.vj.in mercurialibus. Sed dubiū eſt, quid de poteſtate abſoluēdi:vtrū exemptus qui incidit in excōicationē inflictā à canone vel ſtatuto,poſsit abſolui à ꝓprio E pō.Solu.Fede.de Senis cōſil.xiiij.tenuit,ꝙ ſic per c.luminoſo.xviij.q.ij.& quia talia priuilegia cōceſſa in fauorē exemptorum,nō debent in eorū odio retorqueri:& ſic vt ſuper abſolutione teneātur ire ad curiā,vt in regula,quod ob gratiā.de reg.iur.lib.vj.Nec obſt.ꝙ Papa ſit diœceſanus exemptorū:vt ſ.dixi.& ſic debet requiri ipſius licētia:vt hic.iuncto c.oīs.de pœni.& remiſ.quia ad hoc reſpōdet Fede.multipliciter.Primò,qa aliud eſt eſſe ſubditū mero iure cōi.nam in aliū penitus extraneum cōſentitur ſine ſui ſuperioris licētia:& aliud exemptum cōſentitur in eū,qui aliàs eſt ſuus iudex,licet ſpeciali priuilegio ſit ab eo exemptus.Et ratio diuerſitatis,quia res de facili reuertitur ad naturā ſuā.xxxj.diſ.c.ab exordio.& l.ſi vnus.§.quod in ſpeciē.ff.de pac.facit etiā quod in ſimili dicimus,ꝙ facilius tollitur actio,vel exēptio cōpetens cōtra ius cōe,quē cōſona iuri cōi.facit qđ no.gl.xvj.q.fi.c.fi.Sed iuriſditio ordinarij eſt cōſona iuri,exēptio verò diſſona.igiť &c.Et pro hoc etiā allego gl.in c.ſtatutū.in verb.numerandū.de pręb.lib.vj.& qđ tradit Fede.cōſi.lxxxix.per c.j.iuncto c.fi.de pac.lib.vj.& quod no.gloſ.fi.in Cle.ſæpe.de verb.ſig.Præterea pro pdicta ſententia facit,quia per exēptos nō ita de facili habeť copia Pape,ſicut per nō exemptos copia ordinarij,ſic difficultas permittit,aliàs prohibitū.lxiij.diſ.c.cū longè.& xxiiij.q.j.c.pudēda.Quare cōcludendū videť,ꝙ permittiť exēpto,quod nō cōcediť nō exēpto.facit c.luminoſo.vbi in exēpto, Eps nil iuriſditionis exercet:niſi fuerit inuitatus:& ſic inuitatus poteſt ibi exercere iuriſditionē.Et ex dictis rōnibus Fede.& ex alijs traditis per eū in d.cōſi.videť cōcludendū,ꝙ etiā in foro cōtentioſo exēptus poſsit ꝓrogare iuriſditionē ſui Epi ſine licētia.Et idē tenet hic Io.de lig.referēdo verba Federici.quāuis eū nō alleget.Sed Io.An.in d.regula,ſcienti.ſentit contrariū.& eū ſequitur do.Anto.dicens,ꝙ determinatio Feder.eſt falſa,& cōtra text.in Cle.penul.de ſen.excō.Nec ob.ſecūdùm eū.c.luminoſo.quia loquitur in his,in quibus ſufficit ſola inuitatio:& nō exigitur prorogatio,vel loquitur in exēptis.Sed de priuilegiatis aliter D.m.latè proſequitur hunc arti.in diſpu.ſua,quæ incipit,duo clericali ordine,& etiam hic qui dicit ad Clemē.penult.per quam mouetur.do.Anto.poteſt faciliter rnderi,videlicet,ꝙ ideò ibi Epi abſoluūt illos exemptos authoritate apoſtolica & nō propria:quia in caſu illius Clemen.Papa reſeruauit ſibi abſolutionem:quo caſu Epiſcopi nō poſſent etiā ſubditos abſoluere:vt in ca.nuper.de ſen.excō.& ſi illud non cōtingit vigore exemptionis,ſed vt dicit gloſ.propter reſeruationem.facit quod in ſimili dicitur in c.irrefragabili.de offic.ordi.& in c.j.de ſta reg.lib.vj.Item facit contra do.Anto.ꝙ ipſemet tenuit ſupra poſt Ioan.de lig.dum voluit ꝙ clericus ſubiectus Abbati,etiā vbi Epiſcopus nō poteſt illum cōuenire,poſsit prorogare iuriſditionem ſui Epi,ſine licentia Abbatis:quāuis hoc ſupra reprobatum ſit. Prædictis tamen non obſtantibus D.m.ſequitur opinio Ioan And.Feder.& Ioan.de lig.concludens,quò exemptus regulariter non poteſt prorogare iuriſditionem ſui Epiſcopi,ſine licentia Papæ:etiam reſpectu abſolutionis mouetur: quia per abſolutionem exemptus efficitur non ſubditus:& immediatè ſubeſt Papæ:vt in cap.ſi papa.de priuileg.lib.vj.& in ca.penul.ſupra de officio ordina. Subditus enim dicitur quaſi ſub alterius ditione,id eſt poteſtate poſitus.Sed per exemptionem[a] deſinit Epiſcopus habere poteſtatem & iuriſditionē in exempto:niſi in caſibus ſibi expreſsè conceſsis:vt patet in iuribus ſupra allegatis,& in ca.frater noſter.xvj.q̄o.j.ergo exemptus per Epiſcopum non poteſt abſolui : quia ex quo Papa illum exemit à iuriſditione Epiſcopi,nō debet Epiſcopus trāſgredi proprios terminos:& ſibi non ſubditum abſoluere , vel ligare. Nec poteſt ſubditus exemptus Epiſcopi iuriſditionē prorogare:nec quo ad forum contentioſum:vt hic.nec quò ad pœnitētialem:vt d.c.omnis.& ſic non poteſt abſolui ab eo,ſiue talis abſolutio dicatur fori contentioſi , ſiue pœnitentialis. ad quod facit quod no.idē D.m.in c.pe.de maio.& obe.ſuper gloſ.j.Nec ob.ſi dicatur,ꝙ prædicta procedunt,quādo clericus vult conſentire in iudicem penitus alienum:ſecus ſi in diœceſanū propriū:vt dicit Feder.quia hoc videtur tex.noſtro,qui vult,ꝙ clericus nō poſsit conſentire in iudicem nō ſuū,ſine licentia ſuperioris.Cū ergo Epiſcopus loci nō ſit iudex exempti:vt ſ.dixi:ergo non poteſt in eum cōſentire ſine licētia Papæ,qui eſt ſuus diœceſanus.Item ſi exemptus poſſet prorogare iuriſditionē quò ad abſolutionem,vel alium articulum cōtētioſum,poſſet per quādam viam indirectam iuriſditionē prorogando,renunciare priuilegio exemptionis,quod facere nō poteſt,per c.cùm tempore.ſ.de arbi.& ad hoc facit,quod in ſimili no.in c.cùm venerabilibus.j.de cenſi.Et per prædicta tollitur alia ratio Fede.dum vult,ꝙ exemptio fuit inducta in fauorem ipſius exempti:quia hoc nō eſt ſimpliciter verum:quia etiā fuit inducta in fauorē ſuperioris : ideò nō poteſt ipſe ſubditus huic fauori renūciare,quod aliàs poſſet : vt in c.apoſtolica.j.de reg. Intereſt enim ſui iudicis cōſiderare mores,& geſta ſui ſubditi: vt no.in c.omnis.j.de pœni.probatur etiā dicta opi.quia ſi ſpeciale eſt,ꝙ prelati exempti poſsint ſibi eligere cōfeſſorē:vt in c.fi.j.de pœni.ergo regulariter nequeunt in aliū iudicē cōſentire: quinimò,ſecūdùm D.m.vigore cōceſsionis factę per d.c.ſi Epiſcopi exēptos nō poſſunt abſoluere ab excōmunicatione , aut alijs caſibus reſeruatis Epiſcopis,etiā ſi ſint electi.ar.c.j.de pœ.& remiſ.li.vj.vnde caueāt ſibi exempti,& prouideāt vt à Papa, vel à ſuis ſuperioribus obtineāt ſuper hoc ſpecialē indulgētiā. Itē facit pro prędicta cōcluſione:quia clarū eſt,ꝙ maiorē habet poteſtatē Archiepiſcopus in ſubditos ſui ſuffraganei , q̄ Epiſcopus in exemptos,cū Archiepiſcopus ſit iudex totius prouinciæ:& in certis caſibus habeat ordinariā in ſubditos ſui ſuffraganei:vt no.in c.paſtoralis.de offi.ord.& tūc ſubditi ſuffraganei nō poſſunt cōſentire in Archiepiſcopum ſuum,ſine licētia ſui Epiſcopi:vt in c.Romana.eo.ti.li.vj.& no.in d.c.paſtoralis.ergo fortius nō poteſt exemptus in Epiſcopum loci , ſine licētia Papæ cōſentire.facit etiam tex.in d.c.authoritate.de priui.lib.vj.vbi ſatis apertè colligitur,ꝙ Epiſcopus loci nō poteſt authorizare in facto exempti,etiā volētis,facit etiam quod dicimus de feudatarijs,qui non poſſunt prorogare iuriſditionē, etiam ordinarij loci,ſine cōſenſu domini feudi:vt j.ſubijciam. Et traditur per Inno.in c.cæterum.ſ.de iudi.dixi in c.ex tranſmiſſa.ſ.eod.multò ergo minus poterit clericus exemptus,qui magis eſt ſubiectus Papæ,q̄ vaſallus domino ſuo.facit c.per venerabilē.§.inſuper.j.qui filij ſint legi.& quod no.Hoſt.in ſumma eo.ti.verſi.ſed nec.& quod no.in c.nimis.j.de exceſ.præla. vbi dicitur,ꝙ exempti etiā volūtariè nō poſſunt cōfiteri ordinario loci.Præterea rationes,quæ cōcludunt,ꝙ alij clerici non poſsint prorogare iuriſditionem nō ſui iudicis, ſine licētia ſui Epiſcopi:cōcludūt etiā,ꝙ exempti nō poſsint ſine cōſenſu Papæ,& ſic reſidet D.m.cum opi.Io.An.& do.Ant.Et ſic contra Fed.& Ioā.de lig.ſubdit tn̄ aduertēdū eſſe ad vnū dictū,quod ponit Io.An.in c.religioſos.de ſent.excō.lib.vj.vbi dicit,ꝙ per rationē ibi expreſſam in tex.ne religioſis detur materia vagādi,quod Epiſcopus poteſt abſoluere religioſos,etiā exemptos cū loquatur generaliter,& ratio cōceſsionis pariter procedat in vtriſq;,ſed alios nō religioſos exemptos ſimpliciter,vel religioſos extra caſum illius.c.nō poſsit Epiſcopus abſoluere. Et ſic procedit ſecūdùm eum,opi.Io.de lig.ſecundū caſum prędictū. d.c.religioſos.Nec ob.prædictis.ij.q.vij.c.nō incōpetēter.cum fi.quia,vt dicit ibi Io.And.& dixi.ſ.in iij.art.prin.in prin.tex. ille,& ſimiles loquūtur in Papa,qui nō recognoſcit ſuperiorē & ex humanitate quandoq; ſubmittit ſe iudicio inferioris. Et prædicta opi.D.m.pro nunc mihi placet,licet articulus ſit dubitabilis & diſputabilis.Aduerte tamē circa prædicta:quia Epiſcopus exemptus ex priuilegio iuris poteſt eligere ſibi confeſſorē abſq; licētia Papæ:vt no.in c.fi.de pœni.dixi in c.pe.ſ.de maio.& obe.Item dubitatur,vtrū clericus poſsit prorogare iuriſditionē iudicis laici,cum cōſenſu ſui proprij Epiſcopi.Solu. glo.hæc arguit primo,ꝙ ſic,per c.clericum nullus.xj.q.j.vbi dicitur,ꝙ nullus præſumat clericum apud iudicē ſecularem pulſare,Epiſcopo non permittēte : ergo à cōtrario epiſcopo permittēte poteſt.glo.tamē concludit in contrarium quia ſicut clericus non poteſt renunciare huic priuilegio introducto in fauorem ipſius clerici:vt in c.ſi diligenti.ſ.eo.ita nec Epiſcopus, qui non poteſt minuere priuilegium clericorum.ſicut non poteſt facere,vt clericus verberetur de facto:vt in c.contingit.de ſenten.excom.Nec obſt.contrarium.ſ.aſsignatum:quia ibi vacat.arg.à contrario.Sed contra hanc determinationem fortiter ob.quod not.glo.& ſequuntur Docto.in c.ij.ſ.de iudi.vbi volunt,quòd Epiſcopi poſſunt delegare cauſam ciuilem clericorum iudici laico : quia reſpondeo , vt ibi dicit Ioan.And. quia aliud eſt delegare,& aliud eſt prorogare,vnde in delegato appellatur ad delegantem:in prorogata ordinaria , appellatur ad ſuperiorem.& ideò dicit hic Hoſtien.ꝙ Epiſcopus meus , me inuito non poteſt me ſubmittere iuriſditioni ordinariæ iudicis alicuius,etiam eccleſiaſtici:licet me inuito poſsit cauſam meam alteri delegare:& eodem modo arguit,ꝙ Epiſcopus non poteſt

a ¶ Exemptionem. Adde ꝙ videť eſſe penitus adempta iuriſditio ipſi ordinario,vt latè concludit And.ſicu.in c.ij.de offi.leg.Corneus in cōſil.xxx. primus quidē Io.ij.& Alex.in.l.teſtamenta.col.fi.C.de teſt.& in l.gallus.§.ille caſus.ff.de libe.& poſthu.Dec.in c.cæterum in iiij.col.ver.ſucceſsiuè.ſ.titu.j.

teſt cogere ſubditum ſuum recipere ordines ab alio, ꝙ̃ ab ipſo.
ix.q.ij.c.j.& in c. nonnullus.j.de paro. de quo in c.quod ſedē.
ſ̃.de offi.ordi.Et ratio differētiæ ſit, quare potius poſsit delega
re,quàm prorogare:quia delegatus nō iudicat iure proprio,ſed
iure delegantis:cùm nihil habeat proprij, vt in l.j.ff.de offi.eius
& in c.ſanè.ſ̃.de offic.deleg.nō ergo cognoſcit laicus vt laicus,
ſed vt delegatus Epiſcopi. & ſic iuriſditio ſua eſt eccleſiaſtica:
ſed in progatione cognoſceret iure proprio, vt dicam j.in vij.
arti.prin.& hoc fieri nō poteſt:tum quia laicus non pōt habere
iuriſdi.in clericū:tum quia prorogatio nō poſſet fieri ad ſpeciē
iuriſditionis alterius naturæ, vt dixi in præce.arti.Sed hæc vlti-
ma ratio mihi non placet: quia per eam ſequeretur, ꝙ laicus nō
43 poſſet prorogare.† Item iuxta[a] prędicta ſubijcio.quid de cle-
a rico ſcholari, vtrū ſaltē ipſe ſine licentia ſuperioris poſsit pro-
rogare iuriſditionem iudicis ſecularis, ſaltem tacitè cōſentien-
do in iudicē vnū ex tribus iudicibus ſcholariū: ſecundū formā
aut. habita.C.ne fi.pro pa.ſol.gl.pe.in c.ſi diligēti.ſ̃.eo.ſimpli-
citer nō formādo q.de ſcholari,tenet ꝙ nō.ſed d.Anto.& Do.
m.ibi,& Doc.aſſumūt hāc q.de ſcholari.& latè tractāt. de quo
remiſi me ibi hic dicturū.vnde circa hanc.q.varię reperiūt opi.
Gof.in ſum.huius ti.dicit illā authē.non habere locum in ſcho-
laribus clericis,vel quod ſi habet locū in ſcholaribus clericis, ſal
tē nō habet locū in ciuilibus:cū ipſi habeāt ibi propriū Epiſco
pum.Hoſt.in c.ſignificātibus. de offi.dele.& in ſum.hui9 ti.§.
ꝗbus ex cauſis.ver.ſed cū illa.vbi latius ꝓſequit articulū, tenet
ꝙ etiā in alienigenis clericis non habet locū illa authē.Sed pro
cōtraria opi.alle.Io.An.hic:ꝗa clarū eſt, ꝙ Imperator de cleri-
cis & eccleſiaſticis perſonis nō poteſt ſtatuere ſine cōſenſu Pa
pæ.Et ſi per ſua ſtatuta concedit clericis priuilegia,vel eccleſijs:
dicimus, ꝙ illa ſtatim tenēt,vt no.x.diſt.c.j.in prin.cū ergo illa
cōſtitutio authēticæ habita.fuerit ſtatuta , priuilegiū ſtudētium
debet cōpetere etiam clericis:ſed alio reſpectu:ex eo,ꝗa per il-
lam iuriſditionē præiudicatur iuriſditioni proprij Epiſcopi, ꝙ
Imperator facere non poteſt: videt de iuris rigore ꝙ verior ſit
opi.Gof.Io. Cal.dicit poſſe defendi,ꝙ d. aut. locū habeat quò
ad clericos alienigenas reſpectu doctorū, ſeu magiſtrorū cleri-
corū,ſi ſunt in ſtudio de licentia ſui Epiſcopi.ar.no.ij.q.vij.c.cū
paſtoralis.& c.ex parte.de accuſ.quoniā ī ipſis alienigenis ceſ-
ſat prȩiudiciū diœceſani.Sed opi.Gof.& Hoſtiē.ſequit Archi.
xj.q.j.c.inolita.quia Imperator nō potuit,neq; voluit magiſtris
clericis dare iuriſditionem in clericos, quam ipſe non habebat.
d.Car.zab.videtur tenere,ꝙ illa authen.habeat locum in alieni-
genis reſpectu magiſtrorum clericorū:& etiā reſpectu rectoris
ſcholariū:licet de rectore nulla fiat mentio in d.authen.habita.
Sed hoc fuit:quia tūc tēporis ſcholares nō faciebāt rectorē: vn-
de veriſimile eſt, ꝙ etiam reſpectu rectoris Imperator dediſſet
hoc priuilegiū. Et ſic rector accumulat ſub eadem qualitate ad
iudices.de ꝗbus in d.authē.d. Ant.in d.c.ſi diligēti.videtur mul
tū variè loqui.Sed tandē videtur concludere,ꝙ illa authen.ha-
beat locū in alienigenis,reſpectu iudicū eccleſiaſticorū.Sed po-
ſtea ſubdit, ꝙ etiā in alienigenis nō habeat locū,inquātum ſub-
mittit eos inferiori Epiſcopo: quoniā ꝑ talē ſubmiſsionē ſaltē
derogat dignitati & honori Epiſcopali: inquantū clericus ſub
mittit inferiori Epiſcopo, ꝙ minime facere potuit Imperator.
Et ſic in effectu videtur concludere: ꝙ illa authē.nihil inducere
potuit reſpectu clericorū:cùm de iure cōi,clerici ibi delinquē-
tes aut cōtrahētes ſortiant forū Epī loci,vt in c.poſtulaſti. & in
c.dilecti.ſ̃.eo. Sed hæc ratio nō placet Do.m.ꝑ text.noſtrū, qui
nō requirit,ꝙ iudex,cuius iuriſditio per clericū ſit æqualis Epi-
ſcopo,ſed ſufficit,ꝙ ſit eccleſiaſticus:vnde ſi habuit licētiā à ſuo
Epiſcopo accedendi ad ſtudiū,videt ꝙ omnia ſint ſibi cōceſſa:
ſine quibus inſtitutio eſſe nō pōt,vt in c.prudētia. & in c.præ-
terea.ſ̃.de offi.de leg.Et ideo dicit,ꝙ videt diſputatiuè poſſe te
neri,ꝙ in cauſis ciuilibus,& in alienigenis illa aut.habeat locū.
in ſi.dicimus in cauſa feudi,vt in c.cæterū.ſ̃.de iudi. & ſecundū
ea,quæ dixi in c.ex trāſmiſſa.ſ̃.eo.in j.ar.prin.Nā ſi in caſu prę-
dicto,lex ciuilis tribuens certā ſpeciem iuriſditionis præiudicat
Epiſcopo in ciuilibus,etiā ſi iuriſditio illa non ſit introducta in
fauorē clericorū:multò fortius debet præiudicare,aut effectum
producere in caſu illius authē.vbi iuriſditio tribuitur in fauorē
clericorum,etiā reſpectu licitæ profeſsionis.Prȩterea in alienis
nullū præiudiciū fit proprio Epiſcopo: & in ipſis ceſſat ratio,
de qua ſ̃.dixi in prin.iſtius.q.videlicet, ne ꝑ indifferētes proro-
gātes,oēs ſubditi poſsint relinquere Epiſcopū ꝓpriū.Sed di-
cit Do.m.ꝙ poſt diligētē indaginē viſum eſt ſibi in hac materia
ſtinguēdo,ꝙ aut vniuerſitas ſcholarium eſt eccleſiaſtica,aut ſe-
cularis.Et dicitur eccleſiaſtica, ſi maior pars ſcholariū ſit clerico
rum.Et idē ſi æqualiter ſit numerus clericorum & ſcholarium:
quia cùm clerici ſint magis digni,ipſum miſtum attribuitur di-
gniori,vt in c.quòd in dubijs. de conſec.eccl. vel alta.not.Bart.

in l.fi.C.de colleg.illicitis.& Do.m.in c.ex literis. de conſti. Si
ergo eſt eccleſiaſtica modo prædicto ſubdiſtinguit,ꝙ aut quæ-
ritur, vtrum rector habeat iuriſditionē in clericos ſcholares re-
ſpectu l.fi.C.de iuriſd.om.iudi.ſecundū quam omnis rector ha
bet iuriſditionem in illos de collegio,vt ibi not.& per Inno.in
c.cùm ab eccleſiarū.de offi.ordi.dixi in c.dilecta.de exceſ.præ-
la.Et hoc caſu tenet hic,ꝙ poſsit iuriſditionem exercere in cle-
ricos ſcholares,ſecundùm formam d.l.fi.ſolummodò in ciuili-
bus,nec per talē cognitionē vel iuriſditionē præiudicatur Epi-
ſcopo proprio,vel Epiſcopo loci,quominus poſsint ipſi iuriſ
ditionem exercere.& idem tenet Do.m.in c.iij.de offi.ordi. &
in d.c.ex literis.Aut eſt vniuerſitas ſcholariū: quia maior pars
ſunt ſcholares.Et hoc caſu,nō poteſt rector cognoſcere:& idē
ſi ſit eccleſiaſtica,& rector ſit ſecularis,per no.per Inno. in d.c.
cùm ab eccleſiarū.vbi dicit,ꝙ oportet,ꝙ vniuerſitas,quę eligit
ſibi rectorē,ſit clericorū aut religioſorū, ad hoc, vt electus ha-
beat iuriſditionē in clericos, & ꝙ rector ſit clericus vel religio-
ſus:quia aliter , nec vniuerſitas daret, nec electus recipere pōt a
iuriſditionē ſpecialem.ar.c.ij.de iudi.quod eſt notādū, ſecundū
eum.Sed tu aduerte:quia prædictū argumentū videtur proce-
dere in cauſis ſpiritualibus:ſed in alijs caſibus nō ſpiritualibus,
non video quare ſi rector eſt clericus,& iuriſditionem recepit:
non poſsit iuriſditionē exercere,cuius iuriſditionis eſt capax in
omnes de collegio,etiā clericos:cùm hic nō videat aliquid ob-
ſtare.cogitabis:quia nūc venit in mentē.An aūt incūbat onus
probandi rectori,vel parti, ſi cōtra rectorē electum excipitur,
quod nō eſt clericus,vide quod not. glo.ij.v.q.iij.in ſumma.&
quod not.in c.ſi iudex.de ſen.excom.lib.vj.Et per Fede. cōſil.
xiij.& quæ latiſsimè dixi poſt Inno.& Doct.in c.ſuper his.de
accuſ.Aut quæritur, an rector habeat iuriſditionē, ſeu habere
poſsit in ſcholares clericos ex diſpoſitione prædictæ aut.habi-
ta.cum hodie videtur rector ſubrogatus in locum præſidis.Et
idem etiā dici poteſt de doctore.Et hoc caſu,dicendū eſt,ꝙ aut
rector,vel doctor eſt ſecularis:& nō pōt: quia Imperator neq;
intendit,neq; potuit dare iuriſditionem ſeculari in clericos. ar.
aut.vt clerici apud proprios Epiſcopos.in rubro & nigro. &
aut.ſtatuimus.C.de epiſ.& cle.Et eſt tex.in c.eccleſia.ſ̃.de con
ſti.& xcvj.diſt.c.bonæ. Nec ob. quod ſ̃.dictū eſt de cauſa feu-
dali,quæ agitari poteſt per ſecularē in clericos vaſallos,ex pro-
miſsione Principis:quia Papa cōfirmauit illam iuriſditionē.Et
poteſt eſſe ratio, quia dominus feudi videtur iudicare ſuper re
quodammodo ſua ratiōe directi dominij,quod habet,ſecundū
quod tradit Do.m.in c.cæterū.ſ̃.de iudi.& in c.ex tranſmiſſa.ſ̃.
eo.Secus in caſu noſtro, cū tales nō iudicāt in rē ſuā:nec reperi
tur hoc ab eccleſia ꝓbatū: imò cōtrariū videt probati in c.vni
co.de cle.cōiug.lib.vj.& in c.ij.ſ̃.e.vbi patet, ꝙ ſecularis nō po
teſt cognoſcere de aliquo crimine clerici,qualiſcūq; ſit ipſe cle
ricus.& authen.habita.dat iuriſditionem & in criminali, vt ibi
no. Aut rector ſeu magiſter ſunt clerici.Et hoc caſu dicit,quòd
tales non habēt iuriſditionem etiam in clericos ſcholares: quia
Imperator non intendit , neque potuit dare ordinariam iu-
riſditionem alicui reſpectu clericorum in præiudicium.Epiſco
palis iuriſditionis:& maximè,cùm agitur criminaliter. cum de
crimine clerici ſolus Epiſcopus poſsit cognoſcere.xj.quæſtio.j.
c.de perſona.de quo latè dixi in c.iij.j.de re iudic.Sed bene po-
terunt clerici ſcholares prorogare iuriſditionem rectoris , ſeu
magiſtri. Et ſic in eos conſentire virtute prorogationis , ſi ali-
ter in ſtudio eſſe non poſſent : vt puta , quia ſtatutum dicit,
quòd quilibet ſcholaris teneatur reſpōdere ſub ſuo rectore vel
magiſtro,obtenta enim à ſuperiore licentia veniendi ad ſtudiū
videntur omnia conceſſa ſine quibus in ſtudio eſſe nō pōt:vt
ſ̃.dixi, & hoc locū vēdicat ſolū in ciuilib9.Secus ſi ſtatutū præ-
cisè arctaret ad hoc , ꝓut eſt in hac ciuitate Senarū:vt ꝗa datur
electio ſcholari reſpondēdi ſub epiſcopo,rectore vel magiſtro
tunc enim debet ſcholaris clericus,ſiue ciuis , ſiue forenſis exi-
ſtat,reſpondere ſub epiſcopo:ex quo non neceſsitatur reſpon
dere ſub rectore vel magiſtro.arg.l.ſed iulianus.§. dicitur.ff.ad
mace.Sed vbi collegiū ſcholarium eſt ſeculare,& rector eſt cle-
ricus:tunc ſecundū Do.m.ex quadā æquitate dicendū eſt,ꝙ re
ctor habet iuriſditionem in ciuilibus tantū,ex diſpoſitione &
æquitate illius l.fi.C.de iuriſ.om.iudi.Ex quo enim faciūt colle
gium licitū & approbatū,vt ibi per Bar.in l.fi.ff.de colleg.illi-
citis.Æquum eſt,ꝙ rector clericus habeat iuriſditionē in ciuili-
bus;maximè cū per hoc non præiudicetur epiſcopo,cū & ipſe
valeat iuriſditionē exercere in eos.Et cōuentus corā eo nō poſ
ſit ipſius iuriſditionem declinare.ſicut dicitur in ſimili in d.l.fi.
de ſuperioribus magiſtratibus.no. Inno.in c.cū ab eccleſiarū.ſ̃.
offic.ordi.faciūt no.per Innocen.in c.dilecta.j.de exceſ.præla.
vbi indiſtinctè loquitur de iſtis collegijs: nec diſtinguit inter
clericos & laicos : imò potius videtur in clericis abdicando

a ¶No. hoc latiſſimè diſputatū, vtrū clericus ſcholaris poſsit prorogare iuriſdit.iudicis ſecularis. & de intellectu authen. habita. C. ne filius pro patre. de quo etiam Abb.in c.ſi diligenti.de fo.competen. & per repeten.in d.authen.habita.

glo.suam ad illum text.& vide quod latius ibi dixi.Sed clarius voluit in d.c.quæ ab ecclesiarũ.facit optimè.c.ex literis.s̃.de cõsti.intelligendo,ꝙ illa vniuersitas magistrorum erat ecclesiastica:quia aliàs papa non impedisset se, nisi vniuersitas exerceret iurisditionẽ in ciuilib⁹ in illos de collegio:vnde idẽ de rectore vniuersitatis dicẽdũ est. ar.d.l.fi.facit c.q̃a in causis.s̃.de procur. Et ibi papa aperte approbat collegiũ scholariũ parisiensium: quod est clericorum,quæ distinctio domini mei pro nunc satis placet,& satis videtur æqua & rationabilis.A.B.Et ad prędicta vide q.domini mei in dispu.quæ incipit, gandulphus clericus. vbi latè disputat, vtrũ rector vniuersitatis scholariũ mixtæ ex clericis & laicis,possit exercere iurisditionem in scholarem clericum.Et ibi post multa arg.pro vtraq; parte formata, & post recitatas opin. quoniam hæc difficultas descendit ab intellectu auẽ.habita.C.ne fi.pro patre & l.fi.C.de iurisd.om.iudi.Ibi plenè examinat,vtrũ dicta auẽ.habita. habeat locũ in rectore scholarium.Et quid in aliis iudicibus clericorũ.Ad quod vide quæ latè dixi post eũ in c.fi.j.eo.in iiij.prin.ar.versi.p̃dicta tñ regula fallit.Sed quæro,vtrum rector virtute l.fi.C.de iurisd.om.iudi. possit exercere iurisdi.in scholares clericos.Sol.dic vt dixi in c. j.s̃.e.ver.xiiij.declaratio ibi.Sed quæro,vtrũ rector vigore.Ma.

44 ¶ † Item quæro,vtrũ processus habitus contra clericũ per iudicem non suum,qui clericus non cõparuit nec opposuit declinatoriam,teneat.Solu.dic vt dicã in c.j.j.de dila. & vide quod in fi.tetigi in c.si diligenti.s̃.eo.in iiij.q.princ.Et quod etiam in fi.tetigi in vj.& vltima.q.Et hęc procedũt in clericis.Sed quæro nũc,quid de laicis : an ad hoc vt laicus possit prorogare iurisditionem non sui iudicis sine consensu sui superioris. Solu. Do.m.hic post Docto.distinguit, quòd aut quæritur, an possit quò ad temporalia:an quò ad spiritualia. Primò casu,aut loquimur in suppositis respectu nudi exercitij iurisditionis : & possunt ꝓrogare,etiã sine cõsensu ꝓprij iudicis, vt hic,& in l.j.Et ibi hoc firmat Bart.& in l.ij.ff.de iudi.& in l.j.C.de iurisdi. om. iudi.quod procedat secundùm Domi.m.quando vellet prorogare respectu eiusdem speciei iurisditionis:& sub eodem genere,vt puta , quia subiectus imperio vult prorogare iurisditionẽ iudicis subiecti imperio:secus quãdo ad diuersam speciem. Et de iudice laico ad ecclesiasticũ, vt in c.per venerabilem.§.insuper.j.qui filij sint legi.Subdit tñ,ꝙ hodie q̃libet habet potestatem prorogandi iurisditionem ecclesiasticam in ciuilibus, vt in l.si ex consensu.C.de Epis.audi. & in l.Episcopale.C.de episc. & cler.Aut loquimur in subditis vltra modum exceptionũ iurisditionis:vt puta,ratione feudi de quo agitur.aut similis qualitatis:& tunc sine consensu domini non potest iurisditionem alterius iudicis prorogare:ideo iudicium agitatum in causa feudi sine consensu domini coram alio iudice,non tenet, vt not.in c.imperialem.§.præterea.de prohibita feu.alie. per Fede. tenet Domi.m.post Doct.in c.cæterum.s̃.de iudi. & in c.p.& g.s̃.de offic.deleg.col.pe.& dixi in c.ex transmissa.s̃.eo. & vide Bart. in l.j.§.post operis.ff.de no.oper.nunc.& in d.l.j.ff.de iudi. vbi affirmat dictam regulam,ꝙ subditus solùm ratione nudi exercitij iurisditionis potest ad alterius iudicis iurisditionem prorogare , sine consensu proprij iudicis. Secus si alio respectu esset suppositus,vt dictum est.

45 ¶ † Secundò principali casu, quãtum ad spiritualia dicendum est,ꝙ quò ad spiritualia sacramentalia nõ potest laicus non sui iudicis iurisditionem prorogare, sine cõsensu proprij rectoris, seu sui superioris,vt in c.omnis.j.de pœn. & remis.Sed quò ad spiritualia non sacramentalia,dic vt dixi s̃.in v.arti.princ.versi. secundò quæro.Sed quæro,quæ est ratio differẽtiæ, ꝙ laicus regulariter potest prorogare iurisditionẽ non sui iudicis sine cõsensu sui superioris:& clericus regulariter nõ potest. Sol.dic,ꝙ ratio descendit ex his , quæ statim dixi.clericus enim ideo non prorogat iurisditionẽ sine consensu &c.quia adstrictus est suo superiori vltra nudum exercitium iurisditionis: videlicet ratione ordinum receptorum,& ratione beneficij, superior enim clerici est ipsi clerico loco Dei : cùm enim clericus ordinẽ recipit, totum transfert & dedicat se Deo.xij.q.j.c.cui portio.xxj.dist. c.cleros.& in c.cùm secundũ.j.de præben.vnde sicut laicus suppositus vltra nudum exercitium iurisditionis , non potest alterius iudicis iurisditionem prorogare sine consensu proprij iudicis,vt statim dictũ est:ita etiam & clericus.Sed laici possunt solum subesse quò ad nudũ exercitiũ iurisditiõis:& ideo tũc possunt prorogare iurisditionẽ sine cõsensu &c.Et vltra prædictas rationes,vide gl.no.xj.q.j.c.inolita.quæ reddit triplicẽ rationẽ diuersitatis.Prima est:quia laicus potest iurare sine licẽtia sui iudicis.Sed clericus non,vt j.de iuramen.calũ.inhærentes.Secunda est:quia nõ potest ab alio Episcopo ordines recipere : ergo nec iudiciũ,quod maius est.viij.q.ij.c.nullus primas.Tertia est: quia non põt ab alio,quàm à suo Prelato petere iudicẽ animæ, vt s̃.dictũ est, quod est occultũ:ergo multò fortius nec manifestum.de pœ.dist.vj.c.placuit.& ibi vide. Ex prædictis infertur decisio alterius quæstionis,quæ põt adaptari ad prędictã,videlicet,vtrũ proprius iudex possit inhibere subdito,ne litiget sub alieno iudice. Et cõmunis conclusio est, ꝙ non,si sit sibi subiectus respectu solùm nudi exercitij iurisditionis,vt traditur per Doct.in d.l.si qui ex cõsensu.C.de Epis.aud.no.Ioan. And.in c.fi.de offi.Archi.licet Ioan.de Imol.videaẽ velle contrariũ,& Ioan.And.in addi. Spec.in tit.de cõpe.iudi.adi.§.ij.ver. sed genera.dixi in c.cũ Abbas.s̃.de offi. deleg. Imperator posset hoc prohibere,vt in l.ij.§.si iudex.ff.de iudi.Et aduerte: quia nõ solùm respectu feudi,sed etiam quocunq; alio respectu simili, laicus esset subiectus iurisditioni alterius, videẽ ꝙ nõ possit prorogare sine cõsensu &c.per text.in c.ex tenore.s̃.eo. & ibi hoc no.Do.m.facit q̃d statim dixi de clerico.& pondera,ꝙ ille tex. in c.ex tenore.singulariter probat,ꝙ superior,tã rei,quàm actoris, potest ad instantiã rei conuenti coram alieno iudice præcipere actori, ne trahat reum corã iudice incõpetenti. Et ibi etiã hoc not.Do.m.quod perpetuò notabis.Nam per hũc modum indirectè potest induci,vt laicus sine cõsensu superioris alterius iudicis iurisditionẽ prorogare prohibeatur.Item aduerte circa prædicta:quia Ioan.And.in addi.in ti.de cõpe.iud.adi.§.ij.ver. sed quid in delegato. qui ver.est sub ver.decimò quærit an ordinarius vel delegatus possit prohibere delegato, ne recipiat prorogationẽ vltra tempus statutũ ad causam decidendam.Et an idem possit præcipere partibus.& arguit primò , ꝙ nõ possit:quia cũ speciale sit in Principe,ꝙ possit hoc facere,vt in l.ij. §.si iudex.ff.de iudic. ergo in aliis videẽ prohibitũ:vt in l.cùm Prætor.ff.de iudi.Guido de Suza.in d.§.si iudex.tenet contrarium:quia sicut delegatus Principis fungiẽ eius vice,sic & delegatus alterius ordinarij:nec transit in eũ plus iuris, vel potestatis,quàm delegãs cõmittat.allegat l.j.ff.de offi.eius,cui man. est iuris.iuncta l.j.C.si à non cõpe. iud..facit c.cùm dilecta.s̃.de rescrip.& c.venerabili.de offic.deleg.Et ita dicit Ioan. Andr. tenere Bagalotum.& sic residet.Sed aduerte: quia hoc mihi non placet,nisi in Principe hoc prohibente,sed in inferiore non videtur procedere.nam cùm sit data potestas partibus , vt possit fieri prorogatio iudicis delegati de tempore ad tempus , vt dictum fuit s̃.in arti.iiij.prin.non põt inferior facere,vt in delegatiõe sua post,quàm facta est,iura locum non habeant. arti.no. in l.nemo potest.ff.de leg.j.Vnde ego etiã arbitror,ꝙ licet tam superior actoris,quã rei possit prohibere partibus , ne prorogent alterius iurisditionẽ,secundũ quod statim dixi post D.m. prohibitio tamen nõ operatur,ꝙ minus si partes alterius iudicis prorogent iurisditionẽ,nõ valeat prorogatio:cũ ipsa prorogatio habeat sua substãtialia:sed bene posset ipse superior subditos suos mandatũ suũ transgredientes punire, seu mulctare.

46 ¶ † Octauò quæro de eo,quod dixi in prin.istius.vj.arti.videlicet,ꝙ requiritur ꝙ nõ pœniteat, qualiter hoc intelligendũ sit, & an,& quãdo,& vsq; ad quod tẽpus possit pœnitere:& vtrũ pœnitens parti teneatur ad aliquod interesse,quæ quæstio satis est difficilis:& in variis locis tradita per legistas in l.si conuenerit.ff.de iurisdi.om.iudi.& aliquid in l.j.& ij.ff.de iudi.& in l.si qui ex consensu.ff.de epis.audien.& per Bal.in l.si quis in conscribendo.C.de epis.& cle.& per cano.in.c.j.s̃.de iudi.& ibi latè per Do.m.&.d.Ant.sed melius conuenit hoc,vt integrè habeatur materia.& ideò in d.c.j.ego remisi me hic dicturũ.Quare vt habeas clarè hãc.q.dic,quòd interdum nos quærimus de facultate non declinandæ iurisditionis eius,qui habet iurisditionem:sed aliqua exceptione vel recusatione potest declinari.Et de hoc articu.vsq; ad quod tempus possit declinare, dic vt latè dixi in c.inter monasterium.de re iudica.interdum quæritur de prorogãda iurisditione nõ sui iudicis.& ista est materia nostra propriè,in qua distingue,quòd aut loquitur de pacto,seu promissione facta circa prorogandã iurisditionem sine aliquo actu positiuo facto in iudicio.Aut nos quærimus vtrũ post aliquos actus positiuos in iudicio celebratos,quis possit pœnitere.

¶ Circa primum membrum subdistingue,ꝙ aut loquimur de pacto vel promissione facta in præsentia ipsius iudicis, cuius partes volunt prorogare iurisditionẽ.de hoc dic vt dixi in c.j. s̃.de iudi.in gl.super verbo, placere.vbi melius cõueniebat propter intellectum illius tex.Aut nos loquimur de pact.aut promissione facta in absentia iudicis.Et in hoc sunt tres opi.princ.

¶ Prima est Vinc.in dicto capi.j.quam recitat hic Ioan.Andr. qui simpliciter dicit pacisceutem posse pœnitere vsq; ad litis contestationem,& se teneri ad interesse.

¶ Secunda opinio principalis fuit,quòd hoc pactum non valet,nec quò ad agendum,nec quò ad defendendum & excipiẽdum.& sic est prorsus contraria primæ .Et hanc opinio.tenuit Petrus & refert Cyn.in dicta l.si qui ex consensu.& sic in effectu

effectu volũt præfati Docto.ꝙ ante, quàm detur actualis prorogatio iurisditionis, ꝑmissor posit pœnitere sine aliqua pœna. mouetur: quia ex quo quis simpliciter promittit, cùm posit vti pœnitẽtia ex legali promissione, vt in d.l.si cõuenerit. non debet aliqua pœna puniri. xxiij.q.iij.c.q peccat. & l.gracchus. C.de adul. Et causa promissionis à lege cõcessæ potuit esse secundùm Pet. quia periculosum est litigare coram suspecto iudice, vt in l.apertissimi. C.de iudi.& iij.q.v.c.& quia suspecti. Et hanc opi. sequit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de cõpe. iud. adi. §.j.ver. quid si promisi. sub ver. decimo. ad quam opi. tenẽdam tanquàm æquam, mouetur pluribus rationibus.

¶ Primò: quia iurisditio de qua quæritur, est à solo partiũ consensu. non enim hic agitur de iurisditione à lege, vel à superiore attributa.

¶ Secundò: quia iudex non põt aliquod interesse prætendere.

¶ Tertiò: quia per hanc pœnitẽtiam reditur ad ius commune, & ad iurisditionem ordinariam, quæ fauorabilis est.

¶ Quartò: quia lex de conuentione loquens, hoc permittit, vt in d.l.si conuenerit.

¶ Quintò: quia in multis casibus pœnitentia admittitur: qui casus notantur in regu. quod semel. de reg. iur. lib. vj. in quibus nõ est maior ratio, aut tanta, quanta est hic.

¶ Tertia opi. principalis est, ad obligandũ partem parti: inspicimus naturã ipsius pacti: vnde si pactũ est nudum, solùm producitur exceptio. Si verò est vestitũ: tũc potest agi vt seruetur: & si nõ seruetur, potest peti interesse vel pœna: si pœna sit apposita. Et hanc opi. tenuit Iac. de Are. & sequit Bal. in d.l.si cõuenerit. Gul. de cu. in l.j.ff. de iud. & recitat Cyn. in d.l.si qui ex consensu. imò plus dicũt ipsi, ꝙ etiã si pactũ nudum intercesit, põt agi ad interesse actione de dolo. arg. l.cũ mihi. & l.fin. ff. de dolo. Et hanc opi. hic sequit do. Anto. & placet mihi: quia licet lex permittat pœnitere, tñ intelligi debet, sine alterius præiudicio: non enim est præsumendũ ꝙ Princeps voluerit permittere pœnitentiam cum alterius præiudicio. Et si tu diceres, quare ergo lex nõ fecit mentionẽ de interesse: respõdet do. Anto. & sequitur Do.m. quia vt plurimũ contingit, ꝙ re integra nõ põt pars petere aliquod interesse, si in veritate posset prætendere aliquod interesse. facit quod in simili dicit l.j.§.si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. & quod no. in c.super eo. s. de offic. deleg. itẽ facit: quia nulla bona æquitas subierit in cõtrariũ. Sed potius hanc opi. suadet: cùm pactũ non sit reprobatũ. Et ideo non videt, ꝙ posit recedere ab illa promissione, cõiectura alterius partis, per l.j.ff. de pac. & s. de pac. per totũ. Et quia graue est fidẽ fallere, vt in l.j.ff. de cõsti. pecu. Ex quò infertur, ꝙ cùm de iure canonico agi posit ex nudo pacto, vt in c.j.s. de pac. ꝙ agi poterit ad interesse, vel ad pœnã: si apposita est: non autem agitur actione de dolo, quæ nõ datur nisi in subsidiũ, vt in l. de dolo. ff. de dolo. Sed de iure ciuili distinguendũ est, vt dixi, inter pactũ nudum & vestitũ, secundùm Do.m. in d.c.j. de iudic. allegat ad prædicta, quod legitur & notatur in c.per tuas. s. de arbi. & in c.dilecti. s. eod. & ibi dixi in materia interesse, ratione contractus localis. A B. Sed tu aduerte: quia videt magis de iuris mente, ꝙ dicta obligatio nõ cõmittatur, nec ad pœnã, nec ad interesse, vt voluit Ioan. Andr. Mouetur primò per text. in d.l. si conuenerit. Ma. Et aduerte: quia quod s. dicunt Docto. quòd potest agi ad interesse, vel ad pœnam debet intelligi in casibus, in quibus non potest præcisè compelli quis ad factũ: secus autem si essemus in casibus, in quibus quis posset præcisè compelli: vt puta, si iurasset respondere corã vno iudice, secundũ quod not. gl. in l.si pecuniam. ff. de condi. ob causam. de quo articulo vide, vtrum ex iuramento præcisè quis posit compelli ad factum. in c.per tuas. & ibi per Domi.m.s. de arbit. & per Doct. maximè Moder. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obliga. & tetigi in c.j.s. de iudi. & per Bald. in l.j.C. de sen. quæ pro eo, quod interest. vbi etiam dicit Bald. si promissio esset facta in instrumẽto guarentigiato, quo casu posset præcisè compelli ad prorogandam iurisditionẽ: sed quia non est de his, non est principalis materia nostra, an quis posit præcisè cõpelli ad factum: de quibus casibus ideo dic, vt in iuribus supra allegatis.

¶ Sed circa prædicta dubitatur, vtrũ ratione interesse propter non seruata promissa de prorogãda iurisditione, posset agi ad illud interesse coram illo iudice, corã quo ille promisit respondere. Et videtur dicendum, ꝙ ex quo adhuc non est prorogata iurisditio, & licitum est pœnitere: non videtur effectus suus iudex. Sed Doct. communiter contrarium tenent. licet enim in principali obligatione non sit iudex propter pœnitentiam: tamen super interesse agi potest ex eo: quia executio illius obligationis destinata est nedum ad locum iudicis, sed ad ipsius tribunal: per consequens ad ipsum interesse vel pœnam censetur ibi contraxisse: & ibi potest conuenire, per cap. Romana. eodem titu. lib. vj. de quo latè dixi in dicto c.dilecti. s. eod. Et fuit hoc originale dictum & singulare Gul. de cu. in l.j.ff. de iudi. sentit Spec. in tit. de cõpe. iudi. adi. §.j.ver. sed quid si pactũ. & do. Anto. in d.c.j.s. de iudi. licet Io. de lig. distinguat, an promissio fiat coram iudice: & tunc ibi posit conueniri ad pœnã, vel ad interesse: aut in absentia, & tunc debet conueniri coram iudice suo. Sed primũ dictum plus placet Do.m. si ibi reperiatur, per ea, quæ dixi in d.c.dilecti. & per not. in l.exigere. ff. de iudi. Ego verò pro concordia dictarum opi. distinguerem sic, ꝙ aut quis existens in loco, in quo non sortiebatur forum, promisit prorogare iurisditionem alterius iudicis non sui, & alterius territorij. Et hoc casu, non poterit conueniri ad pœnam, vel ad interesse coram illo iudice: quia postquàm nõ est destinata solutio, ibi videtur in dubio destinata solutio in loco cõtractus: secundũ ea quæ latius dixi in c.dilecti. j. eo. aut existens in loco, in quo sortiebatur forum, promisit prorogare iurisditionẽ non sui iudicis, existentis tamẽ in eodẽ territorio. Et hoc casu, nõ poterit conueniri coram illo iudice: nisi fortè fuerit facta promissio in præsentia iudicis: de cuius tamen promissionis potẽtia & effectu, vide quæ latius dixi in c.j.s. de iudi. in glo. super verbo, placere. Aut existens in territorio alieno promisit prorogare iurisditionem iudicis illius territorij. Et hoc casu, licet quãtum ad principalem obligationẽ nõ posit ibi inuitus cõueniri: quia locus est pœnitentiæ: tamẽ ratione cõtractus ibi celebrati, propter quem sortitur ibi forũ: vt in c.dilecti. s. eo. poterit ibi conueniri ad pœnam vel interesse. Et idẽ, si existens in proprio territorio promisit alterius iudicis extra territoriũ existẽtis iurisditionem prorogare: aliàs in illo territorio soluere interesse, vel certam pœnã, per l.contraxisse. ff. de act. & obli. & per ea, quæ latius in d.c.dilecti. dũmodò ibi inueniatur, vt ibi dixi.

47 ¶ † Sed quæro nũc circa aliud membrũ. s. formatum in prin. istius. viij. q. per quos actus positiuos in iudicio celebratos, videatur inducta prorogatio iurisdictionis: ita, ꝙ nõ sit amplius licitũ pœnitere. Sol. cõmunis Doctorum est, quòd ad hoc, vt quis nõ posit pœnitere, requiritur litis cõtestatio: aut actus, qui habeatur pro litis cõtestatione: vt in l.si cõuenerit.ᵃ ff. de iuris. om. iud. & a tenent Doc. in authen. offeratur. C. de lit. contest. Iaco. de Aret. Petr. & Cyn. in l.vbi absunt. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Et Bal. in l.testamenta. C. de testamẽ. & ratio est in promptu: quia sola lit. conte. de se est terminus exclusiuus dilatoriarum, vt in c.pastoralis. s. de offic. dele. & ibi latius dixi. Quidam voluerũt, quòd aut actus geritur in iudicio ante lit. contest. & non habet admistum cõsensum prorogationis: imò potius videtur sapere contractum: & hoc casu, non intelligatur inducta prorogatio. Aut talis actus habet tacitũ consensum quodãmodò circa prorogamen. Et hoc casu, non posit postea pœnitere. Sed præcedens opi. plus mihi placet, per d.l.si conuenerit. quæ vult, quòd vsq; ad lit. contest. posit pœnitere: nisi fortè ipse expressè consensisset ante lit. contest. quo casu, esset recurrendum ad ea, quæ dixi in d.c.j.s. de iudi. in glo. super verbo placere. Alij tamen aliter etiam intelligunt commiscentes potestatem prorogandi & recusandi: & non declinandi iurisditionẽ, de quibus opi. vide latè quæ dixi in d.c.inter monasterium. j. de re iudic. & vide quę dixi in c.si clericus laicum. s. eo. in x. argu. princip. q.j. A B. Sed circa prædicta, vtrum per præstationem satisdationis de iudicio sisti, intelligatur prorogata iurisditio iudicis. Solu. gloss. in l. fina. C. quando appella. sit primo, in fine, videtur sentire, quòd videatur prorogare: & quòd non posit opponi declinatoria, tenet enim ibi, quòd includatur via opponendi contra rescriptum, per illum textũ & per no. in l.ad solutio. C. de re iudicata & l.j.§.illud. ff. de separa. In contrarium tamen arguit de l.fina. & de text. in l.non videtur. ff. de iudicijs Dyn. ibi in additio. tenet hanc vltimam partem, per authen. offeratur. C. de lit. contesta. Et hanc opinio. quòd non intelligatur facta prorogatio, tenet Bart. in l.quidam consulebat. ff. de re iudi. per dictam auth. offeratur. Et quia talis præstatio satisdationis de iudicio sisti, intelligitur si apparuerit illum iudicẽ. Idem etiam tangit Ber. in l. vir bonus. ff. iudi. sol. Idem tamen Bart. videtur dubitasse in l.si pupillus. §.j.ff. de priui. cre. & Inno. in c.inter. de re iudic. Ioan. de Imol. in d.l.quidam consulebat. dicit fortè dici posse, quòd si constat de mente partis, illa seruatur. In dubio autem nõ posset dici, quòd aut præstatur in casu necessitatis: & tunc nõ intelligatur renunciasse exceptioni declinatoriæ, & sic videtur intellectus Innocen. Ma.

¶ Nonò quæro de eo, quod s. dixi in priui. istius vj. artic. quòd requiritur, quòd sit talis causa, quæ iurisditionis prorogamen recipiat: qualiter hoc intelligatur. Solu. dic, hoc intelligendum & declarandum esse secundùm ea, quæ fuerunt dicta s. in v. ar. princip. A B. Videtur etiam requiri, quòd non adijciatur noua qualitas ad iurisditionem: quia tunc non esset prorogatio,

ᵃ ¶ L. si conuenerit. De intellectu illius l. vide latissimè per do. Philip. Deciũ in c.j. in ix. col. de iudi. in j. lectu.

ſed noua cōceſsio,quę priuatorū conſenſu fieri nō poteſt,per.l.
priuatorū.C.de iuriſ.om.iudi.ad qđ vide quę dixi in c.fi.de di-
48 la.ar.xix.q.vīj.Ma.¶†Decimò & vltimò quæro vtrū requira-
tur cōſenſus eius iudicis,cuius iuriſditio prorogatur.Sol.tex.in
l.īj.ff.de iudi.dicit, ꝙ in prorogatione, que fit de perſona ad ꝑ-
ſonam,nō requiritur.Secus in prorogatione,que fit de tempo-
re ad tempus:et ratio differētię ſit:quia in primo caſu,iudex ſcit
ſe habere iuriſditionē:& ideò tenet prorogatio: quia in proro
gatione perſonarū,ignorātia iudicis nō obeſt.Nam cùm ſit iu-
dex,& credat ſe habere iuriſditionē:nō errat in fundamēto iu-
riſditionis:licet erret in qualitate.quo caſu error nō habet vi-
tiare: vt eſt text.in d.l.īj.Et ideò idē videtur dicendum in omni
bus alīs ſpeciebus prorogationis,in quibus ratio prædicta lo-
cum haberet.Sed ſi prorogatio quæ fit de tempore ad tempus
cū poſt tempus ignoret ſe iudicem,vel credat ſe nō habere iu-
riſditionem:requiritur ipſius cōſenſus,ſaltē tacitus:vt in d.l.īj.
aliàs nō valet eius ſentētia:vt l.quęro.ff.de eo,qui pro tutore.
& facit qđ not.in l.ſed & ſi de ſua.ff.de acqui.hære.tenet Bart.
in d.l.īj.& in l.ſi per errorē.ff.de iur.om.iud.& in c.p.& g.circa
fin.per D.m.ſ.de offi.delega.¶Aſſumo nunc vīj.arg.princi.in
quo tractandum eſt de effectibus ipſius prorogationis,circa
quē articulum in primis ſume hanc regulam,quòd effectus aut
qualitas iuriſditionis prius exiſtentis,nō alteratur vigore pro-
rogationis, ſed eſt eiuſdē naturę & qualitatis,cuius erat inter
eos,quorū erat iudex.Et ideò ſi ex qualitate iuriſditionis ſuæ
ſummariè,& iuris ordine ſeruato,cognoſcebat: ſimiliter inter
iſtos prorogantes ipſius iuriſditionis erit ſummaria:vt in l.Epi
ſcopalem.& ibi not.Bart.C.de Epiſco.& cleri.A.B.Tenet Lu-
do.ponta.l.ſi quis arbitratu.ff.de verborum obligat.Ma. Facit
quod dixi in .j. articulo princip.& etiam in iīj.articu.princip.
Ex quo infertur quòd ſi erat talis iudex, à cuius ſententia non
poterat appellari,quod etiam per iſtos prorogantes non po-
terit prorogari.Item ſi erat talis iudex,à cuius ſentētia qualibet:
etiā interlocutoria,poterat appellari: ſimiliter etiā per prorogā
tes poterit appellari.tenet Bar.in d.l.Epiſcopalē.& D.m.in c.
cauſam quę.j.de re iud.facit qđ not.glo.in l.inter cōuenientes.
ff.ad munici.vide etiā ad prędicta,quę tradit Lapus in ca.fi.de
excep.lib.vj.vbi vult,quòd laici ſi prorogāt iuriſditionē Epi,
debent iudicari ſecundū canones,non ſecundū leges.qđ intel
ligo,quātum ad ordinatoria,nō præparatoria:in quibus inſpi-
ciuntur ſtatuta,leges,& cōſuetudines loci iudicīj:ſecus quò ad
deciſoria.Et circa hunc membrū vide iura quæ allegaui tibi in
49 c.ex tranſmiſſa.ſ.in vīj.q.princ.¶†Sed circa prædictum artic.
primò quęro vtrum per prorogationem iudicis delegati,eius
iuriſditio fiat ordinaria.Sol.Spec.in titu.de compe.iudi. adi.§.
primo.ver.ſed qualem.refert opinionem.Quidam enim intel-
ligunt,ꝙ ſit ordinaria ex eo, quia talis iuriſditio à lege confir-
matur:ergo videtur ordinaria. vt in l.& quia.ff.de iuriſdit.om.
iudicum.facit l.obueniente.ff.de verbo.ſignifica.allegat alios
tenere cōtrarium per l.nemo debet.& l.id quod.ff.de reg.iur.
& etiā hanc opinio.tenet gloſ.ff.in fi.in c.p.& g.ſ.de offic.de-
lega.& ibi vide rationes,quas allegat.& hanc eandem opinio.
ſequitur Bald in l.prima.ff.de iudi.& mihi placet.pro qua opi
nio.faciunt,quæ dicta fuerunt.ſ.in regula ſtatim data in princi.
iſtius vīj.articu.Ex quo infertur,ꝙ ſi appellandū erit à delega-
to,appellari debebit ad delegantem . Item ſentit quòd dele-
gans poterit prohibere delegato,ne cognoſcat,per l.iudicium
ſoluitur.ff.de iudi.& ſequitur Bal.in dicta l.prima.Sed an tunc
talis prohibitio extendatur ad iſtos prorogantes,tanquā in ix.
50 articu.princ.in verſic¶†Secundò quæro,an iudex qui cogno-
ſcit virtute prorogationis, poſsit illam cauſam delegare ſi ſit
ordinarius delegatus talis qualitatis,qui poſsit delegare.Solu.
Spec.in tit.de competen.iudi.adi.verſi.ſed nunc quid ordina-
rius.dicit quòd ante litis conteſtat.non poteſt delegare ex eo,
quia partes adhuc poſſunt pœnitere,ſecundùm ea quæ ſupra
dixi in præcedenti articu.in vīj.quęſtio.ſentit ergo,quòd ſe-
cus ſit poſt litem conteſta. Ego verò arbitror, quòd etiam an-
te litem conteſtatā poſsit delegare.nam cùm ipſe exerceat iu-
riſditionem virtute prorogationis , & delegare ſit iuriſditio-
nem exercere : poſito quòd ipſe aliàs habeat poteſtatem de-
legandi,cùm non alteretur eius natura,vt dictum eſt:nō video,
quare nō poſsit delegare. Non ob.ar.Spe.in cōtrariū formatū:
quia fateor,ꝙ partes potuerūt pœnitere ante lit. cōte.etiā corā
ipō delegato,ſicut poterāt corā prīcipali.Et ſic verū eſt effectua
liter inuitis partib⁹ nō habebit locū delegatio potētia pœnitēdi.
51 ¶†Tertiò quęro vtrū iudex,cui⁹ iuriſditio ꝓrogatur,in cauſa
prorogata poſsit cōpelli ad ꝓnūciandū,ſeu ſententiandū.Sol.
Spe.in ti.de cōpe.iudi.adi.§.j.ver.ſed an is.in quē partes.arguit
quòd ſic,per l.ſancimus.C.de aduo.diuer.iudi.& l.ſi qs magi-
ſtratū.&.l.munerum.§.iudicādi.ff.de mune.& hono.deinde in
contrarium arguit,ꝙ non poſsit cogi:quia iuriſditionem habet
ex partium conſenſu,ſicut arbiter. vnde nō videtur cogendus,
niſi conſentiat ad inſtar arbitri,per l.iīj.§.tametſi .ff.de arbit.Et
ſic videtur in effectu ſentire, ꝙ aut iudex conſentit in proroga
tione,aut non.ſi conſentit , cogitur iudicare ſicut arbiter, vt in
d.§.tametſi.& not.gloſſ.in c.præſentata.de teſti.& glo.in c.pa-
ſtoralis.§.j.& in c.ſuſpicionis.& in c.p.& g.ſ.de offi.deleg.Sed
mihi videtur ſatis durum,ꝙ etiam poſito ꝙ ipſe non conſenſe-
rit expreſsè,ꝙ ipſe nō poſsit cogi.Nam poſtꝗ ipſe incœpit co-
gnoſcere,& lis eſt conteſtata coram eo:rationabile videtur , ꝙ
ipſe poſsit compelli,per iura allegata ſ.in princ.& per l.de qua
re.ff.de iudi. maximè cùm in proroganda iuriſditione non re-
quiratur conſenſus ipſius iudicis. vnde cùm prorogatio fuerit
16 ¶†Primò igitur quæro vtrum per libellum positum in actis dicatur præuenta iurisditio.Solu.Bal.in d.l.si quis postea.ff.de iud.dicit,ꝙ non:nisi accedat citatio.mouet per gl.singularẽ in l.j.ff.de in ius voc.& per l.libertus aduersus.eo.ti.de inius voc. vbi bonus tex. qui vult, ꝙ libelli porrectio non habet vim cita tiõis. & ibi etiã hoc tenet Bal.& mihi placet.faciũt quæ dicã in seq.q.tenet Io.And.in addi. Spec.in ti.de libel.obla.§.nunc vi deamus.in prin.A.B.V nde licet officialis antea posuerit inqui sitionem in libro,non tamen diceretur præuenisse:quia ista nõ est præuentio,sed voluntas præueniendi.ita dicit Bal. in l.j.C. de confes.& vide eundem Bal.in l.j.C.quando libel.prin.da.li cet,tamen per formatã inquisitionem non inducatur litis pen dentia,tamen inducitur litis præparatio.text.in l.quemadmo- dum.de inoffic.testa.Aduerte tamen:quia licet non emanaue- rit citatio,si tamen iudex processit ad examinationem testium ad informationẽ curiæ diceretur fortè,vel præuenisse,vel præ- parasse.facit l.j.§.non semper.ff.de appel. Vidi allegatum, ꝙ si citatio rei fuit facta sine schædula inquisitionis ab vno iudice, deinde secundo loco fuit facta ab alio iudicum tenore inqui si tionis: ꝙ respectus dicatur præuenisse . per c.ecclesia . secundò. vt lit.penden.sed nihil facit. item per c.ij.de dila.sed loquit̃ in alio casu. Tertiò per l.si finita.§.Iul.ff.de dã.infec.Ma. Et hoc arbitror procedere,nisi libelli oblatio fortè ex forma statuti ha beret vim lit.contest.facit quod no.Bal.in repe.l.seruum quo- que.§.publicè.ff.de procu.d.c.veniẽs. de accu.in j.q.iij.q.prin. & vide quod dixi in c.j.de libel.obla.
17 ¶†Secundò quæro vtrum per citationem verbalem dicatur præuẽta iurisditio.Solu.tex.est hic ꝙ sic,quò ad partem.& idẽ probatur in d.l.si quis postea. Et idem arbitror quò ad iudicẽ, propter eandem rationem.& l.vbi cœptum.ff.de iudic.& per not.in l.fi.vt lit.pen.tenet Bal.in l.senatus.circa fi.C.qui accu- sare non possunt.
18 ¶†Tertiò quæro qualis debeat esse ista citatio[a] an requiratur a ꝙ sit peremptoria per tria edicta distincta, vel vnica perempto ria,vel sufficiat prima citatio sine peremptorio.Solu.Io.And. post Guli.concludit sufficere primam citationem : facit quod not.in c.licet.s.de offic.delega.Pet.verò tenet contrarium. Sed primam opi.sequuntur communiter Doc.Moder.do. Ant.& Do.me.& tenet gl.expressè in Cle. vnica.in verbo, citationes. de iud.per tex.nostrum.facit quod not.in c.quoniam contra. j.de proba.& in c.prudentiam.in prin.de offic.deleg.& instit. de pœna teme.litigan.§.fina. facit l.si quis postea : quia solùm requiritur, ꝙ quis fuerit vocatus in ius.& sequitur Bal. in d.l. si quis postea.allegans not.per Archi.in c.non ita.ij.q. vj.Præ- dicta tamen sunt limitanda in eo citato,qui habet plures iudi- ces:quorum par & principalis est iurisditio : nec citatus potest b aliquem ex illis iudicibus declinare[b] exemplum , in hac nostra ciuitate Senensi , in ciuilibus possunt cognoscere Potestas & officiales mercantiæ:in criminalibus verò , Potestas & capita- neus.in his ergo casibus,qui præuenerit alium per citationem, erit iudex ipsius citati. Sed si aliquis citaretur coram non suo iudice,vel coram eo,qui posset declinare iudicium per solam ci tationem:nõ videretur acceptum,nec præuenta iurisditio . sed tunc solùm quando esset præclusa via proponendæ dilatoriæ fori.de qua materia latissimè dixi in c.inter monasterium.j.de re iudic.ita singulariter limitat Barto.in d.l.vbi cœptum.ff.de iudi.per l.non vim.eod.tit.& mihi placet. circa quod vide quæ dixi in c.præce.in vj.arg.princ.q.viij.Et hoc adde ad ea, quę di xi s.in ij.prin.ar.q.iiij. Item aduerte circa prædicta:quia ad hoc vt per talem citationem dicatur præuẽta iurisditio , requiritur ꝙ fiat ad partis instantiã:nisi sit causa, in qua iudex possit pro- cedere per inquisitionem,secundùm quod dixi s.in ij.nota.
19 ¶†Quartò quæro an requiratur quòd talis citatio peruenerit in notiam citati.Solutio. Ioannes Andre. dominus Anto. & zaba.videntur velle,quòd requiratur. vnde volunt,quòd non sufficiat sola commissio, vt traditur per eos in c.fi.s.de offi.leg. Sed Do.me.ibi sentit contrarium.Et etiam tenent Bar. & Bal. in d.l.& quia.ff.de iurisd.om.iudi.Sed tu aduerte : quia præfati Docto.loquuntur in perpetuandã iurisditionem secundũ for- mam primi membri.de qua dixi in prin.istius iiij.ar.de quo in d.c.gratum.& c.relatũ.& per Archi.in d.c.non ita.in quo casu videtur sufficere,ꝙ res desierit esse integra,quæ videtur desine re esse integra per solam commissionem de citando. Sed nos loquimur, per quem actum dicatur præuẽta iurisditio quò ad materiam nostram.de qua in fi.princip. istius quarti membri principalis.Et ideò arbitror dicendum,ꝙ requiritur, ꝙ perue- niat ad notitiam citati. Et hoc denotat verbũ, citamus, positũ hic in tex.& in d.l.si quis postea.ff.de iudic.Nam aliud est esse citatũ,& aliud commissam esse citationem, vt de se patet. facit etiam Cle.ij.& quod no.glo.in verbo,ad partem, vt lit.pẽden. Nam & hic,quò ad materiam nostram litis pendentia videtur

a ¶An per solã cita tionem perpetuet̃ iurisditio, & præ- ueniatur , faciunt etiã no.per Doct. in l.cũ notissimi in prin.vbi Alex. C.de præscr.xxx. vel xl.ann.& vide. Bar.in l.sepulchri. ff.de sepul.viol.& Are.in trac.male- ficio.ver.citentur Bal.in l.si pluribꝰ. ff.de lega.j. Alex. in l.& quia.x.col. de iur.om.iudi.

b ¶Declinare. Ad- de qđ dicit Bart. qui etiam aliter li- mitat in l.si mari- tus.ff.de adulter. Pau.consil.xlviij. secũdm antiquam impressionem.

a ¶ Adde ꝙ nec per
petuatur, siue præ-
uenitur per porre
ctionē libelli, vel
inquisitionē ine-
ptam, Bal.in l.edi
ta.xiij.col.in fi.C.
de eden.

b ¶ Per capturam.
Adde Ange.in §.
scientes.in auē. vt
iud. sine quoquo
suff.& Bal.in auē.
sed nouo iure. C.
de ser.fugi.Barto.
Cepol.in tract.de
serui.in tit. de ma
ri.& Alex.in l.se-
pulchri . de sepul.
viol.

c ¶ Quid si coram
omnibus ipse cita
tus sit contumax,
an posset ab vtro
que condemnari,
vide Bar.in l.sepul
chri.in fi.vbi Ale-
xand. ff. de sepul.
viol.

d ¶ Realis citatio
est potentior. Ad-
de quæ dicta sunt
s.in q.præcedē.&
Ange.de Peru.in
§.scientes. in auē.
vt iud. sine quo-
quo suffra.

esse illa, quæ inducit effectum præuentionis & præoccupatio-
nis.cogitabis.

20 ¶ † Quintò quæro vtrum ad hoc vt fiat præuentio per citatio
nem, sufficiat quæcunq́[a] citatio etiam inualida. Sol.Io.And.&
Doc.hic volunt, ꝙ exigitur, ꝙ citatio sit valida, per no.per gl.
in c.cùm plures.de offi.dele.lib.vj.dixi s.in iiij.not.tenet Bald.
in d.l.si quis postea.in l.cùm quædam puella.ff.de iur.om.iud.
per l.pe.C.ne de statu defunctorum.tenet Archi.ij.q.vj.c.non
ita.frustratoria enim citatio non perpetuat iurisditionem, vt
in c.bonæ.in fin.s.de elec.facit quod not.Io.And.in addi.Spe.
in tit.de libel.obla.§.nunc videamus.

21 ¶ † Sextò quæro vtrum per citationem realem, hoc est per ca-
pturam[b] personalem, dicatur præueniri iurisditio. Sol.dic ꝙ sic.
quia si præuenitur per verbalem citationē, fortius debet præ-
ueniri per ipsam capturam.& hoc tenet Io.An.in c.j.s.de obli.
ad ratioci.& Bal.in d.l.si quis postea.& in l.senat⁹. in fi. C.qui
accu.nō poss.per tex.in l.ij.ff.de custo.reo. Et ex prædictis in-
fertur, ꝙ si vnus officialis cœpit furem, & alius inquireret con
tra furem, ꝙ ille, qui recipit, dicitur præuenisse. ita dicit Bal.in
authen.sed nouo iure.C.de ser.fugi.quod tamē intelligat, nisi
prius aliter verbaliter citasset.

¶ Septimò quæro quid si appareat ꝙ F. pro eodem delicto vel
negotio fuit citatus à duobus iudicibus, seu officialibus eodem
die. Sed nō apparet, quæ citatio prior fuerit, quid agendum sit.
Sol.Bal.in d.l.senatus.C.qui accu.non poss.circa fin.tenet, ꝙ si
vnus est maior alio, minor debet deferre maiori. Et sic citatus
coram illo debet comparere.arg.no.in l.ij.ff.de cust.reo. & in
l.ij.§.fi.ff.si quis cau.Et ista fuit opi. Vber.de bo.quàm tenent
Io.An.& Doc.in c.cùm parati.j.de appel.& probatur per tex.
& glo.xviij.dist.c.si Episcopus.tradit Spec.in ti.de cita.§. con
tra citationem.ver.item quod vocati.& Bal.in c.j. de milite va
sal.qui cōtumax est.in vsibus feudorū. Sed si vterq; iudex est
æqualis & paris potestatis. Bal.non decidit, nec Doc.vnde ego
arbitror distinguendū esse, ꝙ aut vnus citauit verbaliter, & ali⁹
realiter: & citatio realis tanquā potentior, & efficacior, debeat
præualere, per ea quæ dixi in proxima præce.q. Aut ambo iu-
dices verbaliter citauerūt: & videtur posse subdistingui, ꝙ aut
causa propter quā iste citatur, habet maiorē conformitatem cū
iurisditione vnius, quàm alterius: & ille dicatur præuenisse, cū
quo negotium habet maiorē cōformitatem. facit quod in simi
li dicimus, ꝙ testibus varijs & contraria deponentibus, in c.in
nostra.j.de testi.& quod ibi latè dixi A.B. Et idē arbitror di-
cendum, si fortè actor fecit citari reum petendo sibi debitū co
ram vno iudice: & reus fecit citari actorē super eodem negotio
coram alio iudice: puta, allegando ꝙ talis asserit ipsum reū esse
creditorem suum, vnde petit declarari se non esse debitorē: nec
in aliquo teneri, secūdum ea quæ traduntur per glo.Bar.& Ioā. de
Imo.in l.si contendat.ff.de fideiuss.& per Bar.Ioan.de Imo. &
Doc.in l.si finita.§.eleganter.ff.de dam.infec.& per glo.in l.au
relius.§.centum.ff.de libe.lega.& Bal.in l.diffamari.C.de inge.
ma. Nam posito ꝙ hoc fieri possit, si non apparet quis præuene
rit: debet intelligi præuenisse creditor, per regulam, quæ vult,
ꝙ reorū semper est fugere, vt l.inter stipulantem.§.j.s. de ver.
obli.iunctis his, quæ notantur in d.c.in nostra.& quod ibi la-
c tè dixi s.de desti.Ma.sed si omnia essent æqualia[c] possent iudi-
ces sibi adinuicē deferre, secūdum quod traditur in simili in c.pa-
stora.de rescrip.vel potest dici, ꝙ sit in potestate citati compa-
rere coram illo, quē elegerit: quia cū ipse fuerit citatus, & sciat
quæ citatio ad eū præuenerit, nec aliter probari possit, nisi per
ipsum: stabimus dicto ipsius cum sacramento: sicut in simili di
cimus de probatione eorum, quæ consistunt in animo & con-
scientia, in quibus admittitur probatio per proprium sacramē-
tum, vt est glo.singula.insti.de actio.§.alie.& in c. significasti.
el j.j.de homici.vbi vide alia plurima iura, quæ ad hoc allegaui,
Et hæc qualitas seu causa, videtur præponenda & præponde-
rare qualitati conformitatis causæ.de qua statim dixi, ꝙ indu-
bitatum videtur in citato, qui haberet plures iudices, & habe-
ret electionem coram quo vellet conueniri, secūdum no.in auē.ha-
bita.C.ne filius pro patre, & secūdum ea, quæ dicam latius in c.fi.
j.eo.in iiij.prin.arti. Nam hæc qualitas non solùm præpondera
re videtur cęteris existentibus æqualibus, sed etiā si coram ma
iore iudice, non nisi vnica citatione fuisset citatus: quia potest
eligere alium iudicem præuentum, vt dicam in d.iiij.art.in c.fi.
Sed si ipse citatus nō haberet electionem de iure, & ignoraret
quæ nam citatio præuenisset: quia fortè vtraq; fuit facta ad do
mum, & non ad personam: vel eodē tempore vterq; citans oc-
currit, & verba protulit: maius videtur esse dubiū. dubitatio au
tem descendit à tribus varijs regulis. Nam secūdum regulam, quæ
vult, ꝙ simus fauorabiliores reis, quàm actoribus, videtur ꝙ sit
in electione istius citati, vt eligat corā quo velit comparere: &
ille dicatur præuenisse. Sed secūdum aliam regulam, quæ vult, ꝙ in
primordio causæ potius debeamus fauere actori quàm reo, vt l.
inter stipulantē.§.j.& l.si quis intētione ambigua.ff.de iudi.vi
detur ꝙ potius ad actorem pertineat electio. Sed secūdum aliā re-
gulam, de qua in regula, non debet actori, de reg.iur.lib.vj.quę
vult, ꝙ vtriusq; actoris.s.& rei æqualis sit cōditio: videtur di-
cendum, ꝙ hæc altercatio fortè sit dirimenda.arg.l.sed cum am
bo.ff.de iudic. Nam licet quò ad interpretationem libelli po-
tius fauerimus actori, quàm reo: quia reorum est fugere, vt d.
§.j.& d.l.si quis intentione ambigua. tamen quia hic non agit
de interpretatione libelli, neq; de fuga: post, quàm citatus para
tus est respondere coram altero, videtur, vt dixi, ꝙ fortè sit di-
rimenda hæc altercatio: quia hoc casu, licitum esse videtur sor
tis iudicium, secūdum ea quæ latius dixi.j.de sorti. & latius etiā in
tractatu, de sortibus.li.vij. Et prædicta procedunt, vt dixi, quā
do quis citatur coram duobus iudicibus pro eodem negotio:
quia si citaretur super diuersis, teneretur corā ambobus, saltem
per procuratorem cōparere, secūdum quod traditur per Ioā.And.
& doc.in d.c.cùm parati.& in c.fi.s.de rescrip.in glo.super ver
bo, cōparuerit. Et prædicta notabis & etiam cogitabis: quia no
uissima sunt. Et aduerte etiam: quia nūc venit in mente, ꝙ vide
tur etiā posse haberi consideratio, vtrū vna citatio fuerit ver-
balis ad personam, & vna fuerit facta ad domū: quia in se vide
tur potentior citatio quæ apprehendit personā, secūdum ea quæ
latius videbimus in c.cùm causa.j.de dolo & cōtu.& per Bar.
in l.iiij.ff.de dam.infect.

22 ¶ † Octauò quæro quid iuris si vnus & idē est citatus pro eo-
dem negotio à duobus iudicibus, vel officialibus: ab vno reali-
ter, ab alio verbaliter: eodem, vel diuersis temporibus: quis di-
catē præuenisse. Sol.si citatio realis præcessit, aut facta sit eodē
tempore præualet realis, per ea, quæ dixi in q.præce. sed si cita-
tio verbalis pręcessit, & realis secuta fuit, videtur esse maius du
bium: nec reperi tactum nisi à dño Ang.de Are.in tract.male-
ficio.super verbo, iudex commisit, qui dicit hanc q. vidisse de
facto, & ꝙ prædicta quæstio potest terminari per not.in d.l.si
quis postea.ff.de iud.& per no.per Bart.in l.ij.ff.de cust.reo.&
in l.j.ff.de pœ.& per Bald.in l.j.C.vbi de crimi.agi opor. & per
Bar.in l.domicianus.ff.ad sena.consul.turpil.& Ioan.And.in c.
j.de obli.ad ratiocinia.& Bal.in addi.Spec.in ti.de contu.§.se-
quitur.versi. sed pone.quæ authoritates, licet faciat ad materiā
præuentionis, tamen parum faciunt quò ad q.nostram.decidit
d ipse finaliter tenendū, ꝙ potentior sit realis[d] citatio, quàm ver
balis. Et sic ille iudex præferatur in dicto processu, qui cœpit
malefactorē, per prædicta, & maximè: quia ipse ad sui libitum
potest sententiam executioni mandare: quod non potest ille,
qui verbaliter tantùm citauit. Et etiam quia hodie in crimina-
libus non habet locū remissio.de quo dixi in c.postulasti.s.eo.
in iij.prin.art.vnde facta executione secūdi iudicis, necessariò
sequitur, ꝙ sententia primi erit frustratoria: & poterit opponi
exceptio rei iudicatæ: cùm paruerit primæ sentētiæ: ne bis de
delicto eiusdem hominis inquiratur, vt in l.nō possunt.ff.nau.
cau.stab.& arg.no.per Bar.in l.sepulchri.ff.de sepul.vio. de qua
materia latius dixi in c.de his.j.de accu. Et ita residet præfatus
doctor A.B. Et ad hoc facit tex.insti.de rerum diui.§.illud au-
tem quęsitum, per quē tex.ibi hoc tenet clarissimus doctor.d.
conciuis, & mihi frater honorandus, do. Thomas Docij. Ma.
Sed tu aduerte: quia Bald.in auē.sed nouo iure.C.de ser.fugi.vi
detur sentire contrariū.dicit enim, ꝙ per citationem realē prę-
uenitur iurisditio, nisi alter prius verbaliter citasset.de quo di-
xi s.in vj.q.in fi.& sic à contrario Bal.sentit contrariam opin.
ꝙ præualet citatio verbalis, si præcessit. Mihi videtur ꝙ ista
quæstio indigeat altiori indagine. quamuis enim vtraq; cita-
tione eodē tempore concurrente, arbitrarer præualere realem
tanquā potentiorem: nisi quando esset in electione citati, corā
quo iudice mallet rñdere, per ea, quæ dixi in pręce.q. Ad quod
facit quod no.Bar.in d.l.si quis postea.& Io.And.in c.j.de obl.
ad ratioci. tamen quando citatio verbalis præcessit, non placet
mihi prædicta decisio. Sed arbitror distinguendū, ꝙ aut ambo
iudices vel officiales in eodem loco habent æqualē potestatem
respectu negotij, de quo quæritur: eo ꝙ vterq; pōt cognosce-
re, nec alter ab altero recognoscit iurisditionem. exemplum, in
nostro potestate Señ.& capitaneo, qui ambo à nostra republi-
ca iurisditionē recognoscūt (& idem si ab eodē dño) aut ambo
recognoscunt iurisditionē à diuersis. Primo casu dico, ꝙ si orit
contentio inter ipsos officiales, ꝙ præualebit ille, qui præuenit
in citando verbaliter: quia cū ad præuentionē sufficiat sola ver
balis citatio, vt s.dictū fuit, meritò cùm præuenta sit iurisditio
alterius, nō potest ipse amplius se impedire: & realis citatio nō
tenet effectualiter: & potest iudex, qui præuenit etiam per ver
balem citationē præcipere alteri, vt illū remittat, vel dimittat
ad se

ad se venire, secundùm ea, quæ statim dicam in xiiij. princ. arti. quia citatio verbalis operatur præuentionem, tam respectu iudicũ, quàm partium, vt dicam in effectibus præuentionis, in v. arti. Aut iudices vel officiales iurisditionem recognoscunt à diuersis. exemplum in potestate Sen̄. & Florẽtino. verbi gratia, ratione delicti commissi, vel cõtractus initi per Lapum Florẽtinum hic Senæ. potestas Sen̄. citat verbaliter Lapum hic existentem, qui citatus interea discedẽs, Florentiã, ibi capitur pro eodem negotio. & hoc casu dico, ꝙ aut ipse opponit de præuẽtione facta à potestate Senensi, & debet audiri & relaxari: & si non audiretur, grauaretur: & posset iustè appellare, per ea quæ s. dicta sunt. si tamen non obstante exceptiõe vel appellatione, officialis Florentinus procederet, & sic de facto ne appellantẽ iuuaret appellatio. & puniretur, & pœna nõ esset reiterabilis, vt mortis, mutilationis membri, vel offensionis oculorũ, decisio est clara: si à iudice Sen̄. eadem pœna veniret imponenda. & hoc casu procedat opi. præfati domini Ang. & idẽ arbitror in causa ciuili, si satisfactum fuisset debito: quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. instit. quib. mod. tolli. obli. in princ. sed si pœna esset reiterabilis, puta, pecuniaria, vel similis: tunc est maius dubiũ si fortè potestas processit vigore citationis suæ, & statuti cõcedentis, procedit cõtra absentẽ cõtumacem ad pœnã delicti, arbitror tamen distinguendum, ꝙ aut citatus arripuit iter malitiosè, & sic sibi potest imputari impedimentum superuenientis capturę: quia nõ intendebat comparere coram iudice Sen̄. & hoc casu, sentẽtia cõtra eum lata tenebit: quia citatus, qui arripuit iter, vt non cõpareret, nõ debet excusari à cõtumacia, si postea detinetur, seu impeditur, per no. in l. si is qui rei. ff. ex quib. cau. maio. & no. per Bal. in l. ea quæ. C. quomodo & quãdo iud. & quæ not. in Cle. j. de dolo & contuma. & quod no. in c. de cle. egro. lib. vj. & c. contra morem. c. dist. & per Archi. xj. q. iij. c. eorũ. si verò discedens nõ habebat talem animũ, sed habebat animum redeundi & parendi: & maximè si dimisit, vel misit nunciũ seu excusatorẽ, qui notum faceret impedimentum suum: qui nuncius vel excusator tale impedimentũ fecerunt notum iudici Sen̄. vel si hoc non fecerũt:
a tamen scd̃m impedimentum erat notum iudici[a]. & hoc casu, videtur ꝙ processus iudicis Sen̄. nõ valeat, per ea, quæ tradunt in l. quæsitum. ff. de re iudi. vel si iudex ignorauit impedimentum, processus ipse videtur reuocandus, per no. in d. l. quæsitũ. & in c. querelam. s. de procu. & per glo. & Cul. de eug. in l. quo tempore. C. de resti. mili. & per Cy. in l. j. eo. tit. per glo. & Archi. v. q. iij. c. si ægrotans. & per glo. & Bart. in l. j. ff. de diuer. & temp. præscrip. & per Ioan. And. in regula, presumitur. de reg. iur. lib. vj. in mercu. per glos. ante pe. & Do. me. in c. ij. j. de test. per Spec. in tit. de procu. §. ij. ad fi. per Gul. in l. j. C. quando impera. inter pupil. & l. papinian⁹. ff. de mino. per Do. me. & doc. in c. cùm dilecti. j. de do. & contu. & fortè ibi tractabimus. & post dicta notabis: quia non tanguntur per docto.

¶ Nonò quæro quid si in ciuitate sunt duo officiales, vt puta Potestas & capitaneus, & viget statutum, ꝙ de eo maleficio vel negotio, de quo vnus rector cœpit cognoscere mittendo copiam ad cameram, ꝙ alius nõ possit cognoscere cũ adiectione nouæ qualitatis: & quicquid fiat contra sit ipso iure nullũ: quibus statutis sic disponentibus, Titius mandauit S. vt interficeret P. qui S. illum interfecit: propter quod potestas inquisiuit de homicidio contra. S. & copiam misit ad cameram: & facto processu, eum posuit in banno: capitaneus deinde format inquisitionem contra T. de mandato de homicidio cõmittendo. qui T. citatus non cõparet. Quæritur vtrum capitaneus possit ipsum bannire: & an si banniat, bannum teneat, vel sit nullum. Sol. hãc q. reperio solùm tetigisse do. Nel. de san. Gemi. in trac. bannitorum. in vij. q. secundæ partis primi temporis, qui dicit, ꝙ hæc quæstio fuit de facto Florẽtiæ: & ꝙ post multa fuit determinatum, ꝙ non potuerit banniri, & quod bannũ esset nullum. Et inter alia per tres rationes. Primã: quia mandans tenetur de homicidio propter mandatũ: non ex mandato, vt l. qui seruo. §. si. ff. de fur. & est communis opi. Doc. in l. non ideò. C. de accu. licet Bal. aliter dixerit, & malè, in c. j. §. iniuria. de pa. iu ra. fir. & sequitur, ꝙ causa inquisitionis formata contra T. mandante versatur principaliter super homicidio, vt l. eo tempore. in princ. ff. de pecu. & l. j. C. si seruus extero. in quibus. patet, ꝙ licet dictio ex, denotet causam proximam: tamen dictio propter, denotat causam remotam. & ibi vide alia iura concordantia, ex quo sequitur, ꝙ cùm capitaneus incipiat cognoscere de eo delicto, de quo iam incœpit cognoscere Potestas, obstat dispositio dicti statuti.

23 ¶ † Secunda ratio, quia delictum mandãtis[b] est vnum & idem
b in specie, cũ delicto mãdatarij, vt no. Cy. in l. ij. C. si reus vel accusa. mor. fue. vbi allegat multa iura. & sequitur Rayn. in addi. ad Cyn. in l. athletas. ff. de infa. & Barto. in l. hos accusare. §. lege Iulia. ff. de accu. & consi. suo, quod incip. Bernard. de Tuderto. & tenuit etiam Iac. But. in l. obseruare. §. j. ff. de offi. procon. & leg. & latius Bal. in d. l. nõ ideo. & consi. suo xlv. quod incipit, A. mãdatarius. ¶ Tertia ratio principalis: quia statutum vtitur etiam verbo, negotij, sed clarum est, ꝙ si nõ esset idem delictũ, cuius contrarium supra ostensum est, tamen est idem negotiũ, vt in c. forus. j. de verb. sig. & C. de sen. l. cùm papinianus. & ff. de neg. gest. in l. pompo. in negotijs. cùm ibi notatis. & C. ad l. Iul. de vi in l. quoniam. & est bonus tex. in l. filius. ff. de in rem verso. Et sic residet præfatus Doc. & mihi placet.

24 ¶ † Decimò quæro: quid si per iudicem domicilij quis fuit excommunicatus sub conditione, si nõ satisfecerit intra mẽsem, & ante conditionis euentum, & sic intra mensem iste transtulit domicilium: vtrum adueniente die, & eo non satisfaciente, sit excommunicatus? Sol. Io. And. post Bart. Brixiẽ. & Damasum format q. in regula, cùm sint iura partium. de regu. iur. lib. vj. in mercu. & post multa decidit, ꝙ iste erit excommunicat⁹, ex quo fuit præuentus ante, quàm transtulerit domicilium, & sequitur hic Do. me. & mihi placet. Sed intellige, vt dicit ibi Io. And. nisi reus desierit esse de foro excõmunicantis, & cessauerit causa excommunicationis: puta, quia erat excommunicatus si intra mensem non faciebat residentiam in beneficium. & intra dictum temp⁹ contraxit matrimonium, vel translatus est ad aliud beneficium. Et si vis videre argumenta pro vtraꝙ parte, & decisionis fundamenta, vide ibidem per Ioan. And. & quæ latius dixi in c. mulieres. j. de sen. excom. in vij. prin. art. q. vj. & in c. sacro. j. de sen. excom. in xiij. prin. arti. q. v.

25 ¶ † Vndecimò quæro visitator quidam mandauit priori certi monasterij, vt pararet se ad visitationem: quia incontinẽti volebat eũ visitare. & ideo à loco nõ discederet: qa prior receptis literis recepit à suo generali, vt eidem generali incontinenti se præsentaret, quare dubitat prior quid agere debeat: & vtrum per primum mandatum sit præuenta iurisditio, ita vt non possit discedere ante completam visitationẽ: & sic quæritur, quid iuris. Solu. Fede. de Sen̄. consi. cxl. versi. sed pone. concludit, ꝙ aut ipse prior in fraudẽ procurauit literas à suo generali: & talis fraus non debet nocere visitationi. arti. c. ij. s. de renun. & c. pastoralis. §. pe. de offi. deleg. Cessante verò fraude dicendũ est, ꝙ aut fuit solũmodo reuocatus à generali, nõ tamen fuit abso- a
lutus in totũ ab illo monasterio: & nõ impedit potestatem visitatoris: quia res non est integra. argumen. tex. nostri. & c. vt debitus. j. de appellationibus. Aut à dicto monasterio fuit absolutus in totum, & euanescit tunc præceptum per visitatorẽ. do. Ant. hic dicit se sic capere verba, seu dubiũ Fede. quia si res nõ est integra, absolutio non prodest, cũ sit præuentus. Et ideo vis decisionis istius q. consistit in considerando, an pręceptum visitatoris habeat vim citationis. & finaliter concludit, ꝙ sic: quia dicendo, prohibeo & præcipio ne discedas: quia volo te visitare (cũ visitatio sit fienda in loco monasterij) videt̃ arctare ipsum priorem, vt præsens sit, quando visitatio erit celebrãda. Ad hoc vt hæc requisitio facta ad locum pro actu visitandi operetur præceptum ne discederet à loco, nisi sit facta visitatio, Do. me. distinguit, ꝙ aut visitator volebat illũ visitare tan- b
quam priorem illius loci: & tunc cũ sit absolutus ab illo loco, expirat mandatum: quia cessat effectus citationis. facit quod no. Io. And. in regula, cùm sint obscura. de regu. iu. lib. vj. & in c. j. de priuile. lib. vj. Aut volebat eum visitare propter crimina per eum commissa: & sic ratione personę. Et tunc procedat dictum do. Anto. Et ita dicit se credere fuisse de mente Fed. Sed tu aduerte: quia hæc distinctio non videtur habere saporem:
c quia prioratus[c] non potest delinquere, aut malè administrare: sed prior constitutus. Et ideo nõ videtur haberi consideratio visitationis fiendę, de quò ad priorem, vt officium seu dignitatem. Sed ad ipsum tanquã A. vel B. propositum administrationi. & ideo videtur habere locũ dictum do. Ant. & scd̃m membrum Do. me. quia licet sub nomine prioris fuerit factũ præceptum: tamen in hoc nõ consideratur qualitas dignitatis. Sed propria est & specialis persona, sicut dicimus, quando excom- c
municatur prior vel vicarius Episcopi, vel Abbas: quia nõ dignitas, sed ipse proprius videtur esse excõmunicatus: & sic succesor eius non tenetur, scd̃m ea, quæ latius dixi in c. quoniam Abbas. s. de offi. dele. & in Cle. & si prin. de rescrip. Visitatio enim ipsa nõ fit de dignitate, aut officio: sed fit de ipso tanquã capite, officiũ vel dignitatẽ aut administrationẽ habente. Si tamen ex forma præcepti visitatoris appareret, ꝙ visitator nihil intenderet inquirere de priore: tunc potest procedere primum membrũ domini mei. Et ad prædicta vide, quæ dixi in c. qualiter. el ij. j. de accusa. princi. arti. q. ij. & in pluribus alijs ar. semper. in ij. q.

a ¶ Quando impedimentum est notum iudici, an sentẽtia & processus sit nullus ipso iure, vide quod dicit Bal. in c. j. de mili. vasa. qui cõtu. est. vbi dicit, ꝙ impedimenti notitia ligat manus ipsi iudici. & de hoc disputat Are. in c. ij. in iiij. col. de testi.

b ¶ Delictum mandantis est vnũ & idem in specie, cũ delicto mandatarij. aduerte tamẽ, quia nõ videtur, ꝙ statutum puniẽs delictũ, habeat locum in mandante, vide Alexan. in consi. lxv. li. iiij. ꝑ totum consilium, vide Bald. in trac. statu. in versi. mandatum.

c ¶ Et sic vult Ma. ꝙ omnis inquisitio fiat ĩ personã. ideo finis officij nõ euitat inquisitionẽ. dic contra scd̃m Feli. hic: qa imò fit ĩquisitio propter reformationem, vt no. in c. ea quæ. de statu monacho.

26 ¶†Duodecimò quæro quid si intentatur condictio ex l.diffamari.C.de inge.manu.aut in criminalibus ex l.Titia. ff.de accusa.vt ex l.ea quidem.C.qui accus.non poss.vtrum intelligatur præuenta iurisditio,cùm facta est citatio, secundùm quod s.dixi.Sol.dic,q aut quærimus,vtrum præuenta sit iurisditio, quò ad iudicium intentatum ratione diffamationis.Et hoc casu,arbitror præuentã esse iurisditionem:ita q alius non poterit ipsum præuenire instituendo terminũ reo conuento,intra quẽ debeat agere,vel accusare : aliàs imponendo sibi perpetuum silentium,per tex.nostrum.& l.si quis postea.ff.de iudic. cùm si. Aut quæritur, vtrum intelligatur præuenta iurisditio quò ad iudicium postea intendendum per ipsum reum conuentum in iudicio diffamationis : quia tunc fuit reus,& tunc erit actor agendo vel accusando intra tempus statutum, & quò ad istud iudicium,cùm sit separatum iudicium à primò, non intelligi-a tur facta præuentio,cùm ex separatis[a] non fiat illatio,vt in c.q translatione.s.de offi.lega.& in l.duobus.ff.de testa.tutel. & in c.j.de conces.præben. cùm similibus. vnde præuentio facta in illo iudicio diffamationis, non infertur ad istud diuersum iudicium actionis,vel accusationis intentatæ, probatur etiam:quia iudex sententiando in iudicio diffamatorio debet solùm pronunciare statuendo terminum reo conuento intra quem agat, vel accuset.vnde intelligitur secundùm quod agere vel accusasare potest: quare cùm actor sequatur forum rei , vt in c.cùm sit.s. eodem. & pluribus existentibus iudicibus actoris,& rei,regulariter sit in electione actoris, quem iudicem rei conueniendi, velit adire:seu coram quo velit eum trahere, vt latius dicemus in c.fina.j. eod.ar. ergo &c. Et prædicta notabis:quia quotidie contigit in practica. Et prædicta etiam arbitror,q per protestationem factam alicui, non intelligitur præuenta iurisditio quò ad aliud iudicium, quod ex protestatione oriretur.Sed solummodo quò ad ipsum iudicium protestationis,si pars protestata illud prosequeretur,per supradicta, iũctis his,quæ traduntur in materia protestationis per do. Anto. & Mod.in c.cùm M.s.de consttit.& per Bart.& Moder.in l.non solùm.§.morte.ff. de no. oper.nun. Et aduerte[b] circa id quod dixi de lege diffamari.q diffamatio est de certa summa, vel de certa re,q si diffamatus vult,q effectualiter intelligatur præuẽta iurisditio, quæ ad ipsam summam & rem potest implorare officium iudicis,& petere declarari se non teneri ad dictã summam,vel ad dictam rem : & diffamatori perpetuum silentium imponi,vt clarè colligitur ex his quæ notãtur per glo.& Doc. in l.Aurelius.§.centum.de liberatio.legata.& per glo.& Doc. in l.si contendat.ff.de fideiusso.& latius per Bartol. & Ioan. de Imol.in l.si finita.§.eleganter, ff. de damno infect.faciunt etiã not.per Bal.in d.l.diffamari.C.de inge.manumisis,

¶Circa quintum ar.huius.xiij.princip.ar.in quo quinto ar.tractandum est de effectibus ipsius præuentionis,similiter distinguẽdum arbitror,vt distinxi in prin.præce.ar. q aut loquimur quò ad perpetuandum iurisditionem quò ad personam iudicis , ita vt videatur cepisse vti iurisditione secundùm formam c.gratum.& relatum.s.de offic, delega. Et ista non est materia nostra,sed dicendum,vt ibi latè dixi:& in c,licet.eo. tit. aut loquimur quò ad perpetuandum iurisditionem in personam iudicis contra citatum:ita vt citatus videatur amodo esse de foro citantis,vel quò ad præuentionem respectu alterius iudicis: & ista est propriè materia nostra, in qua ex his, quæ superius dicta sunt plures resultant effectus.

27 ¶†Primus respectu ipsius iudicis, qui propter ipsam prouentionem acquirit, seu consolidat iurisditionem inter personas prædictas in causa intentata.tex.est hic, & d.l.si quis postea.ff. de iudic.

28 ¶†Secundus effectus,qui sequitur ex prædictis est, q alius iudex,qui aliàs habebat iurisditionem,& ipsius exercitiũ, in causa prædicta in solidum, nõ potest amodo se impedire de dicta causa inter personas prædictas , vt d.l.si quis. & probatur hic. Si ergo alius procederet,obijciẽ sibi,q eius iurisditio est præuenta,vt d.l.si quis postea.& hic. Aduerte tamen:quia aduocatus vel procurator debet esse cautus in forma excipiẽdi , vt nõ excipiat de incompetẽtia iudicis: quia in hoc excipiet cùm sit competens:nec opponat de priuilegio fori,petendo se remitti ad primum iudicem:quia etiam similiter ineptè excipiet:quia cùm non habeat priuilegium fori,succumberet per l.j.§.labeo. ff.de fluminibus.& Cle.fin.de app.& per no.in l. Titiæ textores.ff.de leg.j.debet ergo excipere contra processum ipsius, allegando q eius iurisditio est præuẽta per præambulam cognitionem alterius iudicis,per d.l.si quis postea . Et ibi hoc tenet Bald.item aduerte: quia prædictus effectus recipit aliquas fallentias.

29 ¶†Primò fallit in crimine hæresis, in quo speciali fidei fauore omnes iudices habẽtes iurisditionẽ cõtra hæreticos possunt simul & separatim procedere cõtra diffamatum de hæresi: licet vnica sentẽtia cõdemnatoria sit ferenda:& sic nõ videtur locus præuentioni:per c.vt officiũ.de hæret.lib.vj.tenet Bal.in d.l.si quis postea.& in l.vbi.ff.de iud.de quo tamen dic, vt latius traditur in d.c.vt officium.A.B.& Ang.in l.sepulchri.ff.de sepul. vio.per c.per hoc.de hære.lib.vj.Ma.

30 ¶†Secũdò fallit,si vnus clericus haberet duo beneficia curata, seu incõpatibilia in diuersis diœcesibus. Nam per ordinarium cuiuslibet diœcesis poterit compelli ad ostendendum titulum et dispensationem:licet ab alio sit præuentus:vt in c.ordinarij. in glo.super verbo,ordinarium.de offi.lib.vj.& ibi vide. ponit Bal.in d.l.si qs.vide quod plenius dixi in c.de mulcta.de præben.in iij.prin.q.j.q.ij.membri.ver.secunda declaratio est.

31 ¶†Tertiò fallit quando ille cõtra quem procederetur,nõ compareret:nam tunc sustentaretur omniũ iudicium,& processus, et etiam si nullæ condemnatoriæ ferrentur,valerent,secundùm Bald.in d.l.si quis postea.A.B.imò enim habet locũ.l.vbi cœseptũ.ff.de iud. quãdo quis est cõtumax. Bar.in l.quãuis.ff.de pul.vio.d.Abb.in c.ex tenore.de resti.Ioã.And.in addi. Spec. in tit.de compe.iudi.adi.§.j.ver.sed pone Barto.in d.l.vbi cœptum[c].Bald.in l.sena.C.qui accus.non pos.& in c.dilecti.de foro compe.& Pau.de cast.in l.quãuis.ff.de dam.infec. vide pro veritate latius ibi per Ang.& Roma.Ma.allegat not.per Barto.in l.euidenter.ff.de excep.rei iud.Sed in meo Bart.nil vidi: sed videtur mihi mendosus.A.B.Tenet Inno.in c.cùm M.Ferrarien.de consti.Sed Compost.tenet q prima,& nõ secũda sententia teneat:ex quo reperitur lata contra res prius iudicatas. Sed d.Pet.de Ancha.in repe.c.postulasti.s.eod.q.vij.tenet primum dictum.Non ob.ratio Compo.quia est falsa:quoniã sententia cõtra sententiã valet,in diuersa instantia:si non opponat exceptio rei iud.l.duobus.ff.de excep.rei iud.& quod not.Inno.in ca.ex parte decani.& c.super literis.de rescrip.quod tamen limitat Pet.nisi in casu c.dispendia.de rescrip.lib.vj.Ma. Adde tamen ad decisionem prædictam quæ dixi in præce.ar. q.viij.maximè in fi.A.B.Et idem dicendum,si pars compareret,& nihil exciperet de facta præuẽtione.ad quod vide quod dixi in c.fin.de mu.pe.ar.xij.versi.ij.casu princ. Ad quod etiã vide,quod ibidem dixi in xj.prin.ar.versi.viij.limita.vbi vide quãdo quis fuit contumax,vtrum posit opponere de præuentione.& j.arti.xv.in prima limitã.ij.membri principalis.& vide etiam quod dixi in c.si diligenti.de foro compe.super gloss. in ver.causam.q.j.versi.& sic patet ex prædictis,sed limita etiã prædicta,nisi iudex esset negligens:quia tũc ad istam non potest petere se remitti ad primum iudicem,secundùm Barto.in dicta l.quãuis.ff.de dam.infec.& D.Abb.hic & in ca.dilecti.s. eo.seu in eo.facit quod not.Bald.in contractu seu in titu.de milite vasallo,qui contumax est.Item limita,quòd procedit contractum ac personas,nõ cõtractũ ad locum.Ita dicit Do.in ca. cùm plures.in v.col.de offi.deleg.lib.vj.Item limita quãdo verteretur præiudicium iurisditionis,secũdùm Bal.in c.imperialẽ. de prohib.feud.alie.per Fed.in §.fi.& ita dicitur tenere Io.mo. & Ioan.And.in c.accusatus.de hære.lib. vj.notabis etiam tres ampliationes ad dictum versi.cœptum.

32 ¶†Prima est,q habet locum non solùm in causa prius cœpta: sed etiam in causa ex ea authoritate Bald.notabiliter Bal.in c.j. §.fi.de modo inuesti.apud pares.

33 ¶†Secunda,q habet locum in his quæ sunt voluntarię iurisditionis.Lapus allegat lxxviij.pro quo text.in l j.de offic.consulis.& in c.asiduæ.de præben.in vj.

34 ¶†Tertia,q habet locum in arbitris iuris.de quo vide Pau.de cast.in l.pecuniam.ff.si cer.pet.Ma.

35 ¶†Tertius effectus est.qui sequitur ex prædictis,& ex dictis iuribus,q si alius iudex se impediret,aut vellet in dicto negotio præcedere,iudex qui præuenit,posset defendere iurisditionem suam,inhibẽdo alteri iudici ne procedat.de quo dic vt latius dicam in xiiij.prin.ar.

36 ¶†Quartus effectus est respectu partis citatæ,quæ postquàm in causa præuenta est,non videtur posse mutare forum.de quo dic vt latius dicam in xv.prin.ar.

37 Quintus effectus est,quòd non solùm respectu partis citantis intelligatur præuenta iurisditio. Sed quandoq; etiam respectu alterius non citati.vnde si rescriptum est impetratum contra A.& quosdam alios per citationem & præuentionem factam de A.intelligitur præuenta iurisditio quò ad omnes[d] alios, qui vigore talis rescripti poterant conueniri . Et hoc tenent quidam. Alij verò tenent contrarium dicentes,quòd licet intelligatur præuenta iurisditio contra citatum:non tamen intelligitur præuenta : nec extenditur quò ad alios non citatos:nisi prius facta fuerit declaratio aliorum:vt not.Innocentius in c.pasto.

a ¶Ex separatis non infertur. Adde l.papinianus exuli . ff. de mino.cùm si.vt per Iaso.in l.inter stipulantẽ.§.sacramen. in not. ff. de verb.obli.

b ¶Et aduerte.Circa remediũ d.l. diffamari quis sit iudex competens, vide latius per Mod. repetentes Cle.sæpe.in princip.colũ. xxxv.vers. an autẽ quãdo agit de ver. signi.& ibidem de materia eiusdem.l. plenissimè p Geor. natam Casaleñ.colum.xxxv.

c ¶L.vbi cœptũ.adde Alexã.in l.hoc amplius.§.celsus rectè.ff.de dam.infec. & de illa l.vbi cœptum.vide latè per mod.in c.ex tenore.de rescrip. versi. vbi cœptum.

d ¶An iurisditio pręuenta quò ad vnum dicatur pręuenta quò ad alios,vide Ang. in l.si qs po.ff.de iudi.& Alex.in l.denunciasse.§.fi.ff.de adul,in addi,Bar.

cap.pastoralis.§.fina.§.de rescriptis.& sequitur Bald.in dicta l. si quis postea. Et not.diligenter,quia isto casu secundùm prędictam opi. videtur facta præuentio ex sola nominatione,vel declaratione.Sed quia ista est diuersa materia à materia nostra, & potius pertinet ad titulum de rescript. ideo omitto.vide in d.c.fi.vbi dicam latius post Do.me.qualiter Inno.fuit sibi cōtrarius.Et ibi etiam dicam,an prædicta habeant locum,quādo negotium est commune non expresis personis: sicut expressis.& ibi alia dicā necessaria ad materiam istam, de qua etiam materia latè per d.Do.post Doct. in c.cùm in multis. de rescri. lib.vj.

38 ¶†Sextus effectus est,respectu ipsi⁹ actoris,qui similiter post quàm ipsius facto præuenta est iurisditio, per citationem aduersarij,sicut res nō potest mutare forum,ita nec actor.de quo latius dicam j.in xv.princ.arti.

39 ¶†Septimus effectus est, respectu pendētiæ litis.de quo latius videbimus j.in tit.vt lit.pen.A.B.V bi videbimus,quid si inferior iudex prius incœpit cognoscere:deinde Papa auocat ad se illam causam:vtrum pendentia litis coram Papa faciat, vt non teneat processus coram inferiore,de quo per tex.& Doc.in c. cùm M.ferrarieñ.de consti.Ma.

40 ¶†Octauus effectus est, ꝙ iudex præueniens tenetur seruare formam & ordinem sui tribunalis:licet forte si reus coram alio iudice fuisset conuentus,alia forma esset seruanda, de quo dic, vt dixi in c.quod clericis.§.eo.ar.

41 ¶†Nonus effectus est,respectu executionis fiendæ de sentētia lata.ad quod vide quæ dicam j.in xv.prin.ar.

42 ¶†Decimus effectus est, ꝙ quandoq; non solùm intelligitur facta præuentio respectu eiusdem personæ in eodem negotio puro,sed etiam respectu eiusdem negotij non puri : sed aliqua qualitate alterati:etiā respectu alterius personæ data forma statuti,de qua §.dixi in præce.ar.q.ix.aut alia simili forma. Et ex his Deo duce habes expeditam hanc præuentionis materiam.

¶Nunc superest secundùm ea,quæ præmisimus in rub. ꝙ examinemus hic xiij.prin.ar.in quo venit examinandum,quando vnus iudex vel officialis se impedit de foro,seu iurisditione ad alium pertinente, quid agendum sit:& an aliqua pœna possit puniri,& qualiter.circa quem ar.prosequar duo membra.

¶Primū,de iudice omnino non suo, seu qui de ea causa ipso iure vel loco exceptionis,non potest cognoscere.

¶Secundum, de iudice suo,qui aliàs de causa, quæ intentatur coram eo,posset cognoscere:sed quia præuentus ab alio, impeditur cognoscere.

¶Quò ad primum membrum,distinguendum arbitror,ꝙ aut talis iudex non suus se impedit virtute prorogationis, quàm faciunt partes.& ista non est materia nostra:sed de ea dic vt latè dictum fuit in c.præce.maximè in iij.q.princi.in vj.prin. ar. & per totum. aut iudex vult se impedire præter voluntatem partis. Et subdistingue, ꝙ vult se impedire de causa ad se non pertinente,aut de personis non subditis,quę non sunt sui fori, vel iurisditionis.

43 ¶†Primo casu,potes figurare exemplum, quādo iudex laicus se intromitteret de causa spirituali,vel quasi : vel si vnus iudex vellet cognoscere de causa,de qua non potest.& hoc casu,remedium est ex parte illius ad quē de ea re cognitio spectat: vt cōmittat inhibitoriam illi iudici, ne se impediat de causa illa : sed causam ipsam ad se remittat.arg.no.in c.tuam.j.de ordi.cogni. Et istud est clarum, quando cognitio talis causæ ad eum nullo modo pertinebat,vel si erat talis causa, in qua versabatur peccatum,de qua secularis volebat cognoscere: quia hoc casu, potest iudex ecclesiasticus,non solùm ad partis petitionem, sed etiam ex officio,mittere talem inhibitoriam:puta, quando ageretur vigore instrumenti vsurarij, vel peteretur illius executio coram iudice seculari : quia in istis concernentibus periculum animę,potest iudex procedere absq; alia requisitione[a], vt not. Innocen.in c.ad nostram.el.ij.de iureiur.& Do.me.in d.c.tuā. & quamuis in alijs inhibitorijs transmittendis regulariter requiratur causæ cognitio:& per consequens partis citatio, vt in authenti.in medio litis non fie.fac.iuf.§.j.& in c.romana.& c. non solùm.de appel.lib.vj.tamen in hoc casu,& similibus, potest transmitti inhibitoria absq; partis aduersæ citatiōe : etiam si fieret ad partis instantiam.argu.not.per Lap.alleg.lxiij. quia hæc inhibitoria potius est quædam declaratio, quàm sit actus disponens.& sic non exigitur citatio argu.c.pasto.de appel. ad idem etiam facit quod tradit Fede.consi.ccxxj.& quod traditur per Domi.me.in d.c.tuam.vbi tenet, ꝙ non requiratur citatio:dummodo inhibitoria sit iustificata exprimendo causam inhibitionis:quia talis inhibitoria habet vim cuiusdam citationis iudicialis,in qua fienda non exigitur causę cognitio,saltem magna.& communiter fit prima citatio absq; alia cognitione, vt not.Inno.in c.cùm contingat.de rescri.in c.prudentiā.de offic.delega.in c.præterea.de dila.in c.quoniam contra.j.de proba.& in c.licet.de accusa.Competit enim parti remedium, vt s. opponat de ipsius iudicis incōpetentia. quinimò siue pars opponat,siue non opponat,non tenet processus, nec sententia : si causa est spiritualis,vel quasi,& iudex est laicus:quia laicus est penitus incapax taliū causarum,vt in c.ij.& c.quanto.§. de iudi.nec partes etiam volentes,possunt virtute prorogationis validare talē processum,scd̄m ea quæ dixi in c.præce.in v.princi. ar.q.ij.& hæc procedunt vbi causa ex ipsa forma apparet spiritualis,vel quasi,aliàs secus,vt puta,si petitur executio instrumēti quod prima fronte videtur purum & legitimum. Sed in rei veritate,est vsurarius, sub velamine liciti contractus celebrati. hoc enim casu,valeret iudicium:si pars nō opponeret : vel aliàs nō mitteretur inhibitoria:quia directè seu specificè nō cognoscit iudex de vsura. Sed si pars opponit,ꝙ delictū sit vsurariū, debet iudex laicus supersedere:& causam remittere ad ecclesiasticum.Similiter etiam si causa,de qua iudex laicus non posset ex toto cognoscere,non ratione causæ in se,sed ratione alteri⁹ causæ præiudicialis vertentis coram iudice ecclesiastico,vt hæreditatis ad natiuitatem,vel alterius similis causæ pręiudicialis, iudex enim ecclesiasticus,coram quo penderet quæstio natiuitatis,vel similis præiudicialis, potest mittere inhibitoriam iudi a ci seculari vel alteri:quæ inhibitoria potest mitti etiā parte nō citata,per ea,quæ superius dixi scd̄m Lap.& Feder. Quinimò plus dicit Fede.ꝙ etiam sine transmissiōne inhibitoriæ processus iudicis secularis est nullus:quasi suspensio ipsius fiat à iure. arg.c.exhibita.de iudic.Sed do.Ant.in d.c.tuam.tenet,ꝙ processus valeat si non opponatur : quia talis secularis in ea causa est iudex:& iudex remanet:& ideo ipsius iurisditio debet infici per oppositionē exceptionis : quinimò idem putat do.Ant. si opponatur exceptio, & nō appellatur si non admittatur. Et subdit,ꝙ si opponitur à parte,& ab ipsa parte petitur inhibitoria,habet locū dictum Lapi.aliàs autē non opposita exceptione per partem sentit,ꝙ iudex ecclesiasticus non possit mittere inhibitoriam,quæ dicta placēt ex toto domino meo,qui aliter b distinguit in d.c.tuam[b].& ibi latius videbimus.

44 ¶†Quò ad secundū membrum,quando ad iudicem non pertinet cognitio ratione præuētionis ab altero factæ:breuiter dico,ꝙ quidem iudex præuentus recognosceret iurisditionem à præueniente,à quo sibi mitteretur inhibitoria. decisio est clara,ꝙ præuentus non pōt se amplius impedire. quinimò si ipse etiam præuenisset superiorem transmissa inhibitoria per superiorem præuentum,non posset vlterius procedere, per l.iudicium soluitur.ff.de iud.quod no.Bal.in l.j.C. quomodo & quādo iudex.in versi.dixi de compulsione.allegat no. per Hostiē. de offic.leg.c.volentes,per Archi.xj.q.j.c.de persona.Sed si alter ab altero non recognosceret,videtur sentire Bal.post Hostien.& Archi.ꝙ non possit mittere inhibitoriam,pro quo facit,quia par in parem non habet imperium, & in c.innotuit.§. de elect.& l.nam & magistratus. ff.de arbi. mihi videtur posse contrarium attentare, si ambo officiales recognoscunt iurisditionem ab eodem domino,vel ab eadem republica:quia respectu causæ præuentæ dicitur quis esse maior in illa causa: & sic c non videtur posse impediri per alium.Et si impediretur, videtur ꝙ possit exercere iurisditionem in impediētes: quia iudex videtur habere iurisditionem non solùm in partes litigantes. c Sed etiam in omnes impedientes : iudex[c] enim omnia potest, quæ ad suam iurisditionem pertinent:& sine quibus eius iurisditio impediri non potest,vt in c.j.& ibi glos.fi.& c.præterea. & c.significasti.& c.pendentiam.in fi.& c.suspicionis.§.de offic.delega.Sed si ambo iudices vel officiales recognoscerent iurisditionem à diuersis,non est dubium,ꝙ non posset transmittere inhibitoriam.arg.c.ij.in fi.de consti.lib.vj.& l.fi.ff. de iur. om.iud.vtroq; tamen casu expeditum est remedium & promptum,ꝙ pars excipiat de præuentione facta ab alio iudice, secundùm ea,quæ dixi in v.art.versi.secundus effectus ibi,aduerte tamen,decimitertij principalis præceden.art. Vtrum autem iudex,qui trahit aliquem nō subditum coram se,possit vel debeat in aliquo puniri, vide quæ latius dixi in c.si diligenti.§.e. in xvij.principa.articu.Et ex his habes expeditum. xiij. principa.articulum.

45 ¶†Assumo nunc iuxta præmissum ordinem.in rub. xv.prin. ar in quo venit tractandum,quid si vnus tempore inchoati iudicij erat vnius fori,& pendente iudicio,vel ante executionem sententiæ mutat forum: quis iudex erit tunc competens. qui articulus rectè & congruè conuenit textui nostro,circa quem prosequar duo membra principalia.

¶Primum,de reo.

¶Secundum,de actore.

a ¶Requisitiōe.Adde quod dicit Oldra.consil.cxx.& cōsi.cxxxvj.ꝙ iudex potest relaxare iuramentū debitori sine citatione creditoris. & facit quod dicit Roma. consi.ccccvij.

b ¶C.tuam.de ord. cogni. vbi latè etiā tractat̃ ante Abb. per do.Car.zab.

c ¶Iudex omnia potest &c. de hac regula vide latè per moder.in l.ij.ff. de iur.om.iudi.

¶ Quò ad primum, videtur primò dicendum, ꝙ citatus ad causam, & sic præuentus, teneatur coram ipso iudice præueniente respondere: licet postea mutet forum, per text. nostrum. & l. si quis postea. ff. de iudi. & l. cùm quædam. ff. de iur. om. iudi. circa quod membrum Doc. nostri ponunt hic multa exempla.

¶ Primum exemplum est de laico, qui post citationem de eo factam à iudice seculari, effectus est clericus. Et sic videtur, ꝙ non obstante mutatione status personæ, teneatur in illa causa respondere corã iudice citante, sc̃dm Io. And. hic: sed hoc exẽplum nõ placet Philippo hic. Sed aduerte: quia circa hoc exemplum latissimè instat Io. And. in c. j. s̃. de obl. ad ratioci. & quia materia bene congruit titulo & textui nostro, ideo recitabo dicta ibi per Io. And. & aliorum. Et tamen subijciam distinctionem, in hoc ergo exemplo plures fuerunt opi.

46 ¶ † Prima opi.ª fuit Gof. in c. eam te. s̃. de rescri. qui arguit per
a illam decretalẽ, ꝙ mutatio status non liberat aliquem ab eo, ad quod prius tenebatur, per l. si reus. ff. iud. solui. & l. pe. ff. de iur. om. iudi. xvj. q. j. c. iij. xxxiij. q. ij. c. admonere. lj. dist. c. designata. liiij. dist. c. ex antiquis. & c. frequẽs. & c. si seruus. j. de diuor. c. gaudemus. in fi. in contrarium verò allegat. xxj. q. ij. c. si quis iam translatus. xviij. q. j. c. j. xvj. q. j. c. ne pro cuiuslibet. l. dist. c. ferrum. xxvj. dist. c. deinde. & §. sacerdotio. ff. de vaca. munerũ. l. pe. in §. fi. ff. de excu. tu. in l. spadonem. §. ciue. ff. de ali. & ciba. leg. l. is, cui. ff. de neg. gest. in l. eum actum. & l. ad quid natura. & insti. de asig. liber. §. datur. & sic residet Gof. solùm allegando pro & contra, nihil decidendo.

¶ No. hic per ordinem. vij. opi. an is, qui factus est clericus post contractum, vel qui aliàs mutauit forũ possit cõueniri coram primo iudice. & vide quæ dicunt per Bar. & doc. in l. j. ff. de pe. & Alex. cõs. ccxij. lib. ij. col. v.

b ¶ Bart. in l. j. ff. de pœn. & quæ not. ibidem remissiuè per Alexã. & vide vltra alios Ant. & Bar. in c. j. s̃. de obl. ad rat. & latè per Old. in cõsi. iiij. cuius dicta refert Io. Ant. in additio. ad Spe. in tit. de obli. ad ratio. non allegato authore, vt solet.

te, quandoq; quis consequitur domicilium originis & incola-
tus, vnde libertus ex persona patroni, qui manumisit, consequi
tur domicilium originis, & domicilium incolatus patroni, vt
l.eius.la ij.in prin.& l.assumptio.in fi.cùm l.seq.& in l.de iure.
§.libertos.& ibi Bar.& l.filij.§.ij.in fi.ff.ad munic.

23 ¶†Quintò principaliter quæro: quid si in vna eadēq; persona
concurrunt plura domicilia, qđ præualeat. Sol.Bal.in repe.vlt.
quàm fecit Paduæ de l.j.C.de summa tri.super verbo, christia-
norum.in iiij.col.In casu nostro, quando in vna & eadem per-
sona cōcurrit domicilium originis & incolatus. exemplum si
B.est natiuitate Senensis, & incolatu Florētinus vtrum debeat
appellari Senensis vel Florentinus? Baldus ibi primò arguit,
quòd debeat appellari Florentinus, per illum text. & ad idem
alleg.l.pronunciatio.ff.de verb.signi.& de offi.assesso.in l.si ea
dem & ff.de postuland.l.j.§.bestias. & ad hoc possent allegari
omnia iura, quę volunt, ꝙ magis attendatur causa accidentalis,
quàm naturalis. In contrarium tamen allegat, ꝙ appellari de-
b beat Senen.eò, ꝙ debemus potius habere respectum ad quali-
tatem naturalem[b] seu naturatam, quàm ad accidentalem: quia
id quod naturaliter dicitur, magis propriè dicitur, vt l.qui ha-
bet.ff.de tut.& in l.fi.ff.de his, qui ve.ætatis impetra.ff. de libe.
& posthu.in l.filio.ff.de condi.& demonst.l.fideicommissum.
cùm si. Tertiò etiam allegat, ꝙ hoc nomen Senensis vel Floren
tinus, verificetur in vtroq; sensu: quia idem iuris videtur esse
de origine, & de domicilio, vt l.j.C.vbi de cri.agi oportet. sol-
uit Bal. ꝙ aut loquimur in materia indifferenti: & tunc verifi-
catur in vtroq;, vt d.l.j.& probatur in l.iij.ff.de offi.præsi. Aut
in materia differenti: & tunc aut ratio subiectæ materiæ cōcer
nit originem, & importat originem.arg.d.l.qui habet.cùm si.
Aut concernit domicilium, & importat domicilium, vt d.§.be
stias.cùm si. Qualiter autē hoc cognoscatur, an materia sit diffe
rens vel indifferens, & quid concernat, Baldus ibi distinguit,
ꝙ aut in actu, de quo agitur, persona consideratur in se, id est,
propter se, & importat originem.exemplum: dicit statutum, si
quis offenderit Florentinum &c. Aut consideratur extra se, id
est, quia consideratur accidens in persona magis, quā ipsa per-
sona.exemplum, si imponatur collecta, quæ imponitur perso-
nis propter res, vel si indicantur represalię: quia etiam simile a
onus imponitur personæ pro rebus: & non arctat meros ori-
ginarios: quia isti ad talia non tenentur, nisi in subsidium: vt l.
neminem.C.de sacrosanct.ecclesijs. de quo etiam remittit ad
not.per Barto.in l.hæc conditio.ff.de conditio.& demonstrat.
Sed aduerte: quia ista non est principaliter materia fori, paucis
insistam.dic ergo, ꝙ quando aliquis habet duplex domiciliū,
originis & incolatus: & in ambobus locis vocatur ad honores
regulariter potior est causa originis: vt in l.libertus.§.cùm si-
mul.ff.ad municip.tenet glos.in l.j.C.de municip.& orig.lib.x.
Sed glo.in l.ciues.C.de incolis.dicit quòd si in vtroq; loco vo-
catur ad munera, quòd præfertur locus, qui prius vocat.arg.ff.
de iudi.in l.qui prior.& si simul seu eodem tempore vocatur,
præfertur locus originis.sed si ambo domicilia essent incola-
tus, fortè inuicem se impedirent, per text.in l.huiusmodi.§.pri
mo.ff.de leg.j.& ff.de vsufruc.in l.quoties duobus.vel dirimetur
fortè.arg.l.fin.C.communia de leg.& l.sed cùm ambo.ff.de iu
dicijs.Vel potest dici & tertiò, quòd sit locus gratificationi.ff.
de religio.& sump.fune.in l.fina.& ff.de leg.primo.in l.si quis
seruum.§.si inter.Vel quartò, erit in electione vocati.& hoc vi
detur placere Ioan.Bald.per ca.præterea.& c.referente.de prę
bend.& c.cùm olim.de consuetu. Vel quintò, deferendum est
nobiliori & maiori, seu digniori loco: vt in aut.de hæred.& fal.
§.si quis autem.& in authen.de defen.ciui.§.interim.& ff.de fi
de instrumen.in l.fina.& C.de natur.lib.in l.si quis.Vel sextò
ei seruiet, quę minus, seu leuius munus imponit.arg.l.fin.C.qui
bo.cede.pos.& ff.de pac.in.l.maiorem.& hoc est verius secun
dùm glos.prædictā, quam Bar.ibi dicit esse notabilem & ma-
gistram, in materia sua. Aduerte tamen quò ad materiam no-
stram, ꝙ quāuis vnum domicilium sit principalius alio, vtputa
quia in duobus locis cōstituit domiciliū: sed tamen in vno mul
tum, & in alio parum frequentat: ꝙ illud quod magis frequen-
tat, tanquā principali⁹ debeat præualere, secūdùm ea quæ dixi
in iiij.q.princi.tamen si cum altero minus frequentato concur
rit aliqua qualitas: puta, possessio bonorū: videtur ꝙ quantum
ad potestatem conueniendi per literas apostolicas respectu
bonorum ibi sitorū: considerari debet locus ipsorum bonorū:
licet sit minus frequentatus, & non ęqualiter, secundū quod vi
detur necessariū ad constituendū verum domiciliū, vt dixi in
iiij.q.nam licet dicatur constitui quasi domicilium: tamen vale
bunt litera.& ita potest intelligi tex.in ca.ex parte.s.eo.secūdū
D.m.& ibi dixi.tradit etiā D.m.in c.dilectus.el.ij.s.de rescrip.
arbitror tamen, quòd etiam valerent literæ respectu domicilij
veri, & magis frequentati.

24 ¶†Sextò principaliter quęro qualiter, & quibus modis domi
cilium quęratur, seu cōstituatur.So.dicendū arbitror, ꝙ q̃ritur
principaliter tribus modis: vt primo modo à natura.secūdo, ꝓ
pria ac directa ad hoc volūtate, & facto ipsi⁹ acquirentis.tertio
ex iuris dispositione; & quāuis in duobus pręcedētibus modis
ius etiā operetur: tamen in hoc magis operatur: quia ius dispo
nit, ꝙ acquiratur ex aliquo facto vel gesto, qđ principaliter nō
videtur tendere ad domiciliū respectu primi modi.dic, ꝙ natu
raliter quęritur ex ꝓpria origine & natiuitate: ac etiā ex origi
ne paterna: vt latius dixi in rubri.in versi.lxxxij.& ibi dixi, an b
quęrat ex origine aui, vel superiorū, & in hoc nihil operat vo-
luntas: vt l.assumptio.in prin.ff.ad mu.dicam in ix.q.prin.

25 ¶†Circa secundū modū de domicilio qđ quęrit ꝓpria volū-
tate, & facto acquirētis, aduertendū est, quòd tex.glo.& Doc.
sunt multūvarij.qñq; vidētur velle, ꝙ sufficiat solus animus: vt
in l.priuilegio.C.de incolis.lib.x.ibi domicilij voluntatē. & in
l.de iure.§.celsus.ff.ad municip.vbi si vtroq; destinato sit ani-
mo &c.facit l.assumptio.ff.ad mu.tenet Ioan.de sancto Geor.
& Do.in.c.cū nullus.de temp.ord.lib.vj.& videtur tenere D.
m.in c.fi.de paro.Glos.verò super verbo, larem.in l.ciues.C.de
incol.lib.x.dicit, ꝙ non sufficit animus habitandi: sed quod ha
bitet: & sic opus est facto, per l.domicilium.ff.ad muni.& idē
tenet glos.in l.nō vtiq;.ff.ad muni.sentit etiā glos.in l.origine.
C.de muni.& orig.lib.x.& Barto.in l.placet.ff.ad muni.Qua-
re pro concordia dicendum arbitror, quòd in primis requiri-
tur animus: sed non sufficit sola animi destinatio: sed exigitur
aliquis actus conueniens domicilio, per quem animus declare-
tur: & si est expressus animus vna cum actu domicilij signifi-
catiuo, sufficit.exemplum, si aliquis veniens ad hanc ciuitatem
emit seu conducit domum, & verbo exprimit, quòd hoc fa-
cit animo constituendi hic domicilium: quāuis enim sola pos-
sessionis ratio non faciat quem incolam: vt l.libertus.§.sola.
ff.ad municipales. & l.cùm neque.C.de incolis.tamen hoc
procedit, quando quis motum animi sui aliter non de-

a ¶Clericus habens plura beneficia residentiam exigentia, dicitur habere duo domicilia. & istam materiam colligit feliciter Felin.in c. dilectus filius ij.in ij.colū.& seq.per nouem cōclusiones.s. de rescrip. vbi multa cumulatissimè congessit.

b ¶Adde ꝙ nemo potest renunciare domicilio paterno & originario.dicit Soc.cōsi.xxxv col.iiij.li.j.& si cōcurrat naturale & accidentale domicilium, naturale debet attēdi.cōsil.cclxxxviij.col.j.li.ij.

clarauit: ſecus ſi expreſsit voluntatem ſuam circa domicilium conſtituendũ: & nõ ſtetit in ſola proteſtatione, ſeu declaratione animi: ſed agrum ſeu domum emit, vel cõduxit, & habitare cœpit: tunc enim ſufficit: licet maiorem partem bonorũ ibi nõ habeat, vt no. gloſſ. in d. l. ciues. C. de incol. Et hoc etiam voluit Do. me. in c. fi. de paro. vbi dicit, ꝙ ſi immediatè ꝙ quis venit in aliquẽ locũ, declaret animum ſuum, ꝙ vult habere ibi domicilium, ꝙ ſine expectatiõe alicuius temporis habebit ibi domicilium, per tex. in l. ſi quis inſtructus. aliàs incipit eius. §. celſus. ff. ad munic. quod intellige ſecundùm quod ſtatim dixi. & hoc etiam procedit in eo, qui acceſsiſſet ſtudij cauſa, & ideo ſi ſcholaris veniens ad ſtudium, emit in loco domũ, vel poſſeſsiones: & declarat, ꝙ eſt intentionis ſuæ conſtituere ibi domicilium:
a indubitanter ſortietur ibi domicilium.[a] & hoc voluit Barto. in l. lex corne. §. domum. ff. de iniur. Et ſic etiam per contrariũ nullo tempore ibi cõſtituet domicilium. & hoc declarat, vt ſtatim dicam. Si verò animũ ſuum exprimit in contrarium, ꝙ non intendit ibi aliquo modo cõſtituere domicilium, licet maiorem partem bonorũ ibi habeat, aut ibi cõuerſetur, ſeu habitet: quia videtur ad aſſumptionem domicilij requiri animus, vt dictum eſt, vnde cùm animus requiratur, iſta proteſtatio iuuat in his, quæ tendunt ad animi declarationẽ, ſecundùm ea, quæ traduntur per Doc. in c. cùm M. de conſti. & per Bar. in l. nõ ſolùm. §. morte. ff. de no. oper. nun. & quæ dixi in Cle. graue. de reſcrip. Nec obſt. l. ij. C. vbi ſena. vel clariſ. quæ dicit, vbi larẽ fouet, aut vbi maiorem partem bonorum poſsidet, aut vbi aſsiduè cõuerſatur: quia illa duo vltima exempla intelligũtur, quãdo fuimus in caſu dubio, vt ſtatim dicam, ſed hic ſumus in caſu certo: & ideo nõ eſt locus coniecturæ, vt in l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. & in c. ij. j. de reg. iur. Et hoc etiam voluit Dy. in l. lex corne. §. domũ. vbi dicit, ꝙ quando eſſet certitudo, ꝙ ſcholaris ſtaret in aliquo loco cauſa ſtudendi & addiſcendi: tunc etiam per mille annos: nõ ſortiretur ibi domicilium, per quæſitum in princ. ff. de lega. iij. & l. nihil. ff. de cap. & ſequitur Bar. in d. §. domum. & tenent Bar. & Ang. in l. nec ipſi. C. de incol. & Bal. in l. eſt verum. eod. tit. & libro. qui dicit per illum tex. ꝙ qui ad tempus determinatum, etiam vltra decennium, eſt in loco inde diſceſſurus, poſtea non fit incola, per tex. & per not. in l. ex facto. ff. de hære. inſtitu. & in d. l. nihil. & hoc etiam tenet Ange. in l. heres abſens. §. j. ff. de iudic. & mihi placet. Nec obſt. glo. in d. §. domum. & in d. l. nec ipſi. quæ vult, ꝙ ſufficiat decennium: quia debet intelligi in caſu dubij, de quo ſtatim latiꝰ dicam, vt etiam voluit Bar. in d. §. domum. & Bal. in l. j. C. de incol. lib. x. & bene. Si verò ſumus in dubio: quia principaliter ad conſtituẽdum domicilium requiritur animus, & animus probatur ex cõiecturis, & actibus exterioribus, vt no. in c. ij. de renun. lib. vj. lxiij. diſt. in c. cùm Adrianus. cùm ſi. dico, ꝙ animꝰ iſte conſtituti domicilij in dubio declaratur ex pluribus.

a ¶ Qualiter ſcholaris ſortiatur domicilium, vide Bal. in l. quæſitum. de lega. iij. Bal. in l. prædia. de fun. inſtru. Abb. in c. fi. de paroch. vide etiã Alexan. in conſil. clx. col. iij. lib. j.

26 ¶ † Primò per aſsiduam conuerſationem, vt probatur in d. l. ij. C. vbi ſena. vel clariſ. & intelligo aſsiduam, quando per decennium habitauit. facit tex. in l. ij. C. de incol. lib. x. no. glo. in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudi. voluit Bal. poſt Cy. in d. l. ij. C. vbi ſena. vel clariſ. & tenet gloſſ. in l. ij. C. de incol. arg. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſu. & fuit opi. Pilei, vt ibi dicit gloſ. & tenet glo. in l. iij. C. de incol. lib. x. Hoſti. verò in c. fi. j. de paro. & poſt eum Ioan. Andr. fatetur, ꝙ ſecundùm leges, non cenſetur quis incola, niſi moratus fuerit per x. annos. dicunt tamen ꝙ de facto. l. illa non ſeruatur: ſed dicunt hoc arbitrarium: quia ſi conſtat, ꝙ loco relicto omnia vendidit: & ſecũ, quæ habere voluit, aſportauit: & in alio loco domos & poſſeſsiones emit: ſatis probabiliter præſumitur reliquiſſe primum domiciliũ, & elegiſſe ſecundũ. & idem ſentit Hoſti. in c. ex tranſmiſſa. s. de renun. facit quod no. Bar. in l. aſſumptio. §. filius. ff. ad muni. vbi dicit, ꝙ eo ipſo, ꝙ quis aufert omnia bona ſua de loco domicilij, videtur habere animum deſerendi illud, de quo dicam in ix. q. prin. Sed tu aduerte: quia gl. iij. in c. ex parte. s. co. vult, ꝙ ex aſsiduo conuerſari in loco, dicitur quis habere ibi domicilium, per l. aſſumptio. §. pe. ff. ad municip. Et clarius ſentit ibi Inno. qui dicit, ꝙ quis ſortitur ibi domicilium, vbi habet maiorem partem bonorum ſuorum: vel vbi habet familiam: vel ſi nihil ibi haberet, aſsiduè tamen ibi conuerſatur, per d. l. ij. C. vbi ſena. vel clariſ. Cy. tamen ibi ſentit, ꝙ ex ſolo conuerſari in loco, non ſortitur quis domicilium: quia communiter in illa l. ſecunda eſt copula, &, nõ alternatiua, aut. Nam communis litera habetur hoc modo. vbi lares fouent: aut bonorum maiorem partem poſsident: & aſsiduè conuerſantur: ibi reſpondebunt &c. & ſic videtur ille tex. requirere hæc duo copulatiuè, ꝙ cõuerſetur ibi aſsiduè, & habeat ibi maiorem partem bonorum. Sed Bart. ibi dicit, ꝙ licet ex aſsiduo conuerſari in loco non ſortiatur domicilium: tamen poteſt ibi conueniri, licet idem Bart. videatur ſentire contrarium in d. l. hæres abſens. ff. de iudi. vbi dicit, ꝙ ſcholaris non poteſt conueniri in loco ſtudij, de contractibus alibi geſtis. Sed pro prima opinio. facit. d. l. ij. per quam l. dicit Bart. ꝙ mercatores Florentini, qui conuerſantur Peruſij, poſſunt cõueniri de antea geſtis alibi. Ego conſidero, ꝙ nõ reperitur tex. qui aliquid dicat, ꝙ requiratur habitatio decennalis: imò ſimpliciter dicunt de habitatione, ꝙ per eam quis efficitur incola, vt dicta l. ij. vbi hoc voluit Bartol. & Innocen. in c. ex parte. s. eodem exigere. ergo videntur habitationem, ſeu ſedem, vel collationem, vt l. aſſumptio. §. penul. ff. ad municip. & gloſſ. in c. ij. de ſepul. li. vj. Nec obſt. l. ij. C. de incol. lib. x. quæ dicit de decẽnio: quia loquitur in alio caſu, vt ſtatim dicã. Vide tamen tex. in l. eſt verum. C. de incolis. qui fortiter facit in contrarium, ꝙ non ſufficiat habitatio. Nam videtur velle tex. ꝙ ex commoratione in loco, non quæratur incolatus, & intellectus, qui ponitur ibi, ꝙ ille text. loquatur de habitatione ſeu commoratione in territorio, & non in ciuitate: nõ eſt bonus, vt ſtatim dicam, in fine iſtius. vj. queſtio. principalis, & ſic patet ꝙ articulus eſt ſatis dubius. Sed in hac dubietate arbitror diſtinguendum, ꝙ aut quærit de ſola habitatione, quæ nõ habeat aliã cauſam, aut actum, vel geſtum adiũctum, aſſumpti, vel non aſſumpti domicilij ſignificatiuum. & hoc caſu ſit arbitrarium, vt arbitretur iudex ipſam habitationem & moram, & ſi fortè nulla alia cauſa adeſt conſtituti domicilij, non debebit arbitrari domiciliũ conſtitutum minori tempore decennio, per text. iuncta gloſſ. in d. l. eſt verum. ad quod facit quod de decennio not. gloſ. in l. j. C. de ſer. fugi. & in l. ſi id quod. & in l. clam poſsidere. ff. de acquiren. poſſeſsio. & quod tradit Innocen. in c. ſi diligenti. j. de præſcriptionib. & gloſſ. in l. licet. C. de acquiren. poſſeſsio. facit etiã l. litibus. C. de agrico. & cenſitis. lib. x. & l. ſi ſine præfinitione. C. de pœnis. & hoc reperio ſenſiſſe Domi. meum in c. fin. j. de paroch. vbi dicit, ꝙ vbi habitans nõ emit ibi poſſeſsionem, ſed ſtat in ſuſpenſo, tempus erit arbitrarium, & ſecundùm temporis quantitatem, & hominis qualitatem, iudex præſumet animum ſuum: quamuis quò ad domicilium conſtituendum videatur concludendum, ꝙ ex ſola conuerſatione in loco, nõ contrahatur domicilium: tamen ſatis videtur probari, ꝙ ratione aſ-
b ſiduæ conuerſationis[b] poſsit quis ibi conueniri, etiam de alibi geſtis, vt voluit Barto. in d. l. ij. qui tex. optimè facit, ſecundùm prædictum intellectum Innocen. in d. c. ex parte. s. eod. qui tenuit, ꝙ propter aſsiduè conuerſari in loco, poſsit ibi conueniri. & facit ille tex. ſecundum literarum alternatiuam dũ dicit, aut aſsiduè conuerſari. tenet Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. j. verſicu. qui verò ratione contractus. & domi. Anto. hic & in c. quod clericis. s. eodem. facit quod no. Archid. lxxj. diſt. c. primatus. & tenet Do. me. in c. quod clericis. & in d. c. ex parte. dicens, ꝙ ſaltem cõtrahitur ibi quaſi domicilium, per quod poteſt ibi conueniri. Nam abſurdum videtur, ꝙ moretur in loco, & ibi nolit reſpondere, argumẽ. d. l. ij. C. vbi ſena. vel clariſ. & l. ij. C. vbi de crimi. agi oportet. vbi de crimine alibi commiſſo, poteſt quis conueniri vbi degit, id eſt, conuerſatur, vt ſcholaris in loco ſtudij, vt ibi per gloſſ. mouetur etiam per textum in l. quiſquis. C. ſi certum petatur. & d. c. ex parte. zab. in d. c. ex parte. tenet, ꝙ ex ſolo commorari quis ſortiatur domicilium, per illum text. & l. ſi quis inſtructus, dummodo ex alijs coniecturis non appareat eum de loco diſceſſurum, & ſic non obſt. c. is, qui. de ſepul. lib. vj. ſecundùm zab. quod dictum ita limitatum & qualificatum placet, intelligendo ſecũdùm ſuperiorem. Si verò habitatio habet admiſtam aliquam cauſam, vel aliqua ſigna, dic ꝙ aut ſunt ſigna domicilij ſignificatiua, vt quia in loco vbi prius domicilium habebat, vendit domum & poſſeſsiones, & contulit ſe ad alium locum, in quo emit domum & poſſeſsiones: & dicetur conſtituiſſe domiciliũ, per ea, quę s. dixi & iſtis modis poteſt intelligi d. l. ij. C. vbi ſenatores. quò ad duo vltima exempla de maiori parte bonorum, & aſsidua conuerſatione. Nam primum exemplum dum dicit, vbi fouet larem, intelligo in caſu certo, quãdo expreſsè aſſumpſit domicilium. & prædicto modo ſaluatur opin. Innocẽ. in c. ex parte. s. eod. & Barto. in d. l. ij. & in l. ij. C. vbi de crimi. agi oportet. Et hoc modo etiam procedat glo. in c. dilectus filius I. de reſcri. & quod not. Domi. me. in c. poſtu. s. co. & quod dixi poſt Docto. de aſsidua habitatione, in Cle. cauſam. de elect. Sed hæc dubitatio procedit non ſolùm reſpectu aſsiduæ habitationis, ſed etiam reſpectu poſſeſsionis bonorum, aut maioris partis quæ dubitatio ſimpliciter inſurgit ex dicta l. ij. C. vbi ſenatores, vel clariſ. quia inquantum litera ibi ſit alternatiua, videtur hoc ſufficere: inquantum verò ſit copulatiua, videlicet maiorem partem bonorum poſsidet, & aſsiduè conuerſatur, non videtur ſufficere ſola bonorum poſſeſsio. Domi. me. in c. ex parte. s. codem tenet, quòd ex habitu totius patrimonij, ſeu maioris partis, quis

b ¶ Conuerſationis. Vide not. per doc. præſertim per Feli. in c. dilectus. ij. de reſcrip.

tis,quis habeat domiciliũ,per tex.in c.poſtu.ſ. eo. & quamuis
Hoſti.intelligat,ꝙ ibi habebat larem,id eſt matrẽ & patrimo-
nium:tamen hoc nõ placet Do.me.cũ ibi nihil dicatur de habi
tatione,ſed tantùm de patrimonio.Ego multũ dubito de præ-
dicta opi.Do.me.quia cum ad domicilium conſtituendum, vt
requiratur animus, vt dixi , non videtur ſufficere ſolum patri-
monium,aut maioris partis,pro quo text.in l.libertus.§.ſola.
ff.ad munici.qui tex.loquitur ſimpliciter, & indiſtinctè dicit,
ꝙ ſola ratio poſſeſsionis non inducit domiciliũ.ad idem indu-
co.c.ex parte.ſ.e.licet Do.me.conetur reſpondere,ꝙ ibi nõ lo-
quitur de habente maiorem partem bonorum. non obſt.text.
in c.poſtu.ſ.eo.quia ſi rectè ponderetur ille tex.ibi quaſi præ-
ſupponitur,ꝙ ille clericus haberet domiclium ratione patrimo
niȷ:quia ſic ibi conſtituerat:non autem,ꝙ ſolùm patrimonium
hoc faceret:ſed ꝙ ratione patrimoniȷ retinebat domicilium:li-
cet in alio loco recepiſſet beneficium , propter quod ibi coge-
batur ad reſidentiam.& hac ratione videretur etiam ibi habe-
re domicilium:quia vt dixi in iiȷ.q.prin.poteſt quis in pluribꝰ
locis conſtituere,& habere domicilium.Et pondero,ꝙ tex.ibi
loquitur per verbum,patrimoniȷ,& non per verbum,bonorũ:
quia fortè erat domicilium originis paternæ, quod ſemper re-
tinetur.& ideo litera copulatiua in d.l.ȷȷ.C. vbi ſena. vel clariſ.
videtur eſſe legalior. Et ita ego habeo in codice meo, de litera
antiqſsima & notabiliſsima.Bart.tamẽ in l.de iure.ff.ad muni.
videtur tenere,ꝙ per maiorem partem bonorum conſtituatur
domicilium:ſed poteſt intelligi ſcd̃m quod ſ.dixi,quãdo non
eſſet ſola poſſeſsionis ratio,ad cuius intellectum vide quod di
cam j.in viȷ.q.princ. Et hæ procedunt,quando ſunt ſigna do-
miciliȷ indicatiua.Si verò ſigna ſunt in contrarium,puta : quia
ſtudiȷ.cauſa habitationem conduxit , vel domũ emit.hoc enim
caſu,licet per plures annos morã duxerit,non dicitur ibi domi
cilium conſtituere:niſi per decennium ibi moram traxerit:ſed
ſi per decenniũ moram traxit, præſumitur diſpoſuiſſe animũ
perpetuò ibi ſtandi.& ita procedat tex.& quod ibi not.glo.in
l.ȷȷ.C.de incol.lib.x.Et hoc tenet etiam Vin.in prooemio gre-
goriano,& poſt eum Ioã.And.per d.l.ȷȷ.& per l.cùm de in rem
verſo.ff.de vſu.tenet Hoſt.in c.quod clericis.ſ.e.& glo.in l.lex
cornelia.§.domum.ff.de iniur.Et ibi Bar.& Ang.no.Specu.in
tit.de compe.iudi.adi.§.j.verſi.xlv.& ver.lj.& Ang. in l.hæres
abſens.§.j.ff.de iud.Quod limitat Ange.in d.§.domùm.Si mo
dò ſit decẽnium continuatum:ſecus ſi interpellatum , vnde nec
pater,qui ſæpiſsimè vadit ad videndum filium in ſtudiꝰ,& ibi
ſtat per aliquod tempus,videtur ibi contrahere domiciliũ,per
tex.in d.l.ȷȷ.iunctis gloſsis ſuis.Item arbitror hoc,quod dixi de
decẽnio,limitari poſſe, ꝙ ſcholaris per talem moram continuã
videatur cõtrahere domiciliũ, videt̃ limitari poſſe,ſi modò talis
pręſumptio inducta per decenniũ nõ tolleretur, vt puta,ſi for
tè ſcholaris erat tardiſsimi intellectus, & minoris memoriæ, vt
ego quendam vidi,qui in quatuor annis vix didicit alphabetũ.
Vel fortè ſi prius ſtuduit in vna facultate,aut duabus:& nunc
vult ſtudere in alia, adeò ꝙ non ſufficit tempus decenniȷ, facit
quod dixi ſ.ſecundùm Dy.Ang.& Bald. Vel ſi fortè incœpit
agere aliquam cauſam,vel ſi teneretur aliquo alio negotio,pro-
pter quod oporteret ibi vltra decẽnium moram trahére: quod
etiam tenet do.Anto.ſ.in prooemio gregoriano & Do.me.in
c.ꝙ clericis.& in c.ex parte ſ.e.& Ang.in d.l.hæres abſens.§.j.
Et idem dicendum eſt,ſi ex aliȷs coniecturis poſſet deprehen-
di, ꝙ animus alicuius non eſt contrahere domicilium in loco
habitationis.exemplum,Si aliquis colendi ruris cauſa in colo-
nia habitat,ſeu conuerſatur,ſed in municipio ſemper agit:in il-
lo emit,contrahit,vendit.eo in foro balneis vtitur & ſpectacu
lis:dies feſtos agit:& aliȷs municipiȷ cõmodis fruitur hic:nõ in
colonia,ſeu ruri,ſed potius in municipio dicitur domiciliũ cõ
ſtituiſſe,tex.eſt in l.eius.la ȷȷ.§.j.ff.ad muni. Et intellige ſecun-
dùm glo.ibi ad hoc,vt dubitatio procedat,quando colonia ſeu
villa non ſuberat municipio,& vide glo.in c.dilectus filius I.ſ.
de reſcrip. Et etiam circa hunc ar.habitationis,vide Bar.in l.iu
riſperitos.in prin.ff.de excu.tu.qui vult,ꝙ ille,qui cõducit do-
mum pro tẽpore,ꝙ ſibi placebit,efficitur incola:quia in perpe-
tuum videtur conducere:quod dictũ eſt intelligendum ſecun-
dùm ſuperiores doctrinas, theoricas.Et aduerte : quia in qui-
bus caſibꝰ dixi,acquirit domiciliũ per habitationẽ:dic , ꝙ illud
procedit nõ ſolùm ſi habitatio ſit in ciuitate ſeu municipio:ſed
etiã ſi ſit in vico ſeu comitatu,vt l.pupillus.§.incola.ff.de verb.
ſignifi.Nec obſt.l.eſt verùm.C.de incol. per quàm quidam di-
cunt,ꝙ illi,qui non ſtant in ciuitate,non acquirunt incolatum.
Sed gloſſ.reprobat prædictam opin.& bene,per d.§. incola.&
ad l.eſt verùm. reſpondet,ꝙ ſi loquitur de his , qui morantur
in villa eo animo,vt conſtituant ibi domicilium.
¶ Circa iȷȷ.membrũ prin.iſtius q.qualiter,& quibus modis qs
domicilium quærat per iuris diſpoſitionem:intelligẽdo,vt di
xi in prin.breuiter dic,ꝙ pluribus modis.

27 ¶†Primò per l.ſtatutum,vt l.priuilegio.& ibi no.Bal.C.de in-
colis alleg.etiam c.antiqua.de priui. & l.fi.C.de ven.rerum ci-
uitatis.& l.iȷȷ.§.planè.ff.quod vi aut clam. facit quod dicam in
ſeq.cau.dicit tamen Bal.in l.j.C.de mu. & orig.ꝙ ſtatutum nõ
poteſt facere,ꝙ domicilium tranſeat ad filios,de quo ſtatim di-
cam in ver.xiȷȷ.

28 ¶†Secundò quæritur, domicilium per priuilegium principis,
vnde ex priuilegio principis poteſt quis ſequi domiciliũ ma-
tris,& non patris,vt l.j.in fi.ff.ad munic.dixi latius ſ. in rubri.
verſi.lxxxiȷ.

29 ¶†Tertiò per adeptionem dignitatis, & in loco,not. Do. me.
hic & no.in l.j.ff.ad municip.& ibi per Bart.

30 ¶†Quartò per prælaturæ adeptionem in aliquo loco,no. Bar
in d.l.j.& in l.fi.§.fi.ff.ad munic.& Lapus in c.ȷȷ.de offi. deleg.
lib.vj.Do.me.in c.fi.de paro.Et ideo effectus Abbas,in aliquo
loco ibi ſortitur domicilium.no.Inno.in c.ex ore.j.de priui.&
Io.And.in c.ſtatutum.§.cùm verò.de reſcrip.lib.vj.& Do.me.
in c.poſtulaſti.ſ.eo.tetigi.ſ.in iiȷ.q.in fi.tradit Bar.in d.l.j.& in
l.ciues. C.de incolis.libr.x.& Dominus meus in d.c.finali.j.de
parochiȷs.

31 ¶†Quintò per monachationem . licet enim monachus nõ ad-
mittat ciuilitatem,vt dicam in ix.q.princip. tamen efficitur ci-
uis loci,vbi monachatur,ſecundùm Bart.in d.l.j. & Do. me.in
d.c.fi.& vide quod dicam j.in ix.q.prin.

32 ¶†Sextò quæritur domicilium per clericatum, de quo latè di-
ctum fuit in j.ſ.e.Iſte tamen modus non videtur propriè per-
tinere ad domicilium : ſed ad fori mutationem,ſeu adeptionẽ.
gl.tamen in d.l.hæres abſens.de iudi.& Inn.in c.ex ore.de pri-
ui.& Do.me.in c.poſtulaſti.volunt ꝙ clericus per ordinis rece
ptionem ſortiatur domicilium in loco recepti ordinis, quod in
telligit Do.me.in c.j.ſ.eo.quando Epiſcopus ordinauit aliquẽ
nomine proprio,tanquam ſubditum,vt quia habebat domici-
lium in ſua dioeceſi:ſecus ſi ordinaſſet alterius epiſcopi nomi-
ne.ar.c.ſi Epiſcopus.de pręben.lib.vj.& ſic in dicto caſu ſentit
Do.me.quãdo eſt ordinatus à proprio epiſcopo, ꝙ duplici vin
culo ſortietur ibi domicilium,vel poterit ibi conueniri.

33 ¶†Septimo,per militiæ aſſumptionem,ſeu militarem expedi-
tionem,ſecundùm Bar.in d.l.j.de quo latius dixi in rub.verſic.
lxix.facit quod dixi in verſi.præce.

34 ¶†Octauò per aſſumptionem officiȷ,vt ſenatoriæ,aut poteſta-
riæ &c.ſecundùm Bar.in d.l.j.& l.ciues.C.de incol.

35 ¶†Nonò per lecturam.vnde doctor conductus ad legendum,
ſecundùm aliquos,ſortitur ibi domiciliũ ciuilitatis.tradit Bar.
in l.filiȷ.§.fi.ff.ad muni.quamuis quædam lecturæ non habeãt
a hoc dictum[a].

36 ¶†Decimò,per matrimonium.dixi in rub.ver.lxvj.

37 ¶†Vndecimò,per manumiſsionem.dixi latè in rubri. verſic.
lxv.facit quod dixi ſ.in iiȷ.q.prin.in fi.

38 ¶†Duodecimò quæritur per adeptionem.dixi in rubric. ver-
ſicu.iiȷ.

38 ¶†Decimotertiò per ſucceſsionem , quod eſt verum reſpectu
filiȷ quò ad patrẽ,ſolùm de domicilio originis , vt dixi ſ.remit-
tendo me ad ea,quæ dixi in rubri.verſi,lxxxiȷ.quia tale domi-
cilium eſt immutabile.ſed domicilium proprium , quod habe-
b tur ex voluntate[b] & aſſumptione,vt dixi in ſecundo membro
princip.iſtud non tranſit ad filios,vt eſt text.& ibi not.Barto.
in l.libertus.§.patris.ff.ad municip. vt dicit Bald.in l.j.ff. & C.
de muni.& ori.lib.x.ꝙ cùm tale domicilium requirat factum
hominis,ideo ipſo iure nõ tranſit ad filios, ſicut nec poſſeſsio,
vt l.aſſumptio.§.filius.ff.ad municip. ideo infantes non dicun
tur habere tale domicilium , niſi habeant tutorem vel patrem,
qui intendat eis conſtituere:nam facient incolam ſicut poſſeſ-
ſorem,de quo latius dixi ſ.in iȷȷ.q.princip.& ſubdit Bal. ꝙ hoc
eſt vtile ſcire. pone enim , ꝙ pater tuus conſtituit domicilium
in hac ciuitate Senarum,deinde mortuus eſt relicto te infante.
certè non poteris hic grauari vel conueniri , quod intellige de
cõtractibus alibi celebratis per patrem,vt dicam in viȷ.q. quia
hic non es originarius nec incola . ideo debet dari tibi tutor,
qui conſtituat domicilium tibi:nec ex eo , ꝙ ſtatutum diceret,
ꝙ domicilium hoc tranſeat ad filios,poſſet grauari aut conue-
niri:quia tale ſtatutum non videtur valere:quia lex non poteſt
inducere factum:ſicut nec impedire,vt l.in bello.§. factæ.ff. de
cap.In contrarium mihi dicit Bal.ꝙ fortiter obſtat c.ȷȷ.ſ. de cõ
ſue.vbi ſtatutum transfert poſſeſsionem. vnde Bal.dicit, cogi-
ta.Ego arbitror,ꝙ ſtatutum poſsit hoc facere,per id quod ſta-
tim dixi in primo huius tertiȷ mẽbri.& quia ſi hoc poteſt fie-
ri conuentione,& tranſit ad ſucceſſorem,vt ſtatim dicam,for-
tius videtur,ꝙ poſsit fieri per ſtatutum. argu.not.per gloſſ.in

a ¶Hoc dixit Bart. in l. municeps. ff. ad municip. Florẽ. in c.fin.de paroch:

b ¶Ex voluntate. Id quod ibi Bart. dixit,exiſtimauit nouum & ſingu.Ro. in ſing.ſuo lxxix.

rubri.C.de decu.lib.x.domicilium verò ex conuentione paterna quæsitum, videtur transire non solùm ad filios hæredes, sed ad quoscunq; hæredes, etiã extraneos: quia nõ potest libera voluntate mutari. ad quod vide quod dixi in rub. versi. lxxxij. in successorem verò singularem nõ est dubium, q̃ domiciliũ non transfertur, vt est tex. & ibi no. Bald. l. cùm neq;. C. de incol. & ibi etiam allegat l. libertus. §. sola. ff. ad muni.

40 ¶ † Decimoquartò quæritur domicilium per relegationẽ. relegatus enim in eo loco, in quem relegatus est interim etiam necessarium domicilium habet. & hac ratione dicit ibi Bar. q̃ per confinationem sortitur quis ibi domiciliũ, vbi confinatus est, scd'm glo. in l. ciues. la. ij. §. fi. ff. ad munic. quæ dicit, q̃ procedit, quãdo relegatio est perpetua: aliàs nõ nisi maiorem partẽ fortunarum habeat ibi, per l. ciues. C. de incolis, vel saltẽ per x. annos sit facta relegatio, vel confinatio, per l. nec ipsi. C. de incol. Et adde ad hoc, quod dicam de bannito in ix. q. prin.

41 ¶ † Decimoquintò, ratione cõmunis patriæ quæritur domicilium, de quo tetigi s. in ij. q. prin. in tertio membro. & latius dicam j. in materia iuris reuocandi domum, super glo. fi.

¶ Postremò no. circa prædictos modos, q̃ in omnibus casibus per quos quis acquireret domicilium in ciuitatem, si in ciuitate celebrarẽtur ex eisdem gestis in territorio, vico, seu villa, etiã quæreretur domicilium in ciuitate, cui subest villa vel loc⁹, vt l. pupillus. §. incola. ff. de verbo. significatio. Nec obst. text. in l. est verum. C. de incolis. quia respondere potes, vt dixi s. in fi. ij. membri.

¶ Circa vij. principalem quæstionẽ quæro & qui, & quales effectus producantur ex domicilio. Solu. dic q̃ duplex principalis est effectus.

¶ Primus respectu munerum.
¶ Secundus respectu fori.
¶ Primus ratione incommutabilitatis.
¶ Secundus potestate conueniendi.
¶ Tertius respectu potestatis citandi.
¶ Quartus præuentionis.
¶ Quintus vt præuentus non possit mutare.
¶ Sextus nec mutat, vt non possit ibi conueniri.
¶ Septimus respectu sententiæ ferendæ.
¶ Octauus respectu pœnæ imponendæ.

42 ¶ † Primus est respectu munerum & bonorum. Sed non pertinet ad materiã nostrã. ideo vide in titulis conuenientibus.

43 ¶ Secundus principalis effectus est, respectu fori, & istud pertinet ad intentionem nostram. Quare quantũ ad hoc dicendum est, q̃ plures respectu competentiæ fori resultant effectus.

44 ¶ † Primus est circa ipsius domicilij incommutabilitatem, de quo effectu latius videbimus in ix. q. princ.

45 ¶ † Secundus effectus est, respectu potestatis conueniendi, ille enim, qui est incola, seu sortitur domiciliũ in loco, põt apud omnes magistratus loci, in quo est incola, seu domicilium habet, conueniri. text. est hic & in l. incola. la. j. ff. ad municip. & in c. dilecti. & in c. postulasti. s. eodem. & in l. heres absens. §. proinde. ff. de iudi. Et iste effectus procedit, siue loquamur in domicilio naturali, vt originis propriæ vel paternæ. de quo dixi in rubri. ver. lxxxij. Siue in domicilio accidentali. & de vtroq; loquitur. d. l. incola. est tamen aduertendum circa hoc domiciliũ accidentale: quia aut iste subiectus ratione istius domicilij, reperitur in loco domicilij, aut non. Primo casu, potest iudex domicilij in eũ exercere omnimodam iurisditionẽ, vt in Cle. ij. de re iud. in c. cùm contingat. s. eo. in c. j. s. de offi. ordi. & in c. cùm Episcopus. de offi. ord. lib. vj. & in l. cõgruit. ff. de offi. præsi. iuncto c. nostro. & c. dilecti & c. ex parte. s. eo. & prædicta l. incola. cùm si. Et est iste effectus satis latus contra tales: quia in loco domicilij possunt conueniri de omnibus: & sic tã de cõtractibus alibi gestis, quàm de re alibi situata: & etiã de criminibus alibi cõmissis, vt plenissimè dixi in c. dilecti. & in c. postulasti. & in c. sanè. s. eo. Nec mirum: quia iste forus domicilij est generalis & ordinarius ad omnia, quæcũq; alibi contractu, gesta, & perpetrata sunt, scd'm Io. cal. in c. j. s. de rap. & sequitur hic Do. me. & bene. aliàs autem si de alibi gestis & commissis non posset quis conueniri in loco domicilij, forus domicilij superflueret[a]: quod nequaquam est dicendũ. & quamuis quis in aliquo moram traheret, vel habitaret cõtrahendo, vel quasi contrahendo, aut delinquendo: de contractibus & delictis ibi cõmissis, posset ibi conueniri, secundùm ea, quæ latissimè dixi in d. c. dilecti & c. postulasti. tamen de contractibus alibi gestis, vel delictis perpetratis. non posset ibi conueniri: si non haberet domicilium ibi: quia in partibus suis coguntur se defendere, vbi habent domicilium: & si procuratorem non dimiserunt, imputatur eis. ff. qui. ex cau. ma. in l. ergo. & l. præce. & ff. qui. ex cau. in pos. ea. in l. hoc autem. & quod not. in c. cõsultationibus. s. de elect. & in c. causam quæ. j. de dolo & cõtu. vnde iniquũ esset, q̃ se duobus in locis defendere cogerentur. arg. c. fi. s. de rescri. & l. nulli. C. de iud. scd'm Host. in c. q̃ clericis. s. eo. & sequitur Do. me. Sequitur ergo, q̃ ad hoc vt quis posit conueniri de alibi gestis, requiritur q̃ habeat domiciliũ in loco, vbi conuenitur: & ex prædictis sequitur, q̃ glo. in l. hæres abses. ff. de iudic. Inquantũ vult, q̃ scholares ratiõe studij sortiantur ibi forũ, ibi vt teneanẽ rñdere, per tex. in auẽ. habita. C. ne fili⁹ pro patre. & sic videatur sentire, q̃ etiã si cõtraxerint in partibus suis, q̃ possint in loco studij conueniri. sic intellecta non est vera[b] nisi loquatur ratione contractus, vel quasi: aut delicti, vel quasi, ibi gesti & celebrati: vel nisi scholares ibi cõstituerint domiciliũ, vel per expressam assumptionem: vel per cursum decennij, secundùm ea, quæ dixi in præce. q. in secundo membro princip. & dicam in x. q. prin. Et hæc probantur etiam per l. ij. C. de incol. & per no. in l. lex cor. §. si tamen. ff. de iniur. Nec obst. auẽ. habita. quæ vult, q̃ possint conueniri in loco studij ratione cõtractus, vel quasi: quia debet intelligi de contractu, vel quasi ibi celebrato, secũdùm Cy. in l. ij. C. de iur. om. iud. & mihi placet. Sed an ex contractibus prius celebratis, vel delictis alibi cõmissis, quàm in loco domicilij, possit cõueniri in loco prioris domicilij, si postea mutauit domicilium? dic vt dicam in x. q. princip. Et quid iuris si non mutauit domicilium, de delictis commissis extra territorium, vel in loco exempto, an iudex domicilij possit cognoscere, vide quę latissimè dixi in c. qualiter. el ij. de accu. in v. prin. art. q. xj. Item cùm contrahens vel quasi, delinquens vel quasi, possit conueniri in loco cõtractus & delicti, & etiã in loco domicilij, vt dixi, cui detur optio circa electionem istius fori, dic vt latius dicam j. in iiij. princi. art. post gloss. fina.

46 ¶ † Tertius effectus est, respectu potestatis citãdi. qui enim in aliquo loco sortitur domicilium, licet sit absens: tamen secundũ communem opi. potest citari quò ad omnes effectus, vt s. procedatur contra eum, vel ad missionem in possessionem, vel ad condemnationem, si status causæ patitur, vbicunq; sit remanet eius subiectus: & citatio decernit in proprio territorio ipsius iudicis licet nuncius exequatur extra territoriũ[c] sed talis executio nuncij non est actus iudicialis: ideo potest exerceri extra territorium, vt not. in c. nouit. de offi. deleg. & in c. Romana. §. contrahentes. eo. tit. lib. vj. hoc etiam sentiunt Hosti. & Io. An. in c. j. de rap. & tenet hic Io. de lig. & communiter sequuntur Moder. facit l. omnes. §. si verò apparitor. C. de epis. & cler. & q̃d ibi no. Cy. & in l. ij. de offi. præfec. vrb. de qua materia vide latius, per Io. de Imo. & latissimè per zab. in cle. pasto. §. vt illud. & quod ibi dixi de re iud. in iij. q. prin. Sed nunc omitto, fortè aliàs dabitur latior dicendi locus.

47 ¶ † Quartus effectus est, respectu præuentionis. si enim quis propter eandem causam potest cõueniri in loco domicilij originis & contractus, & sic de singulis, secundùm ea, quæ dixi in iiij. q. princip. potest iudex domicilij præuenire alios, qui de ea re possent cognoscere, secundùm ea, quæ latius dixi in c. præcedenti.

48 ¶ † Quintus effectus, qui sequitur ex prædictis, q̃ subditus ratione domicilij præuẽtus à iudice domicilij, non potest in præiudicium iurisditionis iudicis præuenientis, seu partis, mutare domicilium, vt in c. præcedẽti & ibi latius dixi & dicetur j. x. q. principali.

49 ¶ † Sextus effectus q̃ nõ solùm subditus ratione domicilij præuentus, non põt mutare domicilium in præiudiciũ iudicis præuenientis seu partis: sed nec potest mutare etiam non præuentus, quominus possit ibi conueniri ratione contractus iam celebrati, seu delicti iam commissi tempore existentis domicilij: mutatio & assumptio noui domicilij non videtur operari quã tum ad prædicta. quod an sit verum, dicam statim in x. q. Aduerte tamen: quia tunc potentia conueniendi non descẽdit ex domicilio, sed ratione fori contractus, & fori delicti, vt apparebit ex his, quæ dicam in prædicta. x. q.

50 ¶ † Septimus effectus est, respectu sententiæ ferendæ: quia sicut talis potest citari, siue sit præsens, siue absens, vt statim dixi in versicu. iij. effectus, ita in casibus, in quibus potest perueniri contra eum, licet absentem, ad sententiam diffinitiuam. potest etiam hoc casu condemnari, & cõtra eum sententia ferri: si status vel qualitas causæ hoc patitur: etiam si sit talis sentẽtia, quæ trahat secum executionem, non ex vi hominis: sed ex vi sententiæ iuris, vt in sententijs, quæ ex iuris dispositione infamant. Secus si sententia traheret secum executionem ex iudicis ministerio contento in sententia, de quo latius dicam j. in vj. principa. ar. si verò qualitas causæ non patitur, vt contra absentem perueniatur ad sententiam: tunc procedetur contra talẽ absentem ad missionem in possessionem ex primo & secundo decreto in

a ¶ Quod nõ est dicendum, cum nihil in natura & arte debeat esse ociosum, vt inquit Temistius in primo de anima. & in prima consti. C. §. quibus. §. minorẽ. instit. de adopt. l. qui bis idem. de verb. oblig.

b ¶ De illa gloss. vide etiam Bart. ibidem. & in trac. represa. in v. q. princ. et in l. lex cornelia. de iniurijs.

c ¶ An & quando posit q̃s citari extra territoriũ, quãdo cõmissio facta fuit in loco domicilij, vide Alexã. in a l. fi. ff. de iur. om. iudi. & Old. in cõsil. lxxxviij. Rotã in decis. cccclxvij. & Soci. in cõs. clxvij. inci. nõ inutilis. in ver. preterea priua ri. lib. ij. Corne⁹ cõsil. lxxix. lib. iij.

to in causis ciuilibus,secundùm ea,quæ latè traduntur in c.quo-
niam.j.vt lit.non conte.& in l.si finita.§. Iulianus.ff. de dam.
no infec.per Bar.& Doc.vel ad alia remedia prodita contra cō
tumacem.de quibus per glo.in l.iij.§.tutores.ff.de suspec.tuto.
& l.si quis inter.in fi.de excu.tut.& per Bal. in l.consentaneũ.
C.quomodo & quando iudex.per glo.fi.in c.j.de confes. libr.
vj.in causa verò criminali, in grauioribus criminibus, in quib9
venit imponenda pœna à relegatione.s̃.poterit procedi ad an-
notationem bonorum:hoc est,ad descriptionem omnium bo
norũ,& si accusatus nõ comparet intra annũ,publicãtur omnia
bona,vt l.j.& ij.C.de req.reis tradit Bar.in l.absentẽ.ff.de poe.in
ij.q.& do.me.in c.veritatis.j.de do.& cõtu.de quibus remedijs
ꝓditis cõtra cõtumacẽ, latius videbimus j.de dolo & cõtuma.

51 ¶†Octauus effectus est,respectu pœnæ imponendæ, si existẽs
de vno domicilio,deliquit extra domicilium.Circa quod glos.
xij.distinc.c.illa.& c.illud.& Ioan.de lig.plenius in Cle.ij.de re
iudica.tandem concludit,ꝙ aut tam in loco commissi delicti,
quàm in loco domicilij,pœna imponitur ipso facto:& tunc iu
dex domicilij puniet eum pœna loci delicti:quia statim, ꝙ de-
liquit,incidit in dictam pœnam:ideo non debet pro eodẽ deli
cto iterum puniri. Item quia statutum domicilij non potuit
ipsum afficere,ex quo imponit pœnam ipso facto:& ideo cùm
tempore delicti commissi reperiatur alibi:non ligatur illa pœ-
na,ne videatur extendere vires axtra territorium , & hoc casu
propriè loquitur.c.ij.de constit.lib.vj.Si verò nulla pœna im-
ponitur ipso facto: sed venit imponenda per iudicem . & hoc
casu , si per statutum loci delicti magis aggrauatur pœna deli-
cti,vel inducitur nouum delictũ:debet puniri per iudicem lo-
ci delicti,& secundùm statutum illius loci.non enim potest iu
dex domicilij inducere delictum de nouo extra suum domici-
lium:licet possit delictum aliàs à iure cõmuni originatum ag-
grauare maiori pœna. Si verò pœna loci delicti nõ est grauior,
nec delictum de nouo originatur,& tunc poterit iudex domi-
cilij punire eum secundùm statutum suum:quia hoc casu, sta-
tutum non ligat delictum commissum extra territorium : nec
exequitur extra suam iurisditionem:sed dicit ius in subditum
suum,secundũ l.suam , quàm exequitur tempore sententiæ. &
sic videtur sentire Io.de lig.ꝙ statutum loci domicilij non po-
test apprehendere delinquentem extra , quando imponit pœ-
nam ipso facto:ne videatur executionẽ facere extra suum terri
torium.Sed in contrarium facit: quia sicut iudex potest cõde-
mnare subditum vbicunq; delinquentem,vt dixi in præceden.
effectu:ita videtur,ꝙ statutum possit etiam ligare subditũ,vbi-
cunq; delinquentem : si hoc intendit & exprimit. secus si hoc
non exprimit vel intendit:sed generaliter loquitur : quia tunc
non ligat.& ita procedit.c.ij.de consti.lib.vj.secundùm Barto.
in l.j.C.de sum.trini.quod dictum multum limitat.d.c. ij. Sed
a Ange.[a] in l.fi.ff.de iuris.om.iudic.reprobat hoc dictum,& etiã
Do.me.hic reprobat dictam opi.dicens considerandum esse,ꝙ
c.ij.in §.fi.non dicit illum non ligari,ex defectu voluntatis sta
tuẽtium:sed potius ex defectu potestatis,vt clarè colligitur ibi
dum dicitur : quia extra territorium ius dicentis non paretur
impune.& idem dicit d.l.fi.Item vbi statutum imponit pœnã
ipso facto,cùm incontinenti liget.ar.ij.q.iij.c.notandum.& in
l.j.ff.ad turp.videtur etiam fingere esse in loco , vbi delictũ est
commissum. Sed in illo esse non potest ex defectu iurisditio-
nis.ergo &c.Prçterea statutum est lex territorij,vt d.c.ij.ergo
non põt punire delictũ extra territoriũ cõmissum.& hoc vide
tur sentire Io.And.in regula,cùm sint iura partiũ.de reg.iu. li.
vj.in mercu.& Federi.consi.xvj.& ita residet hic Do.me. Sed
tu aduerte:quia Ange.aliter videtur dicere in repe.l.si vacãtia.
C.de bo.vacan.lib.x.de qua opi.vide,quę latius dixi in c.qua-
liter.el ij.j.de accusa.in v.prin.art.q.xj.Et vide quæ dixi in c.à
nobis.el.j.j.de sen.excom.in prin.arti.

51 ¶†Octauò principaliter quæro vtrũ domicilium mutari,amit-
ti,seu perdi possit.Sol.dic ꝙ aut loquimur in domicilio natura
lis originis propriæ vel paternæ,aut in domicilio accidentali.

52 ¶†Primo casu dic,ꝙ tale domiciliũ per solam voluntatem nõ
põt mutari aut transferri.hominis enim voluntas , assertio, as-
sumptio,seu renũciatio,in his,quæ naturalia sunt, nihil operatur.
tex.est in l.assumptio.in princ.ff.ad muni.& in l.origine.C.de
muni.& orig.li.x.& ibi glo.per quæ iura hoc etiam tenet Do.
me.in c.præce.& per c.iij.de temp.or.lib.vj.Spe.& Io.And.de
cõpe.iud.adi.ver.xlij.sicut enim iura sanguinis,pactis aut volũ
tate viri mutari nõ possunt,vt in l.iura sanguinis.ff.de re iud.&
in l.ius agnationis.ff.de pac.Ita & naturalis origo.facit insti.de
iure naturali.§.sed naturalia.tenet etiã glo.in l.pe.ff.de sena.vn
de licet quis ad aliũ locum transferat domicilium: tamen pro-
priæ ac paternæ originis domicilium retinet:non solùm quò ad
temporalia,sed etiam quò ad spiritualia.de temporalibus proba
tur in.d.l.assumptio.& in.d. l.origine. de spiritualibus verò in
c.iij.de tempo.ordi.lib.vj.vbi dicitur,quòd Episcopus ratione
originis potest promouere ad ordines.tenet Dom.m.in c.fi.de
paro.Et hoc procedit in domicilio cuiuscũque loci, etiam vilis-
simi, vt est text.in.l.fi.& ibi not.glo.fi.C.de munic.& orig.li.x.
facit etiam.l.j.eod.titu.fortius ergo in domicilio magnifico. Et
ad prædicta faciunt,quæ dixi.s̃.in.ij.q.prin.vnde sit conclusio,
quòd voluntate,aut animi destinatione, vel rerum etiam trãsla-
tione,aut in alio loco habitatione,laris constitutione,vel rerum
comparatione,seu emptione,nõ mutatur nec amittitur hoc do-
micilium. Item nec per adoptionem mutatur,aut amittitur, vt
in l.ordine.§.fi.ff.ad muni.& in l. adoptionibus.de adopt. Item
tale domicilium non amittitur etiam per relegationem,vt not.
in.l.eius. la.ij.in fi.ff.ad munic.Et in loco originis potest cõueni
ri, & procuratorem constituere,vt.l.papinianus exuli.ff.de mi-
no.A.B. Aduert:qe tamen uia Bartol.in tract.represaliarum.in
vij.quæ.princ.versic.ad secundum.dicit quòd si represaliæ sunt
concessæ contra homines de Florentia, vel Florentiæ: videtur
b quòd non possint exerceri contra ciues[b] Florẽtinos alibi habi-
tantes: quia non dicuntur Florentiæ nec de Florentia : nam ta-
lia verba Florentiæ vel de Florentia,debent intelligi de eo qui
ibi conuersatur & moratur. l.j.§.bestias.ff.de postu. Et magis
hoc casu debemus inspicere accidẽs,quàm originem.& ita cõ-
suluit.d. Albertinus de rampo.refert tamen Barto.alias opi.de
quibus ibi per eum,& tãdem subdit,quò ad illam materiam re-
presaliarum opi.suam, vide ibi per eum. Sed quicquid sit, quò
ad illam materiam. propter verba concessionis repræsaliarum,
quantum ad materiam nostram tenet , quòd s̃.dixi, quòd sola
animi destinatione, vel rerum aut personæ translatione, non a-
mittitur domicilium originis.Ma. Sed domicilium accidentale
bene amittitur relegatione,vt dicam in seq.quæ.in qua etiam la
tius dicam de bannito. Insuper etiam nec per monachationem
amittitur: quia monachus retinet iura agnationis,vt l.Deo no-
bis.C.de Episcop.& cleric.tenet Barto.in l.j.ff.ad muni.moue-
tur:quia quis per monachationem mutat statum in meli9: quia
melior est vita cõtemplatiua,quàm actiua:vt in authen.de mo-
na.in princ.ij quæ.vj.c.sancta.sed per meliorem statum super-
uenientem non perditur ciuilitas:vt l.senatores.ff.de sena.ergo,
&c.Et idem etiam sentit Bart.in d.l.ordine.§.fi.& in.l.ciues.C.
de inco.lib.x.& Dom.m.in c.fi.de paro. vbi etiam idem tenet
in Abbatibus & alijs præpositis ecclesiarum: quia licet effician
tur ciues, vbi habent Abbatiam, vel dignitatem : non tamen
amittunt domicilium originis.& tenet Barto.in.d.l.j.vide quod
dixi.s̃.in vj.q.versi.iiij.&.v.& idem tenet Angel.in. l.hæres ab-
sens.§.j.in fi.ff.de iudi.Aduerte tamen:quia text.videtur velle, a
quòd quamuis difficile sit tale domicilium amittere: tamen vi-
detur amitti posse. vnde si quis domicilio relicto nauiget , vel
iter faciat quærens quò se conferat: atque vbi consistat : hunc
putat Celsus sine domicilio esse.text.est in.l.eius.la.ij.§.celsus.
aliàs est lex, si quis instructus.ff.ad mu.vnde cùm text. simpli-
citer loquatur, videtur quòd vagabundus amittat domicilium
istud.sed hoc non placet glo.ibi, & bene. nisi tale domicilium
casmate perijsset : vt in ciuitate Sodomæ & Gomorræ Adria, b
& Rimensi , Anthiocenæ, & quibusdam alijs : quæ tempore
Alexandri tertij conciuis nostri anno M.clxx.terremotu pe-
rierunt. vel si ciuitas originis passa esset aratrum , vt Troia &
Chartago:vt.l.si vsusfructus.& ibi etiam glo.ff.quib.mo.vsus-
fru.amit.Item Brixia & Bononia semel passę fuerunt aratrum.
vt traditur in proe. digestorum. & Bononia prius vocabatur
b Thesolonia. [c] xj.q.iij. c.cum apud. sed postea ex Principis in-
dulgentia reædificata , fuit vocata Bononia, vt dixi in.c. dile-
ctus.el.ij.j.de simo.in.iiij.q.princ.tradit Io.An.post Ros.in ad-
dit.Spec.in titu.de compe.iudi.adit.versi.xlij.& idem etiam si
ciuitas capta esset secũdùm gl.in d.§.Celsus.per. l.loca.ff.de re-
ligiosis & sump.funerũ.Hoc tamen vt dicit Bart.est intelligen- c
dum,quando esset capta ab hostibus populi Romani,vt à Sara-
cenis.nam tũc perditur beneficium ciuilitatis illius ciuitatis:se-
cus si vna ciuitas capiatur ab alia,vt.l.si quis ingenuã.§.fi.& in
l.hostes.& ibi no.ff.de captiuis. & idem dicit gl.prædicta, si o-
mnes recesserũt: puta,propter ærem pestiferum,aut simile peri
culum morę ibi trahentis,vt in Babylonia.Et aduerte:qa quod
dixi,quòd domicilium quod amittitur, si ciuitas originis passa
est aratrum,vel casmate perijt,aut est capta ab hostibus,vel pe-
nitus derelicta procedit,quãdo ciuitas cum toto territorio ali-
quod prædictorum passa fuit:secus si sola ciuitas,vel pars ciui-
tatis hoc esset passa.argu.l.qui ex vico.ff.ad mu.iunctis his,quæ
tradũtur in l.pupillus.§.territorium.& §.incola.ff.de verbo.si-
gni.vnde non sufficit ciues recessisse à ciuitate,nisi recesserint à
toto territorio:sed si recesserũt de vno loco territorij,& se trãs-
tulerunt ad locum alterius territorij:tunc illa ciuitas esse desi-
nit.se

a ¶Sed Ang. Vide Docto.pręsertim moderniores in d.l.fi.ff.de iuris.om.iud.& cañ.in d.c.vt animarum. & Bal.in l.pe. col.v. de execu. rei iudi.

b ¶ Adde ꝙ dicit Bar.in l.j.§.remouet.vers. & iste.§.inducitur.ff.de postul. & quod not. per Ange. Are.in §.sed naturalia.de iure natur.gen.& ciui.Bald.in cons.clxxxv. libr.v. & Pe.Phi.Cor.in cõsil.clxxvij.lib.iiij.

c ¶No.Bononiam passam aratrum. & adde, quod habetur per Doct. præsertim Ias. in l.j.in iiij. col.in ij. lect.C.de sum.tri.& fide catho. vbi ponit de materia c. cùm apud. hic alleg.

nit,secundùm Barto.in d.§.Celsus.allegat not.per Innoc.in c.
Abbate.de verbo.signi.Insuper etiam dicit glos.in d.§. Celsus.
ꝙ quis potest desinere esse de loco originis per priuilegium:&
ibi senatores,& filij,acnepotes iam nati,speciali priuilegio eximuntur
à domicilio originis,vt l.filij.§.senatores.ff.ad munic.
quod intelligunt ibi gl.& Doc.& bene,quo ad onera:non quo
ad honores.& idem etiam putat Bartol.in d.§. Celsus.per pœnam
impositam,per quam aliqua ciuitas per sententiam Principis
sit priuata omni iurisditione & ciuilitate. nam isto modo,
perditur domicilium ciuilitatis. sicut dicimus in priuato condemnato,
vt in l.quod ad statum. & l.qui vltimo.ff. de pœnis.
Insuper adde,ꝙ is,qui propter aliquod delictum, puta quia legatos
hostium verberauit,hostibus datur:amittit domicilium
originis,seu ciuilitatis:si ab hostibus recipitur:secus si non recipitur,
vt l.fina.ff.de legationib.in captis verò ab hostibus dicendum
est,ꝙ ipsi retinent iura postliminij.de quo iure latè.ff.
& C.de capti.& postlimi.reuer. Et secundùm prædictos modos,
vel aliquem prædictorum modorum propter causas prædictas,
si quis nauigaret quęrens vbi se collocaret: esset sine domicilio,
vt dicit Celsus,vt pōt intelligi.§. Celsus.ꝙ est sine domicilio,
scilicet accidentali,sed nō sine domicilio naturali. Aduerte
etiam:quia etiam speciale priuilegium matrimonij videtur
esse, propter quod mulier nupta alienigenæ videtur amittere
domicilium propriæ originis.Ita not.gloss.in l.origine.C.
de mune.& origi.lib.x.per l.j.C.de mulie.& in quo loco.libro
x.facit etiam l.cùm quædam.ff.de iurisd.om. iudic. & lex fina.§.
item rescripserunt mulierem.ff.ad munici.& Barto. ibi dicit,ꝙ
hoc procedit quò ad ea omnia, per quæ persona mulieris posset
abstrahi à seruitijs viri. Et ideo in loco propriæ originis nō
potest vocari ad honores, munera,seu iudicia. & ita procedat
d.l.j.& d.l.cùm quædam. & §. item rescripserunt. seu quò ad
a alia[a] mulier non mutat originem,per l.assumptio.in princip.ff.
ad munic. Ego tamen reperio zaba.consuluisse contrarium.in
quo consilio simpliciter tenet mulierem mutare originem per
matrimonium,per l.exigere dotem.ff.de iudic.qui tex.nō multum
facit.reperio etiam idem tenuisse dominum Signorolum
de Amadeis,de Mediolano per glos.in l.origine. Sed opinio
Barto.videtur æquior & magis fauere matrimonio: & eam videtur
tenere Domi.me.in c.præce.remittit tamen se ad no. per
Barto.in d.§.item rescripserunt.Et per prædicta dicit Barto.ꝙ
mulier alibi nupta,potest emere possessiones: non obstante statuto,
disponente,ꝙ forensis non possit ibi emere possessiones.
Ego bis consului in quæstione facti, ꝙ offendens nuptam in
alieno territorio,vel in aliena familia,non poterat gaudere beneficio
statuti disponentis,ꝙ offendens aliquem ciuem, vel de
familia,non gaudeat beneficio pacis. vnum consilium incipit,
Generosus miles dominus zelius.Aliud incipit,in causa accusationis,
vbi respondi ad dictum Barto.in l.fina.C. de priuileg.
scho.per sponsalia verò contracta per verba de futuro,aut per
concubinatum,vtrum amittatur domicilium fori originis, vide
quæ dixi in rubri.versicu.lxvj.Et not.ꝙ quæ dicta sunt de
domicilio originis propriæ,arbitror etiam procedere in domicilio
paternę originis:quia ædem sunt ratiōes in hoc casu,quæ
in origine propria. Insuper etiam aduertendum est circa modos,
per quos dixi quæri domicilium ex iuris dispositione, secundùm
quod dixi in vij.quæstio.præcedē.in tertio membro:
quia in illis nō operatur animus hominis: sed iuris dispositio,
& seruanda est ipsa iuris dispositio, nec ex eis potest quis facere,
vt ius non habeat locum in actibus suis,vt l.nemo potest.
ff.de lega.j.& not.in Cle.gratiæ.& ibi de rescrip.traditur etiam
in materia protestationis per domi.Anto.& Moder.in c.cùm
M.s̈.de constitu.& per Bart.in l.non solùm.§.morte.ff.de ope.
noui nuncia.

53 ¶†Circa secundùm membrum princi.de domicilio accidentali,
quod acquiritur animo,seu assumptione : indubitatum est,ꝙ
illud potest mutari,amitti,transferri,& multiplicari per varios
modos.de quibus dicam in sequē.q.faciunt quæ dixis̈.in vj.q.
princi.& etiam in iiij.q.prin.quod tamen est verū:nisi in præiudicium
præuentionis iam factæ,vt dixi in c.præced.& tetigi
in præce.vij.q.ver.v.effectus.

54 ¶†Nonò principaliter quæro qualiter, & per quos actus &
modos domicilium possit mutari & amitti.Solu.de domicilio
originis satis dictum fuit in pręceden.quæstio.adde tamen, ꝙ
statim dicam de bannito & relegato. Sed domicilium accidentale,
quod quisque potest sibi assumere,sicut propria voluntate
potest illud assumere,secundùm ea, quæ dixi in vj. quæstio.
princ.Ita & propria voluntate,re & verbo potest illud amittere:
& ad alium locum transferre,vt l.assumptio.& l.libertus.§.
j.& l.nihil.ff.ad municip.facit c.j.j.de reg.iur.Et aduerte:quia
tex.in l.domicilium.ff.ad munici.dicit,ꝙ domicilium re & facto
transfertur.& glo.in l.origine.C.de mu.& orig.li.x.dicit
ꝙ transfertur re & verbo,& non verbis tantùm. & idem Bal.
in l.fi.C.de muni.& ori. & bene dicit:quia nec solo verbo, seu
sola animi destinatione constituitur, vt dixis̈. in vj. quæstio.
princip.& quamuis Bartol.in l.de iure.ff. ad municip. dicat,ꝙ
domicilium, quod constituitur nuda voluntate, potest nuda
voluntate mutari:tamen intelligitur, ꝙ nuda voluntas nō stet
in finibus solius destinatiōis.Sed debeat ita intelligi,ꝙ vbi aliquis
actus solus non sufficeret ad domicilij constitutionem,vt
puta emptio possessionis, vt domus:aut conductio vel habitatio
parui temporis:si tamen emens , conducens,aut taliter habitans
exprimit, ꝙ hoc facit animo constituendi domicilium,
sufficit: & tale domicilium absq; venditione possessionis nuda
voluntate tollitur :sed quando domicilium ipsa re constitueretur,
vt puta, propter possessionem omnium , vel maioris
partis bonorum:tunc non sufficit solus animus.& hoc subdit
Bartol. in d.l.de iure.dicens,ꝙ incolatus, qui constituitur per
maiorem partem fortunarū,vt l.ciues.C.de incol.& in l.hæres
absens.ff.de iudic.non potest mutari nuda voluntate:sed opus
est facto,vt l.domicilium.ff.ad municip. quod dicit Barto.esse
notandum,per quod dicit semel vidisse quendam forensem cōuentum
pro quibusdam mercantijs,quas habebat:qui conuentus
opponebat,ꝙ non debebat ibi conueniri, cùm non sortiretur
ibi forum. Sed quidam solennis aduocatus actoris respondebat,
ꝙ imò sortiebatur:quia habebat maiorem partem fortunarum
suarum ibi:dicens, clarè constat , ꝙ iste habet hic istas
mercantias:nec constat,ꝙ alibi habeat aliud,ergo est incola. &
fortè non malè dicebat,secundùm Bartolum. nisi probaretur,
quòd alibi aliud haberet, vel nisi probaretur quòd illas mercantias
haberet : tanquam transiens, non tanquam ibi requiescens.
argumentum.l.eius.§. Celsus.ff.ad municip. & sic sentit
Barto.ꝙ per possessionē omnium vel maioris partis bonorum
in vno loco quis sortitur ibi domicilium.de quo dic vt latius
dixi in vj.q.princip. in secundo membro.in princip. Est ergo
conclusio secundùm Barto.ꝙ domicilium accidentale nō trāsfertur
solo verbo:sed opus est facto.& sic re,& verbo ,seu animo.
Et idem voluit Bart.in l.prædicta.§.j.ff. de fun.instru. per
quem tex.no.ibi,ꝙ quando quis recedit à loco,relicta familia
& rebus,non videtur habere animum transferendi domiciliū.
Sed quādo quis recedit de loco cum rebus suis, præsumitur habere
animum mutandi domicilium,secundùm Bart. in l.assumptio.
§.penul.ff.ad municip.per illum tex. allegat etiam no.per
Innocen.in c.iij.de renun.Et idem etiam dicit Barto.in l.domicilium.
ff.ad municip. vbi etiam allegat dictum Innocen.in d.c.
b iij.Sed Innocē.ibi non dicit hoc:sed loquitur de transeunte de
vno beneficio ad aliud.placet[b] tamen dictum Bartol. pro quo
faciunt,quæ dixi in vj.q.princip.in secundo membro, per monachationem
verò & Abbatialem prælaturā,amittitur domicilium
accidentale:cùm debeant esse continuò in monasterio:licet
non amittatur domiciliū originis,vt dixi in q.princ. Quid
autem de domicilio quæsito per adoptionē,de quo dixi in rubri.
ver.iiij.dic,ꝙ soluitur per emancipationem.text.est in l.sed
& si is.ff.ad muni.& probatur in l.in omni.& l.seq.ff.de adop.
cùm si.Insuper etiam hoc domicilium soluitur per relegationē,
vt in l.eius.§.fi.iuncta glo.ff.ad mu.licet enim domicilium originis
nō amittatur relegatione,vt dixi in præce.quæstio.tamē
55 secus est in domicilio assumpto.† Quid autem de bānito,vtrū
per bannum soluatur domicilium originis . de quo remisi me
hic dicturum,ꝙ Bar.in l.fin.ff.de legatio.per illum tex.dicit,ꝙ
si est talis bannit9, qui possit impune offendi: quia dicitur hostis
suæ ciuitatis,vt in l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.diminu.
& idem dicit Barto.si est talis,qui sit prohibitus receptari.
argu.eius,quod dicitur de eo,cui est interdictum aquę & igni.
Et ideo dixit Bal.in l.sed & milites.§.sed ignominia.ff. de excusa.
tut.ꝙ si fit proclama,ꝙ quilibet teneatur ire ad exercitiū,
non cōprehenditur bannitus:quia non est ciuis. Et pro prædicta
conclusione , facit quæstio disputata per Vgo. de fon.per
mensem,quam refert Alb.de Rosa.in quæstionibus statutorū.
q.lxvj.in qua dicit,ꝙ staute statuto Vercellis,ꝙ offendēs Mediolanensem,
puniatur in centū:ꝙ si aliquis offendit Vercellis
Mediolanensem bannitum à Mediolano,effectum incolā Vercellis
tali offensione,ꝙ ex ea de iure communi veniebat imponenda
maior pœna centum librarum,vt in incendio,ꝙ hoc casu
non potest vti beneficio dicti statuti:quia ad hoc, vt sit Mediolanensis,
nō sufficit origo:quādo domicilium originis esset
sibi intellectū.alleg.ff.de verbo.sig.l.prouinciales.& reprobat
glo.ibi super verbo,eos:quia secundùm illam glos.nulla fuisset
dubitatio illius legis,per l.ij.& l.incola.ff.ad munici.quàm dicit
determinare quæstionem prædictam : intelligendo eam, vt
iacet. Sed Bartol.in d.l.prouinciales. videtur ibi aliter intelligere

a ¶Quò ad alia &c. Vide Alexā.cōsil. xx.lib.ij.& de ista materia, vide Feli. in proœ.gregoria no.in ix.colū. vbi multa adducit,pręsertim Ant.& zaba.in consilijs, vide tamen Soci. in consi.xxx.in j.volu.versic.circa iiij. & Paul. consilio lxxxix.lib.ij.

b ¶Placet.Tamen. adde Bald. in rub. C.si à non compe. iud. vide etiā not. per Alexan: post Bart.in l.lex Cornelia.§. domū cū seq.ff.de iniur.cano.in c.fin. de paroch.& Bal.in authen. & omnino. C.ne vxor ꝓ ma. & in ru. C.de pœ. iudi.qui ma.iudi.

gere.vide ibi per eum,allegat etiã Vgol.de fon.in l.municeps.ff.ad munici.& l.ciues.C.de incol.lib.x.Sed quantum ad terminos nostros,quò ad effectum perdendi domicilij etiam originis concludũt præfati Doct.quod sufficit,ꝙ non possit stare in loco originis:quod intelligo,quando nec in ciuitate,nec in territorio stare potest,per ea,quæ dixi in viij.q.princip.Sed domi. Nellus de sancto Geminia.in tractatu bannitorũ.in prima parte secundi temporis q.v.& q.lv.dicit,ꝙ bannitus perdit ciuilitatem in his,quæ pertinent ad sui fauorem:sed in his, quæ pertinent ad sui odium,non perdit:si est eius originis.vide ibi per eum.Sed circa prædicta occurrit dubium.quid iuris in exititijs, seu expulsis à ciuitate.Circa quod dicẽdum est,ꝙ tales propter hoc non amittunt domicilium:sed possunt ibi cõueniri.hoc tenet Guid.de Suza.per l.papinianus exuli.ff.de mino.& l.eius.§.fin.ff.ad municip.facit l.de pollicitationibus.ff.de pollici. & quod not.in l.ad cognitionem.ff.quib.ex cau.pos.ea.& ibi per glo.Et ratio est,quia ex quo præsumuntur habere animum reuertendi,non videntur in totum deseruisse:vt l.ex facto.in fin.ff.de hæredi.institu.nisi essent deportati,rei quasi deportati: & quia exularent omnibus bonis confiscatis.Nam tunc conueniri non possunt:sed fiscus illius ciuitatis,qui bona possidet,conuenietur.per l.tutelas.§.si liberta.& l.pertinet.ff.de capi. dimi.& ff.ad leg.Iul.de vi publi.in l.tutores.& in l.j.C.de fideius.secundùm Guid.de Suza.& sequitur Bald.in l.ij.C.de iurisdict.omn.iudi.tenet Specu.in tit.de compe.iud.adi.§.j.versi.quid si aliquis Senensis.& vide quod statim dicam in materia vagabũdi.& satis videtur rationabilis decisio.potest tamen fortè distingui,vt statim dixi de bannito.Ange.etiam in l.hæres absens.§.j.ff.de iudi.sequitur dictam opin.& dicit,ꝙ si bona talis essent confiscata,non posset alicubi conueniri.quod intellige pro cõtractibus antea celebratis:secus si postea celebrarentur do.Anto.dicit,ꝙ si bannitus,aut expulsus,alibi eligit domicilium,poterit ibi conueniri.si autem non elegit domicilium, tunc si non est spes ꝙ cito reuertatur,poterit ibi conueniri,tanquam vagabundus.& hoc etiam videtur fuisse de mente Spec.& est satis rationabile.ad quod allegat notata per eum in c.clericis.s̃.eod.vbi idem tenet dominus meus.

56 ¶†Decimo principaliter quæro,quis sit effectus mutatiõis vel translationis domicilij.Solu.dic,ꝙ aut quis transfert domiciliũ ea intentione,vt retineat primum:quod fieri potest,secundùm ea,quæ dixi in iiij.q.princi.& tunc in vtroq; domicilio potest conueniri:& vterq; locus domicilij habet effectus,de quibus dixi in vij.q.prin.Aut transfert in totum domicilium:i a ꝙ desinit habere domicilium in priori loco.Et hoc casu, quò ad contractus postea celebratos,vel delicta postea cõmissa,nõ potest amplius vexari,aut cõueniri in loco prioris domicilij:sed in loco secundi domicilij:sed quò ad contractus tempore primi domicilij celebratos,& similiter de delictis commissis ibi, vel alibi,si facta est præuentio:mutatio non prodest,quo minus ibi teneatur prosequi,etiam si conuẽtus fuerit ratione domicilij, per ea,quæ latius dixi in c.præce.Si verò nulla facta esset præuentio dic,ꝙ aut loquimur de contractibus,vel delictis ibi celebratis,vel cõmissis:aut alibi.Primo casu dic,quòd aut conuenit̃ ratione contractus vel delicti:& cogitur ibi respondere.concurrentibus tamen his,quæ dixi in c.dilecti.& c.postulasti.s̃.eo.& hoc tenet Spec.in titu.de compe.iud.adi.§.j.ver.quid si debitor.quia licet per mutationẽ domicilij mutetur forus,respectu vel ratione domicilij:non tamen mutat̃ ratione contractus vel

a delicti[a],quia talis forus nõ est mutabilis:quia facta pro infectis haberi nõ possunt:vt in l.in bello.§.factæ.ff.de capti.tenet Barto.in l.cùm quædam.ff.de iurisdic.om.iud.Et est casus apertus in l.ij.C.de iuris.om.iudi.& tenet Do.m.in præce.Adijciẽs rationem:quia si contraxisset,vel deliquisset alibi, quàm in loco domicilij:posset ibi etiam inuitus conueniri,vt d.c.dilecti.& c.postulasti.ergo fortius quãdo cõtraxit in loco domicilij.Quare cum ipso tempore cõtractus & delicti cõcurrerent duo vincula:licet desinat vnũ,videlicet domicilium:non tamen desinit aliud,videlicet locus cõtractus vel delicti. Et sic saltem virtute fori cõtractus,vel delicti,potest ibi conueniri.arg.not.Instit.de nup.§.affinitatis.& eorum,quæ dixi in c.cùm cessante.j.de appel.Aut conuenitur tanq̃ habens ibi domicilium,& dic vt dicam in seq.membro.Si verò loquimur de cõtractibus alibi celebratis,seu de delictis alibi commissis,nec sit ibi facta præuẽtio.Quidam volunt,ꝙ licet mutet domicilium,tamẽ potest cõueniri in loco primi domicilij.hoc voluit Bart.in d.l.ij.C.de iurisdi.om.iud.ibi per illum tex.quem dicit non esse alibi conclu dit,ꝙ licet quis mutet domicilium, quod habebat tẽpore contractus,licet ibi non cõtraxerit,sed alibi:& licet mutet ante prę uẽtionem:nihilominus poterit in tali loco,vbi habebat domicilium tempore cõtractus,cõueniri.quod dicit singulariter notandum.Sed do.Anto.in c.præce.tenet contrarium,per illum tex.& ad d.l.ij.respondet,ꝙ loquitur quando ibi contraxisset.& ita etiam videtur intelligere ibi Cyn.Sed dicit Ioan.de Imo.in c.præce.quòd si prædicta opin.do.Anto.esset vera,tex.in d.l.ij.debuisset dicere,ꝙ debet conueniri vbi habet domicilium:vel vbi contraxit:non autẽ debuit dicere,prout dicit,quòd conuenitur vbi habet domicilium,vel vbi habuit tempore contractus.& sic Io.de Imol.videtur residere cum opi.Bart.pro qua domi.meus in c.præce.allegat rationem:quia contrahendo,videtur tacitè se obligare vbi habet domicilium,& vbi contrahit vt d.c.dilecti.s̃.eo.Nec obst.tex.in c.præce.quia potest intelligi,quando non conuenitur ratione contractus.Sed fortè ratione rei alibi sitæ.Subdit tamen domi.meus ꝙ prædictus tex.nimis restringitur,cùm indistinctè loquatur.Et similiter tex.in l.si quis postea.ff.de iud.& in l.cùm quædam.ff.de iurisd.om.iudi.quæ iura loquuntur indistinctè,& ponderant præuentionẽ.Quare concludit domi.meus dici posse,ꝙ dictum Bar.nõ procedat.& ad illam l.ij.potest responderi,quòd potest intelligi de domicilio vbi cõtraxit:vnde habuit respectum ad id, quod cõ a muniter accidit:aliàs sequeretur absurdum, ꝙ reus non posset conueniri vbi contraxit:cum litera ibi tantum faciat mentionẽ de domicilio præsenti:& de eo,quod habebat tempore cõtractus,cui tamen forus contractus sit principalior respectu conuentionis.Item quia aliàs multum deterioraretur conditio rei:quia posset cõueniri,& vbi habet domicilium,& vbi habuit tẽpore contractus,& vbi fuit initus contractus,quod esse nõ debet.argu.c.translato.de constitu.facit d.c.dilecti.s̃.eo.vbi dicit̃,ꝙ ratione contractus quis potest conueniri vbi domicilium ha b bet,& vbi contraxit.Quare cùm istud domicilium succedat in loco illius:ergo &c.vt argu.c.translato.Ita concludit do.meus in c.præcedenti,& dicit,ꝙ fortè hoc fuit de mente Bart.licet loquatur nimis generaliter.& prædictam opi.tenet Pau.de Cast.in d.l.ij.per d.l.ij.si quis postea.& d.l.cùm quædam puella.& mihi placet.vnde concludo,ꝙ si aliquis ante præuentionẽ mutauit domicilium:de alibi gestis non poterit conueniri in loco dimissi domicilij.pro qua conclusione faciunt,quæ latè dixi in c.qualiter.el ij.j.de accusa.in vj.princip.arti.q.xj.Et ad rationẽ domi.mei potes faciliter respondere:quia aut tu vis,quòd ille videatur obligasse se in loco domicilij,quod tunc habebat: tãquam ibi destinauerit solutionem,& non potest:nisi ratione cõtractus:quia hoc operatur ipsa destinatio solutionis, vt dixi in d.c.dilecti.Aut tu vis,ꝙ videatur habuisse respectum ad domicilium:& tunc tanto tempore videtur esse obligatus,quãto tẽ

b pore durat ipsa quantitas domicilij:quia limitata[b] causa,limitatum parit effectum.vnde illo cessante,cessat potestas ibi conueniendi:maximè quia de natura domicilij assumpti est,vt possit mutari & transferri,vt dixi in viij.q.prin.Quid aut si actor conueniret obligatum tempore prioris domicilij.reus verò excipit dicens,conuenias me in loco prioris domicilij.dic vt statim dicam in iiij.princip.arti.in materia iuris reuocandi domum.Sed dubium maius & notabile occurrit.quid si non apparet, ꝙ taliter obligatus adhuc mutauerit domicilium:sed tamen nõ reperitur in loco domicilij:& conuenitur ibi:vnus comparet pro eo & dicit,ꝙ ipse non intendit ibi respõdere:cùm iam mutauerit domicilium.hanc quæstionẽ non tangunt Doct.Ego habui de facto nunc est quartus annus in causa Comitis Aldribrandi de ylcio,cõtra quem procedebatur hic ratione domicilij sui assumpti pro homicidio commisso per eum extra territoriũ:quia in comitatu de Ylcio quendam de facto suspenderat. Ego inter alia allegaui,ꝙ capitaneus,qui formauerat inquisitionẽ,non poterat cognoscere:ex quo hic non reperiebat̃:& asserebat se mutasse domicilium per discessum suum:cum hic non haberet bona:sed habebat extra territoriũ in ipso comitatu de Ylcio: vnde ad transferẽdum domicilium sufficiebat solus animus cum recessu,per ea,quæ dixi in c.præceden.& ad probationem animi sui stari debebat suo iuramento:maximè propter adiunctũ actum recessus.faciunt not.per glos.Instit.de actio.§.alie.& in c.significasti.j.de homic.vbi vide alia multa iura,quæ ibi allegaui.faciunt etiam,quæ superius dicta sunt.Item facit,quia hic nõ reperiebatur argu.eorum quæ dixi in d.q.xj.in d.c.qualiter.Et etiam ex similitudine fori ratione contractus,quando ibi nõ reperitur per c.Romana.§.contrahentes.eo.tit.lib.vj.& quod dixi in c.dilecti.s̃.eo.in iij.q.prin.secundi prin.arti.ver.sed quęro iuxta prædicta.& per id quod dicit Ang.in l.hæres absens.§.j.ff.de iudi.vbi dicit,ꝙ si aliquis nõ reperitur in loco propriæ vel paternæ originis,nõ potest ibi conueniri.ergo multo fortius in terminis nostris,cũ difficilius mutet̃ domiciliũ originis, quàm assumptionis,vt dixi s̃.in viij.q.princ.Et ex his,Deo duce,hæc materia fori ratione domicilij,cõsequuta est amplum,clarum:& ordinatum domicilium,Sed postquã in domicilio stetimus

a ¶Vide nota.per Alex.in l.cũ quædam puella.ff.de iurisd.om.iud.& Ange.& Pau.in d.l.ij.C.eo.& adde do.Francis.de Are.ĩ cõsi.cxxxvj.col.ij.& iij.

b ¶Limitata causa.de hac regu.vide modern.latè in l.age.in ij.colũ.vbi multa ex hoc deciduñt.C.de trãs actio.

& aliquando de vagabundo mētionē fecimus, placet nunc aliqualiter euagari, & materiam vagabundi assumere. de qua s. in rub. in ver. cxiiij. remisi me hic dicturū: ideò pro clariori expeditione prosequar duas questiones.

¶ Prima erit quis dicatur vagabundus.

¶ Secunda, vbi sortiatur forum.

57 ¶ † Primò igitur quæro quis dicatur vagabundus.[a] Solu. gloss. in l. eius. §. celsus. ff. ad mu. dicit, quòd vagabundus dicitur ille, qui non habet aliqđ domicilium, nec aliquam habitationem. et sic secūdum illam gl. requireretur, ꝙ ciuitas originis suę esset penitus destituta, vt dixi in materia domicilij in. viij. q. prin. & ideò pdicta opi. cōiter reprobatur, vt patet ex his quæ statim dicam, nisi diceres, quòd glo. intellexerit de eo qui non habet domicilium, s. assumptum: vel animo constitutum. communis cōclusio est quòd vagabundus dicitur, qui per mundum vagatur. ita dicit glo. in l. iiij. §. pretor ait. ff. de dam. infect. & sequitur ibi Bar. & cōiter Doct. idem etiā tenet Inn. in c. fi. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. in glos. fin. & tenet etiam in l. hæres absens. ff. de iudi. & idem ego tenui post. d. Ant. & Io. & Imo. in Cle. causam. de elect. & probatur. s. in. j. consti. huius compil. & in c. peruenit. vij. q. j. & in d. l. eius. §. pe. & in Cle. j. §. si verò. de sta. reg. & est bonus tex. & ibi glo. & Bald. in l. j. C. de colo. Palesti. lib. xj. & in l. j. C. de colo. Trecensibus. lib. xj. & tex. gloss. & Bar. in l. j. C. de tyronibus. libr. xij. Et per prædicta iura idem etiam tenet Ange. in d. l. hæres absens. §. j. & tenent Barto. & Bald. in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. sentit Specu. & Io. And. ibi in addi. in titu. de compe. iudi. adi. versi. xl. & extra in extrauaga. execrabilis Ioannis. xxij.

58 ¶ † Secundò quero vbi vagabundus sortiatur forum. & sic, vbi possit conueniri. Sol. dic, quòd potest vbiq; conueniri: & in eo habet locum illud dictum, vbi te inuenero &c. in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. secundùm Hostien. & Io. And. hic tenet etiam glo. in d. l. hæres absens. §. at si quis. ff. de iudi. in princip. glo. magnæ: ne alioquin creditor ius suum perderet. arg. ff. de ope. lib. in l. quod nisi. §. fi. & ff. de his, quæ in frau. cred. in l. ait pretor. §. si debitorem. & ff. de eo, quod certo loco. in l. ij. & ff. qui satis. cog. l. si fideiusso. §. fin. probatur etiam in d. l. j. C. vbi de criminib[us] agi oportet. & ibi per Cy. per l. j. C. vbi quis decuriali vel cohortali. tenet Host. in sum. huius tit. §. ij. Barto. Ange. & Bal. in d. l. hæres. §. j. & Barto. in l. eius. §. pe. ff. ad mu. Specu. in tit. de compe. iudic. adi. §. j. versi. sed quid si debitor vagatur. motus, ne aliàs creditores defraudentur &c. vt s. dixi. rñdebit ergo vagabundus vbiq;, & satisdabit secundū Spec. & glo. in d. §. at si quis. & in l. ij. §. pe. ff. de iudi. & per glo. in l. ciues. s. de incol. li. x. & ista fuit opi. Pilei. q. xix. & Rofredi beneuentani, qui concludunt, vagabundū cogendum respondere vbiq;, nisi idoneæ caueat de redeundo ad locum domicilij, vel cōtractus: quia vagabundus alium forum non habet: vt l. j. & ij. C. vbi de cri. agi oportet. & s. dixi, & sequitur Ioan. An. in addi. Spe. ad dictū versi. sed quid si debitor vagatur. & Cy. post Pe. in d. l. j. C. vbi de cri. agi oportet. & Bal. post quēdam d. Tho. qui dicit ꝙ hoc pcedit non solùm in delictis, sed etiam in contractibus. facit etiā ad prædicta: quia vagabundus omne priuilegium perdit, vt in l. si quis domesticorum. C. de domesticis & protectoribus. lib. xij. tetigi in c. postulasti. s. eo. sed aduerte: quia inquātum doc. volunt quòd vagabundus debet vel ibi respondere, vel satisdare de respondendo in domicilio: videtur necessariò intelligēdum vel de eligendo domicilium de nouo, vel de redeundo & respondendo in loco vbi prius habebat domicilium: quia si haberet domicilium, non diceretur vagabundus, vt s. dixi, nisi diceres ꝙ Docto. dicunt intelligendo de foro originis, quod domicilium vagabundus non admittit (vt dixi in materia domicilij in viij. q. prin. & in ix.) sed dicit Domi. me. se putare quòd ex quo tempore conuentionis reperitur sine domicilio, & sic fundata est iurisditio illius vbi reperitur, & conuentus est: videtur quòd non sufficiat præstare cautionem, cùm sit præuentus per citationem. ar. c. præce. & l. cùm quædam ff. de iur. omni. iudi. & ar. not. in c. j. de obliga. ad ratiocinia. quia videtur hoc facere in fraudem: ar. optimum in c. ex parte. de priuilegijs. & in c. ij. j. ne cleri. vel mona. & ista fuit opi. Ioā. Cal. in c. j. de rap. per
59 dictā l. primā. C. vbi de crimi. agi oportet. † vbi text. simpliciter innuit (secundùm vnam lecturam) vagabundum posse puniri vbi[b] reperitur: & quòd iudex non tenetur ipsum remittere ad aliam locum. sed opi. contraria posset procedere in eo, qui habet domicilium, sed aliqualiter vagatum. Item aduerte: quia Hosti. in summa huius tituli, §. ij. versicu. quid de vagabundo. posuit aliam mirabilem opinio. quam tetigi in Cle. causam. de elect. dicens sub dubio fortè quòd vagabundus potest eligere locum, vbi cōueniatur. arg. ff. qui satisd. cog. in l. si fideiussor. §. si necessarius. & l. de dic. ff. de iud. in l. hæres absens. quæ iura hoc non probant, & contra hoc dictum facit secundùm do. Anto. l. non vtiq;. ff. de eo, quod cer. loc. & ff. de iud. in l. interdū. posset enim eligere locum valde remotū ad incōmodum actoris. Item possunt induci aliæ rationes superius allegatę. Quare dicit Do. m. se putare simpliciter concludendum esse, ꝙ vagabūdus simpliciter possit cōueniri, vbi reperitur. Et prædicta fuit opi. Cal. quæ mihi videtur de iure satis sustētabilis. Et ita potius arbitror, ꝙ fuerit intētio Hosti. videlicet, secundùm quod intelligunt glos. & Doct. ꝙ vagabundus vel ibi respōdeat vbi conuenitur, vel eligat locum sibi domicilij dimissi originis, vel cōtractus. Et nota ꝙ illud idem, quod dictū est de vagabundo, Spe. in tit. de compe. iudi. adi. §. j. ver. sed pone quidam Lucanus. & ver. seq. & Hosti. in summa huius tit. §. ij. volunt etiā esse de bānito, & expulso à ciuitate seu domicilio suo: quia talis dicitur quasi vagabundus. quod intelligo, nisi fortè, etiam alibi habuerit domiciliū: vel alibi constituerit domiciliū. secundū quod di
60 xi in materia domicilij in viij. q. prin. & etiam in ix. † Vbi autē debeat citari vagabundus: quia non est principalis materia nostra omitto. conclusio est, ꝙ debet ibi citari, vbi consueuit morari, vel vbi magis assiduè conuersatur, vide Innoc. in c. fin. de eo qui mit. in pos. causa rei seruā. tangit etiam in c. quia propter. in c. super verbo, penitus. de cle. & Spec. in tit. de cōpe. iud. adi. §. j. ver. sed nūquid sufficit. & in tit. de rescrip. præsenta. §. ratione causæ. ver. quid si vagatur. & Ang. in l. hæres absens. §. j. ff. de iudi. dixi in d. Cle. causam. de elect. & ex his expeditus sub breuibus iste arg. vagabundi: quia non debet quis esse vagabūdus, & maximè scholaris: aliàs autē efficitur doctorellus, & nō Doctor. glo. pen. tractat qualiter quis sortiatur forum ratiōe rei, & an hoc intelligatur tam de re mobili quàm immobili. in fi. glo. dic de hac materia, vt latè dictū fuit in c. sanè. s. eo. glo. fi. in principi. iustificat tex. allegādo rationes. deinde assumit articulum de priuilegio, seu iure reuocādi domū: intermiscendo, quibus hoc ius cōpetat. & ex quibus causis, & propter quas causas admittatur. In ead. glo. ibi, & Roma communis patria. dic glo. in hoc prin. sentit, ex quo loco cōpetat hoc ius reuocandi domum. de quo latius dicam j. in iij. q. prin. In ead. glo. ibi, nec ius reuocādi domum. dic glos. hic sentit ex quibus causis cōpetat hoc ius reuocandi domum. in ead. glo. ibi, nisi tunc ibi. contraxissent. iuncto ver. istæ personæ. dic glo. hic tangit, propter quas causas qs amittat ius reuocandi domū. In ead. glo. ibi, item qui causa dicēdi testimonij. dic glo. hic tangit, quibus competat hoc ius reuocandi domū: & ex quibus causis, ego dicam in ij. q. & vj. in fin. glo. dic, quia s. vltimo loco post glo. iij. tractauimus de vagabūdo, cōsequens est, vt redeamus ad domū. & quia s. in rubr. ver. cij. remisi me hic dicturū. de hoc iure reuocandi domū. Et quia ipsius articu. materia satis ineptè & imperfectè à maioribus nostris tradita est: ideò vt hanc materiam clarè, plenè, & ordinatè habeas, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quid sit ius reuocandi domum, & quid differat à iure declinandi forum.

¶ Secunda, quibus competat hoc ius reuocandi domum.

¶ Tertia, ex quo loco competat.

¶ Quarta, ad quem locum competat.

¶ Quinta, in quibus causis seu iudicijs competat.

¶ Sexta, ex quibus causis competat.

¶ Septima, quando hoc ius seu exceptio reuocandi domū proponi debeat.

¶ Octaua, qualiter debeat proponi.

¶ Nona, coram quo proponi debeat, & quis habeat de ea cognoscere.

¶ Decima, qualiter debeat de ea cognosci, & qualiter concedi.

¶ Vndecima, quæ obstent dicto iuri, seu propter quas causas quis amittat dictum ius reuocandi domum.

¶ Duodecima, quis sit ipsius iuris vel priuilegij effectus.

¶ Primò igitur quæro, quid sit ius reuocādi domum, & in quo differat à iure declinandi forum. quò ad primum, qualiter dif-
61 finiatur, seu describatur hoc ius. † Sic dicendum arbitror, ꝙ ius reuocandi domū est priuilegium, seu beneficium, vel facultas, quæ cōpetit existenti extra proprium domiciliū ex aliqua alia necessaria[c] vel quasi necessaria, seu probabili causa, in cōmuni patria, seu loco communi, vel simili: per quā proponens de his, quæ in propria patria gesta sunt, si non est legatus, & si est legatus, etiam de gestis extra propriā patriam regulariter declinat cognitionē iudicis cōpetentis: & illam in aliud tempus à iudice præfigendum, præstita cautione, regulariter ad propriam patriam transfert. hæc diffinitio, seu descriptio probaē ex his, quę latius j. dicentur. Et aduerte, quia illa verba priuilegiū seu beneficium, vel facultas, ponuntur vt genus, verba verò sequentia, denotāt differentias: & illa verba posita in diffinitione dum dicitur, ꝙ cōpetit existenti extra proprium domiciliū. ponuntur propter

a ¶ Quis dicatur vagabundus, vide etiam per Ange. in l. cū hæreditas. la. ij ff. ad Trebel. vbi dicit glo. in l. iiij. §. prætor. ff. d dā. infe. esse sing.

b ¶ Vagabundum vbiq; posse conueniri, tenuit Bal. in l. cū longi. col. j. C. de lon. tem. præs. & Ange. in d. l. heres absens. §. pinde. ff. de iu. Alex. in l. alio. ff. quod cer. loco. & hic etiā per mod.

c ¶ Necessaria. vt apud do. de Rota in antiquis. eo. ti.

propter ea,quæ dicam in ij.q. Quare autem ponantur illa verba,ex aliqua alia necessaria &c. apparebit ex his,quæ dicam in vj.q.princip.Quare autẽ ponantur illa verba,in communi patria &c.apparebit ex his,quæ dicam in iij.q.prin.Quare autem ponantur illa verba de his,quæ in propria patria &c.apparebit ex his,quæ dicam in xj.q.princ.in ver.ix.exceptio.Quare autẽ dixi regulariter apparebit ex his,quæ dicã in ix.q.prin.in ver.ix.& pluribus seq.Quare autem ponantur vltima verba apparebit ex his,quæ dicam in xij.q.prin.Quantum verò ad secundum membrum istius prin.q.quid differat hoc ius reuocãdi domum,à iure declinandi forum.dic breuiter,ꝙ ille propriè declinat forum,qui non est suppositus iurisdictioni,vt in c.præcedenti.Si is,qui reuocat domũ,suppositus est iurisdictiõi:sed ex aliqua causa legitima non subsistente,neq; in iudice,neq; in aduersario,neq; etiam in loco non tenetur tunc respõdere,si reuocat domum,secundùm quod ex j.dicendis latius apparebit.

62 ¶†Secundò principaliter quero,quibus cõpetat hoc ius reuocandi domum.Sol.dic.ꝙ competit existenti extra propriã patriam.Et ideò cõpetit legatis nuncijs, testibus iudicandi causa vocatis,procuratoribus,& quibuscũq; alijs necessariã probabilem,aut quasi necessariã causam in loco cõmuni, vbi conueniũtur habẽtibus,per tex.nostrum tenet glos.nostra,& sequuntur Ioã.And.& Doct.hic.Quæ autẽ sint necessariæ aut probabiles causæ apparebit ex his,quæ dicã in vj.q.prin.dicit tamẽ Bal.in l.ij.§.legatis.ff.de iud,quod hoc ius non cõpetit exemptis.vnde si exemptus ex alia causa necessaria esset in curia Romana, posit ibi conueniri:& non cõpeteret sibi ius reuocandi domũ: quia nõ habet alium iudicẽ,nisi Papam.& quamuis Bald.dicat hoc non esse dubiũ,tamẽ dictum suum mihi non placet.& videtur esse contra tex.in c.fi.de dila.nam ex quo citatio erat facta in curia,& iudicium ibi erat inchoatũ in curia,causa illa debebat solum agitari in curia:& tamẽ ibi competit hoc ius reuocandi domũ,vt dicã j.in v.q.princ.Et ideò dico,ꝙ quãuis quis sit exemptus si tamẽ ex alia causa necessaria,aut iusta est in curia habet ius reuocandi domũ.posset tamen saluari dictum Bal.ꝙ istud non videatur propriũ ius reuocandi domũ:cum omnino teneatur in Romana curia respondere:sed & sic videat̃ potius quoddam ius differẽdi in aliud tempus,vt dicam in v.q.princi. Sed tamẽ ideò potest appellari ius reuocandi domũ:non ex eo ꝙ in propria domo caueat respondere:sed ex eo, quia repetet domũ vt posit suis rebus prouidere & disponere,& etiã præuidere causæ intentandæ seu intentatæ in curia.Et ad prædicta etiam facit:quia contra ius competit etiam vagabundo,vt dixi s.in materia vagabundi in ij.q.princip.

63 ¶†Tertiò quæro,ex quo loco cõpetat hoc ius.Sol.Doct.dicũt
a ꝙ competit ex Roma,vt hic:quia ista est cõmunis[a] patria,vt dicit hic gloss.& est tex.in l.Roma.ff.ad munici.Et ideò nisi hoc ius reuocãdi domum cõpeteret,teneretur quilibet ibi respõdere,vt dicit glo.nostra.& vbicũq; est Papa,respectu spiritualiũ & clericorũ,& vbi Imperator,respectu temporaliũ laicorum, ibi dicitur cõmunis patria, vnde cõpetit ius reuocãdi domũ.& hoc voluit gl.j.& clarius Bal.ibi in l.ij.§.legati.ff.de iud.nec mirum,quia respectu Papæ ibi dicit̃ esse Romana sedes,& Romana curia,vbi est Papa,vt probatur in c.ij.de præbẽ.lib.vj.& ibi not.do.Domi.Et optimè probatur etiã ibi iuncto c.iij.& iuncta glo.ij.not.etiam do.m.in c.dura.j.de cri.falsi.ad idẽ etiam facit quod traditur in c.ego.N.j.de iureiu.Et vt dicit hic do.me⁹ ꝙ papa est ordinarius omnium spiritualiũ.ix.q.iij.c.cũcta per mũdũ.& c.per principalẽ.& s.de ma.& obed.c.solitæ.& oẽs potest ligare & soluere.xxiiij.q.v.c.quodcũq;.& idẽ etiam dicendum in Imperatore respectu temporaliũ,qui est dominus vniuersi,vt l.bene à Zenone.C.de quadriẽ.præscrip.& in l.deprecatio.ff.ad leg.rhod.de iactu.x.dist.c.quoniã.xcvj.dist.c.cũ ad verũ.& c.duo sunt.& c.si Imperator.& d.c.solitæ.ex omni igitur loco,in quo sit cõmunis patria,competit ius reuocãdi domum.vtrũ autem hoc ius competat vocatis,seu existentibus in concilio.Spec.in tit.de reo.ver.item legati.simpliciter tenet,ꝙ sic.& Io.And.hic,in fi.remittit ad not.in c.graue.j.de præben. quidam distinguũt,ꝙ aut loquimur in concilio prouinciali, & nõ cõpetit:quia illic omnes tenent̃ respõdere,ac si citati essent xviij.dist.c.propter ecclesiasticas.& c.quoniam quidem.Sed in cõcilio generali voluerunt hoc ius cõpetere:quia cum tali cõcilio præsit sedes apostolica,ergo cõpetit hoc ius,per tex.nostrũ & per ea,quæ superius dicta sunt.& in c.si.j.de dila.In contrarium tamẽ allegatur,ij.q.vij.§.item Symachus.aliàs est ver.sub §.item Balaam.Innoc.Hosti.& Io.in d.c.graue.concludunt,ꝙ siue conciliũ sit generale,siue particulare pro aliquibus specialibus negotijs emergẽtibus,cõuerteretur in alijs propter quæ nõ est congregatum conciliũ,siue ciuilia,siue criminalia sint negotia,cõpetit ius reuocandi domum:vt d.c.fin.& d.ver.item Symachus.Si verò indistinctè & generaliter fuit facta cõuocatio, siue sit conciliũ generale,siue prouinciale,siue synodus episcopalis,non habet locũ ius reuocandi domũ:si agatur ciuili causa:vt d.c.propter ecclesiasticas.& c.quoniam quidẽ.in criminalibus autem cõpetit:quia in illis nõ tenetur quis respõdere, nisi specialiter sit citatus ad hoc.Et sic citatus,expressis criminibus v.q.ij.in c.fi.secundũ Inno.Hosti.& Ioan.And.& prædicta refert do.Ant.in d.c.graue.ad intellectum c.j.s.de iud.quod ideò ibi fuit facta illa interrogatio,quia ille episcopus habebat ius reuocandi domũ:quia non fuerat specialiter vocatus pro illo crimine,de quo accusabatur do.Pet.de Anch.in d.c.graue.dicit ꝙ ex quo conciliũ est generaliter congregatũ,non cõpetit ius reuocandi domum.& ad c.j.de iud.potest respõderi,ꝙ fuit interrogatus,ne posset postea conciliũ recusare:secundũ vnum intellectum,de quo dic vt latius ibi dixi.ad c.fi.v.q.ij.potest responderi,ꝙ existens in cõcilio posset specialiter citari corã concilio, ad respondẽdum super crimine,super quo accusatur.sed dicit Io.de Imo.in c.graue.in fi.ꝙ quamuis hæc opin.posset defensari,tamẽ in practica seruaretur opi.Inno.Hostiẽ.& Io.An.& mihi plus placet.nec obst.respõsio data ad c.fi.quia posset impugnari:quia si fuisset specificè citatus in causa criminali, cùm sit maioris præiudicij:& fortè talis,in qua nõ potest interuenire procurator,secundũ ea,quæ latius dixi in c.veniens.de accu. aliter disposuisset domui suæ antequàm recesisset:sed aduerte circa prædicta:quia Hostiẽ.in summa in tit.de excep.§.quis sit effectus.in fin.dicit,ꝙ hoc ius reuocandi domũ non cõpetit speciali iure in sola ciuitate Romana.nam idem est in quolibet alio loco,per l.ij.§.legatis.ff.de iud.ibi dum tex.dicit Romę vel alio loco:sed posset dici,ꝙ cùm tex.ille dicit vel alio loco,potest intelligi,scilicet ratiõe cõmunis patriæ:quia hoc significare videt̃ verbum alio.quod videt̃ facere positionem eiusdẽ qualitatis, vt in c.sedes.s.de rescrip.& in Cle.j.de rescrip.& ibi latius dixi, vel fortè posset intelligi de quocũq; alio loco,ad quem quis ex alia necessaria aut probabili causa aduocaretur,vt non teneatur ibi respõdere propter aliã causam:& sic dictio,alio loco faciat relationem qualitatis ad locum,non ad Romam,seu cõmunem patriã:& pro hoc videtur etiã facere tex.in d.§.legati.ibi,in ꝓuincia destinati.iuncta glo.Et ex hoc videtur inferri singularis limitatio ad materiã.c.dilecti.s.eo.& ad c.Romana.§.cõtrahentes.de fo.compet.lib.vj.vt si in loco contractus, quis fuerit ex alia necessaria causa vocatus,habeat ius reuocandi domũ.argu. a prædictorũ:cogitabis,quia nunc venit in mentẽ:& posset quotidie magnũ honorem afferre.de vagabundo nõ est dubium,ꝙ quolibet loco videtur habere hoc ius reuocandi domũ,si satisdat:per ea,quæ dixi s.in materia vagabundi.& procedũt prędicta siue in prædictis locis,in quibus cõpetit ius reuocandi domum esset quis ex causis,de quibus dicam in vj.q.prin.siue per talem locũ transitum faceret,per text.in d.l.ij.§.legatis.iuncta glo.in verbo,destinati.ff.de iud.per l.qui mittuntur.§.qui Reipublicæ.ff.ex quib.cau.maio.facit etiã l.legato.ff.de leg.nisi legatus vel similis,fortè cum re aliena transitum faceret.de quo tamen dic,vt dicam in xj.q.princip.

¶Communis patria.Quomõ autẽ hoc hodie procceda, vide Bart.in l.j.§.cum vrbem. ff.de offi.prefec. vrb.& Ias.latius ĩ l.q Romę.ĩ prin. ff.de verb.obli.

64 ¶†Quartò quæro,ad quem locũ cõpetat hoc ius reuocãdi domum.Sol.dic,ꝙ competit ad domũ domicilij.per tex.in ij.§.legati.iuncta gloss.super verbo,domũ suam.ff.de iud.per l.libertus.§.solo.ff.ad muni.per quẽ tex.idem tenet Host.in Summa in tit.de excep.§.fi.ver.& intelligas.& hoc procedit in iure reuocandi domũ proprio.quãdoq; enim non fit reuocatio ad ꝓprium domiciliũ,sed circũducitur edictum:& alio tẽpore tenetur ibidẽ comparere citatus.per c.fin.j.de dila.de quo latius dicam in seq.q.vagabundus vrrò potest reuocare,vel ad propriũ domicilium vltimum,quod dereliquit:vel ad locum cõtractus vel vbi proximè habitabat.de quo tamen dic vt dixi s.in materia vagabundi.

65 ¶†Quintò quæro,in quibus causis cõpetat hoc ius reuocandi domum.Sol.dicendũ arbitror,ꝙ regula est,quòd vendicat sibi locũ in omnibus causis.ar.tex.nostri.& d.l.ij.§.legati.& tribus seq.qui tex.loquuntur simpliciter & indistinctè:& ideò prædicta secũda regula videtur procedere,siue agatur actione personali,siue reali:quia posideat ibi rem petitã.per l.non aliàs.§.fi. de iud.ille tamen tex.loquitur in legato,in quo est maius priuilegium,vt apparebit ex j.dicẽdis.Et aduerte:quia hoc ius videt̃ habere locũ,non solùm in causa quæ de sui natura nõ est in curia,seu loco cõmuni:sed etiam in causa,quæ de sui natura deberet tractari in eo loco cõmuni,vt quia iam incœpisset ibi agitari iudicium,nec superest causa reuocandi domũ:sed demum superuenisset necessaria causa.nam licet illa causa debeat finiri in dicto loco cõmuni.per l.vbi cœptum.ff.de iudi.& per c.præcedens.tamen cõpetit ius reuocãdi domum,vt in c.fi.j.de dila.& ibi hæc not.do.Anto.d.m.& Io.de Imo.dicit tamen Do.meus

ibi & bene ꝙ ista nō est propriè reuocatio ad domum, vt etiā tetigi in præce, questio. sed solùm circunducitur edictū, & tenētur ibi alio tempore cōparere: vnde potius dicitur ius differendi in aliud tempus. & ad idem facit optimus tex. in l. nō distinguemus. §. itē si quis Romæ. ff. de arbi. ibi dum tex. dicit, nō magis cogeretur. dicitur enim ibi quòd si causa legationis superuenit lite ibi contestata, competit ius differendi in aliud tempus quod facit ad ea, quæ dixi s. in ij. quæst. sed quando competit ius reuocandi domum, satis est ꝙ respōdeat in propria patria, vt s. dixi. & dicam in xij. q. prin. Ex quibus infertur, ꝙ prędicta regula procedit nō solū, si iudicium intentetur durante legatione, vel alia necessaria causa: sed etiā, si prius fuerit inchoata, & legatio vel similis causa superuenit, vt d. c. fi. & d. §. item si qs Romæ. & hic tenet hoc Inn. & sequit̃ Io. An. etiā si lis fuisset cōte.

66 ¶ †Sextò principaliter quæro. ex quibus causis, seu propter quas causas competat hoc ius reuocandi domum. Sol. dic ꝙ cōpetit ꝓpter omnes necessarias, & iustas, seu probabiles causas. tex. est hic. Et est tex. iuncta glo. in verbo, aliam causam. in l. ij. §. legatis. ff. de iudi. Exempla autē necessariæ & iustæ causæ plurima possunt figurari. Prima causa est legationis: & ista est necessaria. text. est in d. §. legatis. & ratio est, vt ibi dicit gloss. ne ab officio subscrip. legationis aduocetur, vt est tex. in l. nō alia. in fi. & in l. de eo aūt. & l. quid enim. ff. de iud. potest etiā sumi ratio ex l. Paulus. §. fi. ff. de le. quoniam legati neꝗ proprijs, nec alienis, sed dūtaxat legatiōis officio se interponere debēt, vt ibi qđ potissimè Venetorū legati obseruare debēt. & hoc ꝓcedit non solū in legato misso à principe, sed etiam in quolibet alio legato, quē aliquis dn̄s, vel cōitas mitteret ad principē, vel Romam. ar. d. l. Paulus. §. j. & dicit hic Inno. & post eum Io. And. quod pro legato, intelligit etiam procuratorem constitutū ad causam ab his, qui habent ius imperandi illi, qui constituitur: qa & iste habebit ius reuocādi domū, vt pro suis causis non cōueniatur, vt in aut. de santis. epis. §. reuerendissimus. sequūtur hic Do. m. & communiter doc. qđ verum arbitror in seq. sed tamē ille, qui propriè est legatus, habet maiora priuilegia, ꝙ̄ talis ꝓcurator. Item prædictum ius competit legato, nō solū si legatio est facta pro negotijs mittentis, sed etiam si sit facta pro negotijs ipsius legati, vt in prælato pro negotijs ecclesię suę, vt in au then. de san. epis. §. siverò episcopo. nisi pro causa, quam contrà alium moueret, iret ad curiam: quia tunc nō gauderet dicto priuilegio, vt j. dicam secundū Io. An. hic. Et aduerte: quia legato competit hoc ius, nō solū cum Romæ est, vel in simili loco sed etiam ex quo creatus est, vt est tex. in l. legato. ff. de lega. tenet Spe. in tit. de lega. §. superest. ver. porrò. Secunda causa necessaria est, si quis sit vocatus à papa vel principe, vt alijs respondeat nam & iste ius reuocandi domū habet in alijs causis, secundū glo. & Io. An. hic per d. l. ij. §. ij. ff. de iu. & v. q. ij. in c. vocatio. & de principe no. gl. in d. §. legatis. per l. nō aliàs. in princ. ff. de iu. facit ff. qui. ex cau. ma. in l. sed & si per prætorē. §. fi. & ff. si quis cau. in l. ij. §. simili modo. Tertia causa necessaria est, si quis vocatus sit ratione ferendi testimonij, vt d. l. ij. §. legatis. ff. de iudi. tenent gl. & doct. hic & Host. in sum. in ti. de excep. §. fi. versic. item si sit probabilis. tales enim necessitantur venire, si de consuetudine sit, vt l. iij. in fi. ff. de testi. imò simpliciter compellunt̃ à prætore vt recognoscant signa, & testimonium ferant ff. de tab. exhi. in l. locum. §. exhibere. & ratio est, secundū gl. in d. §. legatis. ne diu à suis nogotijs aduocētur ff. queadmo. testa. ape. in l. si vnus. Quarta causa est, si quis vocet̃ causa iudicandi. tex. est in d. l. ij. §. ij. ff. de iudi. & tenet Host. in d. §. fi. Quinta causa, ꝗ est probabilis & iusta, & quasi necessaria, est causa appellatiōis nā ei q prouocauit, non imponitur necessitas intra tempora appellationis exercendi Romę, vel in alio loco, vbi prouocatio exercetur respondere alijs prouocantibus sed potest proponere ius reuocandi domum, vt d. §. legatis. & glo. hic & Host. in d. §. fi. & ideo ista causa dicitur quasi necessaria: quia isto non prosequente, rata maneret sentētia prima, secundū Inn. & Ioan. An. hic. Sexta causa, quæ similiter est iusta, & probabilis, est causa reddēdę administratiōis tutelę: vn̄ vocat⁹ Romę, vel ī simi loco reddendæ rationis tutelæ causa, non tenetur ibi iudicium suscipere: etiam respectu alterius tutelæ pro qua non esset vocatus: sed habet ius reuocandi domum, vt d. §. legatis. & glo. hic Ho. in d. §. fi. & dicit hic Inn. ꝙ idem iuris est, si ex alia quacūꝗ causa reddende rationis, administrationis causa vocaretur per l. j. & ij. vbi de cri. agi oportet. Septima causa, quæ est probabilis, est peregrinationis, secundū Inno. & Ioan. And. hic per c. j. j. de peregri. facit qđ dicā in seq. causa. tamen Bart. in d. §. legatis. vbi ꝙ tales etiam non possunt capi ꝓ represalijs in locis per quæ transeunt, per aut. omnes peregrini. C. cōia de succes. dum text. dicit liberè hospitentur. & sequitur Do. me. hic. Octaua causa, est religionis secundū glo. in d. §. legatis. per l. aut religionis. ff. de procur. facit quod dixi in præce. causa. Nona, si pater vadit ad visitandum filiū existentem in studio. not. in glo. in d. §. legatis. ver. nam & diuus per l. necnon. ff. ex qui. cau. maio. & Bart. etiam ibi dicit, ꝙ sicut filius existens in studio nō potest ibi capi pro represalijs: ita nec pater[a] qui venit ad videndum filium qui gaudet eodem priuilegio: vt not. in aut. habita. C. ne fil. pro pat. & sequitur do. m. hic. Et generaliter ius reuocandi domum competit regulariter ex quacunꝗ alia necessaria probabili, aut iusta causa: quis venerit vt hic, dum tex. dicit: nisi pro alia iusta &c. & in d. §. legatis. & concludunt hic doct. & sequitur Spec. in tit. de reo. §. j. ver. item legati. & propter hanc generalitatem dicit ibi Specu. ꝙ comprehendūtur ferè omnes qui cōtinentur ff. & C. ex quib. cau. maio. sed dicit hic Ioan. And. ꝙ nō videtur sufficere, ꝙ causa sit simpliciter probabilis: sed debet esse quasi necessaria, vt dixi de causa appellatiōis, vnde infert ꝙ si aliquis veniat ad curiam causa petendæ restitutionis in integrū contra sententiam aduersus se latā, non gaudebit hoc priuilegio: quia licet causa sit probabilis est tamē omnino voluntaria nō necessaria, nec quasi necessaria: & quia talis dicitur de nouo agere: secundùm Inno. & vt dicit Hosti. ista causa non est sicut causa deuoluta ad curiā per appellationem: nec sententia suspensa sicut per appellationem suspenditur: vt in l. j. in fi. ff. ad turpi. & ideo non ita de facili tribuit hoc ius. item est alia ratio: quia appellatio iniquitatis, sententiæ querelam continet: quæ appellāti imputari non potest: & ideo istam quādoꝗ prosequitur excommunicatus: sed restitutio in integrum continet læsionem prouenētem à proprio errore qui meritò potest imputari errāti: nec habet priuilegiū quod habet ille qui se defendit. quæ ratio colligitur ex l. præfecti. ff. de min. Et idem restitutionem in integrū non potest petere excōmunicatus sicut nō potest appellare. ad quod vide quæ latè dixi in c. sacris. j. de sent. excō. in xix. prin. arti. in v. q. prin. in ij. membro. & maximè in viij. q. dicunt tamē quidam ꝙ quamuis quo ad iuris subtilitatem, prædictæ rationes locum habeant: tamē quo ad veritatem & finalē vtilitatem locum non habēt: quia sicut appellantis non prosequentis appella. rata manet sentētia, & irreuocabiliter perdit ius suū quod prosequendo recuperat: ita etiam est reperire in restitutione in integrū. Et ideo hac veritate inspecta cui pauent canones: vt in c. dilecti. s. tit. j. & in c. fi. s. de transact. distinguendum est ꝙ aut sententia est lata à tali iudice qui potest in integrū restituere: & tunc cum voluntariè non necessariò, vel quasi veniat ad curiam pro restitutione petenda: non habet ius reuocandi domum: aut sententia est lata à iudice qui non potest restituere in integrū: nec patet remedium: saltē commodū citra sedem apostolicam: quæ duo satis æquiparantur: vt l. nepos proculo. ff. de verb. sig. & in c. fi. j. de dila. Et hoc casu habeat locum ius reuocandi domum: cum videatur cōpetere ex causa quasi necessaria. Et sic residet hic Ioā. And. do. m. hic dicit ꝙ ista vltima opi. est æquior: sed cōtraria videtur iustior & magis iuri consentanea. mouetur quia legatus agit, tenet̃ ibi se defendere aduersus omnes: vt dicam in xj. q. Si ergo quādo alium impedit de iure tenetur se defendere: ergo & in casu nostro, in quo impugnat: non de iure cōmuni, sed de iure speciali: cùm à nemine stimuletur videt̃ sibi non competere hoc ius reuocandi domū. Et aduerte: quia ideo dixi ꝙ regulariter competit generaliter ex quacūꝗ alia necessaria causa &c. quia multæ sunt causæ priuilegiatæ propter quas quis cogitur respondere: nec habet hoc ius reuocādi domum. de quibus latius dicam in xj. q. prin. Si verò ob aliā causam nō necessariam, seu quasi necessariam & probabilem sed voluntariam venerit: non habet hoc ius reuocandi domū: vt hic à contrario sensu. & in d. §. legatis. vnde procuratores[b] vel alij nuncij volūtarij, vel qui pro suis negotijs specialibus veniūt: aut si veniant solatij causa: vel pro impetrandis priuilegijs aut alijs immunitatibus: & similibus vel pro procurādis negotijs ecclesiæ aut suis, non habent hoc ius reuocandi domū: secundū Inno. & Ioā. Andr. hic, & Archid. v. q. ij. c. vocatio. & Spec. in tit. de reo. versi. item legati. vbi dicit ꝙ ita seruat curia.

67 ¶ †Septimo principaliter quæro quando proponi debeat hoc ius reuocandi domū. Sol. dic ꝙ ante lit. contest. secūdùm Inno. Io. And. Pe. Abb. & moder. hic per tex. nostrum. dixi in v. nota. quod tamen videtur limitandum, secundùm Specu. in tit. de reo. §. j. ver. quid si is cui competebat: nisi talis citatus cui cōpetebat hoc priuilegium reuocandi domum: ante lit. contest. obtinuit, vel succubuit in aliqua interlocutoria nec appellauit: quia licet postea petat sibi concedi ius reuocandi domū illud non habebit. & ita dicit fuisse pronunciatū. ar. not. in c. inter monasterium. j. de re iudi. & idem tenent hic Inno. & Io. And. ad quod vide quæ dicam j. in iij. princi. arti. Item ego arbitror limitandū si modo hoc ius reuocandi domū competebat ante lit. contest. secus si incœpit competere post litem cōtestatā: quia hoc casu, arbitror

a ¶ Imò nec frater nec familiares. ita dicit Bar. in l. ij. §. legatis. ff. de iudi.

b ¶ Nisi essent ꝓcuratores constituti ab eo, qui potest imperare. si is enim, vt legatus, habet ius reuocādi domū, vt Abb. hic dicit & iste s. repetijt.

arbitror illud posse proponi, etiam post litem cõtestatã per ea, quæ dixi s. in præced. q. in ver. prima causa. iunctis not. in c. pastoralis. j. de excep. Et indubitatũ esse arbitror in legato, propter priuilegium legatiõis: vel etiam vbi daretur similis causa: cùm non debeat impediri in officio legationis. ad quod bonus tex. in c. fi. j. de dila. sed in reliquis causis, de quibus dixi in præced. q. subsisto. cogitabis: quia nunc venit in mente.

68 ¶ † Octauò principaliter quæro, qualiter proponi, seu peti debeat hoc ius reuocandi domum. Sol. dicendum arbitror, ꝙ ille, cui competit tale ius, debet comparere, & narrare qualiter ipse comparet vigore citationis de eo factæ in tali causa, ad petitionẽ talis, & ꝙ cùm hoc sit, quòd ipse ibi sit ex alia necessaria causa, videlicet tali: & sic exprimat aliquam causam legitimã, propter quam cõcedatur hoc ius reuocandi domum, vt dixi in q. præced. nec venerit instructus & paratus pro causa, ad quam nunc citatur: ideò proponit ius reuocãdi domum: & petit, ꝙ in causa prædicta contra eum intentata, nõ procedatur ad vlteriora: cùm ipse reuocet domum: & sic petit, quòd ad propriam domum remittatur. & hoc omni meliori modo & c. vt hic probãtur hæc, & in l. ij. §. legatis. & seq. ff. de iud. & in c. fina. j. de dila. Et aduerte: quia licet prædictũ c. fi. concedat dilationẽ in aliud tempus, & non ad propriam domũ: sed in eodẽ loco: tamẽ põdero, ꝙ tex. ille dicit, quòd competit ius reuocandi domum. ad quod vide quod dixi s. in iiij. q. princ. Et sic patet ex prædictis, a ꝙ iste non debet proponere declinatoriam[a] iudicis, per ea quæ dixi s. in j. q. princi. qui enim declinat, præsupponit se non esse suppositum iurisdictioni illius iudicis: vt d. c. præcedẽti. sed proponens hoc ius reuocandi domũ, præsupponit se suppositum: sed ex aliqua iusta causa non tenetur ibi tũc respõdere. & idem tenet ibi do. meus in iij. not. Et ita ego intelligo, quod dicit Ange. in l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iud. vbi dicit, ꝙ iste conuenitur coram iudice suo, sed ex priuilegio declinat.

69 ¶ † Nonò principaliter quæro, corã quo debeat proponi hoc ius reuocandi domũ: & quis habeat cognoscere de dicto iure. Solu. dic, ꝙ coram iudice, coram quo quis citatur: & ipse iudex habet cognoscere, vtrũ proponendi, cõpetat dictum ius: vt l. ij. §. sed & si dubitetur. ff. de iud. iuncta l. vbi cœptum. & l. de qua b re. eo. tit. Et si dubitet̃, an sit legatus[b] prætor cognoscet de hoc vt l. legato. ff. de leg. item proponi potest coram arbitro, seu coram iudice arbitrũ compellente, si fortè arbiter contra legatum in illo loco cogat arbitrium dicere: poterit enim legatus coram ipso arbitro, vel corã ipso iudice compellente proponere hoc ius: nec cogetur arbiter sententiam dicere, sicut nec pars iudiciũ exercere: aut iudicium suscipere: vt l. non distinguemus. §. item si quis ratione. ff. de arbi. nisi fortè existens in legatiõe compromiserit, vt dicam j. in xij. q. princi.

70 ¶ † Decimò principaliter q̃ro, qualiter debeat cognosci, & qualiter cõcedi hoc ius. Sol. Host. in summa in tit. de excep. §. fi. ver. si autẽ dubitetur. dicit, ꝙ iudex summatim discutere & cognoscere debet, vtrũ competat hoc ius. potest enim dubitari, an sit legatus, vt dixi in præced. q. & sic, vtrum habeat ius reuocandi domũ, vel an causa sit legitima: & si constat hoc ius sibi cõpetere, promittet & cauebit in quam diem compareat, secundũ ea, quæ dicam in xij. q. prin. vertitur etiã in causæ cognitione, vtrũ causa intentata sit talis, quæ indigeat celeritate, vel cuius dies sit exitura, secũdũ glos. & Anto. in l. sed & si restituatur. §. ædium. ff. de iud. vel si alia causa subsit impeditiua, secundũ ea, quæ vid".
debimus in xj. q. prin. non ergo sufficit allegatio causæ vel qualitatis tribuẽtis hoc priuilegium, sed exigitur probatio: nisi forte qualitas esset notoria, secũdũ Host. & Io. And. hic. nec obst. tex. noster in fi. dum dicit allegasset: quia Hosti. & Io. An. hoc supplẽt, & probasset. & sic apparet, ꝙ hoc ius conceditur causa cognita: licet summariè: vt d. l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iud. vbi prætor debet causa cognita statuere & c. Et si iudici constiterit hoc ius cõpetere, debebit concedere, præstita cautione in quem diem promittat in iudicio sistere in loco, ad quem reuocat, quę cautio non intelligitur fideiussoria, sed satis est ꝙ nudo verbo præstetur, & tenet: vt d. §. sed & si dubitetur. & l. pen. ff. de iud. sol. licet quandoq; teneatur satisdare, vt dicam in xij. q. princ. & sic patet, ꝙ vno tempore cauetur, & alio tẽpore agitur. dicam in xij. q. nec obst. quòd ex quo iudex non habet cognitionẽ super principali, nec exercitatio litis ad eum pertineat: nõ videat̃ posse talem diem statuere: & talem cautionem pręstari facere: quia simile videm⁹ in iudice à quo appellatur qui statuit appellanti terminũ ad arripiendum iter, & ad comparendũ corã iudice ad quem, cum actis & monumentis causæ, licet non possit eidem præfigere terminũ ad probandum, vel litẽ prosequẽdũ: vt j. de appel. c. personas. Et similiter coram laico opponit̃ exceptio respiciens spiritualitatem. nam opponenti laicus præfigit terminum ad comparendum corã iudice ecclesiastico, iuxta not. maximè per Bart. in l. quoties. ff. de iudi. secundùm Ange. tu vide ad prædicta plura quæ dixi in c. calumniam. de pœn. in ix. princip. articu.

71 ¶ † Vndecimò principaliter quæro, quæ obstẽt dicto iuri reuocãdi domum, seu propter quas causas quis amittat dictum ius: & sic, quæ exceptiones impediant dictum ius. Sol. dic, ꝙ causæ & exceptiones hoc priuilegium repellentes sunt plurimæ.

72 ¶ † Prima, ex qualitate personæ, secundum ea, quæ dixi in ij. q.

¶ Secunda causa, ex qualitate loci, secundũ ea, quę dixi in iij. q.

¶ Tertia, ex qualitate causæ intentatæ, per ea, quæ dixi in v. q.

¶ Quarta. propter illegitimitatem causę propositæ, per ea, quæ dixi in vj. quæstio.

73 ¶ † Quinta, si conuẽtus omisit proponere hoc priuilegiũ, quod procedit quò ad eum, qui eũ conuenit, contra quem nõ proposuit hoc priuilegium. nam ex quo non proposuit, sibi præiudicauit, per ea quæ dixi in vij. q. sed non præiudicauit sibi quo ad alios, respectu quorum nõ amitteret tale priuilegium. arg. l. voluntariè. C. de excusa. tuto. cum suis concordantijs, & sequitur hic Ioan. Andr.

74 ¶ † Sexta causa, seu exceptio exclusiua huius iuris est similis p̃ced.: si proponens non proposuit debito tempore, secundùm a ea, quæ dixi n vij. q. vel si obtinuit, aut succubuit in alia interlocutoria, vt ibi dixi.

¶ Septima, ratione ineptæ propositionis, secundùm ea, quæ di b xi in vij. quæstio.

75 ¶ † Octaua exceptio, si proponens hoc ius durante causa dicti iuris & priuilegij concessiua, cœperit alium conuenire: vt l. ij. §. sed si agant. ff. de iu. & tenet hoc glo. & sequũtur Doct. & ratio est in promptu: quia postq̃ alium conueniunt, iustum est vt se defendere teneantur. j. de mut. pet. c. j. & ij. & quia quod quisq; iuris & c. s. de constit. cùm omnes. cum alijs vulgatis. aduerte tamen: quia prædicta exceptio recipit plures limitationes.

¶ Prima est: quia procedit solùm dicta conuentione durante: secus si finita sit causa per talẽ intentata, vt in l. sed & si restituatur. ff. de iud. & ita dicit ibi glo. & sequitur Ang. Si tamen legatus durante legatione incœpit conuenire; & finita sit legatio, & deinde causa intentata adhuc durante, de nouo fiat legatus, non arbitror ipsum cogendum: sed habet ius reuocandi domũ, per tex. in l. non distinguemus. §. item si quis. ff. de arbi. & idem videtur dicendũ. arg. illius tex. iuncta l. ij. §. legatis. ff. de iud. & iuncto tex. nostro, si alia legitima causa ad hoc ius concedendũ durante cœpit agere, & causa priuilegiata sit finita, & demum durante causa, intentata alia causa priuilegiata superuenit. facit c. fina. j. de dilatio.

¶ Secundò limitatur, si actũ sit per viam actionis: secus si sit in- c tentatum officium iudicis, secũdũ aliquos: per tex. in d. l. sed & si restituatur. & ibi hoc tangit glos. quæ limitatio est falsa: secun c dùm Ange. ibi, quia ita agit[c] qui implorat officiũ iudicis, sicut qui actionem proponit, vt Instit. de offi. iudi. in princ. quia l. ij. §. sed si agant. gñaliter loquitur, ꝙ agẽs amittit hoc priuilegiũ.

¶ Tertiò limitatur, vt teneantur respõdere illi, vel illis dũtaxat quem vel quos cõueniunt, & nõ alijs. hoc sentit glos. in d. §. sed d si agant. per tex. in auc. de sanctis. episc. §. reuerendissimi apocrisarij. per quem tex. hoc tenuit Iac. Balduini. & hãc opi. videtur sequi Hosti. in tit. de excep. §. fi. ver. sed nunquid si conueniat. glos. verò in d. §. sed si agãt. videtur potius tenere & inclinare in opi. ꝙ omnibus tenentur respõdere. nec obst. §. reuerẽdissimi. quia secundùm glos. ibi agebat nomine mandãtis, & nõ suo. & ibi etiã hoc tenet glo. & hanc opin. tenet hic Inno. in glo. mag. & ad §. reuerendissimi. responde, ꝙ non loquitur, quando legatus sit conueniendus pro sua persona: sed dicit illum legatum constitutum procuratorem ad causam cogendam subire reconuentionem, ab his tantùm, contra quos agit. Et prædicta opin. plus mihi placet: quia dictus §. sed si agãt. dicit aduersus omnes se defendere compelluntur.

¶ Quartò limitatur per ea, quæ dicta sunt in præcedenti limitatione. si modo legatus, vel similis agat nomine proprio: secus si agat nomine alieno: quia tunc non potest nomine proprio recõueniri ab alio, vel etiam ab illo, quẽ nomine ecclesiæ, vel episcopi conuenit, pro qua causa est ibi legatus, per tex. in d. §. reuerendissimi. quem Rayne. quantum ad hoc dicit nõ esse alibi. & optimè probat ille tex. dum dicit, contra ecclesiam, aut cõtra episcopos eorum proponere, & sic non contra ipsos legatos.

¶ Quintò limitat̃, nisi legatus aut similis ageret pro iniuria sibi illata, vt dicit hic glo. nostra prope fin. per text. in d. l. ij. §. sed si agant. ff. de iudi. Et idem dic si ageret, ratione damni illati. & ratio ponitur ibi, ne aliàs contumelijs & damnis afficiatur, aliàs d enim esset in potestate cuiuslibet, vel eũ iniurijs[d] & dãnis afficere, vel eũ dum se vellet vindicare, subijceret iurisdictioni: sed aduerte: quia videtur ꝙ prædicta limitatio nõ procederet in le-

a ¶ Adde pro hac differẽtia Ro. cõsil. clxix.

b ¶ Si dubitetur, debet ipse p literas legationis probare: aliàs nõ credit̃ l. j. C. de mã. princi. & alibi Feli. in rub. decretalium. vbi disputat, an gratia Principis possit testibus p̃bari. adde ꝙ Cardinali legato creditur, sine literis. Abb. consi. xviij. lib. ij. ij. colũ. & ꝙ ex literis legationis probat̃, dicit Bart. in l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudi.

c ¶ Et est eadẽ ratio. ergo idem ius statuẽ. est l. à. Titio. ff. de verb. oblig. l. illud. ff. ad le. aquil. & adde ea, quæ dicet j. in x. exceptionę.

d ¶ Pro ista ratiõe adde bene facere tex. in c. prelatis. de homici. lib. vj.

gato: quoniam legatus durante legatione, non potest sine permissu principis de alijs suis negotijs contra aliquem dare libellum: vt l. is qui legatione. ff. de leg. & probatur in l. Paulus. & l. legatus. eo. titu. ar. à speciali. Sol. dicit Hosti. ꝙ prædicta procedunt, quādo esset eis permissum agere, vel prædicta intelligun tur in alijs, quibus cōpeteret dictum priuilegiū reuocandi domum: & non in legatis. ego arbitror posse solui aliter, & melius videlicet, ꝙ si legatus agat, licet agere non possit, ꝙ potest conueniri: quia non debet esse melioris conditionis, qui agit cōtra legis prohibitionem, quàm ille, qui agit iure permittente: vt in c. eum qui. de præben. lib. vj.

76 ¶ † Nona exceptio seu causa est, si legatus vel similis contrahit, vel pergulam teneat durante legatione, vel alia legitima causa: vt l. ij. §. omnes. & l. si legationis. ff. de iudi. & in aut. de sanctis. epis. §. reuerendissimi. in fi. & ratio ponitur in d. l. si legationis. ne aliter detur potestas legātis sub specie legationis, alienas res ferendi ad domū. est tamen aduertendū, ꝙ legati in hoc habent maius priuilegium, ꝗ̄ alij, qui habent ius reuocandi domū. quoniam legati nō possunt cōueniri, nisi de his, quę tēpore legationis ibi contraxerūt: vt d. §. omnes. & d. l. si legationis. & in l. de eo. & in l. cū furiosus. §. fi. ff. de iudi. sed si ante legationē contraxissent, etiam Romę, nō possent ibi cōueniri: nisi in casu speciali. de quo dicam j. in ver. xx. exceptio. alij verò præter legatos, quibus cōpetit hoc priuilegiū, tenentur respōdere apud sedem apostolicā: seu in cōmuni patria, de omnibus cōtractibus celebratis extra locū suæ iurisdictiōis: quamuis nō fuerint celebrati durāte tēpore legitimę causę tribuentis ius reuocandi domū: quia tales solùm priuilegiū habent in his, quę intra ciuitatē, vel prouinciā propriam cōtraxerunt: non autē extra: vt in d. l. ij. §. item si extra. ff. de iud. & hoc etiā tenet hic Inno. & Io. And. Et ratio est: quia nō debet actor arctari ad sequendū domicilium rei, cùm alibi sit contractū, per ea quæ dixi in c. dilecti. §. eo. iunctis his, quæ dicā j. in iiij. prin. artic. Et ratio: quia casui prędicto non cōuenit priuilegium reuocandi domū. legati verò nō solū de his, quæ cōtraxerunt extra prouinciā, sed etiā de his, quę contraxerūt in Italia, vel Romæ, si ante tempus legationis cōtraxerunt speciali. priuilegio habēt ius reuocandi domū: vt d. §. oēs. & l. cùm furiosus. §. fi. Et quāuis ille tex. videaꝉ velle, ꝙ possint conueniri, si in Italia cōtraxerint. tamen glo. ibi exponit in Italia, hoc est in vrbe Romana: & sequūtur Doct. vel potest dici iudicio meo, & melius, & singularius, ꝙ tex. ille singulariter velit quòd sicut durāte tempore legationis, si cōtrahit Romę potest ibi cōueniri. Item si dū esset in legatione veniēdo Romam contraxit in Italia. nō obst. §. omnes. quia loquiꝉ de cōtractibus factis extra tempus legationis. & secundū istum intellectum, ille tex. non impropriatur, sicut impropriatur exponēdo in Italia, hoc est in Roma, vt exponunt Doct. Et aduerte: quia non solū si Romæ contraxit simpliciter, durante tempore legationis, sed etiā si prius contraxisset simpliciter: & postea durāte legatione Romæ constituisset illud debitū: amittit hoc beneficiū reuocādi domum, vt in l. eū qui. §. j. j. respō. ff. de consti. pecu. sed si ante legationē legatus contraxisset, quāuis constituisset se Romę soluturū: si tamen non cōstituit se soluturum legationis tēpore, si existēs legatus cōueniatur, habet ius reuocandi domū. iste est tex. in d. §. j. ij. respon. & in l. cùm quæritur. ff. de leg. à cōtrario sensu: quia promissio intelligitur facta, si ibi reperiaꝉ, nō tanꝗ̄ legatus. & ita intelligendo soluitur notabiliter cōtrarietas d. §. omnes. & l. cùm furiosus. §. j. & d. l. eum qui. §. j. tam in primo, quàm in secūdo responso. & d. l. cū queritur. quę cōtraria reputantur difficilia apud legistas: sed sic intelligēdo, sicut intellexi, faciliter reducunꝉ ad concordiā. aduerte tamen: quia prędicta limitatio est limitanda. Si modò legatus non contrahat tanꝗ̄ viator, & aduena: quia si cōtraheret tanꝗ̄ viator & aduena [a] sicut non posset conueniri in loco contractus: ita nō potest conueniri Romę, vt probatur in l. heres absens. §. j. ff. de iudi. & in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. lib. vj. dixi latè in c. dilecti. §. eo. in ij. prin. arti. in iij. q. prin. ver. xj. quæro. vnde sicut nō potest ibi conueniri ratione contractus: ita nec legatus potest ibi cōueniri. hoc tenet Ang. in d. l. hæres. §. j. sed gl. ibi in ver. quot quot. dicit, ꝙ licet legatus contraxerit tanꝗ̄ aduena vel viator, potest tamē ibi cōueniri propter duplex vinculū, videlicet cōtractus, & cōmunis patrię: quia in cōmuni patria non habeꝉ illa cōsideratio. vtrū quis cōtraxerit vt viator: cùm etiā de cōtractibus alibi celebratis possit quis ibi conueniri. & hanc sententiam fuerā imaginatus anteꝗ̄ viderem glo. sed tñ maturius considerando, nō videꝉ ꝙ hoc possit procedere: quia si cōtraxit Romę tanꝗ̄ materno: non videtur ꝙ possit ibi conueniri ratione communis patriæ, si est legatus, & proponi ius reuocandi domum: quod ostendiꝉ: quia ratione cōtractus solius, non habita consideratione cōmunis patriæ, nō posset ibi cōueniri, vt statim dixi. ratione verò cōis patriæ, non cū ipse sit legatus, & habeat ius reuocandi domū. hæc tamen limitatio nō ꝓcedit nisi in legatis: qa in alijs habentibus ius reuocandi domū, dicimus quòd illud non habent de contractibus gestis extra propriam ciuitatē, vel prouinciam. nisi diceres, quòd cōtractus celebratus ab aliquo extra prouinciam tanꝗ̄ aduena & viator, videtur celebratus nō extra prouinciam, sed quasi in ꝓpria ꝓuincia, in qua tacitè videtur conuenisse se soluturum. secundùm ea, quę superius dixi & sic etiam ipsi videntur habere ius reuocandi domū. & sic pręualeret opi. Ange. nisi diceres, quòd cum hęc duo simul iungantur, ratio cōis patrię, & ratio contractus, non dicatur cōtractus celebratus tanꝗ̄ à viatore: & sic pręualebit intellectus gl. facit c. j. de treu. & pa. & tex. in c. ex parte. §. e. & quod ibi dixi post D. m. cui intellectui applaudūt iura ī materia nostra loquentia quæ nunꝗ̄ distinguunt, vel ponderant, an tales habētes ius reuocādi domum contraxerint tanꝗ̄ viatores, vel aduenæ, vel nō facit etiam: quia in communi patria non quis propriè est aduena vel viator. & iste articulus est satis disputabilis. Et prædicta adde his, quę dixi in d. c. dilecti. in. xj. q. & ibi vide opin. d. Anto. quam ibi recitaui.

77 ¶ † Decima exceptio, seu causa propter quam amittiꝉ hoc priuilegium reuocandi domū est, si legatus vel similis, quasi contraxerint tpe legationis: dummodo cum certa persona quasi cōtraxerint. per l. cùm quæritur. ff. de lega. iuncta l. contraxisse. ff. de act. & obli. & iuncta l. oēm. & l. interdum. §. fi. ff. de iud. Et his, quę superius dicta sunt de contractibus: secus si quasi contractum sit cum incerta persona, & ideò, quamuis legatus legationis tpe habeat hæreditatem, non pōt ibi conueniri à creditoribus vel legatarijs, cum quibus tunc tēporis quasi contrahitur, vt in l. apud Iulianum in fi. ff. quibus ex causis in pos. eatur. Sed habet ius reuocandi domum, vt in l. de eo. ff. de iudi. sc̄dm Ang. & bene, iudicio meo, licet glo. ibi videatur simpliciter velle, quòd legati ex quasi cōtractibus gestis tpe legationis, non amittat ius reuocandi domum: quanuis quasi contraxerint legationis tempore licet secus sit in contractibus, vt s̄. dixi. Et sic quo ad sortiendum forum glo. vult, quòd non sunt paria, obligari ex contractu, & ex quasi cōtractu. quod est cōtra dictam l. cùm quæritur. iuncta d. l. cōtraxisset. & d. l. interdum. §. fin. facit tex. & qđ ibi no. Doc. in l. heres absens. §. j. & ad hoc vide qđ dixi in d. c. dilecti. §. eo. in ij. prin. ar. in. xij. q. prin. Et hæc dicta cōiunge cum his, quæ ibi dixi. aduerte tamen. qa licet non possint conueniri, tamen tenentur satisdare creditoribus & legatarijs: aliter creditores & legatarij mittunꝉ in possessionem rerum hęreditariarū, custodiæ causa, vt d. l. de eo. iuncta l. sequenti. ff. de iudi. & iunctis glo. & dicit ibi glo. quòd ista satisdatio est cum fideiussoribus, licet illa, quę regulariter præstatur de respondendo in patria, sit nuda cautio, vt dicam in. xij. q. princip. aduerte etiam: quia sicut nō pōt conueniri, licet hæreditatem adeat: ita etiam non pōt legatus conueniri, si ei restituta sit hæreditas ex trebelliano. ratione fideicommissi vniuersalis: siue à sponte restituēte, siue à coacto illam recipiat. tex. est in l. sed & si restituatur. ff. de iudic. nec ob. ꝙ si à coacto recipit, sequitur, quod egit contra eum. Et sic videtur, quod debeat posse conueniri. per ea quæ dixi in. viij. exceptione. quia vt dicit glo. j. in d. l. sed & si restituatur istud est: qa contra hæredem, qui tenetur restituere nō agitur: sed imploratur officium iudicis. quod dictum in vtroꝗ̄ casu videꝉ falsum. nā agere dicitur etiam ille, qui implorat officium iudicis. vt dixi in. viij. exceptiōe. item qa restitutio hæreditatis petitur iure actionis: qa adiens hæreditatem est obligatus fideicommissario, ex quasi cōtractu per aditionem, vt dixi, vnde conuenitur actione ex testō. sed anteꝗ̄ adeat non est obligatus fideicommissario. Et ideo ad adeundum, compellitur officio iudicis vt in l. & si fine. C. ad trebel. secundùm Angel. in d. l. sed & si restituatur. in prin. & ideo solu. prędictę glo. non videtur bona. vnde gl. j. ibi soluit contrarium. Secūdo modo, quod talis non potest conueniri finito iudicio, quod intentauit ad cōpellendum hæredem institutum, vt adiret vel vt restitueret: sed eo iudicio durante, posset, vt dixi in. ix. exceptione. Si tamen legat⁹ esset institut⁹ hæres, & grauat⁹ restituere hęreditatē, & adiret: licet ipse non posset conueniri durante legatione. si tamen eam restitueret fideicommissario, posset fideicommissarius cōueniri: quia priuilegium legati, cùm sit personale, non transit in fideicommissarium, vt d. l. sed & si restituatur.

78 ¶ † Vndecima exceptio, si legati vel alij durante tempore legationis delinquunt, ipsi vel eorū serui non possunt propter hoc conueniri: nec habent ius reuocandi domum. tex. in l. non alias §. j. ff. de iudi. & tenet gl. nostra hic. & Inno. Ioan. An. & Doc.

79 ¶ † Duodecima exceptio si legatus fideiuberet pro alio tempore legationis: propter hoc enim amittit ius reuocandi domum: nisi sibi illud reseruauerit [b], vt est tex. in l. cū furiosus. §. j. ff. de iu.

Decimatertia

a ¶ Si legatus cōtrahat tanꝗ̄ viator & aduena Romę nō pōt ibidē conueneri. est art. disputabilis, vt hic diciꝉ. & vide Pau. in l. hęres absens. ff. de iud. limita ēt istā limitationem, qn̄ legat⁹, qui cōtraheret adeūdo hæreditatem: qa tunc non perdit ius reuocandi domum. ita probat tex. ī d. l. de eo. ff. de iu. & ibi Ang. nota.

b ¶ Nisi illud sibi &c. & sic ex solo facto videtur renunciare priuilegio suo: nisi protestetur. facit l. si tamen. ff. de ædi. edi. & solet dici meli⁹ rem facto, quam verbo declarari. c. dilecti. vbi gl. de ap. not. mo. multa in l. si ita scriptū. ff. de lega. j.

80 ¶†Decimatertia exceptio, si tempore legationis vel similis priuilegij, incipiat possidere aliquam rem in communi: quia vigore illius rei potest conueniri rei vendicatione, vt l. si legationis. ff. de iu. secus si ante legationē incepisset possidere, vt l. nō aliàs §. j. ff. de iu. & ibi per glo. & Do cto.

81 ¶†Decimaquarta exceptio, si legatus transiret cum re aliena, quia potest conueniri, non obstante legatione: nec haberet ius reuocandi domum, secundùm Ang. in l. si legationis. in fi. ff. de iudi. ad hoc saltem, quòd res illa sequestretur, vt puta, si trāsiret cum equo alieno, vt no. in l. si fideius. in fi. & ibi per Ang. ff. qui satis. cog. & idem tenet Spe. in tit. de compe. iud. adi. ver. quid si quis per locum vbi dicit, quòd saltē tenebitur satisdare. ad qđ vide qđ ipse in titu. de satisdando. §. dicto. in prin. Et ad hanc materiam vide quod dixi in c. iij. s̄. eod. ver. secunda declaratio.

82 ¶†Decimaquinta exceptio, si compromisit durante legatione ex quo ad compromissum, vt possit arbiter cogi sententiam dicere, non habet ius reuocandi domum. secus autem si prius cōpromisisset: & postea superuenisset, legatio, vt est tex. in l. nō distinguemus. §. item si quis Romæ. ff. de arbi. hoc tamen vltimo casu, si ipse peteret compelli arbitrum, cogeretur respōdere: & arbiter posset compelli ad petitionem partis aduersæ, vt d. l. nō distinguemus. §. illud.

83 ¶†Decimasexta exceptio, quæ impedit ius reuocandi domū est si actio sit tempore peritura. nam hoc casu, causa cognita iudex in eum iudicium dabit, vt saltem litem contestetur. tex. est in l. & si restituatur. § sed & si dies. ff. de iud. nec ob. l. ij. §. in oībus. eo. ti. vbi dicitur quòd talis protelatio, hoc est ad domum reuocatio, debet procedere sine temporali damno creditoris. & sic innuit quòd interim præscriptio debet dormire. & sic videt̄ sequi quòd dies non potest exire: quia respondeo quòd procedit sine damno creditoris in effectu: quia aduersus exitum restitutio imploratur: & etiam ad hoc, vt dies non exeat, succurrit hoc remedio litis contestationis. secundùm Ang. in d. l. sed & si restituatur. §. ædium. Et ponit gloss. in d. §. in omnibus. licet ponat alias opi. sed hec placet. Et aduerte: quia si p li. cote. nō ꝓuideretur: quia esset talis actio, quę non perpetuaretur per lit. conte. qualis est actio de dolo, vt C. de dolo. l. fi. tunc cogeret̄ legatus aut similis, totam causam vsq; ad fin. peragere, vt dicit glo. in d. §. sed & si dies. quam Ang. dicit singularem, ex qua cōcludit ꝙ propter imminentem necessitatem habens ius reuocandi domum cogitur semper procedere vsq; ad actū, per quē euacuatur necessitas & hoc communiter tenent Doc. Et ex prædictis infero quòd vbicunq; ad perpetuationem requireretur sentētia, cogetur legatus, aut similis, perseuerare vsq; ad sniam.

84 ¶†Decimaseptima exceptio sit, quæ indigeat celeritate [a] vt

a puta, si contra legatum, vel eum, qui habet ius reuocandi domū agatur occasione damni infecti. si enim causa indigeat celeritate, nō potest proponi ius reuocandi domum: aut præstare cautionem de damno infec. aut agente, vicinum admittere in possessionem, vt l. sed & si restituatur. §. ædium. ff. de iud. Et idem dicunt hic Inno. & Ioan. And. in causis electionum & similib9 quę celeritatem desiderant, quæ sunt tempore periture: quia in talibus non habet locum ius reuocandi domum. per l. ij. §. pe. ff. de iu. & d. §. ædium. & j. de appel. c. oblatis. & ff. de ferijs. in l. j. §. sed excipiuntur. & duabus sequentibus. & j. de ferijs. c. licet. & c. fi. qđ procedit in electionibus prelatorum. secus in electione canonicorū, in quibus non est tm̄ periculum in mora, secundùm Inno. Hostiē. & Ioan. Andre. & placet etiam Do. me. qui dicit hoc esse notandum. Et idem tenet hic Henricus Bohic ar. eorum quæ leguntur & no. in c. cùm ecclesia Vulterana. & c. ne pro defectu. s̄. de ele. & archi. v. q. ij. c. j.

85 ¶†Decimaoctaua exceptio vbicunq; propter hanc reuocationem ad domum posset aliquo modo præiudicari aduersario si non responderet. nam tunc cogitur respondere, & actum celebrare per quem prouisum sit aduersario: vt est tex. notabilis in l. si legationis in prin. ff. ad senatusconsul. Trebel. vbi si legatus suspectam dicat hæreditatem: cogitur etiam legationis tempore iudicium accipere. & licet deliberare se dicat, an habeat: cogēdus est adire: sed non vt statim restituat: sed vt reuersus domū si putauerit sibi expedire, commodo falcidiæ vel testamēti vtatur, vel si non putauerit, restituat totam hæreditatem, ne onera patiatur: & ratio est: quia aliàs posset præiudicari fideicommissario vniuersali: si fortè moreretur añ aditā, & restitutā hæreditatem: quia euanesceret fideicommissum, vt l. apud Iulianum. §. vtrum. ff. ad trebel. non ergo debet ei nolle responderi in pręiudicium fideicommissarij, cuius ius perire posset. ad quod faciunt, quæ dicta sunt in duabus præcedentibus excep. maximè

b quia in hac iudicij acceptione, legatus non multum occupatur [b] in officio suæ legationis, vt diciti tex. in d. l. si legationis.

86 ¶†Decimanona exceptio quādo id qđ petitur in iudicio à legato, vel ab alio, qui habet ius reuocandi domū, est tale ꝓpter qđ legatus in legationis officio, vel alius in negotio, vel officio suo non impedit: vt si petatur, ꝙ respondeat interrogationi, vel alij causæ, de qua potest se faciliter expedire, secundū dominos de Rota decis. lxxxix. in antiquis. arg. l. si legationis. in princ. ff. ad Trebel. sed tu aduerte: quia licet ratio illius tex. multū faciat, tñ illa non videtur esse sola ratio: sed assignatur etiā ratio, quando pars aduersa dānificaretur propter non respondere: & ideò videtur posse attentari, ꝙ dicta decisio procedat, quando coniungeretur periculum aduersarij, si non responderet.

87 ¶†Vigesima exceptio, si est legatus & finitū sit temp9 legationis. nā finito tempore, finitur ius reuocandi domū, vt l. ij. §. planè. ff. de iu. facit C. de resti. mili. l. j. & dicūt hic Inno. & Io. An. ꝙ licet finita sit legatio, tamen donec parat se ad reditū, habet ius reuocandi domum: vsq; quo in domum redierit, vel redire potuerit: & intellige, non de qualibet domo: sed de illa, ex qua suscepit legationē. & ita sentit glo. in d. §. planè. inquantū dicit, ꝙ finita legatione, potest præueniri, intelligendo cum aliquo tēporis moderamine. per l. ratum. ff. de solu. cum simi. Et idem tenet Hostien. in sum. in tit. de excep. §. fi. versi. & quod dixi per iura prædicta, & per l. si cui. §. tandiu. ff. ex quib. cau. maio.

88 ¶†Vigesimaprima exceptio, fauore dotis. nā si vir habens alibi domiciliū contraxit matrimonium Romæ ibi recepit dotē, & ibi existens legatus, ab vxore diuertit: non habet priuilegiū reuocandi domū. licet legatus aliàs haberet. tex. est in l. si vxor. a ff. de iud. & istud est speciale fauore dotis. secundū glo. ibi, in vltima solutione. quam sequitur Ang. ibi. & in l. exigere dotem. eo. tit. specialitas autē consistit in hoc, quia licet legatus contraxerit Romæ, matrimoniū & dotem ibi receperit: tamē videtur domicilio se constituisse soluturū. per not. in d. l. exigere. & ibi b per Bart. Bal. & Ang. & per do. Anto. & do. m. in c. j. j. de spōs. vt vobis dixi superioribus diebus legendo illud c. in voce, ꝙ prima lectione tenet Bal. in l. j. C. de sum. trini. & Archi. xij. di-

c stin. c. illud. dixi latè in c. dilecti. s̄. eo. [c]

89 ¶†Vigesimasecunda exceptio. ratione renunciationis. si fortè renunciauit quis huic priuilegio reuocandi domum: nec mirū, quia fauori pro se introducto: regulariter quis potest renunciare: vt in l. si quis in conscribendo. C. de pac. dixi latè in c. si diligenti. s̄. eod. c

90 ¶†Duodecimò principaliter quæro, quis sit effectus propositionis istius iuris reuocandi domum. Sol. effectus est, vt verbū sonat. videlicet, vt ad domū propriam, reuocet ad iudicē domicilij cognitionē illius causæ: & ab eo iudice aduocet, corā quo conuenit̄, vt hic. & in l. ij. §. legatis. & in l. sed & si restituatur. §. ædium. ff. de iudi. cū alijs iuribus s̄. alleg. & sicut legati aut similes habentes & proponentes tale ius reuocandi domū, non coguntur ibi suscipere iudicium: ita nec iuramentū decisiuū coguntur subire: vt est tex. in l. sed & si restituatur. §. j. ff. de iud. & in l. tutor. §. fi. ff. de iureiur. & in l. in contractibus. §. illo. C. de nō d nume. pecu. est etiam effectus, quia tenetur talis proponēs cauere de iudicio sisti intra terminū per iudicem assignatū, in l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. sed circa prædicta insurgit multiplex dubitatio. Primò ad quid teneatur cauere, seu quid cōtinere debeat dicta cautio. circa quod quidam voluerunt, ꝙ caueri ad diē certam sibi assignatam redire ad curiam, seu ad omnem patriā, vt sic ibi se defendat. arg. c. fin. j. de dila. & est expressum in d. §. sed si dubitetur. Inno. verò dicit, quòd sibi plus placet, ꝙ nunꝗ debeat dare cautionem de se defendendo in curia: sed solùm ꝙ respōdebit corā suo iudice ordinario. arg. d. §. legatis. & hoc sequitur hic Io. And. dicit tamē ꝙ Hosti. plus placet prima opi. d. Anto. nititur concordare, quòd causa est talis, quæ potest tractari coram inferiore: quia non est ardua: & procedit secunda opi. Inno. si modò iudiciū non erat inchoatum ante legationē, aut causa est ardua: seu iudicium erat cœptū ante legationem: & cedat prima opi. & opi. Hosti. sed dicit hic do. m. quòd non credit, quòd Hosti. habuerit alium intellectū: quia tunc dictum suum nullum haberet dubium, seu effectum. glo. in d. §. sed & si dubitetur. sentit opi. Inno. & eā clarius sequitur ibi Bar. & hæc verior, secundū do. m. cùm in prædicto §. sed si dubitetur. nihil

d dicatur de redeundo: sed tātum ꝙ debet præstare cautionem [d] de sistendo in iudicio certa die. & in §. legatis simpliciter dicitur ꝙ non compellitur ibi iudicium subire. hæc opin. mihi placet, quādo persona, vel causa de sui natura, aut ex priuilegio deberet esse in curia: sed si persona ex priuilegio non posset cōueniri nisi coram sede apostolica: vt quia exemptus, secundū quod dixi in ij. q. prin. vel causa de sui natura, propter ipsius grauitatem & excellentiam, deberet esse in curia, vt in c. vt debitus. in fi. j. de appel. vel etiam ex accidēti, vt quia ante legationem, vel similem causam cōcedentis hoc priuilegium, causa fuisset in curia, vel communi patria inchoata. per l. de qua re. & l. vbi cœ-

a ¶Adde qđ notat Alex. ratiōe celeritatis in l. j. in ij. no. ff. de dam. infec. & per moder. ibidem.

b ¶Quia est actus momētaneus, vt dicit Pau. & Alexan. in l. si delegatus. in princi. ff. ad trebel. vbi latius de hoc & ibi limitant præfati Doc.

c ¶Adde Alex. in consil. cj. lib. iij. & de ista exceptiōe vide latius p Bar. & doct. in l. exigere dotē. ff. de iudi. & Bal. qui plurifariā limitat eā l. in rub. de priui. dotis.

d ¶Cautionē iuratoriam tantū, secundū Bart. in l. fin. C. vbi in rem actio. & vide quę dixit Alex. post Bar. in l. sancim9. C. de verb. sig.

ptum.ff.de iud.& probatur expresse in c.fi.j.de dila.& ad idē allego tex.optimū de iure ciuili,in l.nō distinguemus.§.si quis Romæ.ff.de arbi.quem tex.induxi ibi s.in v.q.princi.sed posses dicere,vt ibi dixi,quòd istud non est propriè ius reuocandi domum:sed differendi in aliud tempus.proprium enim ius reuocandi domū videtur esse,vt promittat sistere in loco,ad quē reuocat,vt dicit gl.in d.§.sed & si dubitetur.aduerte tamē:quia si iudicium nō esset inchoatum ante legationem Romæ aut in simili loco,sed esset inchoatum tempore legationis: fortè quia dies esset exitura,vel ob aliam similem causam,secundùm ea, quæ dixi in præced.q.ver.xv.& seq.tunc enim sufficeret cauere sistere iudicium,& finire in propria patria,vt est in l.sed & si restituatur.§.sed & si dies.ff.de iud.vbi tex.dicit,vt litem contestetur:ita vt in prouinciam trāsferatur.nec obst.l.vbi cœptū. quia,vt dicunt Ang.& Bal.in d.§.ædium.& bene hoc facit necessitas. Et nota circa prædicta, ꝙ licet quis habeat in cōmuni patria ius reuocandi domum,& in cōmuni patria conueniatur, & ipse proponat tale ius,teneatur cauere,& sibi assignetur terminus ad sistendum in iudicio,secundū quod dictum est.tamē si interea aduersarius vellet eum cōuenire in propria patria,teneretur respondere:aliàs fieret missio in possessionē si nō esset qui eum defenderet:sed antequàm fiat missio,cognati tūc sunt interrogandi & citādi,& amici:an velint defendere:vt ff.quib. ex cau.maio.in l.ait prætor.& l.seq.& ff.quib.ex cau.in pos.ea. in l.hoc autem.secundùm Inno.hic,& Hostien.in sum.in tit.de excep.§.fin.versi.item hi coguntur.vbi dicit, ꝙ defendetur per procura.nisi reipublicę causa absuerint,vt in l.j.& ij.ff.eum qui appellat &c.& l.j.ff.apud eū à quo appel.& mihi placet.quod tamen est intelligendum,vt traditur in dictis iuribus:& in alijs iuribus ibi in glo.alleg.Item dubitatur circa cautionem,qualis debeat esse ista cautio.Sol.dic,quòd sufficit nuda promissio,vt dicit tex.in d.§.sed & si dubitetur.aliàs sequeretur absurdum, quòd per viam indirectam cogeretur iudicium suscipere:cùm fortè nō reperiret ibi cautionem.& idem tenent hic Inno.Hostien.& Io.And.& Hosti.in summa de excep.§.fi.ver.si autem dubitetur.& glo.in d.§.sed & si dubitetur.dicit tamen glos.ibi, quòd fortè erit pœnalis.Et idem tenet Spec.in tit.de satisd.§. ij.ver.illud.nisi fortè sit suspectus:quia tūc teneretur cauere etiā cum fideiussoribus.arg.l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satisd.cog.& ff. de offi.pręsi.in l.senatus.secundùm glo.& Spec.in dicto loco. sed Dy.& Iaco.Butr.tenēt cōtrarium in d.§.sed si dubitetur.& bene secundùm Ang.& Doct.quia secundùm aliam opi.glos. & Spec.nullum esset priuilegium legatorū,& aliorum, quibus competit hoc ius:quia semper possent allegari suspecti:cū sint subitò recessuri:& nec Romæ aut in patria cōmuni,vel eius territorio possideant immobilia.sed aduerte,quia imò videtur, ꝙ præponens hoc ius reuocandi domum,debeat satisdare: & sic cum fideiussoribus,& non nuda cautione,vt est tex.iuncta glo. in l.de co.ff.de iudi.Solu.dic,quòd ibi loquitur de alia satisdatione,quàm sistendi in iudicio intra terminum statutum.Nam ibi satisdat de legato & debito soluendo,ex quo ibi adiuit hæreditatem,secundū quod dixi s.in ij.q.princi.sed quò ad terminos nostros de cautione sistēdi in iudicio,sufficit quòd sit nuda. Et ex prædictis colligitur casus,in quo quis satisdat corā vno iudice,& vno tempore,& vno loco de defendendo corā alio iudice,& in alio tempore,& in alio loco.pro quo facit.ff.de iu.fo. in l.penul.ff.de lib.causa.in l.ordinarij.§.si is.& ff.de adul.in l.si adulterium.§.fin.& in d.l.senatus.Ex his Deo duce ista materia iuris reuocandi domum,cum longè ampliori & ordinatiori dote reducta est in domum suam,& in locum suum.

¶ Vlterius,quia s.in rubri.ego dixi me hic examinaturum.iiij. prin.articu.in quo venit tractādum,quid si in persona alicuius concurrunt plures qualitates,per quas concludatur multiplex forus:ita ꝙ possit varijs in locis conueniri,vtrum ad actorem, vel ad reum pertineat fori,vel iudicis electio:circa quem arti.in primis ego pono istam regulam,quòd electio pertinet ad actorem.hoc expressè tenet gloss.pen.in c.dilecti.§.eo.per not.in c. cùm sit.§.eod.& ibi etiam tenent Docto.cōmuniter,licet aliqui contrà.idem tenet Spec.de compe.iud.adi.§.j.ver.quid si debitor.per l.non vtiꝗ.ff.de eo quod cer.loco.tenet do.m.in d.c.dilecti.per illum tex.vbi dicit esse casum:quia conuentus ibi volebat conueniri in proprio domicilio:sed actor eum trahebat ad locum contractus,& præualuit actoris electio,vt dicitur ibi.vnde potest conuenire illum,& vbi cōtraxit,& vbi domiciliū habet reus:& sic electio pertinet ad actorem,vt ibi dixi in j.q.ij. princip.articu.idem tenet glo.in c.statutum.§.cum verò.de rescrip.lib.vj.in verbo,recuset.& in l.fin.C.vbi in rem act.tenet etiam domi.m.hic,licet remittat se ad not.in c.dilecti.vbi etiam ego in materia contractus tenui istam opin.in iiij.q.princ.in ij. princi.arti.per not.in l.iij.ff.de eo quod cer.loc.tenet etiā Ioan. And.post Hosti.in c.quāto.§.de offi.ordi.in glo.pen.dixi post Gofr.in c.fanè.§.eo.ver.xij.declaratio.& probatur a.à speciali eorū,quæ infrà dicam.Aduerte,quia Io.And.post Hosti.in d. c.dilecti.§.glo.penul.dicit,ꝙ caueat actor,qui elegit vnū iudicē, vt non recurrat ad alium:quia si sic faceret,caderet à causa,vt l. vna.in fi.C.de asser.tol.quod cōmuniter[a] reprobant hic Doct. & do.Ant.& do.m.& Io.de Imol.hic.& Doct.in c.ex tenore. §.de rescrip.vbi Inno.& Doct.dicunt ꝙ prædicta l.vna.in fi.loquitur in casu speciali fauore libertatis.tenet Gul.in l.ij.C.de iur. om.iudi.sed Ange.in l.si fideicōmissum.in fi.ff.de iud.tenet cōtrarium,quando instantia adhuc nō esset finita.& vide quod dixi in c.præced.in xv.prin.fortè latius dicam j.in tit.vt lit.pen. vbi melius conuenit,vide quod latè dixi in c.fin.j.de mu.peti. in xij.princi.articu.prædicta tamē regula primò fallit in scholaribus,qui in tribus iudicibus,quos habet,secundū formam auth. habita.C.ne fil.pro pat.possunt eligere coram quo malint cōueniri.tex.est in d.auth.dū tex.dicit huius rei optione data scholaribus,coram magistro,vel doctore suo,aut ipsius ciuitatis episcopo &c.Et si coram alio conueniantur,videntur habere solum priuilegiū,vt possint sibi eligere magistrū,vel ciuitatis episcopum.aduerte tamen:quia glo.in d.auth.dicit,ꝙ etiā possunt sibi eligere potestatē:quia ipse est iudex ordinarius omniū ibi contrahentiū.quare licet ab illa auth.habeant priuilegiū exemptionis à iurisdictione ordinaria,& ꝙ possint sibi eligere dictos iudices:tamē ordinarius non perdit iurisdictionē.facit l.fi.C.de iurisdi.om.iudi.sed dicit Saly.ꝙ dubitat,vtrū prædicta glo.bene dicat:quia licet scholaris cōuentus sub potestate,possit cōsentire in eum,& non vti priuilegio suo circa eligendū doctorem, vel episcopū:tamen vbi cōuentus est corā episcopo vel magistro suo,an possit eligere potestatem:in vno actore dubitādū est,quia prædicta facultas concessa scholaribus exorbitat à iure,& à regula cōmuni,quam supra posui:ergo non extendēda ad alios iudices quā expressos in d.auth.Subdit tamē Saly.quod pro glo.facit,quia conuentio facta sub episcopo vel doctore, facta est ab actore putante ꝙ scholaris velit vti priuilegio: sed cum dicat,ꝙ non vult cōueniri nisi sub potestate,videtur dicēdum,ꝙ potest velle nō vti priuilegio suo:secus si potestatē eligeret tanꝙ vnum de tribus:quia hoc casu,putat Salice.ꝙ non possit quæ opi.satis mihi placet.Et aduerte:quia si scholares eligant sibi rectorem,qui ex forma statuti habet iurisdictionē inter scholares:scholaris conuentus corā episcopo vel magistro, poterit sibi eligere rectorē,& cōuentus corā rectore,poterit illum recusare & eligere doctorē,vel episcopū:quia propter rectoris creationem alij non perdiderūt suam iurisdictionē.argu. eo.quæ not.in l.fi.C.de iuris.om.iudi.secundū Sali.in d.auth.habita.quod ꝓcedit,nisi ex forma statutorū aliud disponatur:fortè ꝙ scholaris necessariò conueniendus esset sub rectore : quia tunc seruanda forēt statuta.A.B.sed aduerte:quia hæc q.dependet ab alia q.videlicet,vtrū auth.habita.quæ loquitur in elect.habeat locū in rectore scholarium.circa quā Zab.mouetur,quia licet in illa auth.nō fiat mētio de rectore,hoc ideò processit: quia tunc temporis scholares non faciebāt rectorē:vnde verisimile[b] est,ꝙ si tunc habuissent rectorem,illam iurisdictionē dedissent etiam rectori,Et sic hodie rector videtur adiunctus iudicibus nominatis in d.auth.habita.sed Bal.in d.auth.sentit contrariū dicēs, ꝙ scholaris conuentus corā doctore non potest eligere rectorem:quia tex.ibi non dat optionem,nisi in tribus iudicibus,scilicet potestate,episcopo,& doctore.cum ergo de rectore nihil dicat,ergo &c.arg.l.si verò.§.de viro.ff.sol.mat.& hanc opin. sequitur do.m.in disputa.quæ incipit Gandulfus in primo dubio.Mouetur,quia cùm illa auth.sit ius priuilegiatiuū & speciale,non debet extendi ad non expressa: præsertim contra iuris cōmunis regulas.c.porrò.& c.fanè.de priuileg.vij.q.j.c.petisti. Quinimò videtur dici posse secūdū eum,ꝙ etiā si scholares tūc fecissent rectorem,Imperator non dedisset illi iurisdict. quam dedit alijs:cùm rector sit cōmuniter iuuenis,et sodalis scholariū vnde saltem in casibus,de quibus ibi non videtur fuisse danda tanta potestas.Quare putat,ꝙ scholaris hodie cōuentus coram rectore nō posit,mero iure inspecto,illius iurisdictio.declinare,& eligere sibi episcopū,doctorem, vel potestatē, secundùm formā d.auth.habita.mouetur principaliter:quia per illam auth. habita.non datur iurisdictio,nisi illis tribus iudicibus:ergo cōuentus coram rectore nō habet illam optionē.nec obst.si diceres rectorē non habere potestatē suprà scholares,cū d.auth.habita.det illā tribus iudicibus,vt l.cōsulta diualia.C.de test.quia respō.ꝙ illa auth.dedit dictam iurisdictionē illis tribus in fauorē scholarium,vt ibi colligitur manifestè:ergo possunt in parte renūciando illi fauori,eligere sibi rectorē:vt l.si quis in cōscribendo.C.de pac.& c.ad apostolicā.de reg.cū simi.nō enim est præsumptio,ꝙ Imperator priuilegiando ibi scholares,voluerit eis tollere

a ¶ Cōmuniter reprobatur opi.Ioā. And.& Hosti.vide de Alex.in l.quāuis.ff.de dā.infe. cum simili.vt per Feli.in c.ex tenore.in vj.col.versi. perdere.§.de rescrip.

b ¶ Facit quod dici solet ij.tale pactū. §.fi.vbi gl.est singul.ff.de pac.vbi dicit Bal.in ij.notab.ꝙ in legibus, omne id dispositum videtur, quod est verisimile factum legislatorē fuisse si de eo fuisset interrogatus, & adde Ro.q eleganter loquitur in consi.cv.incip.viso themate.& alexan.in l.Titius.§. Lucius.ff.de lib. & posthu.

tollere potestatem eligendi sibi rectorem. Nec quòd ob gratiã concedatur &c. contra regulam, quod ob gratiã. de reg. iur. lib. vj. & C. de leg. l. quod fauore. Item iura volunt, ꝙ scholares faciant vniuersitatẽ, vt in c. quia in causis. de ꝓcur. & in prooemio vj. Cle. j. ergo cõcludunt, ꝙ habeant iura vniuersitatis: inter quę est hoc, vt possint sibi eligere rectorẽ, vt l. fin. C. de iurisd. om. iudi. Et eligẽdo sibi rectorem, perdũt quò ad eũ beneficiũ optionis concessum per d. auť. habita. cum succedat dispositio. d. l. fi. qua cauetur per iniquum & temerarium esse, ꝙ illi de collegio prætextu militiæ, dignitatis, vel alterius qualitatis, debeãt declinare iurisdict. rectoris collegij. nec habent in hoc de quo scholares conquerant. cùm per ele. rectoris, quo ad eum, recedãt à prouisione legis: vt l. fi. C. de pac. cõue. tam super do. nec ob. quod cũ virtute d. l. fi. non liceat illis de collegio declinare iurisdi. potestatis, cùm cõcurrat cum rectore collegij. & cũ prætextu auť. habita. hoc licet, vt ibi. si ergo licitum est declinare iurisdi. potestatis, eligendo aliũ ex illis tribus: ergo fortius debet licere declinare iurisdi. rectoris, eligẽdo aliquẽ ex illis tribus: cùm potestas sit maior rectore: vt d. l. fi. & per Inno. in c. dilecta. de exces. præ
a la. in fi. quia si vinco[a] vincentẽ te, ergo & te, vt in c. authoritate. de exces. præla. lib. vj. ad hoc respõ. quia potestas erat iudex necessarius: vt d. l. fin. meritò ius voluit prouidere scholaribus. sed rector est voluntarius, vnde eligẽdo sibi rectorẽ, recedũt à prouisione legis, vt dictũ est ergo &c. facit c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. vj. cõcludit ergo do. m. ꝙ mero iure inspecto, scholaris conuentus corã rectore nõ potest declinare suã iurisdictionem supponẽdo se iurisdic. potestatis, vel episcopi, aut doctoris. Et hoc dicit esse notãdũ tanꝙ nouũ, & verissimum. & idẽ dicit si scholaris conueniať corã aliquo ex illis tribus, vt non possit eligere rectorem vniuersitatis, secundũ do. m. in dicta disputatione. vbi subdit, vtrũ d. auť. habeat locũ in clericis, quo ad optionem. de quo ibi diciť. & ibi concludit, ꝙ respectu iudicũ laicorũ nullo modo habet locũ: quia laicus nõ est capax iurisdi. cõtra clericũ vt in c. cũ non ab homine. s. de iud. dixi latè s. tit. ij. c. j. nec obst. opi. Nico. de Mata. & Bal. in d. auť. habita. distinguentiũ, ꝙ aut clericus venit ad studiũ licẽtiatus à iure, vt quia venit ad studiũ theologiæ: vt in c. fi. de ma. Et hoc casu, cleric⁹ potest vti dispositione illius auť. etiã quò ad iudicẽ laicum: quia lex & princeps potuerũt super hoc disponere. & videtur disposuisse, dãdo licẽtiam veniẽdi ad studiũ. quod patet ex eo, quia vt dixi auť. habita. est inducta in priuilegiũ scholariũ: cũ ergo concedant esse in studio, videnť dispensare super his, quæ sequunť ad illud. ff. de
b re iudi. l. quidã consulebat. C. de nup. l. imperialẽ. §. si militis. sicut monachus[b] licentiatus ad studiũ, videtur habere licentiã ad agendũ super factis studij. l. si longius. §. fi. de iu. Et idẽ dicit de licentiato ad studiũ per summũ põtificẽ. Si verò solũmodo est licentiatus à prelato, dicunt ꝙ potest eligere, dũmodo eligat iudicem ecclesiasticũ. laicum verò eligere non potest, arg. tex. nostri. Si verò est in studio absꝗ licentia aliqua. Et tũc, quia offendit l. nõ debet aliquod priuilegiũ scholasticũ habere: vt in auť. de offi. iud. §. neꝗ autẽ. & l. auxiliũ. §. fi. ff. de mino. quod dixit Bal. tenendũ potius, quàm quod dixi Io. And. in c. si diligẽti. s. eo. sed do. m. in d. disputa. dicit, quòd respectu iudicũ laicorum, etiam in primis duobus casibus, nõ habet locũ d. auť. quia licet canon. seu Princeps licẽtiando videanť concessisse ea, quæ tendunt in fauorẽ ipsorum studẽtiũ: tamẽ illud nõ procedit in terminis nostris: quia in generali licẽtia non videtur data licentia veniendi cõtra specialiter prouisa per iura canonica, & diuina: vt in si. not. Bart. in l. à malitiosa. ff. de decr. ab ordi. fa. Quare cũ iura canonica & diuina velint clericum discuti per laicum: vt in c. si diligenti. s. eo. & latè dixi c. j. s. eo. meritò hoc non venit in tali conces. præterea non est verisimile, ꝙ papa voluerit præiudicare priuilegio totius ordinis clericalis, in fauorem studentium: quia læditur priuilegium clericale: etiam si vnus clericus conueniatur corã seculari. c. si diligenti. s. eo. & quia nõ est verisimile,
c ꝙ quis cõcedat in genere, quod in specie[c] non fuisset concessurus. c. fi. de offi. vic. lib. vj. & in regula, in generali. de reg. iur. lib. vj. Præterea per generalem licentiã eundi ad studiũ, videtur illa dũtaxat concessa, sine quibus commodè in studio esse non potest. arg. l. sed & iul. §. quod diciť. ff. ad maced. Sed clericus commode potest esse in studio absꝗ eo, ꝙ eligat iud. laicũ: ergo nec obst. contrarium, ꝙ fieri potest de laico domino feudi, qui cognoscit etiam contra clericum vasallum, vt latè dixi in c. ex trãsmissa. s. eo. quia respõdetur, ꝙ ipse cognoscit quodãmodo in re sua, ratione directi dominij quod apud eũ mãsit. Præterea Imperator ab initio hanc iurisdictionẽ cõcessit domino feudi: vt l. imperialem. §. præterea. de prohib. alic. feu. per Fede. Et siccum hoc onus sit appositũ rei feudali, meritò si clericus vult transire in episcopum cũ onere suo. arg. c. pastoralis. de deci. ad quod vide quod latè dixi j. de cau. pos. & proprie. c. cũ dilectus. ar. xlj.

ver. x. effectus. q. vij. hinc est ꝙ ecclesia, seu papa hãc iurisdictionem approbauit: quia absꝗ ea ecclesia sentiebat dispendiũ: cũ aliter non potuisset feudum acquirere. sed in casu nostro, dicta necessitas cessat: cùm clericus nõ necessitetur ad eligendũ iudicem secularẽ, ratione scholasticæ professionis. quantũ verò ad magistrũ vel rectorem, qui esset clericus, licet inuitus: nõ videať posse distingui, tam ex quo est in studio ex permissio. iuris, vel papæ, aut sui episcopi, potest distringi virtute prorogatiõis. nõ ergo potest distringere respectu illius authẽticæ: quia Imperator non potuit dare iurisdictionem in clericos, cùm eã non haberet. j. q. vij. c. daibertum. nec obst. si dicatur satis esse, ꝙ hoc sit prouisum de iure ciuili. ar. c. j. de oper. no. nun. quia illud procedit, quãdo in materia non esset facta prouisio per ius canonicũ vt not. Inno. in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. vj. sed in materia nostra dispositum est per canones, coram quibus clerici sint cõueniendi, vt hic, & si. iuribus. sed per viam prorogationis potest, si modo hoc accedat ad eius cõmoditatem: ex quo sibi cõcessa est potestas standi in studio. ar. d. l. si longius. ff. de iu. & c. periculosa. ne cler. vel mona. lib. vj. Et ex hoc infert singulariter do. m. ꝙ clericus scholaris cõuentus coram episcopo loci, nõ potest ipsius iurisdictionis declinare, eligendo in iudicẽ doct. clericũ: quia prorogatio nõ habet locum, nisi fiat de ambarũ partium cõsensu, sed q. circa prædicta, qui sunt iud. qui deputantur per dictã auť. habita. Solu. tex. ibi exprimit dominum, magistrũ, & loci episcopũ. Et glo. ibi exponit dominũ. i. Doctorẽ legũ, qui aliàs præceptor appellatur, vt l. in ædibus. ff. de dã. infec. verbũ verò magistrum. glos. exponit pro Doctore alterius facultatis. Et illa glo. facit ad generalẽ cõsuetudinẽ nostram, secundũ quã legum Doct. appellantur domini. Doctores verò alterius facultatis appellantur magistri. Et in si. vide glo. in Cle. ij. de magist. a in ver. doctoratus. quæ dicit, ꝙ in Italia professores iuris, appellantur Doctores in alijs verò facultatibus, appellanť magistri. sed do. m. in dicta disputa. quæ incipit, Gandulphus. in si. j. dubij exponit dominũ pro præside, seu potestate loci, vt est text. in l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excu. tut. not. Ber. l. j. prope fi. ff. de iuris. om. iudi. pro qua expositione alleg. tex. in prooemio ff. in fi. vbi præses, seu potestas numeratur in numero triũ iudicum: & sic tollitur disputatio quam facit Bal. in d. auť. habita. an hodie potestas sit exclusus: cum in d. auť. non fiat mẽtio de potestate: concludit tamen, ꝙ non, cũ iurisdictio sibi simul cũ alijs b fuerit tributa in dicto proœ. placet. Ma. vtrũ autem per iurisdictionem simpliciter alteri de nouo cõcessam, videatur adempta iurisdictio ab alijs. qui illam habebãt. dixi latissimè in c. cæterũ. s. de iudic. Item aduerte ꝙ s. dixi, quòd scholaris potest eligere doctorem suũ, vel rectorẽ &c. procedit, si doctor vel rector sit clericus: secus si esset laicus, & conuentus clericus, secundũ ali- c quos. alij verò aliter distinguũt. tu verò vide, quæ latius dixi in c. significasti. s. eo. in vj. prin. arti. in vj. q. prin. ver. itẽ iuxta prædicta subijcio. q. de scholari. quid autem si scholaris conuentus coram potestate, eligit doctorem suũ, vel episcopũ. sed hoc nõ obstante, potestas pronunciauit se iudicẽ, an præiudicet: & vtrũ à tali interlocutoria possit appellari. & ad quem debeat appellari. vide quod dixi s. in rubri. ver. xcij. & j. de appel. in c. super eo. el. ij. sed quæro iuxta prædicta, quid si scholaris habet duos doctores, & sub vno conuentus, eligit alium Bal. in d. auť. dicit, quòd si ille, sub quo est conuentus, sit principalis: & alius non possit alium non principalem eligere. secus si ambo sint æquè principales: quia tunc posset gratificare, & eligere quem vellet. arg. ff. de leg. ij. in l. si quis seruum. §. intra duos. & ff. ad Sylla. in l. si quis in graui. §. si cum omnes. & sequitur Salic. & mihi placet. facit qd not. in c. duobus. de rescrip. lib. vj. Et prędicta procedunt, etiam in licentiato in decretis, legibus, aut artibus: quia licet non intret scholas, tamẽ nõ prohibetur intrare: & sic ex natura rei mutatus est actus non habitus: ideò nõ habet obesse, sicut nec honor aut, conditione non mutata. ff. de sena. l. pe. secũdùm Sali. in d. auť. habita. & mihi placet. pro quo allego, quia licentiatus magis participat de natura scholarium. arg. l. filiam. §. j. ff. de condi. & demonst. secundùm Bal. & maximè in fauorabilibus, secundùm Ioan. Imo. tenet Pet. de Ancha. & post eum d. Domi. in saluatione sexti. Item procedũt prædicta, nisi scholaris renunciasset dicto priuilegio electionis expressè vel tacitè, secundùm glos. in l. j. ff. si quis in ius voc. non ier. & in d. auť. habita. & ibi Sali. facit regula c. si diligenti. s. eo. & quod ibi dixi. facit etiam quod dixi s. in glo. fin. in xj. q. princ. ver. xxij. excep. sed quæro quando scholaris debeat facere hanc electionẽ. Sol. dic, ꝙ debet illam facere ante lit. contesta. postea verò non potest, secundùm glos. in d. auť. habita. quia ita est exceptio fori, per l. fin. C. de except. ergo ante lit. contesta. debet opponi. facit quod dixi supra in materia reuocandi domum. in vij. q. princip. ante ergo lit. contest. potest eligere, quod est verum, se-

a ¶ Si vinco vincẽtem. Latè de hac regula in l. Claudius. per Bart. ff. qui pot. in pign. hab. in l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscrip.

b ¶ Adde Bar. in l. si longius. in §. fi. de iudi. Bal. ĩ auť. causa quæ fit. de epis. & cle. Spec. in titu. de act. ver. quid si.

c ¶ Facit optimè glos. no. in l. j. ver. argumentum triplex. ff. de off. ci⁹. & in pulchra quęstio. Pau. cõsi. cc. xvij. vol. j. col. ij.

cundùm Sali. si prius non fecisset aliquem actum, per quem videretur consensisse in illum: quia non posset postea alium eligere: licet contestatio adhuc non esset facta: quia sicut nõ posset tunc recusare, ita nec alium eligere: cùm sit quædam recusatio. allegat not. per Bart. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. sed melius faciunt, quæ latius dixi in c. inter monasteriũ. j. de re iudi. & quod dixi in d. vij. q. princi. Quæro etiam vlterius vtrum scholaris, qui conuentus coram vno, alium eligit, teneatur saltẽ cauere de respondendo coram illo alio. Solu. Ala. Gofre. Host. & Ioan. And. post eos in c. prou . j. de do. & contu. tenet quòd sic. per l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. & Archid. xj. q. j. c. inolita. super glo. fin. & idem glos. in d. §. sed si dubitetur. quæ tamẽ videtur velle, quòd hoc procedat, quando reuocat ad locum remotum: aliàs videtur, ꝙ solùm teneatur cauere per iudicem, quẽ elegit. per l. iij. j. responso. ff. iudi. sol. & l. præcedente. maximè si coram ipso rectore, vel iudice coram quo cõuenitur, sit grauior forma satisdandi. & sequitur Ange. & Spec. in titu. de satisd. §. ij. versi. quid ergo de scholari. & Ioan. And. ibi in addit. vbi dicit, quòd prædicta opinio, ꝙ teneatur cauere coram illo, quem elegit: habet in scholari clerico conuento coram potestate. alia verò opi. in scholari laico. Et vide quæ dixi s. in materia iuris reuocandi domum. in xij. q. princip. in ver. secundò dubitatur. & in materia vagabundi.

¶ Secundò fallit prædicta regula in vagabundo, cui videtur cõpetere potestas eligendi coram quo conueniatur: licet alij contra. de quo dixi latius s. in materia vagabũdi in ij. q. & ex his est expeditus iiij. princi. articu. A. B. prædicta tamen arbitror procedere, quando clarum est, quòd vterq; esset iudex in illa causa. sed pone quòd in aliquo concurrant duæ qualitates, propter quas duos varios videtur habere iudices: puta, ex forma statuti aliquis est iudex pupillorũ, ex forma eiusdem vel alterius, alius est iudex causarum testamentorum, vel depositorum: modò aliquis est pupillus, & causam vult agere testamentaria, vel depositi, an poterit eligere quem vellet ipse pupillus. si est actor, vel aduersarius, si ipsum pupillum vult conuenire. Et videtur dicẽdum quòd vterq; sit iudex: & sic stet electio in actore. argu. l. titię textores. ff. de leg. j. vel quòd vterq; simul debeat cognoscere. arg. l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excusa. tuto. sol. dicit Ber. in extrauag. ad reprimendam. in fi. quòd attenditur potius persona quàm causa. nã specialior est iurisdictio, in qua est maior specialitatis ratio. sed maior ratio specialitatis est in persona, quàm in causa arg. l. j. ff. de statu ho. & C. quãdo Imperator inter pu. l. j. quod ergo in specialiori ratiõe fundatur, derogat ei, in quo minor inuenitur specialitatis ratio, secũdùm Bart. in dicta extrauag. ad reprimendum in ver. non ob. & sequitur Bal. in l. j. ff. de offi. consu. q. iij. Ma.

¶ Superest nunc vt iuxta præmissum ordinem in rubrica examinemus. vj. princi. arti. videlicet vbi, seu in quo loco iudex iurisdictionem, seu forum exercere, seu retinere debeat: quia quintus arti. fuit examinatus in c. si clericus laicus. s. eo.

¶ Circa quem articulum prosequar duo membra.

¶ Primum respectu territorij.

¶ Secundum, respectu loci ipsius iudicij.

91 ¶ † Quò ad primum distingue, quòd aut loquimur de iurisdictione contentiosa, aut de voluntaria. primo casu, regula est, ꝙ quis contentiosam iurisdictionem non potest in alieno territorio exercere, vt in c. ij. in fi. de consti. lib. vj. & in l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. vnde episcopus in aliena diœcesi nõ potest iurisdictionem exercere. ix. q. ij. c. ipsum. & duobus sequentibus. vij. q. j. in c. placuit. el ij. & c. ij. in Cle. j. in prin. eo. titu. Et ratio est, quia iu-

a risdictio[a] cohæret territorio, vt in l. fin. C. vbi & apud quem. & l. j. §. cùm vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. Et prædicta regula procedit etiam si episcopus, vel similis vellet cognoscere in aliena diœcesi inter subditos, quos ibi haberet: & in loco sibi subiecto cùm non possit ibi sedere pro tribunali sine licentia illius, cuius est diœcesis, vt patet in eo, quod legitur & not. in c. nouit. de offi. leg. in c. ex tuarum. s. de autho. & vsu pal. j. de statu mona. in c. in singulis. §. ordinent. quod est verũ, nisi hoc haberet ex priuilegio. j. de exces. præla. c. accedentibus. in fi. vel consuetudine iam præscripta: quia cùm cõsuetudo tribuat iurisdictionem in rebus & personis, vt latius dixi in c. cùm cõtingat. s. eo. fortius debet cõcedere respectu loci. xij. q. j. c. præcipimus. dummodo ex hoc limites non confundant: alioquin contra, vt patet in eo quod legitur & no. in c. super eo. j. de paroc. & in c. cùm sint homines. j. de deci. secundùm Hosti. & Io. And. in c. quanto. s. de offi. ordi. & ibi vide qualiter episcopus possit habere subditos in aliena diœcesi. prædicta tamen regula fallit in episcopis pro teruia impiorum expulsis, quibus indultum est in diœcesibus alienis, in ciuitatibus videlicet, vel locis insignibus, suis ecclesijs viciniorib us, posse contra expulsores, consiliarios, & finitores, & alios subditos, petita tamen prius, licet non obtenta, licentia à diœcesano illius loci, iurisdictionem contentiosam exercere, vt d. Clemen. j. eod. titu. cuius materiam declara, prout ibi latius scripsi post glos. & Docto.

a ¶ Iurisdictio cohæret territorio, sicut nubes paludi. ita dicit Socin. in cõsil. lxxiiij. ij. col. ver. j. qa quo. in j. lib.

¶ Secundò fallit quando hoc procederet de voluntate partiũ, accedẽte licentia diœcesani vel alterius ibi habentis iurisdictionem. de qua materia dic, vt latius dixi in c. significasti. s. eo. in d. prin. arti. in vij. q. prin. & vide etiam quod dixi in d. Cle. j. eo. titu. in glo. super verbo, iurisdictionem.

¶ Tertiò fallit, quando vellet exercere iurisdictionem contentiosam non requirentem causæ cognitionem: & quæ pro tribunali non est expedienda. hoc sentit glos. in verbo, iurisdictionẽ. in d. Cle. j. eo. tit. facit quod statim dicam in seq. membro. Et si tu diceres, qualiter potest esse, ꝙ iurisdictio contentiosa, vel aliquis actus iurisdictionis contentiosæ non requirat causæ cognitionem: cùm verbum ipsum sonet in contrarium. tangit Cyn. & post eum aliqualiter Bald. in l. fin. ff. de iurisdi. om. iud. Pone exemplum, quòd illud aliàs de sui natura est iurisdictio. cõtentiosæ partes voluntariè agunt, voluntariam sui præsentiam & obedientiam exhibentes A. B.

¶ Quartò fallit in prælato non habente territoriũ, sed tantummodo iurisdict. in personas. Aduerte tamen: quia Inno. in c. cũ contingat. s. eod. duas refert opi. Quidam enim dicunt, ꝙ vbicunq; poterunt cognoscere, sicut arbiter: & diffinire causas eorum, qui suæ iurisdictio. sunt: sed non possunt eas mandare executioni. ar. C. de iuris. om. iud. l. fi. Alij verò dicunt, ꝙ non possunt exercere iurisdictionẽ nisi in loco, vbi consuetudo vel priuilegiũ dat eis iurisdictionem, vel in locis vbi morantur. d. Anto. d. c. cùm contingat. distinguit, ꝙ quidam sunt non habentes iurisdict. sed solam coertionem: vt sunt qui ratione potestatis domesticæ vendicant sibi coertionem: & in illis non est habenda cõsideratio loci: sed procedit illud, vbi te inuenero, ibi te castigabo. l. ij. §. dies. ff. quis ord. in bo. pos. ser. l. à procedẽte. C. de dila. bene facit c. placuit. xxxij. q. ij. Quidã sunt habẽtes iurisdictionem in homines absq; territorio: & isti debent sedere in loco, vbi habitant. ideò Archidiaconi & si. in loco archidiaconatus. Quidam habent iurisdictionẽ cum territorio: & si illa sit potestas spiritualis, vbicũq; poterit exerceri: inspecto illud, vbi te inuenero & c. vnde putat sacerdotẽ curatorem confessionẽ parochiani vbilibet audire posse. de quo dixi in c. omnis. de pœniten. & remis. Si verò sapit naturã contẽtiosæ iurisdictionis: tũc illam exercet in loco principali, vbi datur iurisdictio, alleg. not. c. quanto. de offi. ordi. iudic. not. vbi hoc videntur velle tenere Doct. Et idem videtur sentire Hosti. in c. ea quæ. de statu regu. Si tamen intra terras territorij in quo habet iurisdict. locaret sedem: non peccaret, secundùm do. Anto. æquius tamen, ꝙ in loco specifico & præeminenti, vel vbi datur iurisdict. locet sedẽ. Vbi autem prælati habent loca particularia in diuersis diœcesibus, debent locare in principali prelatura, non in loco particulari: nisi facerent de consensu diœcesani, in loco cuius locat sedẽ. alleg. not. per Doct. d. c. quanto. Et hæc vera, nisi cõsuetudo vel priuilegium aliud disponat: quia tunc in loco vbi maiores consueuerunt, salua honestate. l. penul. ff. de iusti. & iur. secundũ do. Anto. Sed do. m. in repeti. c. si quis contra clericum. dicit, ꝙ in talibus, qui solùm habent iurisdictionem in personas, vt sunt Abbas, præpositus, Archidia. & si. & dicit Do. m. ꝙ putat, ꝙ possint cognoscere vbi voluerint: salua tamẽ honestate, & vbi maiorum suorũ fuit mos cognoscere, sicut dicimus in arbitro. l. si cùm dies. §. arbiter. ff. de arbit. & in domino feudi respectu vasallorum, vt not. glo. l. imperialis. de prohi. alie. & not. in c. cęterum. de iudi. Nam ex quo eis conceditur iurisdictio in territorio alterius, per quem conceditur illius exercitium, ar. c. præterea. & c. prudentia. de offi. deleg. cum simi. Nec recognoscendo extra locum prælaturæ dicuntur violare territorium: cùm ipsorum loca, monasterium, præpositura & si. non sint sibi territorium: imò territorium est Episcopi, ex quo non sunt exempti: vnde ex quo possunt cognoscere etiam extra eum, cognoscendo & diffiniendo in illis locis: cognoscant & diffiniant in territorio alterius: cũ vt s. dixi, iurisdictio istorum concernat personas & nõ loca. Nec apparet ratio vrgens, quare magis possint cognoscere in illis locis, quàm extra. arg. optimum. c. cum illorum. §. si verò claustrales. de sen. excom. & quod ibi not. fatetur tamen do. m. ꝙ honestius esset cognoscere in proprijs locis, ꝙ extra. Sed vbi habent iurisdict. cum territorio, aliquo iure speciali debent cognoscere in territorio. nec debent violare territorium alterius. Et hoc casu, non habent locum superius allegata nisi locarent ibi sedem de consensu illius, cuius est territorium, vt c. nouit. de offi. deleg. & c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. vj. & vj. q. iij. scri. vt dixi secunda fallen. Et hoc casu, possunt locare sedem in quolibet loco territorij: secũdum tamen quod dicam in secundo

in ſecundo membro principali, ſecundùm Do.m.in repet.c.ſi quis contra clericũ.eo.tit.col.pen. Si verò quærimus de iuriſdi-
a ctione volũtaria[a] breuiter dico, ꝙ cùm iſta expediatur ſine cauſæ cognitione, & non pro tribunali, & de partiũ voluntate: poteſt expediri in aliena diœceſi & territorio, vt in l.fi.ff.de offic. præfe.vrb.& ibi per Bart.in l.j.ff.de offi.procõſul.& leg.& ibi per Bald.& doct.& in c.nouit.ſ.de offi.leg.ix.q.iij.per totum. Et ideò licentia petenda à diœceſano circa pœnitentias audiendas, ſecundum formã Cle.dudũ.§.ſtatuimus. de ſepult.poteſt peti & impartiri à diœceſano extra ſuam diœceſim, ſecundùm Guli.Pau.& Zaba.in d.§.ſtatuimus. Et ſic etiam exiſtens extra diœceſim, poteſt delegare cauſam in diœceſi ſua audiẽdã: quia delegare eſt voluntariæ iuriſdictionis.hoc not.in l.fi.ff.de offic. præfec.vrb.not.gloſ.in c.nouit.ſ.de offi.leg.vbi etiam nota ꝙ exiſtens extra diœceſim, poteſt conferre beneficia, per c.poſt electionem.de cõceſ.præben.in parte deciſa, & not.glo.in c.iij. de præben.lib.vj.quã etiã ſequuntur Guli.garzias, & Ioã.An. & Ido.Domi. Et hæc procedunt, quãdo talis iuriſdictio voluntaria nõ exigeret cauſæ cognitionem: ſecus ſi eſſet talis, quę exigeret cauſæ cognitionem, per ea quæ dixi in præcedenti membro, de iuriſdictione contentioſa. Et ex prædictis infertur, ꝙ extra propriam diœceſim, epiſcopus non poteſt excõmunicare vel abſoluere: cùm vtrunq; requirat cauſæ cognitionẽ. de excõmunicatione dixi in c.perpendimus.j.de ſent.excom.in x.articu. de abſolutione verò in c.venerabili.eo titu.quod procedit, niſi excommunicatio ferretur pro cauſa notoria.ad quod vide quæ dixi in c.j.j.de ſenten.excõ.in v.prin.arti. Et quod dixi in d.Cle.j.eo.tit.in glo.ſuper verbo, iuriſdictionem.vbi vide plura notabilia ad hanc materiã: vbi etiam dixi, ꝙ extra territoriũ non poteſt quis confirmare electũ, vel inſtituere præſentatum. quod etiã tenet do.m.in c.nouit.ſ.de offi.leg.per c.fi.iuncta gl. de elec.lib.vj. Aduerte tamen, quia quod dixi, ꝙ exiſtens extra territorium poteſt iuriſdictionẽ volũtariam exercere nõ requirẽtem cauſæ cognitionẽ: procedit in iudice ordinario, ſeu in delegato ab inferiore à Principe, ſeu in vicario vicem gerente, ſeu locum tenẽte alicuius: vt in l.ij.ff.de offi.proconſu.& leg.vnde vicarius epiſcopi iuriſdictionẽ voluntariã extra diœceſim non poſſet exercere: etiam ſi haberet ſpeciale mandatũ ad illum actum: & etiam conſentientibus partibus.facit quod not.Bart. in l.j.C.de ſum.tri.vbi vult, ꝙ cõmiſſio facta ab inferiore à Principe, nunq; poteſt exerceri extra territorium cõmittẽtis.tradit etiam Bal.in d.l.ij.de offi.procon.& in l.fi.ff.de iuriſdi.om.iud. Ideò autem dixi in delegato inferioris à Principe: quia in delegato Papæ non eſt dubiũ, quod ſi partes expreſsè cõſentiunt, poteſt cognoſcere extra diœceſim delegationis ſuę: etiã per viã contentioſæ iuriſdictionis, vt eſt tex.not.in c.ſtatutũ.§.in nullo.de reſcrip.lib.vj. Et idem in delegato principis, tenet Bart.in d.l.j.C.de ſum.tri.& Bal.in d.l.fi.ff.de iuriſ.om.iudi. Sed quæro iuxta prædicta, vtrũ prædicta iuriſdictio voluntaria, quę exercetur extra territoriũ, ſit ex natura propria cognoſcentis: an verò ex vi, ſeu virtute prorogationis. Sol. Bald.in d.l.ij.ff.de offic. proconſu.& leg.tenet, ꝙ inter ſubditos eſt ex propria natura: inter non ſubditos verò diſtinguit, ꝙ aut exercetur ſecundum conſuetudinem loci: & illa non eſt propriè prorogatio: ſed eſt ex eo, quia inſpicimus locum iudicij: vt l.j.C.de manci.& latius dixi in c.quod clericis.ſ.eo.in xvj.prin.arti. Aut cõſuetudo hoc non dicit: & tunc eſt neceſſaria prorogatio. ſubdit tamen, ꝙ cũ in hoc caſu lis non conteſtetur, nec poſsit conteſtari: magis dicitur quædam ſubmiſsio, quàm prorogatio. facit l.eſt receptum. ff.de iuriſ.om.iud. Et ita debet limitari quod ponunt doct.in c. P.& G.ſ.de offi.deleg.& quod ibi dixi, & quod dixi in c.ſignifica.ſ.eo.in v.prin.articu.q.vij.

92 ¶ † Circa ſecundum membrum reſpectu loci iudicij, Doct. breuiter ꝙ regula eſt, quòd in loco ſolito maiorum debet forus & iudiciũ exerceri, vt traditur in l.ius pluribus.ff.de iuſti.& iur. adeo ꝙ ſi alibi iudicat, quàm in loco maiorum, ſententia videtur eſſe nulla, ſecundùm Spec.in tit.de ſentẽ.§.qualiter.in prin.per l.ſi vt proponis.C.quomo.& quan.iud.per quam legẽ, idem tenet Bal.in l.pen.ff.de iuſti.& iure. Hæc tamen regula limitatur, ſi modo cognoſcit vt ordinarius: ſecus ſi cognoſceret vt delegatus: quia tunc poteſt eligere locum quem vult, per d.l.ſi vt proponis.& ita ſeruat curia Romana, ſecundùm Ang.in d.l.penul. hæc tamen limitatio procedit in delegato ſpeciali, ſecus in delegato ad vniuerſitatem cauſarum: quia debet ſeruare locum delegantis, ſecundùm Bart.de Capua in d.l.penul. item prædicta regula recipit aliquas fallentias.

b ¶ Primò fallit, quando iudex procederet ſine cauſæ cognitione: quia tũc ſufficeret iudicare in via & itinere[b] per l.iij.§.in ibidem.ff.ad exhib.& C.de ædil.edic.in l.à procedente.& ff.quis ord.in bono.poſ.ſerue.in l.ij.§.dies.

¶ Secundò fallit, quãdo iudex non haberet proprium locum: quia tunc poſſet procedere & iudicare in loco quẽ eligeret: poteſt enim tunc locũ partibus deſignare. Et iſta electio eſt quædam interlocutoria, qu m mutare poteſt ſuo arbitrio: dũmodò partibus innoteſcat: vt d.l.ſi vt proponis. ſecundùm Bal.in c.j. §.præterea.de prohib.feu.alie.per Fede.verſi.quæro, in quo loco.vbi ſubdit, quòd ſunt quidã iudices ſingulares, qui non habent determinatũ locum: ſed vbi inueniũt malefactorem, illum iudicant: & poſſunt executionem facere non ſedendo pro tri- a bunali.ſi enim inueniũt latrones in ſyluis, ibi faciunt eos ſuſpẽdi, vbi certum eſt non eſſe locum competentis tribunalis.& idẽ etiam tenet Bal.in l.pen.ff.de iuſti.& iur.vbi ponit exemplum de bargellis, qui ſunt officiales vbiq;, diſcurrẽtes per comitatũ. & ſubdit etiam Bal.in d.§.præterea. ꝙ iudices Bononiæ, & alij non habentes certam & deputatam ſedem, poſſunt ferre ſentẽtias in domibus eorum, vel in alijs publicis & honeſtis locis.& b idem dicit de alijs ciuitatibus, quæ non habent tribunal cauſarũ ſeu ſedem ſuorum antiquorum magiſtratuum: vt Lunenſis & Adria.dixi ſ.ſuper glo.iij.in materia domicilij.in viij.q.prin.

¶ Tertiò fallit in epiſcopo, qui propter eius dignitatẽ poteſt in quolibet loco diœceſis, ſeu non exempto, pro tribunali ſede c re, & cauſas audire: vt in c.cùm epiſcopus.de offi.ordi.lib.vj.tenet Bald.in d.l.penul.

¶ Quartò fallit in præſide: vt in l.ſi vt proponis.§.præſes.C. quomo.& quãdo iud.tenet Bald.in l.vbi cœptum.ff.de iudi.in hoc enim æquiparatur preſes epiſcopo, & epiſcopus præſidi. Et idem ego arbitror dicendum in quolibet principe & domino ciuitatis ſuæ.argu.prędictorum.

c ¶ Quintò fallit, ſi partes cõſentirent[c] ꝙ in alio loco, quàm maiorum pro tribunali ſedere: quia partes poſſunt prorogare iuriſdictionem de loco ad locũ: cùm nõ agatur de iniuria alterius iudicis.arg.ff.de ſolu.l.quero. ſecundùm Bal.in d.§.præterea.facit quod ſtatim ſubijciam.& prędictam opi.tenuit Gul.de Cu. quem ſequitur Bart.in d.l.penul.ff.de iuſt.& iur. Nam ſicut partes poſſunt concordare de tempore.C.quando prouo.non eſt neceſ.l.cum non eo. Ita & de loco, quia valet argumentũ de tẽpore ad locum: vt in l.vinum.ff.ſi cer.pet.& hoc etiã tenet Bal. in l.vbi cœptum.ff.de iudi.de quo per Cyn.in l.conſenſu.C.de epiſ.audi.faciunt etiam quæ dixi in c.ſignificaſti.ſ.eo.in v.princip.arti.q.vij.& hoc adde ad ibi dicta.

¶ Sextò fallit in arbitris iuris, qui licet ſuccedant in locum iudicis ordinarij recuſati vel ſimilis, poſſunt ſibi eligere locũ tribunalis, ſicut ſimplices arbitri: quia non habent prætorium.per l. ſi cùm dies.§.pen.ff.de arbi.tenet Bald.in d.l.pen.ff.de iuſti.& iur.& in d.§.præterea. Aduerte tamen circa prædicta, quia in caſibus, in quibus dixi, ꝙ iudex poteſt eligere locum, debet intelligi, dummodo talis locus ſit honeſtus: quia nõ in lupanari, aut in coquina: vt j.de appel.c.qua frõte.& ff.de arbi.l.ſi cùm dies. §.ſi arbiter.C.de iudi.in l.properandum.& l.rem nõ nouam.ff. de iudi.in l.ſi locus.& ff.de interrog.act.in l.iiij. Si tamen partes conſentiant, quod in lupanari, vel alio loco inhoneſto iudicium agitetur: licet fatuè faciat iudex qui cognoſcit, aut ibi fert ſentẽtiam: tamen partes non poſſunt contrauenire.ff.ſolu.matr.in l. cùm mulier viri lenocinio.& l.viro.& xxxij.q.v.c.tolerabilius. tenet Spec.in tit.de ſenten.§.iuxta.ver.item eſt nulla ratione loci. Et debet eſſe locus non ſolùm vtriq; parti honeſtus, ſed etiã ſecurus: & neutri parti ſuſpectus: vt d.§.ſi arbiter. ſed debet eſſe publicus, non occultus.C.de ſentẽ.l.cum ſentẽtiam. Item debet iudex procedere & ſentẽtiare in loco partibus aſsignato.ff.de iudi.l.ſi locus.& ſ.de reſcrip.c.fin.& d.l.ſi vt proponis.& in d. l.cùm ſententiam.& debet procedere & ſententiare in loco cœpti iudicij, per l.vbi cœptum.ff.de iudi.& vide quæ latius dixi ſ.in præce.c. Aduerte tamen circa prædicta: quia ſi eſt iudex ſecularis, debet penitus abſtinere, ne locum iudicij eligat in eccleſia, in qua omnis ſecularium, maximè iudiciorũ ſtrepitus conquieſcere debet: vt in c.decet.de immu.eccle.lib.vj.& l.ij.C.de ſac.ſanc.eccl.& in c.j.j.de immu.eccle.vbi dicit Io.And. ꝙ quilibet iudex à minimo vſq; ad maximum debet hoc ſeruare, & abſtinere ne in eo loco iudicium exerceat: & ab omni cauſa criminali, ciuili, & miſta: ardua, vel minima: vt dicit Ioã.And.in d. c.decet.in nouel.quia tex.ille loquitur per verbum vniuerſale, omnes.& per vniuerſalẽ negatiuam nulla.nec in his valet epiſcopus diſpẽſare, vt ibi per Io.And.nec conſuetudo contraria, tanq; eccleſijs oneroſa valeret: vt d.c.j.& ibi Io An. iudices vero eccleſiaſtici bene poſſunt cognoſcere in eccleſia.ij.q.ij.c.fi.et d.c.qua fronte.& ſi ad eandẽ cauſam cognoſcendam iungũtur laicus & eccleſiaſticus iudex, quod fieri poteſt, vt dicã in artic. ſeq.nõ videt̃ valere proceſſus in eccleſia agitatus.arg.c.cùm ſu-

a ¶ Extra territoriũ poteſt iudex volũtariam iuriſdictionẽ exercere liberè, vide ea quæ not.per Oldra.cõſ.lxxxviij.

b ¶ Facit tex.& ibi glo.cum not.per Aret.& Doct.in §.ſerui verò.Inſtitu.de liberti.

c ¶ Cõſentiẽtibus partibus põt iudex mutare tribunal.adde Bart. in l.j.C.de ſen.ex breui.reci.& in l. ſi vt proponis.ij. C.quõ & quãdo iud.not.in c.epiſcop⁹.de offi.ordin.lo vj.vide qđ not.Spec.in titu. de reſcrip.preſenta.§.fin.

a per.s̃.de offic.deleg.In contrarium[a] tamen facit c.per tuas.& quod ibi not.& in c.contingit.s̃.de arbi.& in c.j.s̃.de iure patr. lib.vj.& quod ibi not.Inno.Archi,& Io.Andr.facit etiam regula, vtile.deregu.iur.lib.vj.& quod not.in c.si eo tempore,de rescrip.lib.vj.& in Cle.j.de præben.& in hac opi.videtur residere Lap.& post eũ do.Dominic.in d.c.decet.quæ decisio nõ procedit sine dubitatione:sed non intendo insistere. adde quæ dicam in seq.articu.Aduerte etiam,quia si testes iurassent in loco iudicij,possent examinari in ecclesia:quia dictum testis trahitur ad iuramẽtum:quinimò etiam si in loco judicij præcessisset illa causæ cognitio,quæ debet præcedere iuramentum, ipsa actualis delatio posset fieri in ecclesia,secundùm Bart.in d.l.ij. C.de sacrosanc.eccle.per l.generaliter.in fi.C.de reb,credi.Sed Bal.in d.l.ij.dubitat,eo quòd iuramentum debet præstari corã judice sedente,pro tribunali.Sed opin.Bart.sequitur do.Domi. in d.c.decet.pro qua allegat c.mulieres.de iudi.lib,vj.vbi patet ꝙ iuramẽtum potest præstari in alio loco,quàm in loco iudicij: cùm non actus iudiciarius debeat agitari in loco judicij, iudice sedẽte pro tribunali,& in loco judiciorum.iij.q.iij.offeratur.& vt suprà dictum est.& ex his habes expeditum.vj,princip.articu.A.B.Et ad quem locum fieri debeat citatio,vide quod dixi j.de dilat.in rubrica,in materia citationis in xviij.princip,artic, per octo quæstiones,Ma.

¶ Vlterius,quoniam s̃.in rubrica remisi me hic examinaturum xij.princi,articu,Ideò pro ipsius examinatione quæro,quid si sunt plures iudices ad quos iurisdictio simul pertineat,qualiter cognoscere debeãt;& quæ fori qualitas debet seruari,maximè si clerici & laici sunt admisti,Sol.dic,quòd aut loquimur in pluribus iudicibus secularibus tantùm,vel ecclesiasticis tantũ: non commissis adinuicem,aut in commissis adinuicem.Primò casu quo ad iudices delegatos simul et semel,dic vt traditur in c.prudentiam.s̃.de offi.deleg.& in c.cùm plures.de offi.dele.lib.vj. & in l.duo ex tribus.ff.de re iudica.Si verò sunt ordinarij, vide quod latè dixi post Doct.in c.fi.de re iudi.In secundo verò mẽbro,quando adinuicem commiscentur ecclesiasticus. & secularis,quod potest contingere in certis casibus.Nam quãdoq; lex coniungit,vt in aut.si verò contigerit.C.de iudi.quandoq; necessitas indiuisibilis instantiæ:vt cùm volo conuenire clericum & laicum obligatos insolidum ratione contractus,vel administrationis,puta,quia fuerunt executores testamenti, vel in alijs causis,in quibus apud eũdem iudicem agendum est.Et hoc casu dicendum,ꝙ vel vnus debet alij causam delegare, vel simul in procedendo conuenire,vt in d.aut.si verò.& hoc not.Bart. in l.solent.ff,de alimẽ,& cib.leg,Nam & alibi plures iudices diuersi fori conueniunt:cùm causa de qua agitur est vtriq; cõmunis:vt in c.cùm illorum.§.si verò.de sent.excom.Et idem dicit Bal.post Dy.ꝙ si clericus & laicus sunt electi in arbitros & discordent,necessarius est vterq; iudex in compellendo:videlicet episcopus & potestas,sicut & in simili,quando delictum est cõmissum in confinibus.ad quod vide quod not.Bart.in l.iurisperitos.§.cum oriundus.ff.de excusa.tut.& quod not.in l.siue cõtra.§,j,ff.de libe.agno,facit quod de conuentione iudicum legitur & not.in c.cùm cõtingat.s̃.de rescrip.& in c.pro hoc.de hęreti.lib,vj.vbi episcopus & inquisitor,contra hæreticum cõueniunt in sententia & processu.tenet Pet.de Anch.in repeti.c.ea quæ.de regu.iur.lib.vj.in j.q.vbi etiam tractat,quid iuris si con-
b tingat ab istorum[b] sententia appellari,ad quem; appellabitur, an ad superiorẽ iudicis ecclesiastici,vel secularis,vel ad vtrũq;: & arguit:sed quia est materia quæ pertinet ad titu.de appel.de qua vide per Bart.in l.j.in fi.ff.de appel.vbi concludit,ꝙ ad ecclesiasticum.& sentit Bal.in simili l.præcipimus.C.de appel.vide tamen Pet.de Ancha,in d.j.q.qui videtur aliter sentire.Sed quantum ad processum & sententiam ferendam conclusio est, quòd in procedendo debent seruari canones;quia assumunt naturam digniorem,per not.in c.quod in dubijs.de consec.eccle. vel alta.& in c.quanto.s̃.de iudi.Sed in decidendo, quo ad laicum, seruabuntur leges, quo ad clericum canones,secundùm Pet.in dicto loco.Et ad prædicta vide,quæ dixi in c.quod clericus.s̃.eo.in xvj.prin,articu.quæ dicta simul coniũgo,& latius Pe·.in j.quæstio.

¶ Postremò iuxta præmissum ordinẽ in rubri.superest vt examinemus xix.& vlti.articul.qualiter forus finiatur: & an quis posit renũciare foro;& cui foro: & per quos modos.Quo ad primum,qualiter finiatur dic,ꝙ aut loquimur respectu iudicialis instantiæ;& dic vt latè dixi in c.pen.s̃.titu.j.in x.princ.artic. Aut respectu fori domicilij originis,vel assumpti,aut similis:et dic vt latius dixi s̃.in materia domicilij in viij.ix.& x.q.

93 ¶ †Circa secundum verò,an possit renunciari foro vel eius priuilegio:vide plura in c,si diligenti.s̃.eo.& per viam contractus, in c.dilecti.s̃.eo.Et per viam dilecti in c.postulasti.s̃.eo.Et per viam prorogationis,in c.significasti.s̃.eo.& de foro quem quis possit eligere per ius reuocandi domum,dixi super glo.fina.in materia iuris reuocandi domum.q.xj.ver.xxj. Et quo ad materiam electionis iudicis, quando alicui concederetur electio de potestate renunciandi,in iiij.princ.articu.versi.item procedunt prædicta,nisi scholaris.Et ex his Deo duce est notabiliter expeditus iste titulus competentiæ fori, non solùm competẽter: sed plenissimè:ita vt bonus scholaris,istius materiæ sit effectus doctissimus magister.

FINIS.

¶ Explicit tractatus de foro competenti.I.V.doctoris domini Mariani Socini.

a ¶ In contrarium. pro ista opiniõe bñ faciunt multa quæ decidũtur ꝑ Fely.in c.j.de pręscrip.iij.col. & ꝑ Ias.in l.si emancipati.C.de collat, vbi latè examinatur illa regula, ꝙ possum per aliũ, quod per me nõ possem,facit l. si cõmunẽ.ff. quib. mo.serui.amit,

b ¶ Quando ecclesiasticus & laicus iudicant,ad cuius superiorem sit appellandum, adde Alex.cõsi.clxxxiij.lib.ij.colũ.j.& Roma. in consil. ccccxxij.

SEQVITVR TRACTATVS de libelli oblatione eiusdem I. V. Doctoris Domini Mariani Socini.

De libelli oblatione. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Libellus quid sit.
2 Libellus vnde dicatur.
3 Libellus, quot modis accipiatur.
4 Libellorum species quot sint.

Ontinuatur. ¶ Supra visum est de foro cōpetenti, & ex quibus causis quis possit declinare forum. Verùm quia rei ad iudicia notati, si non declināt forum, petunt sibi edi libellum, vt sciant quid, & qualiter petatur: & super quo debeant respondere ideò subijcitur hæc rubr. secundū Gofr. Io. Andr. & Doct. vel melius s. visum est, sub quo iudice quis teneatur respondere: nunc dicendum de processu iudicij, qualiter expediatur: & quia reo vocato ad iudiciū, libellus est offerendus: ideò subijcitur hæc rubri. & de materia habetur ij. q. viij. per totum, lxxxj. dist. Maximianus. & quoniam hæc materia difficilis est, & intricata, & diffusa, & circa ipsorum libellorum conceptionem grande periculū imminet: & quasi tota vis iudiciorum in eis ritè concipiendis consistit: paucique reperiunt in hoc plenè instructi: imò nullus est, qui plerunque in his vario non adducatur errore, vt dicit Spec. in procemio quartæ partis in prin. pro quo in simili facit tex. in c. aduersus. de immu. eccl. vnde solitus erat dicere quidā celeberrimus doctor cōciuis noster dominus Manganellus de Manganellis, quòd cautela erat, quod antequàm offerretur libellus, deberet tanto tempore in manus versari, quòd labefactaretur, vel sordesceret. Ideò vt hāc materiam plenè, clarè, & ordinatè tractemus: prosequar infrascriptos articu.

¶ Primò, quid sit libellus: & de hoc in rubrica.
¶ Secundò, vnde dicatur libellus: & de hoc in rubrica.
¶ Tertiò, quot modis accipiatur: & de hoc in rubrica.
¶ Quartò, quot sunt libellorum species: & de hoc similiter in rubric.
¶ Quintò, vtrum sit de substantia iudicij, & in quibus causis: & de hoc in c. j.
¶ Sextò, cuius fauore fuerit introductus. & de hoc in c. j.
¶ Septimò, cuius nomine sit concipiendus, & à quo offerēdus, & an plures possint agere eodem libello. de quo in c. j.
¶ Octauò, cui, seu contra quem offerri debeat: & an contra plures, seu an plures possint eodem libello conueniri.
¶ Nonò, quando, seu qua die sit offerendus. de quo in d. c. j.
¶ Decimò, coram quo, & in quo loco sit offerendus. de quo in dicto c. j.
¶ Vndecimò, qua lingua, seu quo idiomate sit concipiēdus. de quo in d. c. j.
¶ Duodecimò, qualiter sit concipiendus: & quid continere debeat: & quæ sint de ipsius substantia & forma. c. ij.
¶ Decimotertiò, de varijs clausulis libellorum. de quo in d. c. j.
¶ Decimoquartò, qualiter sit offerendus: & quid incūbat actori in ipsa oblatione. de quo in c. ij.
¶ Decimoquintò, de varijs formis libellorum in varijs actionibus, sed vt plurimum per remissiones. de quo in d. c. ij.
¶ Decimosextò, quid agere debeat iudex oblato libello. de quo in cap. ij.
¶ Decimoseptimò, quod sit officium notarij. de quo in d. c. ij.
¶ Decimooctauò, quid facere debeat reus. de quo in d. c. ij.
¶ Decimononò, an libellus sit edendus: & quid iuris de priuilegijs, & instrumentis, & similibus, quæ allegantur per actorem in libello: an sint edenda. de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimò, cui sit edendus libellus. de quo etiam in d. c. ij.
¶ Vigesimoprimò, qualiter sit edendus. de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimosecūdò, cuius expensis sit edēdus. de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimotertiò quid iuris, si reus facta editione opponit de ineptitudine de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimoquartò, quę sint quæ reddunt libellum ineptum. de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimoquintò, an actor possit libellum emendare: & ad quod tempus: & quid sit emēdare: & quid differat à mutatione. de quo dicam in d. c. ij.
¶ Vigesimosextò, an actor possit libellum mutare: & vsque ad quod tempus. de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimoseptimò, quid sit emēdationis, aut mutationis effectus. de quo in d. c. ij.
¶ Vigesimooctauò, quid iuris, si datis exceptionibus contra libellum, & ipsis examinatis, iudex pronunciauit libellum admittendum, vel non admittendum: an possit appellari. & de hoc in c. ij. a
¶ Vigesimononò, an plures actiones possimus in eodē libello accumulare: & in quibus casibus: & qualiter. de quo in d. c. ij. & in fin. per remissionem subiungo, vtrum electio vnius actionis intentatæ in li. aliæ competentes tollantur.
¶ Trigesimò, aliqua tractabo de libellis contrarijs.
¶ Trigesimoprimò, vtrum actor possit desistere, vel renūciare libello, seu differre super prosecutione libelli. de quo in d. c. ij.
¶ Trigesimosecundò, quid si procedatur super inepto libello: & sententia feratur super eo, an processus vel sententia teneāt. de quo in d. c. ij.
¶ Trigesimotertiò, qualiter verba libelli sint interpretanda: & ad quem pertineat interpretatio. b
¶ Trigesimoquartò, de libelli effectib9. & de hoc dicā in d. c. ij.

1 ¶ † Circa primū articulum quid sit libellus[a] debes scire, quod
a dicam in ij. prin. arti. libellus multipliciter accipitur: sed prosequēdo solùm id, quod attinet ad materiā nostram, aduertendū quòd variæ dātur diffinitiones. glo. enim in c. j. j. eo. dicit, q̄ est scriptura in qua cōtinetur res, quæ petitur causa petendi nomē actoris & rei, vt j. eo. per totū. Odofr. verò in tracta. de libellis, sub rub. quid sit libellus. ponit plures diffinitiones: videlicet, q̄ libellus est breuitas chartulę, petitionē & causam eius, vel actionem continens. Vel est explanatio volūtatis intrinsecæ in scriptis redacta, cum actione & eius accidentijs. Vel est breuis petitio in scriptis habita, legitimam voluntatē proponentis ostendens. Vel est breuis petitio, in qua quis aduersarium suū dicit sibi obligatum legitimè in scriptis habita. Spec. verò in tit. de libel. concep. §. j. dicit, q̄ libellus est breuis membrana, actoris petitionem, & eius causam, & actionē cōplectens re. ista fuit diffinitio Hostiē. in Summa. Sed dicit Io. And. in addi. Spec. q̄ dum dicitur, membrana. debet intelligi, hoc est charta vel pergamenum, de mēbris animalis excorticata. Sed quia his plus vtimur bombicinis, debuisset dicere scriptura. Et sic reprehēditur dicta diffinitio. etiā reprehendūt hoc Do. m. & Doct. & fortè propter hoc Spec. ibi ponit aliā diffinitionem: videlicet, q̄ libellus est scriptura, agentis quæstionē continens: & futuram actionē depromens. per c. j. j. eo. vel secundùm Cyn. in auc. offeratur. C. de lit. contest. & melius, vt dicunt hic Do. m. & doct. libellus est breuis scriptura clarā continens intentionem actoris, vel accusatoris A. B. Et istam posuit Pau. & Zab. in Cle. sæpe. de verb. sign. Sed prædictæ omnes diffinitiones possunt morderi: quia non cōuertuntur cum suo diffinito, vt ex j. dicendis apparebit. Ego arbitror, q̄ libellus possit aptius sic describi, q̄ est breuis scriptura legitimè concepta, in iudicio producta & producenda, per quā species futuræ litis ostēdit, circa id qd̄ dari aut fieri expressè vel tacitè concluditur. Et aduerte, quia illa verba, breuis scriptura. primò ponūtur vt genus, & breuis etiam ratio dicitur secundū aliquos: quia gaudent breuitate moderni: vt l. fi. C. de preci. Impera. offe. & l. j. ff. quod met. cau. vel melius: quia tex. in l. ampliorē. C. de tempo. app. formaliter dicit. caueant li-
b bellorum dictatores verbosis[b] assertionibus vti: sed ea sola scribere, quæ compendiosa narratione possint causas explanare. Verbum, scriptura. ideo subijcitur: quia libellus debet offerri in scriptis, vt in c. j. j. eo. de quo latius dicam in c. ij. j. eo. articu. xij. Alia vero verba posita in descriptione, ponūtur ad differētias: ideò posui, legitimè confecta. per ea quæ latius dicam in d. xij. arti. ideò autē subiungitur, in iudicio producta, per ea quæ dicā in c. j. in x. prin. articu. deinde ideo subiunguntur illa verba, per quem species futuræ litis ostenditur. per ea quæ dixi in l. edita. C. de eden. vide quod dixi in c. fi. xxxiij. artic. Alia verò verba posteriori loco, videlicet circa id quod dari aut fieri, subiungūtur per ea, quæ dicam in d. c. ij. in xij. arti. & ex ibi etiam dicēdis apparebit. quare subiunganī illa verba, expressè vel tacitè. subiunguntur enim vt comprehēdant tam in causa ciuili, quàm in criminali: quia in libello criminali accusatorio, non est necessaria expressa cōclusio: sed sufficit tacita, vt ibi dicam A. B. Et an libellus sit de processu, in l. j. ff. de in ius vocā. quod not. & Ber. & doct. ibi, & in rub. & Ber. & Bald. in rubr. C. de in ius voc. & ibi Pau. de Cast. Citatio verò an sit de processu, vide quod dixi in rubri. de dila. arti. xxxj. ver. Ma.

a ¶ Nota hic diffinitionē libelli. & vltra ea quæ hic dicūtur, vide Card. Zabar. in Cle. sępe. in prī. xviij. q. de verb. sig.

b ¶ Non debet esse verbosus libelli dictator, vt alibi dicitur, q̄ aduocatus nimis verbosus debet priuari officio aduocationis, in l. j. circa prin. ff. de postu. & facit text. in l. quisquis. cum ibi not. p Bal. & docto. C. de postu.

2 ¶ † Circa secundum articulum, vnde dicatur libellus: dic, quod dicitur à libro diminutiuè. liber enim dicitur quasi literarum vber, eo quòd vbertatem habeat literarum: libellus verò paucitatem propter ipsius breuitatem; sicut codicillus à codice propter sui breuitatem: vnde libellus quasi paruus liber: quia in breui fieri consueuit, secũdùm glo. in auth. de exhib. reis. §. illud. colla. v. per l. & in epistola. C. de fideicom. vel dicitur libellus, quasi lucis & lucidus limes: vel à codice, qui liber est: vt in illo versu, liber id est codex, & codex à cortice: quia liber sub cortice continetur. Et enim illa pars interior quæ ligno cohæret inter codicem & lignum, vocatur liber, vt Virgilius xj. Aeneid. Hinc natã libro. Olim enim libri ex huiusmodi libris, id est corticibus compaginatis, fiebant. Et inde libellus, paruus liber ex dictis corticibus compositus, vel dicitur libellus, à libra. vnde libella parua libra, vt est apud grammaticos: quia sicut in libra, põderatur iustitia. Nam ille, qui iudicat stateram, gestat in manibus xlv. distinc. omnes. vnde & alibi dicitur, nõ afferam⁹ stateras dolosas. xxiiij. q. j. c. non afferamus, ita in libello ponderatur, & inquiritur iustitia proponẽtis. Vel dicitur à deliberando: quia illũ concipiens debet diligenter deliberare & considerare, qualiter illum concipiat & porrigat: & reus propter oblationem libelli deliberare debet, an velit cedere vel contendere, secundùm ea quæ dicam in ca. ij. xij. xiij. & xviij. ar. & aliqua ex prædictis ponunt hic Docto. & aliqua Odof. sub rubrica, quid sit libellus. & Specu. eod. titu. §. j.

a ¶ Qualiter autem differat libell⁹ ab emphyteusi, vide late Ias. in l. j. viij. col. C. de iur. emphyteu.

3 ¶ † Circa tertium articulum, quot modis accipiatur libellus: dic quod quandoque accipitur pro paruo libro seu codicillo, vt statim dixi. quãdoque pro pane azimo, seu subcineritio, vt in l. iudices. C. de episco. audi. Quandoque pro breui scriptura, quæ fit à feudatario, eo modo quo precaria, vt in c. j. §. aut si libellario. quib. mod. feu. amitta. & ibi per Bal. Aduerte tamen, quia tunc quidã scribunt per v. & dicunt liuellũ. Ego tamen non reperi nisi scriptum per b. Nec etiam apud aliquem grammaticorum ita scriptum. Nec sub ista significatione: vnde arbitror, quod sit vocabulũ descendens ab aliquo vulgari, sicut guarentigia. & vide Bal. in c. j. de alie. feu. qui dicit, quod est cõtractus emphyteuticus[a] in perpetuum celebratus. Quandoque verò ponitur pro iudicis delegatione; vt ff. de offic. proconsu. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. & ff. de regu. iur. l. omnia. quandoque pro scriptura recusationis. C. de iu. in l. apertissimi. quandoque pro scriptura, quam vir pro repudio mittit vxori: vt s. in prooe. iij. dist. §. officium. xxxiij. q. ij. c. non satis. in fi. quandoque accipitur pro commissione cuiusdam articuli, vel per modum nudi officij, vel per modum commissionis super illo: vt d. §. vbi decretum. & ibi glo. Odofre. & Bal. Quandoque pro supplicatione Principi, seu superiori porrecta; vt l. precũ. C. de libe. causa. & l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. ij. q. vj. c. eius qui. & in l. j. C. de preci. Imper. offe. Quãdoque pro scriptura appel. ij. q. vj. c. si quis libellos. & ff. de appel. in l. j. §. fi. quandoque pro scriptura, quàm iudex dat appellanti: & aliter vocantur Apostoli. ff. de libel. dimiss. l. j. ij. q. j. c. post appellationẽ. & in c. cordi. de appel. lib. vj. quandoque pro scriptura infamatoria. v. q. j. c. hi qui. & C. de famo. libel. l. si qs libellos. quãdoque verò ponitur pro scriptura actionis vel accusatiõis. & ita accipitur in terminis tituli nostri, secũdum descriptionem quã s. dixi in j. articu. Et iste libellus varijs nominibus appellatur, vt

b dicam in sequen. articulo.[b]

¶ Adde etiã moder. in §. nec quicquam. in ij. col. ff. de offi. procon.

4 ¶ † Circa quartum principalem articulũ quot sint species libellorum. glo. j. in prin. in c. j. j. eo. & Specu. in tit. de libel. concep. §. ij. volunt, quod sint duæ. Quidam enim est libellus accusatorius, qui quãdoque inscriptio nuncupatur. ij. q. j. in c. legum. & q. viij. c. libellorum. & j. de accus. per totum. Alius est conuentionalis, seu postulatorius, qui in ciuilibus porrigitur j. eo. c. j. & fi. & in auth. de litigio. §. si verò. colla. viij. & in auth. de exhib. reis. §. illud quoque. col. v. & iste quandoque vocatur simpliciter libellus: vt in auth. offeratur. C. de lit. cõtest. canonizata. iij. q. iij. c. offerat. quandoque reclamantia, vt Bononiæ, & in quibusdam alijs locis. facit c. j. j. eo. ibi reclamationis. Nõnunquam verò petitio, vt Romæ: & etiam hic, facit c. j. j. de lit. contest. & c. dudum. el ij. §. licet. s. de elec. & glos. in l. edita. C. de eden. Item quandoque dicitur actio, hoc est petitio actionem continens: vt in d. l. edita. actio, hoc est petitio. non enim potest intelligi ille text. de actione propriè, quia actio est ius: vt Instit. de act. §. j. & l. nihil aliud. ff. de actio. & oblig. & sic cùm sit ius, est quid incorporale & inuisibile: vnde non posset edi: vt Instit. de rebus corpora. & incorpo. & in l. fi. C. de præscrip. lon. temp. & ideò edita actio, hoc est petitio seu libellus: quia cùm libellus sit scriptura, oculis subijcitur. & ideò peti potest: vt dicam in c. ij. in xix. princi. articu.

SUMMARIUM.

1 ¶ Nomina non sunt semper rebus consona.
2 Iudex quis sit in prouinciali concilio.
3 Iudex ex officio suo circa libelli oblationem supplere potest.
4 Haberi præ manibus, quid dicatur.
5 Libellus est de substantia iudicij.
6 Dictio, oportet necessitatem importat.
7 Libellus debet esse clarus.
8 Libellus debet esse à partibus subscriptus.
9 Libellus iudici & non reo debet porrigi.
10 Libellus, an sit de substantia ordinis iudicij. & nu. seq.
11 Libellus, an possit tacitè omitti, & expressè remitti. & nu. seq.
21 Libellus est de substantia iudicij, nec tacitè omitti, nec expressè remitti potest.
22 Libellus nõ est necessarius, vbi simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij proceditur. & nu. seq.
26 Libellus non est necessarius, vbi causa est summariè expedidã.
27 Libellus non requiritur, si causa de facto expeditur.
28 Libellus non requiritur, quando sine aliqua solennitate proceditur.
29 Libellus non requiritur, quando factum coram Papa proponitur.
30 Libellus non requiritur, quando consuetudo est, quòd non requiratur: & in multis alijs casibus non requiritur, de quibus numè. sequen.
44 Libellus non est necessarius in causis spiritualibus, beneficialibus, matrimonialibus, & alijs causis, quæ sequũtur numeris sequentibus.
104 Libellus ex qua causa, & cuius fauore fuerit introductus.
105 Libellus à quo sit offerendus.
106 Libellus, cuius nomine sit concipiendus.
107 Prælatus in causis ecclesiæ, cuius nomine debeat libellum concipere.
108 Prælatus, an debeat agere nomine proprio, vel ecclesiæ.
109 Prælatus agẽs pro corpore ecclesiæ, an debeat libellum nomine proprio concipere.
110 Prælatus agens pro iuribus sibi competentibus, nomine suo libellum debet concipere.
111 Prælatus agens simpliciter, nõ exprimendo quo nomine agat, cuius nomine præsumatur agere.
112 Canonicus agens, cuius nomine debeat libellum concipere.
113 Monachus, quo nomine censeatur agere.
114 Clericus agens, quo nomine debeat libellum concipere.
115 Procurator simplex, cuius nomine debeat libellum concipere.
116 Procurator in rem suam constitutus, cuius nomine debeat libellum concipere.
117 Syndicus agens, cuius nomine debeat libellum concipere.
118 Actor, cuius nomine debeat libellum concipere.
119 Oeconomus agens, cuius nomine debeat libellum concipere.
120 Vicedominus, cuius nomine debeat libellum concipere.
121 Tutor volens agere, cuius nomine debeat libellum concipere.
122 Curator, cuius nomine debeat libellum concipere.
123 Pater respectu filij, & filius respectu patris, cuius nomine debeant libellum concipere.
124 Persona coniuncta agens pro coniuncta, cuius nomine debeat libellum concipere.
125 Persona particularis alicuius societatis, cuius nomine, debeat libellum concipere.
126 Agere an possit quis suo & alieno nomine in eodem libello.
127 Agere an possint plures in eodem libello, contra vnum vel plures.
128 Libellus, contra quem concipi debeat.
129 Libellus contra principalem & dari, & concipi debet.
130 Libellus an debeat concipi contra ecclesiam, an verò contra prælatum.
131 Libellus, an contra syndicum, oeconomum, vel actorem ecclesiæ, aut vniuersitatis concipi possit.
132 Libellus, an possit contra procuratorem simplicem concipi.
133 Libellus, an possit concipi contra procuratorem in rem suam.
134 Libellus, an concipi possit contra eũ, qui defendere promisit.
135 Libellus, an contra tutorem, vel contra pupillum formari debeat.
136 Libellus, an concipi debeat contra minorem viginti quinque annis.
137 Furiosus aut mentecaptus, qualiter sit conueniendus: & an sit contra eum formandus libellus.
138 Libellus, an debeat concipi contra prodigum.
81 ¶†Sexagesimosecundò fallit , quando iudex procedit motu proprio ex officio, quæ fallentia plures comprehendit casus, per no.in capitu.ad nostram.el secundo.de iureiuran.& capit. lator.qui filij sint legi.s̄.de offi.iudi. capitulo primo. & secundo.& s̄.de offi.ordin.capitulo primo.vnde secundùm Innocē. hic,& Ioan.And.post eum si quis sit iussus mitti in possessio. facienda est executio sine libelli oblatione.ff. ne vis fiat ei.in l. iij.j.responso. ad quod vide quod dixi.s̄. fallen. xxij. Et idem vbi institutus vel confirmatus de aliqua ecclesia , prohibetur possessionem nancisci: vt s̄.dixi. Et idem in nunciatione noui operis,vt etiā s̄.dixi. Hæc tamen exempla videntur potius pertinere ad sequentem fallentiam.

82 ¶†Sexagesimotertiò fallit,quando iudicis officium imploratur:quia tunc non est necessarius libellus,quando petitur missio in possessionem ex edicto diui Adriani. de quo dixi.s̄. fallentia quinquagesima,vel nomine ventris , de quo dixi fallentia.ij.aut per similem causam , & hoc secundùm Innocen.hic. Si in modum denunciationis iudicis officium tantum excitatur,& sic denunciator prosequi non intendit:quia tunc non est necessarius libellus.C.de accusa.in l.ea quidem. Si verò per officium iudicis aliquid petitur dari vel fieri ab aduersario.& specialis apparet contradictor,dandus est libellus.s̄. de offic. iudi. c.j.& ij.iij.q.iij.c.offeratur.quod procedit secundū do.Ant.qn plena causæ cognitio requiritur:secus si summaria,quia tūc qualisqualis petitio sufficit:vt d.auť.offerať.allegat.s. si quis à liberis.§.meminisse.ff.de libe.agno.& l.fi.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.Idem potest dici,quando petitur bonorum possessio cōtra tabulas,vel secundùm tabulas,vel aperiri testamentum, vel ne quid fiat in loco publico.de quibus.s̄.dixi:quia in omnibus his & similibus casibus dicēdum est, quòd si cōtra neminē specialiter agatur,nec aliquis cōtradictor appareret,non est offerēdus libellus:quia nec est cui offeratur,vt d.auť.offeratur.Si verò aliquis cōtradictor apparet, dabiť ei libellus.s̄.de elec.c.dudū. el j.& ij.

el j.& ij.j.de testi.c.cùm olim.ff.de appel.non recipien.in l.fi. ff.quemad.testa.ape.in l.ij.§.fi.& C.eod.tit.l.j.secundùm Inno. melius tamen & tutius est secundùm Hostien.quòd in omnibus istis scriptura offeratur iudici,quæ contineat quis,quid, & quale petat:vt pronunciatio iudicis habeatur certior. insti. de actio.§.curare.& patet in eo quod legitur & nota.j. de verbo. sig.c.dilecto.vel dicendum est hęc arbitraria fore, vt dixi s̄. de actione damni infecti,fallentia secundùm Io.Andr.hic, ad qđ vide quod dixi s̄.fallentia.xxiij.quod tamen dixi de speciali cõtradictore,verum est,secundùm do.Ant.quādo requiritur plena causæ cognitio.secus si summaria:quia tunc sufficit qualisqualis petitio apud acta:nec oportet offerri partim, sed sufficit quòd fiat ei copia actorum.per no.vt d.authen.offeratur.al legat.l.j.§.cùm patronum.ff.de offi.prefe.vrb.& dicto §.meminisse.si verò officium iudicis imploratur incidenter per viā exceptionis vel explicationis:non est dandus libellus,per l.papinianus.§.si filius.& l.verum.ff.de mino.& l. necnon.§.fina. ff.quibus ex cau.ma.& l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran.& C.depositi.l.si depositum.ff.de ædil.edic.in l. ædiles. §. item sciendum.in l.si tertius.§.officium. ff. de aqua pluuia arcen.secundùm dominum Anto.hic,& Iaco.Butri.& latius per Barto.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic. procõsul. a & lega.[a]

83 ¶†Sexagesimoquartò fallit,quando agitur contra adscriptitiū fugientem.C.de agri.& censitis.in l.si coloni.lib.xj. secundùm aliquos. Alij contra.vide Spec.in d.§.nunc dicendum. ver. xxiiij.Sed text. in d.l.si coloni.videtur optimè probare primam opin.dicit enim,quòd bonæ fidei possessori oportet celeri reformatione succurri:sed si necessarius esset libellus,nõ esset celer,secundùm Io.de brancis.intellige tamen, cùm talis adscriptitius non negat fugam,vel cùm fuga est notoria,& sequitur Io.An.ibi in addi.& idem dicendum quod in alijs seruis fugitiuis:vt tunc sine libello iudicis officio expediatur.C.de ser. fugi.l.requirendum.& l.quicunq;.& l.cùm seruum.quod est verum,vbi constat de fuga.Sed negant alicuius seruos esse, nõ tamen dicunt se fuisse in possessione libertatis:secus autem si fuga negetur,& dicant se in quasi possessione libertatis. ff. de libe.causa in l.ordinata.facit.C.de præscript. xxx. annorum. in l.si quis emptionis,secundùm Spe.in d.ver.xxiiij.

84 ¶†Sexagesimoquintò fallit in inquisitione de seruo fugitiuo, quando petitur fieri in domo vel prædio alieno, petitur enim sine libello.ff.de ser.fugi.in l.j.& l.diuus.secundùm Spec. in d. ver.xxiiij.

85 ¶†Sexagesimosextò fallit,cùm iudex dicit aliquem esse de sua iurisdictione,& quòd debet sibi obedire sicut alij subditi. hoc enim ex officio sine libello expeditur.ff.ad muni. in l. de iure. in prin.C.de decurio.in l.generali.lib.x.secundū quosdam. & idem etiam dicunt in his,qui recedunt ab officijs, si agitur vt redeant ad illa.C.de Episc.& cle.l.si qui curiales.quod videtur approbare Spe.in d.§.ver. xxvij. Si modò tales non referant quæstionem de prędictis,aliàs secus.& sic etiam videtur limitare præcedentem fallentiam.

86 ¶†Sexagesimoseptimò fallit,secūdùm quosdam,qñ agitur de conditione adscripti alicui curię:vt d.l.si quis curiali. & lj. dist. c.designata.& c.seq.Spe.tenet contrarium per d.l.generali. vt ipse no.ver.xlviij.& vt dicit ibi Io.An.in addi.istę sunt opin. Io.de branchis.

87 ¶†Sexagesimooctauò fallit in missione in possessionē ex primo decreto,secundùm Inno.hoc fit enim sine libello: quia expeditur iudicis officio deseruienti actioni,vel fit ad defensionē iurisdictionis iudicis contra contumaciam partis, quæ notoria est.j.vt lit.non contest.c.quoniam.§.fi.& in notorijs non offertur libellus secundùm Ioan.And.hic dixi.s̄.fallentia.xvj.& idē tenet Spec.in d.§.ver.xxxij.in fi.& versi.xlv. & vide per eum in tit.de secundo decre.§.nunc dicamus.ver.sed qualiter. & de offi.om.iu.§.postremò.ver.iij.dicēdum.& in ti.de eo,qui mittitur in pos.ver.item creditor.Spe.& Bald.ibi in addi. Mouetur:quia sufficit quòd libellus sit oblatus in principali. Barto. tamen in l.si finita.§.Iulianus.de dam.infec.allegat Spe.tenentem contrarium in tit.de primo decreto.in prin.sed arbitror ꝙ ita alleget:quia Spec.ibi in d.versi.j.ponit formam libelli: sed in fi.ponit opi.quam supra dixi.sed tu aduerte:quia hęc fallentia potest intelligi dupliciter.primò, an sit necessariū quòd in causa principali procedat libellus ad constituendū talē contumaciam,per quā possit perueniri ad primū decretū.de quo latius dicemus,vel in c.qm̄ frequenter.j.vt lit.non contest.vel in ti.j.de eo,qui mit.in pos.Secundo modo potest intelligi, an sit necessarius nouus libellus ad ipsam missionem faciendā.Bart. in d.§.Iulianus.dicit ꝙ nescit legē in modo quę velit,ꝙ libellus sit necessarius, & ꝙ credit,ꝙ libellus non debeat dari: quia talis missio fit ex iudicis officio, parte amplius non citata: ergo libellus non est necessarius.facit.l.j.dies.ff.quis ordo in bo.pos. seruetur.& de bono.pos.in l.si seruus. & in authen. de exhibē. reis.§.si vero.& no.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex.& sequitur Ioan.de Imol.in d.l.Iulianus.§.si plures. ff.de dam.infec.dummodo datio libelli præcesserit super principali.Sed si non præcessisset: videtur ꝙ saltē qualisqualis petitio deberet appareret in actis. Nā licet summariè ꝓcedat:tñ qualisqualis petitio debet offerri:vt Cle.sæpe.de ver.sig. & sępius dictū est, & pręsertim cū expediatur iudicis officio nobili,videtur esse alia instantia.Et hinc est quod Cyn.in l.cùm proponas.C.de bo.auc.iudi.pos.in xj.quæst.& Ioā.Andr.in addi. Spec.in tit.de primo decreto.§.sequitur versicu. quid si iudex non vocato.dicit, quòd licet prius esset iuratum de calumnia: iterato iurabitur:quasi hæc sit noua instantia:quia prima expediebatur iure actionis:hæc vero iudicis officio nobili. & per hanc rationem dicit Io.de Imo. quòd qualisqualis petitio requiratur.& ad dictum Spec.& aliorum dicentium, quod non requiritur,respondent quòd loquuntur de libello solenni. facit quod not.Barto.in l.iubere.ff.de iurisdi.om.iudi.vbi vult,ꝙ ad hoc vt possit interponi contumacia,debet esse nota iudici: a & in notorijs nõ est necessarius libellus, vt sæpius dictū est.

a ¶An autē in officio iudicis implorando requiratur libellus,vide Bar. in rub.ff.de interroga.act. Alex.in l.j.in princip. de edendo.

88 ¶†Sexagesimonono fallit,si petitur caueri de legato vel fideicommisso soluendo:quia tunc non datur libellus, sed summaria præcedere debet petitio ad hoc, vt iudex super ea deliberet.ff.vt lega.no.cauea.l.j.§.si ad fiscum.& §.fina. & l. seq. & l. hæc stipulatio.& ff.vt in pos.lega.l.j.§.fina.& l.ij.& per totū, sicut fit in renunciatione Episcoporum.vij.quæst.j.cap. qualiter.& c.quamuis.& c.ecce.tenet Specu.eod.titu.§.nunc dicendum.ver.sed petitur.sub ver.xxx.

89 ¶†Septuagesimo fallit in petitione alimentorum,quæ petuntur officio iudicis:secus si iure actionis.ff.de his,qui sunt sui vel alie.iur.in l.pe.& de offic.proconsul.in l.nec quicquam. §. de plano.ff.de libe.agno.& l.si quis à liberis.§.si vel parens. secundum aliquos. Alij contrà,regulariter in qualibet causa libellus offertur:vt in authen.offeratur.de lit.contest.& hic. sed in primo casu fit summaria cognitio:in secundo, non: secundū eos. tradit Spec.in d.§.ver.quid si petantur alimenta. Sed tu aduerte:quia prima opin.fuit Alberti galeoti in tit. de lit. contesta. ver.sed nunquid.pro qua facit opi.Martini de fano, de qua in titu.de appel.§.in quibus.ver.sed nunquid.& expressè tenuit Vber.de Bobio,quando ex officio petuntur. Et idem Guido de suza.per l.de alimentis.C.de transla. Ipse tñ Guido distinguit an agatur de præteritis,& tunc detur libellus: an de futuris:& tunc secus,quod placet Io.An.inquantum futura alimēta peterentur officio iudicis.vide per eum in addi. Spec.ad d. ver.sed nunquid.Et super futuris ratio potest esse:quia alimēta b dilationem non recipiunt.[b]

90 ¶†Septuagesimoprimo fallit,si imploratur officium iudicis, vt hęres rogatus restituere hæreditatem compellatur adire: & hic propter modicum effectum.ff.ad Trebel.in l.quia poterat. facit authen. nisi.C.de sen.ex breui.reci.& sic trāsit Spec.in d. b §.nunc dicendum.ver.sed nunquid dandus.sub ver.xxx. facit quod dixi.s̄.fal.xx.

b ¶Et ideò militaret ratio celeritatis,de qua s̄.in fallen.xxiiij.latè dictum est.

91 ¶†Septuagesimosecundo fallit,si ratione incommoditatis parochianorum,qui ex eo quod non possunt accedere ad parochiam petunt ab Episcopo implorando officium suum,vt ꝓuideat prout cognouerit expedire.Nam in tali causa spirituali,non requiritur libellus,secundùm Lapum.alleg.lxij.per not. per Ioan.Andr.in cap.cùm contingat.de offi.deleg.super verbo,non ligatus.

92 ¶†Septuagesimotertio fallit,quando diœcesanus petit certificari de beneficijs minus canonicè obtentis sine sua licentia: vel de alijs excessibus,quos habet corrigere ex officio suo; vt legitur & notatur in c.fi.s̄.de cle.pereg.& c.j.& c. conquerēte, de offi.ord.& in c.licet heli.j.de simo.& in c.ordinarij. de offi. ordi.lib.vj.secundùm Io.And.hic,

93 ¶†Septuagesimoquarto fallit cõtra sequestrum,qui ad iudicis mandatū sine libello tenetur soluere.C.de bo.autho.iudi. pos. in l.fi.& ibi per Iac.& Bar.tenet Bal.in addi.Spec.in titu.de seque.pos.& fruc.quod tñ Bal.videtur limitare,qñ sequester recipit ad mādatum iudicis.secus ad petitionē partium:quia tūc est necessaria causæ cognitio.

94 ¶†Septuagesimoquinto fallit in impetranda restitutiōe in integrum,qua impetrata,continet rescissoriam, secundū quosdā. tenet Spec.in d.§.nunc dicendum.versi.xxxiij. & ibi vide remissiones.dicam in tit.de resti.in integ.

95 ¶†Septuagesimosexto fallit,secundùm quosdam, cùm agitur inter patrē & filium de patria potestate,vel sup obsequijs pręstandis,vel inter patronum & libertum.ff.de offi. procõsul. in

l.ne quicq̃.§.de plano.hæc enim iudicis officio expediuntur: vt tradit Specu.in titu.de offi.iu.§.j.ver.si verò. & sequenti, & ver.sed quare.dic tamẽ quòd si filius vel libertus, est in possessione libertatis, & super hoc prouocatur ad iudicium à patre vel patrono,dandus est libellus:aliàs autem non posit de iustitia plenè discerni tradit Specu.in d.§.ver.xxxv.& vide ad prædicta quæ dixi s̃.fallentia.lxiiij.& duabus sequentibus.

96 ¶†Septuagesimoseptimò fallit,quando petitur dari tutor pupillo,vel curator adul.ad q̃d vide q̃d tradit Specu. in titu. de offi.om.iudi.§.j.ver.porrò.quia licet decernatur vel petatur certa persona:tamẽ nihil ab ea petitur.Et ideò nõ est dand⁹ libellus, nisi iudex dicat,scribe petitionẽ tuam,vt super ea deliberemus secũdùm Vbertum de Bobio & Io.de Deo.facit vij.q.j.c. qualiter.& c quando.& §.ecce.vel si peteretur, vt alicui tanq̃ prodigo interdiceretur administratio:quia tunc nec libellus datur, licet sint vocandi,qui possunt lædi.

97 ¶†Septuagesimooctauò fallit,si petitur declaratio vel interp̃tatio alicuius clarè obscure,vel dubiè ex officio superioris, vt no.Inno.j.de ver.sig.c.in his.& c.cum tibi.

98 ¶†Septuagesimononò fallit in q.preiudiciali incidenter mota,secundũ aliquos.Alij contra,vide Spe.in titu.de ordi.cog.in iiij.parte,& Inno.in c.lator.j.qui filij sint legi. Ego dicam latius j.in ti.de or.cog.

99 ¶†Octuagesimò fallit,vbi agitur de naue submersa: agit̃ enim de plano,& leuato velo,vt l.de submersis.C.de nauiculariis. li. xij.Sed illud colligitur secundũ quosdam.Alij verò aliter intelligunt,vt ibi no.tradit Spe.in d.§.ver.xlix.

100 ¶†Octuagesimoprimò, fallit in appellatione,quæ fit in iudicio.secundũ Vin.& Inno.quartum,qui volunt q̃ ex quo datus est libellus in causa principali, & lis contestata:propter hoc in causa appellationis,nec libellus est necessarius,nec litis cõte. tradit Spe.eo.ti.in d.§.nunc dicendũ. ver.sed nunquid sed tu vide ad hoc quę latius dixi in c.per tuas.j.de appel.& in rub. de appel.ver.xxj.A.B.

101 ¶†Octuagesimosecundò fallit,super incidentibus,vel emergentibus[a] q̃stionibus, de quibus non est offerendus libellus:& sic super exceptionibus dilatoriis,vel peremptoriis nõ est offerendus libellus.Nam libellus non p̃statur nisi super causa criminali,secundũ Do.m.post Doct.in c.prudentiam.§.vj.de off. deleg.in §.super ver.confessione.Quinimò dicit ibi D.m.quòd qs nõ tenetur dare exceptionẽ in scriptis: sed satis est q̃ scribatur in actis,vt dicit Inno.in c.quoniam.de proba.Hęc fuit opi. Vber.de Bobio,& Io.de Deo,li.iij.rub.de excep.libelli. quam referunt Spe.& Io.An.in ti.de excep.§. viso ver. sed nunquid iudex.dicit tamen ibi q̃ canonistæ dicunt libellum esse dandũ & de calumnia iurandum.sed si omittatur,nõ propterea vitiat̃ processus,p d.§.sexta.Sed aduerte:q̃a Spe.in titu.de offi.om.iu. §.postremò.ver. tertiò dicendum.dicit fortè dici posse q̃ in omnibus incidentibus & emergentibus,summaria seu semiplena fit discussio:si tamen tales sint quę reuocãt diffinitiuã pro sñia reuocata.& ita nõ penitus præiudiciũ afferũt: quoniam per aliã viã ordinariã,vel extraordinariã reseruetur cõdẽnato regressus aliàs si per eas diffiniretur principale negotiũ, vel ad eas nullus seruaret̃ regressus: tũc plenè procedit̃, put cõsueuit distingui in interlocutoria. An valet si sit talis quę reuocetur per diffinitiuã,quo casu nõ appellatur:aliàs secus,q̃d Spe.non putat verũ indistinctè. Quid enim si incidit quæstio falsi:quia fortè dicitur instrui falsum tunc plenè & probabiliter C.de fal.l.vbi.iij.q.xj. prius.Item quid si opponitur actori q̃ si seruus, vel monachus, aut excommunicatus,vel similes quęstiones incidunt,vel emergũt̃:nõ videtur sufficere semiplena cognitio, secundũ Spe.vide omnino ibi.& vide etiam omnino j.de or. cog. c.j.ar. xxiij.in pluribus fallentiis.sed maximè fallentia clviij.& quæ dixi. c. quoniam. j. vt lit non contesta. ar.iiij. fallentia.lxviij. & quod dixi c.ij.de or.cog.ar.xx.q.vij.in iiij.membro.& j.de causa pos. & proprie.super rubri.tracta.ij.ar.viij.q.ij.

102 ¶Octuagesimotertiò fallit,in causa nullitatis opposita per viam excep.secus si per viam actionis:quia exigitur libellus,secũdũ Zaba.post Lap.in Cle.j.de re iudi.q.xvj.

103 ¶†Octuagesimoquartò, quando aliquis proponit aliquam regulam,suam excusationem nec petit aduersarium sibi condemnari ad aliquid,secundũ Butri.in l.de submersis.C. de accusa. lib.per illam l.& per l.scire oportet.ff.de excu.tu.Posses etiam plures alias reddere fallẽtias, quæ possent colligi ex his quę dixi c.ij.de or.cog.arti.in fallẽtiis ibi positis,quę hic nõ ponũtur nec ponũt̃ in c.quoniam.in prin.j.vt.lit non conte.arti.iiij.Ma.

b ¶Postremò[b] aduertendum est,quòd in casibus, in quibus dictum est libellum non fore necessarium:sed quòd sufficit qualisqualis petitio per modum postę, maximè ad instructionem iudicis,& intentionem actoris: cautela est quòd ille qui talem qualem petitionem porrigit,seu scribi facit, protestetur quòd illam non offert per modum libelli,nec in vim libelli. Sed pro iudicis instructione de intentione sua,secundùm Spec. eodem titu.§.restat.in fine.& vide quod dicam j.A. B. Et no.in casibus prædictis, in quibus libellus non est necessarius: si libellus fuit oblatus,sed ineptus:talis ineptitudo non habet vitiare,secundùm dominum meum,in cap. bonæ memoriæ Maguntinẽ.de elect.per illum text.alleg.no.in l.vinum.ff.si certum petatur per gloss.sed vide ad hoc quod dixi s̃.eod.fallentia prima.in fi.& vide quod dixi in cap.fina.j.de ordi. cogni. articu. xxxviij.quæstio.iiij.M. & ex his, Deo duce, est expeditus.v. prin.arti.

104 ¶†Circa sextum princi.arg.cuius fauore,& ex qua causa fuerit introductus libellus, breuiter dic, quòd licet quidam dixerint,quòd solùm fauore rei:quidam verò, quòd actoris & rei: tu dic,quòd tam fauore actoris rei,quàm etiam iudicis. & voluit Ioan de bru.& refert Cyn.in authen.offeratur.C.de lit.cõtesta.Fauor actoris versatur propter labilem hominum memo-

c riam:[c] vt in l.contrahitur.ff.de pigno.xxiij.distin.præterea.cũ si.& ne frustra fatigetur actor,& vt facilius posit formare positiones, & veritas inueniatur: quam iudices modis omnibus debent exquirere.xxx.quæstio.v.cap.iudicante.& C. de iudi. l.iudices.& vt sibi fortè ex vna causa agente succumbenti, nõ obstet exceptio rei iudi.simpliciter. Rei autem fauore fuit introductus,vt sciat deliberare, an velit cedere vel contendere: vt in d.authen.offeratur.& iij.quæstio.iij. offeratur. & l.j.ff. de eden.quod aliàs non ita de facili posit perscrutari,vt ibi.Item vt sciat super quo, seu contra quid habeat formare exceptiones & defensiones suas. Et vt absoluatur ab instantia, si petitio est inepta:& in casu quo sit apta, si absoluatur à principali,ne super eodem posit iterum conueniri.Et ad prædicta vide gloss.& Docto.in Cle.sæpe.§.verum. & quod dixi suprà,in v.prin. arti. in princ. in recitatione opinionum. Iudicis verò fauore fuit introductus, vt conformem libello posset ferre sententiam: vt in capitulo licet heli. j de simo.& in l. vt fundus . ff.communi diuidun.& in dicta Cle.sæpe.§. verum. vnde dicit ibi gloss. super verbo , formari . quòd cauti aduocati faciunt triplicari libellos: vnum dant notario, qui scribit acta: alium dant reo:& alium sibi reseruant ad finem & effectus superiores.

¶Circa septimum principalem articulum, quatuor principalia membra intendo examinare.

¶Primum,à quo sit offerendus libellus.

¶Secundum,cuius nomine sit offerendus,& hoc prosequar p decem & septem principales quęstiones.

¶Tertium,an in eodem libello quis posit suo & alieno nomine agere:& cuius nimine sit concipiendus.

¶Quartum,an plures posint agere eodem libello.

105 ¶†Circa primum à quo sit offerendus.breuiter dic, quòd ab actore vel accusatore, qui agere vel accusare intendit: vt l.j. in princi.ff.de eden.& hic, vel à procuratore suo , seu illo per quem agit.de quo latius apparebit ex his,quæ dicam in sequẽti membro.

¶Circa secundum membrum,cuius nomine debeat concipi libellus.prosequar infrascriptas quęstiones.

¶Prima,de eo qui agit nomine proprio.

¶Secunda,de Prelato actore ecclesiæ.

¶Tertia,de canonico.

¶Quarta,de monacho.

¶Quinta,de quolibet particulari clerico ecclesiæ.

¶Sexta,de procuratore simplici.

¶Septima,de procuratore in rem suam.

¶Octaua,de syndico.

¶Nona,de œconomo.

¶Decima,de vicedomino.

¶Vndecima,de tutore.

¶Duodecima,de curatore.

¶Decimatertia,de patre pro filio.

¶Decimaquarta,de coniuncto pro coniuncto.

¶Decimaquinta,de particulari persona populi , capituli, vel vniuersitatis.

106 ¶†Primò igitur quæro, quo nomine volens agere proprio nomine debeat libellum concipere. Solutio est clara , quòd suo nomine debet libellum concipere: & pro suo interesse:& vtile est nominare se talem, qualis agit:& nominare se dominum rei,aut iuris pro quo agit:puta, canonicum talis ecclesiæ &c.Sæpe enim prodesse potest talis nominatio.xciij. di. dñs. in princ.xj.q.j.c.sacerdotibus.ver.quid igitur.xxxiij.quæstio. ij.c.admonere.in prin.C.de latina liber.tol.in l.j.§.similiq̃ modo.xxxiij.quęstio.iiij.in c.dicat.cum suis concordantiis.lxviij. distin.

a ¶Memoria enim hominum labilis est,vt dicit Sene.ĩ Oedipo.& iurisconsul.in l.peregrè.ff. de aquirẽ. poss.& q̃d fauore actoris,imò rei pu.inducũtur sit, vide gloss.in c.de causis.de of.dele.

b ¶Super emergẽti arti. non datur libellus, vide etiã Bal.in l.ij.iij. col. C.vt lit.pen.nisi antelit. emergat. ita limi. Ange. in §.illud.aut̃.de trien. & remis.Inn. in c.significasti.de appella.

c ¶Aduerte etiam, quòd in casib⁹ in quib⁹ requiritur libellum porrigi in scriptis, vt est regulariter nõ sufficeret q̃ actor accederet ad notarium actorum,& diceret:scribe quẽ admodũ ego peto centũ à Sempronio. Bald. & Ange.in l.j.ff. de eden.cum si,vt latè per Ias.in d.l. j.ij.colum. ff. de edendo.

dist.in c.cor Episcopi.xxxviij.dist.in c.quę ipsi. Et ideò in romana curia aduersario contradicente, auditores faciũt libellum corrigi: vt dicatur qui se dicit, vel asserit canonicum, rectorem, vel talem &c. In contrarium tamen facit, quia talis nominatio non videtur obesse vel prodesse.ij.q.j.c.multi.prope fi. & cap. fina.& C.de proba.in l.non epistolis.[a] xcv.dist.c.ecce ego. xl. dist.c.multi.in fi.& in procemio Digestorum.§.discipuli.in fi. secundũ Spec.eo.tit.§.fi.ver.item cautus sit actor. & sequit̃ ibi Io.An.qui dicit hoc esse expressum per Cle.si summus.de sen. excom.tu dic, quòd licet hoc non prosit: tamen posset obesse: quia narratis in libello statur, in preiudicium libellantis.vt in l. cùm precum.C.de lib.causa.de quo latius dicã in c.iij. in xxxiiij.prin.arti. Arbitror etiam, quòd prosit in omnibus his per eum expressis, quę dependent ab eius potestate: vt puta, si ad id quod agit, posset agere nomine proprio, & nomine alieno: prodest enim si exprimat agere se proprio vel alieno nomine, per ea quę latius dicam.j.in ij.q.prin.in vlti.membro. Itẽ etiam posset prodesse in his, quę non dependent ab eius potestate, ꝑ quandam viam indirectam: si aduersariũs fortè excipiendo, aut quid simile faciendo, etiam id exprimeret simpliciter quod actor expressit, per no.in c.cùm olim.j.de censi.& per ea, quæ latius dicam in dicto xxxiiij.prin.arti. Aduerte tamẽ: quia licet quis simpliciter conciperet libellum, quamuis ad id, ad quod agit suo & alieno nomine agere posset: tamen in dubio potius suo, quàm alieno nomine dicitur agere.& per l.& magis. ff.de solu.& l.Papinianus.ff.man.de quo tamen dic, vt latius dicam in vltimo membro sequentis quęstio.

107 ¶†Secundò quæro, cuius nomine in causis ecclesię Prælatus[b] debeat libellum concipere. Solu.dic, quòd nomine ipsius ecclesiæ: vt in c.inter dilectos.de fide instru.& in c.literæ.de dila. & ibi no.per Gof.& Vin. Mouentur: quia Pręlatus nõ habet suo nomine directam actionem, vel vtilẽ.C.de Episc.& cle.aut̃. sed hodie. Et idem Hostien.in c.olim.el j.j.de restitu.spo. in verbo, nomine domus. Mouetur: qa rectores seu Prælati sunt procuratores, & non domini: vt in c.ij.j.de dolo. vnde sicut proponens actionem non exprimens vtilem, vel directam, videt̃ pro posuisse directam, sicut subtiliter elicitur.ff.de pet.here.in l.nec vllam.§.si quis sciens.de quo per Spec.in tit.de actio.& peti.§. j.ver.hoc autem.& ver.nunquid tenetur quis dicere, ad finem §.& per Bar.in l.j.ff.de actio.& oblig.in l.si mater.§.eadem.de excep.rei iudi.& per do.m.in c.cęterum.s̃.de iudi. Ita & in proposito, qui agit & non exprimit, an proprio vel alieno nomine agat: potius proprio quàm alieno nomine dicitur agere. ff. de dam.infect.in l.qui bona.§.si quis alieno.& j.latius subijciã. Sed in contrarium facit secundùm Hostien.in d.cap.olim.quia Prælatus semper videtur agere nomine ecclesiæ, non proprio vel alieno: nisi hoc exprimat: quia omnia acquirit ecclesiæ nisi aliud exprimat, vel probetur.j.de pec.clericorum.in c.j.& per totum. Et ita transit ibi Host.& Ioan.And.in c.literæ.j.de dila. Sed do.m.ibi latius prosequitur hanc materiam, in qua principaliter prosequitur duo membra.

¶Primum, vtrũ rector vel Prælatus debeat agere nomine proprio, vel ecclesię.

¶Secundùm quid si simpliciter egit, nec expressit cuius nomine ageret: an videatur agere sub nomine proprio vel ecclesiæ.

108 ¶†Circa primum distinguit tres casus, quia aut agit pro iuribus particularibus ipsius ecclesiæ, aut pro corpore ipsius ecclesię, aut pro iuribus competentibus ipsi rectori vel Prælato. Primò casu, conclude secundùm dominum mem plurimis additis, quòd agere debet nomine ecclesiæ: siue agat petitorio, siue possessorio. Et sic ipsius ecclesiæ nomine debet libellum concipere: vt in cap.olim.el j.& el iij. j. de restitu. spolia. & in c.literę.j.de dila.& in c.j.j.de causa posses. & proprie. & in c.querelam.s̃.de elect.tenet Inno.in c.literis. de restitu. spo. vbi dicit, quòd Prelati & clerici posside nt nomine ecclesiarum suarum possessione ciuili, & naturali. vnde in eodem ca. in alia glo.dicit Inno.quod Prelatis habentibus ius in beneficijs, non est vtile suo nomine proponere interdictum recuperandę possessionis rerum ablatarum: quia pertinentia ad dignitatem suã non suo, sed nomine dignitatis dicuntur possidere. & ideò cũ dignitas sit spoliata, debet intentari possessorium vel petitoriũ ipsius nomine. Idem etiã tenet in c.cùm super. j. de causa pos. & proprie. vbi notabiliter dicit, ꝙ Prelati, siue dispensatores, habita confirmatione statim possunt administrare: sicut si pupillo daretur tutor, vel adulto curator.& ideò nomine ecclesię debet actiones intentare. Quinimò etiam si ecclesia spolietur aliquibus rebus ante quàm Prelatus nãciscatur possessionem, habet interdicto, vnde vi. sicut tutor nomine pupilli, vel quilibet administrator nominẽ ecclesię. Nec ob.l.cùm heredes.ff. de ac-qui pos. vbi dicitur, quòd possessio rerum hereditariarum nõ transit ad heredes, nisi sit corporaliter apprehensa illarum possessio: quia hic agitur nomine ecclesię, quę possidet, seu possedit semper: licet sedes fuerit vacans: quia ecclesia nunquã moritur.xij.q.ij.c.liberti. Sed ibi ponderatur, quòd heres agat, vel vt heres: vnde cùm agat nomine proprio, debet nomine proprio possedisse.& sic vult Innocẽ.quòd possit agi possessorio per Prælatum pro rebus vel iuribus subtractis ecclesię: licet ipse nunquam possederit, aut quasi possederit. ad quod etiam vide Inno.in c.penul.j.de insti.& idem tenet Spec.in tit.de petitio.& possessio.§.j.ver.sed pone vacante.& do.m.in c. dudum.de elect.& Ioan.de Imol.in c.ex ore.j.de his quę fiunt à ma.parte capi.ad quod etiam vide quod statim dicam in tertio casu, in opin.Bart. Et idem domini de Rota decisio.iiij. vbi hoc limitant notabiliter, quando alius non est in possessione ecclesię.si autem alius possideret: tunc non posset Prelatus agere pro fructibus & iuribus ecclesię: quia cùm debeantur possessori, ar.in l.in bonę fidei.ff.de acqui.re.domi.non potest ista propria authoritate possessorem spoliare.per l.si quis in tantam.C. vnde vi.& xvj.q.vj.c.placuit.& in c.eum qui.de preben.lib.vj. vnde concluditur ex predictis, quòd pro huiusmodi rebus & iuribus Prelati & rectores ecclesiarum non suo, sed ecclesię nomine debent libellum concipere.& idem tenet Spe.in titu. de lib.concep.§.iuxta.ver.item non valet si agit. vbi dicit, quòd debet libellum concipere nomine ecclesię & non suo: aliàs nõ valet.& idem, & clarius tenet Spe.eo.tit.§.iam nunc videndum. ver.si verò Prelatus.per aut̃.sed hodie.& l.omnis.C. de Episc. & cle.& c.ij.de ordi.cog.& per d.c.olim.el iij. Et quia Prelatus est in ecclesia[c] & econtra.vij.q.j.c.scire. Et quia Episcopi nullã vtilem aut directam suo nomine habent actionem, sed nomine ecclesię: vt s̃.dixi ad quod etiam Spec.allegat.l.si in rem actio. ff.de rei ven.& insti.de rerum diui.§.nullus.sed melius facit.§. sancte.xxiij.q.vij.c.quod autem.xij.q.j.§.fi.& q.ij.c.j.& ij. vnde Spec.sic dicit esse concipiendum libellum, coram vobis &c. Ego M.Prelatus vel rector ecclesię sancti N.nomine ipsius ecclesię conqueror de P. qui talem vineã &c.iniustè detinet, vel spoliauit &c.& postea debet concludere, quare peto mihi adiudicari vel restitui nomine ipsius ecclesię. Et aduerte, qa hęc procedunt, ꝙ agere debet nomine ecclesię: siue sit Prelat⁹ mediatus, vt puta si Episcopus agit noĩe ecclesiarũ sibi subiectarum: vt ꝓbatur in c.si prope fi.j.de succes.ab intest. siue sit immediatus, vel administrator ipsius ecclesię, vel aliã iurisdictionem habeat in ecclesia: vt d.c.querelã.& in c.conquerente.s̃.de offi.ordi. vbi dicit Inno.in verbo, ecclesijs. quòd Abbas vel alius superior, cui capella est subiecta, non agit nomine suo, vel sui monasterij pro iuribus capellę. cùm enim capella distincta habeat iura sua à iuribus monasterij, & ipsa capella sit domina suorum iurium, ipsius nomine est agendũ.& vide ad prędicta do.Ma.in d.c.fi.& in c.j.de offi.iudi. vbi ponit de Epo & monasterio agentibus pro ecclesijs sibi subiectis.& vide etiam qđ traditur in l.sancimus.C.de sac.san.eccle.& quod dixi in Cle.j. de rescrip. prędicta tñ procedũt, secundũ d. Ma.nisi fortè capella concessa esset in proprios vsus: qa tunc cũ sit quasi dñs, posset sicut vsufructuarius agere negatoria noĩe proprio: dicit tñ tutius esse eã intentare noĩe capellę. Confessoriã aũt intentat Abbas noĩe sui monasterij pro iuribus, quę habet in capella.de quo j.de verb.sig.c.Abbate.& j.dicã in alio membro. Itẽ prędicta procedunt, secundũ do.m.non solùm si Prelatus agit solus pro iuribus prędictis, sed etiam si Prelatus ageret simul cum capitulo, licet contrarium senserit Inn.in c.ij.de testi.lib. vj.dicens, quòd Prelatus & conuentus agunt nomine proprio: quia ipsi sunt domini.ij.q.vj.biduum.in verbo.palam.& idem Io.de ligna.in c.literę.j.de dila.cum quo etiam videtur transire d.Anto. Sed contrariam sententiam tenet Collactane⁹, & plus placet do.m.per c.olim.el j.j.de resti.spo. vbi nomine ecclesię fuit actum per Prelatum & capitulũ. Item quia in veritate isti sunt administratores, & non domini: vnde non possunt contrahendo[d] ipsius ecclesię conditionem deteriorem facere: nec etiam bona alienare, nisi constituta solennitate: & in casibus à iure concessis.xij.q.j.in summa.& c.sine exceptione.& qa dominium rerum ipsarum ecclesiarũ non est penes eos. Sed apud Christum vel ecclesiam vniuersalem, seu ipsam ecclesiam specialem: vt no.idem Inno.in c.cum super.j.de causa pos.& proprie.facit, quia solus Prelatus reuocat procuratorem datum à conuentu super rebus cõibus, vt ipsemet agat: vt no. Innoc. in d.c.ij.de testi.lib.vj.secundũ do.m.& mihi placet, facit, quod statim dicam in tertio casu.

109 ¶†Circa secundũ casum, qñ agit pro corpore ipsius eccl'ię: vt qa agit possessorio recupãdę: & tũc agit, & libellũ cõcipit noĩe ꝓprio & nõ ecclesię: qa ipse & nõ ecclesia fuit spoliat⁹: vt ꝓ-

a ¶Imò nominatio q̃nq; multũ prodest, vel nocet: vt patet ex not.per Doc.in l. neq; ꝑfessio.C.de testa. vbi agit̃ de ꝓbãda filiatione.

b ¶Prelatus debet agere nomine ecclesię.& ratio est: quia ipse non est dñs, sed administrator.c.ij.de do. & de hac materia vide Cardi.ĩ Cle. j.de resti.in integ. in opp.xij. Fely. latius in c. edoceri.in j.col.ver. solus prælatus. de rescriptis.

c ¶Adde etiã Lapalle.lib.j.& vide quod de capella vnius ecclesię dicit Are.in consil. lxiij. post ea quæ dicit Abb.in c.literę.in ij.col.j.de dila.et do.Philip. in c.edoceri. post Abba.de rescrip.

d ¶Prelati cõtrahẽdo non possunt preiudicare suis eccl'ijs: et an q̃nq; possint compromittere, aut transigere sine consensu superioris, vide per Soci.in cõsil.xviij.col.xiij. lib.j.versicu.circa sextã. & vide aliquid per Fely.in c.cũ oẽs.in iij.co. de consti.

batur in c.conquerente.ſ. de offi. ordi.& in c. literis. & ibi per Inno.& item quis j.de reſti.ſpo. vij.j. c.præſentium.& in c.cũ ſuper.j.de cauſa poſ.& proprie.per Inn.& idem ſi agat poſſeſſorio adipiſcendæ, vt in c.accedens.j.de accu.vel ſi agat petitorio, ex quo agit pro corpore ipſius beneficij, vt in c.ex inſinuatione.ſ.de procu.eccleſia enim nec poſſidet, nec regit ſeipſam. Sed prælatus ſuo nomine, & tanquam rector ipſam regit &

110 gubernat. ¶ † Circa tertium caſum, quando prelatus vel rector agit pro iuribus competentibus prælato ſeu rectori, breuiter ſecundùm dominum Marti.ꝙ agit nomine ſuo, vt in c. venerabilis.& c.conſtitutus.j.de reli.domi.& in c.auditis.ſ.de reſtitu.in integ.cum ſimili.In quibus patet, ꝙ pro iuribus epiſcopalibus agit contra eccleſias inferiores tanꝗ epiſcopus.vnde ex quo talia iura competunt ſibi, & non eccleſiæ; ſuo nomine & non eccleſiæ debet libellum concipere.& hoc ſentit Inno.in c.cõquerente.ſ.de offi.ord.& in c.in literis.& ibi Domi.meus j.de reſti.ſpo.& ex hoc ego infero ꝙ agendo pro titulo beneficiali debet nomine proprio, & non eccleſiæ libellum concipere. ad qđ vi Inno.in c.ex parte.ſ.de arbi.& in c.quia V.ſ.de iudi. in glo.fi. Nam reſpectu tituli beneficialis poteſt proprio nomine, & petitorium & poſſeſſorium intentare.de petitorio eſt tex.in Cle. j.de cauſa poſ.& proprie.& ibi dixi poſt laud.Io. de lig.& Io. de Imo.facit bonus tex.per quem hoc expreſſè tenet Bart. ibi in l.j.§.vſufructuarius.ff.de noui ope.nun.vbi Bar. dicit, ꝙ prelatus ve rector eccleſiæ non poteſt res vel iura eccleſiæ petere nomine proprio: ſed nomine ipſius eccleſiæ vel conuentus.ſed ipſam prælaturam & rectoriam, & ſic titulum beneficialem, ſi vult petere, concipiet libellum nomine ſuo: ſi erit vſufructuarius, ſuo nomine vendicat vſumfructum; licet reſpectu proprietatis debeat libellum concipere nomine domini, ad qđ etiam allegat ibi Barto.not.per Innocen.in c.præſentium[a].de teſti.lib. vj.& in extrauaganti Innocen. quæ incipit, ad hoc,& qđ not. Inno.in d.c.conquerente.de offi.ord.& in c.Abbate.de verbo. ſigni.& glo.in l.ſancimus.C.de ſac.ſanc.eccle.Et idem dicendũ eſt quando prelatus proſequeretur electionem de ſe factam.Et aduerte: quia ex predictis videtur referendum, ſecundùm opi. Barto.ꝙ prelatus vel rector fructus beneficij ſeu prælaturæ debet petere nomine proprio; de quo ſatis dubito, maximè in habentibus adminiſtrationem: quia ipſi nõ ſunt plenè vſufructuarij, nec faciunt fructus ſuos: xij.q.ij.c.ij.vbi tex.ſimpliciter vult quòd clericus tenetur conferre eccleſiæ quicquid acquirit de bonis eccleſiæ.& ad idem xij.q.j.§.fi.cũ c.ſeq.& xiij.q.j.§. his ita.& xij.q.ij.c.ſacerdotes. & c. paſtoralis. cum ſi. de quo latius per Do.m.in repe.c.cùm eſſes.j.de teſta.& de hoc aliquid dicã in iij.q.ſeq.Sed in cõtrarium facit quòd debeat petere nomine ſuo proprio qđ dixi ſ.ſecundũ do.me.de capella cõceſſa in ꝓprios vſus.Et ſicut poteſt intentare petitorium pro titulo beneficij nomine proprio: ita debet concipere libellum in poſſeſſorio nomine proprio: quia ipſum titulum poſſidet nonmine proprio.& ideo nomine proprio cõcipiet libellum ſuper reſtitutiõe beneficij, quo fuit ſpoliatus, vt d.Cle.vnica, de cauſa poſſeſ.& proprie.& in c. cùm ſuper.j.de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.Adeò quòd ſi liberè adminiſtrabat, reſtituetur ad liberam adminiſtrationem: ſi minus liberè, reſtituetur ad minus liberam, vt in c.piſanis.j.de reſti.ſpo.& in c.bone memorie.j. de appel.& reſtituetur nõ ſolùm ad beneficium, ſed ad omnes res ablatas cum beneficio, per viam cuiuſdam acceſſionis, ad quas principaliter non ſuo nomine, ſed nomine eccleſiæ debuiſſet libellum concipere, vt dixi in primo caſu, & tenet Domi. me.in c.cùm ſuper.in fi.j.de cuſa poſ.& proprie.Et ex predictis poteſt colligere quo nomine Abbas debeat libellum concepere. Sed quero quid de abbatiſſa, diaconiſſa, aut prioriſſa. ſolutio. Aduerte quia in his, quæ proprio nomine poſſunt intentare, vt puta proſequendo electionem, aut petendo benedictionem, aut quid ſimile: videtur dicendum ꝙ ſuo nomine libellum debeat concipere: ex quo proprio nomine ad hmõi admittuntur vt c.cũ dilectas.ſ.de reſcrip.Sed hoc olim procededat hodie verò illud videtur eſſe ſublatum per c.indemnitatibus.§.porrò.de elect.lib.vj.& c.vnicum.de ſta.re.lib.vj.In quibus probatur ꝙ tales tenentur procuratorem conſtituere. & ideo quæſtio non videtur procedere.ſed aduerte: quia licet §.porrò.neceſſitet ad conſtituendũ procura. tamen loquitur in proſecutione appel. reſpectu electionis ad ſedem apoſtolicam.item c.ij.in fin. de iu. lib.vj.loquitur ſolùm quòd tales inuite non poſſint trahi.& c. vnicum.de ſta.reg.lib. vj. vult quòd non compellantur per ſe agere, aut defendere.Sed de volentibus agere per ſe, nihil ibi dicitur.vnde cum predicta iura ſint correctiua c. cum dilecta.videtur quòd non ſint extendenda, vt in iuribus vulgatis. Sed poſito quòd propter hæc non prohiberentur agere, ſi tamen agerentur pro iuribus eccleſiæ non videtur quòd libellum debeãt

a ¶ Dicit Do. Ia. ĩ l.j.§.vſufructuarius.in fin. ꝙ debet allegari gl. in c.preſenti.de offi. or. lib.vj & adde Bart.in l. j.§. hoc interdictum.ſecũdo.ff.vti poſſide.

b ¶ A cõtractibus ad iudicia valet argumentũ, ita probatur in l.nõ mirum.ff.de pigno. actio.in cõtra.videtur text.& ibi Doct.in l.iter ſtipulãtem.§.j. vbi etiam gloſſ. ff. de verb.obl.& vide Aret.in l. eũ qui. in prin. pen. col. de acqui.hær. vbi tenet quod primò dictum eſt.

concipere nomine eccleſiæ: & ſic non videntur admittende ad agendum pro eccleſia, per l.neq; fœmina.ff.de procu.& l.alienam. C.eo.Sed aduerte: quia reperi in quibuſdam commentarijs ſatis antiquis quendam ho.arguentem in cõtrarium, quòd tales, licet fœmine, admittantur: quia ſicut mater admittitur ad tutelã filij, & agit pro filio: ita Abbatiſſa, aut ſimilis debet poſſe agere pro monaſterio. nam eccleſia eſt mater noſtra & perpetua.vnde ſicut mulier agit pro parentibus.ff.de procu. in l. fœminis.ita & Abbatiſſa pro monaſterio, tanquam mater: ita pro monaſterio tanquam filio: quia habetur etiam loco filij: vt in aut.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccle.traditur in c. in præſentia. j.de proba.mater agit in cauſa neceſſitatis pro filio, vt l. iij. ff. de lib.cauſa.facit.l.non ignorat.& l.vxor.& l.de crimine. C. q accuſa.non poſ.& in authen.de mo.§. iij. Subdit tamen, quòd dat conſilium quòd conſtituat procuratorem, quem ſyndicum appellamus.in authen.de ſan.Epiſ.§.quando autẽ. & §. prouidere.& ad hoc hodie tendunt d.c.ij.de iudi.& c.j.de ſta.reg. & prædictus.§.porrò.ex quorum iurium ratione videtur, quòd tales teneantur pro qualibet cauſa conſtituere procuratorem: licet olim poſſent agere: vt d.c.cum dilecti. & prædicta adde ad ea, quæ dixi in primo caſu.

111 ¶ † Circa ſecundùm principale membrum, quando ſumus in dubio, quo prelatus vel rector videatur egiſſe, dicit do.m. in c. litere.de dila.diſtinguit, quòd aut quis egit nomine eccleſie, vel ex contractu inito cum eccleſia: vel pro alio iure eccleſiæ: & videtur egiſſe nomine eccleſiæ, aut ſuper re propria, vel contractu inito cum eo vt priuato, & nomine proprio, & hoc conſtat, & potius videtur egiſſe nomine proprio, per no.in c.dilecti.ſ.de fo.compe.& in c.requiſiſti.de teſta.& per Ioan. And. in ſimili in reg.priuilegium.de reg.iur.lib.vj.in mercu.& in materia tutorum & curatorum.in l.poſt mortem.& ibi per Barto. ff.quando ex fa.tut.arguendo de contractibus[b] ad iudicia. nã & in iudicijs quaſi contrahimus.vt in l.iij.ff.de pec. Aut ſumus in dubio, vt quia agit ſuper re, quæ pariter poteſt concernere perſonam & eccleſiam: & hoc caſu d.Ant.in d. c. literæ. dicit quòd videtur egiſſe nomine eccleſiæ: quia res præſumitur eccleſiæ.alle.quòd in ſi.no.Bart. in d.l.poſt mortem. ſed vt dicit do.m.ibi no.videntur potius facere in oppoſitum. nam vt ibi dicit Bar.quòd licet tutor contrahat ſuper re, quæ poteſt concernere ipſum pariter & pupillum: videtur proprio nomine contraxiſſe.vt etiam vult tex.in d.l.poſt mortem. §. ſed fortè. do.Ant.voluit ſequi Hoſti.in d.c.litere.inquantum voluit, ꝙ ſicut in dubio res præſumitur eccleſie, ita videtur egiſſe nomine eccleſie: ſed preſuppoſitum hoc non eſt ſimpliciter verum: quia non ſemper acquirit eccleſiæ: nec etiam in dubio ſemper præſumitur quæſiuiſſe ex bonis eccleſiæ, vt traditur in c. cũ in officijs.j.de teſta.& bonus text.iuncta glo.xij.q.iiij.c.j.Et preterea in iudicio non ſemper acquirit: imò poſſet ſuccumbere. vnde in caſu dubij.d.Ant.dicit diſtinguendum eſſe, quòd aut fuit expreſſum nomen appellatiuum, vt quia dixi, prelatus ſeu rector &c.& videtur egiſſe nomine eccleſie.aut ſolùm expreſſit nomen proprium: & videtur egiſſe nomine proprio. pro hoc text.cum gloſſ.in d.§.tutor. facit quod not. in cap. quoniam Abbas.ſ.de offic.delega.& in d.c.requiſiſti. & per Ioan. Andr.in dicta regula, priuilegium.Sed tu vide ad predicta, que latius dicam in vj. q. princi.in qua latius tractabo hunc articulum.

112 ¶ Tertiò quero, quid de canonico agente: cuius nomine debeat libellum concipere.Solu.Innocen.in cap.edocen.ſ. de reſcriptis.dicit, quòd canonicus ſecularis poteſt agere nomine prebende ſue & dicere, quòd agit in libello nomine ſuo, ſi habet prebende adminiſtrationem, quod verum dicit ibi do.Anto.quando agit pro titulo ſuo: ſecus ſi pro poſſeſſionibus & iuribus prebende, per cap.litere.j.de dila.& cap.cum ſuper.de cauſa poſ.& proprie.& mihi placet, vt ſtatim dicam. Sed aduerte: quia glo.& Inn.in c.ex literis.j.de proba. videtur dubitaſſe, vtrũ canonicus poſſit agere pro prebenda: quia vt ibi dicit glo.prebende nõ videntur eſſe clericorum, ſed eccleſie. pro quo facit vigeſimaprima queſtio.j.§.fi.cum c.ſequenti.& quia cùm eccleſia, & non canonicus, habeat bonorum prebende adminiſtrationem, videtur quòd canonicus non poſſit agere ſine mandato eccleſie.Sed in contrarium facit, quia licet canonici non habeant proprietatem: tamen videntur habere vſumfructum, ratione cuius poſſunt agere: vt l.iiij.ff.finium regũdorũ. facit qđ dixi ſ.in precedẽti q.in iij.& iiij.caſu.Sed ſuper hoc articulo nõ arbitror nunc inſiſtendũ, an canonici vel eccleſia habeant legitimã adminiſtrationẽ bonorum prebendarum, & an ſint vſufructuarij, vel vſuarij.de quo latius per do. m. in repe. c.cùm eſſes.de teſta.nec etiam inſiſtendum in cognoſcendo, an prebende ſint cõſtitute de bonis temporalibus: vel ſint diſtincte, aut

clesiæ aut non.de quo per glo.Inn.Io.An.d.auē.& latius per do.m.in d.c.ex literis.Sed quo ad terminos nostros,cuius nomine canonicus debeat libellum concipere,arbitror distinguendū, quòd aut canonicus agit tanquam procurator ecclesiæ : & dicendum,vt dicam j.in vj.q. Aut agit pro iuribus ad præbendam suam pertinentibus:& debet libellum concipere nomine ecclesiæ,vt statim dixi secundùm d.An.facit quod dixi in q. præcedenti in primo casu.Aut agit pro corpore ipsius præbēdæ sibi collatæ,ab alio occupatę,seu titulo præbendali : & debet concipere libellum nomine proprio.Ita procedat dictum Inno.in c.edoceri.facit quod dixi in præcedenti q.in tertio casu.Aut agit tanquam quilibet de ecclesia vel capitulo : & tunc debet concipere libellum nomine ecclesiæ,secundùm Lapum, allegatione ij.ad quod vide quę latius dicam.j.in v.q.Aut agit pro quotidianis distributionibus,& arbitror quòd suo proprio nomine debeat illas petere:quia tales distributiones non augent corpus beneficij vel præbendæ:sed debentur propter operam personæ.facit.ff.si mensor falsum modum dixerit. l.j. secundo responso ibi.Sed magis operam beneficij locum præbere.& ff.pro socio.in l.si duobus.§.in cocunda.ibi pretiū em operæ.per quæ iura hoc consuluit Old.consi.cxix.facit.c.j. de cle.non resi.lib.vj.Et sic tales distributiones nullā habent communionem cum ipsa re:sed personam tantùm respiciunt. facit ff.de vsu & habi.in l.vsus aquæ.& ff. de serui. rusti. prædio. l. prætoris.& quod ibi no.ff.de ali.& cib.leg.in l.mela.§.fin.ideo Old.in d.consi.voluit,quòd in literis ad beneficia non sit necessarium facere mentionem[a] de quotidianis distributionibus.aut canonicus agit ad fructus præbendę.& ideò dicendum secundùm opin.illorum,qui volunt quòd canonicus faciat fructus præbendæ,suos.& ideò vsufructuarius.facit qđ dixi s.in prin. secundū Inn.sed secundùm opi.aliorū volentium , ꝙ non sint vsufructuarij,sed vsuarij, & ꝙ nō faciāt fructus suos,vī dicendum quòd agere debeat nomine ecclesiæ.de quibus opinionibus vide quod traditur per glo.& Doc.in c.pręsenti.de offic. ord.& per do.m.latius in d.repe.c.cū esses.

113 ¶†Quartò quæro de monacho.So.dicit Inno.in d.c. edoceri. in fi.s.de rescriptis.quòd quilibet monachus pro dignitate, vel officio , vel obedientia sua potest agere,per c.cùm deputatus. s.de iudi.& multò fortius respondere tenetur pro facto suo. Subdit tamen,quòd caueat sibi aduersarius qualiter aggreditur causam contra talem,vbi non habet consensum Abbatis, per c.cùm causam.de iud. Et subdit etiam, quòd Abbas non pōt concedere monacho,quòd habeat administrationem aliquarum possessionum vel villę,& pro eo agere possit:nisi sicut procurator vel syndicus:nam si vult agere,oportet quod in libello dicat,ago nomine meo vel præbendæ meæ,quod non licet ꝑ c.cùm ad monasterium.j.de statu regu. Sed tunc superior agit nomine officiorum,vel obedientiarum ipsius monachi,secundùm Inn.in d.c.edoceri.& sequitur ibi d.Ant.ad quod vide q̄ dixi in cle.j.de rescrip.Sed tu aduerte:quia si monachus prosequeretur electionem de se factam , cui de superioris sententia consensisset,secundùm quod traditur in c.si religiosus.de ele.li. vj.illam prosequeretur nomine suo,per ea quę dicta fuerūt in duabus præcedentibus questionibus. Si verò ageret tanquam procurator,vel syndicus in causa monasterij,vel pro Abbate, aut pro alio propter vtilitatem monasterij,secundū not.in ca. super.j.de testi.& in c.cùm deputati.s.de iudi.& per glo. in c. cum olim.el ij.de priui.& per Inno.in c.cum I.& A.j.de reiu. ad quod vide quæ latius dixi.s.in tit.de procuratore.& hoc casu,qualiter debeat concipere libellum,colligitur ex his,quæ dicam in vj.& viij.q.Si verò vellet agere tanquam quilibet de ecclesia,qualiter debeat libellum concipere,collige ex his quæ dicam in seq.q.

114 ¶†Quintò quæro de quolibet particulari clerico ecclesię,quo nomine debeat libellum concipere.Sol. dic,quòd aut agit cum mandato tanquam procurator vel syndicus:& decisio est clara,quòd agere debet procuratorio vel syndicario nomine : vt dicam in seq.questio.& in viij.sub forma tamen de qua ibi dicam.Aut agit sine mandato in casibus in quibus admittitur sine mandato,de quibus per Inno.& Docto.in c. cùm olim. de testi.videlicet data negligentia[b] Episcopi & aliorum ad quos pertinebat,secundùm ibi no.& in c.si quis pręsbyterorum. j. de reb.eccl.non alienan. & in c.non licet.xij.q.j. Et hoc casu à nomine proprio vel ecclesiæ debet concipere libellum. Innoc. in d.c.cùm olim.fuit varius:quia primò dicit,quòd conficiet libellum nomine ecclesiæ,& petet fieri restitutionem ecclesiæ, vel iudicari pro ecclesia.arg.s.de resti.in integ.c.causam. & idē tenet Ioan.An.qui allegat.c.ij.& iij.& c.cùm ex literis.de rest. in integ.& quamuis agat nomine ecclesiæ , non est necesse ꝙ habeat mandatum:quia non est procurator, sed procurans, vt latius per Innocen.& Ioan.An.in d.cap.olim.de iudæ. subdit Innoc.vt refert do.m.quòd aget nomine proprio & non ecclesiæ:sicut in actione populari.Sed loquitur specificè, quando pro re ecclesię malè alienata.sed dicit do.m.quod pręcedēs opin.est tutior:vt qualitercunq; agat pro iuribus ecclesiæ,agat ecclesiæ nomine,quod tenet Lapus, allegatione. l.aliàs. l. j. ex quo enim authoritate iuris agit pro ecclesia , debet agere illius nomine:succedit enim loco ipsius ecclesiæ : ergo eodem iure censebitur.arg.d.c.literæ.j.de dila.secundùm Lapum & domi. m.& remittit Do.m.ad not.per Spec.in titu.de procuratore.§. j.versi.quid si.& quod ibi tradit Ioan.Andr.in addi. & ad not. per Inno.in cap.ex literis.j.de proba.Sed tu aduerte: quia Innoc.cuius etiam verba formaliter refert & sequitùr Ioan. And. in d.cap.cùm olim.non dicit in secunda opin. prout dicit do. m.Sed sic formaliter dicit,quando autem ille cuius interest,singulariter agit : suo nomine concipiet libellum . & sic videtur Innocen.non esse sibi contrarius: sed voluisse facere differentiam,an agat tanquam quilibet de ecclesia simpliciter : an vero agat tanquam ipsius singulariter intersit.Et si tu diceres , quomodo pōt vnius de ecclesia singulariter interesse? Lapus in d. alle.ij.ponit plura exempla,& volunt Innocen.& Ioan. And. in d.cap.cùm olim.circa medium gloss. ipsorum, quod si simpliciter ageret,nec compelleret eum exprimere cuius nomine agat,quod prudenter facit:si nec ipse exprimat.Sed tu aduerte:quia quando particularis de ecclesia vult agere pro iure proprio seu singulari,puta Archidiaconus pro iure Archidiaconatus sui,qui admittitur sine mandato Prælati & capituli , secundùm Innocē.Ioan. Andr.domi. Anto.& Ioā.de Imol. hoc casu,licet Innocē.& Ioā.Andr.dicant ꝙ concipient libellum nomine proprio.ego intelligo, hoc est nomine ipsius Archidiaconatus:non autem nomine suo,hoc est nomine priuato ipsiꝰ. & hoc videtur etiā sentire do. Ant.ibi,pro quo faciūt quę dixi s.in ij.q.in primo casu.

115 ¶†Sexto quæro,cuius nomine simplex procur.debeat libellum concipere.Solutio est clara,quòd debet procuratorio nomine,vel nomine domini libellum concipere:ne fortè si simpliciter ageret,non procuratorio nomine, sed proprio videatur agere.& ideo si negotium esset tale , quod ad ipsum pertinere posset tanquam proprium:& ad ipsum tanquam ad procuratorem: debet exprimere, si proprio vel procuratorio nomine agat:& si exprimit,res est clara.sed si simpliciter[c] ageret, videretur potius suo,quàm procuratorio nomine agere:etiam si ille actus pertineret ad solum dominum.Nam hoc casu,si nō conciperet libellum procuratorio nomine,non procederet iudicium,per l.iij.§.sed & quod de tutore.versi.si quid tutor. ff. iudi.sol.no.gloss.in l.penul.in fi.magnæ gloss.ff.qui satis. cog. ad idem etiam facit.l.& magis.ff.de solu.& l.Papinianus.ff. mādati.& ibi no.per gloss.In contrarium vero,quod valeat,& sic intelligatur conceptus libellus procuratorio nomine,facit tex. in l.penult.ff.de institoria.& in l.cùm post.§.j.ff. de admi. tut. & videtur casus expressus,secundùm lect.Dyn.in l.post dotē. ff.solu.matrimo.facit etiam quod no. gloss. in l.post mortem. §.j.ff.quando ex facto tuto.vnde dic,quod quandocq; quis cōcipit libellum solùm exprimendo nomen proprium:& tunc intelligitur suo,& non alieno nomine agere.Ita procedunt iura primo loco allegata.facit.l.si filius.ff.de in rem verso.& ff.de iure dotium.in l.cùm pater.C.creditorem euictionem pigno. non debere.l.j.& ij.& ff.de no.ope.nun.in l.j.in fi. Aut in libello apponitur nomen procuratoris:quia dicit procuratorio nomine talis:& tunc non proprio,sed procuratorio nomine illiꝰ videtur agi:vt in iuribus secundo loco allegatis,& in l.cùm pater.§.j.ff.de admi.tut.secundùm Barto.in l.j.§. nunciatio. ff. de no.ope.nun.Et idem in effectu voluit Ioan.And.in addi. Spe. super rub.de procu.fatetur tamen Bart.in d.§.nunciatio. quod si actus potest ad dominum pertinere. & ille, cum quo actus geritur , scit illum esse procuratorem: videtur procuratorio nomine agere , per d.l.post mortem. §.finali.tenet Ange. in l. iij.§.j.ff.iudi.solui.& etiam Barto.ibi,& latius in l.qui mihi donatum.ff.de dona.vbi tamen videtur hoc restringere , quando præcessisset mandatum ad ipsum certum specificum actum expediendum.Sed aduerte : quia contra primum membrum videtur fortiter obstare tex.& quod ibi not. Barto.Bald. & Io. in l.qui in aliena.§.j.[d] ff.de acquiren.hære . vbi dicunt , quòd si præcessit mandatum de expediendo aliquem certum actum: si talis procurator expedit illum actum : in dubio intelligitur expediuisse prætextu mandati præambuli : licet nullam de domino fecerit mentionem , quod dicit diligenter ponderandum . nec videntur ibi requirere , quod is , cum quo actus geritur, sciat illum habere ad hoc mandatum : sed fortè pro solutione contrarij potest dicto modo intelligi. videlicet

a ¶An sit necessarium facere mentionem de quotidianis distributionibus in literis ad beneficia, vide Feli.in c. postulasti. de rescrip.

b ¶Data negligentia.an quilibet de ecclesia admittat̄ ad agendū , vide latē ꝑ Are.in ca. cum olim.in vltimo.de test.

c ¶Si. procurator agat simpliciter, cuius noīe agere videat̄. vide Ias. post Bart. qui totam materiā colligit tribus cōclusionibus,in l.j.§. nūciatio.ff.de op. no.nū.ij.et iij.co,

d ¶Barto. ibi nihil dicit,sed in §. si is qui.& ibi Alex. & latius in d. §. nunciatio.& Aretin.in d.§.si is q. in l.qui in alie. ff. de acquir.here.

ꝙ primum membrũ procedat, vel qñ ille, cũ quo actus geritur, ignorabat ipsum habere mandatũ: vel nõ habebat mandatum specificum ad quid certum, vel notabilibus: arbitor dici posse ꝙ illud procedit non respectu obligationis & actionis intentande inter ipsum procuratorem, & eum cum quo actus geritur: quia quò ad illum, actus iudicabitur gestus suo nomine ꝓprio, & non alieno: sed quò ad ipsum dominum, tenebitur ipse procurator domino actione mandati ex quo mandatum præcessit ad illum actum expediendum, qđ perpetuò notabis pro his qui recipiũt mandatum ad emẽdum aliquam rem pro ipso mandatore, & illam emunt nomine proprio; quia tenẽtur ad restituendum eam. facit l. qui seruum. ff. de interroga. actio. qđ est diligenter notandum, secundùm Io. de Imo. & bene: quia quotidie accidit. Aduerte tamen circa prædicta: quia circa actus extraiudiciales, vt contractus & similes in hoc arti. an procurator simpliciter gerendo actu, videatur procuratorio nomine vel ꝓprio gessisse Doc. sunt varij. Bar. enim aliter loquitur in locis s̃. allegatis, & aliter loquut⁹ fuit in d. l. qui mihi donatũ. ff. de do. & ibi Io. de Imo. & aliter in l. iij. §. j. ff. iudi. solui. & l. si pupilli. §. j. ff. de nego. gest. & in d. l. post mortem. & etiam in d. l. post dotem, ff. solu. matri. in quibus omnibus locis potes videre per eum tangit etiam Bal. in l. fi. C. si quis alteri, vel sibi. & in l. si literas. C. manda. tangitur etiã in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de ver. ob. sed latius materiam reassumit Ludouicus ponta. in d. l. post dotem. & si tu diceres, ad quid hæc materia contractuum operatur ad materiam nostram? respondeo ꝙ talia adducuntur ad materiam nostram inquantum dicimus ꝙ in iudicijs quasi cõtrahitur, vt in l. iij. §. idem scribit. ff. de pec. Sed illam materiam omitto, dicam fortè in ti. de procu. vbi principalius cõuenit. sed in materia nostra pro conclusione arbitror quòd si in libello facta sit commemoratio officij procuratorij, censebitur procuratorio nomine, vt in l. fi. ff. de institoria. & in l. cùm post §. j. de admi. tu. facit qđ no. gl. in l. quacunq;. ff. de procu. & idẽ si est expressum hoc fieri in causa pertinente ad dominũ: qa expressio talis causæ habet vim commemorationis officij procuratoris per l. post mortem. in fi. & d. l. pupilli. §. j. ff. de neg. gest. & l. j. §. non aũt. ff. de exercitoria. si verò simpliciter & purè, & sine aliqua commemoratione officij procuratorij, nec expresso aliquo æquipollenti valet hoc fieri in causa pertinẽte ad dominum, vel aliquo simili: intelligitur suo proprio nomine actũ gessisse, per d. l. & magis. de solu. & l. papinianus. ff. mã. & l. si filius. ff. de in rem verso. allegant etiam aliqui l. res ex mandato. ff. de acqui. rerũ do. & l. pignori. §. fi. ff. de vsusca. sed parum faciunt, facit etiam l. multum interest. in fi. C. si quis alteri vel sibi. & probatur in d. l. post mortem. §. j. per quem tex. apparet hoc procedere, etiam si agat negotium quò ad ipsum ꝓprium pariter & ad dñm pertineat: qđ tamen videtur limitãdum, secũdũ ea q̃ dixi s̃. secũdũ opi. Bar. in d. l. j. §. nũciatio. Et aduerte: quia subdit Bar. in d. §. nunciatio. ꝙ si actus qui geritur, est actus qui potest geri per negotiorum gestorem sine mandato, nõ sufficit dicere seu verba concipere alterius nomine: quia possent intelligi de gestore. & hoc sentit glo. in d. §. nunciatio, dũ exponit, i. procuratorio nomine. de quo vide latius ibi. Subdit etiã ꝙ idẽ est dicere, facio hoc pro tali, vel nomine talis per l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. iij. facit insti. per quas personas nobis acquiratur. in prin. no. Ioan. de Imo. c. ij. de resti. in integ. & c. potuit. de locato, de quibus omnibus ego latius dicam in ti. de procuratoribus.

116 ¶ † Septimò quæro de procuratore constituto in rem suam, cuius nomine debeat cõcipere libellum. & dicitur[a] procu. in rem suam constitutus, quando fuit constitutus procu. ad vtilitatem suam per viam cessionis. Circa qđ dinstingue, ꝙ aut sumus in casibus, in quibus solùm translata est vtilis actio, & non exercitium directarum: & hoc casu debet libellum cõcipere nomine suo, & non nomine mandantis: ex quo solùm potest intentare vtilem. aut contractus taliter est celebratus, ꝙ licet directa actio remanserit penes cedẽtem: tamen in ipsum cessionarium translata est vtilis, & exercitium directę, secundùm no. in l. procura. in rẽ, ff. de procu. & l. illam. C. de dona. & l. j. C. de actio. & ob. & ibi per Cy. Bar. Bald. & Saly. & in l. ij. eo. ti. & per Bar. latè in l. j. ff. de actio. & obli. & traditur etiam in l. qui stipendia. C. de procu. & hoc casu, aut iste vult agere vtili, & debet libellum cõcipere nomine suo. aut vult agere directa propter exercitium directæ in eum tanslatũ: & tunc debet concipere libellum nomine cedentis, per ea quæ traduntur in iuribus p̃allegatis & ꝑ Spe. in tit. de procu. §. sequitur. ver. sed nunquid. Si tamen simpliciter diceret in libello, ꝙ ageret iure cesso, vel ageret tanquã cessionarius, interserens etiam in libello instrumentum cessionis: an debeat exprimere ad petitionem conueniri, vtrum agat vtili suo nomine, an directa nomine cedentis, vide per Spe. in dicto versicu. sed nunquid. & ibi per Ioan. An. in addi. & latius per Speculatorem in titulo de actio. & petitio. §. sequitur. versi. sed nunquid tenere quis. dicam in c. sequen. in xij. princi. artic. xj. q. prin. fi. q. A. B. Aduerte tamen: quia posito pro constanti, quòd sit translata vtilis, illa in dubio videtur intentata ante lit. contest. secundùm Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de ces. act. §. j. ver. item quid si nihil. Nec obst. quòd appellatione dominij comprehendantur directè: vt l. j. §. qui perpetuum. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. quia illud procedit quãdo directa competit nomine proprio. Sed vbi directa competit noĩe alieno, & vtile nomine proprio: tũc videtur deduxisse velle. & sic disputando concludit Mar. silli. in q. quæ incipit, ego qui habeo, & sic temperat dictum Spec. in titu. de procura. §. sequitur. versi. sed quare. & Ioan. in cap. Abbate. de re iudi. libro vj. tenẽt domini de Rota decisio. clxxiiij. maximè quando in lib. fuit adiecta clausula, omni meliori modo, via, iure, & forma. & sequit̃ dominus Anto. in cap. licere. de dila. & de materia in l. planè. ff fami. erciscũ. & l. emptor noĩs. ff. de hære. vel actio. vẽ. Ma.

117 ¶ † Octauò quæro de syndico. Sol. dic, quòd aut loquimur in causis ciuilibus, & debet syndicus nomine vniuersitatis, vel collegij, vel ecclesiæ libellum concipere. Et hoc tenet Spec. eod. titu. §. iam nunc videndum. versi. si verò prælatus. & traditur ꝑ Inno. Ioan. And. do. m. & Ioan. de Imo. in c. fina. s̃. de procur. vbi dicunt, quòd licet singuli de vniuersitate sint excommunicati[b]: tamen syndicus constitutus à tali vniuersitate potest agere: quia agit nomine vniuersitatis: quæ vniuersitas non potest excommunicari: vt in c. Romana. §. in vniuersitate. de sen. excom. lib. vj. ad idem facit: quia causa est vniuersitatis, & non singulorum. xij. quest. ij. c. qui manumittitur. & in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. nomine ergo vniuersitatis concipit libellum: vt etiam sentit Spec. eo. titu. §. iam nunc. ver. contra syndicum. Et debet agere pro tota vniuersitate, tanquã pro vno corpore: non tanquam pro singulis. ad quod vide gloss. & Bartol. in l. j. in fin. C. quod cuius. vniuer. no. Et aduerte: quia si talis simpliciter conciperet libellum, nec adijceret, vniuersitatis nomine, vel syndicario nomine, videretur potius agere nomine proprio. ad quod vide quæ latius dixi in vj. quæst. princ. & quod dixi in ij. q. in ij. membro princ. Si verò loquimur in causis criminalibus, syndicus non potest concipere libellum syndicario nomine, aut nomine vniuersitatis: sed proprio: vt voluit Dyn. & post eum, Cyn. Bald. & Salyce. in l. ij. C. qui accu. non pos. & ibi latius vide quòd arbitror procedere, quando esset talis in causa, in qua non posset interuenire procurator: aliàs fortè secus: ad quod vide quæ latè dixi in ca. veniens. j. de accu. Aduerte tamen: quia prædicta non procedunt in syndicis fratrum sancti Francisci, quia syndici prædictorum in iudicio agentes, etiam ciuiliter ad bona temporalia, non concipiunt libellum nomine fratrum: sed proprio nomine, ad vtilitatem tamen ipsorum fratrum. ita consuluit Bald. consil. clvj. quod incipit, visa. & de materia talium syndicorum, vide per Barto. in tra. minoricarum, secundo libro, distin. viij. & ix. per totum.

118 ¶ † Nonò quæro de actore, cuius nomine libellum debeat concipere? Solu. dic, quòd aut loquimur in actore vniuersitatis. & idem dicendum est, quod dictum est de syndico in præcedenti q. & hoc tenet Specu. eod. titu. §. iam nunc. versi. si vero Prçlatus, de materia per Bar. in l. actor. ff. rem ra. habe. aut loquimur in actore constituto à tutore vel curatore, seu ad petitionem tutoris vel curatoris, secundùm varias opin. de quibus in l. j. C. de actore à tutore vel curatore dato. & l. neq;. C. de procu. & ibi per Bald. in l. si actor. C. de appel. & ibi per gloss. & l. curatorem. C. qui dari tuto. possunt. Et arbitror, quod nomine pupilli vel adulti debeat egere, sicut tutor vel curator, de quibus. j. dicam. q. xj. & xij. Et hoc secundùm illam opi. quę vult, quod actor non constituatur à tutore, sed à præside ad postulationem tutoris, quam tenent glo. & Bald. in d. l. si actor. & gl. parua insti. de cura. §. fi. dum dicit, datum, id est dari petitum. & hoc probatur, quia hoc casu ipse tenetur cauere pupillum rem ratam habiturum, vt dicunt gloss. & Bart. in l. actor. ff. rem ratam haberi, ergo videtur concludi, quod agi debet nomine pupilli, aliàs non posset pupillus habere ratum, quod suo nomine non est gestum. ix. q. ij. c. Lugdunensis. & ff. de neg. gest. in l. si pupilli. §. item quęritur. & in regula, ratum quis. cum sua materia, de regu. iur. libro vj. Hoc enim casu ipse gerit negotia pupilli pro pupillo, tutoris periculo, secundùm glo. & Barto. in d. l. actor. Sed si teneremus aliam opin. quod actor constituatur à tutore, & confirmetur à iudice, pro qua est tex. in d. l. actor. dũ dicit, actor à tutore datus. & probatur in l. solent. ff. de tutel. ibi tutor, permittente iudice. & tenuit Tancre. sub rubri. de syndico. de quo etiã per Inn. in c. petitio. s̃. de procu. & hoc casu

a ¶ Procurator in rem propriam dicitur altero de tribus modis, de q̃bus per Ias. in l. qui stipendia. C. de procura. & ad de Aret. consil. cxxv. incipi. Eximie domĩe collateralis.

b ¶ Qñ oẽs de vniuersitate essẽt excõicati, nõ videt̃ ꝙ possint constituere ꝓcuratorẽ vel syndicũ: sec⁹ si aliqui essent nõ excõicati: qa totũ ius collegij in illis habilibus remaneret. vt not. in l. sicut. ff. ꝙ iuiusq; vni. nomini. & Abb. in c. fin. de procur. & de man. actoris & syndici, vide per Bar. & Doct. in l. actor. ff. rem ratã haberi.

casu videtur dicendũ, ꝙ debeat libellũ concipere noĩe tutoris. moueor: quia tunc non dicitur actor agere, imò tutor dicit̃ agere per actorem: vt l.j.C. de actore à tutore seu cura. dando. & quia hoc casu, actor tenetur cauere tutorem rem ratam habiturum. ar.l.ij.§.j.ff. de curatore bonis dando, secundùm Bart. in d. l. actor. & sic petit ꝙ aget, & libellũ concipiet nomine tutoris: quia aľs nõ posset tutor ratũ habere, per id quod statim dixi.

119 ¶†Decimò quęro de œconomo, qualiter debeat libellum concipere. Sol. dic, ꝙ agere debet, & libellum concipere nomine ecclesię, tanquã reũ ipsius ecclesię administrator & gubernator, & ideò debet scribi p œ dipthongon, & non ypsilon, vt quidam communiter dicentes yconomus, & malè. nam debet scribi per œ. est enim verbum Gręcum dictũ ab œcos, quod est domus, & nomos, quod est regula, vel lex: hoc est gubernatio & administratio domus. Idem œconomica, & non proferri p diphthongon, licet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de his, qui alieno nomine in iudicio interueniunt. §. œconomus. aliter dicat, sed pro nunc non insisto. conclusio est, ꝙ est administrator bonorum ecclesiæ. s. de sac. sanct. eccle. in l. iubemus. in prin. C. de Epis. & cle. in l. oẽs. §. sed hoc nihilò minus. lxxxix. dist. c. in quibusdam. §. de offi. ordi. c. cũ vos. j. de iura calũ. c. Imperatorũ. & in aut. quomodo oportet Episcopos. §. hoc enim. & ideò debet nomine ecclesiæ libellũ concipere, secundũ no. per Inn. Io. And. & Io. de Imo. in c. fi. s. de procu. maximè in rebus sacris, per l. in rẽ. §. loca. ff. de rei ven. quod procedit: licet ab Episcopis constituatur, vt not. glo. xvj. q. vij. in c. quoniam. el ij. per d. §. sed hoc nihilò minus. Nam & ipse Episcopus, & quilibet Prælatus deberet agere nomine ecclesiæ, vt dixi in ij. quæstio. prin. in ij. casu.

120 ¶†Vndecimò quęro, cuius nomine vicedominus debeat libellũ concipere. Sol. dic, ꝙ nomine ecclesiæ, secundũ Inn. Ioã. And. Io. de Imo. in c. fi. s. de proc. per tex. lxxxix. di. c. volum⁹. faciunt quæ dixi in q. pręc. Est autem vicedñs, qui præest reb⁹ Episcopalibus administrandis, vt d. c. volumus. & c. seq. & j. q. iij. in c. saluator. circa mediũ. ver. in nomine. & vide Specu. in tit. de vicedño. & glo. xvj. q. vij. c. qm̃. el ij. Et idem dicendum arbitror de quocunq; alio administratore[a] temporali vel perpetuo rerum ecclesiasticarum, hospitalium, leprosariorum, aut aliorum locorũ piorum, sub quocunq; nomine nuncupentur: ipsorum enim locorum nomine libellus concipiendus est. ar. prædictorum. vnde & castaldus, qui curam habet rerum exteriorum, qui aliàs dicitur, maior dom⁹: vt no. Io. in d. c. saluator. & Spec. in tit. de his, qui in iudicio alieno nomine interueniũt. ver. castaldus. siue sit orphanotrophus, leprosarius, vel similis: quia de nominibus non est curandum: vt in c. petitio. & ibi per Inno. & Doct. s. de procu. & hoc etiam volunt Inn. Io. An. & Io. de Imol. in d. c. fi.

121 ¶†Duodecimò quęro de tutore, cuius nomine debeat libellũ concipere. Solutio, dic ꝙ tutorio nomine pupilli: vt l. iij. §. sed & quod de tutore. ff. iudi. sol. vbi per Bar. & probatur in l. videamus. ff. de in lit. iuran. & in l. tutorem. in principio. ff. de his, quibus vt indig. & in l. polla. C. de his, qbus vt indig. & ar. à speciali in l. ij. C. qui accu. non pos. & satis est ꝙ faciat sub commemoratione officij tutoris, licet non dicat tutorio nomine: quia etiam tunc tutorio nomine videtur agere, per l. cũ post. §. j. ff. de administ. tu. & l. fi. ff. de institoria. sed si nullam faceret mentionem[b] pupilli aut officij. Bar. loquendo tamen in materia cõtractus dicit, quòd si contractus celebraretur super re pupilli, & vterq; sciret eum tutorem: intelligeretur tutorio nomine cõtrahere, per d. l. post mortem. §. j. secus si alter contrahentium ignoraret, vel aliud exprimeretur, per prędictam l. iij. §. j. versi. sed & quod tutor. ff. iudi. sol. & ibi per Bar. & sic videtur dicendum in iudicio, in quo quasi contrahit: vt l. iij. §. item scribit. ff. de pecu. tutius tamen est, quòd in omnibus casibus apponat̃, qualiter nomine pupilli vel tutorio nomine, secundũ Bart. ibi, qui remittit ad no. per se in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. no. nun. & quod tradit̃ in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. obl. Et ita procedunt in causis ciuilibus: sed in causis criminalibus, in quibus non potest interuenire procu. licet tutor accuset ad vtilitatem pupilli: non tamen potest accusare tutorio nomine: sed debet proprio nomine libellum concipere: vt in l. ij. C. qui accu. non pos. de quo vide latius ibi, & vide quod dixi s. in ij. membro, & in vj. quęstione.

122 ¶†Decimotertiò quęro de curatore. Solutio. dic quòd debet libellum concipere curatorio, vel adulti nomine: si est curator adulti. si verò esset curator maioris, fortè prodigi, mentecapti, vel furiosi, aut curator datus bonis, vel hæreditati iacenti, aut ventri, debet agere & libellum concipere nomine ipsius officij: aut furiosi, hæreditatis, vel ventris &c. per ea quæ superius dicta sunt in præcedenti q. & in alijs superioribus.

123 ¶†Decimoquartò quæro, quid de patre respectu filij, & econtra, de filio respectu patris. Sol. quò ad primum distinguendũ arbitror, quòd aut pater vult agere causam ad solum filiũ pertinentem: aut pertinentem pariter ad se & ad filium. Primo casu subdistingue, quòd aut agere vult tanquam legitimus administrator filij, & debet libellum concipere nomine filij. argu. eorum, quæ superius dicta sunt in pręcedentibus quęstionib⁹. facit l. filius. §. nam quod ad dotem. & quod ibi not. Bald. ff. de procura. Aduerte tamen, quia videtur quòd sufficiat simpliciter agere, per ea quę statim dicam de filio, aut pater agit tanquã coniuncta persona, non tanquam legitimus administrator: & dic vt dicam in sequenti q. Secundo casu, quando pater suo & filij nomine vult agere. Bald. in §. nam quod ad dotem, per illum tex. dicit, quando pater exercet actionem, quæ tangit se & filium suum, non est necessarium formare libellum in persona vtriusq;: sed sufficit formare in personam propriam ipsius patris. Et hoc etiam dicit tenere Ia. de Are. in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de Epis. & cle. & dicit tenere Spec. eo. tit. §. iam nunc videndum. ver. illud autem. quem ver. ego non reperi. quod ego arbitror procedere, nisi pater adiecisset talia verba, per quę non posset comprehendi persona filij: vt quia diceret, siue proprio & priuato nomine, & pro suo interesse. Quò ad secundùm quid econtrà, si filius ageret pro patre? dicendum arbitror, quòd aut agit tanquam procurator: quia etiã filiusfamilias potest esse procu. vt in c. qui generaliter. de procu. libr. vj. & l. filiusfamilias. §. ipse quoq;. ff. de procu. cum si. & dicendum, vt dixi in vj. quęstio. Aut agit tãquam filius, & subdistingue quòd aut administrat negotia patris, aut non. Primo casu, vidi consultum, quòd agendo simpliciter videtur agere tanquã administrator, sicut in vno ex socijs, per not. per Cyn. & Bald. in l. cùm te in Galliam. C. si cert. pet. & not. per Ange. in l. si vnus. in princ. ff. de pact. & per Inno. in c. cùm olim. j. de testi. & per Barto. in l. non tantùm. ff. de ap. & per text. iuncta gloss. in l. qui hominem. §. si gener. ff. de solu. quę iura & authoritates, iudicio meo, non probant. aliqua enim loquuntur ratione pro- a prij interesse, & volunt quòd possit agi nomine proprio: sed propter hoc non sequitur, quòd agendo simpliciter videatur agere etiam alieno nomine: licet quandoq; propter alterius vtilitatem inseparabilem ab vtilitate agentis intelligatur nomine illius agere: hoc est ad vtilitatem illius: vt est tex. in d. l. non tantùm. secundùm vnum intellectum. & facit l. tutorem. in princ. ff. de his qui. vt indig. & l. polla. eo. tit. vel potest dici, quòd in b d. l. non tantùm. non dicitur, quod appellando simpliciter videatur nomine alterius appellare: sed quod potuit sine mandato appellare nomine illius, ratione defensionis intẽtatę in ipsa appel. quia si sine mandato in causa ciuili & principali admittitur quis ad defendendum: vt l. liberto. §. fi. & l. qui soluendo. ff. de neg. gest. quanto magis in causa criminali debet admitti, vt in appellatione in qua maius vertitur periculum ad defendendum, secundùm nouum intellec. domini Anto. de prato veteri. in d. l. non tantùm. de quo latius ibi per eum in vij. no. sed si simpliciter talis libellum ap. conciperet pro damnato ad mortẽ, dicit ibi Barto. quod iudex non debet cogere ipsum declarare, an suo, vel nomine illius agat, per not. per Inno. in d. c. cũ olim. Alia vero iura quę allegabantur s. in d. consilio volunt, quod non requiratur mandatum: vt d. l. cùm te. sed ista non est bona consequentia: non requiritur mandatum, ergo potest agere nomine proprio: vel simpliciter agendo, nulla facta expresione quo nomine agat, quod videatur agere nomine illius, à quo nõ habet mandatum, seu pro quo potest agere sine mandato: vt patet in tutore, curatore, patre, aut simili legitimo administratore, qui sine mandato admitterentur: & tamen supra demonstratum est, quod tales agentes, si volunt intelligi agere nomine administratorio, debent illud exprimere: aliàs intelliguntur nomine proprio agere, secundùm ea quę dixi in ij. q. in ij. mẽbro & in vj. q. Item & quędam iura & authoritates in consilio c prędicto deductę, quę volunt, quod quandoq; quis obligat se & socios: & etiam obligatur in solidum: vt d. l. cũ te. non cõcludunt, quod ex hoc sequatur quod simpliciter agendo videant̃ nomine suo, & nomine aliorum agere: nisi hoc exprimatur per aliqua verba, secundùm ea quę dicta fuerunt in dictis q. ij. & vj. Vidi etiam allegationes famosissimorũ Doctorum, ꝙ si libellus dicebat Marianus filius Socini, vel Marianus Socini, ꝙ debebat intelligi Marianus nomine Socini: quia patris persona reprǽsentatur in filio: vt in l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in l. finali. C. de impuberum, & alijs subs tit. xxxv. quest. iij. c §. hac authoritate. & vox[c] patris, vox filij. insti. de inuti. stipu. §. ei vero. & quia libellus debet interpretari secundùm intentionẽ proferentis, secundũ quod latius dicetur in c. iij. arti. xxxiij. sed mihi nõ placet: qa illa adiectio noĩs patris videt̃ facta ad

a ¶Quid possit actor, syndicus, & eiusmodi administratores, vide p Alexan. in consi. xxij. ij. col. lib. j.

b ¶Qñ tutor agit nulla facta mentione, an agat nomine pupilli, vide per Bar. in l. q in aliena. §. si is q. vbi Are. ff. de acqui. hęre. & per Bar. Ro. & Alex. in l. si post dotẽ. in v. lec. ff. so. ma.

c ¶Vox pr̃is, vox filij. adde ea quę no. mod. in l. fina. C. de impu. & alijs subsſi.

demonstrationem personæ agentis: quæ aliàs remaneret incerta, ad quod vide quod dicam in c. sequenti in xiij. ar.

124 ¶ †Decimoquintò quæro de coniuncta persona, cuius nomine debeat libellum concipere, si agit pro cõiuncta. Sol. aduerte, cõ a iuncta[a] persona licet admittatur sine mandato ad defendendũ, l. sed & hæc. ff. de procura. tamen ad agendum regulariter non admittitur, nisi caueat, vt ibi traditur. dic ergo quòd agens tanq̃ coniunctus, eo casu quòd posset agere vel cauere, debet exprimere in libello, qualiter tanq̃ coniunctus agit nomine talis cõiuncti: aliàs simpliciter agẽdo videretur agere nomine proprio per ea quæ superius dicta sunt. tenet Barto. in l. verò. ff. de solu. & ibi etiam vult quòd debet concludere aduersarium condemnari sibi, tanq̃ coniunctæ personę, ad dandũ & soluendum illi pro quo agit, pro eo legitimè recipienti. nam si diceret, peto eum condemnari ad dandum mihi coniunctę personę, non procederet secundùm Barto. ibi. facit etiam quod ibi nota. in l. hoc iure. ff. de solu. & quod traditur in l. ij. §. sed si fortè ex liberis. ff. iudi. sol. & est bonus text. & ibi Barto. in l. ij. ff. vt legatorũ nomine caueatur & l. qui hominem. §. si gener. iuncta glo. ff. de solu. tenet Cyn. in l. j. in ix. q. & l. exigendi. in vj. q. C. de procu. & Ang. in l. at vbi. aliàs incipit, sed si lege. §. quod autem ait senatus. ff. de peti. hære. licet glo. ibi videatur contrarium tenere, & malè secundùm Doct. sed Raph. conatur ibi eam saluare. sed ad præsens videre nõ potui. Arbitror posse saluari in patre, qui est legitimus administrator: & admittitur sine cautione, vt dictis iuribus.

125 ¶ †Decimosextò quæro de particulari persona alicuius vniuersitatis, vel societatis qualiter debeat libellum concipere. & intellige, quando talis non vellet agere tanq̃ syndicus, actor, vel similis: quia de his satis dictum fuit s. sed quando vult admitti sine aliquo mãdato. So. aduertendum est quòd ille cui competit ius agendi, tanq̃ ius agendi ex aliqua causa, tanq̃ cuilibet de populo: debet libellum concipere nomine reipublicæ, & procedit libellus per l. non solùm. §. si cũ inter. ff. de no. ope. nun. vbi videtur casus. facit quod dicimus de delatore. ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. pe. iuncta glo. super verbo, id ei. & ff. de iure fis. in l. fiscus. vel melius, dicet in libello se facere tanq̃ quilibet de populo & ita obseruat practica, secundùm Barto. in l. prouinciali. §. fi. de no. ope. nun. & vide Barto. in rubri. C. de iure fisci. quod ita procedit libellus, si quis agit nomine vniuersitatis, si diceret noĩe reipub. sicut si diceret noĩe fisci. Vtrũ aũt noĩe societatis vel singulorũ de societate, sit formãd⁹ libel. Bal. in rub. C. pro socio. dicit q̃ nomine singulorũ, & nõ societatis est formandus. Et istud procedit quando ageret contra ipsos de societate per l. actione. §. labeo. ff. pro socio. sed si ageretur cõtra alios qui non sunt de societate: potest concipi libellus tam societatis, quàm singulorum, secundùm Bal. ibi. Et ex prędictis omnibus habes plura quæ possunt opponi contra libellum respectu cõceptionis libelli, quò ad personam agentis & libellum offerentis. Circa tamen demonstrationem fiendã de ipso agente, aliqua videbimus in c. seq. in xij. prin. art.

126 ¶ †Circa tertium membrum princip. istius vij. principalis arti. vtrum quis in eodem libello posit agere suo, & alio nomine: breuiter dicẽdum est q̃ sic. hoc notant Bal. & Saly. in l. cum te in Galliam. C. si cer. peta. per illam l. & est bonus tex. in l. planè. ff. fami. ercis. ibi dum tex. dicit, siue agendum partim suo, & partim procuratorio nomine agatur, põt etiam q̃s agere pro parte iure suo & ꝓ parte iure cesso, vt ibi dicit Bal. & sic possunt ista accumulari. & vide q̃ dicam de cumulatiõe in c. iij. j. eo. ar. xxix.

127 ¶ †Circa iiij. membrum & vltimum, vtrum plures[b] eodem libello b posint agere contra vnum vel plures, arbitror distinguẽdum respectu agentis quòd aut loquimur in causa ciuili, aut in causa criminali. Primò casu Barto. in l. supra iter. §. cassius. ff. de aqua plu. arcen. dicit quòd sic, quando actiones descendunt ex eodem facto: vnde ad aquam pluuiam arcendam nocentem pluribus propter nouum opus, possunt etiam plures eodem libello agere de aqua pluuia arcenda, secundum Barto. ibi qui allegat l. accusatoribus. ff. de accusa. & l. secundam. C. si reus vel accu. mor. fuerit. sed loquuntur in causa criminali. idem etiã tenet Barto. in d. l. supra iter. §. officium. & ibi etiam tenet Ioan. de Imo. idem etiam Barto. & Ioan. de Imo. in l. ij. ff. de duobus reis. & sentit Bald. in l. si quis cum procuratorio. §. si vnus. ff. de proc. Ego idem tenui, & latius dixi in duobus vel pluribus reis credẽdi, volentibus agere in l. reos. ff. de duobus reis in xj. principi. ar. q. xj. Nec ob. prædictus §. cassius. vbi text. videtur innuere q̃ plures eodem libello, nec agere nec cõueniri possunt: quia vt dixi in d. l. reos. post Bart. licet ibi permittat agi separatim. non tamen prohibet agi simul. Et ideò si plures sunt rei credẽdi, vel quibus ex eodem facto acquiritur actio, & simul consentiunt: possunt eodem libello simul agere ar. l. stipulatio. §. si. ff. de no. ope. nun. & in l. hæres. §. si inter me. ff. fami. ercis. tenet Bal. in d. §. Cassius. & Spe. eod. titu. §. si. ver. sed pone T. & seq. & Azo in sum. in tit. de ord. cog. Bal. & Ange. in l. j. C. si plures vna sententia. & traditur etiam in l. ij. & iij. C. quomodo & q̃n iudex. & ibi Bar. & Bal. in l. j. & per totum. C. si vnus ex pluribus. & per Ang. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. om. iud. & per Oldra. consi. ccvj. vbi dicit, q̃ licet plures eodem libello agant contra vnum, non implicatur contrarietas. facit etiam q̃d no. in c. cũ M. s. de consti. & in c. constitutus. s. de elect. & in c. cùm pridem. s. de pact. A. B. Vtrum autem plures posint vnũ diuersis libellis conuenire: non est materia nostra. dic vt dixi in c. j. de ordi. cogn. arti. xx. q. iiij. & v. Et nota, quando plures eodem libello agunt, vel conueniuntur, videtur quòd sufficiat specificare sub nomine appellatiuo. no. post zab. in c. j. de resti tu. spo. & alleg. etiam c. ij. de ordi. cogni. Ma.

¶ Secundò casu, cũ loquimur in causa criminali, text. videt expressus in l. accusatoribus. C. de accu. q̃ plures[c] eodem libello c possunt vnum accusare. Sed aduerte, quia ille tex. habet varios intellectus: & variæ sunt doct. opin. Sed arbitror distinguendũ post Bar. de saly. q̃ aut plurium simul accusantium cuiuslibet interest ratione officij: & tunc debent vno libello, non diuersis agere: vt in l. senatus. C. qui accu. non pos. & ibi etiam Saly. vnde plures tutores vel curatores non possunt accusare vnum diuersis libellis: sed tenentur eodem libello accusare. facit. l. ij. C. q accu. non pos. quę loquitur in plurali, & ita est intelligenda. l. j. C. si vnus ex pluribus. & ratio est, quia omnes reprę sentant ꝑsonam vnius offensi, qui est pupillus. vnde sicut ipse non posset vnum varijs libellis accusare: vt l. licet. §. fin. ff. naute caupo. stab. ita nec tutores eum repręsentantes, nec ex eo q̃ isti sint plures, dicitur reus distringi in plures aduersarios propter q̃d Pet. & Cy. voluerunt, q̃ non admitterentur oẽs, per l. ne in plures. ff. de exerci. sed magis idoneus esset eligendus, per l. si plures. ff. de accu. Et quia huic opin. obstabat. d. l. si accusatoribus. respondebant Pet. & Cy. q̃ plurale ibi resoluitur in singulare, & idem tenuit Ray. per l. directò. ff. de admi. tuto. reprobata glo. in l. j. C. si vnus ex pluribus. tenuit etiam Cy. in l. fi. de collu. detegen. Sed ista opi. non placet, sed prima: quia oẽs isti censentur vnus: ideò omnes admittuntur. quod tenuit Iaco. de Are. & est communis opi. citramontanorum. facit etiam: quia cum damnum periculi sit ad tutores reuersurum, sequitur q̃ ille qui læsit pupillum, potentialiter videtur læsisse tutores: & ideò ab omnibus vno libello permittitur accusari. ff. de noxa. in l. si in re communi. in prin. & sic non ob. l. ne in plures. quia loquitur, quando cum vno tantũ quis contraxit, vel vnum solùm quis lęsit. Si verò cuiuslibet eorum interest ratiõe propriæ & communis iniuriæ, puta, si seruus communis sit occisus: & tunc possunt etiam plures in eodem libello accusare: vt d. l. si in re communi. ff. de sepul. vio. in l. ij. §. si ad plures. nec possunt diuersis libellis agere, ex quo propter idem, & ad idem agitur. & ratio, ne de delicto eiusdem hominis, sæpius quæratur. ad quod vide quæ latè dixi in c. de his. j. de accu. Aut eorum interest nõ ratione singularis communis iniuriæ, vel communis officij: & tunc nec diuersis libelllis, nec eodem libello possunt plures eũdem accusare: sed debet eligi magis idoneus: ne reus in plures aduersarios distringatur: vt d. l. ne plures. & ne de delicto eiusdem hominis sæpius quæratur: vt d. l. licet. §. fi. facit. l. hi tamẽ. d §. fi. ff. de accu. & l. qui de crimine. C. qui accu. non pos. Si[d] tamẽ fuerunt admissi ante lit. contest. seu post nomen accusati recepti inter reos, an possent repelli: posset dubitari. Saly. concludit, q̃ si eodem libello accusant, non possunt repelli: quia pars accusata renunciauit saltem tacitè iuri suam vtilitatem respiciẽti: ideò amplius non auditur. & hoc voluit glo. in d. l. si accusatoribus. in primis duabus solutionibus. Si verò diuersis libellis vellent accusare, non admitterentur, & mihi placet, & ex his habes expeditum. vij. prin. arti.

¶ Octauò principaliter quæro cõtra quem libellus debeat cõcipi. prosequar infrascripta membra.

¶ Primum, respectu illorum, qui seipsos regũt & administrãt, & integram habent personam.

¶ Secundum, respectu eorum, qui per administratores, seu defensores reguntur.

¶ Tertium, an contra aliquem partim suo, & partim alieno nomine libellus concipi posit.

¶ Quartum, an plures posint eodem libello conueniri.

¶ Quintum, versabitur respectu iudicis, cui offerendus est libellus: & hoc per remissionem.

128 ¶ †Quò ad primum membrum dic breuiter, q̃ libellus concipi debet contra illum, quem intendo condẽnari ad aliquid dandum, vel faciendum, iuxta petitionis & conclusionis formam, per tex. in aut. offeratur. C. de lit. cõte. & iij. q. iij. c. offeratur. Ex quibus

a ¶ Coniuncta persona, an sine mandato admittat ad agendũ, vide mo. latè ĩ l. exigendi. C. de pro. & d̃ materia. hic tractat. vide latius Alex. qui disputat de veritate eorum q̃ no. Bart. ĩ l. verò. Alex. in l. non solùm. ff. so. matri.

b ¶ Adde Doct. in l. si quis. & l. oĩm. ff. de procu. l. iam tamen ff. iudi. sol. bonũ tex. & Barto. no. in l. si quis prcuratorio. §. j. ff. de procura. per Aret. in l. iij. ff. de duobus re. Ro. in consi. cccxl. & Soci. ccxxxj. lib. ij. col. v. versicu. circa tertiã dubitationem.

c ¶ Vide Bart. in l. si plures. ff. de accusa.

d ¶ Si tñ. an & q̃n posint plures vnum accusare, vide Areti. latè & subtiliter in c. olim. in iij. col. extra de accusa.

quibus circũſtantiĳs & demõſtrationibus debeat exprimi cõueniẽdus, dicam in c.ſeq.in xĳ.ar. ¶ Sed quæro circa prædicta, quid ſi aliquis vult agere contra aliquem ratione ſubiectionis[a] vt quia dicit eum vaſallum, vel filium, aut ſeruum ſuum, cõtra quem debeat libellum concipere. Sol. dic poſt Innocen. Ioan. And. domi. Anto. D. me. & Ioan. de Imo. in c. inter quatuor. ſ. de ma. & obe. plurimis additis, ꝙ aut illi, à quibus petitur ſubiectio, gerunt ſe pro liberis: tunc cõtra eos cõcipiendus & dãdus eſt libellus. facit quod habetur. j. de re iu. c. cũ inter. & l. per hanc. cum ibi notatis. ff. de rei ven. vbi bona gloſſ. in hac materia. probatur etiam in l. j. §. hoc autem interdictum. ff. de lib. exhiben. & quod ibi no. Bart. facit etiam quod habetur in c. cùm olim. j. de cauſa poſ. & proprie. Aut tales ab alio poſsidentur: & tunc aut petitur ſubiectio non derogãs poſſeſsioni alterius: vt quia petitur aliqua ſubiectio, quæ dicitur deberi ab aliquo: quæ tamen ſubiectio ineſt, ſeu ſubeſt ſubiectioni alterius: vt puta: quia poſsidetur tanquam ſubiectus Epiſcopo ab ipſo Epiſcopo: & modo petitur ratione ſubiectionis Archidiaconalis, vel Abbatialis, aut alterius prælationis: quę omnes prelationes ſubſunt Epiſcopo: vnde agẽs nõ intẽdit pręiudicare ſubiectioni Epiſcopi. Et hoc caſu, idẽ dicendum eſt: quia agi atq; cõcipi debet libellus cõtra ipſos, qui prętẽduntur agẽtes quò ad ipſam prælaturam. ar. c. ad hoc. j. de exceſ. præla. xj. q. iĳ. c. qui reſiſtit. cum ſeq. Arbitror tamen, ꝙ dominus principalis hoc caſu poſſet aſsiſtere iudicio: quia intereſt ſua ne plures habeant ſuperiores: ſed quia non eſt principalis materia noſtra, vide per d. Ant. & D. m. in d. c. auditis. Aut quis intẽdit cõſequi ſubiectionẽ[b] quam alius poſsidet: & tunc vt pręiudicetur poſsidenti, debet libellus formari, & agi contra ipſum poſsidẽtem ſubiectionẽ, & non cõtra ſubditum, vt dicit glo. ĳ. in d. c. inter quatuor. & no. etiã gl. in c. cùm venerabilis. j. de relig. domi. & probatur in c. auditis. j. de pręſcrip. & in c. ĳ. de teſti. li. vj. & ibi d. Do. & in l. fi. ff. de libe. ho. exhib. & ff. de ſerui. in l. fi. & ff. ſi ſerui. vẽdi. in l. is cuius. xvj. q. iĳ. c. inter. ad iſtã enim ſubiectionem nõ poteſt agere cõtra ſubiectos: quia nullus ſibi ipſi obedientiam, aut ſeruitutẽ debet. ff. de acqui. re. do. in l. liber homo. Nec mirũ: quia nec in re propria poteſt quis habere ſeruitutẽ, vt in l. re cõmuni. ff. de ſerui. vrb. pred. Et pro prædicta deciſione facit tex. & quod ibi no. Bar. in d. l. j. §. hoc autem interdictũ. ff. de lib. exhibẽ. Sed ſi vellet agere ſolum modo ad finẽ vt pręiudicetur ipſi poſſeſſo. tunc concipiet libellum cõtra eum: & hoc caſu, aut cõuentus cõfitebitur ſe ſubiectum agẽti & ſentẽtia feretur cõtra eum, propter quam non poterit dicere ſe non ſubiectũ: ſed poſſeſſori abſenti & nõ citato, nõ fiet pręiudiciũ, vt d. c inter quatuor, ſed ſi neget ſe agẽti ſubiectum, & fortè alteri dicat ſe ſubiectum: poteſt agi cõtra eum ad hoc, vt in ipſius præiudicium ſuper ſubiectione ipſius feratur ſentẽtia: quæ ſibi, & non alteri pręiudicabitur, per d. c. inter. Et ideo cautius eſt, ꝙ detur libellus cõtra poſsidentem ſubiectionem: vel ſaltem ipſe poſsidens citetur in proceſſu fiendo contra ſubiectum: vt ſic ſibi præiudicetur, ſecundùm ea quæ no. Hoſt. in d. c. inter. & Cy. in l. j. C. de aduo. diuer. iud. Nec ob prædictis, ſi diceretur, ꝙ proceſſus factus contra ſubiectum debet præiudicare domino circa poſſeſsionem, per id quod habetur in l. j. §. quod ſi ſeruus. ff. de acquir. poſ. quia ibi loquitur in poſſeſsione rei corporalis, quam tenebat colonus, vel ſeruus nomine domini. hic autem loquimur de quaſi poſſeſsione iuris incorporalis: videlicet obediẽtiæ quam ſubiectus ſibiĳpſi non poteſt poſsidere: cum nemo ſeipſum poſsideat: vt dixi. Et ita dicit. d. Ant. in d. c. inter quatuor. vel poteſt ſolui cõtrarium, ſecũdùm Io. de Imol. ꝙ ibi in cõtractu interuenit factũ ſerui vel coloni, qui tradebat rem alteri: & ſic intẽdebat rem in alterum transferre: ſed hic loquimur in ſentẽtia iudicis lata cõtra vnũ, per quam in dubio non videtur præiudicare iuri alterius: vt voluit Inn. j. vt lit. nõ conteſt. c. quoniã. §. ſi ſuper. & Bart. in l. ĳ. C. vbi in rem actio. Sed quia quò ad præiudicium fiendum per ſententiã[e] non eſt materia noſtra, ideo omitto, vide Doc. & quę ibi dixi in c. cùm ſuper. j. de re iu. & latius per Io. de Imol. in l. ſæpe. ff. de re iud. poteſt etiam agi contra vtrunque: videlicet contra ſubditum, & contra detinentem ipſum cõtra ſubditum: quia nõ obedit nec permittit actorem vti iure ſuo, nolendo eidem obedire. Cõtra verò ipſum detinẽtem poteſt agi ex eo: quia ipſius detinentis intereſt: cùm ſit in poſſeſsione ſubiectionis, vt d. c. inter quatuor. cum aliĳs iuribus. ſ. allegatis. & ſecundùm prædictam diſtinctionẽ debet intelligi theorica Bar. in l. iĳ. §. hoc autem interdictum. ff. de lib. exhiben. vbi dicit, ꝙ ſi ciuitas detinet caſtrum vel villas, in quibus aliquis prætendat ius, debet libellus concipi contra detinẽtem: ſed quando à nemine detinetur, debet concipi contra ipſos, per illum tex.

¶ Quò ad ſecundum membrum, qualiter debeat concipi libellus contra *illos*, qui per alios adminiſtrantur, ſeu gubernantur: vel alios adminiſtrant, proſequar iſtum ordinem: quia, poſita quadam regula, proſequar. j. ſcriptas quæſtiones.

¶ Prima erit, an ſit concipiendus contra Prælatum, an contra eccleſiam.

¶ Secunda, an contra ſyndicum, œconomum, vel actorem, an verò contra eccleſiam, vel vniuerſitatem.

¶ Tertia, an poſsit concipi contra procuratorem ſimplicem.

¶ Quarta, an contra procuratorem in rem ſuam.

¶ Quinta, an contra defenſorem.

¶ Sexta, an contra infantem, vel pupillum, vel contra tutorem.

¶ Septima, an contra minorem, vel curatorem.

¶ Octaua, an contra furioſum, mẽte captũ, vel eius curatorem.

¶ Nona, an contra prodigum vel curatorem.

¶ Decima, an contra monachum, vel monaſteriũ, ſeu Abbatẽ

¶ Vndecima, an contra ſeruum vel eius dominum.

¶ Duodecima, an contra filium vel patrem.

129 ¶ Regula igitur ſit & fundamentum ad inſcripta dicenda† ꝙ quotieſcunque datur facultas concipiendi libellũ contra principalem cõcipiatur: & detur contra ipſum principalem, & ita dicit Oldr. in authenti. ſed hodie.[d] C. de Epiſco. cle. vbi dicũt, quòd ſapientes dictant potius libellum contra principalem, quàm contra procuratorem: quia ſi procurator non eſſet legitimus, libellus eſſet nullus. & idem eſt dicendum eadem ratione de ſyndico, œconomo, actore, & ſimilibus.

130 ¶ † Sed primò quæro, vtrum libellus ſit concipiendus contra Prælatum, an verò contra eccleſiam. Solutio. dic quòd poteſt concipi contra ipſum Prælatum, vel rectorem eccleſiæ, vt conueniatur nomine ipſius eccleſiæ: vt puta, corã vobis &c. Ago ego M. contra B. Prælatum vel rectorem talis eccleſiæ, qui nomine dictæ eccleſiæ debet mihi centum &c. vt dicit Spe. eo. tit. §. iam nunc. ver. contra ſyndicum. poſſet etiam agi, & libellus concipi contra eccleſiam, licet eccleſia ſit res inanimata. hoc probat tex. in d. authen. ſed hodie. ibi, actionibus contra eccleſias propoſitis, ſecundùm Spe. in d. ver.

131 ¶ † Secundò quæro, an poſsit concipi contra ſyndicum, œconomum, vel actorem eccleſiæ aut vniuerſitatis. Solutio, dic ꝙ vtilius eſſe videtur concipere, contra Prælatum vel eccleſiam: poteſt tamen contra prædictos eccleſiæ vel vniuerſitatis nomine concipi contra ſyndicum, hoc modo. coram &c. Ago cõtra B. ſyndicum talis eccleſiæ vel vniuerſitatis, nomine ipſius eccleſiæ vel vniuerſitatis, vel ago contra B. œconomum talis eccleſiæ, nomine[e] ipſius eccleſiæ: vt in c. inter dilectos. j. de fide inſtru. & ſic de aliĳs, ſecundùm Spe. in d. ver. contra ſyndicum. Subdit tamen Ioan. And. ibi in addi. ꝙ vſus curiæ admittit, vt vtrunque ponatur hoc modo. Ago contra B. ſyndicum, œconomum, actorem, ſeu procuratorem talis eccleſiæ, & hoc concordat iuri canonico, ſecundùm quod omnes adminiſtratores vocantur procuratores, vt in c. petitio. & in c. quia in cauſis. ſ. de procura. licet, ſecundùm leges, videatur fieri diuerſitas, ſecũdùm ea quæ tradit Specu. in titu. de his, qui alieno nomine in iudicio interueniunt. per totum. & aliqua tetigi. ſ. in vĳ. princ. præce. artic. & ſubiungere, & ago contra ipſam eccleſiam, per dictam authen. ſed hodie.

132 ¶ † Tertiò quæro, vtrum contra procuratorem ſimplicẽ poſſit concipi libellus. Sol. dicit ꝙ ſic, vt ago contra B. procuratorem M. nomine ipſius M. vt in d. c. inter dilectos. in princip. de fide inſtrumen. tenet Specu. eod. titu. §. iam nunc. ver. contra procuratorem.

133 ¶ † Quartò quæro, vtrum contra procuratorem in rem ſuam poſsit concipi libellus, vel contra dominum: hoc eſt, cõtra cedentem. Solu. dic ꝙ eſt in electione volentis agere vtrum formet libellum contra procuratorem in rem ſuam: an verò cõtra dominũ. poteſt ergo eligere quem malit, vt eſt tex. in l. ſi actor[f] malit. ff. de procu. ſecundùm vnum intellectum.

134 ¶ † Quintò quæro, vtrum poſsit concipi libellus contra eum, qui promiſit ſeu cauit defendere. Sol. dic ꝙ ſi. ſed ſi talis non vult defendere, non cogetur, ſed ſufficit ſtipulationem committi. ff. de procur. in l. ſi defunctus. ſed ſi iudicium ſuſciperet: in eum daretur actio iudicati, vt in l. Plautius. ff. de procura. ſecundùm Vincen. in d. c. inter dilectos. in prin. tenet Spec. in d. §. iam nunc. ver. quid ſi aliquis.

135 ¶ † Sextò quæro, an contra pupillũ, vel contra tutorem debeat formari libellus. Sol. dic ꝙ aut eſt infans minor ſeptẽnio, & agi debet contra ſolum tutorem, ſi habet: alioquin debet peti ꝙ tutor detur pupillo, vt l. j. §. j. ver. ita tamen. ff. de admi. tut. & ibi gl. & no. gl. in authen. cauſa quæ fit cum monacho. C. de Epiſ. & cle. facit. l. ſi infanti. C. de iure delibe. talis enim, ſecundùm Azo. non poteſt in ius vocari: & eſt bonus text. in l. quique. in prin. ff. de in ius vocan. & no. in l. ĳ. ff. de condi. fur. & l. fi. C.

a ¶ Contra quem ſit dirigendus libellus ratione ſubiectionis, vide ea quę latè tradit Fel. in c. cum ſuper. de re iud.

b ¶ De hoc vide etiã eundem Abb. cõſi. clxxxix. vbi quærit, an ſententia lata contra ſubiectum pręiudicet poſsidẽti eam ſubiectionẽ.

c ¶ Vide Alexan. in ſua diuina repetitione. l. ſæpe. ff. de re iudi.

d ¶ Vbi Bal. idem dicit & refert Old.

e ¶ Prælatus debet conueniri nomine ipſius eccleſiæ, de qua materia vide latè Abb. in c. iĳ. j. de dila.

f ¶ L. ſi actor. eſt ſin. ſecundùm Pau. ibidem, ꝙ ſi actor ideò malit agere contra dominum, vt pote legaliorẽ: ꝙ non cogitur admittere procuratorem, etiam in rem ſuam: quod eſt annotatu dignißimum.

qui legitimam personam. & agens hic dicet in libello, conqueror de P. tutore B. pupilli infantis. aut est maior septennio, & debet agi contra eum authoritate sui tutoris: vt puta, cōqueror de B. pupillo, & P. eius tutore. j. de testa. c. Raynutius. & quod no. in l. potuit. C. de iure delibe. tenet Spec. eo. tit. §. iam nunc videndum. ver. porrò, & sequenti. quod intellige, nisi pupillus esset absens, per ea quæ statim dicam in sequenti. & ad hanc q. adde quæ ibi dicam. A. B. Et vide quod dixi. j. de dila. in rubrica in materia citationis. argumen. v. quæstio. xix. & argumen. xix. q. xix. Ma.

136 ¶ † Septimò quæro de pubere, seu minore xxv. annis. Solu. dic, quòd si habet curatorem, & minor sit præsens, aget contra puberem: & in eius persona informabitur libellus: respondebit tamē minor cum authoritate curatoris, vt d. l. j. §. in causis. ff. de admi. tuto. videtur tamen ille text. probare, quòd etiam agi posset contra curatorem: intellige, nomine adulti. Si verò pubes abesset, debet concipi libellus in personam ipsius curatoris. vt d. l. j. §. absentibus. Si verò non habet curatorem, petetur sibi dari: & dabitur curator ad litem, etiā ipsi inuito, secundùm Specu. in d. §. porrò. per prędictam l. potuit. & l. j. & ij. C. qui legi. perso. & l. j. C. qui pet. tuto. vel cura. & l. qui habebūt. §. idem Cassius. ff. de tuto. A. B. Idem tenet Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de reo. versi. item non potest agi contra infantes & Roffr. in libellis suis, in titu. viij. Ma. Sed aduerte: quia glo. in d. l. j. §. in causis. de admit. tuto. videtur sentire simpliciter, quòd sit in facultate [a] agentis, an velit tutorem vel pupillum conuenire. loquitur tamen multum obscurè. & sic idem videtur dicendum de curatore & adulto. sed dicunt ibi Iacob. de Are. & Pet. quòd duo sunt ibi consideranda. Primò, cuius sit electio conueniendi. & concludunt, quòd est electio creditoris, quem velit conuenire, pupillum vel adultum, tutorem aut curatorem. secundò: quia respondebit. & concludunt, quòd est electio administratoris, vtrum ipse respondeat, vel respondere faciat pupillum vel adultum: quod intelligo, si modo pupillus non sit infans, vel minor non sit absens. Bartol. verò ibi refert aliquos dicere, quòd practica est, quòd primò citetur tutor, & interrogetur, vtrum velit defendere per se, vel pupillo defendenti autorari. & ex hoc actor reddetur certus contra quem formabit libellum. subdit tamen Barto. se putare, quòd possit formare contra pupillum, & quamlibet personam pro eo legitimè interuenientem: & quòd ita admittit consuetudo: fortius ergo & contra adultum. & ratio est: quia non est in potestate actoris, quem certum conueniebat, nisi principalem. & ideò videtur permitti huiusmodi incertitudo dum dicitur, & quamlibet personam legitimè pro eo interuenientem. quia ista est regula, vbi incertitudo causatur ex facto rei, admittitur libellus incertus, vt l. j. §. qui autem. ff. quorum lega. de quo latius dicam in c. seq. argu. xij. In adulto verò, non est dubium: cùm sit in potestate actoris, quem conueniat. per d. §. qui autem. secundùm Barto. & sic videtur velle Barto. quòd omnino sit conueniendus adultus. Sed tu aduerte, quia text. in d. l. j. §. in absentibus. formaliter dicit, in absentibus autem adultis omnimodo contra curatorem aget. & sic propter dictionem, omnimodo, [b] quæ de sui natura est necessitatiua, vt in c. fi. iuncta gloss. fin. de offi. dele. lib. vj. & no. Ioan. And. in c. j. & in c. statutum. de rescrip. lib. vj. videtur, quòd hoc casu, non adultus sed curator sit conueniendus per illum tex. & secūdùm quod voluit Spec. in d. ver. porrò. & seq. cogitabis. Esset tamen cautum vtriusque personam comprehendere in libello.

137 ¶ † Octauò quero, qd si cōueniēdus est furiosus, aut mēte captus. Sol. Spe. eo. ti. §. iam nunc. ver. porrò. & seq. dicit, ꝙ idem in furioso & mentecapto, quod dictum est in pupillo & minore. Sed tamen aduerte: quia cum isti æquiparentur infantibus, & præsumantur abesse, cùm nihil intelligant. vt l. ij. §. peti. ff. de iure codicil. videtur quòd debeat agens libellum concipere contra curatorem furiosi, seu mentecapti, si illum habet: aliàs debet peti, quòd illis detur curator, vt dixi de tutore respectu pupilli, & curatore respectu minoris. nam & isti non possunt in ius vocari. vt in l. quinque. in princ. ff. de in ius voc. vnde sicut dixi, quòd contra pupillum vel minorem absentē, aut contra infantem, licet præsentem non debet concipi libellus: sed contra tutorē vel curatorem: & ita hic idem videtur dicendū: cùm prædicti absentibus & infantibus æquiparentur. adde tamen ad prædicta, quæ statim dicam de monacho in x. q. Nam & ibi dicta videntur posse adaptari furiosis, mentecaptis, infantibus, & absentibus pupillis.

138 ¶ Nonò quæro, quid de prodigo. Solutio. dicendum arbitror, quòd contra ipsum possit concipi libellus, sed respondebit per procuratorem, si habet. item potest concipi contra curatorem curatorio nomine prodigi: & etiam hic vtcunque, per ea quæ superius dicta sunt: & quæ statim dicam in seq. q.

139 ¶ † Decimò quæro de monacho. Solutio. tex. in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de episco. & cle. videtur velle, quòd debeat formari contra monachum, & contra monialem: sed tamen debebit fieri cum authoritate Abbatis, vel syndici monasterij, secundùm Iaco. de Are. Pet. verò ibi voluit, quòd cum ipso monacho non possit fundari iudicium, tanquam cum mortuo. ad hoc. ff. de iudi. l. non idcirco. §. fin. quod Bald. dicit esse verum, nisi monachus habeat administrationem, vel consensum, aut authoritatem sui Prælati. per l. si longius. §. fina. ff. de iudi. Subdit tamen ibi Bald. quòd circa hoc possunt quatuor considerari. Primum est facti narratio. & istud non potest mutari in proprio origine. C. de procur. l. qui stipendia. in l. j. C. de impo. luc. descript. lib. x. & in l. si ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad l. aqui. Secundum est ipsa obligatio, quæ potest diuersimodè considerari. Nam quidam dicunt, quòd obligatio trāsfertur, si monasterium habet vniuersalem successionem bonorum: aliàs non, vt l. si peculium. §. j. ff. de peculio. Alij verò dicunt, quòd obligatio transfertur in monasterium, tanquam per mortem monachi: ita quòd monasterium tenetur directa obligatione, & monachus est libertus. arg. ff. de capi. dimi. in l. tutelas. §. si libertus. Sed verius dici potest, secundùm Bald. quòd directa obligatio adhuc cohæret ipsi monacho: & quòd monasterium tenetur tanquam procurator in rem suam. argum. §. fin. institu. de acquisitione per arrogationem. vnde iura quæ loquuntur de procuratore in rem suam, ex parte rei habent locum in hac materia. ff. de procur. in l. si actor malit. de quo latius dixi. s. in iiij. quæst. istius articuli. Tertiò verò considerandum est vulgaris formula, & ipsa libelli conceptio, quæ principaliter consistit in conclusione: quia terminus libelli est ipsa conclusio. vt not. Innocen. in c. super literis. de rescript. de quo dicam latius in c. seq. in xij. princip. argum. ver. & in hoc sunt opi. quidam dicunt, quòd debet concludi ad cōdemnationem monachi, & fiet executio in monasterium: sicut dicimus in filio & patre. ff. solu. ma. in l. si filia. & ff. de noxa. in l. & si condemnatus. & hoc tenet Iac. de Are. Alij dicunt, vt Petr. de bellapertica, ꝙ debet concludi ad condemnationem monasterij ex persona monachi. quod est verius, vt credit Bal. & quia ex his, quæ post monachationem contingunt, non obligatur monasterium, fit condemnatio monachi: nec officiet monasterio, vel vt vtraque opin. saluetur, dicit Bald. vtrunque condemnandum: & sic contra vtrunque libellum concipiendum. Quartò consideranda est executio sententiæ: sed non est materia nostra. Sed aduerte: quia videtur distinguendum, ꝙ aut contra monachum agitur ciuiliter aut criminaliter. Primo casu videtur subdistinguendum, quòd aut agitur de contractu celebrato per monachum ante ingressum, aut post. Primo casu, habet locum d. authenti. causa quæ fit cum monacho. & monasterium, vel monachus, vel syndicus, conuenitur: [c] vnde potest sic concipi, coram vobis &c. Conqueror de P. monacho &c. à quo peto decem, quæ mihi debet ex tali contractu vel promissione &c. Nec ob. ꝙ monachus habeatur pro mortuo: vt l. Deo nobis. C. de Episco. & cle. ij. quæst. vii. c. placuit. & sit similis seruo. liiij. di. c. multos. vnde sicut seruus non potest esse in iudicio, vt l. seruus. C. de iud. & l. vix certis. ff. de iud. & l. iij. §. seruus. ff. de peculio. cum simi. Ita videtur, ꝙ nec monachus: quia respondetur, ꝙ monachus non veniet ad iudicium, sed Abbas, vel syndicus monasterij, vt d. aut. causa. ibi, siue per Abbatem, siue per alios. & in authen. de san. Episco. §. monachus. secundùm Specu. in titu. de sta. mo. in ver. porrò. vel potest libellus sic concipi, coram &c. conqueror de B. syndico, seu œconomo talis monasterij, à quo peto decem ex cōtractu venditionis &c. facte P. monacho dicti monasterij & c. vt in authenti. apud quos oporteat monachos. §. præterea. ibi, siue per responsales, siue per alios, colla. vj. & arg. C. de Episco. & cle. in l. omnes. §. nihilominus. Alij verò sic concipiunt, coram &c. conqueror de tali monasterio ex persona B. monachi, cui ante, quàm intraret dictum monasterium, vendidi talem librum pro pretio. x. florenorum, quos adhuc mihi non soluit. C. de Episco. & cle. authen. licet hodie. ibi, actiones cōtra ecclesias propositas facit. ff. de admini. tut. l. j. §. sufficit. sub quacunque tamen ex prædictis formis concipias libellum, veniet Abbas, seu syndicus ipsum monachū defensurus, & cuis debeat cōdemnari, aut contra quem sententia mādari executioni, nō est præsentis indagationis, vide per Spe. in d. ver. porrò, & pluribus sequētibus. Si verò qs iam effectus monachus cōtraxit, esset cōueniendus sibi imputet, qui cū eo cōtraxit: cùm nihil possit habere. vt in c. cùm ad monasterium. j. de sta. mo. cum simi. vnde monasterium non posset conueniri nisi inquātum esset factum locupletius: [d] quia ad id tūc solùm posset cōueniri.

[a] ¶ Contra quē debeat formare libellum actor, seu creditor minoris, vide etiam per Alex. in consil. cxxij. col. ij. lib. j.

[b] ¶ De hac dictione, omnino, & omnimodo, vide Ro. in sing. suis in prin.

[c] ¶ Monachus potest conueniri. verùm citari non potest. l. ij. vbi gl. not. ff. de in ius voc. & videndus est Spec. in tit. de statu mo. ver. j. & sequenti.

[d] ¶ Vt in pupillo, furioso, & similibus, qui nō habent consensum. l. iij. in princi. ff. commoda.

ueniri. de quo liiij. distin. c. præterea. & ff. de peculio. l. j. & potest agi contra monasterium vel syndicum, facta narratione ex qua apparet monasterium obligatũ. ad quod vide quod tradit Specu. in titu. de stat. mona. versi. cæterũ. Si verò loquimur de causa criminali distingue, ꝙ aut loquimur de crimine cõmisso ante professionẽ, aut post. Primo casu, frustra videtur quęri de libelli conceptione: quia omnia crimina per ipsum ingressum videntur extincta: vt in aut. de monachis, in prin. colla. prima. tradit Spec. in tit. de reo. ver. nunquid post conuersionẽ. ad quod vide quæ latissimè dixi in c. ad audientiã. j. de homi. in x. prin. ar. q. iiij. Arbitror tamen, ꝙ si ex delicto monachus esset factus locupletior, ꝙ posset conueniri monasterium sicut pro causa ciuili, & libellus concipi sicut supra dixi in causa ciuili. Et hoc in quãtum hæreditas, vel bona peruenissent ad monasterium: quinimo licet hæres ex delicto defuncti non videatur obligatus, nisi quatenus defunctus esset factus locupletior: tamen in monasterio successore videtur aliter dicendum de iure canonico: vt quãtum vires hæreditatis & bonorũ sufficiunt, teneatur ex delicto monachi: licet monachus non esset factus locupletior, secũdùm glos. & Doc. & maximè Ioã. de Imo. in c. j. j. de sol. iunctis notatis in c. fi. de sepul. & in c. in literis. de rap. facit xij. q. ij. in c. Episcopus qui filios. & xl. dis. c. j. Intelligendo tamen, secũdùm glos. & Doc. in d. c. j. de solu. Sed pro delictis cõmissis post ingressum, videtur libellus cõcipi cõtra monachũ. per c. dilectus filius A. j. de simo. Non tamen quò ad pœnã pecuniariã: cùm non habeat propriũ: vt in c. cũ ad monasteriũ. j. de stat. reg. & xij. q. j. c. nolo. quod procedit, nisi Abbas vellet eum defendere. ff. de iudi. in l. si seruũ. sed Roffre. in libellis in titu. viij. vult, ꝙ monachus & similes, si delinquunt, accusantur sicut deportati: vt in l. aut damnum. §. inter eos. & l. in seruorum. §. quod enim. & l. capitalium. §. in exulibus. ff. de pe. & in l. si cui. §. fi. ff. de accu. in aut. de sancti. Epis. §. si monachus. facit j. de priuil. credentes. & aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. dicit tamen Martinus de fano, ꝙ si monachus accusetur de crimine, ipse defendet: licet Abbas possit ei assistere. per l. j. & ij. C. de accus. & per alia multa iura. Sed non est materia nostra, vide per Specu. in tit. de reo. versicu. sed an monachus. Sed aduerte ad id quod dixi de pœna pecuniaria: quia arbitror hoc procedere, nisi ipsi, quãuis professo, aliquid acquireretur: & per ipsum monasterio. vtputa: Si ex testamẽto vel ab intestato: aut ex donatione facta sibi ipsius contemplatione aliquid acquisiuisset: quia hoc casu, acquireret monasterio, cùm hoc tamen, vt satisfieret creditori suo. ar. no. per Io. And. in c. j. supra de obligat. ad ratiocinia. si rectè memini: quia tunc venit in mente: & tunc libellus esset concipiendus, secundùm quod dixi de causa ciuili.

140 ¶ † Vndecimo q̃ro de seruo. Sol. aduerte, q̃a seru⁹ regulariter non põt esse in iudicio: vt in l. seruus. C. de iud. in l. vix certis. ff. de iud. & ideo seruus nõ videtur posse conueniri: si tamen dñs est obligatus de peculio, vel de in rem verso, vel quod iussu, cõcipietur libellus cõtra dñm, & nõ cõtra seruũ: vtputa corã &c. conqueror de P. &c. dño B. serui, à quo peto decem per actionem de peculio, vel in rem verso, vel quod iussu, secundũ Spec. eod. tit. §. iam nunc. versi. ad hoc si petas aliquid.

141 ¶ † Duodecimò quæro de filiofamilias[a] an cõtra ipsum, vel cõtra patrẽ sit concipiendus libellus. Sol. glos. in aut. causa quæ fit cum monacho. C. de Epis. & cler. dicit ꝙ concipitur libellus cõtra filium. & pater respondebit per l. j. C. de bo. mater. quia legitimus administrator: vt ibi probatur, l. fin. §. vbi autem. C. de bonis que liber. & tenet Pet. & Bald. in dicta aut. causa. in fine. & est gloss. in aut. apud quos op. causam dicere. collat. vj. quod potest procedere in aduentitijs: sed pro castrensibus, aut quasi concipiendus est contra filium. In aduentitijs etiam arbitror, quòd possit concipi contra patrem, tanquam legitimum administratorem: administratorio tamen nomine filij, posset etiam pater conueniri ratione peculij profectitij, & de in rem verso, et quod iussu: & tunc contra patrem concipiendus esset libellus, vt statim dixi de seruo.

142 ¶ † Circa tertium prin. membrũ, an cõtra aliquem partim suo, & partim alieno nomine libellus cõcipi possit: dicendũ est, ꝙ sic per tex. in l. planè. ff. fa. ercis. ibi, siue cũ eo agatur partim suo et partim procuratorio nomine: & ibi notant Doc. vide quod dixi in præcedenti articulo, in tertio membro.

143 ¶ † Circa quartum principale, an plures possint conueniri eodem libello, Ioan. And. hic videtur sentire, quòd non. & idem Innocen. s. in rubri. Cyn. contra in l. eo. C. si certum petatur. vbi dicit per illum text. quòd in eodem libello possint plures diuersis actionibus conueniri. Tu verò distinguè, quòd aut loquimur in causa ciuili, aut criminali. Primo casu, aut loquimur in pluribus rescriptis per vnum corpus, qualis est vniuersitas, & possunt conueniri, non tanquam plures, sed tanquam vnus: quia causa vniuersitatis non est causa singulorum: sed ipsius corporis vniuersitatis, vt in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisi. xij. quæst. ij. qui manumittitur. & in l. ij. §. viarum. ff. ne quid in loco publico. dixi latius in c. dilecta. j. de exces. Præla. in xij. q. princi. Et ideò concipitur libellus contra ipsam vniuersitatem[b] sub nomine vniuersitatis, nec sunt exprimenda nomina singulorum, vt est text. in c. j. de restitu. spo. tradit Innocen. in c. dilectus. j. de or. cog. in gloss. j. dixi in d. c. dilecta. xiiij. q. princi. si verò loquimur in personis particularibus, subdistingue, quòd aut obligatio descendit ex eodem facto stipulatione, vel promissione, aut ex diuersis. Primo casu, siue tales sint obligati pro sua virili portione, secundùm ea quæ latius dixi in l. in duobus. ff. de duo. reis. in vij. princi. arti. siue quilibet insolidum, possunt omnes eodem libello conueniri. not. Bald. in l. iij. C. quomodo & quando iudex. facit d. l. eo quod. C. si cert. peta. & quod. j. subijciam secundùm Lamber. de rampo. Arbitror tamen, quòd ex quo sunt viriliter obligati, quòd quilibet possit petere quòd sibi offeratur libellus. fortè enim competit exceptio vni, quæ non competit alteri: vel ratione ætatis, vel facti, vel alterius priuilegij, vel propter specialem aduocatum, vel procuratorem, vult separatim se defendere. vt dicam in secundo casu princip. Ita potest intelligi text. C. communi diui. in l. ad officium. ibi, aduersus singulos &c. & ff. de solut. in l. si duo. Posset etiam quilibet ex persona sua absque alia singulari libelli oblatione facere defensiones suas. Secundùm verò, quando sunt plures[c] rei debendi insolidum, quòd quando sit, dixi latè in d. l. in duobus. in vij. princip. articu. quòd omnes possint eodem libello insolidum conueniri. probatur in authent. hoc ita. C. de duo. reis. & ibi hoc tenet Barto. in rep. qui etiam idem tenet in l. iij. §. j. ff. de duob. reis. & ibi Iacob. de Aret. & in l. j. C. si plur. vna sentent. & ibi Bald. & Docto. Nam ex quo dicitur ibi, quòd iudex potuit illum insolidum condemnare: sequitur quòd hoc erat petitum, quia aliter sententia non valeret, tanquam non conformis libello. facit ff. de re iudi. in l. Paulus. & ff. mandati. in l. si mandato Titij. §. Paulus respondit vnum. & ibi glos. & Barto. & Dy. in l. si pluribus. ff. de leg. ij. facit etiam l. si qui separatim. §. quoties. ff. de appell. & l. qui pupillam. §. fin. & l. vim passa. §. incesti. ff. de adult. per quæ iura hoc voluit Dyn. vt refert Ioan. An. in addi. Specu. eo. titu. & §. fi. versi. eadem. & quæstio fit in pluribus reis. Et prædictam opin. fuit secutus Alber. galeo. sub rubr. de duo. reis debendi. vbi refert Roff. tenuisse contrarium. Sed primam communem opin. tenet Spec. in d. versi. per tex. in authen. de duo. reis. §. si autem ijsdem. vbi dicit causam cõmuniter examinari. quilibet tamen potest vti defensionibus suis, secundùm Specu. in d. ver. & idem voluit Iacob. de Bel. in d. §. si autem. in vj. q. & idem tenuit Cyn. in d. authen. hoc ita. in viij. q. & probatur ibi quæstionem hanc fuisse disputatam: quia dicit de ea esse causam in d. authen. hoc ita. & in d. §. si autem. & dicit Ioan. And. in addi. Specu. quæstio. ad d. ver. eadem etiam in fin. quòd dictam quæstionem disputauit. Lamber. de ramp. & incipit, quidam mutuari. vbi quidam tenent, siue debendi plures rei sint insolidum obligati, siue non: & siue loquamur de iure veteri, siue ex beneficio diui Adria. vel aliàs gaudeant beneficio actionum cedendarum. ff. de tutel. & rationibus distrahen. in l. nunc tractemus. & hoc dixit ad instar causæ criminalis, per l. j. C. si reus vel accus. mort. fuerit. quod intellige, quando accusarentur ex eodem facto. vt latius dicam in secundo casu princi. Et hæc procedunt, dummodò in libello agens adijciat, quòd sit vna solutione contentus. quod primo tenuit gloss. in l. j. C. de fideiuss. tutorum. & ibi tenent Barto. & Bald. qui post glo. dicunt, ꝙ libellus sine tali protestatione non procederet, & idem etiam vult Bart. in d. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit vnum. & in d. l. j. C. si plures vna sententia, & in d. l. si pluribus. Sed Bal. ibi, quem sequitur Ioan. de Imola in d. l. si pluribus. dicit, ꝙ etiam hoc non expresso, procederet libellus: cùm tacitè insit ex natura actus. Nec obst. gloss. in d. l. j. C. de fideiuss. tutorum. quia non loquitur respectu libelli: sed respectu exactionis. & hanc sententiam tenet Pau. de Cast. in l. iij. §. j. ff. de duobus reis. quod dicit singulariter notandum pro sustentatione libelli: quia secundùm Barto. sine illa protestatione reijceretur: & processus agitatus super eo, non valere: eo quòd semper posset opponi de incertitudine libelli, vt not. gloss. institu. de oblig. in princip. & Bald. in l. actori. C. de iureiur. quæ nullitas cessat, attenta vltima opin. Bald. in d. l. si pluribus. Sed tu aduerte: quia etiam posito quòd deberet adijcere dictam protestationem, quòd sit vnica solutione contentus &c. tamen arbitror, quòd talis ineptitudo non reddat processum aut sententiam nullam, per not. per In-

a ¶ At qui filiusfamilias põt conueniri ex oĩ cõtractu & delicto, pręterquã ex voto, & mutuo, l. tã ex cõtractu. ff. de iud. licet nõ possit stare in iudicio sine cõsensu patris. l. fin. §. necessitate. C. de bo. quę lib.

b ¶ Qualiter vniuersitas cõueniatur, vide Abb. in c. dilectus filius. ij. de simo. & q̃m est persona ficta l. mortuorum. de fideius. c. nouit. de his quæ fiunt à prælat. ideo non compræhẽderetur in statuto loquente de compromisso. vide Ro. in consil. cccc. quæritur, an statutum cõpellens.

c ¶ An plures rei debendi vno libello possint conueniri. vide etiã quæ scribit Bart. in l. edita. in materia cumulationis. C. de eden. vbi etiã per alios. & Rom. cõsi. ccxl.

nocen. & Doct. in d.c.dilecti.& in c.examinata.de iudi.& per Barto. in l.j.in fin.princip. ff.de eden.Nec obst. gloss.præallegata: quia debet intelligi altero ex duobus modis: vel ratione incompetentiæ, per l.j.C. si à non competenti iudi.per quam mouetur illa glo.vel secundò,quando libellus est ineptus:quia non concluderetur:vel malè concluderet, aut similem pateretur defectum,vt not.Guil.in l.si patronus libertam.ff.de iureiur.& Bald.in d.l.actori.& Butri.in l.licet.C.de procurat. pro quibus est tex.in Cle.pasto.de re iu. & ibi dixi,& in c.cùm dilecti.de empt.& vend.facit etiam c. cùm ad sedem.j. de restit.spo.quamuis Ange. & quidam alij aliter intelligant illam glos. j.institu.de oblig.in princip.& malè,de quo dic vt latè dicam in c.fin. j.eo.argumen.xxxij. & ideo dico,quòd etiam retenta opin.Barto.non vitiaretur processus: licet non apponeretur illa protestatio:sed solùm si pars opponeret, iudex deberet suspendere: sicut quando ageretur contra vnum solum ex reis debendi insolidum , vt latè dixi in l.reos.ff.de duobus reis.in xj.princip. artic.q.vj.& vij. & si iudex non admitteret exceptionem,vel procederet ad vlteriora,processus valeret nisi appellaretur, per not.in c. ex parte.j.de appel.& in c.suborta.de re iu.& in c.cum causa s.de offic.dele.in l. Lucius.ff.de infam. & l.j.C.si ex fal.instrum.sed secundùm opin.Bald.deberet iudex procedere, & iustè agere. & hæc opi.Baldi plus mihi placet per rationem suam : quia talis exceptio opponitur ad exactionem , vt latè dixi in d.l. reos. in xj.arti.q.xj. placet mihi prædicta opi. quòd omnes etiam insolidum posint vno libello conueniri,per dictam authen. hocita. & prædictum §. finautem.vnde sumitur dicta authentica: qui textus expressè volunt,quòd negotium communiter examinetur , & communi sententia terminetur: nec aliquid dicunt de dicta protestatione. Et prædicta procedunt,si non posset opponi exceptio diuisionis,excusionis,vel ordinis, vt quia renunciassent beneficio diuisionis, excusionis,& ordinis .secus si huiusmodi beneficia competerent: quia talia beneficia possent opponi libello.secundùm Cyn.Bald.& Sal.in l.eo quod.C.si cer.pet.per d. l.j.C.de fideiuss.tu.& l.reos.ff.de solu.Et aduerte:quia nihil hodie est immutatum quo ad hunc modum procedendi: licet sit mutatum quo ad modum exequendi. ad quod vide quæ dixi in d.l.reos. ff. de duobus reis.in xj.princip.arti.quæstio.iij.vj. & vij. Si verò ex diuersis causis , aut diuersis actionibus sunt obligati,dic quod non possunt eodem libello cõueniri,vt in d.l.eo quod.etiam si vna esset principalis,& alia fideiussoria,& sic accessoria,vt l.j.C.de fideius.tu.nisi renunciasset fideiussor beneficio de fideiussoribus ordinis,vel excusionis:quia tũc potest cõueniri quilibet insolidum eodem libello:cum protestatione tamen, quod sit vna solutione contentus,vt dixi supra, in duobus reis.facit glo.in d.l.j.C.de fideius.tu.quæ intelligunt illum tex. fin.non respectu conuentionis:sed exactionis. In contrarium tamen facit tex.in l.si mandato Titij.§.Paulus respondit vnũ. ff.manda.qui dicit,eligere debes &c.Sed in primam opi. videtur potius inclinare Saly. dicit tamen super hoc esse cogitandum, & idem videtur tenere Bal.in d.l.j.facit etiam quod not. Bal.in d.l.eo quod.vbi dicit,quòd eodem libello possunt conueniri principalis & accessorius : si non obstat beneficium diuisionis,excusionis,vel ordinis,per d.l.j.C.de fideius.tu.& secundùm prædicta intelligo,quod tradit Bal.in addi.Spe.in tit. de lit.conte.ver.eodem libello.vbi simpliciter dicit, quòd eodem libello possunt conueniri principalis & fideiussor, per d. l.j.Et idem videtur dicendum, si aliquis vellet conuenire principalem personali per tertium possessorem hypothecaria,secũdum aliquos,qui allegant ad hoc text.in l.fi.C.de actio. & ob. quod apud me satis est dubium:nec mihi placet,maximè si opponatur beneficium ordinis,seu excusionis.facit quod statim dixi,secundùm Bal.Sed aduerte:quia si aliquis conueniret plures obligatos diuersis actionibus eodem libello,possunt citati petere quòd diuidatur: & cuilibet eorum singulariter libellus offeratur sine immixtione obligationis alienę,vt in d.aut.offeratur.C.de lit.contesta.& l.ampliorem.§.in refutatorijs. C. de app.secundùm Bal.& Saly.in d.l.eo quod.sed si citati hoc non

a peterẽt,procederet libellus:licet diuersis actionibus[a] in eodem libello conuenirentur:quia conclusio videtur relata ad quemlibet reorum, secundùm naturam suæ causæ:vnde non dicitur agi ineptè,per l.cùm plures.ff.de euictio.tenent Cy.& Saly.in d.l.eo quod.Et ex prædictis deciditur quæstio,quid si. B. agit rei vendicatione contra quatuor, dicens eos posidere hæreditatem sibi debitam,& contra eos offert vnum libellum petens eos condemnari ad restitutionem ipsius hæreditatis.in q. Spe. eo.tit.§.fi.ver.sed pone.primò allegat, quod posit omnes vno libello cõuenire:sicut possunt plures vno libello accusari,de quo dicam in secũdo casu princip.Subdit tamen quod si quilibet illorũ

a ¶ Vno libello plures conueniri possunt,etiã ex diuersis actionibus, vide Bald.in l. edita. C. de edẽ. & Barb. in c.ex parte decani.de rescrip.

b ¶ In causa criminali. an plures vno libello posint accusari, vide Bart.in l.hos.§.lege. ff. de accus.& Alexã. & Doct.in l.edita.C. de eden. vide Are. in c.si quis Episcopus.extra de accu. & Alex. in l.si idẽ. de iurisd.om.iudi. adde Soci.in cõsil. ccxxxj.inci.in præsenti.ver.circa tertiam.

excipit & dicit,volo habere libellum pro me:quia nolo esse in hac cõmunione.ff.de condi.inde. in l.si non sortem.§.si cẽtum. & ff.pro socio in l.verum.§.societatis. Solus enim habebo aduocatum vel procuratorem sine mercede, quẽ simul cum alijs non haberem.xij.q.ij.c.qui manumittitur.& quia naturale vitium est,negligere quod cõmuniter fit, & posidetur.C.quando & quibus quarta pars debetur.l.ij.li.x.& ad hoc facit.iij.q. iij.c.offeratur.& si dicat,ego vnam rem posideo: & alter quinque,vel plures,dicit Spe. quod credit quod si pro indiuiso posidẽt dicta bona,actor nõ cogetur dare plures libellos.ar.ff.iudi.solui. l.iam tamen.§.si tamen & ff. de exercitoria. in l.ne plures & ff. de ędil.edicto.in l.quod si nolit.§.si plures, & ff.fami.ercis.in l. si fami.ercis.& ff.de precario.in l.licet.in fin.Si verò pro diuiso posiderent,tunc conueniet vnumquemque per se: & cuilibet dabit libellũ,ar.ff.si pars hære.peta.in l.j.in prin. & sic visus est sentire Clemens.iiij.lucerna iuris,secundùm Spec.in d.ver.sed pone.faciunt quæ.s.dixi,& quæ statim dicam. Procedit ergo libellus contra plures,licet ex varijs obligationibus cõuentos, si pars non opponat:aliàs secus.& hoc etiam tenet Bal.in addi. Spe.in titu.de sententia.ver.vno & eodem libello.vbi concludit, quod vnus non potest eodem libello contra plures agere , nisi sint consortes eiusdem facti vel criminis : quia quilibet debet percipere libellum per se , nec debent variæ causæ permisceri: nec simul tractari: si tamen cõuenti tolerarent talem libellum, etiam ius tolerat: & sententia lata executionem meretur,per l. j.C.si plures vna sententia.& l.j.C.si reus vel accu.mor.fu.& l. si quis homicidij.C.de accu.cum simi. Et aduerte: quia Specu. post dictum ver.sed pone.etiam subdit quęst.de illo qui habebat tres,vel plures debitores in eodẽ chirographo obligatos,allegans quod volens conuenire eos videtur obligatus cuilibet dare libellum suum.argu.ff.de no.oper.nun.l.de pupillo.§.si in pluribus.& ff.de procu.in l.si quis cum procuratorio.§.vnius litis. & quia tot sunt petitiones,quot sunt articuli, vt j. subijciam. In contrarium tamen allegat, quod sufficiat omnibus vnum libellum offerre.ff.de transc.in l.cùm I.§.in causa.& ff.de exerci. in l.j.in prin.& l.sequen.d.§.sed si plures.Sed finaliter concludit Specu. tenendum fortè, quod conclusum fuit in præcedenti . Ita concludit ipse in d.§.fin.ver.eadem quoque quæstio.Secundo

b casu:cùm loquimur de causa criminali[b] dic, quod si plures cõueniũtur vt vnum corpus,vt vniuersitas,collegium, & capitulum, & possunt vno libello conueniri : quia potest vniuersitas etiam criminaliter accusari.tradit Spe.in ti.de accusatore.§.j. ver. sed nunquid potest,per l.metum. ff. quod metus causa , & in hoc dicendum,vt dixi de causa ciuili contra vniuersitatem in præcedenti membro,& ad prædicta vide quæ latè dixi in ca.dilectus.el ij.j.de simo.vbi plenissimè tractaui,an vniuersitas posit delinquere, & quando dicatur delinquere,& an posit accusari,vel contra eam inquiri: & de conceptione libelli: & an posit puniri,& qualiter, vide ibi.Si verò quæritur de pluribus nõ repræsentantibus vnũ corpus tex.videntur varij,& etiã Doc. Sed ego pro concordia facio primò regulã, quod quis vnũ solum, & non duos vel plures potest eodem libello accusare,per text. in l.hos accusare.§.lege.ff.de accusa.& l.qui accusare.eo.titu.& ij.quæst.j.prohibentur.Et ratio est,vt dicit tex.in d.ca. prohibentur. & in d.l.qui accusare, ad hoc vt euitetur turpis quæstus,& ponit glo.in l.cum rationibus.C.qui accu.non pos.Sed Spec.in tit.de accu.§.j.ver.item quod non potest.dicit, quod ratio est: quia vna accusatio per alteram impeditur,vt d.§.lege. & ff.de adult.in l.inter.§.fin.sed secundùm istam rationem non liceret duos,etiam diuersis libellis accusare,quod est falsum, vt d.l.cũ rationibus:sed de hoc,an pluribus libellis quis eodem tempore posit plures accusare,nõ pertinet ad indagationẽ nostram: sed vide in dictis iuribus tex.ergo in dictis iuribus solùm posuerunt primam rationem vitandi turpis quæstus: quæ tamen videtur esse suasiua duntaxat,secundùm Saly. Est tamen conclusio prædicta vera, quod vnus non potest eodem libello regulariter accusare,nisi vnum,vt in dictis iuribus,& tenet glo.in d. c.prohibentur.& in d.§.lege.& Bart.& Ange.ibi & glos.in d. l.cum rationibus.& Specu.in d.ver.item quod non potest. & Ioan.An.post Vgutionem in c.ij.j.de purga.vulg. quod procedit etiam,si quis vellet suam,vel suorum iniuriam prosequi, hoc expressè tenet Bald.in l.j.C.si reus vel accusa.mor.fuerit, & sentit Ioan.Andr.in d.ca.ij.& Hostien.in summa,in titu.de ord.cog. licet quidam aliter dixerint, & malè. Nec ob.d.l.cum rationibus.quæ videtur sentire,quòd vnus posit duos & non plures accusare:quia licet ibi neget de tribus aut pluribus: non tamen intelligitur permittere, quòd posit duos accusare: vel melius,secundùm Ioan.And.& Doct.ille text. loquitur de diuersis libellis,non de eodem libello:nam potest quis etiam ex diuersis delictis & factis accusare duos diuersis libellis : sed non

non plures, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur: sed vt dixi, non est materia nostra: quia hic quærimus de vno, & non de duobus libellis. Est ergo vera conclusio, quòd quis non potest duos aut plures eodem libello accusare: etiam posito quod suam aut suorum iniuriam prosequatur, & idem voluit Spec. in titu. de accusatore. in di. ver. item quòd non potest, secundùm quam conclusionem consului. & ita iudicatum fuit. Et hæc conclusio procedit, siue qs vellet accusare duos, vel plures de diuersis delictis, vel ex diuersis causis: siue de eodē delicto, siue ex eadem causa vel facto. & hoc videtur tenere gloss. in l. inter liberas. §. maritus. & gloss. in l. qui pupillam. in fin. ff. de adulte. Sed hæc opi. gloss. communiter reprobatur. nam Doc. communiter volunt, quòd plures de eodem delicto, quod simul commiserunt, vel ex eadem causa possunt regulariter eodem libello accusari etiam si essent mille. per l. vim passam. §. incesti. & l. qui pupillam. in fi. & ibi Barto. ff. de adult. & l. j. C. si reus vel accusa. mort. fuerit. & ibi hoc etiam tenuit gloss. & idem Dyn. post eum Barto. in d. §. maritus. Mouentur, arguendo de contractibus ad delicta. per l. omnem. ff. de iudi. & in authen. vt omnes ob. iudi. prouinciarum. §. & hic considerantes. & l. ij. §. fin. ff. de custo. reorum. Sed in contractibus videbimus, quòd plures obligati eadem obligatione possunt eodem libello conueniri: ergo &c. & idem tenet Barto. in d. l. hos accusare. §. lege. & Ange. ibi, qui etiam allegat. C. de his, quibus vt indig. l. minoribus. & tenent etiam Cy. Barto. Bald. & Saly.
a in d. l. j. C. si reus vel accusa. mor. fuerit. Et est aduertendum [a] quòd vnum dicitur factum, seu vna dicitur rixa: etiam si simul plura sint facta: vt puta, si plures percusserunt vnum simul diuersis percussionibus: vnus cum gladio, alius cum baculo, & alius cum pugno: vel si duo vel plures se inuicem percusserunt: nam totum hoc reputatur vnum factum ad hoc, vt vno libello omnes possint accusari, etiam si essent mille, vt in l. si quis homicidij. C. de accusa. & no. in l. j. in fin. magnæ glos. C. vnde vi. tenet Barto. in d. §. lege. & etiam Ang. ibi qui dicit idem esse, etiam si essent diuersa delictorum genera simul commissa: vt puta, furtum, cædes, rapina, & similia, per iura allega. iuncta. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publica. & ideò dicit Bar. in d. §. lege. quòd etiam dicitur vnum factum mandantis & facientis, per tex. in l. nihil. §. fi. ff. de adulte. & per no. per Docto. in d. l. j. C. si reus vel accu. licet multum se inuoluant. & idem Ange. in d. §. lege. & Cy. in d. l. j. & Bald. consi. xlv. quod incipit, an mandatarius. Et ad prædicta, pro prædicta deci. vide quod singulariter tradit Bald. in l. non ideò minus. C. de accusa. ver. sed quæro an delictum. vbi tractat, an delictum mandantis & mandatarij sint vnum & idem numero, & ibi etiam Cyn. & latius Saly. quæstio. ix. & ibi etiam vide per præfatos Doct. an qualitas quæ inest in mādante, videatur inesse in mādatario & exequente: & an mandans & mandatarius obligentur simul tempore: & eadem l. quæ omnia faciunt ad articulum nostrum. Tangit etiam Ange. de Areti. in tract. malefic. super verbo, an dicam auxiliatorem: sed quò ad terminos nostros Saly. in d. l. non ideò. quæst. x. dicit, quòd vbi ex eodem facto, mandans & mandatarius veniunt puniendi eadem l. & pœna: tunc eodem libello poterunt accusari, per d. l. j. C. si reus vel accusa. & ff. de falsis. in l. athletas. ff. de adulter. in l. nihil. & ff. ad turpil. in l. j. §. incipit. & ff. de iniur. in l. non solum. in princ. facit. l. qui de crimine. cum sua materia. C. de accusa. & ff. ad. l. Aquil. in l. item mela. §. si plures. nam ibi omnes interpretatiuè dicuntur occidisse; licet verè vnus solus occiderit: & omnes vno libello accusantur. Si verò veniunt puniendi ex diuerso facto, ex diuersa lege & pœna: vt puta, statutum imponit aliā pœnam mandanti, & aliam mandatario: vel vult quòd aliter procedatur contra mandantem, & aliter contra mandatarium: & tunc non possunt accusari eodem libello. ar. not. per Cyn. post Fran. Accur. in d. l. j. C. si reus vel accu. Ita concludit Saly. in d. l. non ideò. & mihi placet. & vide ibi per eum, quando diuersa lege, pœna, vel facto obligentur. in v. quęst. faciunt etiam quæ in dicta seq. quęst. Et ad prædicta vide quę latè dixi in c. j.
144 j. de pœnis. Et adde prædicta etiam ad ea quæ ibi dixi. † Et
b ex prædictis etiam infertur decisio ad aliam questionem, vtrū eodem libello possint accusari plures falsi testes [b] & producēs: in qua quæst. Cyn. in l. j. C. si reus vel accusa. mor. fuerit. tenuit, quòd sic, per illam l. & idem tenet Barto. in l. nihil. ff. de adulter. dicens, quòd ibi videtur esse casus. facit etiam. l. athletas. ff. de falsis. & quod no. glos. magna in fi. l. si postulauerit. ff. de adult. Sed aduerte: quia de hoc olim de facto fuit Paduæ maxima quæstio, in qua plures Doct. diuersa consuluerunt, & in ea Cy. vt dixi in d. l. j. primò arguit pro & contrà, deinde concludit cùm Dy. pro parte affirmatiua.

¶ Primò per illam. l. j.

¶ Secundò per d. l. athletas.

¶ Tertiò: quia delictum producentis & producti, est idē specie, quod patet, quia ab vtroque falsum committitur: & eadem pœna vtrique imponitur. ff. de fal. l. j. in prin.

¶ Quartò. quia nedum specie, sed numero videtur idem delictum: quod patet: quia ex actibus omnium, tanquam ad vnum finem tendentium, resultat vnus effectus: quia vnum falsum. igitur &c. ar. l. illud. in fi. ff. ad l. Aquil.

¶ Quintò: quia instigantis & instigati, mandatis & mandatarij est eadem pœna, vt s. dixi. Et sic in istis videtur idem delictū. ff. ad turpil. in l. j. §. incidit. & ff. de iniur. in l. non solùm. §. si mandato. quæ tamen non multum faciunt. Contrariam tamē sententiam tenuerunt Fran. Accur. & Iaco. de Areti. dicentes, quòd nedum producens cum testibus, sed nec ipsi testes eodem libello possunt accusare, moti: quia delicta sunt plura, & ex diuersis factis descendentia, & diuerso tempore: quia quilibet testis per se suum dictum deponit, & de suo proprio testimonio reprehenditur: & producens de productione: & sic eodem libello non possunt accusari. Nec ob. d. l. j. C. si reus vel accusa. mor. fuerit. quia ibi erat tantùm vnum factum, vt in exemplo glos. Fede. de scalis tenuit aliam opin. eligendo mediam viam dicens, quòd respectu testium, possunt omnes eodem libello accusari. & in hoc procedat opin. Dyn. sed producens & testes non possint, & in hoc habeat locum opin. contraria quia [a] negari non potest, quin delictum producentis non sit diuersum à delicto testium. sed dominus Barto. de pratis & Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de accusatore. in magna addi. dicit, quòd aut isti testes simul cum producente conuenerunt vno consilio & tractatu tale testimonium ferre: & tunc cùm sit vnū factum, possunt vno libello accusari. ar. di. l. j. & eius quod allegat Dyn. de instigante & instigato, mandante & mandatario. Aut tale consilium & tractatus non præcessit: & tunc cùm facta sint diuersa, non possunt eodem libello accusari, per l. si familia. ff. de iur. omn. iudi. & l. j. ff. si famil. furtum fecis. dicatur. [b] & ff. quod vi, aut clam l. semper §. si in sepulchro. Et pro ista opin. consuluit Marti. syll. & plures alij. Ange. in dicta l. prima C. si reus vel accusa. simpliciter tenet, quòd possint eodem libello accusari, vbi dicit se pluries vidisse seruari de facto. sed in l. hos accusare. §. lege. dicit indistinctè tenendum, quòd possint accusari, quando testes deposuerunt ad vnum finem, & ad vnum effectum: quia propter vnitatem finis & effectus, omnium testimonium [c] reputatur vnum, vt in l. qui pupillam. §. fina. & in l. vim passam. §. incesti. ff. de adulter. & idē etiam voluit Bartol. in dicto §. lege. sed Bartol. de Saly. in dicta l. j. C. si reus vel accusa. dicit, quòd sibi videtur verior opin. Dyn. quia [c] posito quòd tractatus non sit præhabitus cum testibus, producens non punitur nisi fuerit sciens: & sic dolosè seu scienter vsus fuerit talibus testibus, vt in l. j. ff. de falsis. & in l. si falsos. C. de fal. sed si dolosè aut scienter eis vteretur: tunc simul in tempore fidei facientis & assumentis ex eorum attestationibus, omnes videntur asseuerare idem falsum iudicij, cui fides debet fieri: vt in l. quinquaginta. ff. de probat. & vnus est causa alterius: & sic delictum videtur vnum. & cùm producens scienter eis vtatur, perinde est ac si mandasset. ar. l. fina. C. ad mace. Nec ob. quòd facta sint diuersa: quia, vt dixi, concurrunt eodem tempore ad eundem finem & effectum, quod sufficit: sicut quando quis percutitur eodem tempore, seu in eadem rixa à pluribus diuersis armis & fustibus, & sicut dixi de mandante & mandatario, quorum facta, licet videantur diuersa, tamen quia in idem tempus concurrunt: quia mandans omni die videtur illud mandare, ex quo in mandato perseuerat, & illud non reuocat, secundùm ea quæ tradunt in dicta l. nō ideò minus. C. de accu, & hoc secundùm Saly. procedit de iure communi. sed quia interdum ex cōsuetudine aut iure municipali, variæ sunt pœnæ producentis & testium: ideò videtur posse distingui, quòd aut producens & testes puniuntur eadem l. & pœna: & possunt accusari eodem libello: aliàs secus, vt dixi de mandante & mandatario. pro qua distinctione allego quod no. in l. reos. C. de accusa. iunctis gloss. iij. & ij. ad solutionem. l. nihil. §. fina. ff. de adulte. secundùm quod statim subijciam. Et ex prædictis etiam deciditur alia quæstio, quòd eodem libello possunt accusari principales, consultores, & fautores. pro quo est text. in dicta l. nihil. §. fin. in fi. & ibi hoc no. Ange. & idem dicit in l. cùm rationibus. C. qui accusa. non possunt. vbi etiam idem subdit de adhęrentibus dicens, quòd vbicunque propter vnitatem temporis & rixæ plura facta iudicantur vnum: omnes eodem libello possunt accusari. quod arbitror limitandum, secundùm supradicta: nisi tenerentur diuersa lege & pœna. Et adde ad prædicta argumentū cōtrarium, quod infra formabo. Et est aduertendum: quia quod supra dixi quòd quādo

a ¶ Quomodo cognoscat, an sit vnū vel plura delicta, vide Bal. in l. cùm rationibus. C. qui accus. & inibi, an mādans & mandatarius tanquā de eodem facto possint accusari.

b ¶ Adde Aret. in c. si Episcopus. de accusa. & vide quod dicit Bal. in l. iuris. C. quibus res iudi. no. quòd sententia lata contra occisores, non præiudicat mandantibus. quod est notandū.

c ¶ Licet plures testes falsum deponant, non communicato prius consilio: tamen ex quo in vnum finē concordant, dicunt cōmittere vnum delictum. ita Are. in d. c. si qs Episcopus. de accusa. vbi adducit aliqua fundamēta, faciunt not. per glof. & Docto. in l. ob carmen. ff. de testi. & similia.

plures tenentur ex eodem facto, possunt eodem libello accusari. fallit in crimine adulterij, vbi duo non possunt accusari ex eodem facto.s.masculus & fœmina adulterantes, vt in l.si maritus.§.fina.ff.de adulte.& in l.reos.C.de adulte.no. glos. in d.c.prohibentur.ij.quæst.j.tenet Barto.in l.hos accusare.§.lege.ff.de accusa.Et ratio est, secundùm gloss.& Saly. in di.l. reos. propter præiudicium ordinis : quia absolutoria lata pro vno, prodest alteri, vt l.denunciasse.§.quæritur.ff.de adul.& ista est regula, ꝙ cui obstat absolutoria : obstat etiam litis pendentia, vt l.fundi.ff.de excep.dicam.j.in titu.de ordi.cog.sed dicit Salyce.ꝙ ista ratio non est bona:quia text.in di.§. quæritur. dicit, ꝙ absolutoria lata pro viro prodest mulieri: sed non dicit econtrà, ꝙ lata pro muliere prosit viro. Item prodest mulieri tunc nuptæ[a] non quæ postea nupsit, de quo in l.adulter.§.fin.ff.eod.Et aduerte ad huius passus intelligentiam, ꝙ iura ciuilia voluerunt, quòd volens accusare adulterum & adulteram, siue sit maritus, siue pater, siue alius, debet eligere quem prius velit accusare.& hoc procedit, nisi adultera prius alteri nupsisset denunciatione sibi non facta : quo casu, licet maritus prius potuisset eligere adulterum vel adulteram, vt mallet: tamen hoc casu nõ potest incipere, nisi ab adultero: qui si absoluatur, proderit mulieri, vt in d.§.fin.& in d.l.renunciasse.nisi fortè appareret adulterum absolutum per collusionem: quo casu, licet secundo matrimonio durante mulier accusari non posset de adulterio prius commisso: poterit tamen accusari, cùm desierit esse nupta, vt d.§.fin.adulteri tamen damnatio non nocet mulieri, quæ accusata poterit reportare victricem sententiam, vt d.l.renunciasse.in fin. & sic ista potuit esse ratio, quare ambo eodem libello non possunt accusari.secundùm Ioan. Andr. in titu.de accusatore.§. j. prope principium . Sed prædicta ratio non placet Saly.vt dixi. vnde reddit ipse rationem, ne simul accusarentur : & sic si probationes contra vtrunque pariter fierent, noceret mulieri, quæ facilius obtinere posset.nam mares frequenter propter varias inimicitias falsis testibus opprimuntur: quod non contingit in fœminis.vt sentit text.in d.§.quæritur.Ange.verò in l.reos.dicit, quòd non potest assignari alia ratio, nisi quòd lex Iulia de pudicitia vetat hoc, vt ibi dicit text.vnde aliud non est inquirendum.facit institu. de vsucap.§.quod autem. & si tu diceres, quare non fuit idem statutum in crimine incestus : in quo masculus & fœmina possunt eodem libello accusari, vt l.vim passam.§.incesti.ff.de adulte. responderi potest, quòd intolerabilitas illius criminis hoc operatur, vel cogita de alia ratione, secundùm Salyce.Et aduerte, ꝙ si adulter & adultera eodem libello accusarentur, iudicium non procedat: licet pars non opponat, per tex.in d.§.si maritus in magistratu.§.fin.vbi tex.dicit, nihil agit.quasi libellus dicatur ineptus: de qua ineptitudine videtur semper posse opponi.de quo latius dicam in c.iij.j.eo.xxxij.ar.In contrarium tamen fa
145 cit quod statim.† Adulter tamen & adultera diuersis libellis possunt accusari, sed non est materia nostra. quinimò & alter eorum, & qui domum suam præbuit, & ille cuius consilio tale crimen fuit redemptum: possunt eodem libello accusari, vt d.l.nihil.in fin.Est etiam aduertendum, quòd quáuis dixerim, ꝙ vnus non possit regulariter duos eodem libello accusare.Si tamen quis plures eodem libello accusaret, & accusati non exciperent, valeret processus.argu.not.per glos.C.de accusa.in l.si accusatoribus.tenet Barto.in d.l.hos accusare.§. lege. Nec ob. quod statim dixi de l.si maritus.in fi.quia secundùm Bart. speciale est in adulterio: & ratio specialitatis potest descendere ex his, quæ s. dixi, quare adulter & adultera non possint eodem libello accusari.& idem tenet Salyce.in d.l. cùm rationibus. C. qui accusa.non poss.vel posset dici, vt arbitror, quòd dum tex. in d.§.fin.dicit, quòd ille nihil agit: intelligatur, opposita.s.exceptione: aliàs secus.ar.prædictorum.Doct.tamen communiter tenent contrarium.cogitabis.Subdit tamen Salyce. in di.l. cùm rationibus, quòd si vnus solus opponit hanc exceptionem, ipse solus audietur: & ipse non tenebitur respondere. Si verò ambo concurrant in opponendo, dicit Salyce. recurrendum esse ad distinctionem quam facit Cyn.in l.j.in prin.C. cõmunia, de leg. quasi velit, quòd forte sit dirimendum, de quo dic vt latius dixi in tra.de sortibus.lib.vj.Sed ista opi.mihi non placet: quia aut lis est conte.& ille qui lit.est conte.non potest amplius opponere. Aut lis non conte. & arbitror, quòd sit in electione accusatoris, quem velit eligere: & contra illum prosequi.ar.di.l.maritus.in fin. faciunt quæ dicam.j.eod.ca.iij.ar.xxxiij.Et ex prædictis patet quæ possunt opponi contra libellum ratione eius, contra quem concipitur.Et aduerte: quia circa prædicta posset dubitari, quando plures accusantur eodem libello : vtrum dicantur plures libelli, vel vnus, ad quod vide quod latius dicam in c.iij.j.eo.ar.xxix.

146 ¶ †Circa quintum & vltimum membrum istius viij.princ.ar. in quo tractandum est de iudice, qualiter ad ipsum sint dirigẽda verba libelli, seu concipienda: animaduertere debet diligẽter, & maturè cõsiderare qualis sit iudex, coram quo actor debet libellum concipere: an ecclesiasticus, vel secularis: ordinarius, vel delegatus : & cuius dignitatis existat: & ipsum, secundùm qualitatem suam, debitis adiectiuationibus extollere. vnde si coram summo põtifice debet quis suam petitionem proponere, licet coram eo non sit offerendus libellus, vt dixi. s. in v.princi.ar.fallentia.x.Propria & conueniens adiectiuatio est, Beatissimus, Sanctissimus, Clementissimus &c.Si verò coram Cardinalibus est offerendus libellus, debet dicere , coram vobis Reuerendo in Christo patre &c.secundùm Specu.eo. titu.§.nunc videamus. Sed arbitror, quòd iste esset tunc stylus curiæ: hodie verò ad Cardinales vtimur adiectiuatione, reuerendissimi.siue sit Episcopus Cardinalis: siue præsbyter, aut Diacon⁹ Cardinalis, & etiã est exprimẽdus ipsius titulus nisi sit diaconus Cardinalis, in quo non videtur exprimendus titulus, secundùm ea quæ dixi post Ioan.And.in c.ad liberandam.j.de iudæ.in notabilibus . Hodie tamen inualuit practica, vt etiam per titulum exprimat.Si verò fuit Archiepiscopus vel Episcopus, communiter dicitur: coram vobis Reuerendo in Christo patre &c.Si verò fuerit Abbas, aut alius Prælatus inferior, cõuenit dicere: coram vobis Venerabili, aut Venerando &c.Cõuenientes etiam videntur mihi adiectiuationes Prælatis, & viris ecclesiasticis, Religiosus, vel Religiosissimus, Pius, aut Pijssimus , Integerrimus, Honestissimus, & similes.Si verò fuerit dominus & iudex temporalis, seu secularis : de plurimis adiectiuationibus eorum, vide per glo.in l.j.ff.de offi.eius cui man. est iuris.sed latius per glo.in authen.de illustribus & qui supra eam dignitatem sunt, quæ tamen in rei veritate multum errat, atque delirat: nec illis adiectiuationibus, secundùm illum ordinem hodie vtuntur oratores, vide quæ dixi in ca.pe.j.de iudæ. vbi posui plurimas adiectiuationes : & in Imperatore præcipua videtur esse adiectiuatio, Diue Cæsar.Et si aliquis duas haberet dignitates, vnicuique debes attribuere propriam adiectiuationem.& si fuerit delegatus Papæ, dicas, coram vobis Venerando domino P. Archidiacono Senensi in hac parte, vel in hac causa Sanctissimi domini nostri Papæ dignissimo delegato.vel alia vtaris adiectiuatione, secundum quod superius est expressum, & sic simili conuenienti adiectiuatione poteris adiectiuare delegatum Principis, Regis, vel Ducis &c.& si fuerit decretorum, vel legum Doctor : adiectiuare Nobilissimus, Famosissimus, [b] Subtilissimus , Acutissimus , Cæleberrimus, Præstantissimus, & sic de singulis: & respectu cuiuslibet iudicis notabilis est adiectiuatio, Iustissimus, & Integerrimus. Et aduerte: quia licet in cunctis debita sit mensura tenenda, & medium seruandum: quia extranea sunt vitiosa: ad quod omnino vide quæ dixi in rub.j.de exces.Præla. Nec blanditijs vtẽdum sit: cùm ab illis abstinere phylosophicum sit temperamẽtum: vt in authen.quibus mo.natu.effi. sui.circa medium.& adulationibus vocare, reprehensibile sit.xlvj.di.c.clericus.xxv.di. §.j.aliàs, ea demum.circa fi.tamen quia procurans, iudicem amicum, ac propitium reddere prudentia ducitur: potius tẽdat ad excessum laudis, quàm ad defectum. potissimum si sit talis, el quale si dilecta mangiare carne di lodola.In cuius esu, vt plurimum homines delectantur.vtatur tamen adulatione iusta. Est enim notandum , quòd adulatio attribuitur omnibus , qui supra debitum modum virtutis volunt alios verbis, vel factis delectare in communi conuersatione.& si quis hoc faciat sola ratione delectandi, vocatur placidus: sed si faciat intentione alicuius lucri consequendi, vocatur blãditor, seu adulator, secũdùm phylosophum, & beatum Thomam secunda secundæ.q. cxv. arti.primo.Intendere ergo debet libellans adulari delectando, quantum necesse sit, propter aliquod bonum exequendũ, seu consequendum: vel malum vitandum: & sic pro iustitia consequenda, & iniustitia vitanda: quia hoc non vituperabile, sed laudabile est.vnde Apostolus ad Corinthios.x.per omnia omnibus placeo.Et qualiter intelligitur, quòd adulatio quandoque sit laudabilis, quandoque peccatum mortale, & quandoque veniale, vide per beatum Thomam in d.quæst.artic.primo & secundo.& qualiter iudici sit offerendus libellus, dicam in c.sequenti, ar.xiiij.& coram quo iudice, & quo loco, dicam in ar. sequenti.Et ex his est expeditus octauus principalis arti.

147 ¶ †Circa.ix.princip.arti. in quo tractandum occurrit, quando, seu quo die libellus sit offerendus gloss.j. hic in ver. & in princ.ꝙ dicunt in princip.litis debet offerri, vt in authenti.offeratur.C.de lit, contest. & dicunt Docto. quòd potest offerri ante citationem, & post citationẽ: ante citationẽ offertur iudici, post citationem offertur parti : nisi causaliter pars in iudicio esset

a ¶ Facit tex.in l.denunciasse.§.fi.ff.de adulte.de qua vide elegãter per Alex. in l.sepe.ix.col.ver. sed cõcludendo dicas.ff.de re iudi.

b ¶ Quãquam famosus & famosissim⁹, nomina sint infamiæ potius, quàm honoris, vt patet in rubr.de famosis libell. est ergo fœda locutio, vt eum infami nomine appelles, quem niteris summopere honorare. Lucius tamen Apuleius, famosam dixit matronam in bonam partem, ꝙ omnino rarissimum est inuentu.

esset reperta.tenet Ioan.de Imol.hic,& vult Cyn.in dicta auť. offeratur.vbi dicit quòd parti debet dari post legitimationem personarum.ad quòd vide quę latius dicam in cap.seq.articu. xiiij.idem tenet Specu.eod.titu.§.iuxta.versic.penult.vbi dicit,quòd non valet libellus,si non detur ante litē contest.quia sine eo non fit litis contestatio.vt in dicta auť.offeratur.& iij. q.iij.offeratur.nisi fortè in causa reconuentionis. de quo per Specu.in titu.de reconuen.§.sequitur.de quo latius dicam in titu.sequēti.quinimò,& in ipsa instantiā reconuentionis,debet porrigi ante litem contesta.secundùm Spec.

eden.Nam generale eſt illud,in quo verificatur natura generis continens plura capitula:non tamen vniuerſum ius, ſecũdùm Inno.in c.conquerente.de offi.ordi.dicam latius.j.q. xviij. Et hoc tenent hic do.Anto.d.m.Io.de Imo.zab.& communiter doct.volunt tamen,ꝙ licet non ſit neceſſe in tali libello exprimere res:tamẽ in proceſſu oportet fieri expreſsionem ad hoc, vt certè poſsit condemnatio fieri,vt d.l.licet.vnde hæc eſt differentia inter iudicium vniuerſale & generale:quia in vniuerſali,nec in libello,nec in proſecutione , nec in ſententia eſt neceſſarium exprimere res,vt dixi in membro præcedenti:ſed in generali,licet libellus generalis admittatur:tamen lite conteſtata,res debent exprimi,vt d.l.licet.in c.Abbate.de re iudic. lib. vj.& ſecundùm doct.hic.Et ratio differentiæ eſt,ſecundũ Barto.in d.l.j.ff.de eden.quia iudicium vniuerſale,ſecundùm propriam naturam actionis,datur ad declarandum ius actoris, reſpectu illius iuris vniuerſalis : & ideò non eſt neceſſaria alia declaratio:ſed reſtitutio rerum fit per officium iudicis:& ideò neceſſaria eſt ſpecificatio in proceſſu,& ſequitur do. m. Hoſt. tamen hic videtur voluiſſe, ꝙ etiã in iudicio generali ſufficiat libellus generalis,& ſententia generalis,quod videtur etiã placere zab.hic,& ita etiam ſentit Bal.in l.edita.C. de eden. in lectura,in ver.ſed nunquid eſt ita.vbi dicit,ꝙ tenet iſta ſententia,condemno te,vt reddas rationem adminiſtrationis tuę, per c.qualiter el.ij.j.de acc.& C.de dona.in l.ſi quis pro redẽptione.quia miſtum,& iuſtum factum continet.ff.de condi. & demon.in l.cùm ſeruus.& l.qui ſub conditione eo.tit.facit l.j. ff. de inoffi.teſt.ſecundùm Bal. & not. ꝙ videtur admitti talis libellus.peto mihi iuſtitiam fieri de damnis datis in prædijs,animalibus,aut ſimilibus rebus:nec eſt neceſſe ſpecificare omnia, in quibus damnum datum eſt.facit c.ij.in princi.j.de ordi.cogni.de quo tamen dic vt latius dicam.j.q.xj.

a ¶Tu autẽ de differentia harum actionum perſonalium.ſ.realis, & in rem ſcriptæ , vide latius per docto. præſertim Iaſ. in c. j.Inſtit.de act. circa princip. & per totum.

b ¶An autem in dubio præſumat̃ pluralitas reorum, vide Frã.Are.in cõſil.ciij.colum.iij.& Alexand. conſil. lxxxij.lib.iiij.

19 ¶†Circa tertium membrum de iudicio, ſeu petitione ſpeciali Bald.in repe.d.l.edita.in ver.circa quartum,dicit, ꝙ ſufficit ꝙ expreſsio fiat ſpecialiter,per l.j.ff.de lib.& poſth. Sed tu aduerte,quia gloſſ. & doct.communiter non faciunt hoc membrũ, licet enim inter genus,ſpeciem,& indiuiduum ſit differentia: vt eſt apud dialecticos,not glo.inſti.de iure naturali.§. plebs. Nam genus eſt illud quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: vt animal,quod prædicatur de homine & elephante.Species verò prædicatur de pluribus differentibus numero vt homo,filius &c.Nam prædicant de Titio & Sempronio,& ſic de ſingulis.Et ideò fortè glo.& doct.fecerũt hoc membrũ: quia ſi eſt ſpecies vniuerſalis,continetur ſub vniuerſali petitione:& generalis,ſub generali: ſiue talis generalitas ſit reſpectu generis,ſiue reſpectu ſpeciei:non ſumendo partem pro indiuiduo,prout communiter capiunt legiſtæ.Et finaliter potes cõcludere,ꝙ qualiſcunq; ſit talis ſpecies,debet declarari ſecundũ ſubiectum ſuum:vel vniuerſaliter,vel generaliter:vt dictũ eſt, vel ſingulariter,vt dicetur in ſequen.membro.

20 ¶†Circa quartum membrum de iudicio ſingulari,particulari, ſeu indiuiduali, dic ꝙ in hoc iudicio debet fieri declaratio & ſpecificatio,aliter & aliter : prout ſpecies vel res indiuidualis per ſe mouens,immobilis vel mobilis,ſeu quantitas petẽda requirit,ſecundùm quod latius.j.demõſtrabo. Eſt enim aduertẽdum,quòd hoc iudicium ideò dicitur particulare,ſeu ſingulare:quia datur ad res particulares,& ſingulares:nõ autem aliquod vniuerſum,vel generale,ſecundùm doct.hoc & in l.edita.C.de eden.vt ſi peto hominẽ.domum,librum, mille &c. & horum iudiciorum,ſeu harum actionũ, aliquæ ſunt reales : aliquæ ſunt perſonales:vt inſti.de act.§.j.& j.vt lit.non conteſt. c.quoniam.& not.glo.contra.& in l.j.ff.de eden. & not. quod actio realis ideò dicitur:quia proſequitur rem non perſonã,& ideò cõtra quẽcunq; detentorẽ,ſeu poſſeſſorẽ poteſt intẽtari; qualis eſt rei vendicatio publiciana,& vtilis rei vẽdicatio. Perſonalis verò dicitur,quia proſequitur perſonã: licet enim petã à te hominẽ, vel domũ &c.actione ex empto,depoſito,locato, aut cõmodato &c.tñ iſta eſt actio perſonalis:quę nõ ſequitur fundũ,ſed perſonã:vt l.j.§.heres.ff.ad Treb.& l.fi.§.fi.ff.de cõtrah.emp.& l.dolus.C.de reſcin.vẽ.& j.vt lit.non cõte,c.qm̃, in fi.& c.tuæ.& vltra diſtinctionẽ prędictã adde , ꝙ etiam eſt
a quędã actio[a] perſonalis,quę vocat̃ in rẽ ſcripta:quę datur contra aliquẽ,nõ ideò,quia poſsidet:ſed quia obligatus eſt ex poſſeſsione:vt l.de eo.§.fin.ff.de exhib, & iſta eſt differentia inter iſtam actionem,& realem merã & puram:quia mera realis datur cõtra poſsidentem,non tamen tanq; obligatũ:ſed qa poſsidet,vt inſti.de act.§.j.tradit gl.& Bar.poſt eam in l.j.in fi.ff.de interdic.& vide d.m.in c.fi.de foro cõpe.in gloſ.ſuper verbo, poſſeſſorẽ.& in c.dilectus filius I.š.de reſcript.Qualitercunq; ergo agatur,ſiue actione reali mera,ſiue perſonali pura,ſiue perſonali in rem ſcripta, ſiue agatur ad rem vnam vel plures , ſiue ad quantitatem : debet ipſa res vel quantitas declarari: ita quòd non ſit obſcuritas aut æquiuocatio: & ſimiliter ſi petatur tota, vel quota, vt š.dixi in princip.iſtius v.q.Et ita debet fieri ſpecificatio,quòd reus conuentus reddatur certus, vt poſſit deliberare, an velit cedere vel contendere : & ideò ſi petatur homo , debet declarari per nomen, cognomen , & agnomen . & ſi fortè ſint aliqui eiuſdem nominis,declarare, an ſit puer,adoleſcens, vel ſenex.& ſi fortè etiam non ſufficeret(quia poſſet dari æquiuocatio)declarare per alia ſigna,vt per nigredinem, albedinem &c.& ſi eſſet nomen elegans,vel gallo preſſus ſufficeret:vt hæc probantur in l.ſi in rem.la.j.ff.de rei ven. & ibi Ange.facit.l.pompo. la.j.§.pe. & fin.eod.titu.& per gl. in l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.face.poſſ.& ſi ignoratur nomen proprium, ſufficeret dicere, ex tali ancilla natum,vt d.l. ſi in rem. & zaba.& Do.m.& Docto.hic, & Specu.eo.titu.§. iuxta. verſi. quid ſi hominem. & dicit Barto.in d.l.ſi in rem. quòd ſufficit, quòd quis denominetur à matre. Si verò equus vel bos peteretur , debet demonſtrari & certificari per colorem , & per pilum, vt leardum,& morellum &c. Specu.in d. §. iuxta.verſic.ſed ſi veſtis.aut per alia ſigna, vt Balzanus &c. & ſi canis , ipſius pilus & qualitas eſſet exprimenda . Si verò ciuitas aut caſtrum peteretur,eſt exprimendum nomẽ ipſius: & ſi fortè non ſufficeret ad demonſtrationem ſolum nomen: adijcere debet aliud cognomen, vel aliam demonſtrationem, vel confinia : ne detur æquiuocatio.exemplum in Lucigniab no.Nam eiuſdem nominis ſunt plura [b] caſtra in comitatu Senarum, nec enim ſufficit ſub nomine appellatiuo petere caſtrum aut terram : niſi fortè reus vnam ſolam poſsideret . Si verò peteretur domus,ſimiliter nomen ipſius eſſet exprimendum,& confinia: ſaltem duo, ſecundùm ea quæ ſtatim dicam. Et ſi peteretur domus cum maſſaritijs, an ipſe maſſaritiæ, ſeu ſupellectilia eſſent ſpecificandæ dixi š.in j.membro iſtius. q. Si verò fundus aut petium terræ peteretur , vel quid ſimile: eſt exprimendum illius nomen, ſi habet , vt Sempronianum &c.vt probatur in d.l.ſi in rem.Domi.m. & Docto.hic, Specu.in d.§.iuxta. ver.non valet etiam fundus. Et ſi nullum habet nomen, deſignare ipſum per confinia: ſaltem duo vt dicit hic gloſſ.per l.forma.ff. de cenſi. quod procedit , niſi fundus vel terra ſit certus ex alijs demonſtrationibus : quia tunc fruſtra adijcitur alia demonſtratio, vt l.j.ff. de dote pręleg.tradit Barto.l.libellorum.ff.de accu. Nam ſi per tales demonſtrationes certificetur reus: non eſt ſuperfluis vtendum,ad quod vide iura quæ allegaui in c.iij.de pœ.& remiſ. nec intereſt quid ex æquipollentibus fiat,vt in c.licet ex quadam.š. de teſti. & in c.petiti.o de procu.vnde ſi haberet nomen notiſsimum aut elegans,ſufficeret ſola denominatio abſq; confinibus , vt probatur in cap.auditis,š.de reſti.in integ.& cap. cùm dilecti. de empt.& vend.Et aduerte: quia quando eſſent exprimenda cõfinia : ita, quia non ſufficeret petitio ſine expreſsione confinium: tamen videtur libellus procedere:licet cõfines non exprimantur:puta,ſi dicit actor,peto fundum ſitum in tali loco, cuius confines ignoro;vel nunc ſcire non poſſum. Sed offero me declaraturum in proceſſu iudicij. Nam procedit iſte libellus, ſecundùm Martinum ſillimani. ex quo nunc certificari non poſſum.l.Lucius hæres.ff.de act.empt.Satis enim eſt conſtare de re . & quamuis nunc confines non habeantur videtur ſatis eſſe,quòd offerantur in proceſſu.facit d.l.ſi in rem.ibi, ſed ſi nomen l.patronus.§.primo.ff.de leg.iij.& l.deberi. C.de fideicommiſſ.liber.ſed Io.And.in addi.Specu.eo.titu.§.iuxta. verſicu.non valet.in magna addi.dicit , quòd non admittitur talis libellus ex illa ſola cauſa, ꝙ tũc actor certificari non poſſet:niſi etiam periculum tardando immineret actori:nam iſtis coniunctis dicit libellum admittendum, ſi de fundo cõſtaret. facit c.fin.j.de pœni.& quod ibi not.& c fina.de elect, lib. vj. alias,qui certificaturum ſe offert, prius illud faciat, quàm det libellum & præmittendum non poſtponat.š. de reſcript.cùm dilecta.ſecundùm Ioan.And.in dicta addi.A.B. Ita tamẽ Io. And.in addi.Spec.in titu.de proprieta.in princip. allegando Guid.de Suz.in l.edita.C. de eden.dicit, quòd ſi non expreſſit confines : quia actor dubitat, quòd ſi reus petit ab actore duos confines declarari in libello,quòd actori petenti dabitur ad hoc dilatio:quia talia quandoq; indigent oculorum inſpectione.l.ſi irruptione.ff.ſi.regund.& l.iiij.in princ.ff. de dam. infect. Ma. Si tamen actor ignoraret confinia, & reus ſciret: an poſsit petere à reo, vt det ſibi confinia rei, quam poſsidet: quia illam vult petere. Ang.in d.l.ſi in rem. refert ſuo tempore hanc q. fuiſſe Florentiæ : & dicit determinatum quòd ſic ꝙ eſt verũ, ſecundũ eum,quando facto rei confines non poſſunt haberi:vt quia poſsidens amouerat terminos à ſuo fundo. facit, quia quando facto rei probabilis inſurgit dubitatio,

a ratio, admittitur libellus[a] incertus, vt j. dicam. Similiter etiam si conuentus non haberet nisi vnum fundum, seu vnam terrā: videretur sufficere petere in genere, ar. tex. nostri à contrario, dum dicit, ipsa cùm plures terras &c. Et quia satis tunc videtur actor certus. ar. l. certum. ff. si cer. pe. Host. tamen hic sentit contrarium, & ideò ad tex. nostrum dum dicit, plures terras. supplet maximè. quia, secundùm eum, terra posset esse magna & parua, & ideò debet designari per confinia, vt dicit gloss. & s. dixi. Et si necesse sit, subijcietur res oculis iudicis, vel aduersarij. ff. finium regun. in l. si irruptione. & c. pe. j. de prob. quod non placet hic do. m. quia non refert, an sit magna vel parua, ex quo enim petit terram quam reus possidet, videtur illam totam petere, vt l. si defensor qui interrogatus. ff. de inter. act. & s. dixi & j. subijciam. Declaratio enim fit, vt reus sit certus: sed satis est certus, ex quo non possidet alia: quia non refert qualitercunque certificetur, vt s. dixi. & j. dicam. Et debet dici, an sit vinea, campus, vel pratum. C. de bonis proscriptorum. in l. si quis. tenet Spec. in d. §. iuxta. versi. non valet. & in tit. de causa poss. & proprie. §. nunc dicendum. in primo libello. Alioquin non posset reus deliberare, vt ff. de rei vendi. in l. is qui se obtulit. nec plenè instruit, an velit cedere &c. iij. q. iij. c. offeratur. l. j. ff. de eden. & sic exprime, an sit aratoria, pratiua, vel vineata, secūdùm Host. hic. istud tamen potius arbitror ad cautelam fieri, quàm de necessitate si per alias demonstrationes reus esset certus. Si verò peteres librum, debes exprimere cuius sit facultatis: an Theologiæ, vel iuris canonici, vel ciuilis &c. an sint decretales, vel decretum &c. an sint scriptæ & formatæ ad modum nouum, vel nouissimum &c. & alias similes faceres demonstrationes. Si verò vestem vel pannum peteres, debes exprimere colorem, secundùm Spe. c. tit. §. iuxta. ver. sed si vestis. non tamen est necessarium exprimere, an sit noua vel trita secundùm do. m. hic, & doct. Istud tamen videtur mihi, quod esset satis vtile, & adijcere etiam, an esset virilis vel muliebris. Si verò materia infecta seu rudis peteretur: vt puta, massa auri vel argenti, debet dicere massam auri vel argenti: & exprimere pondus, secundùm Host. & doct. hic, & Spe. in d. §. iuxta. ver. item non valet aurum. Et si fortè ignoraretur pondus, vel aliæ similes qualitates ad res præcedentes, & seq. vt j. subijciam. Si verò materia esset figurata seu formata, exprimat nomen vasis: vt sciphus cathabius, patera, scutella, aut similis: & pondus, vt d. l. si in rem. ff. de rei ven. & l. j. §. si quis argentum. ff. depositi. sed non debet exprimere, an sit rotunda vel quadrata, secundùm Hostien. & docto. Spec. tamen in d. ver. item non valet. dicit, quod debet exprimere, an sit planus vel eleuatus. Ego arbitror, quod etiam sit vtile exprimere qualitatem carrati, aut liget, & etiam artificij. Si verò qualitas signata petatur, exprimatur numerus & quantitas, vt puta, mille iubileos: vel mille nobilia, aut mille alphonsinos: vel mille florenos Senenses, secundū docto. hic. & Spe. in d. ver. Et si res mensurabilis petatur est exprimenda qualitas & numerus mensuræ: vt decem bariles vini, vel decē modios frumenti: Spe. in ver. item si res. in d. §. iuxta. per d. l. si in rem. & l. j. ff. de peti. hære. Et si plures res petantur, debet fieri omnium declaratio: quis etiam ipse eadē oratione vniuersali comprehenderentur: vt si peto omnia bona alicuius, vel quę Titius possidet in tali loco: debent enim specificari: aliàs non procederet libellus, per ea quæ s. dixi. tenent domini de Rota deci. xc. allegant no. per Inno. in c. cùm ad sedem. j. de rest. spo. in glo. super verbo, item si aliquis. quod tamen limitant, nisi illa vniuersitas per aliquam bonam restrictionem reduceretur ad sufficientem certitudinem. & sic procedit quod no. Inno. in c. certificari. de sepul. in gl. magna. ver. quid si dicat. & idem dicunt, si ius commune talem generalitatem redderet certam: vt in petitione iurium episcopalium: vt in c. conquerente. s. de offi. or. ad quod faciunt quæ dixi s. in primo membro. Et aduerte: quia sicut si petitur aliquid dari vel restitui, debet fieri specificatio: ita vt aduersarius reddatur certus: tūc etiam si petitur aliquid fieri. facit l. j. §. rei. ff. si cer. peta. iunctis quæ superius dicta sunt, debet ergo specificare qualitatē facti: & si promisit fabricare domum, designet locum & qualitatem domus. facit l. qui insulam. ff. de ver. ob. & sic de singulis. Et similiter si agatur ad seruitutem actione negatoria vel confessoria, declaranda est, an sit personalis vel realis: rustica vel vrbana: & designanda res seruiens: & cui seruitus debeatur: ita vt reus reddatur certus, per l. j. ff. de eden. & per ea, quæ superius dicta sunt. Debet igitur res quæ petitur, quæcunque illa sit, esse certa: aut certificari per prædictas demonstrationes, aut per alias circunstantias: vel per relationem ad aliud, aut per nomen elegans, scilicet illud sufficeret ad reddendum aduersarium certum. quod tamen ego arbitror limitandum, secundùm theoricam Bald. & Ange. in simili in l. j. ff. de lib. & posthu. nisi modus demon-

b strandi, seu certificādi esset de forma[b] & nō de simplici demō-stratiōe: quia tūc haberet specificè seruari illa forma. Et ideò si statutum diceret, quòd in libello debeat exprimi nomen, prænomen, & cognomen, & res designari per tria confinia &c. non sufficeret nomen proprium: licet elegans, vt gallo pressus &c. Aut exprimere duo confinia, & quamuis Angel. simpliciter transeat in d. l. j. in simili materia: tamen Bald. ibi hoc limitat, quando lex vltra procederet irritando actum, si non fiat quod est statutum: aliàs in dubio non videtur esse de forma. hoc placet ibi Ioan. de Imol. per tex. cū gloss. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere possunt. Et idem tenet Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. s. de consti. in xiij. princ. versicu. quæro etiam si statuto. & ideò si statutum annullat actum vel libellum, aliàs conceptum, subijciendo clausulam decreti: non est dubium, quod libellus non tenet. facit cap. j. & cap. dispendia. & c. statutum. in fin. de rescrip. lib. vj. & cle. j. de rescript. & quod tradit d. Domi. in c. fi. super glos. in verbo, præsumant. de offi. deleg. lib. vj. Et idem dicendum arbitror, qualitercūque apparet quòd ex forma statuti talis specificatio requireretur pro forma exemplum. Si rubrica statuti diceret de forma libellandi. & ratio prædictorum est in promptu: quia vbi aliquid requireretur pro forma, non habet locum illa regula: quod nō refert, quid ex æquipollentibus fiat, secundùm Bal. Angel. & Io. de Imol. in d. l. j. & per Bal. in d. l. hac consultissima & ratio rationis est, secundùm Bald. quia magis debet attendi forma quæ dat esse rei, vt in c. quia propter. s. de elect. j. q. j. c. detrahe. cum alijs iuribus vulgatis, quàm ipsa ratio statuti. & ideò notorietas vel demonstratio quæ fit per nomen elegans, aut similē notorietatem: non excusat à forma, vt d. l. j. & ij. ff. de liber. & posth. & l. hac consultissima, secundùm Bal. facit quod not. in l. quæcunque. C. de bonis quæ lib. & quod no. Bart. in l. prætor. in princi. ff. de no. oper. nun. & l. legitimos. in prin. de legi. tut. & Innoc. in c. cùm consuetudinis. de consue. Angel. in l. si quis mihi bona. §. iussum & §. si pater. ff. de acqui. hære. & Barto. in l. si institore. ff. si cer. peta. vbi dicit, quod quando est defectus formæ mandati, longè differt quid ex æquipollentibus fiat. Et secundùm prædicta potes intelligere quod dicit Bald. in repe. l. edita. C. de eden. in ver. circa sextum. vbi quærit, quid si statutum requirit quòd vulnus exprimatur in libello, an sufficiat dicere, quòd percussit cum ense cum sanguinis effusione? nō adiecto quod fecerit vulnus, & refert Barto. consuluisse, quòd sufficit, propter genus instrumenti. ar. c. significasti. in fin. j. de homi. In contrarium allegat quod no. Cyn. in l. si non conuicij. C. de iniu. in xj. q. vbi dicit, quòd modus requisitus à iure specificandus est: sed nō specificatur: quia potest exire sanguis sine vulnere. soluit Bald. quòd si hoc est possibile ex loco percussionis, & in naso: Bar. malè dicit, aliàs dicit bene: quia dicit illud quod ipsa natura manifestum est: & satis videtur expressum, ex quo inest de necessitate. secundùm Bald. & mihi placet distinctio sua, inquantum statutum non exigeret expres-

c sionem vulneris pro forma[c] substantiali: quia tunc secus. ad quod faciunt no. per doct. in c. j. de baptis. vbi ex eo quòd data est forma substantialis in baptismo, quòd dicatur, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. non sufficit dicere, in nomine Trinitatis, vel per aliquod verbum æquipollens. Et prædicta notabis perpetuò: quia sunt valde singularia & vtilia: non solùm ad hanc materiam libellandi: sed ad omnē aliam materiam, in qua tractetur de demonstratione & forma. Et not. quòd debet exprimi, an petatur tota, vel quota, vt dixi s. in primo membro istius v. q. Quod tamen procedat, si actor potest esse certus, pro qua parte agat: secus si probabiliter ignoraret: vt puta, propter defalcationem legatorum, vt l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei ven. & l. & si non omnes. §. j. ff. communi diui. tangit glo. nostra hic, in ver. arg. contrarium & non clarè respondet ad prædicta iura. dic ergo clarius, quòd loquūtur, quando legatarius agit ad legatum: & est locus falcidiæ. quo casu, propter incertitudinem non cogitur petere certam partem: quia fortè ignorat, an quarta vel quinta pars sit detrahenda, aut alia quota: nam si hæreditas valet quadringenta, & legata sunt quadringenta: tunc debet detrahi de ipso legato, si est vnum: vel de omnibus legatis. si sunt plura, quarta pars. Si verò essent legata trecentaquinquaginta: tunc solùm fieret detractio octauæ partis. cùm igitur incertitudo causetur ex facto aduersarij, vel aliunde, quàm à facto actoris: excusatur actor petendo partem incertam: vt dictis iuribus, & tenent hoc docto. & faciunt quæ j. subijciam. Quod tamen intellige nisi per diligentem inuestigationem posset actor certificari, per ea quæ j. dicam. Et ex prædictis habes vnam fallentiam ad prędictam regulam, quæ requirit quod libellus sit certus & clarus. Et prædicta fallentia vendicat sibi locum, non so-

a ¶Quando ex facto rei insurgit incertitudo & obscuritas, admittitur libellus incertus. l. j. ff. quorum leg. vide latè Ias. in §. sed iste. xvij. colum. de actio.

b ¶Quando res est clara per vnum, nō debet aliter specificari, nisi lex vel statutū, exprimi nominatim pro forma reqrat. de qua q. vide eleganter & copiosè disputatum per d. Ias. in l. j. ff. de li. & posth. vbi infinita similia adducit in hoc propositum.

c ¶Facit bona regula, quam dicit Ale. sæpe allegari in palatijs. quod vbi aliquid requiritur pro forma, nō sufficit supplere per æquipollens: ita Alex. in d. l. j. ff. de liber. & posthu. & subdit Soci. in l. qui Romæ. §. Flauius. in fi. ff. de verb. ob. eā regulam etiam habere locum in casu pio, Adde Ale. in consil. xcvj. iiij. vol. incip. viso & considerato. vl co.

lùm respectu quotæ:sed generaliter respectu cuiuscunque incertitudinis prouenientis, vel ex facto aduersarij, vel aliter ab ipsa natura,vel qualitercunque proueniat aliunde, quàm ex facto actoris, & etiam quando ex facto actoris propter actum multipliciter intricatum:ita quòd sit probabilis in eo ignorãtia,vt apparebit ex exemplis & illationibus statim subijciendis.Ex prædicta enim fallentia generali,plures inferuntur illationes.Primò infertur,quod si aliquid debetur in genere,vel alternatiuè,admittitur libellus in genere vel alternatiuus,vt in l.vbi autem non apparet.§.qui illud.ff.de ver.ob.no.Barto.in d.l.si in re.la j.ff.de rei ven.nec mirum,secundùm Inno.& doct.hic. Si ex causa admittatur libellus generalis, cùm etiam sententia generaliter lata,quandoque teneat,vt patet in c.in nostra.in fin. j.de sepul.quæ tamen sententia debet esse clarior libello.instit. de actio.§.curare.Aduerte tamen:quia licet certitudo veniret facto aduersarij, si actor posset per diligentem inuestigationẽ certificari:non admitteretur libellus incertus, secundũ Ioã. de Imo.hic,per no. per gl.in l.quod in hæredẽ.§.eligere.ff.de tributoria.pro quo facit quod statim dicã,quãdo puenit incertitudo ex facto proprio,& ad id quod dixi de libello alternatiuo,adde quod latius dicam.j.in ver.in materia libelli alternatiui.Secundò infertur,quod ad fructus & similes accessiones,qui sunt incerti,admittitur libellus incertus, vnde sufficit dicere, pro fundo cum fructibus sine alia expresione ipsorum fructuum,secundũ Inn.hic,& in c.tanta.j.de exces.Prela. not.per glo.in l.fundi.ff.de excep.& per Bart.in l.j.ff.de eden. tenent doct.hic,& Bal.in d.l.si in rem.& Cyn.in l.cum propria.C. si si quis alteri vel sibi.& hoc etiam voluit Bar.in l. si filius.§. fi. ff.de ver.ob.vbi dicit,quod in his valet libellus incertus, & sententia incerta allegat no.per Inno.hic,& in c. cũ ad sedem. & per Cy.in d.l.cũ propria.Tutius tamen est, secundùm Bald. quod in processu specificentur & probentur fructus: vt sic certa feratur sententia.dicit enim vidisse quosdam assessores, qui nolũt in fructibus non declaratis in probatione ferre sententiam cõdemnatoriam.Et hoc videtur procedere, quando petũtur accessoriè: secus si principaliter: quia tunc debet exprimi certa quantitas,secundùm Angel. in dicta lege si in rem per no.ibi per gloss. & per not.in l.tertia.§. armamenta.ff.de rei vendi. Barto.verò in l.ex diuerso.§. vbi.ff. de rei vend.in noua lectu. quem sequitur do.m.dicit,quod respectu perceptorum,debet exprimi certa quãtitas.per l.ediles.§.item sciendum.ff.de ędi.edic. nisi veniant ex natura actionis : vt interdicto,vnde vi, secundùm no.per Innocẽ.in d.c.tanta. & do.m.& docto.hic. Si tamen reus iustè ignoraret etiam quantitatem perceptorũ,posset fructus[a] generaliter petere in libello:& in processu probare certam quantitatem : aliàs non posset certa ferri sententia, nisi secundũ quod statim dicam de interesse. facit quod not. in c.ex literis.j.de iureiur.Ang.verò in d.l.si filius.§.fi.de ver. ob.dicit,quod vidit semel iudicari sententiam nullam super petitione fundi cum fructibus.per l.ij.C.de sen.quæ sine cer.quãti.& per §.curare.insti.de act.& dicit hanc opi.seueriorem. In contrarium tamen allegat:quia super accessorijs procedit libellus incertus:& per consequens sententia, quæ poterit certificari tẽpore executionis,vt dixi s.de iudicio vniuersali, in primo membro.sed Io.de Imo.in d.§.fin.dicit, quod talis libellus potest sustineri.& quãuis Bar.in d.l.ex diuerso.velit, quod percepti ante litem contestatam debeant specificari, per d.§. sciendum. tamen ad illum tex.potest responderi,quod licet ille tex,dicat quod debeant peti:non tamen dicit quòd debeat specificari.& sic respondet Inno.in d.c.tanta.facit quod ipse not. in c.grauis.j. de restitu.spo.& quod no.Cy.in l.certum ad fi. C. de rei ven. sed si fructus peterentur,non accessoriè ad rem,sed principaliter:fatetur Ioã.de Imo.quod deberent exprimi,per no. per Inno. in c.certificari.in fi.magne glo.j.de sepul. & idem tenet Ioan. de Imol.per Ang.in l.Nesennius.ff.de re iud. Ego arbitror distinguendum,quòd aut petuntur accessoriè aut principaliter, Primo casu, aut petuntur accessoriè ad iudicium vniuersale:& non est necessaria aliqua particularis designatio:vt in l.itẽ veniunt.§.fructus.& quod ibi no.ff.de peti.hære.& tenebit etiã sententia generalis quò ad fructus: & postea in executione declarabuntur.facit quod no.in l.facultas.C.de iure fisci.lib.x.Et ratio est,quia fructus non possunt esse certi, vbi non constat de corporibus.facit l.j.C.de his,quib9 vt indi.& l.ij.C.de fructi.& lit.expen.quæ sic debet intelligi,secundùm Saly.in l. cũ propria.C. si quis alteri vel sibi.faciunt not. per Angel. Bald. & Ioan.de Imol.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.solu. matri. Aut petuntur accessoriè ad iudicium generale : & dicendum vt dixi s.in secundo membro.Aut petuntur accessoriè ad iudicium singulare:& tũc aut veniunt accessoriè ex natura actionis,vt in interdicto, vnde vi,& tunc non est necessaria specifi-

a ¶Sufficit reũ certificare:fructus verò in genere possunt peti,vide post Bar.& Ias.in l.j.in v.col. versi. limita istam conclusionẽ ff.de eden. cum si, vt per Alex.in cõsil. xc. incipien.in causa & lite.lib.ij.

catio.secundùm Host.Ioan.And.& doct.hic, per ea quæ s.dixi in primo membro,& probatur in cap.ij.de ord.co.& quod ibi tradit do.m.post Innocen.in ij.oppo.post glo.ad quod vide quod statim dicam. Aut non veniunt ex natura actionis: & quia ante lit.contest.petuntur propria actione, debet vel in libello vel in processu specificari.quod intelligo,si modo actori potest imputari quare non expresserit: aliàs secus. per ea quæ suprà dixi, & infra dicam. De perceptis autem post lit. contesta. quia illi veniunt iudicis officio, vt d.l. ędiles.§. item sciendum.de ædil.edic.& ideò actor probabiliter ignorat: nõ est dubium quòd possunt peti sine alia specificatione, secundùm Barto.in dicta l.ex diuerso.§.vbi.& Salyce. in dicta lege cum propria.& domi M.in capitu.grauis.j.de resti.spo. prope finem.Secundo casu principali,quando fructus non petuntur accessoriè ad fundum:sed petuntur æquè principaliter:dicendum est, quòd aut petuntur soli fructus : & hoc casu, ab ipso princip.sunt specificandi in libello, secundùm quod dixi s.secundùm Barto.quod procedit, nisi fortè actor non posset illos ex aliqua causa specificare:maximè,quia dicitur certus reus:quia si dicit actor,peto fructus quos percepisti ex tali mea possessione,quam tenuisti tot annis. reus de facto suo potest esse certus,vt in capitu ab excommunicato. de rescriptis, cum simili.Et ideò potest deliberare,an velit cedere vel contendere:& actor potest probabiliter dubitare:maximè, quia ex facto rei redditur incertus.facit quod no.in capitu.constitutus. j.de resti.in integr.sed in processu tenebitur probare certam quantitatem:quia aliàs iudex non posset certam ferre sententiam.facit capitu.ad nostram.el.j.j.de iureiu.& capitu. ex literis.& quod ibi no.Ioan.And.eod.titu.& quod not. Cyn.in l. j.C.de proba.& do.m.in c.grauis.j. de restit. spo. circa finem. Et aduerte:quia Specu.in titu.de proprie. §.ij. versicu. porrò. ponit aliquas formas concipiendi libellos in fructus : dicens, quòd quando fructus petuntur à possessore in rei vendicatione,vel in petitione hæreditatis,officio iudicis contra bonæ fidei possessorem : pro extantibus fructibus & non consumptis, debet libellus ita concipi, coram &c. conqueror de P. à quo peto talem rem,quam dico ad me pertinere iure dominij: quam peto cum fructibus extantibus, scilicet tot corbibus frumenti,vel vini:& re ipsa propono rei vendicationem pro fructibus verò,officium iudicis.Sed contra malæ fidei possessorem non habentem titulum, sic dicit libellum concipiendũ. coram &c.conqueror de P.à quo peto talem rem cum fructibus percipiendis,si mihi posidere licuisset,scilicet tot sextarijs frumenti &c.Sed contra bonæ fidei possessorẽ in petitione hæreditatis pro fructibus consumptis,de quibus factus est locupletior.sic dicit libellum concipiendum,coram &c. conqueror de P.qui posidet hæreditatem T. cui T. ab intestato successi,vnde ago contra ipsum P.vt ipsam hæreditatem mihi restituat cum fructibus perceptis & consumptis, de quibus factus est locupletior. Et pro hæreditate, propono petitionem hæreditatis:pro fructibus verò officium iudicis. deinde dicit Specu.quòd contra omnem possessorem pro omnibus fructibus post lit.contest.sic potest concipi libellus,coram &c. conqueror de P. à quo peto talem rem cum fructibus perceptis post litem contestatam, vsque ad tempus restitutionis rei. Et ad hoc propono officium iudicis.verùm quia ista videntur satis ambigua,& intellectu difficilia:ideo vt clarius intelligas debes scire,quòd aut nos loquimur de fructibus perceptis ante libellum & litis contestationem:aut de perceptis pòst. Primo casu dicendum,quod fructus sunt necessarij petendi in libello: aliàs iudex non posset de his ferre sententiam,& partem condemnare:si non essent petiti in libello:quia ad illos non se extendit iudicis officium,vt ff.de ædil.edic.in l.ædiles.la.j.§.item sciendum.& l.partum.ff.de vsu.facit quod not.in capitu.significante.j.de appella.& istud est regulare.Fallit tamen aliquando ex natura actionis. Primò in interdicto, vnde vi. in quo veniunt omnes fructus percepti, & qui percipi potuerunt, cum omni causa à tempore deiectionis, vt l. prima,§. rectissimè.& §.ex die.& l.idem est.§.fina.& l.si plures.ff.de vi & vi arma.& in capitu. grauis.j. de restitu.spo. & capitu. conquerente.eodem titu. cùm dilectus. prope fin.j. de iure patrona.s. de offi.deleg.in capitu.cùm causam.j.de appella.capi.bonæ. & l.sed si lege.§.quod autem ait.el.ij.ff.de peti.hæred.& in l.si na uis.ff.de rei ven.C.vnde vi.in l.si de possessione.xcvj. dist. ca. bene.in.ij.colum.Secundò,in vi cõpulsiua,vt in actione, quod metus causa.Nam si propter metum illatum res mea ad te peruenit, teneris mihi eam restituere cum foetu, & omni fructu percepto,& qui percipi potuisset à me,vt tibi, & ff. de vsu.in l. videmus.§.idem tradit Specula.in titu. de fructibus.§.j. versi. primus. Tertiò si ageretur ex constitutione.l. si quis in tantam.C.

tam.C.vnde vi.his enim tribus casibus venit restitutio rei cum fructibus & omni causa: & hoc ex natura illa actionum, vt in iuribus prædictis, sicut supra diximus in petitione hereditatis.
a In alijs verò actionibus, oportet, vt dixi, quòd fructus[a] percepti ante litem cōtestatā expressè petātur: aliàs iudex nō potest de eis condemnationē facere. & not. etiā singulariter, quòd vbi fructus veniūt accessoriè, nō potest post sententiā latā de eis amplius agi: vnde necesse est, qđ expressè petantur cū principali. Et ratio est, quia iudicis officiū finitum est per sententiā: vt l. iiij. C. depositi. secus si de eis potest agi etiā principaliter: vt interdicto, vnde vi, & similibus, vt ff. de vi & vi. arma. in l. iij. secūdùm D. m. in c. grauis. de resti. spol. Item secus est, qualitercūq; possent peti iure actionis: quia non videtur obesse ꝙ non sint petiti cū re principali: & ideò si agitur rei vendicatione, nec sint petiti fructus: victoria & sententia habita super re, poterit agi noua rei vendicatione ad fructus: & sententia lata super plenā faciet fidem super fructibus, & si sentētia fuerit iniusta, vt videtur tex. secundū vnū intellectum in d. l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei ven. Et ideò hoc expressè tenet Bart. & D. m. in d. c. gra
21 uis vbi concludit post Bar. quòd † sentētia lata in principali, facit ius in accessorijs: licet noua instantia fiat, vt d. §. vbi. & similibus, & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. Sed quia ista materia, vtrum sententia lata super principali prosit, vel noceat super accessorijs: nō est principalis materia nostra: ideò omitto. dic de ea vt latè traditur in l. iiij. C. depositi maximè per Salyce. & in l. bone fidei. & in l. eos. C. de vsu. & in l. j. C. de iudi. maximè per Angel. in repeti. & l. in fideicommissi. ff. de vsu. & in l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco. & aliquid per Barto. in dicto §. duo fratres. Sed aduerte: quia loquimur de fructibus perceptis post litem contestatā: vel de percipiendis: tales debentur iudicis officio, nō iure actionis. & ideò cùm in rei vendicatione iudex quasi mercenarius procedat, seu prouideat circa tales fructus, qui percipiūtur post lit. contest. vt d. l. ediles. la j. §. sciendum. & l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei vendi. nō videtur necessariū quo ad fructus prædictos iudicis officium implorare, secūdùm formas libellorū, quas supra posui, secundū Spec. Solu. Rofre. in tit. de offi. iud. quo fructus petūtur in pe. & fi. col. vbi etiā format prædictos libellos, format prędictum contrariū: & acquiescit cōtrario in casu prædicto, cū iudex est mercenarius: sed quia multi sunt casus in quibus fructus peti non possunt iure actionis: necessariū fuit fructus peti iudicis officio loco principalis actionis, vt ibi plenè per eū, ad quem remittit Ioan. An. in addi. Specu. in tit. de proprieta. §. ij. versi. j. porrò. & vide Ioan. And. in addi. statu. in titu. de fructibus. in fi. addi. Et quia ista materia, quādo possint fructus peti iure actionis, & qñ officio iudicis, non est principalis materia nostra, dic vt tractatur per Rof. in d. loco. & per D. m. in c. grauis. j. de resti. spol. & ibi dicam. & ibi etiā tractabo post Doct. quid veniat appel. fructuū: & quot sint species: & quis faciat illos suos. sed quātum ad materiam nostram pertinet, hodie, vel ita cōmuniter practicatur: quia facta nouatione, qualiter talis res pertinet ad me iure dominij & c. quā Titius possedit per tot annos, & nunc possidet: ex qua quolibet anno, adinuicem cōpensatis annis, colliguntur tres modij frumenti & c. Subijcitur conclusio, quare peto per vos, vestra sententia declarari dictā rem ad me pertinere de iure, & ipsam l. cogi & compelli ad restitutionem dictæ rei, cū dictis fructibus perceptis: & ad plus & minus, secūdùm qđ probabitur, si extant: aliàs ad eorū ęstimationem, quæ ascēdit ad tot florenos: & ad plus & ad minus, secūdùm quod probabitur: & etiā peto ipsum cōdemnari per vos & officiū vestri ad fructus, qui percipiētur vsq; ad sententiam: licet istud nō videatur necessariū, per ea quæ supra dixi. si autem velles petere fructus percipiēdos, id est qui percipi potuissent: tunc potest se referre ad fructus quos ipse petitor potuisset percipere, si possedisset, vt in c. grauis. j. de resti. spol. & l. apud Iulianū. §. j. ff. de leg. j. & l. si nauis. ff. de rei ven. cū si. vel potes te referre ad possessorē tantū, secundū ea quæ dicta sunt. Et aduerte: quia quod dixi, quòd percepti post litem contest. veniunt officio iudicis: quidam fatentur de perceptis post litem contesta. vsq; ad conclusionem in causa, non pòst: quia postquàm conclusum est, nihil potest addi, vt tradit Inno. in c. pastoralis. de causa posses. & proprie. qđ tamen reprobat Salice. in l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. dicens, quòd etiā iudicis officio possunt peti: vt not. Bart. in l. si tertius. §. officium. in fi. ff. de aqua plu. arc. Et potest esse ratio: quia cùm hoc contingat postea, & ex facto ipsius rei, non est imputādum actori. facit ad hoc, ff. de iureiur. in l. admonendi. secundū vnā lecturā. Sed cōtra prędicta oppono: videtur enim, quòd nō procedat libellus in quo petātur fructus percipiēdi: qm̄ tales nō videntur posse peti: quia iudiciū solū pōt institui de præterito, vel p̄nti: non autem de futuro, quia de his rebus, quę in obligatione, seu post obligationem venturę sunt, iudiciū esse non potest, vt ff. de iudi. in l. non quemadmodū. ergo videtur ꝙ fructus nō percepti tempore motæ litis non possint peti. Sed respondetur, secundùm aliquos, ꝙ fructus omnes post lit. conte. veniunt officio iudicis, & eo officio, quo veniunt, petunt̄ nō eo officio quo necesse est peti perceptos, & ante lit. conte. peti percipiendos, vt d. §. item sciendum. & ff. de vsu. in l. partium. & l. neq;. Et hæc procedunt, quando quis petit fundū cum fructibus: vel solos fructus sine fundo. Sed si aliquis ęquè principaliter per rei ven. peteret fundū & fructus in eodē libello: quia ista iudicia de re & fructibus sic se habent, ꝙ absolutoria lata in vno parit exceptionem rei iu. in alio. ar. l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei vē. Ideò æquè principaliter non possunt accumulari, vt l. fundi. & l. fundum. ff. de excep. rei iud. tenet do. m. in c. grauis. j. de rest. spo. dicam latius in c. se. in xxviij. prin. ar. Et ex his habes latè expeditum hunc quotidianum ar. fructuum petendorum.

22 ¶ † Tertiò infertur, ꝙ admittitur libellus incertus respectu æstimationis ipsorum fructuum, si fortè peterentur fructus si extarent: alias eorum æstimatio, si non extarent: si enim dubitatur, an fructus percepti essent, vel sint consumpti aut peremptiː tunc ratione incertitudinis potest procedere libellus alternatiuè ad fructus, si extant, vel ad eorum ęstimationem, si sunt consumpti: quia ratione incertitudinis admittitur libellus alternatiuus[b] vt in c. constitutus. s. de resti. in inte. & l. j. §. quod autem. ff. quorum leg. & per do. m. in c. grauis. in fi. j. de restit. spo. Et j. latius subijciam, si enim fructus extarent, non æstimatio, sed fructus peti debent: quia ęstimatio debetur in subsidiū vt d. l. ex diuerso. §. vbi. & l. fi. C. de fideicom. lib. Sed si sint cōsumpti: tunc potest & debet peti æstimatio. ar. l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsuf. leg. Nec ob. si diceretur, quòd cū fructus consistant in pondere, numero, vel mensura: & sic in genere suo recipiant functionem, vt l. ij. ff. si cer. pe. nō debeat deueniri ad ęstimationem: sed debeant peti fructus in genere: quia respondetur, ꝙ isti fructus debentur vt species: & ideò ipsis consumptis deuenitur ad ęstimationem: sicut in qualibet alia specie perempta. sed quando dubium est, vtrum existant: ratione incertitudinis admittitur libellus alternatiuus & si æstimatio est incerta, respectu quantitatis ipsius admittitur libellus incertus, ad quod adde quod statim dicam in ver. sequēti.

¶ Quartò infertur ex prædictis, quod qualitercunq; verisimiliter dubitetur, an res petenda extet, vel non extet: potest peti res, si extat: vel ipsius æstimatio[c] si non extat. Et not. quia nos practicamus quòd quis specificat ipsam æstimationem: & additur clausula, & illud plus & minus, quod probatū fuerit. Aduerte tamen: quia nonnulli ex dominis de rota voluerunt, ꝙ libellus emptoris datur ad æstimationem rei venditæ, quæ tradi poterat: & non ad traditionem rei. Et sententia super eo lata teneat, nisi ex alio capite vitietur, & hoc dicunt procedere de æquitate canonica, vt refert Ægidius Bellemere, in decisionibus rotæ, deci. cclxxiij. Sed ipse ibi decidit in contrariū per l. j. & quod ibi no. ff. de act. emp. & l. si seruum. §. fina. & l. cum qui. ff. de ver. ob. & ff. si cer. pe. in l. cùm fundus. §. j. ver. quo ad peculiares. & l. quod si filij. ff. de consti. pe. & se etiam remittit ad plenè not. in l. si quis ab alio. in fi. de re iu. alle. etiam not. ff. de iureiuran. in l. si duo patronī. §. si quis iurauerit. Et hæc procedunt, quando nulla fuit commissa mora: sed si mora fuisset commissa: posset concludi ad æstimationem, licet melius concludatur ad rem, & minus malè ad interesse, vt tradit idem Ægidius cccxvij. decisio. per no. in l. vinum. in fi. magnæ glos. ff. si cer. pe. & per Innoc. in c. sacro. j. de sent. excom. in gl. magna post princ. & per gloss. in l. j. C. quæ sententiæ sine appel. rescin. & per gl. insti. de dona. §. perficiuntur. A. B. Et ad materiam istam omnino vide quod tradit Spe. in titu. de obli. aliâs, sub rub. de certi condi. §. sequitur. ver. quid si libellus. vbi dicit ꝙ quidam voluerunt quod si peto rem, vel eius æstimationem: quod talis libellus non tenet: quia propter subalternam in potestate rei debet: vtrum super re, vel super æstimatione petitio facta sit. ff. de iure do. l. plerunq;. §. pe. de solu. l. Stichū aut Pamphilum. ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. Si ergo super æstimatis quæritur, nulla erit questio: cū ęstimatio non videatur posse peti, vt statim dicā. Simon verò Vice. in l. cùm quidam. C. de fideic. libe. qui. s. verba ad l. totā refert Spe. in d. ver. vt dicitur ibi Io. An. tenet ꝙ dicto casu non sit in potestate rei, super quo sit facta petitio: imò petitū intelligit id, ad qđ potest extēdi de iure actoris petitio. ff. de iud. l. si quis intētione. Neq; enim est in iudicio ipsius rei electio. ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. j. ff. de iu. l. solemus. & de cau. pos. & proprie. c. cū ecclesia. Et talis petitio potius extenditur ad rem petitam, quā ad æstimatam. Nam & in contractibus si stipulatus sum duas.

a ¶ Qualiter cōcipiatur libellus sup fructibus, post Bar. in l. ex diuerso. §. vbi. & ibidē Alex. in ad di. ff. de rei vēdi. & post Abb. in c. grauis. ī fi. de resti. spo. vide Alex. in d. cōsil. xc. lib. ij.

b ¶ Rōne dubitationis admittitur libellus alternatiuus. vide latè de hoc articulo per Iaso. in §. iste. insti. de ac. xvij col. & an procedat libellus peto fruct⁹ vel ęstimationē. vide Ana. in cap. j. de vsuris.

c ¶ Æstimatio re nō extāte in libello petitur, vide not. per doct. in l. si seruus. §. fi. ff. de ver. obli. & in obligatione rē tradi. vide Bart. qui ponit practicam in l. j. in prin. ff. de ac. emp.

res subalternatiuim:& altera earũ deberi non potest:altera quæ deberi potest,erit in obli.vt in dicta l.stichũ.in prin.ff.de ver. ob.l.consequens.Et sic patet rẽ,& nõ æstimatio.esse petẽdam. Et quod in eo quod petitũ est, nõ in æstimatione, cõdẽnatio fiet:nisi res petita præstari non posset:quia tunc fiet condẽnatio in æstimatione.C.de fideicõ.lib.l.si.prope fi.ff. de leg.j.l.si domus.§. cùm aliqui. & d.l.in rem.j.rñso. Et nisi contumacia rei interueniat,& actor id postulauerit, vt ff.de rei ven.l. qui restituere.& l.quod si post.insti.de offi.iud.in prin. Et nisi natura actionis hoc permittat.ff.de ac.emp.l.ex exem.j.rñso. C. eo.l.si ita. Et nisi cũ reus commodè præstare nõ põt.ff. de leg. j.l.si amplius.in fi.facit quod tradit Spe.in d.ver.quid si petitur. Vel potest,sed pietatem ostendit.d.l.si domus.§. in pecunia.& eo.ti.l.si tibi homo.§.j.Sed dicit Io. An.in addi.Spec.in d.ver.quid si libellus.ꝙ ille §.in pecunia.nihil facit:sed §.si qs. Et loquitur de legato seruo qui est filius, frater,vel nepos hæredis.dicit enim ꝙ hærede confitente æstimationẽ offerẽte,æquissimũ est illũ exaudiri,secundũ Io.An. Et nisi æstimatio omnino idem in se contineat.ff.de au.& ar.le.l.j.§.fi. & l. Titiæ amicæ.quia nummi erant auro vel argento incapaci. Et legatũ continet in se pondus.Et idem dici potest in similib⁹.C.de donа.in l.si quis argentum.Quod aũt dicit̃ in l.vinum. ff. si cert. pe.& l.si res.ff.de tritica.vbi vinũ vel frumẽtũ fuit petitũ, & reus condemnatur in æstimatione,ratio est:quia spectatur pretium,secundũ certa tempora.ad quod vide quod traditur in dictis iuribus,& per Spe.d.§.sequitur.ver.ad huius autem materiæ.& ff.de ędi.edic.l.ędiles.§.reus sciendum.& ff.de test.tut.l. pe.Itẽ qñq; agit̃ in solidũ.& fit cõdẽnatio pro parte.ff.de peti. hæredi.l.si duo heredes. Et quædam veniunt in petitione,quæ non veniunt in restitutione.ff.de rei ven.l.ij.Item datur condictio furtiua ad æstima.rei,quã dñs consequutus est ab alio, ꝗ̃ à fure.Sunt autẽ qui dicũt prędictũ libellũ[a] in quo petitur res vel æstimatio,non esse admittendũ de iure.ff.de iu.l.non quẽadmodum.licet de consuetudine admittatur, vt & aliàs dicitur.ff.de publiciana.l.j. Ad quod vide quod dixi.j.eod.arg.q. xvj.in iiij.regula.fal.viij.Tñ quandoq; petit̃ res, vel eius æstimatio:si res nõ præstetur.ff.loca.l.coadiutores.secundũ Spe. d.ver.sed dicit ibi Io.An.in addi.ꝙ supplendũ est si nõ extat: ante.s.quãdo post morã debitoris dies non extaret,secundùm Guil.de Suza.qui etiam dicit rem vel æstimationẽ peti posse: etiã si res nõ extet,per leges.ff.de ver.ob.l.eum qui ita.§. fina. & l.si seruo.§.fina.& l.in rem stip.§. penul.Item dic ꝙ petita æstimatione,res peti videtur.ff.de consti.pecu.l.promissor stichi.ff.de condi.fur.l.in re furtiua.ff. de dolo.l.arbitrio.§. non tamen,secundùm Io.And.in d.addi.Ma.

a ¶ Latius tractatur in §.sed iste.instit. de act. vbi Ias. in xvij. col. de actio.

23 ¶ † Quintò infertur,ꝙ admittit̃ libellus incertus respectu quorumcunq; redituũ & prouentuũꝗđ tñ intelligendũ & declarandũ est,secũdùm ea quę dixi de fructib⁹ in secunda relatione:quia eadem est ratio . Et quid differant fructus & reditus, vide glo.fi.in c.generali.de elec.lib.vj.quæ dicit, ꝙ omnes fructus consistunt in reditu:sed non conuertitur:quia partus ancillæ est in redditu,vt l. Paulus rñdit.j.rñ.ff.de vsu. & non est in fructu,vt in l.in pecudum.ff.de vsu.& insti. de rerũ diui.§. in pecudum. & de hoc verbo, reditus. vide text.in c.pen.j.de pecu.cleri.& xij.q.ij.in c.apostolicos.& l.patrimonij.& l.fundi Trebatiani.ff.de vsufru.leg.& idem dicendũ est, vt dixi de prouentibus,& etiã oblationibus, & similibus, propter eandẽ rationẽ,& quid veniat appellatione prouẽtuũ & obuentionũ[b] vide glo.in verbo,obuentiones.in c.ad audiẽtiam.el.j.j.de eccle.ædifi.& in c.pasto.j.de dona.& quid appellatione obuentionum.dixi latè in trac.de oblationibus.lib.j.

b ¶ Obuentionum appellatione venit omnis reditus & decimæ. ita not. Abb.in c.ad audiẽtiam.de eccle. ędifi.& in c. ex transmissa. de renunci. Bal. remissiuè in l. j.§.exercitorem.ff. de exer.

¶ Sextò infertur, ꝙ etiam interesse quod petitur ratione ipsi⁹ incertitudinis,admittitur libellus incertus: vt sentit gloss.in l. certi condictio.in prin.ff.si cer.peta.Sed aduerte:quia quidam voluerunt quod tamẽ de proprio interesse actor possit esse certus:debet exprimi certa quantitas:aliàs libellus non est admittendus:vt no.per Cyn.in l.j.C.de sen.quę sine cer. quanti.Sed cõmunis conclusio est in contrariũ , ꝙ sufficiat petere illud in genere:& postea probare ipsius quantitatẽ.Ita tenet Iac. But. in d.l.j.& insti.de act.§.curare.& traditur in l.ij.C. de sen.quæ sine cer.quanti.& in l.j.C.de sen.quæ pro eo quod int. profe. & per Bar.in l.stipula.non diui.ff.de ver.ob.circa fi.& per Inno.in c.cũ dilectus.de ordi.cog.& per Bal.in l.edita.C.de edẽ. ver.sed dubitatur,an debeat pati.A.B. Et fuit originalis not. Gof in libellis suis,in edicto,de eo per quem fac.erit rub.cxx. dixi.j.in rubri.de dila.in materia cita.artic.xxxiiij.q.vij. Ma. Quinimò etiam si non probaretur certa quantitas in processu probaretur tamen interesse : vt quia testes deponerent quod actoris interesset.Sed interrogati de quantitate interesse, dixerunt se ignorare.Nã hoc casu,licet per actorem non sit probata certa quantitas interesse: tamen iudex non debet absoluere reum:sed vt certam ferat sententiam,potest se informare ex officio de quantitate interesse:vel duobus committere: vel alios testes examinare ad certificandum ipsum interesse. secundùm quod no.Bar.in l.si quod ex pamphila.ff.de leg.ij.& in l.semper.§.in hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.& in l.j.in fin.C. de sententijs quæ pro eo quod int.prof. & per Bar. & Bald.in l.si traditio.C.de act.emp.& per do.m.in causam.j. de restitu. vbi dicit quòd malè facit iudex absoluendo reum : quia certa quantitas interesse non sit probata . Si modò, vt dixi,probatum sit interesse.Et si fortè propter aliquam causam impeditiuam:vt puta,propter periculum peremptionis instantię iudex non posset aliam sumere declarationem:dico ꝙ etiam non debet reum absoluere. Sed debebit condemnare in id, quod intererit probandum in executione.arg.prædictorum iurium.facit.c.auditis.ş.de procu.vbi probatur, ꝙ quãdoq; quãtitas est incerta:& tamen fertur certa sententia:sed non mandatur executioni,donec fuerit certificata.Et ad prædicta vide quæ no. Bar.& Bal.in l.ij.C.de rescin.ven.& Bal.in l.fin.C.de iure dominij impetrando . Et idem dicendum arbitror de fructibus, reditibus , prouentibus,& similibus si probarentur : sed non probaretur certa quantitas.licet Inn. videatur hic aliter sentire.dicit enim,ꝙ non valet sententia , condemno te ad fructus talis fundi.nisi in actis appareat de certa quantitate . Sed potest intelligi dictum Inno.quando non esset probatũ fructus fore perceptos. aliàs verior mihi videtur præcedens opin. vel saltẽ iudex nõ deberet simpliciter absoluere:sed reseruari actori ius iterũ agendi ad interesse,& ad fructus,& similia. Et prædicta etiam arbitror procedere in libello, quo peterẽtur dãna: vtilius tamen arbitror ꝙ exprimatur certa quantitas in libello interesse fructuum,aut similium.& ad illa petat actor cõdẽnari aduersarium:& ad plus & minus[c] secundùm quod probabitur. Et prædicta perpetuò notabis : quia sunt valde vtilia & quotidiana. Et sæpe sæpius ita practicari feci.

c ¶ An autem hæc clausula , plus vel minus,aliquid operetur, vide Ias. in §.curatore. de act. & inibi quid de interesse circa fin. §.latè post doc. in l. stipulationes. in fi. q. ff.de ver.obli. & Bal.in l.publia. §.Titius.ff.de pos.

¶Primo casu,si causa superuenit etiam post lit.conte.prodest, vt est tex.in l.si hæreditatis.& in l.item videndum.§.si quis. & in l.si quo tempore.ff.de pet.hære.Et hoc indubitanter procedit,si ageretur petitione hæreditatis:quia tunc licet conuentus non possideret rem hæreditariam tempore petitionis: tamen si posteà incœpit possidere,fit condemnatio.& ratio est: quia istud quod nunc possidetur, si est ex hæreditate illa, clauditur in petitione.Et idem etiam arbitror,si aliquis peteret fundum petitione hæreditatis,quem conuentus non possideret tempore petitionis:& postea inciperet possidere,per iura prællegata:& ea quæ statim dicam,quando defectus rei venit ex parte conuenti.Quinimò videtur fortius quòd si petitione hæreditatis petam fundum:quia solum fundum possidebat.si postea incœpit possidere domum hæreditariam:potest condemnari etiam ad domum.quod procedit,secundùm aliquos, quando agens in libello dixit quòd petebat fundum:& si qua alia conuentus cœpisset possidere.& ita intelligunt d. legẽ,si hæreditatis.quia si singulariter exprimit fundum:non potest fieri condemnatio ad aliud,quàm quod petitum sit:vt lege,fundus.ff. communi diui.& in l.fina.ff.de fideicommis.lib.& lege. pomponius in negotĳs.ad fi.ff.de nego.gesto.sed Pet.de bella pertica idem dicit,etiam si super vna re tantùm fuisset formatus libellus:quia ille qui agit ad fundum petitione hæreditatis, petit declarari se hæredem. & hoc principaliter venit in petitione sua. restitutio verò fundi, venit per officium iudicis. Et ideò si iudex declarat me hæredem , sicut iubet per officium suum restitui fundum petitum:ita & alias res quas reus cœpit possidere eadem ratione. & ita dicit intelligendam. d.legẽ

[a] ¶Per lit. contesta. quasi contrahitur, quid de his ꝗ̃ fiunt ante lit.contest. vide Bar.in l.iĳ.§.j.de præto.stipul.Quid in his,in quibus lis non cõtestatur? dic vt per Bart. in l.nihil.ff.de ꝓc. Quid in iuramento ? dic idem .l.depo.§ j.ff. de pecu. & quid in sententia,vide Alexand.in l.j.§. idem scribit.ff.de pecu.

ſi hæreditatis. Et iſta eſt ipſa verritas, ſecũdùm Cy. in ad. & Bal. etiam ibi idem dicens ꝙ eſt valde ſingulare, & mihi placet per tex. illum dum dicit, de qua ſola controuerſia erat. Et facit ad ea quæ ſtatim dicam in ſe. caſu. Si verò agitur actione ſingulariter, ſubdiſtingue ꝙ aut agitur actione reali, aut perſonali. Si agitur reali, dic ꝙ aut defectus eſt ex parte conuenti, quia tempore libelli & lit. cont, nõ poſsidebat rem petitam: ſed poſtea cœpit poſsidere: & ſequitur condẽnatio. tex. eſt in l. ſinautẽ. in princi. ff. de rei ven. ibi in verſi. item ſi lit. conte. Et ratio eſt, ſecundùm Bal. ibi, & ſuperius tetigi: quia rei vendicatio habet duo principia: cauſale. ſ. & formale. Circa formale principaliter ſufficit tempus ſententiæ. ſ. vt conuentus dicto tẽpore poſsideat. vt in terminis noſtris. facit quod s. ſtatim dixi. Sed tu vide etiã aliud fundamentũ & rationẽ, per ea quæ j. ſubijciam. Aut in actione reali defectus erat ex parte agentis: & ſubdiſtingue ꝙ aut actũ eſt rei vendicatione expreſſa cauſa proxima, vt dñij: & remota, vt donationis, legati, aut ſimilis: aut proxima duntaxat.

a ¶ Clauſula, non aſtringens ſe &c. vide poſt Ab. et doc. ĩ c. dilecti. extra de iudi. in fi. vide per Alex. in conſil. lxj. libro ij.

¶ Primo caſu, omnes cõcludunt ꝙ tam de iure canonico ꝗ ciuili nõ poſsit ſequi condẽnatio, licet dominiũ poſt lit. conte. ſuperuenire ex alia cauſa poſsit vt in d. c. Abbate. Et per ea quę s. dixi ꝙ ego arbitror limitandũ: niſi eſſet adiecta clauſula, petẽs in prædictis nõ ſolùm vt narranť, aut ex cauſis narratis. ſed etiã vt petunť, & ex alijs quibuſcũꝗ cauſis dicto actori ius competere. vel etiam ſi eſſet adiecta clauſula, proponens ad prædicta omnia & ſingula iura cõpetentia & cõpetitura. vel etiã clauſula, & prædicta omnia petit ſingulariter, diuiſim, coniunctim, alternatiuè, & ſubdiſiunctiuè &c. & omni meliori modo &c Et
a maximè ſi ſubijceretur clauſula, non aſtringens[a] ſe ad aliquod onus probationis ſuperfluæ &c. de quibus dicã j. in xiij. princ. art. hoc enim caſu arbitror ꝙ ſi probarẽ dominiũ ex alia cauſa, quàm narrata & deducta: quæ tamen cauſa cõpetebat mihi tẽpore petitionis, ſufficeret mihi: quia propter clauſulas prædictas, perinde eſt ac ſi nullã cauſam deduxiſſem: vel etiam idẽ videtur eſſe, ac ſi iſtam cauſam deduxiſſem, per quã dñium tũc mihi cõpetebat: licet non cõpeteret ex cauſa remota expreſsè deducta in libello. quod perpetuò notabis ad limitationẽ, d. c. Abbate. Sed ſi ex nulla alia cauſa dominiũ mihi tunc cõpetiſſet, deciſio pendet ex his quæ dicam in ſeq. caſu. Aut nulla eſt expreſſa cauſa: vel eſt expreſſa dũtaxat cauſa proxima: videlicet, dominiũ. Et de iure canonico ſufficit ꝙ dominiũ ſuperueniat etiam poſt lit. conteſt. tex. in d. c. Abbate. de re iu. li. vj. Sed de iure ciuili, quãuis Vgolinus tenuerit ꝙ poſſet ſequi condemnatio: tamen cõmunis opi. eſt in contrariũ, vt s. dixi. Et in hoc ius ciuile videť fundari fortioribus arg. & validiorib⁹ fundamẽtis, quã ius canonicũ: quia ius canonicũ in hoc ſequiť ſolã æquitatem, reiecta iuris ſubtilitate, & rigoroſitate. vt dicit tex. in d. c. Abbate. & patet ex his quæ s. dixi. Et ideò Bal. vt s. dixi, & Dy. in ſti. de act, §. j. & Pau. & do. Do. in d. c. Abbate. dicunt ꝙ in foro canonico vel ciuili, de temporali iuriſdictione eccleſiæ ſeruabitur diſpoſitio. d. c. Abbate. Sed in terris imperij, iudex ſecularis ſeruabit leges. & ſic põt procedere opi. Petri & aliorũ: quia qñ ius canonicũ diſponit cõtra ius ciuile, & non loquiť in materia peccati: nec aliâs ſubiecta canoni: quodlibet ius ſeruať in ſuo fo-
60 ro. vt j. de appella. c. ſi duobus & c. ſuper eo. el. ij. † Sed aduerte,
b quia in contrariũ fortiter oppo. Nam[b] quãdo de iure ciui. ſunt opiniones: & de iure canonico ſtatuiť quid certum: etiã in foro Cæſaris: ſeruandum eſt ius canonicũ: & ecõtra. vt no. Bar. in extrauaganti ad reprimendum. in glo. ſuper verbo, per edictũ. & alias plures remiſsiones vide, quas dedi in c. j. j. de oper. nõ. nun. in glo. j. Sed in terminis noſtris de iure ciui. ſunt opiniones vt s. dixi. ergo videretur ſeruandum. c. Abbate. etiã in foro Cæſaris. Sed ad hoc poteſt reſpõderi vt arbitror ꝙ prædicta theorica Bar. quam dixi in d. c. j. procedit, quando hincinde eſſent plures opiniones & argumenta, & rationes vrgentes. ſecus qñ ex vna parte eſſet cõmunis opinio fortificata fortioribus argumentis & rationibus: & ex alia parte eſſet opinio alicuius Doctoris non multum fundata, ſed debilis: et tunc communis opinio ſeruaretur in foro ſuo: & noua deciſio etiam in foro ſuo. ad quod vide quæ dixi in d. c. j. ſuper glo. j. Item ſecundò oppono quia videtur quòd d. c. Abbate. ſit ſeruandum in foro Cæſaris. Nam iſta eſt regula ꝙ æquitas ſcripta præferť rigori, ſecũdùm ea quæ dixi in c. fi. s. de tranſact. in v. princ. art. in ij. membro. in cle. j. de iudi. ſed in d. c. æquitas ſcripta. ergo &c. Sed ad hoc reſponderi poteſt ꝙ communis opi. legiſtarum fundatur etiam in rigore ſcripto. ſed iſta ſolutio non videť procedere: quia poſito quòd rigor eſſet ſcriptus: tamen vbi æquitas eſt ſcripta: & rigor ſcriptus: præfertur æquitas. vt in l. placuit. C. de iudi. facit c. iij. de reſcript. lib. vj. & latius dixi in d. c. fi. in v. arti. prin. in iiij. membro. Sed reſponderi poteſt ꝙ æquitas. d. c. Abbate. eſt generalis: & rigor iuris ciuilis videtur magis ſpecialis: & ideò præfertur rigor, per ea quæ dixi in d. iij. membro. Sed adhuc poſſet inſtari: quia ſi rectè inſpiciantur fundamenta communis opin. illa deſcendunt ex regulis generalib⁹ iuris ciuilis: ſed poſſes dicere ꝙ æquitas allegata in d. c. Abbate. eſt magis generalis. Vel melius & ſecundò ꝙ æquitas præfertur rigori, quando tã ęquitas, quàm rigor deſcendũt ex eodem iure. ſecus ſi rigor ex iure ciuili: & æquitas ex iure canonico. ſicut dicimus in pacto nudo & hæc notabis: quia nouiſsima ſunt. & vide quæ dixi in d. c. fi. Sed pro intellectu prædictorum quæro vnde inſurgat dicta æquitas canonica. Sol. dicendum arbitror ꝙ inſurgit ex eo quia ex quo actor pendente iudicio reali eſt effectus dominus, & in rei vend. principaliter videatur venire declaratio dñij: nec præſupponatur obligatio conuenti: vt inſti. de act. §. j. ibi, autẽ cum eo agit, qui nullo iure obligatus eſt &c. nec ab eo petať aliquid dari vel fieri: ſed ius agentis ſolummodo declarari, videlicet ꝙ agens habet plenum ius, ſeu dominiũ, vt ff. de rei ven. in l. ex diuerſo. §. ſi petitor. & l. officium. ff. ſi ſer. ven. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. meritò ex iure ſuperuenienti debet obtinere. Nec obſtat ſi diceres ꝙ ſi petitur ſola declaratio, ſuperflua videtur vocatio aduerſarij: quia videtur ꝙ aduerſarius vocandus eſt per officium mercenarium, quod iudex exercet in notorijs ſibi, vt in dici. nam ibi vt iudici, non poteſt eſſe notorium: niſi cognoſcat ſedendo pro tribunali. vt l. â procedente. C. de dila. & quia non eſt iudiciũ, niſi ſit ibi vtraꝗ pars iiij. q. iiij. nullus. dixi s. in rub.
c de iud. Quando ergo conſtat[c] iudici, vt iudici rem eſſe meam: debet facere illam mihi reſtitui officio ſuo vt in l. officium. ff. de rei ven. & l. ſi irruptionem. ad fin. ff. fi. reg. Et iſtam notorietatẽ non poteſt iudex habere per viam iudiciorũ: niſi pars vocetur, vt videat qualiter actor probauit. vt l. fina. C. ſi per vim vel alio modo. ſecundùm Petr. & Cyn. in l. prima C de alien. iudi. mut. vnde æquitas canonica voluit quòd ex quo mihi dominium ſuperuenit: ex eo iudicio teneatur poſſeſſor reſtituere. qa ſatis eſſe videtur quòd nunc ſum dominus: licet tempore inchoati iudicij non eſſem dominus. & hoc videtur voluiſſe tex. in d. c. Abbate. ibi dum text. dicit. vtilius tamen videtur negotia tali expediri compendio. quod intellige, ſcilicet per idem iudicium intentatum. & ſequitur in text. quàm per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio prorogari. quod intelligo, ſcilicet intentando nouum iudicium: quia ex quo appareret rem petitam eſſe meam, licet non eſſet tempore inchoati iudicij, tamen vt euitentur lites. & nouus circuitus, condemnetur poſſeſſor. & hoc etiam ſentit expreſsè text. ille dum dicit, nec prodeſſet etiam multum reo, ſi tunc in ipſum ex ſuperuenienti cauſa condemnatio non ferretur: cùm mox alio inſtituto iudicio foret ex illa meritò condemnandus. & ſic iſta deciſio in ſe eſt æqua & rationabilis, vt ſicut licet ex parte conuenti tempore inchoati iudicij realis non aderat ipſius formalitas: quia reus non poſsidebat: & tamen ſi tempore ſententiæ poſsidet, condemnatur. vt s. dixi. Ita & per contrarium in terminis noſtris. quinimò fortius etiam ſi tempore ſententiæ ferendæ, reus non poſsideret: videretur ferenda ſentẽtia declaratoria dominij: ex quo probatum eſt per actorem, per l. ſi à te. §. j. ff. de except. rei iud. qui text. ſecundùm Bartol. deberet ſcribi literis aureis. Ange. tamen & Bald. reprobant hoc vltimum in l. non alias. ff. de iu. licet Bald. fuerit ſibi contrarius. Sed non eſt materia noſtra, vide in dictis locis, & zab. & D. m. in c. examinata. s. de iudi. Et ex eo etiam eſt rationabilis & æqua dicta deciſio: qa text. in d. c. Abbate. dicit quòd iudex cognita tali veritate, vide licet ꝙ res pertineat ad actorem: cum libera & ſecura conſcientia non poteſt pronunciare. in contrarium illa tamen fuit allegatio partis. Sed aduerte: quia hic inſurgit difficultas non parua: quoniam ex prædictis rationibus videtur inferendũ, quòd idem eſſet dicendum ſi exprimeretur cauſa remota. cùm dicta æquitas, & omnes rationes prædictę concludant etiam ad hũc caſum. cuius tamen contrarium vult Inno. in d. c. Abbate. Et ſi tu diceres ꝙ cauſa remota habet concomitantiam loci & temporis, & ſic aliud tempus & locus non includuntur in petione iſtud non videtur obeſſe: ex quo in rei veritate ego probaui dominiũ eſſe meum: licet illud probauerim perueniſſe ex cauſa ſuperuenienti. vnde ex quo ego probaui dominium, vt euitetur diſpendium & circuitus, & quòd iudex cum bona conſcientia poſsit procedere, debebat diſponere reum condemnandum. & hoc maximè videtur dicendum, ſecundùm opi. Petri, qui voluit quòd expreſsio cauſæ remotæ non videatur operari. vt dixi, & maximè hic videtur dicendum. vbi cauſa remota non fuit ſpecificata per locũ & tempus. ideò articulus eſt ſatis dubius: nec Doct. attingunt. Nec video aliud dici poſſe, niſi ꝙ Inn. noluit dictã æquitatẽ extendere: qñ cauſa remota eſſet expreſſa.

b ¶ Si quippiam fit de iure ciuili dubiũ de iure autem canonico clarum, ſtatur iuri cano. in vtroꝗ foro. & contra. vide glo. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. cõpe. c. per venerabilem. qui fi. ſint leg. in c. clerici. in c. dilecti. de iu. facit not. in c. j. de conſtitut. quæ iura ſint ſeruãda in iudicijs.

c ¶ Quando conſtat iudici vt iudici, ꝙ res ſit mea, debet illam mihi adiudicare. vide Ab. & moder. in c. examinata. s. de iud.

pressa,ex quo ille se astrinxit ad certã causam remotam:& forte etiam præter rationem ibi assignatam de loco & tẽpore,potuit esse ratio inductiua,& assignari ratio,quia non extẽdat ad hunc casum:quia si expressa certa causa actor succumberet, nõ obstaret exceptio rei iudicatæ ipsi actori agenti demum ex alia causa.secus si simpliciter & generaliter egit ex causa proxima quia tunc omnem causam remotam videtur deduxisse in iudicium,per ea quæ.s.dixi.in prin.istius ver.x.quæro.Vnde sicut causæ expressio prodest quò ad prædicta:ita debet etiam obesse.per regulam,is qui onus.de reg.iu.lib.vj.cum sua materia. Et si fortè diceres,si nullam causam remotã exprimit: eo quia tempore libelli & litis cõtestationis nulla competebat:si post ea superuenit,& reus absoluatur:non obstat exceptio rei iudi. vt d.l.si mater.§.eandem.ff.de excep.rei iudi.ergo prædicta ratio non videtur concludere.arbitror posse responderi ꝙ fortè cùm de iure canonico sit inductum hoc,vt possit sequi condemnatio per d.c.Abbate.ita videatur inductum ꝙ obstet exceptio rei iudicatæ:quia sicut de iure ciuili nulla causa expressa remota obstat exceptio rei iudicatæ in omni causa competenti: quia omnem causam competentem videtur in iudicium deduxisse.sed in causa non competenti tempore libelli & lit. conte. non ob.exceptio rei iudi.vt d.§.actiones.quia illam nõ potest prosequi ex quo de iure canonico non solùm causam competẽtem,sed de nouo per lit.con.superuenientem potest prosequi licet obstet exceptio rei iudi.quia ex quo de iure potest nouã causam prosequi:videtur etiam de noua cogitasse:ex quo nullam expressit.maximè si prosequut⁹ esset istam causam de nouo superuenientem.quæ ratio & consideratio cessat,quãdo expressit causam remotam.Cogitabis.quia nouissima sunt,& ex tempore venerunt in mente.Est tamen aduertendũ ꝙ posita communi opinione ꝙ de iure ciui.agens rei vendicatione ex cã proxima non possit obtinere ex causa superueniente post iudicium acceptum,est verum:nisi tale dominium superuenisset

a ex causa de prætærito[a] per ea quæ superius dixi:& statim lati⁹ dicam de iure superueniente in actione personali.Et hoc maximè,quando ius fingeret retro illud ius quæsitum per l. hæres quandoꝗ.ff.de acqui.hære.& ibi per Cy.Bal.& Moder. vt statim lati⁹ dicam & potissimũ si adiecta esset clausula illa, omni meliori modo &c.& ex his est expeditum membrum,quando agitur realiter.Si verò agatur actione personali subdistingue ꝙ aut superuenit ius de nouo ex causa de præsenti:aut ex causa de præterito.si de præsenti, aut est expressa non solum causa proxima:videlicet,obligationis.sed etiam remota videlicet emptionis,mutui,vel similis:& actor non potest obtinere ex iure seu causa de nouo superuenienti:tam de iure ci. per l. non põt. ff.de iu.ꝗ etiam de iure cano.per d.c.Abbate.Et per ea quę.s. dixi.aut est expressa sola causa proxima,vt obligationis.& de iure cano.item videtur prima fronte in d.c.Abbate innuere ꝙ possit obtinere ex iure de nouo superuenienti.per text.ibi dũ dicit,videlicet quia generaliter proposuit aliquem obnoxium esse sibi.Et sic loquitur de actione personali: quia conuentus reali non est obnoxius:hoc est obligatus.& subditur in tex.vel ad te iure dominij, vel quasi rem aliquam pertinere. & quãuis dici posset ꝙ illa est allegatio partis:tamen rationes quæ cõcludunt ad decisionem in reali,respectu iuris superuenientis. de quibus.s.dixi,concludunt etiam in iure superueniente in actione personali.& propter hanc causam arbitror ꝙ Bar.in §.actiones.nullam fecerit differentiam inter actionem personalem & realem:quãdo sola causa proxima est expressa.sed Bal.in actione personali reprobat:quia actio personalis non potest: stare, nisi ex parte vtriusꝗ ab ipso principio. Nec potest superueniresolo respectu conuenti:sicut est in reali ex sola superuenienti possessione cõuenti:ex qua potest sequi condemnatio ipsius, quæ prius non poterat.vt s.dixi.sed tamen licet plus dubitationis habeat actio personalis generalis,hoc est expressa causa ꝓxima duntaxat:tamen rationes superius assignatæ in reali, inductæ ex equitatæ canonica,per d.c.Abbate.concludunt etiã in personali.& istud plus placet de iure cano.Sed de iure ciui. cõmunis opinio est ꝙ ex causa seu iure de nouo superuenienti non possit sequi condemnatio.tex.est in d.l.non potest videri.quod procedit etiam si partes conueniant ꝙ ius quod non erat penes actorem tempore lit.conte.superueniat eidem super lit.conte.quia talis voluntas non includit,vt ex eodem iure feratur sententia,vt d.l.non potest. quia licet iudex debeat ferre sententiam prout inter partes cõuenerit:etiã si non esset cõformis libello.vt l.si conuenerit.ff.de re iudi.de quo latius dicetur in c.seq.in xxxiiij.ar.tamen talis conuentio partiũ super iure nõ operatur quia requiritur ꝙ partes expressè conueniãt ꝙ sentẽtia taliter feratur.vel meli⁹,diuersum est istud ius quod superuenit licet voluntate partiũ,ꝗ illud super quo lis fuit cõtestata. quod non potuit esse illud,quod nondũ erat:sed de nouo superuenit.& hæc ꝓcedunt in iure vel causa de nouo superuenienti:nõ ex causa de præterito.Si verò causa obligationis superueniret de nouo, sed ex causa de præterito : tunc posset sequi condemnatio etiam de iure ciuili vt in l.si rem.§.fi.ff.de pigno.act.& in l.si tibi mãdauero vt à titio exigeres.ff. mand. & ista est cõmunis opi.Doct. in d.l.non põt.& in d.§.fi. excepto Ang.qui dicit ꝙ hoc est verũ,quãdo ius seu obligatio venit ex cã de preterito,quæ retro trahat̃:vt in conditionibus casualib⁹ in cõtractibus.vt in l.potior.& in l.qui balneũ.ff.q po.in pig. ha.quia tũc prodest ad victoriã & sic potest intelligi gl.in d.l. non põt.circa med.secus si istud ius non traheret̃ retro,vt in legatis conditionalib⁹.vt in l.post diem.in princi.§.fi.ff.quando dies leg.ce.quia tũc non prodest.& ita potest intelligi gl. in d. l.non põt.circa prin.Et subdit Ang.hanc esse suã nouã opi.sed tu dic ꝙ ista fuit opi.Gul.de cug.quã refert & sequit̃ Bald.in l. non quemadmodũ.ff.de iud.qui dicit,ꝙ si egi ad debitũ conditionale tanꝗ purũ,& pendente iudicio fuit purificata cõditio in contractibus,sequitur condẽnatio.ꝑ d.l.potior.secus in legatis.ꝑ l.quæ legata.ff.de re.iu.facit l.j.§.cum igitur.& §.fin.autem.C.de cad.tol.& istud etiam sensit Cy.in addi.sed Io.de Petrutijs de perusio in d.l.non põt. referendo solũ dictum Ang. dicit indistinctè tenendũ ꝙ ius superueniens ex causa de præterito prosit:siue trahat̃ retro,siue nõ vt patet in d.l.si rem.§.fi. a vbi solutio illa facta,& liberatio pignoris,non trahit̃ retro: sed vt ex tunc liberat̃ pignus ex causa de ꝑterito.& ita contingit in d.l.si mandauero.Nec glo.in d.l.non põt,sentit differentiã,quã facit Ang.sit ergo cõclusio ꝙ sufficit ꝙ ius superueniẽs superueniat ex causa de præterito.quod maximè ꝓcedit, si ius illud fingat̃ à iure retro quæsitũ,per tex.sing.in l.hæres quãdoꝗ.ff. de acqui.hære.per quẽ tex.sing.dicit Cy.in addi.ꝙ si procurator meus nomine suo interuenit ꝓ me in iudicio, proponẽdo libellũ contra debitorẽ hæreditariũ:& debitor excipit contra procuratorẽ.ꝙ nõ debet audiri.cùm non adiuerim hæreditatẽ: & ego hoc sciens compareo in processu causæ & hæreditatis: adeò si pars aduersa dicit ꝓcuratori meo,amisisti instãte proponas nouũ libellũ.an bene dicat doc. dicũt ꝙ non tenet̃ offerre nouũ libellũ.vt d.l.hæres.cùm aditio hæreditatis trahatur retro ad tẽpus mortis.quia istud ius fingit̃ retro quæsitũ. vel nõ dicitur ius denuo superuenire:sed quædã declaratio.& ideò nõ est opus noua instantia.per d.l.non põt.Et hoc probat̃ in d.l.si rem.§.fi.& in l.si nõ mortis.§.fi.ff.de inof.test.Et hæc fuit singularis no.Cy.in addi.ad d.l.hęres.qui dicit hanc q.habuisse de facto.Et refert & sequit̃ Bal.in d.l.hæres.& Io.de Imo. & etiã Lud.pon.¶Subdit tamen Põtanus ꝙ exemplũ non est bonũ quia eo ipso ꝙ exigo debitores hæreditarios,videor adire hereditatẽ.vt traditur in l.pro hærede.ff.de acqui.hære.¶Sed Põtanus dicit verũ in terminis suis:quando qs ꝑ se exigeret debitores hæreditarios:vel cõstitueret procuratorẽ ad exigendum debitũ hæreditariũ.Sed Cy.& Bal.nõ sic figurãt exemplũ: sed debet figurari qñ esset cõstitutus ꝓcurator generaliter ad exigendũ à quibuscũꝗ debitoribus.Et vide quod dicã j.in fi.isti⁹ x.q.de mãdato superueniẽte.¶A.B.Et ad prædicta vide.d.Io. de Imo.in l.si filius qui patri.ff.de vulga.& pupil.vbi dicit per illum tex.determinasse.q.ꝙ cum filius minor egisset ad pensio b nem domus locatæ per patrẽ,cum authoritate curatoris:& demum post lit.cõte.minor adiuit hæreditatẽ paternã ex forma statuti seruata:& reuocaretur iudiciũ,nunquid posset sequi cõdemnatio:& diceretur ꝙ non ex quo tpe lit.contest.non fuerat adita legitimè secũdùm formã statuti per l.non põt & l.quẽ admodum.ff.de iud.cõtrariũ respondeo in q. facti. & sic dicit̃ se obtinuisse.quia tali filio videt̃ potius obuenisse exercitiũ iuris,& facultas exercendi actis ꝗ ipsa actio:quæ de mero iure erat sibi iuncta ex dispositione iuris cõmunis.ar.l.fin.aũt.§. possidere.& quod ibi no.ff.de rei ven.& quod no.per glo.& doc. in d.l.non põt.& quia licet hoc superueniat ius de nouo:tamẽ superuenit ex causa de præterito.ergo debet sufficere saltem si superuenit ante conclusionem in causa.per id quod habetur in d.l.si rem.§.fina.ff.de pign.act.& per not.per Barto.in l. si autem.§.eadem.ad fi.ff.de except.rei iudi.Et quia etiam superuenit causa quæ trahitur retro.d.l.hæres quandoꝗ.ff.de acquirẽ. hæredi.iuncto.d.§.eadem secundùm Io.de Imo.d.l.si filius qui

b patri.ver.item no.quod hic videtur Ma.Aduerte[b] tamen,quia prædicta conclusio procedit nisi talis superuenientia iuris causata ab aditione, peruenerit coram delegato : quia tunc nunꝗ superuenientia iuris ex causa de præterito habet validare ius coram delegato.vt eleganter dicit Bald. in l.præscriptione.C. si contra ius vel vti.publi.allegando ad hoc.c.fina. suprà de rescrip.& sequitur Pontanus in d.l.hæres quandoꝗ. vbi dicit, quòd casus prædictus fuit de facto in ciuitate Bononiensi. &

a ¶Dominiũ superueniẽs ex causa de præterito,iuuat. & ita intelligitur tex. in l.si rem alienam §.fi.vbi post Bart. no.pau.ff.de pign. act.& facit no. per Alex.in consi.j.lib. v.circa,xj.col.vers. non ob. quod dominus dur.

b ¶Coram delegato non potest obtineri sententia,quãdo post lit.contest.superuenit ius:etiam ex causa de præterito.vide Iaso.in §.j. xiiij.colũ.de act.& quæ no.in l.si titius post Roma.ibidẽ ff.de verb.obliga.

qđ quidã ſubtiliſsimus Doctor dicebat contra præfatum dñm fore caſum in d.c. Abbate. Sed ponta.rñdebat illud c.loqui in delegato Papæ:qa cẽſetur maior quolibet ordinario. ſ. de offi. delega.c.ſanè.& de eo cenſendum eſtvt de quolibet ordinario. Sed queſtio noſtra loquiť de delegato ab ĩferiore. vnde c.illud non facit ad propoſitum.allegat etia mponta.ad corroborationem dictum Bal.in lege,de his.ff.de arbi.vbi in arbitro diſponitur quod Bald.vult in delegato.ſed prædicta opi.& reſponſio Pontani nõ placet mihi:quia eſt contra tex.in c.fin.ſ. de reſcri. per quem mouetur Bal.qui tex.loquiť etiam in delegato principis.& ideò dictum Bal.videtur eſſe ſatis ambiguũ,maximè: quia ratio q̃ mouit diſpoſitionẽ.d.c.fin.fuit:quia ad futuras cõtrouerſias non debent trahi literæ : ſi illæ nondum fuerant ex ortæ tempore impetrationis.& pari ratione idem etiam dicitur in d.l.non poteſt.qđ libellus ſeu iudicium non debet trahi ad futuram obligationem,vt ſ.dictum fuit.& tamen ſufficit ius de nouo ſuperuenire ſi eſt ex cauſa de præterito ſicut dictum eſt. Si quis tamẽ vellet defenſare dictũ Bald.poſſet reſpondere ad d.c.Abbate.quòd ſententia ibi potius videť eſſe lata à ſummo Põtificæ,quã ab ipſo delegato,per ea q̃ dicit ibi tex.ĩ fin.Nihil deficit.Aduerte tñ,qa ille tex.nõ loquiť in iure ſuperueniẽte ex cã de præterito,ſed etiam ĩ iure de nouo ſimpliciter ſuperueniente.cogitabis:quia ex tempore venerunt in mente. vnde ille text.videtur contradicere c.fin.ſ.de reſcrip. inquantum ſimpliciter intelligeretur de delegato: vel ſaltem deberemus dicere, quòd limitet c.fi.vel qđ non loquatur in reſcripto:ſed in commiſsione facta viuæ vocis oraculo.vel quòd c.fi.loquatur quãdo quis omnino vellet agere vigore reſcripti ex cã,quæ omnino ſuperuenit de nouo poſt reſcriptũ.ſecus ſi ageret ex obligatione:vel ex dñio,tanq̃ orta,ſeu orto ex ſubſiſtenti ante reſcriptum.ſed pendente iudicio ſuperuenit nouum ius:& maximè ſi habet cãm de præterito.¶Secundò limitatur id ad qđ dixi,quando ius fingit retro in hæreditate adita:ſi modo ſit hæreditas debita ex poteſtate iuris.Secus ſi ex priuilegio teſtatoris, qui cùm hæredem habere non poſſet:ſibi ex priuilegio conceſſum eſt,quòd hæredem habeat:quia iſta hoc caſu non propriè, ſed fictè dicitur hęreditas,adeo quod licet aliàs contra hęreditatem iacentem continuetur pręſcriptio,vt in l.ſi ſeruus hęreditarius.ff.de ſtipu.ſeruo.tamen contra hanc non continuabitur.Et ad hoc allegat Ang.& Ioã.de Imo.tex.quem dicit mirabilem in l.ſi ſeruus cõis Meuij.ff.de ſtipu.ſer.tali enim caſu,ne concurrant duę fictiones,non procedit concluſio pręd icta,de aditione eſſent duæ fictiones.Prima:ꝙ hæreditatis aditio traheretur retro:quæ eſt fictio.vt d.l.hæres quandoq̃.Sčda,de hęreditate ex priuilegio.dicit tamen põtanus ſup illis duabus limitationibus cogitandum eſſe.¶Tertiò limitari poteſt id ad qđ dixi de iure ſuperueniẽti ex cauſa de pręterito.quod procedit, ſi modo ius ſuperuenit ex cauſa de p̃terito eo modo, quo eſt intentatum.Secus ſi ſuperuenit ex iure de præterito, alio modo,quàm ſit intentatum.ſeu quando ſuperuenit aliud ius, quã intentatum: vt puta, formata inquiſione de vulnere, ſecuta eſt mors pendente iudicio:quia non poteſt fieri condemnatio dę morte ex eadem inſtantia, ſecundùm Angel.& Bald.in l.non quemadmodum.ff.de iu.vide quæ dixi ad hoc in.c.qualiter.el ij.j.de accu.in ix.princip.arti.q.lvj.in.xj.arti.q.lxiij.& in.xiij. articu.q.ix.Et ex pręd ictis infertur ſingulariter,quod cùm non ſufficiat regulariter ius ſperueniſſe, pedente iudicio :debet eſſe cautus actor vt doceat de tempore,ꝙ ſibi ſuperuenit ius,vel cã: maximè ſi cã remota[a] fuit exp̃ſſa.cũ em̃ nõ ſit ꝓbata illa cã puta,venditio,vel ſimilis certis loco & tempore facta.Et ſic ſit dubium,an ante lit. conteſta.vel poſt fuerit facta: actor ſuccumberet.vt not.glo.in verbo,cenſetur.in c.Abbatè.de re iudi.lib.vj. & ſeq.Doc.tenet Bar.in l.& an eadẽ.§.actiões.ff.de except.rei iudi.& ſecundũ hoc pñt regulari plura ex his, q̃ ſuperius dicta ſunt.Aduertendum tamen arbitror circa pręd icta,ꝙ vbicunq̃ ex iure ſuperuenienti poteſt ſequi ſententia in fauorem actoris,maximè ſecundùm terminos c.Abbate.quòd actor vſq̃ ad illud tempus quo ius ſuperuenit,debet condemnari in expenſis,licet debet obtinere:qa vſq̃ ad illud tempus ipſe videtur temerè litigaſſe:& reus miſtè litigaſſe.qđ eſt ſingulare & nouũ. ſed non eſt materia noſtra, vide qđ latius dixi in c.calumniã.j. de pœ.in.v.prin.arti.Et hęc ſufficiant de primo mẽbro,quando petitur aliquid principaliter.

¶Circa ſcđm membrũ principale iſtius meæ diſtinctionis,qñ aliquid petitur vt acceſſoriũ, dicꝙ aut iſtud acceſſoriũ venit ex natura actionis intentatę:aut extra naturam. ſi ex natura, quales ſunt fructus & acceſsiões,vel vſuræ olim de iure ciuili ex cõtractu done fidei.& hoc caſu,tale ius ſupueniens prodeſt actori: ſiue ſupueniat ante lit.cõteſt.ſiue poſt:vt l.ædiles.§.item ſciendum.ff.de ædil.edic.facit quod.ſ.dixi in.v.prin.q.iſtius arti.in iiij.membro.¶Secundo caſu,quando veniunt extra naturam actionis,& ſic principaliter:tale ius ſuperueniẽs non prodeſt: ſed opus eſt noua inſtãtia:quia veniũt principaliter.vt l. nõ ſolum.de rei vend.& l.ſi mulier.ff.de leg.iij.& hæc procedunt in iure ſuperueniente de nouo reſpectu rei petitæ,ſeu iuris deducti in iudicium.ſed reſpectu mandati[b] puta,quia agebat quis alieno nomine ſine mandato:demum ſuperuenit mandatũ: tale ius prodeſt:vt eſt caſus ſing.ſecundùm Ang.in l.Iulianus.ff. qui ſatiſd.cog.licet enim mandatum ſui natura non ſoleat trahi ad præterita.vt l.ſi verò non remunerandi.§.ſi poſt creditam.ff.manda.tamen aliqñ propter connexitatẽ futurorũ trahitur d.l.iulianus. Sed in §.poſt creditam. futura & præterita poſſunt diuerſo modo conſiderari,ſecundùm Ang. Nos tamẽ ad maiorem cautelam practicamus ꝙ principalis ante omnia ratificando acta & geſta per illum conſtituit ipſum procuratorem.Prædicta tamen ratificatio & conſtitutio nõ prodeſſet in terminis.l.bonorum.ff.rem ra.ha.aut ſimilibus. & ſecũdùm ea quæ traduntur per Ioan.Andr.in c.cũ ſit.& in c.vt circa. de elec.lib.vj.& in regula,rati.de reg.iur.lib.vj.Et ex his Deo duce eſt expedita hæc difficilis materia.x.q.prin.de cauſa.

¶A.B.Et aduerte in hac materia iuris ſuperuenientis,quando actus eſt in pendenti, ius ſuperueniens produxit effectus.l.ſi minor ff.de ſeru.expor.facit ff.de excuſ.tu.l.non ſolùm. §.ſi libertus.& ff.de teſta.tute.l.quęro.§.fi.ff.de verb.ob.l.exiſtimo. ff.de li.agno.l.iij.§.quia plaucianus.& ff.qui po. in pig.hab.l. potior.& l.qui balneum.ſecus ſi actus nõ eſt in pendenti: quia ante factum aliquid requiritur ad validitatem:propter cui9 defectum actus non valet:quia licet illud poſtea ſuperueniat, nihil operatur.vt ætas,vel idoneitas in electo,vel prouiſo.facit de ele.c.dudum.de reſcri.c.ſi eo tempore.lib.vj.ff.de excuſa. tu.l. ij.§.conſequens.& l.tutor petitus.j.§.oportet.& l.j.ff. de reg. cato.& regula,quod ab initio.cum ſua materia.de regu.iur.lib. vj.Ma.

61 ¶†Vndecimò principaliter quæro circa hunc xij.prin.ar.vtrũ & in libello ſit exprimenda actio.& quid iuris ſi non exprimatur, videatur intentata:maximè ſi plures competunt.Solu.pro ipſius art.clariori doctrina præmitto ꝙ actio eſt ius proſequẽdi in iudicio quod ſibi debetur.inſti.de act.in princi. quia non poteſt quis agere.niſi ſibi competat actio:vel aliud,quod ſit loco actionis,vt in c.j.& ij.ſ.de offi.iud.vñ quotidie dicim9 ꝙ ſine actione nemo experiť.vt in l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego.geſto.& in c.examinata.ſ.de iudic.Et hoc indubitatum eſt de iure ciuili:ſed de iure canonico,videtur quòd non ſit neceſſarium actionem exprimere:ſed ſufficere factum,ex quo æquitas naturalis dictet ius competere:licet certa actio pro illo iure non ſit prodita.vt in c.j.ſ.de pac.& in c.nouit.ſ. de iud. Et ibi Inno.xxij.q.v.c.iuramẽti.imò de iure canonico ſufficit factum proponi,ex quo iudex moueatur, vel moueri debeat: licet implorans officium iudicis ſit priuatus iure agendi per pactum, vel iuramentum.& hoc in materia peccati.hinc eſt quòd ſi iuraui non repetere vſuras,poſſum denunciare iudici vt compellat illum deſiſtere à peccato.nihil tamen directè poſſum petere,vt dixi in d.c.nouit.vnde licet quis ſit priuatus iure agendi per pactum vel iuramentum:non tamen intelligitur priuatus de iure canonico facultate denunciandi,vt d.c.j.& quod not. in c.ad noſtram.el ij.& in c.quemadmodum.infrà de iureiurã. dixi in d.c.nouit. His ergo præmiſsis, quò ad primum, vtrum actio ſit exprimenda in libello,tex.in c. dilecti. ſuprà de iudic. concludit quòd non.ſed tu diſtingue poſt Domi.me.& Doct. ibi,plurimis additis.quòd aut capimus actionem pro quadam antiqua ſolennitate & formula verborum,in qua qui cadebat à ſyllaba,cadebat a toto:& non eſt neceſſe hodie talem formam ſeu ſolennitatem obſeruare.nec de iure canonico,nec de iure ciuili.in lege vnica.C.de formulis.aut ſumimus actionem propriè pro iure agendi,prout eſt quoddam ius proſequendi in iudicio,quod ſibi debetur.& iſtud ius cùm ſit incorporale, non poteſt exprimi,vt not.in l.edita.C.de eden.ſed neceſſe eſt exprimere ipſum factum,ex quo concludatur ipſum ius agendi. vt in c.ſeq.aut accipimus actionem pro ipſo libello bene concepto.de quo in ti.noſtro.Et an talis libellus poſsit remitti,latè dixi,ſuprà in c.j.v.prin.arti.aut ſumitur libellus pro cauſa,vt dicit gloſſa in d.c.dilecti.& de hoc ſatis dictum eſt in q. præcedendi.aut capitur actio pro nomine ipſius iuris agendi : vt eſt rei vendicatio publiciana,pignoratia,certi condictio, actio ex empto,vendito,furti,& ſimiles.& iſta eſt propria materia noſtra : in qua tam de iure canoni.quam ciuili,duæ ſunt opiniones.Nam de iure canoni.quidam tenent indiſtincte actionem non eſſe de neceſsitate exprimendã in libello.hoc tenet Inno. in d.

a ¶Qñ p̃ponit in libello cã remota,vide Barto.in l.& an eadẽ.§. actione.fi. col.ff.de excep.rei iu.& Bal.ĩ l.j.ĩ.iiij. col.C.ſi plures vna ſentẽ.Bar.ĩ l.nõ ſolũ.§.ſed reprobari ff.de no.oper.nun.

b ¶Si mãdatũ ſuperueniat poſt iudiciũ ineptum, an geſta prius valident.tex. eſt ſin.ſcđm Ang. in l.iuli.ꝙ ſic. & ibi Bal.Pau.et moder. ff.qui ſatiſd.cog.& Ang.in l licet.de iudi.Io.And.in ti. de procu.§.j.verſi.ſed quid ſi procuratorium. vbi limitat vt ibi per eum.

in d.c.dilecti.alij, vt Lau.volunt, quòd vbi possunt plures actiones oriri ex facto narrato, debet exprimi nomen actionis. Et istud etiam voluit glo.viij.di.c.quo iure.quod etiã sentit Host. in d.c.dilecti.dicens, ꝙ regulariter, secundùm canones, sufficit exprimere factum: nisi iudex ex causa rationabili videat reum decipi posse: si vltra non exprimatur: quia tunc iudex supplebit.vt ff.de offi.assesso.l.j.quia videmus etiam ꝙ propter prædictam causam permittit aduocatus respondere positionibus. vt in c.pastoralis.§.de iu.similiter etiam de iure ciuili sunt opiniones. Nam quidam tenent ꝙ actio sit semper exprimenda. vt refert Inno.in d.c.dilecti.moti per tex.insti.de attiliano tuto re.in prin.sed melius facit quod no.in l.j.C.de interdi. Et hanc opi.tenet glo.in d.l.j.ff.de eden. Et alleg.rationem, quia vtile est reo ꝙ exprimatur.quia forte actor proponet causam ineptã, & succumbet.sed vt dicit Do.m.ista non est bona ratio, tanꝗ deceptiua: quia non debemus alicui parere laqueum.j. de resti.
a spo.c.literas.sed communis opiñ.[a] est legistarum: in d.l. edita. C.de eden.quam etiam tenent ibi Pau.de ca.& mod.in l.j.ff.de eden.quam etiam tenẽt communiter Io. And.& doc. & quod etiam de iure ciuili, vt non sit necesse exprimere nomen actionis, sed satis sit ꝙ ex propositione, seu narratione facti, possit elici modus agendi, seu actio intentata.& hoc etiam tenet glo. notabilis viij.di.quo iure.& ij.q.vj.decreto. cum quib⁹ glossis transit etiam ibi Archi. Et eam etiam tenet glo.in auẽ. de exhi. & introdu.reis.in prin.colla.v.in glo.super verbo, libellũ. quæ dicit ꝙ de consuetudine seruatur, vt non exprimatur nomen actionis. Et idẽ etiã tenet Bar.in l.gallus.§.j.ff.de lib.& post.& probatur: quia cùm de iure ciuili sint opiñ.& de iure canonico tex.apertus in d.c.dilecti.etiam in foro Cæsaris, stamus iuri canonico, vt dixi in præce.q.& latius in c.j.j.de ope.no. nun.super glo.j. Et prædictas opi.& quasdam alias vide per Spe.in tit. de actio.& peti.in §.j.quasi per totum. Et ratio quare actio nõ sit exprimenda est, secũdùm Old.& Cy.& nonnullos legistas in d.l.edita.C.de eden.quia ideò actio videbatur exprimenda, vt appareret de modo agendi. Sed impossibile est ꝙ ex facto apertè narrato, & ex propositione & conclusione non appareat de modo agendi: & quæ actio proponatur, ergo &c. quia non interest, quid ex æquipollentibus fiat, maximè si vna sola actio competit.quo casu, ex sola propositione facti satis potest dici reus certificatus.arg.text.in l.ij.ff.de lib.& posth.& c.licet ex quadam.j.de test. Et hæc sufficiant quò ad primum membrum, vtrum actio sit exprimenda.

62 ¶†Circa.ij.memb.in quo venit examinandum, quæ actio venit intenta, quando plures ex eodem facto competunt actiões distingue tres casus.

¶Primus est, quando vna sola actio competit.

¶Secundus, quando plures.

¶Tertius, quando nulla.

¶Primò casu dic, quòd illa videtur intentata, quæ competit. vt statim dixi.

¶Secundò casu, quando plures competũt, distingue post Cy. in d.l.edita.& Doc.maximè Do.m.in d.c.dilecti.§.de iud. quibusdam additis ꝙ aut sunt plures competentes ad diuersa: & præsumitur intentata illa, quæ competit.ar.l.gallus.§.quidã recte.ff.de libe.& posthu.& quod not.in c.constitutus.j.de relig. do.aut sunt plures competentes ad idem: & tunc aut vna est generalis: & alia specialis: aut ambę generales: aut ambę speciales. Si vna est generalis, & alia specialis: tunc præsumitur intentata specialis.ar.l.hoc legatum ff.de lega.iij.tenet Barto.in l.j.ff.de eden.& Bald.in repe.de l.edita.ver.circa primum.dicens quòd
b actio specialis[b] intelligitur intentata: si ex materia speciali sit conclusum: & generalis, si ex materia generali.vt in l.certi condictio.ff.si cer.peta.& d.l.hoc legatum. Nam si dico ꝙ debetur mihi ex mortuo: inest certi condictio specialis.si autem dico ꝙ certum debes: tunc insurgit certi condictio generalis. Si verò ambæ sunt speciales: vt puta.actio legis aquiliæ: si damnum datum est in rebus ablatis.ff.ad l.aquiliam in l.si seruus seruum.§. iij.Item actio, vi bonorum rapto.furti.& vnde vi.ff.de vi & vi arma.in l.j.§.vtiꝗ.& etiã accusatio de vi publica, vel priua.C. de vi publi.vel priuata, per totum, vel pone exemplum in legato, pro quo competunt tres actiones: videlicet, actio ex testamento, rei vendicatio, & hypothecaria.vt in l.fi. C. communia de leg. Et hoc casu subdistingue ꝙ aut ex facto proposito potest vtraꝗ actio colligi: vel multiplex: & tunc, aut secundùm alteram aliquid est superfluè narratum: & secundùm aliam nihil est narratum superfluè: & illa videtur intentata, secundùm quã nulla est superfluitas.quia verba debent aliquid operari.exemplum in legato mihi facto, pro quo competũt mihi tres actiones, vt dixi per d.l.fi.& per not.in c.Ray.& c.Rayn.j. de testa. Pone ergo quòd in libello dixi quòd testator legauit mihi rem suam &c. hoc casu videor intentare rei vendicationem[f]: quia si diceremus intentatam actionem personalem ex testamento, esset superfluitas in illo verbo, suam. Nam testator etiam rem alienam legare potest.& personalis actio competit contra hæredem.insti.de leg.§.non solùm.& quod not.in c.filius.j.de testa.& verba debent aliquid operari, vt in c.si Papa. de priui.li. vj.& in l.si quando.C.de inof.test. Si verò secundùm vtranꝗ actionem esset superfluitas: tunc intentata videretur illa, per quam verba minus superfluerent, vt in exemplo proposito, mihi legatam rem testatoris. Nam si diceremus intentatam actionem ex testamento: tunc superfluit: quia non oportet allegare causam remotam ad rei vendicationem, vt s.dixi. Et sufficit dicere, quòd sum dominus: tamen minus superfluit: quia potest exprimi ad maiorem declarationem.& ideò ista præsumitur intentata.argu.d.c.si papa.& d.l.si quando.& ideò quidam a Doc.dicunt quòd libellus non põt formari concludens, quin statim possit sciri, quæ actio intentetur: quasi omnes actiones de modo habeant media distincta: & distincta iura confirmantia: quapropter non est necesse quòd actio in libello exprimatur. Et hoc verum, secũdùm eos, nisi in libello esset inserta clau
c sula[c] non astringens se ad probandum omnia & singula inserta &c.quia tunc non præsumeretur intentata illa actio, per quã nihil vel minus superflueret.sed illa, per quam ex leuiori probatione deberet sequi condemnatio.quod tamen limitat dom. Antoñ.in d.c.dilecti.si à principio opponeretur libello.aliàs si disputaretur ad materiam causæ: dicit quòd in dubio videtur deducta actio competens actori ex faciliori probatione. Et si vtraꝗ cõpetere posset, videtur intentata magis vtilis ad eã obtinendam.alleg.not.in c.quærente.§.de offic.ordi. & in l. sed si possessor.§.primo ff.de iureiuran.& per Bar.in l.inter stipulãtem.§.j.ff.de verbo.obliga.quod dictum non placet Domino meo in d.c. dilecti. quia si à princip.fuisset obiectum, nõ esset opus alia disputatione: sed staremus interpretationi actoris: vt in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.& in c.literæ.infrà de dila.dicam in c.seq.in xxxiij.articu. Vnde concludit quòd quã do vtraꝗ competere potest, & est cõsentanea probationi per eum factæ: debet fieri condemnatio in illa, quæ est minus præiudicialis reo: quia in cõdemnatione fauorabiliores sumus reis per regulam fauorabiliores.ff.de re.iu. Et quia iura sunt promptiora ad absoluendum, quàm ad condemnandum, vt in c.ex literis infrà de proba.& in c.inter dilectos.in fin.j.de fid.instr. Et ista fuit opin.Innocen.in c.secundo infrà de ord.cog. quam etiam secutus fuit Innocent.in c.secundo .de ordiñ.cog. quam etiam secutus fuit Hostien.& Ioan.Andre. Et Specu.eod.titu. §.iuxta versicul.sed cùm ex his.vbi subdit quòd fatuus est iudex, qui talem libellum recipit: nisi exprimatur actio vel causa petendi: talis ex qua certa intentio colligatur. receptus tamen tenet. vt in lege final.C.de annali exceptiõe vtrum autem, quando plures competunt actiones, teneatur quis alteram eligere, & quando, & qualiter, & quibus remedijs, dicam latius in c.seq.in xxix.prin.art.

¶Tertio casu prin.quando nulla actio competit, libellus non
d procedit: quia sine actione[d] nemo expeditur: vt suprà dixi, nisi actio per lit.contest.sit oriunda.C. de contrahen.stipu.in l. nuda.secundùm Bald.in d.repe.l. edita. ver. circa prin. & intelligo etiam, secundùm ea quæ dixi de causa superueniente in x. q.prin.ver.x.quæro.

¶Circa secundum, quid iuris si exprimitur actio inepta. exemplum, peto à te fundum, qui iure dominij ad me pertinet &c. & ago ex locato.vtrum procedat iste libellus? Solu.videtur dicendum quòd sic, si causa fuit apta: quia cõsluit & parit aptam actionem: licet actio expressa fuit ineptè intentata; secundùm Innocent.in c.examinata.suprà de iudi.nihil tamen alleg. Hostien. reprobat per illum textum. sed parum facit: quia loquitur non solùm quando actio erat inepta: sed etiam intentio. vt ibi dixi circa intellectum illius c.Sed de hoc argu. licet Docto. ibi trẽtent: tamen ibi ego me remisi ad hic dicenda. Specul.& Ioan. Andre.in addic.tit.de act.& peti.§.sequitur.versicu. hoc quoꝗ.& Ioan.Cald.in d.c.examinata.tenent dictum Innocẽ. quia ex quo constat de causa agendi, expressio actionis est superflua.vnde illa inutilis expressio non debet vitiare id, quod vtiliter est expressum, per regulam, vtile. de regul.iur.libro vj. Et idem tenet Bartol.in lege prima ff.de eden.mouetur, quia si non esset expressum nomen actionis, iudicium procederet. vt dixi in præce.quæstio. Idem si expressit, sed ineptè, argumen. lege prima circa principium.C.de rei vxo act.A.B.

¶Et etiam sentit Salice.in lege per diuersas.C.mandati. quæstione.xv.vbi dicit, quòd non est necessarium, vel superuacuum depositis.in lib.non vitiat libellum, per l.ampliorem.§. in refutatorijs. C. de appellatio. ad quod vide quod latius dixi

¶Communis opi. non solùm legistarum, sed & canonistarum, nomẽ actionis non sit in libello exprimendum. vt dicit Iaso.& alij in d.l.j.in princi.de eden.& Phi.Deci. in c.dilecti. de iud.

b ¶Quando ex eodem facto duæ oriri possunt actiões, vna specialis, alia generalis: tunc specialis videtur intentatã, vt dicit Barto. in l.j.in fi.princi.de eden.quod limitãdum est, quãdo specialis est pœnalis. ita Alexan.in l.gallus.§.seius.ff.de libe.& posthu.Dec. in d.c.dilecti.

c ¶De clausula, non astringens &c.vide Alexã.in consi.lxj. libro ij.

d ¶Sine actione nemo experitur.vide tu no.Iaso.in l.si titius.ff.de verb.obl. vbi plurifariã hæc regu.limitatur.

ij,de cauſ,poſ.& proprie.ſuper Rub.tra.ij.art.v.in fi.Ma. Nec
ob,ſecundùm Bar.l.j,ff.ſi menſ.fal.mo.dixe.vbi videtur proba
ri contrarium : quia ibi non ſolùm fuit actio inepta:ſed etiam
cauſa.& alleg.glo.ibi ſuper verbo,ex locato.quæ dicit actione
locati,& eius cauſa expreſſa.quaſi velit dicere ꝙ non ſolùm ibi
expreſsit ineptam actionem: videlicet actionem locati, quæ il
lo caſu non competebat, ſed etiam cauſam ineptam ad actio-
nem expreſſam, vt quia dixi, quia locaui.cùm in caſu illius.l.nõ
cadat locatio.Dicit tamen Io.Cal.quòd ſi ab initio opponere
tur quòd ipſius intentio eſſet inepta:non deberet audiri. quod
etiam videtur tenere Cyn. in l.j.aliàs ſecunda.C.vt quæ deſunt
aduo.Sed Ioan.de lig.nititur prædictas opi.ad concordiam re
ducere.diſtinguit enim quòd aut cauſa comprehenditur in ſo-
la narratione,& non in concluſionẽ,vt ſi dico:quia ſum domi-
nus fundi,peto te compelli ad ipſum relaxandũ:& hoc,actio-
ne ex locato:& tunc non poteſt ferri ſententia;quia non repe-
ritur apta concluſio.aut cauſa non ſolùm reperitur expreſſa in
narratione,ſed etiam in concluſione,vt ſi dico,quare peto te cõ
pelli ad relaxandum,quia ſum dominus:& hoc,actione ex lo-
cato;& tunc poteſt pronunciari: quia concluſio eſt apta:licet
illa adiectio expreſsionis rationis ſit inutilis.do. Anto. potius
videtur in hoc arti.dubitare,quàm pedes firmare in d.c. exami
nata.ſed potius videtur ſequi opi. Hoſti.tamen propter dictũ
Cyn.in l.ij.C.loca.vbi dicit quòd ſi locator narrat ꝙ locaui,ſeu
quia locauit,& petit ex conducto : non eſt pro eo ſententian-
dum. Item:quia alias ſuperflua fuiſſet inuentio actionis. cõtra
l.ij.deinde ex his.ff.de orig.iur.vnde videtur concludere ꝙ illa
actio videtur intentata,ex qua agitur:ſiue ſit expreſsè,ſiue taci
tè collecta,licet actor expreſſerit cauſam aptam,ex qua potuiſ
ſet apta actio colligi tacitè:tamen ex quo actionem expreſsit,
videtur excluſiſſe tacitam , quæ eliciebatur ex cauſa expreſſa.
arg.l.fi.C.de dotis promiſ.& in l.ſi cùm dotem.ff.ſol.ma.& in
cle.conſtitutionem.de ele.Sed Do.m.in d.c.examinata.dicit ꝙ
de rigore iuris procedit hæc opi.contraria,& maximè per tex.
qui ſemper viſus fuit ſibi multum ſtringere,in l.j.§.fi.ff. ſi mẽſ.
falſ.mod.dixe.non cauillando literam,quicquid dicat Barto.in
d.l.ij.ff.de eden.Nam tex.in d.§.fin.dicit ꝙ ſi ex locato & con
ducto fuit actum,non tenet etiam intentio.& ſic nihil dicit de
expreſsione cauſæ:imò potius innuit oppoſitum:& videtur in
a clinare ꝙ ex ineptitudine[a] actionis inficitur intentio. Et hoc
etiam ſentit ibi glo.quæ dicit ꝙ ibi propter actionem ineptã
vitiatur ibi intentio,& ſic etiam tranſit ibi Bald. & etiam Bart.
licet aliud ſenſerit in d.l.j.Fatetur tamen Do.m.ꝙ de æquitate
procederet contraria opinio:quia ex quodam errrore videtur
expreſſa illa inutilis actio:& potius debet inſpici quod in veri
tate agitur,quàm quod per errorem exprimitur.per tex.in l.il
licitas.§.veritas.ff.de offi.præſi.vbi tex.dicit ꝙ veritas rerum
erroribus geſtarum non vitiatur.& ideò præſes prouinciæ id
ſequatur,quod conuenit eum ex fide eorum quæ probantᷣ &c.
facit etiam.viij.di.c.veritatis & ff.de iud.omn.iud.in l.ſi quis p
errorem.cùm ergo ex cauſæ expreſsione,& ſequentibus pro-
bationibus manifeſtè conſtet de iure actoris, & apta ac bona
ipſius intentione:non debet error actionis impedire veritatẽ,
& iuris executionem:ex quo non inducit æquiuocationem &
alterationem intentionis:maximè probatione ſequuta.Et per
hoc tollitur fundamentum do. Anto. quia non videtur actor
reſtringere cauſam ad actionem expreſſam:cùm contrariũ ap
pareat ex probationibus poſtea factis.quæ ſola proportionã
tur cauſæ . & non inutili actioni. Nam ex qualitate probatio-
num iudicamus de intentione agentis.vt not.Inno. in c. cæte-
rum.s̃.de iudi.& in c.ij.j.de ord.cog.Nec ob.ꝙ quis agat me-
diante actione,non ex cauſa;quia dici poteſt ꝙ intelligitur age
re ex illa actione,quæ tacitè oritur ex cauſa narrata.& illi con-
uenit,ſecundùm iuris diſpoſitionem:& non ex inutili actione
expreſſa,facit:quia ex inutili prouiſione hominis non excludi
tur prouiſio hominis de iure communi.vt no.in l.ij.C.de iure
emphy.& per Cyn.in l.fi.C.de pact.conuen.facit etiam , quia
materia libelli eſt valde latè interpretanda in fauorem actoris,
vt latius dicam in c.ſeq.art.xxxiij.ita vt ſemper ferenda ſit ſen
tentia,ſi materia ſit proportionabilis:licet impropriè.vt no.in
Spe.in tit.de act.& pe.§.hoc quocꝫ notandũ.in prin.& quod
not.per Hoſt.in c.conquerente.de offi.or.& per Bar.in l.ſi ma
ter.ff.de excep.rei iudi.Et prędictam ſententiã tenet moder.in
l.edita.C.de eden.& ibi Paul.de ca. qui dicit ꝙ inepta actio ſu-
perfluo expreſſa vitiatur,& non vitiat,per l.quæ extrinſecus.
ff.de verb.ob.& idem etiam tenent mod.in d.l.j.ff.de eden.per
no.per glo.ſingularem.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.per quam etiam
opinionem ego allego quod not.in l.pediculis. §.labeo.ff. de
aur.& argẽ.le.& quod not.Bal.in l.j.§.quibus.ff. quod cuiuſcꝫ
vniuer.& quod no.in c.bonæ.el ij.s̃.de elect.in quibus colligitᷣ

ꝙ quando de neceſsitate aliquid non eſt exprimẽdum, ſi illud
exprimitur & ineptè,non nocet. Aduerte tamen:quia bal.in d.
repe.l.edita.verſi.circa primum. diſtinguit ꝙ aut actio propo
ſita eſt difformis,vt ſi agrimeſſor vel argentarius dicatur ſpon-
te ſuſcepiſſe mandatũ:& propterea conuenitur actione man-
dati:non procedit libellus.vt l.quædã.in prin.ff.de eden.& l.j.
§.j.ff.ſi menſ.fal.mo.dixe.quia neceſsitas officij eſt cõtradicto
ria actione mandati : & ideò hæc repugnantia facit libel. ine-
ptum.pro quo facit.l.ſi pupillus.§.pe.ff.de inſtito.& l.boue.§.
ſub conditione.ff.de ædi.edic.ſecus ſi actio ſit impertinens, ſed
non reſiſtens:quia tunc vitiatur,& non vitiat.alleg.no.per In-
noc.in d.c.examinata.quæ diſtinctio in ſe vera eſt.idem tamen
Bal.in l.iij.C.de edic.diui Adri.tol.in primo contrario dicit ꝙ
ſi pro certo actio eſſet inepta,de iure ciuili libellus non proce-
deret.ſecus de ęquitate canonica.Ego arbitror dicendũ ꝙ ſi nar
ratio eſſet apta,& concluſio cõcordaret cum narratione: & ex
tali concluſione & narratione appareret ꝙ tacita reſultaret vna
actio:& alia eſſet expreſſa:& ſic ineptè ꝙ talis inepta actio nõ
obeſſet.& idem,ſi concluſio cõcordaret cum actione,licet nar
ratio diſcordaret,attenderetur actio & concluſio.facit quod di
cam in xij.q.prin. Arbitror etiam ꝙ ſi narratio concordaret cũ
actione,ſi concluſio eſſet inepta:licet potius videatur attendẽ-
da concluſio , ꝗ narratio: tamen ex quo actio concordat cum
narratione,potius attendi debet narratio & actio,ꝗ ipſa con-
cluſio.tum quia duo vincula vincunt vnum : tum quia ex ipſa
etiam actione quæ eſt ius proſequendi in iudicio, vt dixi,ſequi
tur & in ipſa concluſio voluntatis ſuæ. Sed ſi ſola narratio vel
cauſa allegaretur: & concluſio contraria ſubijceretur ſola ſine
actione: videretur potius attendenda concluſio,per ea quæ di-
cam in d.xij.q.& ſimiliter idem videretur dicendum , ſi narra-
tio non conueniret actioni,& in libello non eſſet expreſſa alia
concluſio:ſed ſolùm nomen actionis:quia tunc non videretur
procedere,vel ſolùm attenderetur nomen actionis,in quo cõ-
cluſio contineretur.Et prædicta maximè procedunt , quando
probationes poſtea factæ conuenirent intententioni aptæ:vel
concluſioni & actioni aptæ.ſed tñ ad dubitationes tollendas,
ego ſum ſolitus in fine libelli ſubijcere hanc clauſulã:Et prædi-
cta omnia & ſingula narrat,petit,concludit,& agit cõiunctim
ſingulariter,& diuiſim:copulatiuè,alternatiuè, & ſubdiſiuncti
uè:omni meliori modo &c.petens in prædictis non ſolùm vt
narrantur:ſed etiã vt petuntur.& non ſolùm vt petuntur , ſed
etiam vt narrantᷣ.& vt rei veritas eſt, vt ex probationibus ap-
b parebit fauorabiliter ſibi iuſtitiã[b] miniſtrari.vide etiã ad prę-
dicta quæ tradit Spe.in tit.de actionibus & peti.§.ſequitᷣ verſ.
illud quocꝫ.qui dicit ꝙ agẽs debet animaduertere,ne ꝓponat
actionẽ nimium generalẽ,vel confuſam,ſeu ambiguã:& cauſæ
certitudinẽ non continentem:vel incompetentẽ, quia eſſet re-
pellendus,vt ſi proponat actionem finium regundorũ pro co
dice: vel ſi per actionem furti velit rem vẽdicare:& ſic de ſimi-
libus.ff.de eden.l.j.ff.de iu.fiſ.in l.ita fidei.C. de annali except.
in l.fi.ff.ſi menſ.fal.mo.dix.in l.j.j.reſpõſo.ff.de euic.l.minor. §.
ſi ſeruus.& in authen.de litig.§.ad excludendas.& idem tenuit
Vber.de bonaguida,quod vltimum facit pro primo membro
Bald.de quo ſtatim dixi s̃.Et aduerte circa prædicta,quia ſi cõ
petit actio,& imploratur officiũ iudicis : non vitiatur libellus,
licet ex officio iudicis petatur illud quod veniebat ſecũdùm na
turam actionis.tex.eſt notabilis in c.ex literis.j. de pig. & hoc
not.do,Ant.& Ioan.de Imo.quod eſt contra aliquos legiſtas
tenentes contrarium:quaſi libellus ſibiipſi videatur inuicẽ con
tradicere:cùm iudicis officium non præſupponat obligationẽ
& per conſequens nec actionem, vt l. quintus.ff. de annu.leg.
& in l.qui per colluſionem.ff.de act.emp.ſed tamen libellꝰ ſal
uatur :quia intelligitur imploraſſe officium iudi.deſeruiens illi
actioni.facit quod le.& not.in l.iiij.C. depoſiti.& quod ibi no.
glo.ſecũdùm Ioan.de Imo.& mihi placet,per ea quæ ſuperiꝰ
dicta ſunt de expreſsione actionis ineptæ. Vlterius quæro cir-
ca prædicta , quid iuris ſi actio non eſt expreſſa : & ex forma
narrandi vel concludendi poteſt colligi actio vtilis & directa:
& quid ſi exprimitur : & non apparet , an ſit vtilis & directa.
vtrum actor teneatur exprimere,an agat vtili vel directa. & vi
detur dicendum quòd ſic:ne actionum turbentur officia.C.de
teſt.in l.conſulta.quia diuerſi ſunt effectus.Nam per talẽ quæ
ritur vtilis,per quẽ directa quæri non poſſet.ff.ſol.ma.in l. ca-
ius.& ff.ad exhibendũ.in l.ſi res.& de procu.in l.in cauſæ. §. fi.
Et tali datur vtilis,cui nõ daretur directa.C.de hær.vel act.vẽd.
in l.emptor.& l.poſtꝗ.& C.de act.et ob.l.ij.Et in talem datur
vtilis,in quem non daretur directa.ff. de actio.empt.in l. Iulia-
nus.§.ſi procuratori.& ff.commodati.l.ſed mihi.primo reſpon
ſo.Et pro tali redatur vna,pro quo altera nõ daretur.C.de do.
inter vi.& vxor.l.maritus.ff.de dona.cauſa mort.l. qui mortis.
ff.de

a ¶Quod ineptitudi
ne libelli inficiatur
intentio, vide doc.
poſt Abb,in c.exa
minata. de iudi. &
adde ꝙ de tali ine-
ptitudine poteſt in
quacunꝗ parte iu
dicij opponi : vt p
Roma.in conſi, xc,

b ¶De iſta clauſula,
& in ſingulis petit
ſibi ius & iuſtitiam
miniſtrari, vide la-
tiſsimè per Iaſo.in
l.petens.in ij. colũ.
C.de pact. vbi po-
nit tres notabiles
effectus huius clau
ſulæ & facit quod
idem dicit in pul-
chra.q. de qua latè
in l.cauſas vel lites.
in ij.col.C. de tranſ
actio.

ff.de superfi.l.j.§.quod ait.Ita,quia vna quandoq; datur ex mẽte,& alia ex verbis.ff.de seruo cor.in l.vt tantum.§.j. & ff.ad l. aquil.in l.qui occidit.§.si quis.ff.si quadrup.pau.fecisse dicatur in l.pe.& ff.de peti. hæredi.in l. nec vllam §.si quis. Item sæpe vna præfertur alteri.ff.de procu.in l.procuratorẽ.& ff. de pact. l.si cum emptorem.Item,quia vtilis proprio,directa verò cedẽtis nomine proponitur.ff.de dona.inter vi.& vxo.in l.cùm vir vxori.& C.si cert.pet.in l.si absentis.Item,quia vtilis intentatur sine cessione,directa non:quia ossibus inhæret. ff. de transf. l.si.& ff.de pec.l.quos ergo.Item,vtilis competit ei , qui habet vtile dominium:directa habenti directum.ff. quod met. causa. in l.metum.§.volenti.Et sic videtur quòd debeat eligere vel declarare , an agat vtili vel directa.In contrarium tamen facit. C. de na.lib.l.legem.& ff.quib.mod.pigno.vel hip.sol.in l. si cum §.si debitor.& ff.de appella.l.ij.& instit. de fideicommiss.§. sed quare.Item,quia videtur sufficere causam proponi,vt l.fin. C. de edi.diui Adri.tollen.Solu.dicit Specu.quòd si causa quę proponitur sit adeò certa quòd perpendi possit vtrum competat vtilis vel directa:satis est actionem proponi,licet non dicatur vtilis vel directa.Cùm etiam sufficiat sola causa:quia certus est reus:nec refert quomodo certificetur.ar.ff.si cert.peta.l.certum & ff.de nego.gest.l.actio.& quia materia propter multas diuersitates actionis vtilis & directæ non potest sub certa regula cõprehendi.Ideò bonus iudex si viderit expedire,faciet hoc specificari in libello.arg.ff.de vsur.l.mora.& ff.de inter. act.l. si defensor.§.illud.secundùm Specul.in titu.de act.& peti.§. sequitur.ver.sed nunquid tenetur quis dicere.Et ibi etiam videtur se qui Ioan.Andr.in addi.qui dicit quòd hoc fuit not. Alberti gaLeoti in tit. de procu.in rem suam.Vbertus de Bobio tenuit ꝙ deberet exprimere.per.l.si duo.ff.de solu.vbi idem videtur tenuisse Dyn.secundùm Bartol.& assignat rationem : quia posset esse quòd contra vtilem obstaret exceptio,quæ non obstaret contra directam:& econtrà,tradit etiam Dy.in regula, pro possessore.de reg.iur.lib.vj.& notatur per gloss.in dicta l. quoties.circa princip.ff.de admini.tuto.facit text.in l. cùm mancipium.circa fin.ff.de ædil.edi.& ita Bartol.allegat Dy. dicentem in d.l.si duo.Et in d.l.si mihi & tibi.in princ.& ibi etiam alleg. Moder.Sed ego reperio Dyn.& Bald.allegantem Dyn. in d.l. si mihi.dicentes contrarium quòd non cogitur eligere nec declarare:cùm sit idem effectus vtilis & directæ.& idem dicit Io. Andr.in addit.Specu.in tit.de procuratore.§.sequitur.ver. sed nunquid agens ex iure cesso.vbi similiter dicit Dyn.ita tenere in d.l.si mihi.motus dicta ratione:quia vtilis & directa sunt eiusdem effectus.vt l.antepe.ff.de nego.gest.& C.de leg.in l.ex le-
63 gato.†Et ideò actor non cogitur declarare ad petitionem rei: cùm talis petitio seu declaratio non sit alicuius vtilitatis,vt l. ad
a probationem.C.de probat.Et ideò[a] non debet interesse quo genere actionis quis agat.vt l.ꝗ́quis.§.si mulier.ff.ad velle. Sed fortè Dyn.allegatur diuersimodè:quia ipse arguit pro vtraq; parte.Specu.tamen allegat contrarium in d.versi.sed nunquid agens ex iure cesso quòd actor teneatur exprimere dictam l.si duo.ff.de solu.per quam l.dicit Ioan.Andre.ibi in addit. quòd Andr.de Baru.dicebat de facto fuisse pronunciatum quòd teneatur exprimere.Sed Barto.in d.l.si duo.dicit quòd non videt qualiter hæc quæstio possit procedere:quia ille qui intentat directas,illas intentat procuratorio nomine cedentis, vt l. planè. ff.fami.erciscun.ille verò qui intentat vtiles , licet se fundet ex persona alterius:tamen concludit reum condemnari sibi , vel simpliciter,vel suo nomine,per l.qui stipendia.C.de procu. ad quod vide quod latius dixi.s.eod.c.j.in vij.princip.ar.in ij. mẽ. quæstio.vij.vnde dicit Bartol.non possum videre quòd ex libello non appareat,an actor intentet directam vel vtilem: sed si ex libello non appareret,procederet opi. prædictorum. Sed dicit Ange.in d.l.si duo.quòd imò potest contingere vt non appareat:quia si quis narrando facit mentionem de cessio.& fuerunt sibi cessæ vtiles:& exercitium directarum cum mandato ad recipiendum solutionem:& in libello concludat reum conuentum sibi condemnari ad dandum & soluendũ:sibi possunt ista conclusionis verba intelligi dupliciter,videlicet , vt soluatur sibi vt procuratori cedentis:vel,sibi vt cessionario ad vtilitatem sui.nec videt quid repugnet,cùm verba cõclusionis sint ita prægnantia,quòd possint vtrunq; intellectum comprehendere:& verba narratiua cessionis nihil habeãt obesse:quia non inspicimus quid narretur in libello:sed quid concludatur,vt dicam statim in xij.quæstio.Et hoc casu dicit Ang.quòd si actor non est compulsus ad eligendum,in dubio intelligitur intentasse illam viam,quæ vtilior est sibi , per l.si quis intentione.ff. de iu.quod dicit menti tenendum.& ista opi.videtur mihi satis rationabilis in materia cessionis.vnde concludo quòd si ex forma libelli potest deprehendi,vt intentet vtilem vel directã:

quod potest ex multis comprehendi:vt apparet ex superioribus.& ex his quæ dixi in c.præce.in vij.ar.quęstio.vij.res ac decisio est clara quòd non cogitur aliter exprimere.si verò nõ apparet:tunc ad petitionem conuenti cogatur exprimere & declarare:quia multa possunt opponi ad directam,quæ non possunt opponi contra vtilem,vt apparet ex s.dictis & ex alijs plurimis.nec est verum quòd vtilis & directa sint semper eædem in substantia,vt traditur per Cyn.Bald.Sali.& Doc.in l.j.C.de acti.& obli.& per Bald.in l.antepe.ff.de nego.gest. Et prædicta adde ad intellectum eorum,quæ dixi in d.vij. quæstio. vij. argu.prin.Sed si quæreretur de directa,quæ competit ex verbis & vtili,quæ competit ex mente:quia illa videtur esse eadem in effectu:tunc potest procedere opin.quæ vult quòd non cogatur exprimere,secundùm ea quæ superius dicta sunt. Postremò circa hanc.q. de cautela adhibenda ab eo qui vult agere ex delicto,vel ex contractu, vel ex edictis Prætorum , vel ex alijs causis:nec in casu suo reperitur dari certa actio, quid agere debeat vide Spec.in tit.de act.& peti.§.sequitur.versic.super his autem generalem doctrinam &c.& duobus seq. a

a ¶Non interest , an vtili , an verò directa agat, vide doct. post Barto.in l.naturaliter.§. nihil cõmune.in xvj.colũ. de acqui.pos. & in l.gallus.§.eius.ff.de libe.& posthu.

¶Duodecimo principaliter quæro vtrum conclusio sit ponẽda in libello.pro cuius quæstionis clariori decisione prosequar quatuor quæstiones.

¶Prima,an sit necessaria:& in quibus iudicijs.

¶Secunda,qualis esse debeat.

¶Tertia,qualiter & per quæ verba fieri debeat.

¶Quarta,qd si conclusio nõ cõcordat cũ narratiõe,vel actiõe.

64 ¶†Quò ad primam.q. dic quòd aut loquimur de iure diuino & naturali:& procedit libellus sine conclusione : vt probatur in c.ij.s.de præsump.& ibi not.Ioan.de Imo.posset tamen dici quòd agebatur coram principe. & ideò non erat opus conclusione,vt dixi in c.j.s.eo.in v.arti.fal.x. aut loquimur de iure positiuo:& dic quòd aut agitur de causa ciuili criminaliter. aut de criminali ciuiliter.

b ¶Primò casu dic quòd cõclusio[b] est necessaria:quia dicitur terminus libelli,eo quòd conceptio libelli principaliter consistit in conclusione not.Inno.in c.super literis.s.de rescri. & Bald. in authen.causa quæ fit cum monacho.C.de epi.& cle.Nam nisi in libello concludatur,nihil dicitur peti:vt l.fi.C.de fideicom. li.secũdùm Bal.in l.edita.C.de eden.in vij.q.facit xj.q.j.c. Christianis.& quod no.Inno.in c.j.de offi.vic.& probatur in c. ij.j. de ord.cog.tradit Archi.vij.q.j.c.præsentium.in prin.& domini de Rota d.ccxv.Mattheus in Cle.sępe.de ver.obli.& quod no.Host.in c.cùm ecclesia.j.de causa pos.& proprie. vnde nõ posset fieri sententia,quæ iuxta petitionis formam est formãda:vt d.Cle.sæpe.ver.verum.&c.qualiter.el ij.de accus. & c. in literis.de resti.spol.Nec obst.c.in nostra infrà de sepul.vbi fuit admissus libellus tal.conqueror de hospitalarijs,qui parochianos meos recipiunt ad sepulturam:& tamen ibi nihil aliud petebatur : quia imò ibi libello continebatur petitio , secundùm Innocent.Hostien.& Ioan. Andre.ibi qui dicunt quòd ibi de cisa fuit pars libelli,qua expressè petebãtur illa ossa, super quibus papa ibi pronunciat:& sequuntur Doct. pro conclusione tamen sufficit aliquod verbum prægnans,quod sapiat petitionem,vt statim dicam in iij.q.

b ¶Libelli cõclusio est necessaria: quia est ipsius libelli terminus.& ꝙ potissimum cõclusio attendatur , probat Alexan.cõs.cxxj. j.colum.lib.j. & an procedat cõclusio libelli generalis, habes per eundem in eo.consi.versi. non ob.illud.& So. cõsilio xx.col.vj.libr. j.consil.xxxix.col. vj. versicul. verum quia.eo.lib.

¶Secundò casu,cùm de crimine agitur criminaliter : dic quòd non exigitur conclusio.ad quod vide quod latè dixi in c. qualiter.el.ij.j.de accu.q.lxvij.& etiam.q.lxiij.

¶Tertiò verò casu , si de crimine agitur ciuiliter: dic vt dixi in primo casu,secundùm Bald.in d.l.edita. Aduerte tamen: quia in possessorio recuperandæ , procedit libellus sine conclusione,vt not.gloss.j.quæstio.iij.c.quia præsulatus.per c.cùm ecclesia.j.de causa poss.& proprie.Hosti.tamen ibi videtur sentire contrarium.intelligit enim quòd ibi illi clerici spoliati instabãt, vt canonicis spoliantibus præciperetur vt admitterent ipsos clericos ad electiones in posterum faciendas.& hoc subaudit propter finem illius decretalis. & idem Hostien. in summa in titu.de restitu.spolia.§.à quo.versicu.notandum est. Sed communis opiñ.est in contrarium , quam tenet Archidiaco.in d.c. quia præsulatus. & secunda quæstione prima in primis. post principium, & vij.quæstione prima c.præsentium.in princip. & est bonus tex.ij.quæstio.j.notum.& ibi etiam not. Archidia. not.Innocen.de lit.contest.c.j.Ioan. Andre. & Ioan.de Imol. in d.c.cum ecclesia.& c.pastora.de causa posses.& proprie.do, Anto.in c.examinata.de iud.& c.in literis.de restit. spol. & ibi Domi.meus in primo notabili, vbi dicit ꝙ satis est narrare spoliationem.arg.d.c.quia præsulatus.cum si. ad quod etiam allegat.c.oblatæ,& c.constitutis.j.de ap.& c.j.j.de conuer. cõiug. vbi iudex ex officio suo restituit maritum coniugi,etiam vbi illa non potest petere.& subdit Do.me.ꝙ tamen semper est vtile quòd fiat conclusio in libello.

65 ¶†Quò ad ſcđam q.qualis cõcluſio debeat poni in libello, dic quòd debet eſſe talis,quæ concludat iudicem debere iuxta petitionis formam condemnare:probatis tamen incumbentibus. quod procedit,ſiue concludat neceſſariò, ſiue etiam præſumptiuè.ꝗuis enim probatio debeat neceſſariò concludere,vt in c.in pñtia.de proba.tamen ſufficit quòd libellus concludat præſumptiuè.vt in l.omnes.§.lucius.ff.de his quæ in fraud.cre.& l. Paulus reſpondit.§.j.ff.de bo.lib.tenet.do.Anto.hic not.Cy.in l.edita.C.de eden.Bartol.in l.certum.§.j.ff.de confeſſ.quod tamen limitat ſingulariter Barto.in l.cùm quid.ff.ſi cer.peta.quãdo id quod præſumitur non deſcẽdit à facto actoris proponẽtis libellum, ſed alterius: quia quando ex facto ſuo actor vult ꝙ aliquid præſumatur[a] debet illud dicere & allegare.& ideò ſi in libello meo ponerem,dico quòd dixi B.tolle iſtam pecuniã quam ipſe recepit:& eam denegat mihi reſtituere:quare peto ipſum condemnari & c.talis libellus nõ ꝓcederet:quia licet hoc ex facto partis præſumatur,& ideò teſtis qui inducitur ad probandum mutuũ,illud ꝓbat,ſi dicit ſe audiſſe numerari in pñtia ſua tantam pecuniã:ſed neſcit,an fuerit mutuum.argu.l.cùm de indebito.de proba.& tradiť per glo.& Doct.in d.l.cũ qd.vbi vide quæ dixi de exẽplo dñe Baptiſtę.tamen libellus nõ procedit,niſi actor alleget ſe mutuaſſe,per l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.idem pollioni.in fi.ff.de adul.ſcđm Barto.in d.l.cùm quid.& eſt ſingularis limitatio.& vide qđ dixi.ſ.in.x.q.prin.ver.vij.ꝗro ibi aduerte tamen circa prędicta,qđ quando à facto.& vide ẽt Bald.in repe.l.edita.ver.circa ſcđm.qui dicit ꝙ ſufficit ꝙ libellus concludat ex cauſis præſumptionum.i.per præſumptionem iuris.vt.d.§.lucius.Si tamen libellus careret omni concluſione, eſſet nullus, ſecundùm Bald. quod intellige vt dixi in q.præce.

66 ¶†Quò ad tertiam.q.qualiter & quibus verbis debeat fieri concluſio,dic.quòd non ſolùm ſufficit ſi dicat, quare peto condemnari ad tale quid &c.ſed etiam ſi diceret.Cõqueror de B. cui mutuaui decem,quę faciatis mihi reddi.ar.d.l.Pau.§.j.ff.de bo. lib.idem ſi dico,conqueror de B.qui alienauit omnia bona ſua in fraud.cre.Nam iſte libellus videtur rectè formatus in reuocatoria,vt d.§.lucius.&ibi not.facit.j.q.iiij.c.qa præſulatus.ſufficiunt etiam verba deprecatiua: vt precor ꝙ talem mihi condemnetis.arg.gl.in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de ope.no.nun.facit etiam:quia talia verba dirigũtur ad eum,qui ad hoc tenetur ex officio:ergo neceſsitatem inducunt.ff.de eden.in l.quædam. facit l.cùm pater.§.rogo.ff.de le.ij.item ſufficiunt verba ſupplicatiua.vt in auť.quæ ſupplicatio.C.de prec.imper.offe.& maximè vbi aliquid miſericorditer imploratur,ſcđm Bal.in l.edita.in.vij.ꝗone princ.Et debet ꝗ concluſio conuenire narrationi, vt no.Ioan.Andre.in c.ſuper literis.j.de reſcript.not.tamen ꝙ libellus magis conſideratur iuxta modum concludendi,quàm narrandi:vt dicã ſtatim in.iiij.ſeq.q. Et aduerte:quia dicit Bal. in d.l.edita.in.vij.ꝗo.prin.in fin.verſicu.ſed queritur.quòd hæc eſt bona concluſio,quare peto mihi iuſtitiam fieri .qđ probatur in c.ij.j.de ord.cog.& not.in c.fin.de offi.dele.tenet Specu. eo.tit.§.iam nunc.ver.item talis iuſtitiam.qđ videtur procedere ex mente Inno.Hoſt.& Io.An.in d.c.ij.quádo ex narratione non poſſet inſurgere niſi vnica actio:ſed ſi poſſent inſurgere plures actiones:potuerant in d.c.ij.dicũt ipſi ꝙ ſtultus eſt iudex,ꝗ tam generalem libellum recipit quo nõ exprimiť actio, vel cauſa agendi,ex qua colligi poſsit intentio.ff.de rei ven.in l.ſi ĩ rẽ.& l. & an eadem.§.actiones.ff.de except.rei iudica.& in c.ſeq.Si tamen libellus eſſet receptus,abſq; eo quod peteretur aliter declarari,procederet per.l.fin.C.de an. except.ſecũdũ Inn.Io.An.Io.đcal.&Io.Im.in d. c.ij.ſed ſi reus peteret declarari,actor teneretur,ſecundùm Bald.in d.§.ſed quæritur.A.B. & ex prædictis etiam infertur quòd eſt bona concluſio,quare peto cauſam debito fine decidi.ad hoc allegatur glo.in l.libertus à patrono.ff.de in ius vocan.ſed illa glo.non loquiť in actore:ſed in reo,qui poſt libellum datum per actorem ſolicitabat: & ita requirebat.hoc tamen tenet ibi Io.Pet.& tenet Barto.in l.petens.C.de pact.per illum tex.Ma.& in reali procedit libellus,ſi agẽs in concluſione dicit,peto rem aduerſari[b]:vt in c.Abbate.in princip.de re iudica.libro vj.& ibi Io.And. vel etiam ſi dicat,peto rem reſtitui:vt l.ex diuerſo.§.j.ff.de rei vendi.not. Bartol.in l.pomponius.§.ſi is qui.ff.de procu.per l.ij.& l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.an verò ſufficiat concludere de præterito , vel requiratur de præſenti, vide quæ latius dixi ſ.in.x. q.princip.verſi.vij.quæro ibi, debet etiã cauſa eſſe pñti.Et qđ quis vult perpetuum ſilentium imponi:qualiter concludere debeat,Bal.in l.ſi.C.vt lit.pen.dixit,ꝙ cõcluditur negatiuè,quod actor non inquietet reum per l.ſi contendat.ff.de fideiuſ.nam reſpectu actoris non couenit,vt agat ad perpetum ſilentium, vt ibi decidit Bal.Et qualiter ceſsionari⁹ debeat cõcludere,colligeex his quæ dixi in c.j.ſ.eo.in vij.prin.art.q.vij.Et ſ.eod.arti. quæſtio.ix.in fi.Et not.ꝙ fieri debet narratio,dixi.ſ.q.vj.in fi. concluſione poteſt.

67 ¶†Quartò ad quartã q.quid ſi concluſio non concordat cùm narratione vel actione:dic ꝙ libellus attenditur circa modum concludendi,& non in modo narrandi.vnde ſuperfluè vel generaliter narrata,non alterãt cõcluſionem libelli,& ipſius materiam.ſatis enim eſt quod libellus ſit clarus circa modum concludendi[c]:nec ſuperfluè narrata ſubiacent probationi.vt in c. ex parte B.ſ.de fo.cõpe. vbi in libel.in poſſeſſorio fuit narrata proprietas:& tamen per hoc non ſubiecit probationi : imò de ea non potuit obijci.not.Do.m.in c.literæ. de dila. Et ad idẽ facit.c.cùm ad ſedem.j.de reſti.ſpo.& ibi no.Do.m.tradit Cy. l.cùm te.C.de proba.allegat.l.quę extrinſecus.ff.de verb.obli. & l.ſcio.ff.de appel.vide quod dixi in d.c.ex parte. & ibi do. Anto.infert,quòd licet narretur aliqua qualitas,per quam clauditur iuriſdictio iudicis:non nocet,dummodo non replicetur in concluſione.vnde dicit Bal.in repe.l.edita.C.de eden.ver.circa ſecundum ꝙ concluſio declarat libellum.vt l.Aurelius.§.ſticho.ff.de libe.leg.& ibi hoc etiã tenet Bar.& ſi verba ſunt ambigua,videtur generaliter eſſe concluſum,ſeu actum.ff.de libe. & poſthu.in l.gallus.§.j.& ibi Bar.& ff.de iudi.in l.ſi quis intẽtione.& l.ſolemus.& ſic non inſpicitur quid,quale,& quantũ narretur:ſed qualiter,& quantũ ex narratis concludat:& quaſi modus agendi ſubſtantialiter ſit in concluſione.iij q.vj.c.quippe.in glo.& ſ.de reſcrip.c.ſuper literis.per Inno.& per Dy.in regula,nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj.& per Bald.in d.l.edita.& per Ioan. Andre.in d.c.ſuper literis. & d.c.cũ eccleſia.de cauſa poſ.& proprie.ad idem etiam c.cùm dilecti.j.de emp.& ven.& c.ij.j.de ordi.cog.& ideò actio ciuilis,vel accuſatio criminalis non diſcernitur ex narratione:ſed ex concluſione.no. Do.m.in c.ſeries.j.de teſt.& ibi dixi,& vide quæ dixi.ſ.eo. artic.q.xj.ver.ſed circa prædicta quæro,quid ſi exprimatur.

68 ¶†Decimotertiò principaliter quæro vtrum in libello ordo ſit neceſſarius.exemplum,ſecũdùm rectam libelli ordinationẽ prius debet fieri narratio,quàm concluſio.& prius debet peti condemnatio,quàm executio.pone ergo quòd prius fiat concluſio,quàm narratio.vtrum libellus propter hoc vitietur.Sol. dic quòd non,per tex.in c.literas.& ibi no. Do.m.& in c.cùm ad ſedem.j.de reſti.ſpol.& quod no.in c.cùm dilectus.in prin. de fide inſtru.& eſt bonus tex.in c.per tuas.in princ. de condi. appo.& in c.cùm venerabilis.j.de except. & in c. querelam ſ. de elect.& in c.cùm venerabilis.ſ.de relig.do.ſimiliter etiam licet petitio condemnationis debeat precedere petitionem executionis : ſi tamen quis præpoſterando diceret, quare peto cogi & compelli,& ad prædicta condemnari dictum conuentũ &c.procedit libellus,vt not.Barto.[d] in l.ſi cùm nulla.ff.de re iudi.& ſequuntur communiter Doc.

69 ¶†Decimoquartò principaliter quæro vtrũ ſcriptura,ſeu ſubſcriptio,vel inſcriptio ſit neceſſaria ad validitatem libelli. Sol. gl.in c.præcedẽti dicit quòd debet in ſcriptis offerri per illum tex.& per tex.in auť.offeratur.C.de li.conte.j.de proba.c.quoniam cõtra.& in l.j.ff.de eden.no.glo. magna in auť.de exhib. reis.poſt principium.Et ideò non ſufficit viua voce petere: & rogatum facere notarium : quia tunc non dicitur in ſcriptis. vt per Bar.in l.in ſacris.C.de proximis ſacrorum ſcriniorum. lib. x.quod procedit ſecundùm eos qui volunt ꝙ libellus non poſſit omitti partium conſenſu:aliàs ſecus ,ſecundùm Bald. in d. auť.offeratur.in pe.q.ad quod vide quod dixi in c.præcedenti, in v.arti.fal.xiij.requiritur ergo regulariter ſcriptura quòd hodie procedit tam in criminalibus, quàm in ciuilibus olim verò procedebat in criminalibus: non autẽ in ciuilibus:vt not. in d. auť.offeratur.Et vide gloſ.in authen.de exhi.& introdu.reis in ver.libellum.quod tamen fallit,ſecundùm glo.in c. præcedenti,in modicis & vilibus cauſis,in quibus ſcriptura non requiritur.ſic intelligit.c.ſi quis cum clero.xj.q.j.ſed melius probatur in authẽ.niſi breuiores.C.de ſenten.ex breuiculo reci. vbi dicitur quòd in iſtis vilibus cauſis nulla ſcriptura[e] requiritur. vide quod dixi in c.præcedenti.in v.prin.arti.fal.xx.& xxxiij. vtrũ autem ſubſcriptio ſit neceſſaria.text.in c.præcedenti probat ꝙ ſic ibi dum text.dicit,veſtris manibus roboratam & ibi tetigi in viij.notabili Spe.eo.tit.§.iuxta verſicu.item non valet.tenet idem per d.c.j.& per text.in authen.de exhi.& introdu.reis.§. ſancimus.quòd ſolùm procedit de cautela,ſecundùm Hoſt.in c.præcedenti.quia ſufficit quòd tabellio ſcribat diem productionis.& iſta fuit opi.P.quam etiam ſequitur Ioan. Andre.& ita dicunt intelligendum eſſe.§. ſancimus. & idem etiam tenet hic do.Anto.& glo.Bu.Cyn.& Barto.in d.authen.offeratur.licet Innoc.aliter ſentiat.de inſcriptione autem dic quòd in ciuilibus non eſt neceſſaria:in criminalibus verò regulariter eſt neceſſaria.

a ¶Libell⁹ nõ cõcludit ſufficiẽter pſumptiuè.qñ vult actor ꝙ ex facto ſuo ꝓſumatur.vide tamen quæ dicit Bart.in l. Aurelius.§. ſticho. de li.le.& quę dicit Ful.& Ro.in l. cũ quid.vbi Alexã.in pe.col.ff.ſi cer.pet. vbi conať Bart.tueri ab inpugnationibus.Ro.& Fulgo.

b ¶Peto rẽ mihi adiudicari.adde procedere etiam eã libelli concluſionem vt dicať,peto ſcđm me ſñiam ferri.per tex.in l. petens.in fi.vbi doc.ꝓſertim Iaſon.notarunt.C. de pact.

c ¶Nota attẽdi modum concludendi potius,quã narrata in libel.& adde quæ ſ.addidi in.j. q.xij.pri.q.ex Ale. & Socini conſilijs.

d ¶Bart.ibi negatiuè loquitur,ꝙ non ꝓcederet libellus, verũ tamẽ Fely.ĩ c.ij. de offi.delega , circa finẽ.ex ſñia Dominici videť cõcludere cõtra.& dicit ibidem Dec.ꝙ cõis eſt contra Bart.

e ¶In cauſis breuiorib⁹,vilibus,& modicis,non exigitur ſcriptura ,adde ꝙ & vnus teſtis facit plenam probationem:& iudex põt ipſe ſcribere acta. vide Mattheũ mattheſilanum in notabili primo.

ceſſaria.de quo per Spe.in ti.de accũ.ver. item quod nec rectè libellum.& per Bar.in l.libellorum.ff.de accu. traditur enim.ij. q.iij.c.calumniator.dixi in c.ſuper his.j. de accu.in gl.ij.

70 ¶†Decimoquintò principaliter quæro, vtrum aliquæ clauſulæ ſint adijciendæ in libello ad eius formam. ſolutio: dic ꝙ ſic, pro maiori cautela agentis:non tamen pro neceſsitate.prout latius videbimus j.in xiij. princi.arti.

¶Decimoſextò principaliter quæro, quia dixi me hic poſiturum quaſdam regulas obſeruandas in formatione libelli, quæ ſint illæ.Solutio:dic quòd ſunt multæ.

71 ¶†Prima regula ſit ꝙ libellus debet eſſe clarus & certus, vt in c.præce.ibi dum tex.dicit, declarare.& ibi tetigi in v.no.& probatur in l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appel.& in aut.de teſta.imperfectis.§.nos igitur.col.viij.& ff.de confeſ.in l.certũ.& de teſti.in c.cùm clamor.de dila.c.literæ.vnde nihil debet habere ambiguitatis, vel obſcuritatis, vt in c.conſtitutus.j.de reli. do.& ibi per Innoc.& vide plura quæ dixi s.eodem. arti. xij. in v.q.princip.& etiam in iij.& iiij.faciunt etiam quæ dicam in ſequentibus regulis.Et aduerte:quia ſi fieret reſponſio ad libellum obſcurum, videtur poſſe reuocari.ar.c.erit.iiij.diſt. & xxv. di.§.criminis.aliâs incipit, ea demum.prædicta tamen regula limitatur primò, niſi obſcuritas contingeret ratione duplicis, vel plurium interpretationum, ſenſuum, vel intellectuũ:& in quolibet ſenſu & intellectu concluderetur intentio agentis.arg.eorum quæ no.d.Ant.in c.vt ſuper.j.de re:eccl.non alie. & quod no.glo.in verbo, ſpecies.in c.j.de excep.lib. vj.dixi in c. fin.de pur.cano.facit quod no.Io.de Imo.in c.pe.de preſum.& quod no.in c.per tuas.qui filij ſint legi.& in c. ſuborta.de re iudic.& quæ dicam in ſequentibus regulis.

¶Secundò limitatur, ꝙ non procederet, ſi opponeretur de obſcuritate, vel incertitudine: ſecus ſi non opponeretur:quia procederet, & ſatis eſſet ꝙ poſtea in proceſſu fieret declaratio[a]:vt l.fi.iuncta gloſ.C.de anna.excep.& s. ſæpius dictum fuit.vide quod tradit Do.me.in c.ij.de ordi.cogni.& c.dilecti.de iudi.& c.paſto.de cauſa poſ.& proprieta.debet tamen iudex à principio interrogare, quam actionem intendat libellans intẽtare:vt d.c.paſtoralis.

¶A.B.Tertiò limitatur, ſi modo obſcuritas, ſeu dubietas reſpiciat principalem intentionem libellantis.ſecus ſi ſit vltra intentionem libellantis, adeò ꝙ per principalem intentionem actoris ſatis clarus eſt libellus:quia ſi aliquid vltra in libello adijcitur per actorem:licet ſit obſcurum, non vitiat libellum.nec ſi petatatur:arctatur libellans ad declarandum, ſecundùm Hoſt.Ioan. And.& d.Anto.c.literæ.de dila.per illum tex.& probatur c.ex tenore.de fo.compe.vbi non arctatur quis ad probandum. ꝙ eſt ſuperfluè narratum.ad quod vide j.quod dicam in titul.de proba.

¶Quartò limitatur, ſi modò incertitudo reddet rem dubiam.ſecus ſi habetur pro certa: puta quia dixit ꝙ res fuit empta vel vẽdita vltra vel citra dimidiam iuſti pretij.c.pe.de emp.& vend.& ibi Do.me.& Doct.vel ſi minor petens in integr.reſti. dixit ſe læſum enormiter.c.conſtitutus.de reſtit.in integr.Et ad hanc materiam & ſequentium fallentiarum, adde quæ dixi s.eod. ar. xiij.q.v.in iiij.membro principa. Item adde quæ dicam in ſeq. regula..

72 ¶†Secunda regula quæ ſequitur ex præce.ſit quòd libellus nõ debet eſſe generalis: vt hic in text.noſtro.& rõ eſt:quia omnis generalitas parit obſcuritatem.j.de confir.vti.c.pe.ff.de iure fiſci.in l.ita fidei.ff.cõia prædiorum.in l.in tradendis. & quod ibi no.j.de dolo.c.ex literis. Bal. non enim refert, an nihil quis exprimat, vel obſcurè exprimat ita vt incertum dimittat conuentum.arg.ff.de inter.act.in l.de ætate.§.nihil.& ideò generalitas vitiat.ff.de ſol.l.cùm ſtichus.& ff.de reb.dub.in l.in ambiguo. ff.de vſufru.legat. in l.qui plures.facit l.triticum.in ratione ſui tex.& in gl.ff.de verb.obl.& quod not.Bald.in l.j.ff.ſi men.fal. mo.dix.hæc tamen regula limitatur, niſi agentis intentio cõcluderetur in qualibet ſpecie generis.facit tex.& quod ibi no.Io. An.c.præterea.el ij.de accu.& quod no.glo.in verbo, ſpecies. in c.pia.de excep.lib.vj.& quod dixi in c.præce.& quod dicam etiam in iiij.regula.Secundò limitatur vt limitata fuit præcedẽs regula.ſed quero circa pdicta.pone, ſtante ſtatuto ꝙ cõmittens adulterium violenter condemnetur in centum.Sed ſi in volentem condemnetur in quinquaginta.T.accuſatur de adulterio commiſſo cum B.nec eſt expreſſum quòd violenter, vel voluntariè, ſed ſolũmodò concluſum ꝙ debeat cõdemnari & puniri, ſecũdùm formã iuris & ſtatutorũ, & ordinamentorũ communis, & omni meliori modo &c.vtrum talis libellus procedat.Et videtur ꝙ non per ea quæ ſuperius.& argu. generalitas (vt dixi) parit obſcuritatem.Itẽ quia alternatio à iure eſt prohibita, ſimiliter propter obſcuritatem.vnde ſi dicta verba, ſecũdùm formam iuris & ſtatutorum accipiantur alternatiuè, non procedit, vt dixi in iiij.regula. Si verò copulatiuè, ſimiliter non poteſt procedere:quia petuntur puniri ſimul pluribus ll. pro eodem delicto:quod eſt prohibitum. ff. de accu.l.ſenatus.item quia in dicto libello eſt vaga communis conceptio, quæ à iure eſt prohibita.l.prætor.in prin.& §.quod autem.& §.præterea. ff.de iniur.& l.libellorum.ff.de accu.& ff.de dolo.l.ſed ſi ex dolo.§.fi.& l.ſeq.in contrarium no.ꝙ prędictus libellus procedat facit primò iudiciorum conſuetudo:quia ſolet ſic fieri. ergo ſeruanda de conſuetudine.ergo procedit.l.j.& l.fin.C.de eman.ff. de teſti.l.iij.§.fi.ff.de pact.l.iuris gentium.§.pactorum.

¶Secundò, larga iudiciorum liberalitas : in quibus veniunt omnia.ff.de iudi.l.ſolemus.ergo libellus procedit.

¶Tertiò abſoluta iudiciorum poteſtas:quia abſolutè omnia licent in iudicijs.Inſti.de perpe.& tempo.actio.§.fi.

¶Quartò generalitas libellorum à iure permiſſa, vt l.fina.C.de anna.excep.& c.ij.& ibi no.j.de ordi.cog.Sol.dicas ꝙ libellus non procedit de iure:& contra eum poteſt opponi excep.tam propter incertitudinem vagi criminis:& propter ea quæ s.dicta ſunt in contrarium.ſed ſi nihil op.contra l. tũc poteſt procedere:cùm in eo ſubſtantialia.l.inueniantur conſiſtere.facit d. l.fi.C.de anna.excep.& quod ibi tradit B.& l.ſi præſes.§.ſed ſi vtriuſq.ff.de pœnis.& in c.ſeq.per Doct.& quod not.l.j.ff.de eden.& ff.ſi pars hære.per l.j.in prin.& §. fin.& ff. de rei ven.l. quæ de tota.§.ſi minor.& ff.depoſi.l.j.§.ſi quis argentum.j. de reſti.ſpol.c.cùm ad ſedem.& de exceſ. Præla.c.fi.& ibi no.per Inn.& §.iij.in prin.& §.ſed ad hoc.& §.præfatus.de re iudica. lib.vj.& C.de decu.l.pe.& ſufficit ſi declaretur lite pendente. ff.de iudi.l.ſi quis intentione.ff.de noxa.l.in delictis. §.ſi detracta.Item potes dicere ꝙ accuſatur libellus in quo petitur condemnari.ſecundùm formam iuris & ſtatuti &c.procedit, & valet de cõſuetudine:ſed in proceſſu debet vnam eligere:ſicut dicimus de publiciana, & rei vendicatione.de quo latè dixi j. de cauſa poſ.& proprie.tract.iij.arti.vij. Sed circa prædicta, quia poſito ꝙ lex procedat, quia non excipitur contra eum : qualiter, ſeu qua pœna accuſatus debeat condemnari. Et videtur ꝙ pœna iuris communis.Primò, quia quando plura ponuntur ſimul, incertum eſt de quo magis agatur:intelligẽdum eſt de primo, ſeruato ordine.l.cùm pater.§.pe.ff.de leg.ij.& l.conſequẽs. ff.de vſufru.ergo cùm prius petatur puniri, ſecũdùm formã iuris & ſtatutorũ : & omnibus legibus non debeat puniri: ergo ſecundùm legẽ quæ primò in ordine præcedit. & ſic ſecũdùm ius cõe.[b]Secũdò, quia ius vetuſtius & cõe magis ſeruandũ eſt. inſti.de re.di.§.ſingulorum.& ff.fini.reg.l.in finalibus.ergo debet condemnari ſecũdùm ius cõe.Tertiò, quia canonũ & ll.ſeruanda eſt poteſtas in iudicando.de cõſti.c.j.iij.q. vij.c.iudicet. & in aut.de iudi.§.omnes.ecõtrà ꝙ potius debeat damnari ſecũdùm formam ſtatuti.Primò quia ſtatutum derogat iuri cõi. inſti.de iure na.§.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.l.oẽs populi.Secundò, quia lex magis conueniens ſeruanda eſt.iiij.di.c.erit aũt.ſed magis conuenit ſtatutum:ergo &c.Tertiò, quia debemus ſequi l.quæ minorem pœnam imponit.ff.de pœ.l.ſi præſes.& l.ſi de interpreta.& in regula, in pœnis.de re.iur.lib. vj.& ff.de ſuſpe. tuto.l.hoc enim.circa prin.ſed arg.ꝙ iudex nulla l.debeat condẽnare:ſed abſoluere. Primò, qa incertitudo interueniẽs vitiat oĩa in re dubia.ff.de teſt.tut.l.duo ſunt Titij.cũ ſi.Secũdò, quia de eiuſdem hominis delicto ſæpius queri non debet.ff.nau.cau. ſta.l.licet.ſed iſte petitur puniri ſecũdũ varias.ll.ergo &c.Tertiò, quia petitũ fuit copulatiuè iſtũ puniri, ſecũdùm formã iuris & ſtatutorũ.ſed ad veritatẽ copulatiuè requiritur cõcurſus omnium copulatorum : vt l.ſi hæredi plures.ff.de condi.inſtit. & l.ſi ita.ff.de ver.obli.ergo petitur puniri, ſecũdùm vtranq.l. iſtud fieri non debet, vt dictum eſt:ergo &c.& probatur l.ſenatus.ff.de accuſ.ſed in contrarium vr̃ ꝙ imò debeat condemnari omnibus ll.Primò per l.nouam non vr̃.l.antiquæ ſublata poteſtas.ff.de actio.& ob.l.cõſequens.C.de ſepul.vio.l.iij.ergo debet ſecũdùm vtrãq; l.cõdemnari.Secũdò quia iudex ſecũdùm formã.l.de vtraq; pœna cognouit:ergo &c.l.de qua re.ff.de iudi.& de neg.geſt.l.Põponius in negotijs.in fi.Tertiò, quia licet aliqua ſint in initio prohibita:tñ facta tolerantur.ff.de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.l.patre.& ff.qñ a p.ſit.l.j. §.biduum.cum ſi. Sol.B.in d.q.dicit ꝙ ſi accuſator poſtea proſecutus eſt certam l.& hoc apparet ex articulis, vel alio modo : & tunc iudex debet ſecundùm illam iudicare.C.de iud.l.ij.ff.eo.l.ſolemus.& l.ſi quis intentione ambigua.Si verò non apparet ꝙ in proceſſu ſit ſecutus certam l.tunc debet iudicare ſecundùm illam quæ minorem pœnam imponit.d.l.præſes.cum ſi.faciunt no.per Inn. c. ij.j.de ordi.cog.vel melius dicendum, ꝙ debet iudicare ſecundùm l.municipalem.quæ in loco derogat iuri communi:vt d. l.omnes populi.inſti.de offi.iudi.in prin.Et ſic apparet exem-

a ¶Libellus obſcurus valet parte nõ opponente: põt tñ iudex reijcere vl facere, vt declaretur:vt dicit Iaſ.in l.age.in fi.col. C.de tranſ act.

b ¶Qñ quis petit condẽnari aliquẽ ſecũdũ ius, vide an poſsit condemnari ſecundùm ſtatuta terræ. de hac q.ponit Ab. in rubri. extra de conſue.& d.Phi. Dec. ĩ c.licet cauſam. de probat. vbi multipliciter declarat tex.in §. quoties.inſtit.de iure natu.

X

plum arg. ꝙ debent puniri iure communi. non obstant allegata ꝙ nulla pœna &c. quia procedit, qñ l. non admitteretur. non ob. alia iura de copulatiua: quia copulatiua accipitur hic pro disiunctiua. Et ista conclusio plus mihi placet in omni casu, s. iurauit seruare statuta, vel inter statuta sit statutum (prout cõiter viget) disponens ꝙ in pœnis imponendis iudex debeat sequi statuta: quibus deficientibus, recurratur ad ius commune: quia debet iudex seruare statutum ratione iuramẽti: & ne faciat li. suã. non ob. ꝙ debeat puniri, secundùm omnes ll. quia illud procedit ad diuersa. ¶ Sed circa prædicta de q. in fi. statuto caueretur ꝙ de percussione facta de nocte sit pœna centum florenorum. A. accusat B. ꝙ vulnerauit eum de nocte, probat vulnus: sed non de[a] nocte. quæritur vtrum possit sequi condemnatio de vulnere: maximè si in fine libelli accusator dixit, ꝙ petebat eũ puniri secũdùm formam iuris & statutorum? Ber. in q. quę incipit, in nomine Domini amen. quæstio talis est, iure municipali &c. cõcludit post ar. pro vtraq; parte formata, ꝙ in nullo debeat condemnari. Primò: quia à forma accusa. non est recedendum. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerci. ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. aditio. & l. qui habebat. Et per alia plura iura & rationes, vide ibi per eum.

73 ¶ † Tertia regula quæ etiam sequitur ex prima, sit ꝙ libellus nõ debet continere verba duplicia, multiplicia, implicita, seu prægnantia. no. Docto. & maximè Do. me. in c. præce. facit c. fi. de rescrip. & quod not. in l. si is, qui ducenta. ff. de reb. dub. & ratio est: quia talia verba inducunt obscuritatem & incertitudinẽ. & vide quæ latius dicam in tit. de confes. in materia positionum. hæc tamen regula recipit duas limitationes, de quibus in præce. regulis.

74 ¶ † Quarta regula sit, quæ similiter descendit ex prima ꝙ libellus non debet esse alternatiuus[b]: vt est tex. in l. Prætor edixit. §. quod autem. ff. de iniu. & ibi Bar. & an facit etiam d. l. in prin. & ratio est: vtrobiq; tollitur: quia alternatiua parit obscuritatẽ, seu incertitudinem. s. de rescrip. c. fi.

¶ Hæc tamen regula recipit plures fallentias. Primò fallit, quando alternatiua solùm poneretur in narratione. & in conclusione poneretur quid certum, quod ex ipsa alternatiua eliceretur. exemplum, dico quòd per solennem stipulationem promisisti mihi Stichum aut Pamphiluũ, quem vellem: quare peto Stichũ. ff. de sol. in l. stichum aut pamphilum. in prin. & de iure do. in l. plerunq;. §. fi. j. rñso. vel sic: dico, quòd talis testator, cuius est hęres vniuersalis in testamẽto suo, legauit mihi Stichum aut Pamphilum, dando mihi electionem, vel dirigendo ad me verba, per quæ habeo electionem: quare peto Stichum. ff. de legat. j. l. plane. la j. §. si ita Titio. & de legat. ij. in l. lucio. & in l. si cui. ff. de vsufru. leg.

¶ Secundò fallit, ꝙ esset talis alternatiua, quæ non induceret obscuritatem: quia in qualibet parte alternatiuæ concluditur intentio libellantis: licet non oriatur eadem species agendi: sed diuersa: puta in possessorio vel spoliatione propria: vel mãdato, aut ratihabitione competit interdictum, vnde vi. ex receptione verò rei scienter facta quis ab alio fuit spoliatus: tenetur ex decretali, sæpe. j. de resti. spo. vnde sufficit alternatiuè concludere. no. gl. ij. in c. ex parte. B. s. de fo. compe. & ibi dixi. facit c. ex parte S. s. de rescript. & c. dudum. ij. s. de elect. faciunt etiam iura quæ allegaui in prima limi. primæ & secundæ regulæ.

¶ Tertiò fallit, si ad idem vtrunq; membrum alternatiuè tendit quasi declaratiuè, puta, si est talis alternatiua, quam certum est agendo debere perfici & determinari. exemplum in l. statuliberum. §. stichũ. ff. de lega. ij. vbi si testator legauit mihi Stichum aut Pamphilum, quem hæres suus dare vellet: duntamen quem velit dare declaret eo die, quo testamentum recitatum erit: certè possum petere alterum eorum alternatiuè concludens. quia eo die quo producent testamentum in iudicio, & quo recitabitur ista alternatiua. præscietur, & aut hæres dicet tunc quem velit dare: & in illo fiet condemnatio. aut non dicet: & tunc electio erit mea: & in illo, quem volem, fiet condemnatio: vt d. §. stichum. Et ad idem facit, & melius. ff. de solut. in l. si quis stipulatus fuerit x. in melle. in fi. facit quod dicam in seq. fal.

¶ Quartò fallit, si vnum est in obligatione. & alterum in facultate soluendi, vt tradit d. Anto. in c. cùm dilecti. j. de emptio & ven. & quod habetur in l. miles. ff. de re iud. & per Barto. in l. stipulationes[c] non diuiduntur. ff. de verb. obli. facit quod dicam in vj. fal.

¶ Quintò fallit, si alternatio vel disiunctio refert se ad idem: seu distinguit eadem: vel similia non diuersa: quo casu, potius conculcatio verborum, quàm diuersitas rerum. nam nunc sub tali alternatiua potest concipi libellus, non solùm in narratione: sed etiam in conclusione. exemplum, si aliquis petat hæreditatem ex causa fideicommissi, vel substitutionis fideicommissariæ, vt in c. Ray. j. de testa. vbi hoc no. Host. & Abb. super verbo, substitutionis. Idem si quis dicat in libello se impetrasse gratiam à domino Papa, seu à sede apostolica. vel B. promisisse x. libros iuris ciui. seu x. volumina librorum iuris ciuilis: ista enim pro quolibet supponunt.

¶ Sextò fallit, quãdo naturæ causa hoc habet, vel requirit ꝙ fiat petitio alternatiua: vt in l. ij. §. item si in facto. ff. de ver. oblig. & in l. j. in fi. ff. de act. emp. & in l. nõ ab re. C. vnde vi. & in c. Raynaldus. j. de testa. & in l. ij. C. de rei ven. vnde si fideiussor promisit aliquid facere vel curare, ꝙ aliâs de suo soluet: nemo sani capitis dubitare debet, quòd procedet libellus, secũdùm formam contractus. ita concludit Bal. consi. iiij. quod incipit, libellus. facit l. non vtiq;. ff. de eo, quod cer. loco. & ff. de verb. obl. & in l. si duo. Procedit ergo tunc libellus alternatiuus: siue alternatio insurgat ex iuris dispositione, vt patet in contractu emptionis & venditionis: alter contrahentium deceptus est vltra vel citra dimidiam iusti pretij. quo casu, libellus sub distinctione formari debet, & etiam sententia: vt l. ij. C. de rescin. vend. & ibi traditur. & in c. cùm causa. j. de emp. & ven. & ibi per glo. Innoc. & Hosti. etiam not. in c. cùm dilecti. eo. titu. Idem not. Hostien. in sum. de emp. & ven. §. qualiter. versi. & not. quòd libellus. siue etiam procedat ex conuentione partium. verbi gratia, dico per solennem stipulationem, promisisti mihi Stichum aut Pamphylum: quare peto te condemnari ad dandum alterum eorũ, s. Stichum aut Pamphylum, vt in c. Ray. & ca. Ray. j. de test. & in c. j. ver. te quoq;. j. de plus peti. & insti. de act. §. plus autem. ff. de pact. in l. si vnus ex argentarijs. §. pe. & ff. de verb. ob. in l. eum qui certarum. §. qui purè.

¶ Septimò fallit, si nõ potest quis certificari vel declarari: quia talis certificatio vel declaratio dependet à facto alterius: quia tunc admittitur libellus alternatiuus, secundùm Docto. & Do. me. in c. cùm contingat. s. de offi. deleg. & no. in c. constitutus. s. de resti. in integ. & ibi per Inn. & Doct. vbi etiam plura ex prędictis tradit Henricus bohic. facit tex. & quod ibi no. glos. Bar. & Bal. in l. j. §. quod autem. ff. quorum lega. & Bar. in l. fin. ff. de iure pa. & quod no. in l. contractus. C. de fide instru. & l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de acti. emp. j. de priui. c. cùm olim. ij. tradit Specu. eo. ti. §. iam nunc. ver. & nota ꝙ talis. & idem, si incertitudo prouenirẽt ex facto actoris: si modo ipse probabiliter erret in facto suo, secundùm Inn. Hosti. Io. An. & d. Ant. Do. me. & Io. de Imo. in c. constitutus. qui volunt quòd actor propter hoc possit proponere plures actiones: etiam si se adinuicem non compatiantur. per d. §. quod autem. & per c. auditis. j. de præscrip. nisi in casu speciali. c. vt quis duas. de elect. li. vj. de cuius intellectu vide ibidem. & vide glo. ibi super verbo, eligere. & Doct. super ea.

¶ Octauò fallit ratione consuetudinis: vigore cuius admittitur libellus alternatiuus, peto talem rem pertinentẽ ad me iure dñij vel quasi, vt hic dicit gl. in ver. & licet. & hodie est tex. apertus in c. Abbate. de re iud. lib. vj. vbi glo. dicit ꝙ hodie talis libellus admittitur consuetudine. & idem Do. me. hic & d. An. Ioan. de Imo. & Doct. & insti. de actio. in §. alie. Spe. in titu. de actio. & peti. §. sequitur ver. item no. tradit etiam in ti. de libelli concep. §. iam nunc. ver. & no. quod talis. & in tit. de proprie. §. notandum. ver. alie. & Io. de Imol. in c. constitutus. s. de restitu. in integrum. & Bar. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de exce. rei iudic. aliqui tamen dicunt, quòd imò talis libellus admittitur de iure, actione incertitudinis, vt in d. c. Abbate. facit quod dixi in præceden. fal. sed dicit hic Ioan. de Imol. quòd istud procedit, quando verisimiliter facta diligenti inuestigatione, actor non potest esse certus: aliâs de iure nõn deberet admitti, per no. per glo. in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. Et per regulam iiij. prædictam. vnde tunc solùm admitteretur de consuetudine.[d] & vide Bal. in l. edita. C. de eden. ver. sed iuxta hoc quero. qui dicit ꝙ licet iste libellus videatur generalis respectu dominij: quia põt intelligi de directo & vtili: & etiam respectu quasi dominij: tñ admittitur. Insuper etiam vide Bal. in l. j. C. si plures vna sententia. ver. or modò reassumo, ꝙ iste libellus. vbi dicit iste libellus, dico me dominũ, vel quasi, dicitur disiunctiuus, & non alternatiuus: quia resoluendo libellum ad intellectum: istud est agere subordinatè: hoc modo, dico me dominum: & inquantum non possint probare de dominio, dico me quasi dominum. vnde alterum eligo: licet conditionaliter, vt in simili in c. constitutus. s. de resti. in integr. & in l. j. C. quando prouo. non est neces. facit quod dicam in v. regula in iij. fal. sed agens alternatiuè nihil eligit: nec purè, nec sub conditione: vt l. iij. ff. de eo quod cer. lo. secundùm Bal.

¶ Nonò fallit, si reus nõ opponeret exceptionem de libello alternatiuo, per id quod dixi s. in limitatione primæ regulæ.

75 ¶ † Quinta regula est ꝙ libellus non debet esse conditionalis. Insiste

a ¶ Qualitas enim in libel. apposita debet probari. ꝙ qualiter ꝓcedat vide Alexã. cõsi. cxxj. pe. colum. lib. j.

b ¶ Libellus non debet esse alternatiuus: qm̃ parit obscuritatem. sic adde, qñq; nõ admitteretur, nisi eẽt alternatiuus, vt declarat Bart. in l. vbi aũt. §. illud aut illud. ff. de ver. obl. & habes bonũ text. & ibi Abb. in c. cũ dilecti. de emptio. & ven. & etiam habes ex his ꝙ hic notan. in limitationib[9]. in vj. maximè in. & de materia. li. incerti, vide Pau. cõsi. lxv. lib. j.

c ¶ Vide etiã Bal. & Docto. in l. si insulã. ff. de ver. oblig.

d ¶ Vigore cõsuetudinis admittitur libellus alternatiu[9]. de hoc vide gloss. in §. sed iste. & ibi Doct. in materia publicianæ. de act. & qualr̃ possit eadẽ actio. libellus cõcipi. vide Ale. in consil. cxxj. in iiij. col. ver. & eo. mo. lib. j. consi. c. xcix. lib. ij.

Inſti.de ver.ob.§.ex conditionali.tenent Do.me.& doct.in c. præce.& probatur ff.de iudic.in l.non queadmodum.& ff.qñ dies legati vſuſfruc.ceda.l.fi.vnde ſi dico ꝙ promiſiſti mihi x. per ſol.ſtipu.ſi nauis ex Aſia venit:quare peto te condemnari in x.ſi vel cùm nauis venit ex Aſia:non enim procedit libellus ex quo conſtat non eſſe adimpletam conditionem, vt dictis iu ri.facit c.noſtra.j.de ſepul.hæc tamen regula recipit plures fal.

¶Primò fallit ſi in narratione facti narraretur conditio, quæ aſ ſereretur purificata & impleta.exemplū, dico ꝙ promiſiſti mi hi x.ſub tali conditione,quæ extitit purificata:quare peto x.ff. de ver.ob.l.conditio in præteritis.& d.§.ex conditionali.& l. cedere diem.ff.de verb.ſig.

¶Secundò fallit,ſi eſt talis conditio,de qua certum eſt ꝙ agendo implebitur & purificabitur.exemplū in l.ſi Titius & Seius. ff.de verb.ob.& ff.rem ratam habe.l.ſi indebitis.ff.pro ſocio.in l.actione.

132 ¶†Circa ſecundum membrum,quando ſumus poſt lit.conte. vtrum admittatur emendatio.gl.noſtra hic in ver.poſt lit.conte.ponit regulam negatiuam & bene ꝙ emendatio fieri nõ poteſt per l.non poteſt.ff.de iudic.& ff.de except.rei iudi.in l.egi. & ſequuntur Doct.hic & in l.edita.C.de eden.& ratio eſt: quia per litis conteſta.libellus tranſiuit in quaſi cõtractum inter partes.& non eſt amplius in fieri,ſed in facto eſſe. & ideò corrigi, emendari,vel mutari non poteſt : quia aut oportet lit. de nouo conteſtari:& hoc eſſet abſurdum,aut ſententia eſſet nulla ſi ferretur ſuper libello,ſuper quo lis non eſſet conteſta.ſecundùm Bal.in repet.d.l.edita.in notabilibus.& in verſic.dictum eſt de euictione.& procedit prædicta regula etiam ſi tempora à ſtatuto vel lege conceſſa largiantur per rationem prędictam:dummodo ſimus extra caſus fallentiarum.de quibus ſtatim dicam. Item prædicta regula procedit in omnibus caſibus fallentiarũ poſitarum in præce.membro:quia ſi in illis ante lit.conteſt.non poteſt fieri emendatio,multóminus debet poſſe fieri poſt lit. conteſt. Vlterius procedit prædicta regula,etiam ſi ſit appoſita clauſula,ſaluo iure[d] addēdi &c.quia iſta clauſula nihil importat quò ad hoc: vt no.Bart.in l.non ſolùm.§. morte.ff.de oper. no.nun.& in d.l.edita.dixi ſ.in xij.prin.arti.q.v.Inſuper etiam procedit prædicta regula non ſolùm poſt veram litis conteſt. ſed etiam poſt interpretatam litis cõte.vnde ſi ſtatutum diſponeret ꝙ productio libelli haberet vim litis conteſtationis, non debet tunc actor confidere in emendatione libelli:ex quo porrectio libelli habet vim litis conteſt.vnde dicit Bal.ꝙ actor debet petere abolitionem,ne error à princ. ex poſtfacto tranſeat in crimen falſi.ita dicit Bald.in l.accuſationem.C.qui accu.non poſ.in fi.loquitur tamen in cauſa criminali. Hæc tamen regula recipit plures fallen.

133 ¶†Primò fallit,ſi emendatio fieret per viam declaratoriam, ſecundùm d.Ant.Do.m.Io.de Imo.& moder.hic & per Bar.& Doct.in d.l.edita.qui volunt ꝙ hæc emendatio poſsit fieri vſq; ad ſententiam,per l.ſi quis intentione.ff.de iud.ſed melior ratio eſt:quia qui declarat nihil dicitur de nouo agere, vt dixi ſ.in j.q. & vide etiam quod dixi ſ.in xij.articu.q.x.verſ.x.quæro. Hæc tamen fallentia limitatur ſecundùm Bar.in d.l.edita.& ſequuntur Doct.ibi & hic.ſi modo proponens vult facere hanc declarationem.ſecus ſi alius etiam ſi eſſet hæres[e] proponentis, vt in l.idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.in fi.iuncta gloſſ.ff.de rei ven.& ibi Bar.& Bal.& Ang.

¶Secundò fallit,ſi ſit talis defectus qui parte tacente põt omitti:quia tunc poteſt fieri emendatio vſq; ad ſententiam,ſecundũ Bar.in l.edita.& Do.m.hic per l.fi.C.de anna.excep.

134 ¶†Tertiò fallit reſpectu detractionis de ſumma aut repetita, vnde ſi petij centum, poſſum detrahere quinquaginta. argu.l. quidam æſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.Et intellige ꝙ hæc detractio poteſt fieri non differendo,ſed renũciando illi parti quam detraho.differre enim non poteſt,per tex.in aut.qui ſemel.§.qũo & quando iudex.de cuius intellectu dicam in xxvj. arg. ſed renunciando poteſt:quia ſicut poteſt toti liti renunciare vt in l. poſtq̃ liti. C.de pact. de quo dicam latius in xxj. argu.fortius debet poſſe renunciare parti.facit l.quæ de tota.ff. de rei ven. Hæc tamen fallentia procedit,niſi ab initio per dolum expreſſiſſet maiorem quantitatem petendo plus debito, & cautionē exigendo:quia tunc cadit à cauſa, vt eſt tex.ſingularis in l.j. ff. de plus peti.de quo dic vt latius dicam in ca.j.j.de plus peti.in ij.prin.ar.ver.primus & qualiter intelligatur.vide ibi in vj.principi.ar.ij.facit quod dixi j.in vj.fal.ver.item aduerte.

135 ¶†Quartò fallit detrahendo liti generali per proſecutionem ſpecialem, vt l.licet.C.de iudi.quod procedit,ſi reus hoc fieri patitur.ſed ſi reus inſtaret vt generaliter procedatur, generaliter eſt procedēdum:nec poteſt actor impunè diuidere generalem cauſæ continentiam.ff.de arbi.in l.de rebus. ſecundùm Bart.in repe.d.l.edita.in vj.oppoſitione.

136 ¶†Quintò fallit in acceſſorijs: vt fructibus,& ſimilibus : quos poſſum

a ¶Nihil actũ &c. adde tex.in l.fi.ĩ fi. C. de ſena.cõ. ſil.& ꝙ libell⁹ ſit litis demonſtratiuus. vide Soci.in cõſi.xlj.col.pe.li. j.vbi etiã tãgit ꝙ vſq; ad litis cõte. p̃t emēdare &c.

b ¶De qua ratificatiõe faciēda in debito termino vide latè per moder. poſt Bart.in l.ſi qui pro emptore.colũ. ff.de vſucapio.

c ¶Adde q̃ dicũt Alexan.& mod. in l.gallus. §.ei⁹. in j.col. ff. de lib. & poſth. & Deci.in c.dilecti.de iudic.

d ¶Saluo iure. de hac clauſula.vide Fely.in c. ex pte. in iiij.col.ver.copula.de reſcript. d. Iaſ.ĩ.§.oĩm. d̃ act.mod. in c.inter.verſ.addēdæ. de fide inſtru. & Iaſo.in l. edita.in fi.latè de hac clauſula . C.de eden.

e ¶Heres nõ declarare mētē defuncti.de hoc art.vide mod. in l.ĩter ſtipulãtē.§.j.ff.d̃ ver.obl. Et adde ꝙ declaratio põt fieri vbicũq; verba ſint obſcura: q̃uis aliq̃s ſenſus à iure p̃ſumptiuè ſuſcipiat.Bart.in l.ab executore. ĩ prin. de app.Are.ĩ cõſi.lxxxiiij. fi.col.Itē adde ꝙ is qui declarat,nihil noui addit.velut is qui granũ ex ſpicis excutit. Fulgo. cõſi. cxlviij.in fi.Et ꝙ declaratio libelli ptineat ad libellãtem, vide Ang. conſi.clvij.

possum addere petitioni, intelligendo tamen de his qui post li. contesta. occurunt. secus si ante: quia tunc non possent, vt probatur ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. & l. ateius. §. fin. cum l. seq. ff. de aqua plu. arcen. secundùm Barto. Bald. & Doc. in d. l. edita. & Do. m. hic.

137 ¶ † Sextò fallit, si sit emẽdatio per quam solùm augetur vel minuitur cõdẽnatio ex virtute actionis propositæ: nec per ipsam emendationem contingit actionis aut facti mutatio. talis enim emendatio est licita vsq; ad sententiam, vt in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. vt puta, si noxali iudicio agẽdo addidit domini scientiam, vt teneretur insolidum. vel scientiam domini appositam in libello detraxit, vt teneretur noxaliter, secũdùm glo. Bart. Bal. & Docto. in l. edita. & idem tenet Spe. in titu. de libell. concep. §. nunc ostendamus. versi. emendare. vbi dicit ꝙ quando non mutatur actio, sed qualitas: potest fieri emendatio post lit. contest. sicut aliàs in simili non mutatur actio: sed qualitas ratione mendacij. ff. de fideiuss. in l. si dubitetur. & C. ad l. aquil. in l. contra negantem. Et pro declaratione dictorũ verborum an dominus sciuerit vel ignorauerit in noxali iudicio, vide q̃d latius dixi in c. si bos. j. de iniu. Et sequuntur hic Docto. maximè Ioan. de Imo. qui dicit ꝙ potest actor etiã post lit. contest. emendare qualitatem quæ non habet immutare substantiam actionis vel facti: nec formam sententiæ: sed solùm diuersificare executionem, per d. l. in delictis. §. si detracta. & hoc ꝓcedit, quãdo ista qualitas est extrinseca & emergẽs, vnde per eã non confertur seu alteratur actio: sed datur modus executioni. & ideò licet addatur vel detrahatur, non inducitur nouum iudicium, vt d. §. si detracta. & ideò ille qui accusauit aliquẽ simpliciter, potest etiam post lit. contest. addere ꝙ sit de Magnatibus ad hoc, vt grauius puniatur: quia esse Magnatẽ non est principalis causa agendi: sed qualitas maleficij, secundũ Iaco. But. in d. l. edita. quem sequuntur Bald. & Florianus in d. §. si detracta. secus si esset causa dãdæ actionis: vel alteraretur actio: ita ꝙ à tali qualitate actio formaretur: & exinde cõdẽnatio moderaret̃, per l. pomponius. la. ij. in fi. ff. de neg. gest. iuncta l. Prætor. §. docere. ff. vi bo. rap. secundùm Bald. in repe. d. l. edita. in ix. contrario. Inno. in c. præce. & hic. Aduerte tamen: quia Inno. intelligit illum. §. si detracta. quando à principio non fuit expressa aliqua qualitas secus si fuisset expressa: quia tunc post lit. contest. non potest emendari, seu mutari. & sic limitat illum §. sed vt dicit hic Ioan. de Imo. legistę communiter transeunt cum p̃ce. intellectu[a], & bene. Item aduerte: quia q̃d dixi ꝙ qualitas q̃ non alterat actionem vel substantiam facti, potest emendari: fallit in casu speciali. c. ab eo. de elec. lib. vj. & ibi assignatur ratio specialitatis: dicit vt ibi. facit q̃d dixi s̃. in simili in iij. fal. per l. j. C. de plus peti. Fallit etiam hæc fallentia in causa criminali, per ea quæ dixi in præce. memb. in vj. fal. Aduerte tamen: quia quidam tenent contrarium, volentes ꝙ si accusaui de vulnere cum sanguinis effusione, vel cum alia qualitate: & probaui vulnus, sed non probaui sanguinis effusionẽ: aut illam qualitatẽ: ꝙ potest fieri condẽnatio de eo q̃d probatum est seruando hãc cautelam, & ante sententiam de accusatione, illa qualitate non probata, cum protestatione hac, videlicet, domine iudex detraho de accusatione mea illa verba, cum sanguinis effusione, vel talẽ qualitatem, volo tamen de alijs per vos procedi, per d. §. si detracta. & insti. de actio. §. si minus. quia emendare & mutare licet, vt d. l. edita. Bar. tamen consi. xvj. q̃d incipit, accusatio. dicit quòd alij tenent contrarium. & hanc opinio. sequitur. Mouetur quia accusatori est quæsitum ius: quia per talem qualitatem nõ probatam veniebat iste absoluendus, prout ibi latius traditur per eum. vnde beneficium iuris non est ei auferendum, vt in authentica, de nup. §. non solùm. & in regula, indultum. de reg. iur. Et quia nemo potest mutare consilium in alterius præiudicium, vt in regula, nemo potest. de regu. iur. Item quia regulariter post lit. contesta. non potest quis mutare propositum. nõ ob. §. si detracta. quia loquitur in alio casu, secundùm eum. & sic habes differentiam quòd ante probationem factam poterat detrahare hanc qualitatem: & probando sine qualitate obtinere. ita arbitror posse responderi ad §. si detracta. Sed post factam probationem, nulla prius facta detractione, procedat q̃d dictum est, & vide omnino ad hoc quod dixi in ca. qualiter. el ij. j. de accusa. in xj. prin. ar. q̃o. lxxiij. & vide quod dixi in præce. membro, in vj. fal.

138 ¶ † Septimò fallit respectu partis q̃ agẽtis mihi, ad partẽ accreuit parti, petit post lit. cõte. Nã possum addere libello illã partẽ: vt etiã in illa parte feratur sentẽtia, vt l. si proponas. §. fin. ff. de inoffi. testa. facit q̃d not. in l. si nõ mortis. §. fi. eo. ti. & rõ est: qa illud venit intrinsecè per ius accrescendi q̃d inducit ipso iure prorogationem ad id, q̃d est eiusdem formę, hoc est naturæ, secundùm Bal. in repe. d. l. edita. in vij. contrario.

139 ¶ † Octauò fallit in actionibus vniuersalibus & generalibus, in quibus potest addi & detrahi vsq; ad sententiam, secũdùm Inno. in c. præce. l. iij. & l. si quo tempore. ff. de pet. hære. & in l. licet. C. de iudi. & idem tenet glo. in d. l. edita. C. de eden. Sed hoc non placet Petro Cy. & Bart. ibi: quia in petitione hæreditatis principaliter petit actor se pronunciari: in executione autem veniunt omnia bona hæreditaria, dixi s̃. in xij. arti. q. v. in j. membro & q. xvij. vnde si ad reum aliquid perueniret pendente iudicio: illud potius veniret in tali iudicio virtute actionis propositæ, quàm ex veritate emendationis. & ideò dicit Bart. quòd si esset actum petitione hæreditatis ad vnam rem singulariter, nõ posset fieri post lit. cõte. emẽdatio vel additio alicuius rei, vt l. nõ põt. ff. de iudic. & ex hoc not. intellectum ad illam l. iij. quæ ibi non declaratur per Bart. Nã Bar. in d. l. edita. intelligit ꝙ l. illa procedat, quando conclusio fuit generalis. secus si actor restrinxit se ad certam rem: vt quia petijt hæreditatem, seu se declarari hæredem: tunc enim si declararetur hæres, mandaretur sententia executioni: etiam in rebus quas incœpit possidere etiam post lit. contest. vt dixi in d. q. v. in primo membro. secus autem vbi actor egit petitione hæreditatis, restringendo se ad vnam rem singularem: quia tunc illa res venit, & non alia. nec potest etiam in processu declarare, sicut in iudicijs singularibus: & sic noua est opus interpellatione. arg. l. non potest. ff. de iudi. Et hunc intellectum sentit Specu. in titul. de libel. conceptio. §. nunc ostendamus. post prin. vbi post Vinc. quòd in vniuersali actione, vbi res non fuit specificata, potest libellus mutari & emendari, addendo vel detrahendo, per d. l. quartam. & idem dicit in generali actione, per l. licet. C. de iudi. Et sic apertè sentit quòd quando res fuit specificata, ita quòd actor restrinxit se ad certam rem: non potest fieri aditio vel detractio: quia alia non veniunt ex natura actionis, si enim venirent, nihil obstaret quo minus posset fieri additio vel detractio. Aduerte tamen: quia litera Specu. referentis opin. Columbi, habetur diuersimodè. & eandem opin. sensit Innocen. in c. conquerente. s̃. de offic. ordi. & gloss. in d. l. iij. dum exponit text. dum dicit, de qua sola, i. propter quam solam, quasi velit quòd ibi non contendebatur de vna sola re: sed propter illam rem solam fuit intentata petitio hæreditatis. facit etiam text. in princi. illius l. dum dicit, si hæreditatem petam ab eo &c. & sic non restrinxit petitionẽ suam ad vnam solam rem: quia tunc non fieret condemnatio nisi ad illam tantùm. Et hæc opini. placet hic Domi. me. qui dicit quòd in examine cuiusdam scholaris vidit magnam disceptationem super intellectu illius legis, mouetur etiam, quia restringendo se ad vnam speciem, videtur restrinxisse virtute actionis vniuersalis. arg. Cle. exiuit. de verbo. sign. facit quod not. in c. sedes. de rescript. & in l. si cui dulcia. ff. de vino, tritico, & oleo legat. Et hoc est tenendum, secundùm Do. me. licet Spe. in ti. de actio. & peti. §. sequitur. ver. differunt. aliud sentiat. & vide quod dixi in d. v. q. in primo membro, & etiam in secundo, quantum ad actionem generalem: vbi dixi ꝙ non fit condemnatio nisi super prosecutis[b]: vt l. licet. C. de iudi. Et prædicta notabis, vt sis cautus in practica. ita ꝙ in vniuersalibus & generalibus iudicijs nõ restringas te in libello: sed facias conclusionem vniuersalem, seu generalem.

140 ¶ † Nonò fallit, si est talis ineptitudo quæ reddat nullam litis conte. quia tunc semper potest emendari: quia ex quo litis cõtestatio est nulla: habetur pro non facta: & sic non præstet impedimentum: vt in regula, non præstat. de regu. iur. lib. vj. cũ si. quod intellige si tempora largiuntur: hoc est ꝙ non sit præscriptum, per l. accusaturus. ff. de adul. secundùm Bal. in repe. l. edita. versicu. sed hic dubitatur. tetigi in præcedenti membro.

141 ¶ † Circa tertium membrum, vtrum emendatio possit fieri in causa appellationis. Vin. & post eum Ioan. And. referunt quosdam dicere ꝙ addi & detrahi potest quantitati in libello comprehensæ. arg. l. fi. C. de tempo. appel. Sed ipsi tenent nil extraneum peti posse: cùm nec super tali possint testes produci: vt l. per hanc. C. de tempo. app. quia necessarius esset nouus libellus, & nouum iuramentum. fatentur tamen ꝙ si iudex principalis causæ minus condemnauit q̃ꝫ debuit: illud peti potest in causa appellationis, per c. Raynutius. j. de test. & sic residet hic Do. me. Ego arbitror generaliter dici posse, ꝙ cùm appellatio rescindat, seu suspendat acta vsq; ad litis contest. exclusiuè secundùm quod traditur in l. j. in fi. ff. ad turp. & l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & in c. fi. j. de seque. pos. & fruc. propter hoc possit fieri emendatio in causa appellationis in omnibus criminibus, in quibus s̃. diximus posse fieri emendationem. facit quod no. in l. per hanc. C. de app. & quod no. in c. per tuas. & vide quod dicam in xxij. arti.

142 ¶ † Quartò quæro, qualiter debeat fieri emendatio. Solu. dic ꝙ debet fieri parte citata. arg. l. de vno quoq;. ff. de re iudi. sentiunt

a ¶ De intellectu §. si detracta. in l. in delictis. de noxa. vltra alios vide subtiliter per d. Phi. Dec. in c. licet. in glo. in ver. astrinxit. in j. cõclusione. ij. fal. extra de proba.

b ¶ Snĩa non præiudicat nisi super prosecutis: licet à iudice. C. de iudi. vide tamẽ ibi doc. moder. qui assignãt. d. limitationes ad eã regulã.

Bar.& do.Florianus in l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa. ad quod vide quæ latius dixi in c.qualiter.el ij.de accu.in xj.princ. arti.q.lxxiij.

¶Quintò quæro quid sit emendationis effectus. Solut. dic vt dicam in xxxviij.principa.articul. & ex his est expeditus iste xxv.arti.

¶Vigesimosextò prin.art.in quo examinandum est de mutatione ipsius libelli, prosequar pro clariori examinatione infrascriptas quæstiones.

¶Prima quid sit mutare libellum.

¶Secunda, quæ dña sit inter mutationē & emendationē libelli.

¶Tertia an actor possit mutare libellum: & quò ad quid possit mutare, & vsq; ad quoū tempus.

¶Quarta, qualiter possit mutare.

¶Quinta, de ipsius mutationis effectu.

143 ¶†Primò igitur quæro, quid sit libelli mutatio. Solu. dic quòd est ab edita actione in totum recedere, & alium libellum formare: vt l.edita.C.de eden.& ibi per Doct.& dicit ibi gl. quòd libellus mutatur quando id quod est ipsum substantiale, in totum tollitur.& ita dicunt hic Doct.& Ioan.An.in addi.in ti.de libel.concep.§.nunc ostendamus.in princi.potest autem fieri hæc mutatio pluribus modis: videlicet, per mutationem instantiæ causæ actionis, & rei petitæ, per mutationem instantiæ, qñ fieret mutatio differendo in aliam instantiam: vt j. dicam exemplum, de causa potest figurari, si petij libellum ex causa depositi[a] & nunc volo remouere illud verbum ex causa depositi: & ponere commodati: quia testes mihi dicunt ꝙ fuit commodatum. vnde si deponerent super libello ex causa depositi, succumberet, secundùm Inn.in c.j.j.de lit.contesta. Exemplum de mutatione actionis potest figurari, quando receditur à veteri actione: & ponitur noua. vt puta, si narraui ꝙ dedisti mihi damnum in vinea: & peto te condemnari ad interesse: & sic propono actionem l.aquiliæ: postea verò volo mutare & dicere ꝙ dedisti damnum succidendo vites: & peto te cōdemnari ad duplum. Et sic recedo ab actione l.aquiliæ, & trāseo ad actionem arborum furtim cæsarum. De re verò potest figurari exemplū si petij codicem ex causa commodati: & nunc volo remouere codicem, & ponere Digestum. Insti.de act.§.si quis alium. Bal. etiam in rep.l.edita.figurat exemplum circa hanc materiam mutationis: puta si dico te possidere talem rē, quæ pertinet ad me iure directi dñij: quam denegas restituere. vnde peto me declarari me dominum: & te cōdemnari ad restitutionem: & ad hoc propono rei vendicationem directam. sed postea informatus, ꝙ non sum proprietarius, sed emphyteota: muto totum libellum, dicens me vtiliter dñm. ista enim digressio quæ fit ex primo libello, non remanente aliquo ex primo libello: formaliter intelligi dicitur mutatio, scilicet quando tota cōclusio libelli mutatur secundùm Bal. idē si mutarē de rei ven. in publicianā vel in hypothecariā.ff.de euict.in l.si cū venditor.& l.si minor.§.si seruus.quod no.in l.pe.ff.de inge.man. possunt etiam alia plura exempla adduci. sit ergo conclusio, ꝙ libellus dicitur mutari, qñ à veteri actione eius substantia in totū sublata, alia est in locum illius subrogata: vel qñ instantia in totum deseritur, & in aliam instantiam transfertur. ista tamen in rei veritate nō propriè est mutatio: sed desertio, seu translatio, aut renunciatio, vel desistantia, vt apparebit ex his quæ dicam j.in ar.

144 ¶†Secundò quæro, quid differat mutatio libelli ab emendatione libelli. Solutio clara colligi potest ex his quæ statim dixi in præce.q.iunctis his quæ dixi in xxv.principali arti.q.j.

145 ¶†Tertiò quæro an actor possit libellū mutare, & quò ad qd, & vsq; ad quod tempus. So.glo.nostra in ver.Item no.ꝙ libellus in effectu vult ꝙ possit fieri mutatio vsq; ad li.conte.prout placet per l.iij. C.de eden. & ij.q.vij. c.libellorum. postea verò non possit. A.B. Et hoc verū, nisi procederet de consensu partium, secundùm quosdam. Sed dicit Bal. in auť.hodie. C.de iur. cal.q.fi.ꝙ licet de consensu partium cantaretur, tñ litis cōte. itē facta non sufficeret: sed iterum esset lis contesta. quia ista actio non clauditur sub illa litis conte. & bene, sed ante lit. contesta. videtur posse fieri emendatio, secundùm gl.nostram. Ma.subdit tamen glo.nostra in ver.præterea.ꝙ reo postulante post editam sibi actionem per iudicem vel executorem, actor necessitatur perficere litem. vt in auť.qui semel.C.quomodo & quando iudex. vnde actor compellitur actionem intentatam cum noua actione vsq; ad finem perducere, vt in d.auť. quod procedit in his actionibus, in quibus vna non tollitur per electionem alterius. sed si vna tollatur per electionem alterius, non potest talis mutatio fieri: vt not.in l.j.C.de furt.& in l.j. C.si seruus se emi manda. & C.de codi.in l.final. & in l. quod in hæredem.§. eligere.ff.de trib. Si verò reus non sit prædicto modo conuentus, videlicet edita sibi actione per iudicem vel executorem: licitū est sibi desistere: qa nemo[b] inuitus agere vel accusare cōpellitur, vt in rub.& nig.C.vt nemo inuitus. Et hoc vult gl. in effectu in vltima parte. Sed Martinus Silimani in d.l.edita. vt refert Ioan.Andre.in addi.Specu.in tit.de libel.concept. §.nunc ostendamus. in prin.voluit quòd olim ante ius authenticorum actor quandocūq; ante lit.contest.posset propositā in libello actionē mutare, & ab ea desistere, per d.l.edita.& per l. amplius. ff.rem rat.habe.& l.j.C.vt nemo inuitus agere &c. Hodie verò non licet desistere: imò oblato libello, & reo citato, necessitatur actor prosequi vsq; ad finem litis: vt d.auť. qui semel. & circa hoc varij varia senserunt, vt traditur hic, & in d.auť. qui semel. vel etiam per Roffre.in libellis rubr.xxv.& Odof.in summa in titu.de eden.in addi.quæ incipit, sed nunquid.& Hosti.in sum. huius titul.§.pe. Tu verò distingue post Bart.in d.l.edita.& d. Ant.& Do.meum hic plurimis additis, ꝙ aut actor ante oblatum libellum seu citatum reum ad id, vult libellum mutare, & potest: siue velit in totum desistere, siue in aliud tempus velit differre. per rubrum & nigrum.C.vt nemo inuitus. tenet Bald. in rubr.C.de in ius vocan.facit l.sempronia libellos.ff. de furt. & quod not.Iacob.de Are.in l.denunciasse. circa princip.ff.de adult. Aut actor vult mutare libellum oblatum iudici, & editū parti, seu facta super eo ad id, citatione &c.conuenti per iudicē vel executorem. Et hoc casu subdistingue quòd quādoq; actor vult in totum desistere renunciando instantię actioni.& causæ: & potest, non solùm ante lit.contesta.sed etiam post: vt l.postquàm liti.C.de pact.& in l.destitisse.ff.de iudi, quod tamen limitatur, nisi reus vellet in iudicio persistere propter aliquā maiorem vtilitatem, vt puta si assumpsisset onus probandi se dominum, quod facere potest: vt in l.circa.ff.de proba. Nam hoc casu, quia ex renunciatione actoris non consequeretur dominium: vt not.Barto.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.pos.vt probato dominio, reus declaretur dominus: cogitur actor persistere, secundùm Bart. Bal.& Modernio. & in d.l.edita.& d.Anto.& D.meum hic.facit etiam quod not.in l. vtiq;.ff.de rei vend.¶A.B.Potest enim reus conuentus petere se declarari dominum.ad quod vide quod dixi j.de causa poss. & proprie.tract.ij.arti.xiiij.in fi.primi membri ibi.Quid autē si reus opposuit de dominio suo.Ma.¶Item hoc limitatur & secundò, vt possit scilicet in totum desistere in causa princip. sed in causa[c] appella.non videtur esse licitum renunciare, etiam ad litis excussionem. vnde appellans non potest renunciare appellationi, appellato inuito.C.quando prouoc. non est neces.l. fi.& ibi per Cyn.& ratio est: quia appellatio est communis vtriq;: ex eo, quia vtriusq; negotijs deuoluit ad superiorem.C.de appel.in l.ampliorem.faciunt no.per Inn.Hosti.& Doct.in c. conquestus.de resti.spolia.secundùm Bal.in repet.l.edita. C.de eden.in vj.opp. Tu vide ad hoc quod latè tractat Host.& post eum domi.Anto.in c.fi.de cri.fal.& quod latè dixi j.de app.in rubri.xxiiij.princi.q.& in iuribus in ea allegatis.& in c.interposita.j.de appel. Et adde quæ statim j.subijciam. Quandoq; verò actor non vult in totum desistere: sed solùm differre: & hodie nullo modo potest, secundùm omnes, per tex.in d.auť. qui semel.C.quomodo & quādo iudex.& in corpore, & in auť. de litigiosis.§.omnem.colla.viij. Et hoc procedit, nisi reus consentiat. Nam reo consentiente planum est ꝙ actor potest nouum libellum dare, & nouum processum inchoare: sicut quando perit instantia: vt in l.properandum.C.de iud. Quandoq; verò actor solùm vult desistere ab instantia, remanēte sibi salua actione & causa: & pars non potest, inuita altera parte: vt d.auť.qui semel.& d.§.omnem.quod tamen procedit, nisi iudex hic esset certus ꝙ reus esset solùm absoluendus ab instantia iudicij, fortè propter malè conceptum libellum, vel aliam causam, secundùm Bart.in l.edita.C.de eden.& Do. me. & Henricum bohic qui dicit ꝙ tunc esset recipienda renunciatio quæ solùm fieret instantiæ.& nouus processus fieri potest.ff.de accusa.l.libellorum.ff.de iureiur.l.qui per salutem.& ff,ad Velle. aliquando & j.de accus.c.qualiter.el ij.c. mihi placet. quia frustra expectatur euentus[d] nihil operaturus: vt d.l.aliquando.cum simi. Item hoc procedit, nisi actor suspenso petitorio vellet transire ad possessorium. secūdū ea quæ tradūtur in Cle.j.de cā poss.& proprie. & ibi latius dixi & latius dxi j.in titu.de causa pos.& proprie.

¶A,B.Hoc tamen loquitur, si modo libellus vel actus teneat. Secus si sit nullus: quia tūc iudex debet pati, vt pars renunciet & mutet propositum: vt tradit Bar.in l.edita.C.de eden.facit l. j.circa prin.ff.si mens.fal.mo.di.& l.libellorum.ver.ꝙ si libelli. ff.de accu.Ma.

¶Qñq; verò actor vult renunciare actioni remanente sibi cā, & remanētibus sibi alijs actionibus perditis ex eadē causa. Et opi.sunt variæ. Bart.tamen in d.l.edita.C.de edē. sequitur opi. Odofr. vt possit taliter renūciare ꝑ tex. in d.auť.qui semel. vbi dicitur

a ¶Egi ex cā depositi. tandem in ꝓgressu litis probaui de cōmodato, vtrū vitietur processus: & nō possit ferri sentētia. disputat Ale. in cōsil.cxxj. pe. col. lib.j.

b ¶Nemo inuitus cogitur agere vel accusare. enumerantur tñ tres & viginti casus, in quibus qs cogitur agere inuit⁹. de quibus vide rep.in Cle.sępe. in prin. xxxj.co. cum seq.de verb. sig.ni.

c ¶Qm̃ appellatio est cōis appellato & appellanti, idcirco non pōt eidē renūciari, altero litigañ. inuito. de quo tñ vide latè Felin.in c.ex pte.el ij.col. ij.ver. sed de isto articulo. s̃.de rescrip.

d ¶Euentus nihil operaturus non expectandus. vide glos.in c.cùm contingat.in fin. de offi.dele.

dicitur, ꝙ quis cogitur exercere lit. super illa actione vsq; ad fi. sed renunciando illi actioni, ego impono finem omni liti super illa actione. ergo vlterius nõ cogor prosequi. & sequitur hic d. m. & est communis opin. moderniorum. Aduerte tamen: quia quod superius dixi ꝙ actor potest libellum mutare: procedit, nisi æquitas iudicis aliud decerneret, vt puta si aliquis primò proposuit certi conditionem generalem, quæ non infamet: quã vult mutare & proponere aliam quæ infamet: fortè ius dictis æquitas non admitteret: & secundùm Iaco. Bu. Bart. & Bald. in d. l. edicta. prope finem illi l. Et sequitur hic Do. me. & communiter Doc. Item prædicta procedunt etiam si in libello sit apposita clausula, saluo iure addẽdi & mutandi. ad quod vide quod dixi s. ar. xiij. q. v. Et hæc procedũt in libello dato in causa prin.

a Sed in libello[a] appellatorio, quædam volunt ꝙ libellus possit mutari, ne iustè pœnitudinis humnita amputetur. G. de tempo. ap. l. si quis libellos canonizata. ij. q. vj. Et hoc fine aduersarij captione. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. & de inter. act. in l. de ætate. §. fi. secundùm Specu. in titu. de libelli concep. §. nũc ostendamus. versi. pono libellus. Subdit tamen Spe. ꝙ quidam dicunt quòd vbi appellatur ab electione, prouisione, vel postulatione, aut earum actione, secundùm quod traditur in c. statuimus. de elec. li. vj. tali appellationi, quæ nihil aliud est quàm citatio, renunciari non potest: sicut nec pars altera renunciare citationi vbiq; vtraq; esset à domino Papa citata: quia causa est cœpta per citationem. & quò ad partes, iurisditio firmata suprà de offi. deleg. c. gratum. & ff. de re iu. l. nemo. Alij verò dicunt ꝙ si res est integra: quia appellatus nondũ fecit expensas, nec iter arripuit: potest appellans renunciare: secus si res nõ sit integra ff. de condi. causa data l. si pecuniam. & s. de elect. c. in causis. & j. de appella. c. constitutis. el. j. Et hoc humanius est & hodie est expressum: ex quo appellatio est præsentata superiori, vt in c. quamuis. §. cæterum. de elect. lib. vj. secundùm Spe. in d. ver. porrò Subdit tamen ibi Ioã. An. in addi. ꝙ licet c. q̃uis. specialiter loquatur de appellationibus interpositis in electionibus episcoporum, vel superiorum, vel in negotijs ipsorum. tamen si in illis licitum est recedere ante præsentationem papæ factã, fortius est in alijs. sed in hoc facere videtur contra: quia ibi vtriq; parti hoc conceditur: ergo non licet soli appellanti. super quo vide q̃d ibi nota. glo. in verbo, præmissis. & q̃d ibi traditur, & quod ibi tradit Spe. in titu. de excep. Subdit tamen Specu. in d. ver. porrò. quod ad l. si pecuniam. & c. in causis. posset responderi, ꝙ loquantur in mandato: in quo mandator plus iuris habet ĩ reuocatione mãdati quàm mandatarius sed aliud videtur esse in appellatione per quã alteri contra alterum ius æqualiter quæritur: & quæ æqualiter appellatum & appellantem cõstringit: Et ad hunc articulum libelli appellatorij, vide remissiones quas dedi in d. ru. de ap. arti. xxiiij. & q̃d dixi in d. c. interposita. de app. Insuper hæc procedunt in causa ciuili: in causa vero criminali, libellus accusatorius ante inscriptionem potest reuocari etiam sine pœna ij. q. iij. c. si pœnituerit. ff. ad turpil. l. quæsitũ ff. de in ius vo. l. quanuis. sed post inscriptionem non potest. reuocari, nisi ex causa ij. q. iij. c. Paulũ. C. de abolitionibus. l. fallaciter. j. de accu. c. licet. & ibi latè dixi post do. me. in gl. super verbo, inscriptionis. & sequitur hic Henricus.

¶ Quartò quæro qualiter debeat fieri mutatio. Sol. clara colligitur ex his quæ dicta sunt in præce. q.

¶ Quintò quære de effectibus mutationis libelli. So. dic vt dicam in seq. xxvij. prin. arti.

¶ Vigesimoseptimo prin. ar. in quo tractandum est de effectibus emendationis & mutationis libelli, dic quòd effectus sunt multi.

146 ¶ †Primus effectus est quòd ille qui emendat vel mutat libellum, condemnatur in expensis. tenetur enim ad interesse

b parti[b] aduersæ. Et hoc vult glo. nostra hic, in versiculo & hoc licet. quæ dicit quod in casibus in quibus licet actori alterare seu variare: hoc sibi licet sine præiudicio aduersarij, vt scilicet teneatur ei ad interesse toties variando ff. de inter. actio. l. de ætate. §. finali & ff. de edendo. l. ij. §. his autem. & l. eum quem temere. ff. de iudi. & pondera quia gloss. dicit, quòd actor tenetur ad interesse, quasi sentiat quòd actor non tenetur ad expensas, si reus nullum potest prætendere interesse. idem dominus Antonius hic, & fuit nota. Barto. in dicta l. edita. & tenet Dominus meus hic, concludentes tunc fiendam condemnationem expensarum, vbi reus damnificatus est: aliàs secus. si enim petij rem in libello, & solùm apposui duos confines: nunc verò volo addere duos alios: non est conueniens quòd debeam condemnari in expensis. ex quo reus in nullo damnificatus est: quoniam causa deliberationis suæ per hanc adiectionem non mutatur, & idem in similibus, sed si per adiectionem causa deliberationis mutet q̃m secũdũ primũ libellũ reus debebat condemnari: & sic propter hanc causam expẽdit quærendo aduocatos procuratores, & similia necessaria. sed propter factam adiectionem & emendationem, reus deliberat non contendere: reficientur ei expensæ: quia in his est dãnificatus. sed si vtroq; modo tã secũdùm primũ libellũ, q̃ secũdùm emendationẽ postea factã, reus idẽ deliberasset. s. cõtendere: fortè ꝙ negat ipsum factum pro quo principaliter agitur. Bar. putat in d. l. edita. quod æquitas iudicantis nõ debeat velle actorẽ condemnari ad expensas reficiendas. nisi propter hoc lis efficeretur longior: quia tũc ad tantas expensas dãnabitur ad quãtas reus dãnificatus est propter litẽ elongatam. & hoc voluit tex. in d. l. edita. in fin. & sequũtur Doct. hic. dicit etiã hic Do. me. se putare, ꝙ q̃uis reus alterato libello deliberet contendere vt prius: tamen si tale quid est additũ vel mutatũ, quod in deliberando oportuit facere expensas in aduocatis & similibus, cõdẽnabitur etiã in istis expensis longioris litis. & mihi placet. & fuit consideratio ista d. Ant. quam sequitur hic Ioan. de Imo. Aduerte tñ: quia Abbas antiquus in d. c. pasto. j. de causa pos. & proprieta. videtur velle ꝙ actor emendat addendo: & tenetur ad expensas: aut detrahendo, & non tenetur secũdùm Bal. in repet. l. edita. in vij. op. dicit ꝙ vtroq; casu debet condemnari in expen. & maximè si detrahitur qualitas continens totum libellum. non enim veniunt hic expensæ totius litis: sed vnius arti. quia oportuit cum aduocatis sæpius habere consilium: & à notorijs scripturas quærere: & cætera huiusmodi quæ in facto consistunt. & subdit, quòd quicquid dicat ille Abbas, debet intelligi, si non interest aduersarij. Et subdit ita, dico ego Bal. de Perusio qui non sum Abbas neq; monachus. Hæc igitur omnia & similia, iudicis æquitas debet existimare, quæ relinquuntur arbitrio suo. in cuius arbitrio etiam versatur: vt dicit glos. in d. l. edita. quòd habeat rationem personæ. argu. l. j. in fin. ff. de eden. vnde infert glos. ꝙ minor & mulier non debent condemnari in expensis: vt d. l. j. in fin. Sed vt dicit Bart. in d. l. edita. in fi. col. illa l. j. in fi. loquitur in alio casu, videtur quando quis deliquit non parendo iudici circa editionem fiandam. Sed in terminis nostris, putat Barto. quòd ad-

c ministrator[c] minoris veniat condemnandus in expensis: quia temerè litigauit. & fiat excussio in eum, non in minorem: vt l. non est ignotum. ff. de admi. tut. & plenius per Bar. in l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. ij. tetigi in c. calumniam. j. de pœnis. in v. prin. arti. in fal. xvij. Nec ob. l. polla. C. de his, quibus vt indi. quia ideò ibi punitur minor: quia pœna non potest æquè cadere in tutorem sicut in pupillum. facit etiam l. meminerim. ff. vnde vi. & hæc quantum ad minorem. Quãtum verò ad id, quod dicit gl. de muliere, putat Bar. eam condemnandam in expensis. mouetur Bar. quia non reperitur ꝙ hoc casu mulier iuuetur. in summa ego arbitror, ꝙ actor propter iustam causam excusetur. facit Cle. j. & quod ibi no. de causa poss. & proprie. propter temeritatem debeat in expensis condemnari: siue versetur circa emendationem libel. siue circa mutationem, aut desistentiam. ad quod vide quæ latius dixi in d. c. calumniam. maximè in v. & vj. princ. arti. Item aduertè: quia istæ expẽsæ veniũt reficiendæ per act. in factum, secundùm glo. in d. l. edita. per l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. & ff. de eden. quod in terminis nostris non placet Bart. in d. l. edita. quia prædictus §. ex hoc edicto. loquitur qñ quis ideò tenetur, quia ad præceptũ iudicis nõ edidit. hic verò non loquimur de eo qui libellum malè cõposuit. quo casu expẽsæ veniũt reficiẽdæ iudicis officio mercenario. vt l. terminato. C. de fru. & lit. expẽ. Et idẽ tenet Bal. in repe. d. l. edita. vbi vult ꝙ veniãt reficiẽdæ etiã offõ iu. delegati.

147 ¶ †Secũdus effectus est, ꝙ reus ratione emendationis vel mutationis debet habere nouas inducias: si modo propter talẽ emẽdationem vel mutationem alteretur prima deliberatio sua: aliàs secus. arg. c. literæ. j. de dila. secũdùm glo. hic prope finẽ. quæ tñ dicit ꝙ propter nouã & minimã additionem nõ debet habere nouas inducias, per d. c. literæ. & sequuntur hic Doct. Et Bart. & Doct. in d. l. edita. Et idem in effectu tenet Spe. in ti. de libelli cõcep. §. nunc ostẽdamus. vers. sed etiã si aduersario. qui dicit ꝙ in actione vel cã mutata, reus habebit nouam dilationem ad deliberãdum: vt l. edita. in fi. & ad exceptiones dilatorias proponendas. ff. ad exhiben. l. iij. ff. iudi. sol. l. cùm quærebatur. in fi. & in c. ad dissoluendum. j. de despon. impube. quod procedit, nisi ex primo libello potuerit instrui: & ita seruat curia: ita, vt qualitercunq; potuerit instrui ex primo libello: non debeat habere nouas inducias. exẽplũ, petij primò Stichum actione depositi: nunc peto certi condictione: quia deposui vel egi primò contra te actione, vi bonorum raptorum. Nunc aũt ex eadẽ rapina ago contra te furti, non manifesti: quia in his casibus, licet mutetur actio, non tñ mutatur causa. si verò vtrunq; mutetur, tunc habebit nouas inducias. quia primò non potuit plenè instrui: vt si primò petij Pãphylũ ex testamẽto, nũc peto Stichũ

a ¶ In libello appellatiõis an põt fieri mutatio. vide per Lud. Ro. in consi. dlxxxj. inci. quæstio est nũquid libellus. & Ias. in l. edita. C. de eden.

b ¶ Qui mutat libellum tenetur parti ad interesse. adde quæ ponit Ioan. de Imo. post Bar. in l. de demõstratio. ff. de cõditio. & de mõ. Bal. in l. sancimus. C. de iud. & Bald. in l. non ignorat. C. d̃ fru. & lit. expensis.

c ¶ Si pupillus temerè litigat, tutor in expen. cõdẽnatur vide latè Bar. & ibi mo. ĩ l. j. §. fi. pcurator. ff. si q̃s ius dicẽ. non obtẽ. latius in l. iij. in prin. ff. de re iudicata.

certi condictione, secundùm Spec. in d. vers. de qua materia latius videbimus in tit. de dilationibus.

148 ¶ † Tertius effectus est respectu actoris. fortè enim ipsius actoris magis interest libellum emẽdare, quàm nouum porrigere: propter nouas sportulas, quæ debẽtur ratione noui libelli: vel propter gabellam, quæ de nouo deberet solui ratione noui libelli, secundùm diuersa statuta & cõsuetudines Italiæ, secundũ Bart. & moderniores in d. l. edita & Do. m. & Doct. hic. Aduerte tñ, quia sportulæ & gabella prius solutæ pro libello inepto, non prosunt pro libello postea aptè cõcepto: quia alius est libellus. vnde omnia de nouo fieri oportet. ar. l. ius ciui. ff. de iust. & iu. & quia si non tenuit principale nec accessoria solutio sportularum, seu gabellæ, secũdùm Bar. in repe. d. l. edita. & ex his (Deo duce) hæc decretalis, significantibus. cũ ampla ordinata & clara significatione extitit expedita. die xix. Maij m.cccclij.

SVMMARIVM.

1 Libellus est in iudicio porrigendus.
2 Prælatus solus non potest agere causam ecclesiæ.
3 Causa debet exprimi in actione personali.
4 Libello existente malè concepto, qualiter cõtra eũ excipiatur.
5 Libellus in personali actione sine causæ expresione procedit, parte non opponente.
6 Iudex non admittens exceptionem legitimam, partem grauare dicitur.
7 Iudex quid facere debeat datis contra libellum exceptionibus & nu. seq.
10 Iudex iniustè pronuncians exceptionem admittendam, vel nõ an faciat litem suam.
11 Sententia, qualis super libello inepto ferri debeat.
12 Cumulatio, quid sit.
13 Cumulationum species, quot sint. & nu. seq.
17 Cumulatio plurium actionum, an sit permissa.
18 Cumulatio quando prohibita dicatur. & nu. seq.
25 Actor ad rei instantiam, an teneatur actiones cumulare.
26 Iudex, an contra eundem posit plures cumulare inquisitiones.
27 Exceptio, an posit cumulari petitioni.
28 Res plures, an posint in eodem libello cumulari.
29 Cumulationis effectus qui, & quot sint. & nu. seq.
33 Actiones contrariæ, quæ dicantur.
34 Actiones contrarias contra eundẽ intentare nemo potest. quod limitatur nu. seq.
46 Opponere de contrarietate, quando necessarium sit.
47 Sententia lata ex processu gesto super inepto libello, an valeat. & nu. seq.
53 Verba libelli, qualiter & per quem sint interpretanda.
54 Libellus procedit emphyteuta dicente, non ad se pertinere iure dominij.
55 Libellus considerari, & eius verba interpretari secundùm dignitatem actoris debent.
56 Libellus cẽsetur diuiduus, diuersos modos agẽdi cõprehendẽs.
57 Verba libelli debent efficaciter interpretari.
58 Effectus libelli seu oblationis ipsius, qui & quot sint. & nu. seq.
40 Libelli effectus, qui. & nu. seq.

a ¶ Qñ libellus est obscurus vel incertus, adde cautelas de quibus p Docto. maxime Pau. in l. is apud quẽ. v. colũ. C. de edẽ. & Cæpo. in caute. clviij. & c. xix. An. consil. c. xxxvj. inci. in q. iij. colũ. & dixi s. in c. præce.

b ¶ Qñ iudex fingit nõ audire. vide no. per Bal. in l. ij. q. xj. de Epis. audi. in l. ij. vt lite pen. Bart. in l. de pupillo. §. si qs ipsi prætori. de noui oper. nunc. vbi mod. & Ab. in c. ex parte tua. de appel. vbi aliqua de hac materia.

Dilecti filii. Reus non tenetur rñdere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi. h. d. diuiditur: quia primò ponitur appellantis narratio. secundo appellationis commissio. secunda ibi, ideoq;. Et in tex. ibi, ipsos. dic scilicet fratres sanctæ Mariæ de yspida conuentos.

1 ¶ † Postremò not. quòd libellus est in iudicio porrigendus: & de substantia iudicij, de quo dic vt latius dixi in c. j. in v. principali arti.

2 ¶ † Secundò no. ibi prior & cõuentus. ar. quòd solus Prælatus sine conuentu non potest causam ecclesiæ agere. de quo tamen dic vt legitur & no. in c. edoceri. s. de rescriptis.

3 ¶ † Tertiò no. ar. optimum quòd in actione personali sit exprimẽda causa. de quo dic vt latius dixi in c. ij. s. e. in xij. princ. artic. in x. q. principali.

4 ¶ † Quartò no. practicam excipiendi contra libellum malè conceptũ, propter causam non expressam. sufficit enim dicere, nõ teneor respondere: non autem est necessarium exprimere vitiũ libelli. de quo dic vt latius dixi s. in c. præce. in xxiij. prin. arti. & dicit hic Hostien. quòd ista exceptio hic non fuit opposita ad litis peremptionem: nec ad iudicij declarationem: sed ad dubietatis & obscuritatis declarationem: & ad iuris deliberandi obseruationem.

5 ¶ † Quintò not. quòd libellus in actione personali procederet sine expresione causæ, si pars non opponit. probatur in l. fin. C. de anna. excep. dixi latius in c. præce. in xij. arti. prin. in v. q. princ. in iiij. membro in xij. illatione, in j. ver. tertium dubium.

6 ¶ † Sextò no. quòd iudex non admittendo exceptionem legitimã: grauat partem: & ideò ab eo potest appellari. licet expresse su per exceptione admittenda, vel non admittenda, iudex nõ interloquatur. Nam procedendo ad vlteriora, videtur reijcere exceptionem. de quo latius videbimus statim in xxviij. principali arti.

¶ Vltimò not. ibi, reuocato in irritum &c. de hac dictione &c. scripta abbreuiatè. de quo dic vt latius dixi in ca. significante. s. de rescrip.

¶ In glo. j. in fi. dic de hoc vt latè dixi in rub. in j. prin. arti.

¶ In glo. ij. in fi. dic de hoc vt latè dixi in c. ij. in xij. prin. ar. in x. q. principali. ver. x.

¶ Postremò iuxta præmissum ordinem in rub. superest vt examinemus xxviij. ar. princ. & reliquos articulos in materia tituli nostri.

¶ Vigesimo octauò igitur principali ar. in quo venit examinandum de officio iudicis, quid ipse facere debeat datis exceptionibus contra libellum. circa quem arti. pro clariori examinatione prosequar istas quæstiones.

¶ Prima, quid ipse iudex agere debeat.

¶ Secunda, quid si pronunciat libellum admittendum, vel non admittendum, an posit appellari.

¶ Tertia. quid si nihil pronũciat expressè super exceptionibus oppositis contra libellum: sed supersedet vel procedit ad vlteriora, an posit appellari.

¶ Quarta, an si iniustè pronunciet, faciet litem suam.

¶ Quinta, qualis sit ista sententia lata super inepto libello.

7 ¶ † Primò igitur quæro, quid sit officium iudicis, & qualiter fieri debeat datis exceptionibus contra libellum. Solu. distinguendum arbitror, quòd aut opponitur de ineptitudine: & de ipsa apparet ante lit. contest. aut post. primo casu, aut pars opponit generaliter, quòd non tenetur respõdere propter ipsius libelli ineptitudinem, secũdùm quòd fecerunt isti fratres sanctæ Mariæ de yspida. & dixi s. in c. præce. in xxiij. prin. arti. & iudex debet pronũciare reum non teneri ad rñdendum libello. argu. l. edita. C. de eden. & c. examinata. s. de iud. secundùm Spe. in ti. de libel. con a cep. §. fi. ver. cautus[a] etiam sis. & quàmuis libellus fuerit ineptus ratione incertitudinis, non tamen debet iudex compellere partẽ, vt exprimat vitium. tetigi in c. præce. in xij. princ. arti. in v. q. in iiij. membro, & in xviij. art. & in xxiij. princ. art. sed si pars opponeret de incertitudine aut simili vitio, arbitror quòd iudex tunc deberet pronunciare actorem obligatum ad declarandum libellum, vt interlocutoria sit conformis exceptioni. ar. l. vt fundus. ff. communi diui. Si verò de ineptitudine apparet post lit. contest. non debet iudex simpliciter absoluere à petitione: sed ab obseruatione iudicij, secundùm ea quæ dixi in c. præcedẽ. in x. prin. arti. in c. præce. in x. q. prin. ver. viij. quæro.

8 ¶ † Secundò quæro, quid si iudex pronunciat libellũ admittendum vbi nõ est admittendus: vel ecõtrà, libellũ non admittẽdũ vbi est admittẽdus: an posit appellari. Solu. tex. noster probat quòd sic. Et hoc expressè tenet Spe. in ti. de libel. obla. ver. quo pacto. per tex. in c. j. s. e. & ij. q. iij. in c. offeratur. facit quod dixi in præce. c. xxiij. princ. arti. & quod dicã in seq. q. Tu verò distingue, an pronũciet nõ admittẽdã exceptionẽ: vel pronũciet admittẽdã: si pronunciat nõ admittendã, appellari pôt de iure canonico & ciuili. Si verò pronunciat admittẽdã: distingue inter ius canonicum & ciuile: vt latius dixi in c. super. el ij. j. de app. in v. q. prin. & vide Bar. in l. ij. ff. de app. reci.

9 ¶ † Tertiò quæro, quid si iudex absq; alia prolatione expssa pronunciationis super libello admittendo, vel nõ admittẽdo procedit ad vlteriora: vtrũ appellari posit? Sol. tex. est hic quòd sic: quia non admittendo exceptionẽ legitimam, grauat excipientem. licet expressè super ea admittenda non interloquatur. ad quod vide quod dixi in d. c. super eo. & quod tradit Spe. in ti. de excep. §. viso. versi. quid si iudex. & seq. & vtrobiq; vide an hoc procedat etiam de iure ciuili, & quando. & hoc habet locum, qñ iudex procederet ad vlteriora: sed si non procederet, sed supersederet: vr nõ posse appellari. ad quod vide quod dixi in d. c. super eo. & per Spe. in ti. de app. §. qualiter. §. itẽ quòd faciat. & in ti. de excep. §. viso. ver. quid si iudex. & per Bald. in l. fi. C. de de sen. & interlo. om. iud. vbi dicit, quòd si iudex nõ interloquitur: b sed fingit non audire[b] nec procedit, non potest appellari.

10 ¶ † Quartò quæro, an si iudex iniustè pronũciat exceptionem admittẽdã vel nõ admittendã, expssè vel tacitè, faciat litẽ suam. Sol. dic quòd sic, secũdùm Bal. in addi. Spe. in ti. de executione sententiæ. ver. pe. quod procedit, siue admittat nõ admittenda: vt in auc. de questore. §. super hoc: siue non admittat admittendã: ar. l. pe. C. de pact. secũdùm Bal. & est regulare quòd iudex qui iniustè litigat, faciat litem suam: vt in l. j. & ij. C. de pœna iud. qui malè

male iudica.& l.ex maleficijs. §.si iudex.ff.de act.& obli.cū si.

11 ¶†Quintò quærò, qualis sit sententia lata super inepto libello. Sol.dic φ est interlocutoria.per tex.in c.ad dissoluendum.j.de despon.impube.& ibi not.d.Anto.& D.m.& dicit ibi D.m. post Ioā.cal.φ habet vim diffinitiuę.& mihi placet, si est cum annullatiua processus, vel feratur absolutoria ab obseruatione iudicij. Nam dicitur interlocutoria habēs vim diffinitiuę: & ita etiam dicit D.m.in c.auditis.s.de procura.licet Innoc.ibi simpliciter videatur sentire φ sit interlocutoria. Sed potest intelligi φ sit interlocutoria habens vim diffinitiuę,& ita etiā voluit Bald.φ habeat vim diffinitiuę,in q̄o.quæ incipit, accusatus de vi turbatiua.col.viij.& in addi.Spec.in titu.de senten.prola.vide etiam sentit φ habeat vim diffinitiuæ,inquātum vult φ requiratur peremptoriū,per l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu.Bar.tamen in l.titia.ff.de accus.sentit,φ sit merè interlocutoria, licet ab ea possit appellari: quia non expectat posse aliā a sententiā.& idem Bald.in l.properādum.§.& si quidem. C.de iudi.& ibi Pau.de cast.& in l.ij.C.de episcopali audi.& Bal.cō silio.l.& Ioā.And.& Ant.de but.in c.examinata.s.de iud. Inno.in c.consuluit.s.de offi.deleg.Ant.de bu.in c.sua nobis.in fi.j.de appel.Bal.in auē qui semel.C.quō & quādo iudex. Sed possent omnes prædictæ auē.intelligi,φ est interlocutoria habens vim diffinitiuę.ad quod etiam vide quæ latè dixi in rubrica.j.de re iud.vbi posui signa ad cognoscendum quando sententia sit interlocutoria vel diffinitiua: vel habens vim diffinitiuę.& ex his habes expeditum.xcviij.ar.

¶Vigesimonono prin.ar.tractādum est de accumulatione plurium actionum, rerū, seu personarū in eodem libello: quę quidem materia est satis difficilis & subtilis: & de ea traditur hic per Doc.& per Dy.in regula, nullus pluribus.de re iud.lib.vj. & in l.in prouincialis.ff.de oper.no.nun.& per Legistas in l. edita.C.de eden.maximè per Cy.Bar.& Bal.& in l.j.C.de fur. & in l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributo.& per Bar.in l. fundi.& in l.fundū.ff.de excep.rei iud. Et quia, vt dixi, materia est difficilis & subtilis: ideò pro clariori ipsius doctrina ꝓsequar infrascriptas quæstiones.

¶Prima, quid sit cumulatio.

¶Secunda, quot sint genera seu species cumulationis.

¶Tertia, vtrum in eodem libello vel diuersis possint cumulari plures actiones: & per quē, & qualiter, & quādo sit necessaria.

¶Quarta, vtrum possint cumulari plures personæ.

¶Quinta, an possint cumulari plures res.

¶Sexta, qn̄ debeat opponi exceptio cōtra factā cumulationē.

¶Septima, quid si nō opponatur cōtra cumulationē, vtrū ꝓcedat iudiciū in casibus, in quibus cumulatio non est permissa.

¶Octaua, de ipsius cumulationis effectu, & an tunc plures dicantur libelli, vel vnus.

12 ¶†Primò igitur quęro quid sit cumulatio. Sol.dic φ est vnius actionis cū alia coadunatio: vt quia intentauit prius vnā actionem: & nunc intētat aliā, quā prius prosequi intendit, secundū Bar.in d.l.edita.C.de eden.Bal.verò in repet. illius l.ver.nunc ad materiam cumulationis.dicit, φ cumulatio idem est quod coaceruatio.ff.de pac.in l.si plures.§.penul.& ff.de iur.om.iud. in l.si idem cum eodem.& constat ex pluribus in vnum esse nō transeuntibus. Nam si ex pluribus resultat vnum vniuocè, vt ex materia & forma. vel quasi vnum: vt ex substantia & qualitate. ista nō dicitur cumulatio. similiter si vnum corrūpitur, & b aliud generatur: nō dicitur cumulatio, sed mutatio. Est ergo b cumulatio, secundū Bal. pluriū per se statutū, simul vel successiua propositio. idem tamen Bald. ibi in lectura in ver. nūc de cumulatione. dicit, φ est propositio plurium actionum vel causarum factarū in iudicio. per prędictā l.si idē.cū si. Et hoc latius ex infra dicendis apparebit. Et ex prædictis infertur, secūdùm Bal.in repe. φ quādo vnū est factū, & vn⁹ titulus causæ, & vna agendi forma, licet plures sint libelli: nō dicitur cumulatio. vnde si debes mihi x.ex mutuo, de quibus per vnū libellum peto quinq;: & per aliū libellū peto alia quinq;: ista non est propriè cumulatio: sed integratio petitionis quæ debuit à principio fieri: & ex postfacto potest suppleri. insti. de act. §. si minus. Item si primo petij integra decem: & tū iterato primo iudicio pendente, peto eadē decē ex eadem causa: ista nō est cumulatio, sed geminatio petitionū, quæ fieri non potest. C. de app. in l.ampliorem. §. in refutatorijs.

¶Secūdò quęro quot sunt species seu genera cumulationum. Solu.Cyn.& Bal.& cōmuniter Doc. ponunt quatuor genera. sed Bar.in d.l.edita. addit quintum genus.

13 ¶†Primum genus est quando cumulātur diuersæ actiones ex diuersis causis orientes, ad res diuersas: & sic sunt tres diuersitates: videlicet causarū, actionū, & rerū. Exemplū: debes mihi decem ex testamento, & stichū ex venditione: ago ad decē ex testamento: & volo cumulare & petere stichum ex vendito.

14 ¶†Secundum genus est, qn̄ cumulātur plures actiones ortum habentes ex eadem causa, ad idem, seu ad eandem rem. Exemplū per l.duobus.§.colonus.ff.de iureiur. videlicet, quādo cōtra colonum ex eadem causa succesionis arborum ageretur ex locato: & cumularetur actio ex aquilia, secūdū Cyn. sed hoc exēplum est falsum, secundùm Bald. quia causa delicti nō est idem cum causa contractus. Et ideò Bal. post exemplum per l.j.§.in tutelam.ff.de tutelis & rationibus distrahen.

15 ¶†Tertium genus est, quando cumulantur plures actiones ex eadem causa oriētes, ad res diuersas: exemplum, surripuisti mihi librum: habeo contra te actionem furti, & condictionem furtiuam: pone ergo φ ago contra te actione furti, ad pœnam, & volo cumulare condictionem furtiuam ad rem.

16 ¶†Quartū genus est, quādo cumulantur plures actiones ex diuersis causis ortum habētes: & cumulantur ad idem, seu eādem rem. verbigratia: egi cōtra te ad librū actione depositi.& volo cumulare ad eundē librū actionē cōmodati, secundùm Cy.Bal. Et ista quatuor genera cumulationū traduntur p Doc. quando agitur cōtra eūdē. Bart.no.in d.l.edita. Addit quintū genus cumulationis, videlicet, quādo plures actiones cōpetūt eidē, & p eū cumulantur cōtra diuersos: & nō cōtra eūdē prout loquunẽ quatuor præcedētia genera. Bal.no.in l.bona.C.fa.ercis.dicit, φ triplex est cumulatio. s.rerum, & hereditatis. vt d.l.bona. Et cumulatio mista hæreditatū & personarum. l.hæredes.§. si inter. ff.fami.ercis. Et cumulatio actionum. vt d.l.edita.C.de eden.

¶Tertiò quæro an plures actiones in eodem vel diuersis libellis possint cumulari: & per quem, & qualiter. Solu.pro clariori isti⁹ quæstio. quę difficilis est, declaratione, ꝓsequar tria mēbra.

¶Primum est, de cumulatione permissa.

¶Secundum, de prohibita.

¶Tertium, de iussa seu necessaria.

17 ¶†Circa primum membrum, traditur regula per gl.in d.l.edita. quam etiam & ibi & hic sentiūt Doc. φ plurium actionum cumulatio est permissa: sed magis distinctè & specificè: dic φ respectu primi generis cumulationis, de quo statim dictum fuit in præce quæstio. cumulatio est pmissa: bene diuersa sunt actiones habentes ortum ex diuersis causis ad res diuersas. Et intellige, si se inuicem non contingant, ita quòd altera ab altera depēdeat. ita quòd vtraque sit ęquè principalis: & quòd vna non sit maior altera: seu prę iudicialis ad alteram. vel etiam quia vna ciuilis, alia criminalis. vel ratione ordinis, aut alterius regulæ impeditiuæ. de quibus regulis dicemus in seq. membro, cumulatio impediatur. Aduerte tamen: quia si lis erat contestata in prima, requiritur nouus libellus. vnde erunt diuersa iudicia, & diuersæ contestationes. & ita debet intelligi gl.in d. l.edita. in ver. sed cumulatio. secundùm Pau.de cast. ibi & bene. Si verò lis nō erat cōtestata: tunc si actiones sunt similes: vt puta, plures actiones familiæ erciscundæ, super diuersis hæreditatibus: & debet fieri cumulatio in eodem libello & nō diuersis: ita vt vnum sit iudicium, & non diuersa: vt l.hæredes.§.de pluribus. & §. seq. ff.fa.ercisc.& l.bona.C.fa.ercis.& ibi Bal.& vtrobique per glo. & Doc. idem in pluribus actionibus pro socio, pro pluribus societatibus. vt in l.si inter fratres. alias incipit, idē papi.§. si plures.ff.pro soc.& probatur in l.non est nouum.ff.de acti.empti. conclude ergo, φ quādo sunt duæ vel plures actiones eiusdem generis seu qualitatis, competētes eidem ad diuersa: possunt & debent ante lit.cōtest.in eodem libel. cumulari: si actor ante litem contesta. vult actiones cumulare, vt est text.not.in d.l.non est nouum.& hoc est inductum causa dirimendarum litium, vt ibi traditur per glo.& Bart.& traditur etiā in iuribus statim alleg.& not.sing.secundū Bart.& Pau.de Cast. φ hoc casu, censetur vnus libellus & vnum iudiciū, vt in d.l.non est nouum. ibi dum text. dicit vnam quidē actionē. licet enim in veritate duæ sint actiones: tñ vnum appellatur iudiciū, propter vnam petitionem & vnus libellus. Et ideo secundū Pau. propter prædicta & ipsius iudicij vnitatem & conformitatem vna tantū esset soluenda gabella & non plures: si ex forma statuti vel consuetudinis pro quolibet libel. esset soluenda gabella. sed si actiones essent dissimiles, tunc potest fieri cumulatio in diuersis libel. nō eodem, secundùm Bart.in d.l.edita. sed Pau.de Cast. dicit ibi, φ etiam in eodem libello potest fieri cumulatio, per tex. iuncta gl. ij.in c.querelam.s.de elect. facit etiam c. cùm ecclesia. & quod ibi not.eo.tit.& c.veniens.de præscript. Sed tunc tot dicuntur libelli, quot sunt causæ dissimiles: & ꝓ quolibet soluēda esset gabella.& not. φ in eodem libello possunt cumulari actiones, non solùm vniformes & eiusdem generis seu speciei: sed etiam difformes, & ad diuersa, vt est tex. in l.si idem cum eodem.ff.de c iurisdi.om.iudi. Nam illa lex non haberet aliquod dubium c si intelligeretur in diuersis libellis, possum ergo cumulare actio-

Y

a ¶Quę dicaẽ mera interlocutoria: & de materia vide p Ang.Alex.& Moder.in l. v.in prin. ff.de verb.obli.vbi disputant.

b ¶Adde Bald.in l. j.vlti. col. C.de fideicom.vbi dixit, cumulatio est plurium actionū sese inuicē contingeñ. in vno vel plurib⁹ libel.coaceruatio.

c ¶Adde Bal.Ang. & moder. in d.l.si idem.& omnes in d.l.edita.& Sali.in l.si quis homicidij. p illū tex.C. de accus.gl.in c.dispendia.in versi. personales.de rescript. in vj.

nes petendo decem ex teſtamēto, & ſtichum ex promiſsione,
vt d.l.ſi idem.& hoc tenēt Iac.But.Cy.& Bal.in d.l.edita.C.de
eden.Sed quò ad ſecundum & tertium genus cumulationis,de
quibus dixi in præce.q.nō admittitur cumulatio actionum, vt
dicam in ſequēti membro.Sed in quarto genere cumulationis,
quando fit cumulatio pluriū actionum ex diuerſis cauſis ad idē
tendentium.Dy.in dicta regula,nullus pluribus. de reg.iur.lib.
vj.vult, ꝙ admittatur cumulatio.vnde dicit, ꝙ poſſum petere
fundum actiōe ex empto:& eundē fundū ex teſtamēto,vel ex
promiſsione.& ratio eſt, quia abſolutoria lata ſuper vna actio-
ne,non parit exceptionē rei iudic.quò ad aliam actionē,vt in l.
huiuſmodi.§.fi.ff.de leg.j.Pet.verò tenet cōtrariā opi. per l.ne-
mo ex his.§.quoties.ff.de reg.iur.per quā.l.dicit, ꝙ actor ſem-
per tenetur eligere actionem quam vult intētare, per l.quod in
hæredem.§.eligere.ff.de tribu.Sed ille.§.quoties. poteſt intelli-
gi,ſecundùm Bar.quādo plures actiones competunt ex eadem
cauſa:quo caſu,neceſſaria eſt electio.vnde Bar.in d.l.edita. pro
concordia diſtinguit,ꝙ quādoqꝫ iſtæ duæ actiones,licet ex di-
uerſis cauſis cōpetant,ſic ſe habent ꝙ facta executione in vna,
tollitur alia,& nō poteſt fieri cumulatio,vt l.j.in fi.ſi familia fur-
tum feciſſe dicatur:quia tunc obſt. vna regula prohibitiua cu-
mulationum.de qua dicam in ſeq.membro.ad idem etiam facit
quod dicimus de duabus actionibus,ad idem cōpetentibus, ex
duabus cauſis lucratiuis,per l.omnes.ff.de act. & obli.& quod
legitur & not.in l.Meuius. aliàs,Seius.§.duorū.aliàs, duobus.
ff.de lega.ij.& hoc caſu procedat opi.Petri.Quādoqꝫ verò iſtæ
actiones ita ſe habent, ꝙ executione facta in vna, non tollitur
alia,vt quādo competunt ex diuerſis cauſis non lucratiuis: vel
quarum vna nō eſt lucratiua:& alia lucratiua:quia tunc admitti
tur cumulatio,vt d.l.huiuſmodi.§.ſi quis ſeruū.de leg.j. Et ad-
uerte:quia Bart.in d.l.edita.ver.quæro circa.h.d.ꝙ hoc caſu erit
vnus libellus, & vna inſtātia:licet ſint diuerſæ actiōes numero:
cū ſpecie cōueniāt,vt quia ſunt plures actiōes ex empto, vel ſo
cietate,vt in l.ſi hæres.ff.de act.& oblig.& in l.non eſt nouū.ff.
de actio.empt.& quod ibi not.Bart.facit quod dixi.ſ.in primo
genere cumulationis.Similiter,etiam in quinto genere cumula
tionis admittitur cumulatio in eodem libello, quādo ſunt plu-
res actiones ex eadē cauſa,ad idem cōtra diuerſos,vt plenè tra-
ditur per Barto. in l.iij.§.fi.ff.de duob. reis. & in repe.auth.hoc
ita.C.de duob. reis.ſed tu ad hoc vide quod latius dixi in c.j.ſ.
a eo.in viij.[a] princ. arti.in iiij.membro. Poſſunt etiā plures arti-
culi in eodem libello cumulari,qn̄ omnes vna ſententia poſſunt
terminari.text.eſt in c.cùm olim. el ij.j.de priuil. & ibi dixi in
primo not.vbi etiā poſt Doct.ꝙ tunc plures dicūtur libelli.ſed
debet intelligi hoc vltimū,ſecūdùm ea quæ ſuperius dixi. A B.
Qualiter aūt procedat ille libellus,peto iure dominij vel quaſi,
& ſic accumulatio per diſiunctiuam, vide quæ dixi ſ.c.præce.
arti.xij.q.xij.princ.in xvj.q.illius xij.q.verſic.quarta regula ibi
viij.fallen.Poteſt etiam fieri cumulatio poſſeſſorij & petitorij,
vt in c.cùm dilectus.j.de cauſa poſ.& proprie.Et vide quod la-
tè dixi in c.fi.eo.tit.in iij.prin.arti.& vide omnino per Inno.in
l.j.§.quia aūt.ff.quorū lega.Item poteſt fieri cumulatio, quādo
actor eſt incertus:& incertitudo deſcēdit à culpa aduerſarij, vt
puta, interrogatus quo tit. poſsideret, an pro hærede, vel pro
poſſeſſore,vel pro legato:noluit reſpōdere.nam tūc hæres po-
teſt accumulare interdictū,quorum bonorū,& quorum legato
rum,vt l.j.§.quia aūt.ff.quo.lega. ad quod vide quod dixi j.de
reſti.ſpol.c.ij.ar.xvij.q.vij.Et per tex.d.§.quia dicebant quidā
ibi eſſe tantùm in cumulationē rem permiſſam:vnde dicebant,
ꝙ ſi egi contra te commodati pro libro,& lit.conteſt.dicunt te-
ſtes,credimus ꝙ fuit depoſitum, ꝙ poſſum cumulare de depo-
ſitis,vt procedatur ſuper vtraqꝫ.Sed dicit Pet. quod §.ille pro-
bat contrariū, quia illud conceditur ibi qn̄ incertitudo venit à
facto aduerſarij:ſecus ergo ſi non proueniret à facto aduerſarij.
Et idem ſi incertitudo proueniret ex alia cauſa probabili. Qui-
dam tamē hoc vltimo caſu nō admittunt: imò dicunt ꝙ quan-
tumcunqꝫ cauſa ſit probabilis,ſi aduerſarius nō ſit in culpa, nō
intentabitur niſi vna actio, vnde deliberet actor quantū volue
rit:quia ex quo reus non eſt in culpa, non dabitur ſibi libellus
incertus.Sed ſi eſt in culpa, vt dicit Azo in ſumma.C.quo. le-
ga.prope finem.elige actionem & certifica me. reſpōdet actor,
non teneor te certificare:quia tu non certificas me, quomodo
poſsideas.dicit tamē Pet. quòd fortè vbi dubitatur de nomine
actionis,poſſet agi præſcriptis verbis.Ma.

18 ¶ † Circa ſecundum membrum de cumulatione prohibita.bre-
uiter dic,ꝙ in hac materia plures dantur regulæ cumulationis
prohibitiuæ.Prima regula eſt, ꝙ quando prima, ſeu vna actio
ſic ſe habet ad aliam, ꝙ poſsibile eſt ꝙ abſolutoria lata in pri-
ma, pariat exceptionem rei iudi. in alia & non admittatur cu-
mulatio.ff.de excep.rei iudi.in l.ſi mater.§.eadē. & l. cùm quæ-
ritur & ff.de iureiur.in l.duobus.§.colonus.hanc regulā ponit
gl.in l.edita.C.de eden.& ſequitur ibi Bar.& Doct. Inno.in c.
j.ſ.eo.Et Dy.in regula,nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj.& pro
b batur in l.fundi.[b] & l.fundum.ff.de except. & ibi etiam tradit
Barto.Et ex hac regula infert Bart.ꝙ quando ſunt duo iudicia
inuicem dependentia, quia vnum eſt ſuper principali.puta,do
minio rei:& aliud ſuper ſeruitute debita, vel ſup fructibus iam
perceptis:ſi primò intentatum eſt ſuper princ. videlicet, ſuper
dominio:nō poteſt intentari dependens vel acceſſorium,quo-
uſqꝫ primum ſit finitū,vt d.l.fundi.& l.fundum.& hoc ex du-
plici ratione.Prima:quia abſolutoria lata in prin. qualitercūqꝫ,
ſiue quia actor non erat dominus: ſiue quia non probauit do-
minium,parit exceptionē rei iudi.in ſecundo.alia eſt,quia con-
demnatoria quæ ferretur in ſecūdo,faceret præiudicium reo in
princ.quia ſi pronuncietur pro actore in ſecundo ante, quàm
primum expediatur,reſultaret pro eo præſumptio:ꝙ eſſet do-
minus: & per minorem cauſam fieret præiudiciū maiori, quod
eſſe non debet,vt l.per minorem.ff.de iudi.& ſi poſtea ſequere
tur abſolutoria in prima, detegeretur iniquitas ſententiæ latæ
ſuper ſecundo,ideo ne inducatur perplexitas, debet expecta-
ri quòd prima finiatur.Et ſi primò cauſa acceſſoria eſſet in iudi
cium deducta, bene poſſet illa pendente deduci principalis:
quia hoc caſu, ceſſarent rationes de quibus.ſ.dictum fuit. imò
iſta ſecunda faceret, vt in prima ſuperſederi deberet tanquàm
præiudicialis ad eam,vt in l.ſed ſi ante.ff.de except. facit quod
ſtatim ſubijciam in ſexta regula.

19 ¶ † Secundò infertur, quòd in ſecundo genere cumulationis,
de quo dixi in præcedenti quæſtione,nō admittitur cumulatio.
puta, quando plures actiones ex eadem cauſa competunt ad
idem,per l.& an eadem.& l.ſingulis.ff.de exceptio.rei iudic.te-
net Barto.in l.edita.C.de edendo.in verſicu. ſecundum genus.
quod tamen limitat ibi Bart.niſi actor eſſet dubius per factum
c aduerſarij[c]:vt l.j.§.quod autem.ff.quorum lega. & per not.in
l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu. facit quod dixi de li-
bello alternatiuò & conditionali.in c.præce.in xvj.princ.art.in
ver.quarta regula.in vj.& vij.fallentijs.& in ver.quinta regula.
Sed contra prędicta fortiter videtur obſtare text.in auth.de fide-
iuſſo.§.ſed neque.vbi poteſt cumulari ſeu intentari ſimul & ſe-
mel perſonalis & hypothecaria.tenet gl. in l.nemo ex his.ff.de
regu.iur.& tamen iſte actiones ſe taliter contingunt,ꝙ abſolu-
toria lata in vno,parit exceptionem rei iud.in alio:vt in l.ſi de-
ferentis.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.quod intellige,ſi ſimpli
citer emanauit abſolutoria ſuper perſonalia,vel emanauit ratio
ne pacti de non petendo: aut tranſactionis factæ ſuper perſo-
nali.ſecus ſi ratione præſcriptionis decurſæ cōtra principalem,
ſecundùm ea quæ not.in l ſoluitur.§.j.ff.quibus mod. pig. vel
hypo.ſol.& in l.cùm notiſsimi.in princ.C.de præſcrip.xxx.vel
xl.anno. & in l.intelligere.& ibi glo.C.de luitio. pigno. Solu.
Dyn.in d.regula,nullus pluribus. dicit ꝙ.§.ſed neqꝫ. allegatus
in contrarium, loquitur de cumulatione quæ fit ab ipſo initio:
quando plures actiones ſimul & ſemel proponuntur: quo ca-
ſu,admittitur cumulatio. Sed nos loquimur quando vna actio
cumulatur poſt primam.quæ ſolutio non placet Cy. Petro, &
Barto.nec etiam Bald. quia ſicut non admittitur cumulatio,ex
poſt facto:ita nec ab initio,vt d.l.fundi.& l.fundum. Vnde Cy.
in d.l.edita.dicit,quòd ratio eſt:quia vna actio,videlicet hypo-
thecaria, eſt acceſſoria ad aliam.c.principalem. Sed hæc ſolutio
non placet Barto.in d.l.edita.& per d.l.fundum.& l.fundi.vbi
dicitur, quòd actiones pro re & fructibus non poſſunt ſimul
cumulari:& tamen fructus ſunt acceſſorij ad rem? & ſi fortè di-
ceres,quòd actio quæ competit pro fructibus non eſt omnino
acceſſoria,reſpondet Barto. quòd eodem modo hypothecaria
non eſt acceſſoria:quia quælibet eſt actio per ſe:& poteſt actio
intentari: vt in l.ſi hæres pecuniam.ff.ad Trebel. ſed pro tanto
quælibet poteſt dici acceſſoria eodem,ſeu ſimili modo:quia ſi-
cut hypothecaria non poteſt conſiſtere ſine principali:ita actio
pro fructibus non poteſt conſiſtere ſine principali. Vnde Bar.
ſoluit contrarium,& aliter:videlicet, quòd iura noua authenti-
corum,ex quo grauant actorem vt prius debeat diſcutere prin
cipalem ſuper perſonali & hypothecaria, quàm veniat ad fide
iuſſores:voluerunt in alio releuare,vnde ne actor nimiū diffe-
retur intentando ſucceſsiuè duo iudicia:voluerunt ipſum acto-
rem in hoc exonerare,vt poſſent vtrunqꝫ iudicium cumulare:
& ambæ actiones poſſent ſimul intentari contra dictam regu-
lam prohibitiuam.ita concludit Bart.in d.l.edita. & ita dicit in
d.l.fundum.& in l.ſi filiuſfamilias.§.varijs. ff. de legat.ij. Bald.
verò in repe.d.l.edita.dicit fortius,quòd poteſt cumulari:etiam
ſi non fiat,ſeu intentetur iudiciū ad finē, vt perueniatur contra
tertiū poſſeſſorē,vt puta,quia agēti perſonali eſt oppoſita exce
ptio præſcriptionis xxx.annorum. vnde fortè quia actor du-
bitat

a ¶ Quando agit̃ cō-
tra diuerſos & plu
res vno libel.quali-
ter procedatur, vi-
de Soci. conſil. cc-
xxxj.col.v.ver. cir
ca tertiam dubita-
tionem.lib.ij.

b ¶ De intellectu ha-
rum legum, vide la
tè per Moder. in l.
edita.in tertia parte
gl.C.de edē.& de-
bet intelligi,qn̄ fru
ctus in d.l.fundi.pe
tebantur iure domi
nij: non tanq̄ ac-
ceſſorij ad primam
actionem, vt vide-
tur declarare quidā
Moder. ī d.l.edita.

c ¶ Et habes bonum
caſum per Paul. de
Caſt. in propoſito,
quādo ex cauſa rei
redditur actor du-
bius,in cōſi.ccxcij.
lib.ij.vj.dubio.

bitat de tali exceptione contra principalem obligationem, vt obtineat, cumulat hypothecariam. Sed aduerte, quia hoc casu, quando opponeretur de præscriptione ad obligationem principalem, minus videtur esse dubiū cumulationis permissæ: quia tunc cessaret dicta regula prohibitiua cumulationis: quia etiā absolutoria lata super personali ratione præscriptionis, non pareret exceptionē rei iudi. super hypothecaria: quia licet sit præscripta personalis: tamen contra debitorem & eius hæredē durat hypothecaria adhuc vltra personalem per decem annos, vt d. l. cum notissimi. in prin. C. de præscrip. xxx. annorum. & d. l. intelligere. C. de luitione pignorū. Pau. de Cast. in d. l. edita. di-
a cit quod Bar. soluendo [a] illum. §. sed neq;. quod ibi sit speciale, vadit per mendicata suffragia: & subdit, ꝙ si opi. Bart. est vera, non procedit practica quæ vbiq; seruatur: quia in eodem libello petitur res cū fructibus perceptis: qui libellus procedit, secundùm Cy. in l. qui propria. C. si quis alteri vel sibi. vnde dicit Pau. quod Dyn. dixit ipsam veritatem: declarando tamen dictum eius dum dicit, simul vel diuersis temporibus. Nam intelligit, simul, id est eodē libello. & diuersis temporibus, id est diuersis libellis. vnde dicit ꝙ in eodem libello ista possunt cumulari: dummodo, secundùm eum, cumulentur cōditionaliter: videlicet, si apparebit actorem nō habere ius in primo. & hoc est quod Pau. dicit addendum ad Dyn. & ad hoc allegat glo. ordinariam. ff. de inoffic. testa. in l. qui de inoffi. in fi. magnæ gl. quæ dicit querelam inoffic. & petitionem hæreditatis posse cumulari, & tamen secunda dependet à prima: dumtamen cumulatio conditionaliter fiat, vt ibi dicit glos. Item allegat Cyn. in l. j. C. de iudi. vbi Cyn. dicit, ꝙ in eodem libello potest quis petere sortem & vsuras conditionaliter. Sed in diuersis libellis, etiam eodem tempore datis, non possunt hæc cumulari: quia tunc duo essent futura iudicia & instantiæ, sed in præce. vnum tantùm. Nec obst. ꝙ non possunt petere rem & fructus eodem libello: & tamen fructus sunt accessorij: quia ideo non procedit cumulatio ex eo, quia aut iudicium fuit purè institutum: & repellitur per regulam prædictam, ꝙ absolutoria lata in altero princ. parit exceptionem rei iudi. in hoc accessorio. Aut fuit illud accessorium institutum conditionaliter: & non procedit libellus: quia fundatur ex toto super futuro, per l. nō quemadmodum. ff. de iudi. sed in eodem libello potest: quia non fundatur ex toto super futuro: quia ibi continetur etiā super principale, quod deducitur purè: ratiōe cuius procedit libellus super accessorio, licet conditionaliter, sicut in simili dicimus in annuo debito: quia propter debitū de præsenti, potest peti condemnatio super futuro, sed secus est quando nihil deberetur de præsenti, vt no. in d. l. non quemadmodū. & in l. pe. C. de sen. quæ sine certa quantitate. Et hæc est ipsa veritas, secundùm Paul. dicit ab alio non fuisse visam, neq; tactam. ipse tamē longè magis obscure loquitur. Sed contra id quod dicit Paul. ꝙ in eodem libello possum petere res & fructus: obstat quod dixi in c. præce. in xij. prin. arg. in v. q. prin. in v. membro in ij. illatione, prope finem. & quod no. Do. m. in c. grauis. j. de restit. spo. vbi dicit, ꝙ etiā in eodem libello non possunt peti res & fructus equè principaliter: sed potest intelligi ꝙ non possunt peti, scilicet iā percepti, sed percipiendi: qui veniunt officio iudicis. vel si possunt peti percepti, debet intelligi ꝙ intelligant̄ petiti cōditionaliter. & no. ex his quę. s. dixi secūdùm Pau. ꝙ admittitur cumulatio, quādo vnū petitur purè & aliud cōditionaliter. ad quod vide quod dixi in prece. in xvj. prin. arg. ver. v. regula. Et ex prædictis infertur, ꝙ in eodem libello possum intētare nullitatem &
b iustitiā conditionaliter: dicendo sententiā [b] nullā: & si qua est, appello. quod facit pro opi. Pauli. de quo dicā. j. in. xxx. princ. arti. Similiter etiam infertur, ꝙ possum in eodē libello cōditionaliter & non simpliciter dicere sententiā nullā: vel cōtractum seu actū nullū: & si valida vel validus est, peto me in integrum restitui. de quo similiter dicam in. xxx. arti. Sed aduerte redeundo ad solutionem. §. sed neq;. in authē. de fideiussoribus, videtur dici posse, ꝙ ideo principalis & hypothecaria possūt simul cumulari: quia illud quod dicitur in hac regula prima, ꝙ quando absolutoria lata in vno, parit exceptionem rei iudi. in alio: non admittitur cumulatio. est verum, quando omni casu sequi potest absolutoria hoc operās. sed vbi vno casu potest seq absolutoria hoc operās, altera, nō predicta regula, nō videtur procedere. vnde licet qs petierit fundū, potest cumulare & petere fructus fundi: quia possibile est ꝙ sentētia sit lata super fundo nō debito, nō pariet exceptionē rei iudi. super fructibus. vt puta, quia sit factum pactū de nō petēdo fundū: vel quia solus fundus, aut iura quæ super ipso fundo haberentur, aut transactum super solo fundo: & nihil dictum sit de fructibus: vnde hoc casu, sententia lata in fundo, nō obstat in fructibus. ad quod vide not. per Cyn. in l. j. C. de iudi. Et sic similiter videtur dici posse in principali & hypothecaria: quia possibile est, ꝙ sententia lata super princ. non pariat exceptionem rei iudi. super hypothecaria: vt puta, quia erat præscriptum soli actioni personali principali & non hypothecariæ, per l. cùm notissimi. in princ. C. de præscript. xxx. vel xl. annorum, per ea quæ. s. dixi. & sic intelligendo, facilis esset solutio ad d. §. sed neq;. Articulus tamē iste, vt ex superioribus patet est valde dubius & difficilis. & arbitror, ꝙ quandocunq; ex forma & modo, & intentati libelli, & intentatę cumulationis appareret, quòd absolutoria lata in vna actione, non pareret exceptionem rei iudi. in alia: ꝙ tunc admitteretur cumulatio, quamuis regulariter sentētia lata super vna, purè & simpliciter pareret exceptionē rei iudi. super alia. vnde si fieret cumulatio purè & simpliciter, nō expressa causa & forma prædicta, propter quam sentētia lata super vna actione pareret exceptionem rei iudica. super alia: maior est dubitatio. Et potius videtur concludendum, quòd nō admittatur cumulatio purè & simpliciter facta: ex quo sententia absolutoria simpliciter lata super vna, pareret exceptionē, rei iud. super alia. quamuis aliquo casu speciali possit euenire ꝙ absolutoria lata super vna, nō pareret exceptionem rei iudi. super alia. ad quod indu- a
co quod singulariter dicit Bald. in l. fundum. ff. de excep. versic. item dixi l. inter stipulantem. §. sacram. in ij. col. in princ. vbi dicit, ꝙ tunc inspicitur quod euenire potest, per illum. §. sacram. quando præsens status rei verisimiliter tendit ad hoc. aliàs secus. faciunt quæ dixi circa iurisditionem, & fori competentiam de qualitate intentata in libello. in c. si clericus laicum. s. de foro compe. Sed tenendo istam opi. solutio quam. s. dedi ad. §. neq;. non procederet: quia quādo simpliciter agit̄ personali & hypothecaria, sentētia absolutoria semper lata super personali pa- b
rit exceptionem rei iudic. super hypothecaria. Quare pro nunc arbitror posse respōderi ad illum. §. ꝙ cùm vtraq; actio tendat ad eundem finem, scilicet vt perueniatur contra fideiussorem: & sic sint quodammodo præparatoriæ ad actionem intentandam contra fideiussorem: meritò fauore dirimendarū & abbreuiandarum litiū possunt simul cumulari. sicut dicimus in actio. ad exhibendum. & in rem, vt not. Specu. in tit. de actio. & peti. §. sequitur. ver. & not. intelligendo de propria actione ad exhibendum, vt ibi, quæ ad exhibendum & non ad restituendum competit, secundùm Cy. in l. ordinarij. de rei ven. in ij. q. facit & quod videmus in simili de rei vendicatione, & publiciana: quæ simul in eodem libello possunt cumulari, vt in c. Abbate. de re iudi. lib. vj. ad quod vide quod dixi in c. præce. in xij. arti. prin. c
in x. q. princ. & in xvj. q. princ. versic. quarta regula. fallen. viij.

20 ¶ † Secunda regula quam tradunt glo. in d. l. edita. & ibi Bart. & Doct. & Inno. in c. j. s. eo. & Dy. in dicta regula, nullus plu-
c ribus. de reg. iur. lib. vj. est, ꝙ quando plures [c] actiones sic se habent, ꝙ electione vnius alia tollitur. ¶ A B. Exemplum in tributoria: quod iussu. de in rem verso, de peculio in actis ex testamento, hypothecaria, & personali, quod legato, vel fideicom. particulari. Ma. Tunc non admittitur cumulatio. ff. de tributo. l. quod in hæredem. §. eligere. in c. vt quis duas. de elect. lib. vj. & per Inno. in c. iij. j. de collu. tūc enim vna electa altera extinguitur. ¶ A B. Vt dictis iuribus tenet etiam Hostien. in sum. in tit. de ordi. cog. in princ. & Specu. in tit. de inciden. quæstionibus. ver. cæterū, adhuc circa præmissa. & fuit not. Azo. in sum. in tit. de ordi. cog. & Tancre. in sum. cōpen. vt dicit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de inciden. quæstionibus. ver. cæterum. Ma. Et quæcunq; sententia sequeretur in altera reuiuiscit, neq; valet, vt est text. not. in l. fi. C. de codi. secundùm Paul. & bene.

21 ¶ † Tertia regula est, quam ponit Dy. in dicta regula, nullus. & Bart. & Doct. in d. l. edita. & Do. m. & Doct. hic, ꝙ quādo sunt plures actiones contrariæ in origine: non tamen in exercitio: quia tunc electione tolluntur: non admittitur cumulatio, vt est text. no. in l. j. C. de furtis. quod procedit, secūdùm Bal. in repe. d. l. edita. siue actio secundo loco proposita sit sublata per contrarietatem primæ: vt d. l. fi. C. de codicil. siue mista ratione contrarietatis & electionis. Et hanc etiam regulam tenet Specu. in titu. de actio. & peti. §. j. ver. item proponens. qui etiam allegat ad hoc l. primam. C. si seruus extero. & c. sollicitudinem. in fin. de appel. lxxiiij. distinct. c. gesta. & ibi Specu. ponit aliquas fallentias, quæ non placent: quia non loquunt̄ in actionibus contrarijs. ¶ A B. Tenet Azo in summa. de ord. iud. Hostiē. in summa de ordi. cog. in princ. Tancr. in summa compendiosa. Spec. in tit. de incidendis quæ. dicto ver. cęterū. ibi, primus si sint. Ma.

22 ¶ † Quarta regula est, quæ dicitur fuisse de farina Bar. ꝙ quandoque actiones sic se habent propositę, & ꝙ vna condemnatione secuta, & executione facta contingat liberatio ab alia, nō admittitur cumulatio: quia si per executionem primæ, plenariè satisfit agenti: frustra iterum agitur. Et hic ad hoc dicit esse casum singularem & notabilem in l. j. in fi. ff. si familia furtū fecisse

¶ No. de intellectu §. sed neque. in aut̄. de fideiuſ. & vj. solutiones & plures enumerat Iaſ. in l. edita. x. colū. C. de eden. & ibi videtur opin. Paul. reprobari.

¶ Possum petere de nullitate declarari: et si qua sit sententia, appellare, de quo vide Paul. in l. posthumo. C. de bo. pos. contra tab. in intellectu eius tex. & vide ibidem Moder. & in l. si filius, qui in potestate. ff. de libe. & posthu.

¶ Quando plures actiones sic se habent, vt vnius electio alias tollat: nō permittitur cumulatio. facit. l. fin. vbi latè Mod. in j. not. C. de codi. & Ro. in consi. cxxv. inci. mater & soror. & hæc regula ibidem pluribus modis limitatur, & de seq. reg. dic vt p Doct. in l. j. C. de fur. & p Bal. in c. sollicitudinem. in fi. extra de appel.

dicatur.& ibi etiam hoc tenent Bart.& Angel.& tenet Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.pos.& quò ad hanc regulam potest figurari exemplum,si ex duabus causis lucrati uis debetur eadem res à diuersis personis,vel ab eadem. Nam si consequor eam ex vna causa,extinguitur altera, per l.omnes.ff. de actio.& obliga.ad quod vide quod dixi supra in quarto genere cumulationis.

23 ¶ † Quinta regula est ratione maioritatis.vnde si plures actiones sic se habent, ꝙ vna ratione maioritatis non admittit secum alias actiones:non admittitur cumulatio, vt l.fi.C.de ordi.iudi. & in l.per minorem.ff.de iudi. & ideo ciuilis & criminalis non possunt cumulari,vt l.j.C.quando ciuilis actio.tradit Specu. in titu.de furtis.ver.sed nunquid ex eodem.& sequẽti, per l.Praetor ait.ff.vi bonorum raptorum l.interdum.ff.de publi.iudi.& a l.fi.ff.de furtis.ad idem l.ij.§.j.ff.vi bonorum rapto. vbi Bart.[a] hoc limitat, si modò quis simul & semel vellet principaliter intentare ciuilem & criminalem. secus si vellet intentare accusationem criminalem principaliter, & petere restitutionem rei ablatae incidenter per officium iudicis:quia posset,per l.qui crimen.C.qui accus.non possunt.& l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.& ibi tradit Barto. Et idem voluit Bald. in l.sed & loci.§.si dicantur.ff.finium regund.¶Item hic videtur procedere Bald. quando ciuilis & criminalis descẽdunt à diuersis legibus: quia tunc duae sunt instantiae necessariae, & duo libelli, vt d.l.j.C.qñ ciuilis actio praeiudicet criminali.Secus quando ciuilis & criminalis descendunt ab eadem l.copulatiuè:quia tunc sufficit vnus libellus,ar.l.qui aedes.ff.de incẽdio,ruina,& naufrag.tenet Bal. in repe.l.data opera.C.qui accus.non possunt. in iij.col.Sed melius facit d.l.qui crimen.& ista fuit originalis opi.Iaco. de But. quam refert idem Bal. in l.sed & loci.§.si dicantur.ff.finium regun.& refert Barto.in d.l.ij.§.j.ff.vi bono.rapto.& etiam Bart. ibi reprobat.mouetur, quia cum regula sit, quòd ex quocunq; crimine posit quis accusari criminaliter, & ex eodẽ posit agi actione in factum ciuiliter, vt in l.qui nomine.ff.de falsis.& in l.nec quicquàm.ff.pro socio.ergo semper possunt proponi ciuilis & criminalis: quia ex eadem l.descendunt. Praeterea rationes & regulae impeditiuae cumulationis, videlicet ratio maioritatis causae,& ꝙ absolutio in vna[b] potest parere exceptionem rei iudic. in alia:ita locum habent, quando ex eadem lege sicut qñ ex diuersis legibus oriuntur ciuilis & criminalis: ergo &c. Nec obst.d.l.qui crimen.quia potest respõdere, vt statim dixi, secundùm limitationem Bar.ꝙ loquitur,quando accusatio intentatur principaliter:& ciuilis incidenter. A B. Aduerte tamẽ, quia Roffr.in materia libelli super aut.ob aes.C.de act. & obli. charta antepenul.accumulat actionem ciuilem & criminalem. Et Spec.idem facit in tit.de pig.§.j.versic.item cùm ob aes alienum.prope fi.tit.Et ad contrarium quod sumitur ex praedicta regula,quòd ciuilis & criminalis non possunt eodem libello intentari,respondeo: hoc conceditur propter criminis immunitatem.Et sic refert Ioan.And.in addi.Specu.ad dictum versi.Ex quibus habes limi.ad praedictam regulam. Sed praedicta li.mihi non placet:quia non probatur iure.Et non tollitur ratio impedimenti:imò augetur:quia quantò maius est crimen, tantò magis procedit regula impeditiua.Ma.

24 ¶ † Sexta regula impeditiua est, ratione ordinis.vnde quando plures actiones sic se habent,ꝙ vna ex ordine debet aliam praecedere,vel est praeiudicialis ad aliam: nõ admittitur cumulatio, vt C.de rei ven.in l.ordinarij.& C.de interdictis. in l.incerti. & ff.de inoffic.testa.in l.qui de inofficioso.& quod ibi not.exemplum:si intentatur petitorium & possessorium retinendae,vt l.exitus.ff.de acquiren.posses.quia non possunt simul cumulari. Sed ordo est,vt causa possessorij procedat,vt ibi,secundũ Pau. de Cast.Sed aduerte,quia illud procedit in cumulatiõe quae fieret à diuersis, vel contra diuersos.ad idem etiã facit l.fi.de vi.ff. de iudi.Sed an,quãdo,qualiter,& à quibus, & contra quos petitorium & possessorium posint simul cumulari:& de pluribus iudicijs possessorijs adinuicem cumulandis,vide quae latius dicam j.in tit. de causa posses. & proprie. de actionibus autem praeiudicialibus,latius videbimus.j.in titu.de ordi.cogni.

25 ¶ † Circa tertium membrum princi.de cumulatione iussa seu necessaria,in quo venit examinandum, an actor ad instantiam rei teneatur cumulare actiones.Bald.in repeti.d.l.edita.C.de eden.versic.dictum est.s.de cumulatione &c.distinguit, quòd interdum actor vult diuidere vnam & eandem actionem:puta,de decem petendo quinq;:& tunc ad instantiam rei tenetur redintegrare petitionem. interrogabitur enim actor, an si ex ea causa sit amplius petiturus : & si dicat,quòd sic,mandabitur ei quòd integrè agat : ne reus diuersis instantijs fatigetur. hoc sentit glo.in l.cùm duobus.§.si plures.ff.pro socio.nec cõtinentia eiusdem causae diuidatur.argu. l.nulli. C. de iudicijs. & ideò non procedit iste libellus, peto decem de maiori summa,si reus opponat cõtra ipsum de diuisione petitionis.de quo per Barto.in l.scire debemus.ff.de verbo.obliga.& in l.non est nouum.ff.de act.empt.nisi reus partem confiteatur, & partem neget.C.de transact.l.si quidem. & ff.de lega.ij.in l.qui in solidum.in princip.& ff.si cer.peta.in l.quidam aestimauerunt.quia tunc non expedit agere de parte negata.Si autem negatur qualitas quae respicit totam rem, de toto litigandum est. Nam diuersitas & peccatum in quantitate potest respicere totũ & partem.sed in qualitate,respicit totam rem, vt in l.j.§.cùm adijcit. ff.de verb.oblig.ita dicit Bald.in d.repe.l.edita.Sed idem Bald. in l.j.ff.de acquiren.haeredit.tenet,ꝙ omni casu procedat iudicium:nec compellatur actor iudicium integrare, per text.insti. de act.§.si minus.In hoc arti.variae sunt Docto.opi. Bald.fuit varius,vt statim dixi.Barto.post Guli.de Cu.in l.quidam aestimauerunt.ff.si cert.peta.vult,ꝙ si creditor petit partem de toto debito,non audiatur:ne causae continentia diuidatur,vt d.l.nulli.C.de iudi.Et ad hoc allegat text. in l.cùm quaedam puella.§. fi.ff.de iurisdi.om.iudi.ad quem text.se remittit dicturum. Sed tamen ibi nihil dicit.A B.Contra hanc cautelam vide Matthesillanum not.cxv.Ma.Sed authen.at qui semel.C.de proba.dicit,quòd hac cautela vtebantur antiqui aduocati. Nam quãdocunque dubitabant ne testes probarent: tunc solùm petebant partem debiti. Idem tamen Bart.in l.in commodato.§.duabus. ff.commodati.distinguit,quòd aut actor hoc facit ex necessitate:quia iudex non potest cognoscere de maiori summa: & tũc non repellitur. ita loquitur l.cùm quaedam.§.fina. aut facit ex voluntate:& tũc opposita exceptione repellitur, ne vexet reũ pluribus litigijs, vt d.§.duabus.Et hanc opi. sequitur Bal. in d. l.quidam.& in l.si mihi & tibi.in princ.ff.de lega.j.& in d.l.scire debemus. in quibus locis concludit, quòd reo opponente, actor repellitur,nisi integret petitionem: sed eo non opponente,iudicium procedit, per d.§.si minus.insti.de act. Ange.tangit hanc q.in d.l.quidam.sed latius in d.l.scire debemus.vbi dicit,quòd altero ex tribus modis potest cõtingere, quòd ex maiori summa petatur minor: vel quia actor sperabat iudicem fauorabilem,qui non poterat cognoscere de tota summa : vt d.l. cùm quaedam.§.fin. Vel quia habet animum vexandi aduersarium pluribus litigijs:& hoc casu,non est tolerandus: vt l.de rebus.ff.de arbi.vbi dicit esse text.singu.vel quia dubitat de probatione:& etiam hoc casu nõ videtur tolerandus: quia cùm sit in potestate sua, quando vult agere : potest differre, & interim deliberare & examinare,an posit probare. ¶ In primo tamen c casu Ang.potius videtur adhaerere opi.Bar.quam etiam Bar.[c] opi.sequitur Ioan.de Imol.in d.l.scire.& Raph.Fulg.in d.l.quidam aestimauerunt.& etiam Pau.de Cast.ibi.Sed dominus Ricardus de Sali.distinguit,quòd aut constat ex libello, quòd ex summa maiori actor petit partem, & indistinctè repellitur: nõ solùm reo opponente,sed etiam per officium iudicis absq; partis petitione:ex quo sibi cõstat de calumnia actoris.facit quod not.in l.qui cùm maior.ff.de bonis liber.& quod not.Innocen. in c.j.de offi.vica.Et hoc verum:nisi faciat ex necessitate.puta, quia nõ potest iudex de maiori summa cognoscere.& ideò debent esse cauti libellantes,vt hoc non exprimant in libello: videlicet,quòd de maiori summa &c.vt dicit Ioan.de Imol.in d. l.scire.¶ A B.Contra hoc tamẽ Lud.ponta.in l.scire debemus. ff.de verb.obliga.per quatuor rationes, de quibus ibi per eum. Ma.¶Sed aduerte,quia hoc videt̃ procedere,nisi ageretur contra vnum ex reis debẽdi:quamuis in solidum obligatum. Nam si plures rei debendi essent in solidum obligati ad centum : & creditor ageret contra vnum ex duobus ad quinquaginta:licet in libello diceret,quòd ageret ad quinquaginta de centum : tamen videretur admittendus libellus : quia licet quis sit obligatus in solidum,tamen à quolibet possum petere partem, vt l.j. ff.de duobus reis.& hoc voluit Pau.de Castr. in dicta l.in commodato.§.duabus.ff.commodati.Dicit tamen Bart. quòd non debet petere quinquaginta tanquàm sibi promissa:sed tãquàm partem summae, sibi promissae, vt sentit Bartol. in dicta l.scire. Sed tu dic,quòd imò potest petere tãquàm sibi promissa:quia qui promittit, intelligit promittere etiam quinquaginta, per l. si quis cùm totum.ff.de except.rei iudi.secundùm Paul.in d.§. duabus. faciunt iura vulgata, quod in maiori summa &c. Si verò hoc non apparet ex libello, tunc secundùm Richardum parte opponente repellitur intelligendo, vt intelligit Bartol. in dicto §. duabus. & hoc, nisi actor assereret se ex illa causa amplius non petiturum : quia hoc modo videtur facere pactum reo de non petendo reliquum. facit l.postquàm liti.C. de pact.& ideò non repellitur. Aduerte tamen, quia in omnibus casibus, in quibus super petitione partis processit iudicium, si actor velit reliquum petere non potest:nisi coram eodem

¶ Adde Barto.in l. pe. ff. de calum. & Bald. in l. si quis a se fundum.C. ad legem Iul.de vi.& in l.quod euitandi.C. de condi. ob turp. causam.

¶ Vtrum & quando absolutoria lata in criminali &c.adde vltra hic allegata Bald.in l.ex morte.C.ad leg.Aquil. in l.j.C.ad leg. Fauiam de plag.& vide quae dicit Innocen.& Ioan.Andr. in c.de his.extra de accus.Imol. in l.interdũ.ff. de public. iud.Et qualiter possunt cumulari hae duae actiones, per Bald.in l.j.ij.col.C. de appel.cum similibus,vt per Alexã. in d.l.ij.§.j.ff.vi bo. rapto.

¶ Si debes mihi cẽtum, & petam à te partem, an posim cogi ad totum, petẽ.ne reus conuentus diuersis iudicijs distrahatur,vide de opi. Bart.& infinita per Alexan.in l. in commodato. §. duabus.ff.commo. & in l.cùm quaedã. §.fin.de iurisd.om. iudi.per Moder.in l. quidam aestimauerunt.ff.si certum petatur.

dem iudice.hoc vult glos.singul.in d.§.si minus.insti.de actio. de quo latius dixi j.de mutuis peti.c.fi.ar.xj.fallen .xj.Quid autem si esset petita pars certæ summæ vel rei,& probatū esset de toto:an posset sequi condemnatio ad totum:latè disputat Ioā. de Imo.in d.l.scire.Sed quia nō est principalis materia nostra, vide ibi per eum, vbi concludit ꝙ non. Interdum verò actor vult diuidere modum agendi:quia vult de pluribus societatibus agere diuersis actionibus & libellis:& fortè coram diuersis iudicibus:& hoc casu videtur ꝙ nō posſit.Sed causa abbreuiendarum litium simul agere compellatur.ff.de iniurijs.in l.prætor.§.si mihi plures.& ff.de actio.emp.in l.non est nouū.& l.j. ff.de quibus rebus ad eūdem iudicem eatur.Sed aduerte secundùm Bal.quia quādoq; quis narrat plura,& concludit ad vnū: & sic apparet de malitia:quia vult diuidere:& tunc cogitur cumulare,vt dictis iuribus.& ff.de arbi.in l.de rebus.in fi.faciunt etiam ea quæ supra dixi.Quādoq; verò actor non vult intentare nisi vnam causam:quia fortè nunc nō habet probationes
a in alijs causis:& tunc nō cogitur,vt in rubro & nigro. C.[a] vt nemo inuitus.sufficit ergo ꝙ dicat,quia nunc nō habeo probationes paratas,volo differre.argu.ff.de vsur.in l.sciendū.& de eden.in.l.argentarius.§.cùm autem. Nec obst.l.nō est nouum. quæ videtur huic vltimo cōtrariari. Nam ibi ex vno contractu veniebat vtraq; euictio,vt quia duo emerūt simul:& ab vtroq; fuit res euicta:& vnus decedens instituit aliū:tunc quia cumulatio sumit originem ex vno fonte primordiali,ideò fit cumulatio de necessitate,si reus hoc petat.& eodē modo fieret,si vnus reorum credendi,alteri succederet.ff.de fideiuss.in l.generaliter. secūdùm vnum intellectum.Sed si tu poneres secūdùm alium intellectum,quod in d.l.nō est nouum.separati fuerint contractus:nulla ratio potest assignari,quare ille qui vult proponere & agere ex vna causa,compellatur duas proponere.ar.ff.de arbi.in l.fina.de meis.in prin.Sed dicit Iaco. But.ꝙ ratio est,quia ambeæ actiones sunt vnius generis.Sed hæc ratio non valet secūdùm Bald.quia aut Iaco.vult,ꝙ sit actio in genere,sicut homo in genere.Et ista actio nō reperitur in exercitio in l.ij.ff.de dote prælegata.& ibi per Pet.& Cyn.quia omnis actio cohæret causæ,& causa ex facto descendit.Aut vult,ꝙ si inter eiusdem nominis entitas seu identitas nomini est in voce,sed non in re: & ideo non coniungit ea quæ sunt realissimè distincta.facit l. an vitium.§.ex facto.ff.de diuersis & tempora.præscrip.Glo. verò in dicta l.non est nouum.sentit,quòd vna actione electa, tollatur alia. Et sic sentit,quòd loquatur in duobus reis emendi insolidum. Rayne.dicit,quòd illa lex consuluit,non præcipit.Nam interest actoris vno libello multa consequi:non potest petere reus diuisionem libellorum.& sic intelligit,quòd loquatur in contractibus separatis.Sed tamen malè aperit Rayn. quid ipse intendat,vt dicit Bald.in repeti.d.l.edita.in loco prælegato.& subdit Bald. Ego declaro mentem eius secūdùm motum animi mei,quòd aut actor vult vnire,& reus diuidere:aut ecōtrà.aut de hoc nihil opponitur.Sed sub silentio pertransitur.& sic residet Bald.quæ verba sunt etiam magis dubia.Sed sensus ipsorum est,vt arbitror,quòd aut actor vult vnire,& potest:licet reus petat quòd diuidat. Aut econtrà,actor vult diuidere,& potest:licet reus petat vnionem. Aut sub silentio pertransitur:& tunc procedit libellus vnitiuus vel diuisus.sed tu vide ad hoc quod dixi suprà in articu.xxviij.in ij.
b ꝗone princip.quia nunc propter varias occupationes non est concessus latius cogitandi locus. Sed nunc expeditis[b] dictis tribus membris istius iij.q.princip.subijcio aliquas quæstiones pro intellectu & complemento materiæ ipsius iij.q.princ.
26 ¶ † Vnde quæro,an iudici sit licitum cumulare plures inquisitiones contra eundem.& videtur quòd sic. Nam sibi permissum est implicite inquirere:vt l.congruit.ff.de offic. præsidis. Item,quia inquisitor non videtur se astringere.Item,quia tertium est ei permissum. quod plus est, videlicet post didicita testificata potest testes de nouo producere,& examinare,vt in cap.cùm clamor.j.de testib.de quo latè dixi in Clemen.ij.de testibus.& latius in cap.fraternitatis.j. de testibus.& ratio est, quia in inquirente nunquā præsumitur calumnia:cùm fama debeat præcedere inquisitionem.de quo vide quæ latissimè dixi in ca.qualiter.el.ij.j.de accusatio.in ix.princip.artic.versicu.ix. quæritur.Et inquisitiones & accusationes respectu diuersorū maleficiorum potest cumulare. C.de accusatio.in l.si quis homicidij.nisi esset magis geminare,quàm cumulare.arg.l.penul. §.fina.ff.nautę caupo.stabul.Et nisi sententia lata in prima esset paritura exceptionem rei iudi.in secunda,vt C.de accusat. in l.qui de crimine.secūdùm Bald.in repetitio.ver.l.edita.ver. nono quæro. ¶ Item quæritur,an iudex super eodem maleficio posſit cumulare accusationem inquisitioni:hoc est,admittendo accusatorem super eodē maleficio , de quo formauit inquisitionem.Solu.Dyn.dicit ꝙ non:quia accusatio tollit inquisiti onem.quod est verum,secundùm Cy.nisi inquisitio esset liquidata ante superuenientem accusationem, vt ipse no.ff.de libe.agno.in l.siue contra.§.fi.in addi.post Dyn.Item quia ista iudicia,secundùm Dynum sic se habent,ꝙ absolutoria lata in vno &c.facit quod no.in c.fi.j.de purg.cano.per Innocen.ad quod vide quod latius dixi in c.de his.j.de accusa. quod tamen intelligit Bal.limitando Dy. quādo accusator prosequeretur suam, vel suorum iniuriam:quia tūc tollitur inquisitio. sed si publica duntaxat vtilitate accusator prosequeretur: præferretur iudex tanquàm magis idoneus: nō obstante ꝙ inquisitio sit remediū extraordinarium:quia est introductum fauore publico,& quò ad iuuandum.ff.de rei vendi.in l.j.§.per hanc. Item quia etiam accusatio quæ nō tangit rem vel personam accusatoris , potest similiter dici remedium extraordinarium : cùm regulariter ad agendum nō soleant admitti, nisi quorum interest.ff.de appel. recipiendis l.j.in princ.& j.de accusa.c.sup his.& ibi per Inno. secundùm Bal.in d.repeti.l.edita.versi.x.quæro. sed tu vide ad
c hanc materiā, an & quando per superuenientiam accusationis tollatur,vel suspendatur inquisitio,vide quæ latissimè dixi in c. qualiter.el secundo.j.de accusa.in xiij.principali articulo. a
27 ¶ † Vlterius quæro, vtrum exceptio posſit cumulare petitioni:pone exemplum:reus vigore instrumēti conuentus opponit exceptionem solutionis:& animaduertēs in processu se nō habere paratos testes de proximo, offert petitionem in qua petit sibi reddi instrumentum cancellatum.Bald.dicit hanc cumulationem non procedere,per rationem l.fundum.ff.de except.
d subdit [d] tamen ꝙ quæstio fuit Ianuæ sub tali forma , actor ex instrumento hypothecæ agebat:reus verò excepit de solutione,& petijt compromissum intra terminum ex forma statuti Ianuensis permissum:& quia non probauit exceptionem, videns se succumbere,egit,petens instrumentum debiti,tanquàm cancellatum sibi restitui:& super hoc petijt cōpromissum:quęrebatur an posſit.allegabatur ꝙ sic:quia lis prima erat de accessorio,id est de hypothecalis secunda erat de principali & pręiudiciali,id est de ipsa principali obligatione:ergo ipsa tanquā ius maius continens debebat admitti , per text.ff.de except.in l.sed si ante.vbi videtur casus.Item allegabatur: quia si licitum est actori cumulare personalem & hypothecariā: ergo fortius debet hoc licere reo,excipiendo contra hypothecariam:& cumulando personalem. argu. eorum quæ not.in regula , nullus pluribus.de regu.iur.lib. In contrarium verò allegabatur dictū Inno.qui dicit,ꝙ reo contra actionem nō datur contraria petitio:sed sola exceptio , vnde non potest reus agere, ne secum agatur:sed potest excipere,ne secum agatur, per l.purè.§.fi.ff. de doli except.vt not.Innocen.in c.cùm contingat.de offi.delega.Sed in contrarium allegabatur , quòd imò contraria petitio datur reo.ff.de except. rei iudi. in l.si inter me & te.& petitio rei est hic fundata , per l.dissolutis.C. de condi. sine causa. Subdit tandem Bald.ꝙ sibi super hoc consulto visum fuit, cumulationem non esse admittendā.nam si propter moram mutationis impedit̃ mutatio, & debet supersederi in veteri actione,vt in d.l.edita.Ita & in casu nostro, quando res nō erat integra:sed exceptio erat discussa:non debet posse fieri translatio exceptionis in petitionem.Item quia hoc casu potius esset geminare actionem, quàm cumulare.Item iudicium erat iam radicatum apud primum iudicem : ergo non potest ab eo discedi. Non obst.l.sed si ante. Nam differentia est inter hypothecariam & actionem propriè accessoriā : quia in hypothecaria debet fieri plena probatio.ff.de proba. in l.ante omnia. Et ideò, quia in accessorio plenè probandum est de principali:& sic ipsi reo per exceptionem contra vtrunq; consulitur:frustra geminatio interueniret. Sed lex , sed si ante. loquitur in confessoria, vbi non requiritur plena probatio dominij , vt in l. sicuti.§.si quæratur.ff.si seruitus ven.Et ideò secundùm iudiciū est maius probatione & effectu:& sententia lata super dominio incidenti non præiudicat super dominio principali : & maiori iudicio. Quapropter maius iudicium non suspenditur à minori. Nec obst.l.si inter me & te.quia ibi per contrariam petitionem reus intendebat aliud consequi,quod non claudebatur sub defensione.& ideo admittitur cōtraria petitio: hic verò secus. Similiter etiam nō obstat,quòd reus petet imponi silentium actori:quia ista petitio non est actio,sed defensio. Et ideo fit absq; libello: nec super ea seorsum debet lis contestari. facit quod not.ff. de in ius vocan.in l.libertus.el.j.Item facit pro opi.Innocen. quia actiones contrariæ non sunt nisi in reciprocis obligationibus introductæ:& non in alijs , vt not.in l.omnino.ff.de impensis. Item debet vitari perplexitas: ne scilicet posſint opponere,vt not.in l.per minorem.ff.de iudic. quæ ratio nouit Innocen.sed contra hoc opponitur,cùm videamus reum agere : vt l.fi.C.de

a ¶ Ille titulus latissimè limitatur per Doc.repet.in Cle. sæpe.in princi.col. xxxj.& sequē. de verbo.signi.

b ¶ Iudex an posſit cumulare plures inquisitiones contra eundē reum:et quod subdit,posse iudicē post didicita &c.adde Feder. consil. cclxij. cum simili.vt p moder. in c. cùm clamor. de testi. & Alexā. de ista cumulatione delictorū in l.si id.ff.de iurisd. om. iudi.

c ¶ Adde Aretin. in maleficijs, in glos. j.in ij.col.ver.quæro an.

54 ¶ † Primò ꝙ quamuis emphyteuta dicat in libello rẽ ad ſe pertinere iure dominij: tamen procedit libellus; & intelligitur de dominio vtili, ſecundùm Bald. & Doc. in l. j. C. de iure emphyno. Bar. in l. j. C. de vſuf. licet propriè ſimplex ap. dominij referatur ad directum dominium: vt in l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur. & ſimiliter, licet quis in libello dixerit ſe dominum vel quaſi dominũ, procedit: licet ad ipſum nõ pertineat niſi vtile dominium; quia per latam interpretationem & impropriam comprehenditur etiam vtile dominium: vt dicit Bar. in d. l. j. & Io. An. in c. Abbate. de re iudi. lib. vj. & vide Bart. in l. mater. §. eandem. ff. de excep. rei iud. & Io. An. in c. cùm ad ſedem. de reſt. ſpo. Et Spe. in ti. de ceſsione actionis. §. ſequitur. verſi. quid ſi aliquid & per Inno. in d. c. cæterum. de iud. in glo. magna. ver. & hæc intelliguntur vbi tradit, an & quando intelligatur de vtili vel directo dominio. tetigi in rub. de cau. poſ. & proprie. art. j. primi tractatus.

¶ Secũdò infertur, ꝙ procedit libellus, ſi quis dicat rem ſuam eſſe: licet probet de pręſcriptione: vt tradit Bal. in d. l. j. in prin.

¶ Tertiò infertur, ꝙ licet in libello petam me reſtitui ad rem incorporalem, dicendo ꝙ ſum in poſſeſsione: tamen procedit libellus: quia intelligitur de poſſeſsione impropria: & ſic de quaſi poſſeſsione: vt not. Gul. in d. §. item ſi iurauero. ¶ A. B. Et probatur. c. ij. de reſti. in integ. & ibi d. Ant. ſuper glo. j. & probatur c. olim. iij. de reſt. ſpo. & c. conqueſtus. de foro compe. & c. conſtitutus. de relig. d. M.

¶ Quartò infertur, quòd quamuis actor dicat in libello ſe eſſe in poſſeſsione talium iurium, & quòd ex eo quòd Titius turbat eum, petit &c. procedit nihilò minus libellus: quia vt ſtatim dixi, intelligitur de quaſi poſſeſsione, ſecundùm Barto. & Bal. in d. l. j. C. de vſufruc.

¶ Quintò infertur, ꝙ licet in libello quis petat ſibi decerni offi
e cium, quod iam eſt ſibi delatum [e] ipſo iure: tamẽ libellus procedit: quia intelligitur quò ad adminiſtrationem. facit glo. & ibi no. Bar. in l. legitimos. §. legitimos. ff. de admi. tuto.

¶ Sextò infertur, ꝙ licet non ſit propria locutio, quando merces non conſiſtit in pecunia: vt l. j. §. qui ſeruum. ff. depoſiti. & in l. ſi vir vxori. ff. de dona. inter virum. & in l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præſcr. verbis. maximè quando res non eſt apta producere talem mercedem in fructu: vt ex vinea frumentum, & vel pro domo vinum. vt dicit Saly. in l. ſi olei. C. locati. tamen ſuſtinetur libellus in quo actor dicit ſe locaſſe talem domum pro decem ſextarijs frumenti, ſecundùm Saly. & Doc. in d. l. ſi olei. per illam. l. & per l. licet. C. locati.

f ¶ Septimò infertur, ꝙ quãuis appellatione iuris [f] intelligamus de iure communi: vt inſti. de iure naturali. §. ſed quoties. tamen ſi libellus poteſt procedere ex forma ſtatuti, vel conſuetudine locali, aut priuilegio ſeu alio iure ſpeciali, interpretatur pro libellante

a ¶ Et quod ex inepto libello nõ poſſit ſequi ſententia valida, vide Paul. de ca. cõſi. ccl. li. ij. & conſil. cccclj. eodem lib.

b ¶ Differt limitatio à fallentia.

c ¶ Quòd ex ſola cõfeſsione poſsit fieri condẽnatio, etiã ꝙ proceſſus ſit vitioſus, fuit d. Inn. ſingu. de quo latè per Bart. in. l. ſi cõfeſſus, de cuſt. reorum. limitatur multis modis per Decium in c. at ſi clerici. in j. & ij. charta. vbi loquitur in criminalibus.

d ¶ Libellus etiam ſi loquaṫ impropriè, tolerãdus eſt, & interpretãdus vt inſeruiat menti libellãtis. vide latè mo. in l. ſed & ſi. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. & Fely. in c. auditis. de præſcr. in prin. Alex. conſi. cxxj. col. ij. verſ. per hoc etiam dicit lib. j.

e ¶ Bene faciunt ea quæ no. Are. inſti. de tute. in princ. vbi ſi iudex dicat, do Titium tutorẽ, qui fuerit teſtamẽtarius. tamen intelligitur datus à teſtatore, vel à lege. declaro & ibi aliqua de interpretatione verborum.

f ¶ Iuris appellatione de cõmuni intelligeñ. eſt, facit q. Abb. in rub. de conſue. circa fi. vbi ſi dicaṫ cõpromiſſum de iure &c. de quo vide latius per Deci. in c. licet cauſam. de proba.

bellante de illo iure speciali.ad quod vide quæ latius dixi in c. præce.in xij.art.in x.q.prin.versi.vij.quæro.in v.illatione. Ad prædicta vide quæ dixi in c.cùm olim.de consue.art.x.vbi dixi ꝙ licet quis in libello agat, & petat secundùm statuta & con suetudines ciuitatis:interpretatur libellus in fauorem ipsius libellantis, vide ibi omnino,& vide Bart.in repe.l.de quibus.ff. de legi.versi.sed quid si dicat.col.xiij.Et ex prędictis regulis & illationibus poteris alias quamplures similes quæstio.decidere. Est tamen notandum, ꝙ prædicta regula sic declarata recipit aliquas limitationes.

¶ Primò enim limitatur, si modo loquamur in ipso actore libellante:quia ad ipsum pertinet declaratio.secus in ipsius hęrede:quia tale ius declarandi non transit ad hæredem:vt no.glo. & sequuntur Doc.in l.inter stipulantem.§.stichum.ff.de verb. obl.& est tex.iuncta glo.in l.pomponius scrib.si fru.aliàs incipit,idem pomponius.§.fi.ff.de rei vend.& idem tenent Bart. Bal.& Ang.Spe.in ti.de lib.concep.§.fi.versi.item si cautus.facit c.si gratiosè.de rescr.lib.vj.& c.j.in fi.& c.sed vti.& l.iiij.ff. loca.Pet.de Anch.in repe.c.in præsentia.de proba.in ij.contrario.Et plus dicit ibi singulariter Bart.in d.§.stichum.ꝙ si libellus est datus per dominū, & habeat aliqua verba ambigua,non potest fieri declaratio per procuratorē generalem, nisi habeat expressum mandatum à domino:sicut nec potest hæres vniuersalis.tenet Bal.in d.l.idem pomponius scrib.si fru.§.fi.& etiam Ang.ibi,quod est verum,secundùm Ange.in d.§.stichum.nisi procurator vigore mandati haberet potestatē donandi:& declararet in fauorē conuenti,per no.in l.si quis à filio.§.si plures. ff.de leg.j.quod dictum apud me satis est dubium:licet sit subtile:quia licet habeat potestatē donandi,tamen propter hoc nō cessat ratio prohibitæ declarationis,quæ est personalissima:vt statim dicam.Insuper etiam subdit Barto.in d.§.stichum.ꝙ libellus datus à procuratore generali,si continet aliquod dubiū, non potest declarari per dominum:sed per procuratorem:nisi dominus specialiter mandauerit libellum sic debere dari : quia tūc declaratio per ipsum dominū,& non per procuratorē fieri posset.per no.in l.in seruo.ff.de lib.causa.& l.cùm mācipium. ff.de euic.Sed Ang.in d.§.stichum.dicit,ꝙ id quod dictū est,ꝙ dominus non potest declarare:procedit,nisi declararet in fauorem conuenti:vt d.§.si plures.& sequitur Io.de Imo.in d.§.stichum.& no.ꝙ si procur.ad instantiam domini nollet declarare libellū,casu quo ad ipsum pertinet declaratio:teneretur domino ad interesse:si propter hoc sequeretur absolutio conuenti:vt dicit Bart.in d.§.stichum.Et sequuntur ibi Doc.Et sicut actor solus potest declarare libellū à se factum:ita iudex inquirens potest declarare libellum inquisitionis : & non successor ipsius,secūdùm Bar.in d.§.stichum.Ang.tamē ibi,ꝙ successor in officio potest declarare verba ambigua prędecessoris.per gl. no.in l.ab executore.ff.de app.sed intelligi potest vt j.dicā.Et sic ex prędictis patet,ꝙ ista libelli declaratio est personalissima. quod procedit,quādo agitur de declaratione ante probationē: sed post probationē vel sentētiam,nō statur declarationi actoris vel rei:si fortè aliqua nō appareret incertitudo de qua sensum fuerit:sed debet probari per verisimilia,de quo sensum sit, secundùm Bar.in d.§.stichū.vbi dicit,ꝙ in omnibus casibus in quibus dictū est nō posse fieri declarationē per successorē: hoc intelligi debet,quādo declaratio fit ex mera voluntate:secus in declaratione quæ fit per verisimilia:vt l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iu.ex quo infert ad practicā assessorum, quando capiunt aliquem bannitū, & reperiūtur duo eiusdem nominis & cognominis:quia faciunt confiteri se esse illum hominē, & illud corpus de quo loquitur bannū.de quo etiā vide per Bar. in l.demōstratio falsa.ff.de condi.& demō.sed tamē Bal.aliter dicit in d.§.stichum.& aliter Ang.ibi reprehendēs Bar.Et vide etiā per Ang.& Io.de Imo.in l.j.ff.de lib.& posth.Et no.ꝙ facta semel declaratione,non poterit declarans postea variare: vt l.quicquid adstringēdæ.ff.de ver.ob.& ibi per gl.Bar.& tradit etiam Bar.in d.l.inter stipulantē.§.stichum.eo.ti.Pet.de Ancha.in dicta repe.c.in præsentia.de proba.in fi.secundi contrarij,vide quod traditur in c.cùm dilecti.de accu.[a]

¶ Secūdò limitatur,nisi libellus non sit deperditus malitia vel facto actoris,aut ipsius aduocati:quia tunc statur dicto, seu interpretationi ipsius actoris:vt C.de rebus credi.in l.fi.& C.depositi.in l.fina.in fi.quia tunc potius ad reum pertineret declaratio.C.de probatio.in l.si de possessione.C.de testibus.in l.testium.& ideò ad officium iudicis spectat inquirere, cuius culpa sit deperditus,secundùm Spe.in ti.de lib.concep.§.fi. versi. item si ti cautus.vt si confidit.& propter hoc consuluit ibi Spe. ꝙ actor faciat redigi libellum apud acta:quia tunc si perderetur, & constaret eum datum fuisse: super eius forma stabitur fortè dicto actoris : vel poterit eum iterum componere visa ipsius probatione,secundùm quosdam,qui tamen dicebant ꝙ in hoc esset timenda:vt l.idem pomponius.in fi.ff.de rei vend. sed secundùm Spe.non est timenda: quia ibi mortuus erat qui petierat,secundùm quod dixi in præce.limi.sed ille tex.iudicio meo,nihil facit licet dictum sit verum in se, ꝙ declaratio non pertinet ad hæredem, si actor est mortuus,per ea quæ dixi in præced.limitatione.

¶ Tertiò limitatur secundùm aliquos,in casu.c.ab eo.de ele.li. vj.quæ tamen limitatio non conuenit terminis nostris:quia ille tex.non loquitur propriè de interpretatione:sed de mutatione quæ ibi fieri non potest odio calumniæ.de cuius.c.intellectu.vide ibi,& vide quæ dixi in c.præcedē.in xiij.prin.art.q.v. & de mutatione & emēdatione,latius dixi in c.præce.art.xxv. Sed nunc pro clariori & maiori notitia huius art.qui versatur circa libelli interpretationem,colligam aliqua notabilia.

¶ Primò igitur no.ꝙ vbi plura narrātur in libello,quorum alterum sufficit ad intentionem libellantis:copulatiua resoluitur in disiunctam:& pluralitas geminat singularitatem,& sufficit[b] alterum esse verum,vel probari:vt no.glo.j.di.c.omnes leges. & est tex.in c.significante.j.de app.& ibi D.m.probatur.j.de præben.c.cùm iamdudum.& no.in c.licet.j.de proba.traditur per Barto.in l.diuus.ff.de re iud.& ad hoc vide aliqua quæ dicentur in xxxiiij.arti.& ratio istius notabilis descendit ex his quæ dixi.s.in princ.

55 ¶ †Secūdò not.ꝙ libellus debet cōsiderari,& eius verba interpretari secūdùm qualitatem & dignitatē actoris: vt no.Inn.in c.cùm ad sedem.j.de rest.spo.in glo.ij.iuxta fi.& per eum in c. cùm venerabilis.de excep.in glo.j.& vide in c.j.j.de reli.do.& aliquid in c.conquerente.de offi.ord.facit etiam quod not.Ioā. And.in addi.Spec.in ti.de cessione actionis.versi.item quid si.

¶ Tertiò no.ꝙ si in libello non exprimit, quo nomine agatur, intelligitur proprio & non alieno nomine agi.not.Io.An.in c. literæ.j.de dila.vide Bal.in l.ij.C.qui accu.non pos.& quod latius dixi in c.j.s.eo.in vij.princ.art.

¶ Quartò no.ꝙ libellus cōsideratur & interpretatur secūdùm modum cōcludēdi[c] & non secūdùm modum narrādi.ad quod vide quod latius dixi in præce.c.in xiij.prin.art.q.xij.in fi.

¶ Quintò no.ꝙ ex conclusione libelli apparet,qualiter præcedentia debeāt intelligi & interpretari.ita no.Bar.in l.Aurelius. la ij.§.sticho.ff.de lib.leg.quod intellige,nisi apposita sit clausula illa,petens in prædictis non solùm vt petuntur &c.ad quod vide quæ latius dixi in præcedenti.c.art.xiij.q.ij.

56 ¶ †Sextò no.ꝙ libellus cōprehendēs diuersos modos agēdi,cēsetur diuiduus.hoc tradit Host.in c.ad dissoluendum.j.de despon.impu.ex quo infert ibi,ꝙ si libellus est ineptus in vno ex contentis in ipso libello.poterit agi super alio.

¶ Septimò no.ꝙ vbi ex narratis & conclusis in libello apparet de intentione agentis,subauditur in libello medium, per quod cōclusio adaptatur ad intentionem libellantis.ita no.do.Anto. in c.cùm ad sedem.in princ.j.de rest.spo.

¶ Octauò no.ꝙ sicut libellus latè interpretandus est ex parte actoris porrigentis libellum, & in ipsius fauorem : vt s.dixi in prin.ita latè interpretandus est ex parte rei conuenti respōdentis libello actoris.ita not.Host.in c.querelam.s.de elec.& no.in c.auditis.j.de præscri.

¶ Nonò not.ꝙ porrigens libellum videtur omnia contenta in libello de quo latius dicam in xxxiij.principali articulo.

57 ¶ †Decimò no.ꝙ verba libelli sunt efficaciter interpretanda,& ita no.hic in tex.nostro.& ita interpretanda, vt potius præsumatur aptus,q̃ ineptus.not.Innoc.in c.examinata.s.de iudi. Bald.in repe.l.edita.C.de eden.vide quod in c.præcedenti.art. xxiij.& xxiiij.& ita interpretari,vt concludat saltem pręsumptiuè,ꝙ videtur sufficere.ad quod vide quod dixi in c.præcedenti,articulo.xij.q.xij.

¶ Vndecimò not.ꝙ si verba libelli demonstrant aptum esse vni iudicio:& verba sententiæ alij,standum est verbis sententiæ & non libelli.no.glo.fi.in c.dudum.j.de decimis.vbi gl.dicit,ꝙ libellus se habet vt subiectum:sententia verò vt prædicatum.Nam sententia debet esse conformis libello : vt dicam in seq.art.versi.iudex enim qui pronunciat super non petitis,fatuus est.vt ibi dicam.Ex quo infertur,ꝙ vbi non apparet de libello:quia propter antiquitatem acta sunt deperdita:debemus ex verbis sententiæ præsumere qualitatem petitionis.ad quod vide D.m.super d.glo.fi.

¶ Possent etiā & alia multa colligi & notari circa interpretationem libelli:quæ poteris ex superioribus colligere, ex his quæ dicam in seq.art.Et ex his est expeditus.xxxiij.articulus.

¶ Circa xxxiiij.princ.arti.& vlt.tractandum est de effectibus libel.seu oblationis & productionis ipsius.circa quem dic,ꝙ effectus sunt plures.

a ¶ An circa declarationem liceat variare,vide Bal.in l.fi.iij.col.versic.ex prędictis.C.de codi.& per mo.in d.l.quicquid.& in l.inter stipulantē.§.stichum.de verbo.oblig.

b ¶ De duobus propositis, an liceat vnum probare,vide late per Fely.c.licet causam. de proba.xvj.col.versi.sextus casus.vbi etiam Decius.

c ¶ Libelli conclusio, non narratio attenditur.Soci.cōsi. xxix.col.vj.lib.j.& consil.xxxix.colū.vj.co.lib.

58 ¶ † Primus eſt, quia per ipſum libellum mediante actione in eo expreſsè vel tacitè cõprehẽſa, ſpecies futuræ litis oſtenditur: vt l. edita. C. de edẽ. dixi s̃. in rub. in j. arti. in diffinitione quam ibi poſui. Et ipſius iudicis ordinarij eſt fundatiuus, ꝑ ea quę dixi. s̃. eo. c. j. art. v. in ix. prin. opi. Et ex deductis in libello cognoſcit, quali ordine ſit in iudicio procedẽdum. ad quod vide quod dixi. j. de or. cog. c. ij. art. xxiij. in fi. & s̃. de foro cõpe. c. ſi clericus laicũ. ar. xj. facit quod dixi ĩ ſeq. effectu. & ver. vij. effectꝰ. & ſeq.

59 ¶ † Secũdus effectus eſt, quia per ipſum apparet de modo agẽdi. ſecũdùm quem pars aduerſa poteſt deliberare, an velit cedere vel contẽdere: vt l. edita. & Doc. ibi. vide quod dixi in c. j. in vj. princ. art. s̃. eo. Et ex cõcluſione libellus intelligitur[a] & declaratur. l. vt fundus. ff. communi diui. Inno. in c. ex literis. de reſcri. Bal. l. cùm vltra. ff. de non nu. pec. & l. fi. C. de fideicom. lib. & l. ij. in fi. C. de peti. hære. & l. domum. C. de rei ven. & quod no. B. l. Aurelius. §. ſticho. ff. de lib. lega. & l. Cornelius. §. vj. de lib. & poſth. facit. c. ex parte. de foro compe. c. licet cauſam. de proba. c. ij. de ordi. cogni. cum verſi. præceden.

60 ¶ † Tertius effectus, quia per libellum oblatum iudici, & demũ parti, perpetuatur actio annalis: vt no. glo. in c. j. s̃. eo. in verſ. & per talem libellum, per l. ij. quãdo libellꝰ Principi datus. quod ꝓcedit, quãdo libellus eſt oblatꝰ Principi. ſecus ſi inferiori iudici: vt patet ex illa. l. ij. & ex rubrica illius tex. quãdo libellus Principi datus ſecũdùm Ioã. de Imo. hic & Spe. in titu. de libelli concep. §. iam nũc dicẽdum de effectu. vbi vult Specu. ꝙ tunc ſequatur iſte effectus, quando princeps ad illũ reſcribit: ſecus ſi ſit datus inferiori per l. conſtitutionibus. ff. de ac. & ob. Sed tu aduerte: quia aut loquimur in libello ſupplicatorio: aut conuentionali.

¶ Primo caſu, perpetuatur actio temporalis ſi princeps ad preces porrectas delegando reſcribit: quia habet vim litis conteſta. vt l. j. & ij. C. quando libellus[b] principi datus. exemplum in actione vi bo. rap. iniuriarum, quod met. cauſa, & ſi. Et ſi quis plures actiones annales haberet, & impetraret iudicem ab Imperatore, nulla cauſa inſerta, omnes videntur perpetuatę, per l. fi. C. de annali excep. qđ qualiter intelligatur, vide ibi per Cyn. Bal. & Ang. ſtatim aliquid ſubdam. Aliæ verò actiones non annales, non perpetuantur per ſolam pręſcriptionem libelli, vt d. l. ij. quia facilius interrũpuntur annales præſcriptiones quàm temporales, ſeu perpetuę ad quod vide quæ ſtatim dicam in v. effectu. Et ratio eſt: quia hoc caſu dicitur lis quaſi conteſta. & intellige quò ad hunc effectum tantùm non quò od alios quos producit litis conteſta. vt ibi per Bal. & Docto. & perpetuat vſq; ad xl. annos. ſi lis conteſta. ſecundùm Cyn. in dicta l. ij. per l. fin. C. de præſcrip. xxx. vel xl. annorum. Aut loquimur de libello conuentionali dato coram inferiore & ſola libelli oblatio in ciuilibus regulariter non perpetuat actionem: ſed requiritur actus citationis, vt in l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. ãnorum. & traditur in dicta l. ſecunda. C. quando libellus Principi datus. Quæ tamen regula fallit in caſibus ſpecialibus legis, vt per fectius. C. de annali excep. Et in præſcriptio. biennali, in qua fit perpetuatio & interruptio ſola propoſitione querelæ, ſeu libelli ſine citatione, dummodo fiat quædam intimatio, quæ ſufficit: etiam ſi fiat die feriata, vt in l. contractibus. §. fi. C. de non numera. pecu. quod tamen qualiter intelligi debeat, & quibus caſibus vide ibi per Bal. Quid autem ſi ſtatutum diceret quòd donatio debeat inſinuari intrà ſemeſtre tempus, vel quid ſimile: an ſufficiat ſola productio ſine citatione aduerſarij? quidam dicebãt quòd ſic, per illam l. ſecundam. C. quando libe. Princi. datus. ſed Bald. ibi dicit quòd ille text. facit in contrarium: quia ibi eſt ſpeciale in reſcripto principis: ergo ſecus in facto inferioris iudicis, per ea quæ ſuprà dixi. Sed Bald. finaliter decidit conſideranda eſſe verba ſtatuti, ſecundùm quod ſtatim dicam de cauſis criminalibus. Et p̃dicta procedũt in ciuilibus: in criminalibus verò, vtrum per ſolam productionem accuſationis vel inquiſitionis, ſine citatione perpetuetur actio. Barto. quòd ſic in l. miles. §. ſexaginta. ff. de adul. Sed Bald. in d. l. j. C. quando libel. prin. da. dicit fuiſſe conſultum quòd mitteretur exequutor. hic niſi fieret citatio non diceretur facta perpetuatio, ſeu interruptio. Ipſe tamẽ Bal. dicit conſideranda eſſe verba ſtatuti: aut enim lex vel ſtatutum nihil aliud exigit, quàm productionem libelli: & tunc procedit opi. Barto. & ita loquitur §. ſexaginta. libellus enim regulariter non dicitur de proceſſu, vt dixi s̃. de rubri. articu. j. Aut requirit aliquem proceſſum: & tunc eſt neceſſaria citatio, quæ eſt cuiuſlibet proceſſus initium. inſtit. de perpe. & tempo. actio. §. fin. & in Clemen. fin. vt lite pen. Et ad materiam vide quod latius dicam titu. de præſcript. Aduerte tamen quia prædicta intelligo, quando libellus eſſet aptus. ſecus ſi ineptus, ſecũdùm quod ſtatim dicam in v. effectu. vtrum autem per libelli oblationem perpetuetur iuriſdictio ſicut actio dixi in capi. pe. s̃. de fo. compe. in iiij. princi. articu. quæſtio. prima. & v. Operatur etiam illum effectum quò ad ipſam partem: quia actor poſt datum libellum non poteſt deſiſtere inuito reo: ſed cogitur proſequi: niſi velit in totum renunciare, ſecundùm ea quæ latius dixi s̃. in xxvj. prin. ar. quęſtio. iij. quoniam ſi nõ eſt adhuc editus parti quò ad partem: non videtur de proceſſu. dixi s̃. c. j. ar. ix. ver. ſed circa hoc.

61 ¶ † Quartus effectus eſt: quia facit rem litigioſam ſecuta per executorem conuentione, ſecundùm gloſſ. in c. j. s̃. eo. ver. & rẽ litigioſam. per authen. litigioſam. C. de liti. & ad idem xj. q. j. c. quia res tradit. Specu. in titu. de libel. concep. §. iam nunc dicendum. quare ſecuta per executorem conuentione, hoc eſt citatione per nuncium, fit res litigioſa. quod intellige, ſi modò agatur reali. ſecus ſi perſonali: quia tunc non fit res litigioſa, niſi per litis conteſta. vt l. ij. C. de liti. ſecundùm Ioan. de Imo. in d. c. j. & bene. No. tamen quòd licet tunc non fiat litigioſa: tamen inducitur litis pẽdentia, vt Cle. fi. vt li. pen. de qua materia dic vt late dicam j. vt lite penden. Et prædictus effectus vendicat ſibi locũ, ſi libellꝰ eſt aptꝰ. ſecꝰ ſi ineptus, vt latius dicã in ſeq. effectu.

62 ¶ † Quintus effectus qui ſequitur ex pręedictis eſt ſimilis tertio: & quaſi ex eodem fonte deſcendit: quòd interrumpitur pręſcriptio. vt dicit glo. in d. c. j. verſi. & interrumpit pręſcriptionem, per l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. anno. quod intellige, ſecuta citatiõe. Alij verò dicunt ꝙ iſte effectus procedit, libello etiã transmiſſo ad domum. quòd ſecundùm Ange. non eſt verum. niſi in caſu l. fin. C. de anna. excep. de quo ibi per eum in fin. & in caſu l. fi. C. de duobus reis. de quo vide latius per Docto. in l. fi. & ꝑ Ang & Doc. ĩ d. l. ſicut. Aduerte[c] tñ ꝙ iſte effectꝰ procedit in p̃ſcrip. longiſsimi tẽporis xxx. vel xl. annorũ. ſed p̃ſcriptio longi temporis x. vel xx. annorum nõ interrumpitur, niſi per litis conteſtationem, vt in l. moræ. C. de rei ven. & per Ange. in d. l. vt perfectus. C. de annali excep. & per Bart. in l. accuſaturus. C. de adul. ſimiliter etiam non habet locum in vſucapione triẽnali: quia in illa non fit interruptio, etiam per litis conteſta. niſi quò ad effectum l. ſi poſt aceptum. ff. de rei ven. facit qđ no. Bar. in d. l. ſicut. & in l. ij. C. de litigi. Procedit ergo effectus iſte (vt dixi) in præſcriptione longiſsimi temporis: quę non ſolùm interrumpitur per dictũ modũ in cauſa expreſſa: ſed cauſa nõ expreſſa, interrũpit in omnibus quę poſſunt ſub generalitate libelli cõprehendi, vt d. l. fi. C. de annali excep. vbi etiam habes ꝙ interruptio facta in principali, operatur effectũ in hypothecaria: ſed facta in p̃paratoria, nõ prodeſt in præparatoria vnde conteſtatio vel quaſi, aut controuerſia facta in officio reſcindẽti, nõ prodeſt in reſciſſoria: & facta in querela inofficioſi, non ꝓdeſt in petitione hæreditatis, ſecundũ Ang. in d. l. fin. de qua materia ego latius dicam in ti. de pręſcrip. & vt arbitror in c. illud. vbi tangũt doc. & no. ꝙ p̃dictus effectus procedit, ſi modo libellus eſt aptus & validus: ſecus ſi ineptus. ſicut enim ad interrumpendam præſcriptionem, aut litis conteſtationẽ, ſecũdùm quod s̃. dixi, exigitur ꝙ citatio & litis conteſtatio ſit valida, vt tradit Bart. in l. accuſaturus. ff. de adul. ita etiam, quãdo fit interruptio per libellum, exigitur ꝙ libellus ſit validus, & bene conceptus, vt eſt tex. iuncta l. accuſaturus. iuncta l. mariti. §. hoc quinquennium. eodem tit. de adul. Tenent Bart. & Ang. in d. l. accuſaturus. qđ ego intelligo, niſi ſuper inepto libello fuiſſet proceſſum: & fuiſſet talis ineptitudo quæ expreſſo vel tacito partium conſenſu potuiſſet purgari ad qđ vide qđ dixi s̃. articu. xxxij.

63 ¶ † Sextus effectus eſt qa porrigẽs libellũ videtur fateri omnia contenta in libello, etiam ſi continerẽtur enunciatiuè, vt l. cùm precum. C. de libe. cauſa. Et ibi no. Bar. & Docto. & no. Bar. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & Docto. maximè Io. de Imo. in c. ſi cautio. de fide inſtru. faciunt no. per Bar. in l. ij. §. fi. ff. de iure fi. & l. rata. C. de omni agro deſerto. lib. xj. no. Inno. in c. cùm contingat. s̃. de offi. delega. in gl. magna, ver. vel potes dicere. facit l. ſi aduerſarius. C. de fide inſtru. & vide quæ dixi in Cle. j. de proba. vnde ſi actor dixerit in libello aliquod verbum iniurioſum, poteſt agi contra eum actione iniuriarum, vt l. item labeonẽ. §. ſi qs libellus. ff. de iniurijs. v. q. j. c. j. & ſeq. no. do. M. in c. examinata. s̃. de iudi. & ibi dixi in iiij. no. Et videtur fateri crimẽ de quo mentionem facit in libello, vt not. Bal. in l. trãſac. in fin. C. de tranſac. Non ſolùm ergo actor per verba aſſertiua libelli videtur fateri: ſed etiam per verba enunciatiua, vt dixi. facit bonus text. & ibi per Barto. in l. qui familię. ff. fami. ercif. Dicit tamen Bar. per illum tex. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. in fin. quòd iſte effectus procedit poſt lit. conteſt. ſecus ante li. conte. quia tunc non inducunt probationem ſeu confeſsionem vt pars poſsit pœnitere & corrigere, vt dixi in c. p̃ce. in xxxv. ar. & idem ſentit Bald. in d. l. quæ familiæ. remittens ad no. per Cyn. in l. excep. C. de proba. in ij. q. & Guil. in l. conditionis. ff. de inſti.

a ¶ Ex cõcluſione libelli ĩtelligit̃, ꝙ dubiũ erat in p̃cedentibꝰ. adde Fely. in c. licet cám. ij. col. de ꝓba. & Alex. in cõ. cxxj. col. j. libr. primo.

b ¶ Pau. cõſi. ccccj. lib. j. id eſſe ſpãle ad interrupc̃. præſcriptionẽ: aliàs ſecus. vide eum & mod. in d. l. ij.

c ¶ Latè de hoc ꝑ Do. in c. relatum. de offi. dele.

de instit.& substi.sub condi.factis. Aduerte tamen, quia Bald. in l.cùm precum.C.de liber.causa.distinguit, quòd aut id quod ponitur, seu positũ est in libello: ponitur ab errante, aut à sciente, aut sumus in dubio.

¶Primo casu non præiudicat probato errore, ita intelligitur d.l.qui familię. Nam dum text.ibi dicit, agit.subaudiri debet, scilicet per errorem.

¶Secũdo casu, qñ à sciente.subdistingue, ꝙ aut libellus cõtinet quid certum aut incertũ. Primo casu aut aduersarius contradixit, & nõ nocet: qa in hac tali cõfessione dicitur quasi cõtrahi. Et talis quasi cõtractus nõ celebratur inter dissentientes, secũdùm Bal.ad quod faciũt not.in c.olim.de censibus.& in l.post legatum.ff.de his, quibus vt indig.& in c.præsentiũ.de test.lib.vj. Et ideò reus debet esse cautus, vt nõ contradicat simpliciter, aut neget narrata in libello: sed ante oĩa acceptet narrata in libello solùm, & dũtaxat quæ faciunt pro eo: & in aliĵs cõtra eũ facientibus, cõtradicat. Aut reus nõ cõtradicit: & tunc narrata in libello præiudicant libellanti, ac si ille fuisset cõsensus.vt d.l.cũ precũ.& C.de omni agro deser.in l.rata.lib.ix. si verò libellus nõ continet quid certũ: vt puta, si agens fa.ercis.dicit hęreditatem esse cõmunem: & nõ dicit ex qua parte: quia tũc agẽs non videtur cõfiteri.& ita potest intelligi.d.l.quia familiæ.

¶Tertio verò casu prin.quando sumus in dubio dic, quòd aut actor emendauit libellũ, & præsumitur errasse in facto alieno. aut non emendauit, & præiudicat sibi: vt l.edita.C.de eden.& ita etiam potest intelligi d.l.cùm precùm.vbi Bal.ponit d.dis. quã dicit esse notabilem & vtilem. Aduerte tamen circa prędicta, quia licet Bar.videatur prædicta limitare: si modò libellus sit scriptus manu confitentis: tamen secus si alterius.& sic intelligit.l.cũ precum.C.de libe.causa.sed Ioã.de Imo.d.c.si cautio.col.viĵ.versi.nec placet.dicit, ꝙ sibi non placet talis li.quia si esset vera.d.l.cũ precum.hodie parũ seruiret: & quasi de vento. Item cùm indistinctè loquatur, debet indistinctè intelligi: vt l.de pretio.ff.de publi.cum si. Item, quia eadem videtur esse ratio, quãdo libellus est scriptus manu alterius: nõ producens videtur fateri contenta in li.vt in aut.si dicatur.C.de testi.cum ibi not.& per Innocẽ.in c.cùm venerabilis.de exac.& c.cùm olim.de censi. Et ideo debet præiudicare confessio facta in ipso libello: ex quo talis scriptura dirigitur, vt deueniat ad alteram partem.ad quod etiam faciunt not.per Ioan.de Imo.in l.nuda.ff.de donatio.

64 ¶†Septimus effectus est, quia per ipsum libellum apparet de modo agendi secũdùm quem debet sentẽtia ferri: vt dicit glo.in d.c.j.s̃.eo.ad quod facit c.qualiter.el.ĳ.j.de accu.& in c.licet heli.j.de simo.& vide quod dixi s̃.in rub.ar.iiĵ.& qđ.j. subĳciam de sententia cõformi libel.vide.s̃.ver.vĳ.effectus.

65 ¶†Octauus effectus est respectu ꝓbatiõis faciẽdę ad ea q̃ sunt deducta in libello: qa deductũ ĩ libello qđ est necessariũ ad victoriã ꝓbandũ est: & illud inspiciendũ est quod in libello intẽtatur: vt l.habebat.ff.de insti.iĳ.q.vĳ.c.quippe.& per Bar.in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pet.& in l.dedi.§.j.ff.de condi.ob causam. Et per Inn.in c.super literis.s̃.de rescrip.& per Bal.in l.etiam.C.de fur.& quia illud quod fuit in libello intentatum debet probari: vt d.l.habebat.& no.Barto.in l.diuus.ff.de re iudi.dicit Bald.in.d.l.edita.C.de eden.ꝙ cauere debent libellantes, vt videant quam causam exprimant in libello: quia si illam non probant, succumbunt etiam si ex alia vincere potuissent: vt dicit tex.in l.si ex plagĳs.§.in cliuo.ff.ad le.aqui.vbi patet ꝙ ex narratis in libello, ius metimur.nec potest in articulis deduci ad finem, ꝙ probationes factæ prosint ad victoriam aliquid penitus diuersum à contentis in libello: vt in c.in p̃sentia, de ꝓbatio.tradit Bal.in l.si quis nõ dicã rapere.C.de Epis.& cleri.& Specu.in tit.de offi.iudi.§.deseruit.versic.quid si libellus.no.Io.mo.in regula, qui per alium.de reg.iur.lib.vj.in glos.magna.& in ca.j.dę confes.lib.vj.de qua materia fortè latius dicam in titu.de confes. Et circa prædicta aduerte: quia dicit Innoc.quòd oportet ꝙ causa deducta in libello probetur: aliàs non potest ferri sententia, nisi probetur alia causa legitima, per quam aliàs potuisset libellus obtinere.ita dicit in ca.cùm contingat.s̃.de offic.delega.& in c.cæterum.s̃.de iu. Quinimò etiã si libellus esset latè conceptus, & actor eligeret vnam actionem ex his quæ poterant includi in libello: si non probat illam, non potest obtinere: licet probet in alia quæ poterat in libello includi, vt no.do.Anto.in c.cùm ad sedem.in prin.j.de resti.spoliat.quod fortè limitandum est, nisi in libello sit apposita illa a clausula. Et prædicta omnia & singula dicit &c.petens[a] in prędictis & circa prædicta &c. Et clausula, non astringens se &c. de quibus dixi suprà in præceden.in xiĵ.princ.arti.facit quod statim dicam in ver.secundo infertur. Et ex prædictis inferuntur decisiones ad plures quæstiones.

¶Primò infertur, ꝙ si in libello, peto decem à Titio fundans me super mutuo: & probo confessionẽ mutui, & non mutuũ: debeo succũbere, secũdùm Spe.in ti.de teste.§.j.versi.sed pone egi.de qua tamen quæstione vide latius ibi per eum, & per Ioã.And.in addi.& per Bar.& Doct.in l.ĳ.C.si certum peta.& per do.Ant.& do.M.in c.si cautio.j.de fide instru.& latius ibi per Io.de Imo.versi.vltimò restat prope fi.dixi s̃.

¶Secundò infertur ꝙ si aliquis in libello egit ex cõfessione, & postea probet veram enumerationem: ꝙ debet succumbere, secundùm Nico.de mata.vt refert Io.And.in additio.Spec.in d.versi.sed pone egi.de quo ibi per eum. Sed do.Anto.aliter distinguit in d.c.si cautio.& ibi Io.de Imo.col.antepe.quæ videre poteris: quia quò ad materiam nostram satis sit aperuisse intellectum.& ibi vide limitationem quam ponit ibi Io.de Imo.de qua dixi.s̃.in c.præce.art.xiĵ.q.ĳ.quando scilicet apposita esset illa clausula. Et prædicta omnia dicit, & petit omni meliori modo &c.quinimò videtur, ꝙ non sufficiat etiam probare cõfessionẽ: quia ex cõfessione oritur solùm probatio, & non obligatio.vide ibi per do.Ant.do.M.Io.de Imo.& Ioã.An.in addi.Spe.versi.sed pone. Et ad prædicta vide etiam Bal.in l.si executione.C.de non nu.pecu.vbi format q.quid si interuenit confessio chirographaria, sed in libello proponitur sola confessio: in processu non solùm probatur confessio, sed etiam numeratio: an reus sit absoluendus.& ibi distinguit an confessio emanat simul cum numeratione: vel numeratio superueniat post confessionem.vide ibi per eum.

¶Tertiò infertur, ꝙ si ago ad decẽ contra Titium ex causa mutui, quæ dico eidem mutuasse iam sunt decem anni: & probo per testes de mutuo: qui tamen testes dicunt me mutuasse iam sunt tres anni: succumbo, nisi sit adiecta illa clausula, non adstringens se ad aliquod onus probationis superfluæ &c.de qua per Ioan.de Imo.in l.si cùm nulla.ff.de re iudi.& latius dixi in præcedenti c.in xiĵ.ar.q.iiĵ.

¶Quartò infertur, ꝙ si in libello deductum est crimen cũ certa qualitate quæ alterat speciem delicti & pœnam, si probatur delictum sine qualitate, non potest sequi sententia.no.Cy.post Iac.de Are.in l.ĳ.C.de proba. Et Bar.in l.plenè denunciasse.§.qui tamen.ff.de adul.glo.in c.Abbate.de re iu.li.vj.Doc.in c.licet causam.j.de proba.& in c.proposuit.de cle.exc.mi.glo.pe.in c.venerabilibus.de sen.excom.lib.vj.& glo.in l.si præsidi.C.de dona.ante nup.per Bar.in l.prætor.§.edocere.ff.vi bo.rapt.& in l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ff.quib⁹ ex cau.in pos.eatur.& in l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa.& latè per Barto.in l.edita.C.de eden.aliquid tetigi in c.conuentus.s̃.de foro compe. Et vide quæ dixi in c.præcedenti.in xĳ.prin.arti.q.vĳ. Et vide etiam per Bal.in repe.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.vbi tradit, quid si in libello deductum si furtum manifestum: & postea probetur furtum non manifestũ.& ibi etiam notabiliter dicit Bald.ꝙ illud quod dicitur, ꝙ alterata qualitate deducta in libello non potest sequi condemnatio: procedit quãdo libellus est accusatorius. secus si sit libellus inquisitionis: quia inquirens se non adstringit: imò dicit, super quibus omnibus & singulis.vt dixi in d.art.q.vĳ.& per Bal.in l.sed ex dolo.§.in hac.iuncta.l.seq.ff.de dolo.cum si.quod incipit, in Christi nomine amen.factum tale proponitur.& per Spec.in tit.de ac.& pe.§.j.ver.pe.& per Lud.pon.in l.Titia diuortium.ff.solu.mat.& per Saly.l.si mater.C.de rei vend. Et quod dixi.s̃.eo.c.ĳ.art.xĳ.q.xvj.versi.quarta regula.

a ¶De clausula, petens in prædictis iustitiam ministrari, vltra supradicta vide Alexan.in cõsi.cxxj.lib.j.& cõsil.lxj.li.ĳ.vbi etiã de clausula, non adstringens &c.

¶Quintò infertur, ꝙ si egi rei vendicatione ratione directi dominĳ, & probo in publiciana, & sic in quasi dominio: non potest sequi condemnatio, secundùm Iac.de Are.& Cy.in l.ĳ.C.de proba. Et ideò reus qui conuenitur publiciana, de facili poterit capere aduersarium, & obtinere faciendum positionem ꝙ res vendita actori, fuit vendita à vero domino: nam de facili reus hic fatebitur: nisi sit multũ doctus: & sic succumbet.ita dicit Specu.in ti.de positionibus.§.x.versi.hoc quoq; diligenter. Aduerte tamen: quia contra prędicta obstare videtur quod dixi in præce.xxxiĵ.art.vers.j.quod quamuis. Sed fortè dici posset, ꝙ ibi loquimur quando simpliciter in libello fecit mentionẽ de domino: & sumus in dubio: quia interpretantur pro ipso libellante. Hic verò quando sumus in certo quòd intẽtauit publicianam, & ad hanc materiam de causis deductis in libello nõ probatis, vide aliqua quæ dixi in c.præce.in xĳ.art.princ.in x.q.versi.vĳ.quęro. Et vtrum adducens plura capitula in libello, teneatur omnia probare, vide quod dixi in xxxiĵ.art.versic.j.igitur no. Quid autem si peterem lx.mihi debita: & probarem de centum: an possum obtinere in centum, tradit latè Bart.& mod.in l.scire debemus.de verb.obli. Ego vt arbitror dicam ĵ.ti.de re iudi.in arti.illo, ꝙ sententia debet esse conformis libello.de quo aliquid in seq.effectu.

¶Sextò infertur, ꝙ si in rei vend.egi ad medietatem fundi pro indiuiso, & probaui pro diuiso: non potest sequi sententia cōdemnatoria. dixi latius super rub. de causa pos. & proprie. arti. xiiij. q. j. versi. sed. q. circa hanc.

66 ¶†Nonus effectus est respectu sententiæ ferendæ: quia regulariter sententia ferenda debet esse conformis libello: vt in c. licet heli. in c. desymo. Et in l. vt funditus. ff. communi diui. Et in c. qualiter. el ij. j. de accu. & in Cle. sæpe. de verbo. sig. & vt dicit Bal. sententia debet esse conformis libello in tribus.

¶Primò, in causa: vt probatur in l. habebat. ff. de insti.

¶Secundò, in actione: vt l. edita. C. de eden.

¶Tertiò, respectu rei petitæ: vt l. fin. C. de peti. hæred. ita dixit Bal. in l. j. C. si plures vna sententia. vbi per plures quæstiones prosequitur hanc materiam. Nam fatuus est iudex qui pronunciat super non petitis. C. de fideicom. lib. l. fi. tradit D. m. in c. dudum. de deci. super glo. Et hoc procedit, nisi partes aliter conueniant, per l. si conuenerit. ff. de re iud. secundùm vnum intellectum. de quo ibi per glo. & Io. de Imo. ad quod vide quod dixi s. in c. præce. in xij. prin. art. in x. q. prin. ver. x. quero. ibi: dum dicit, aut est expressa sola causa proxima. sed de materia istius effectus dic vt latius dicam in ti. de re iudi. vbi respectu sententiæ proferendæ melius conuenit. & vide quod dixi in rubri. de causa posses. & proprie. trac. ij. q. xiij. in fi. j. q. Vtrum autē super inepto libello sit ferenda sententia. Et quando valeat, collige ex his quæ dixi s. in xxxij. prin. art. Et an respectu iuris superuenientis possit contingere ꝙ sententia non sit conformis libello, dicam latè in dicto tit. de re iud. Et vide quod dixi in c. præce. in xij. art. q. x. vers. quæro. Et no. etiam ꝙ ex quo sententia debet esse conformis libello, si libellus est vnus: sententia nō debet esse nisi vna. non enim possunt super eodem libel. duæ aut plures sententiæ proferri, vt dicam in ti. de re iudi.

67 ¶†Decimus effectus est, ꝙ ex qualitate libelli iuncta sententia cognoscimus, an obstet exceptio rei iudi. ita vt succūbens possit de nouo agere. de quo effectu tangit glo. in c. præce. & Bart. latè in l. & an eadem. §. actiones. & in l. si mater. ff. de excep. rei iud. Et latius D. m. in c. præce. sed quamuis gl. & Do. M. & plures Doc. teneant in hoc titulo: quia satis congruè potest hęc materia ad hunc ti. adaptari: tamē quia quæstio prædicta indiget longiori discussione, & melius conuenit tit. de excep. ideò ego latius dicam in d. ti. Et ex his, Deo duce, hæc materia libelli, quę est principium & fundamentum ad iudicialem intentionem, nunquam extitit ita bene declarata, ordinata, ac fundata.

¶Explicit opus perutile & quotidianum domini Mariani Socini, cum multis additionibus domini Bartholomei eius filij.

TRACTATVS LV.

doctο. Domini Mariani Socini de Senis super rubrica & titulo, de litis contesta. nuper in lucem editus, Fœliciter incipit.

De litis contestatione. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Litis contestatio quid sit.
2 Litis contestatio, vnde dicatur.
3 Litis contestatio, cum quibus, & per quos fieri debeat.
4 Lis an dicatur cōtestata cum primo, si dato libello cōtra vnum, tertius compareat pro suo interesse.

Ontinuatur ad præcedentes hoc modo: quoniam post libelli oblationem & mutuas petitiones sequi debet litis cōtestatio: ideò subijcitur hæc rubrica, & de materia ipsius habetur. iij. q. iij. ca. offeratur. & repetitur in vj. Cæterum, iuxta morem consuetum, pro clara & ordinata doctrina præsentis titu. & sequentis, prosequar infrascriptos principales articulos.

¶Primò, quid sit litis contestatio: & vnde dicatur. & de hoc in hac rubrica.

¶Secundò, per quos, & cum quibus fieri debeat. & de hoc in hac rubrica.

¶Tertiò, an sit necessaria litis contestatio. & de hoc in c. primo. j. eodem.

¶Quartò, in quibus causis & casibus requiratur: & in quibus non. & de hoc in c. quoniam. in princ. j. vt lite non contesta.

¶Quintò, vbi, seu coram quo fieri debeat. & de hoc in c. primo j. eodem.

¶Sextò, quando fieri debeat. & de hoc in d. c. j.

¶Septimò, an quis possit compelli ad litem contestandam: & quibus casibus: & quibus remedijs: & de pœna nolentis litem contestari: & propter quas causas excusetur. & de hoc in c. j.

¶Octauò, qualiter debeat fieri litis contestatio. & qualiter facta intelligatur, tam expressa, quàm tacita. & de hoc in c. primo. j. eodem.

¶Nonò, qualiter probetur. & de hoc in c. quoniam. j. eodem titulo proximo.

¶Decimò, de effectibus cōtestatæ litis. de quo in d. c. quoniam. in fine.

¶Vndecimò, qualiter, & per quos actus lit. conte. & eius effectus tradantur. de quo in d. c. quoniam.

1 ¶†Primò igitur arti. quæro quid sit litis conte. Sol. glo. j. in c. j. j. eo. dicit, ꝙ lit. contes. est negotij principalis hincinde apud iudicem facta narratio: & subsecuta responsio. & ista fuit diffinitio Bulg. Azo. & Tancredi. quam secuti fuerunt quasi omnes antiqui, vsq; ad Hosti. sed Hosti. in d. c. j. & in summa, eod. titu. §. j. dicit, ꝙ dicta descriptio destruitur: quia per positiones & responsiones narratur hincinde negotium coram iudice: & tamē non fuit litis contest. vnde Host. sic describit, ꝙ lit. contest. est fundamentum iudicij per petitionem in iure propositam: & congruam responsionem subsecutam, animo cōtestandi litem: quo omisso, si in figura iudicij procedatur, vexantur inanibus laboribus & sumptibus litigantes. & hanc diffinitionem sequitur Io. And. in c. j. & omnes Doct. d. Anto. domi. Ma. zaba. & Ioan. de Imo. & etiam Specu. eo. titu. §. j. & prosequuntur Hostien. & Doct. singula prædictæ diffinitionis verba: sed prædicta diffinitio non placet mihi: quia vt ex infra dicendis apparet, ꝙ est defectiua: & non conuertitur cum suo diffinito: & sic non bona. per l. omnis diffinitio. de regu. iur. iuncta l. j. ff. de dolo. Est aduertendum, quòd quædam est lit. contesta. propria & expressa: quædam tacita, quæ fit per processum ad vlteriora, secundùm quod dicam. j. in viij. princ. art. lit. contest. propria & expressa videtur mihi sic describenda, ꝙ est actus iudiciarius, per quem in iudicio ordinario, vel arbitrarij iudicij instar habente, facta narratione & petitione expressa vel inclusa, negotij principalis inscriptis per actorem coram competenti iudice pro tribunali sedente, vel arbitro ipso: maximè iudice vel parte interrogante, seu parte intentione sua insistente: reus respondet negando, vel confitendo, vel per verba æquipollentia ad lit. contesta, conuenientia ipsius litis, ac iudicio ordinarij, vel arbitri fundatiuis, & prosequendo singula verba. ideò dixi, ꝙ est actus iudiciarius, vt ponerem genus: quia omnis bona diffinitio, vt sæpius dixi, debet constare ex genere & differen-

a tijs[a]. sequentia verba ponuntur ad differētiam aliorum actuum iudicialium & extraiudicialium. Deinde subiunxi, per quem iudicio. quoniam exttaiudicialium non fit lit. contesta. iij. q. iij. c. offeratur. s. de libe. ob. c. j. ff. de inter. acti. l. voluit. & vt tangam in v. arti. in c. j. Deinde subiunguntur verba illa, facta narratione & petitione: quia non sufficit sola simplex narratio: nisi petitio sequeretur. de quo dicam in c. j. in vij. articu. vel arbitrarij iudicij instar habente, per ea, quæ not. in l. rem non nouam. C. de iudi. & per ea quæ dicam. j. eodem. in d. viij. princip. articu. Deinde subiunxi negotij princ. quia per responsionem etiam iudiciariam, quæ non fit ad negotium principale, sed forte ad causam emergentem[b] vel similes, non est litis contesta.

b vt l. fina. C. de except. no. Bald. in l. j. C. eo. in ij. oppo. ad quod vide quod dicam in d. viij. arti. & in c. quoniam. in iiij. principa. articu. ¶Deinde subiunxi, in scriptis: quia sicut libellus debet in scriptis porrigi, ita & lit. contesta. de quo dicam in d. viij. articu. vnde in quibus casibus non requiritur libellus, non videtur requiri lit. conte. vt dicam in d. viij. arti. ¶Deinde subiunxi, per actorem: quia petitio ad actorem pertinet. ¶Deinde subiunxi, coram iudice competente: quia si fieret coram iudice incompetenti, non valeret, per l. j. & ij. C. si à non competenti iudice. ideò subiunxi, pro tribunali sedente. per ea quæ dicam in c. j. in iiij. princ. arti. ¶Deinde subiunxi, ipso maximè iudice, vel parte interrogante. per ea quæ dicam in c. quoniam. viij. articu.

Deinde

a ¶Dummodo conuertatur cum diffinito satis est: vt per d. Phi. decium in rubr. de proba. in schol.

b ¶Et quid sit emergens, quid incidens, ponit gloss. Bar. Alex. & moder. in l. quod iussit. ff. de re iudica.

¶Deinde subiunxi, seu intentione sua insistente. per ea quæ dicam in d. viij. arti. ¶Deinde subiunxi, reus respondet negando vel confitendo. per ea quæ dicam in viij. art. ¶Deinde subiunxi, vel per verba æquipollentia ad lit. conte. conuenientia: quia non solùm per negationem vel confessionem: sed etiam alijs plurimis verbis inducitur lit. conte. dummodo sint conuenientia ad lit. conte. de quibus dicetur latius in d. viij. ar. nec est necessarium, iudicio meo, ꝙ ponantur illa verba, animo litem contestan. quia si essent verba ambigua, & essent apta ad lit. contest. & etiam possent aliter se habere: & reus diceret non animo lit. cōte. non esset lis contestata: quia tunc verba non essent conuenientia ad lit. contes. vt patet ex se. de quo dicam in d. viij. arti. ¶Deinde subiunxi, ipsius litis ac iudicij ordinarij fundatiuus: quia in iudicijs ordinarijs exigitur lit. contest. in summarijs, nō exigitur. vt dicam in d. c. quoniam. in d. art. ¶Sed in ordinarijs, sine conte. non tenet iudicium. vt dicam in c. j. in iiij. prin. art. & etiam in x. prin. ar. in prin. in c. quoniam. in fine. ¶Et aduerte, quia licet sint quidam actus qui habeant vim lit. cōtest. quò ad certos effectus, quos habet lit. cōtes. prout libellus Principi datus, quò ad effectū præscriptionis interruptionis: vt l. j. C. quādo libellus Principi datus. non tamē propterea dicitur lit. conte. quod patet: quia adhuc potest iudex recusari: vt in auc. offeratur. C. eo. & sic sequitur, ꝙ sicut nō potest dici ꝙ sit in prælio qui potest effugere præliū: ita nō potest dici lis contes. quando quis potest illam effugere. ita dicit Bar. in l. j. C. e. similiter etiā, licet quandoq; citatio habeat effectum prescr. interruptionis: vt l. sicut. in prin. C. de præsc. xxx. annorū. non tamē inducitur lit. contest. vt l. j. C. eo. & tangam in c. quoniam. in fi. in x. arti.

2 ¶†Sed quæro vnde dicatur lit. contesta. so. dic ꝙ dicitur à con i. simul, & lis, quasi simultanea litis attestatio. attestantur enim partes, & affirmant iura sua, secundùm do. Anto. in c. j. j. eo. & Bar. in l. j. C. eo. ex quo videtur inferri, ꝙ lit. contest. non possit fieri altera parte absente: vel dato tēporis interuallo, sicut nec prælium corporale: ad cuius similitudinem dicitur lit. contest. ad quod vide quod dicam in c. j. in viij. prin. arti.

3 ¶†Secundò prin. arti. per quos, & cum quibus fieri debeat litis contest. dicendum est, ꝙ fieri debet per ipsas personas principales, si sint tales quæ possint esse in iudicio, & hoc est clarū. potest etiam fieri per procuratorē. s. de resti. spol. c. cùm ad sedem. Itē per tutores, curatores, syndicos, & actores. C. de iu. in l. rē nō nouam. §. patroni. & j. de do. & cōtu. & j. de iura. calum. c. cùm causam. ff. de doli excep. in l. si procu. agit. C. de procu. in l. procuratoribus. & l. neq;. secundùm Tan. in iij. parte sui operis in prin. & Spe. eo. ti. §. sequitur. & Io. An. ibi in addi. secus si principales non haberent legitimam personam stādi in iudicio: vt puta, quia minores xxv. annis. quia tunc non valet litis contes. quæ cum ipsis fieret: vt l. j. & ij. C. qui legitimā personam. secūdùm Spe. in d. §. quod intelligo, quātum ad præiudicium ipsius minoris, per notata in d. l. non eo minus. C. de procu. & in casibus in quibus minores non habent legitimam personā standi in iudicio: aliàs secus, per ea quæ dixi in ti. de iud. Itē potest fieri lit. conte. ex vna per principalem: & ex alia per procuratorem vel tutorē: & aliū, alieno nomine interuenientem. & no. ꝙ si iudiciū est intentatū cōtra pupillū vel minorē, aut per ipsum pupillum vel minorē cōtra aliū fiet lit. cōte. vel cū tutore aut curatore: vel cū pupillo seu minore data eis electione: tutore tamē vel curatore authorātibus eisdem: vt dicit singulariter Bar. in l. j. §. sufficit. ff. de admi. tuto. Itē potest fieri etiam per aduocatos partium: vt c. cùm causam. j. de ap. vbi per respōsionē seu confessionē factā per aduocatos ad legitimū inducta fuit lit. cōtes. ita no. Spe. e. ti. §. sequitur. & no. do. Ant. Io. de Imo. & do. Ma. in d. c. cùm causam. & ibi notaui. nec obst. c. pastoralis. s. de iud. vbi dicitur ꝙ si principalis persona est discreta, debet per se, & nō per aduocatos factum proponere: quia tex. ille debet limitari per d. c. cùm causam. videlicet, quòd procedit, nisi præsente clientulo: & non cōtradicente aduocatus contestetur litem, vel cū parte aduersa: vel cum aduocato partis aduersæ: altera parte præsente & non contradicēte. & ita not. do. M. in d. c. pastoralis. & ibi remisi me hic dicturum, & non solùm cum vno: sed etiam cum pluribus agentibus & se defendētibus, potest vni-
a co[a] verbo fieri lit. contest. ita dicit Ang. in l. duo rei. ff. de duobus reis. per illum tex. & sequitur Ioan. de Imo. sicut posset in vna comparitione euadere contumaciam multorum terminorum. de quo fortè dicam vel in ti. de dila. vel in ti. de contu.

4 ¶†Sed circa prædicta quæritur, vtrū dato libello cōtra vnum, si tertius comparet, pro suo interesse sit lis contest. cum primo vel cum secundo: an verò cum vtroq;. Sol. hæc quæstio examinatur per Inno. & Host. & Io. An. in c. cùm super. j. de re iudi. & satis intricatè loquuntur. & ibi etiam eam do. Anto. do. M. & Ioan. de Imo. ego etiam ibi examinaui. & ideò breui hic me absoluam. dicas ergo, ꝙ aut iste tertius comparet ante lit. contest. aut post, primo casu, aut vult inchoare nouam instantiam, & potest: dummodo non sit de casibus, in quibus sentētia lata pro vno plenè præiudicet alij. de quibus in c. pen. de re iud. & hoc casu debet dare nouum libel. & lit. contes. facere, secundùm Docto. & bene, aut nō vult inchoare de nouo: & hoc casu, aut vult assistere ne fiat collusio: aut iuuādo: & tūc lis cōtestabitur cum principali: nō cum eo. aut vult iudicium in se assumere remouēdo reum ipsum cōuentum: & tunc cum eo erit lis contestanda, per tex. in c. quoniam. §. in alijs. vers. quod si super. ibi dum tex. dicit, actoris intentionē excipiat. aut tertius interuenit post lit. conte. & hoc casu, Inn. in c. super. j. de re iud. dicit, ꝙ non est necesse, ꝙ tertius det nouum libel. vel ꝙ contestetur litem: quia sufficit sibi cōtentio rei principalis, cuius factum videtur approbare, secus si vellet approbare nouam instantiam: vel principaliter prosequi appellationē pro suo interesse. quod dictum non placet Host. mouetur: quia ratio Inno. nō videtur vera: quia tertius iste nō videtur posse approbare, quod suo nomine nō est gestum: vt c. ratum. de reg. iur. in vj. d. Ant. distinguit, ꝙ aut tertius venit ad impediendū executionē, & nō exigitur lit. contest. quia iudicium est summarium: vt Cle. sæpe. de verb. sig. dicam in c. quoniam. j. ti. j. in iiij. prin. art. ¶Aut venit ad fin. vt secum discutiatur principale negotium: & tunc si ius tertij est separatum à iure rei principalis, exigitur noua lit. contes. & noua instantia. Si verò ius est idem, seu connexum cum iure rei principalis: tunc in casibus in quibus fieret plenū præiudicium tertio per sentētiam latam cōtra principale. de quibus in c. pen. j. de re iud. & l. sæpe. ff. de re iud. & habet locum opi. Inno. Secus si non fieret plenum præiudicium ipsi tertio: quia tunc nec verè nec fictè potest dici agitatum cum tertio, seu nomine tertij, & sic procedit opi. Host. vnde oportebit, vel ꝙ ius instantiæ cedatur huic tertio: vel ꝙ fiat libelli oblatio, & litis conte. faciunt no. per Barto. in l. mutari. ff. de procu. sed Ioā. de Imo. in d. c. cùm super. sequitur Inno. & etiam mihi plus placet, vt ibi dixi, & ibi vide aliquas nouas rationes. Et ex prædi-
b ctis infertur, ꝙ si colonus[b] vel cōmodatarius conueniretur rei vend. & do. compareret pro suo interesse, assumēdo in se iudicium, & remouēdo reum cōuentum: cum tali esset lis contestāda: si compareret ante lit. conte. Secus si post de quo latius dixi in d. c. cùm super. Et si ageretur contra aliquem, vt traderet vacuam possessionē domus admotis inde pensionarijs: & die statuta citatus non compareret: sed comparerent pensionarij dicentes, hoc modo esse sciendum: valere lit. conte. facta cum eis. ad quod vide quod latius in c. j. de libel. obla. in v. prin. arti. fallen. lvij. & sic hoc declara secundùm quod ibi dixi, & ex his habes expeditum secundum principalem articu.

a ¶Et an possit fieri per solum verbum, credo. Bal. in l. ij. in ij. not. C. de iura. calum.

b ¶Si dominus non compareat, vtrum iste colonus vel cōmodatarius debeat litigare impēsis domini, videtur ꝙ sic. per l. cùm in plures. §. vestimēta. & ibi Bar. Fulgo. Sali. ff. loca.

SVMMARIVM.

1 ☞Agere potest quis de pluribus rebus eodem libello.
2 Persona ecclesiastica agere potest pro iniuria sibi illata.
3 Capitulum potest excommunicari.
4 Positiones in causis agitandis fieri possunt.
5 Delegati causas coram se vertentes, ad Papam remittere possunt.
6 Iudex officio suo processum nullū declarare debet, si de ipsius nullitate apparet.
7 Litis contestatio, an sit necessaria, & de iudicij substantia.
8 Litis cōtestatio regulariter est de solennitate substātiali iudicij.
9 Litis contestatio quomodo: vbi fieri debeat, & coram quo.
10 Litis contestatio, an possit fieri coram arbitro.
11 Litis contestatio, quando fieri debeat.
12 Litem contestari, an possit quis compelli.
13 Reus nolens litem contestari, quibus possit excusari causis: & nu. sequen.
16 Exceptio rei iudicatæ, litis contestationem impedit.
17 Exceptio transactionis, litem contestari impedit.
18 Exceptiones quæ, litis ingressum impediant. & nu. seq.
47 Exceptiones litis contestationem impedientes, quādo & qualiter opponi debeant.
48 Exceptiones litis contestationis impeditiuæ, coram quo iudice oppositæ in vim dilationis locum sibi vendicent.
49 Replicari an possit aduersus exceptiones litis contestationem impedientes.
50 Iudex qualiter probatis exceptionibus impeditiuis ingressus, pronunciabit.
51 Effectus exceptionum litis ingressus impeditiuarum, quis sit.
52 Litis contestatio vt fiat ex parte agentis, quæ requirat.
53 Narratio sola ex parte actoris ad litem contestandam non sufficit. quod limitatur nu. seq.

62 Interrogationes & responsiones, an sufficiant ex parte actoris ad litem contestandam.
63 Verba actoris, an requirantur ad litem contestandam.
64 Litis contestatio fieri potest actore absente.
65 Verba non requiruntur in litis contestatione.
66 Præsentatio rescripti ex parte actoris, an sufficiat ad litis contestationem.
67 Responsio, an & qualis ex parte rei requiratur ad litem contestandam.
68 Animus, an requiratur ad inducendam litis contestationem.
69 Responsiones plures an requirantur, vbi plura in libello narrantur.
70 Negatio vel confessio quando facta censeatur ad ea, quæ principaliter petuntur.
71 Actore centũ petẽte, & reo simpliciter negãte, si actor de quinquaginta probet, an sit reus in quinquaginta condemnandus.
72 Litis contestatio an inducatur per rei confessionem.
73 Litis cõtestatio an inducatur per exceptionem peremptoriam, vel dilatoriam.
74 Præsentia iudicis an requiratur in litis contestatione.
75 Litis contestatio an fieri debeat iudice pro tribunali sedente.
76 Litis contestatio an requirat responsionem illico fiendam.
77 Litis contestatio an censeatur inducta, si reus nec negare, nec fateri se dixerit.
78 Litis contestatio an censeatur inducta, reo dicente se nolle cum aduersario litigare.
79 Lis an censeatur cõtestata, reo dicente se contendendũ putare.
80 Lis an contestata dicatur, reo se cedere liti dicente.
81 Lis an censeatur contestata, si reus se dubitare asserat.
82 Litis cõtestatio an censeatur inducta, reo dicẽte. non præsumo.
83 Litis contestatio an inducatur, reo nec scire, nec credere se asserente.
84 Lis an dicatur cõtestata, si reus dicat, non credo debere. vel credo debere.
85 Litis contestatio an inducatur per verba, tu mentiris. & similia.
86 Litis contestatio an inducatur per responsionem conditionalẽ.
87 Pronunciatio iudicis pronunciantis litem contestatam an sufficiat: etiam si verba non sint apta ad litem contestandam.
88 Iuramentum, an habeat vim litis contestationis.
89 Contumacia, an sit loco litis contestationis habenda.
90 Litis contestatio, qualiter fiat per procuratores.
91 Scriptura, an requiratur in litis contestatione.
92 Ordo, an requiratur in litis contestatione.
93 Forma clarior litis contestationis, quæ sit.
94 Lis qualiter contestari debeat in causa appellationis.

a ¶Et vtrum in dubio præsumantur omnes de dicto capitulo deliquisse. vide Socin. in l. iij. §. fi. ff. de acquirẽ. possess.

b ¶Vide scrib. in l. causas. C. de transactio.

Olim inter. ¶Non per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure positam, & responsionem secutã fit lit. contest. qua omissa, processus est nullus. Diuiditur. primò ponit processum iudicum, & ipsorum relationem. Secundò, ipsum processum præmissa causa, decernit irritum. Secunda ibi, procuratoribus. & in textu, ibi, sententijs. dic ab Episcopo latis contra capitulum. & in tex. ibi, & infra. dic ꝙ continet iniurias, sententias, & articulos specificatos: & quòd causa fuit commissa iudicibus, qui processerunt in ea, vt sequitur, & demum ipsam ad sedem apostolicam remiserunt, secundùm Io. And. & Host. & in tex. ibi, iudices. dic scilicet, delegati quibus fuerat causa commissa: qui si fuissent docti & ignari, fecissent offerri libellum: vt c. j. š. de lib. ob. secũdùm Hos. & Io. an. In tex. ibi, remiserũt. dic quia fortè sic habuerũt in mãdatis: vel de cõsensu partis hoc faciebant: vt per Papam ferretur sententia, vel declaretur de iuribus eorum, secundùm Host. & Io. An.

1 ¶†No. primò ꝙ quis in eo. libello potest agere de pluribus rebus. de quo per Host. & Io. And. in c. querela. š. de elec. de quo dixi in c. iij. š. de lib. obla. in xxix. princ. art. q. v. hoc tamen not. non videtur colligi: quia non apparet ꝙ aliquis libellus fuerit
2 porrectus. ¶†Not. secundò, ꝙ etiam persona ecclesiastica potest agere pro iniuria sibi lata. de quo dic vt latè dixi in c. olim.
3 j. de iniurijs. ¶†No. tertiò ꝙ capitulum[a] potest excõmunicari.
a nam vt hic recitat Ioan. And. in antiqua continebatur, ꝙ capitulum irrogauerat iniurias Episcopo: propter quas excommunicauit capitulum: hodie verò vniuersitas non potest excommunicari. vt c. Romana. §. in vniuersitatem. de sentẽ. excom. in vj. dixi latè in c. mulieres. j. de sen. excõ. in vij. princ. arti. in prin.
4 ¶†Not. quartò, ꝙ in causis agitandis possunt fieri positiones. fiunt autem positiones ad faciliorem litium expeditionem, vt Cle. sæpe. de verb. signi. de qua materia latius dicã in c. j. de con
5 fessis. ¶†No. quintò, ꝙ delegati possunt remittere causas corã eis vertentes ad sedem apostolicam: sed fortè sic fecerunt hic: quia hoc habuerunt in mandatis, vel hoc fecerunt de consensu partium, vt dixi super tex. ¶Not. sextò ꝙ lit. contesta. exigitur etiam in causa iniuriarum: etiam inter personas ecclesiasticas: & etiam cùm agitur de censura ecclesiastica: & ipsius omissio reddit processum nullum. de quo dicam j. in v. princ. arti. ¶No. septimò, ꝙ hæc regula, videlicet, ꝙ lit. contest. non fuerit celebrata, vel alia solennitas iudicialis obseruata, probatur per inspectionem actorum: quia eo ipso ꝙ non reperitur scripta, præsumitur non interuenisse. de quo per legistas in l. in illa. ff. de verbo. oblig. & vide quod latè dixi in c. super his. j. de accu. vnde licet præsumatur pro processu & sententia, & ipsius rectitudine: tamen potest probari contrarium per productionem actorum, ex quibus poterit apparere, an deficit aliquid substantiale iudicij. facit quod no. in c. quoniam. j. de proba. & per Bar. in l.
6 hi qui ad ciuilia. C. de app. ¶†Not. octauò, ꝙ iudex ex officio suo etiam partibus non petentibus, debet declarare processum nullum: si apparet de ipsius nullitate. ex quo infert d. M. quòd partes non possunt etiam tacitè renunciare solennitatibus substantialibus iudicij. de quo aliquid dixi in c. j. š. de libel. obla. in v. prin. art. & tangam. j. eo. in v. prin. art. ¶Not. nonò, quòd per responsionem ad positiones non fit litis contest. de quo dicam j. in viij. princ. art. ¶No. vltimò ex tex. ibi, in iure propositam. ꝙ ad hoc vt per responsionem factam ad petitionem inducatur litis conte. oportet ꝙ petitio fiat in iudicio: & sic non sufficit quòd libel. mittatur ad domum: & responsio fiat extra iudicium. de quo latè dicam. j. in viij. princi. arti. ¶Glo. oppo. contra tex. videtur enim, quòd per positiones & responsiones ad eas fiat lit. contest. quia positiones fiunt super intentione actoris: & responsiones continent confessionem vel negationem: ergo ex inducta lit. contest. fit simul attestatio: vt dixi in rubrica arti. j. in fine glo. dat duas so. vnam in princ. aliam in versiculo: & potest satis assignari. deinde glo. in versi. est autem litis contesta. Quærit, quid sit lit. contesta & soluit & immediatè in versic. quod est ita intelligendum. glo. prosequitur qualiter fiat lit. contesta. & qualiter protestatio respondentis impedit litis contesta. & interserit de effectu lit. contesta. & in fine ponit vnam. q. & soluit. In ead. glo. ibi, fieri per positiones. dic de hoc vt dicam j. in viij. In ead. glo. ibi, ex ordine litis. dic vt dicam in c. quoniam. in fi. in x. articu. in fine. In eadem glo. ibi, est autem litis contesta. dic vt dixi in rubrica in j. articulo. In eadem glo. ibi, vnde si aliquis proponat. dic de hac materia, quam gloss. prosequitur quasi vsque in finem: videlicet, qualiter lit. contes. fieri debeat: vt latius dicam. j. in viij. articu. In eadem gloss. ibi: non, ea mente. dic intendit ergo glo. quòd protestatio partis respondentis ipsius animi & mentis declaratiua, quòd non intendit litem contestari, operatur, vt licet aliàs per talem responsionem intelligat facta lit. contesta. tamen vigore talis protestationis non intelligatur facta. de quo dicam. j. in viij. articu. In ead. glo. ibi, non procedit. nihil valet: dic de hoc latius dicam in viij. princ. arti. & in c. quoniam. in fi. in x. princ. arti. j. titu. proxi. In ea. glo. ibi, & potest ratio assignari. dic de hoc vt latius dicam. j. in viij. arti. in fi. glo. dic vt latius dicam. j. in v. arti. & in c. quoniam. j. titu. j. in x. arti.

¶Expedita glo. per remissiones descendendo ad examinationem materiæ nostræ secundùm ordinem articulorum.

7 ¶† Tertiò princ. arti. tractandum est, an lit. contest. sit necessaria: & de ipsius iudicij substãtia: ita vt ipsius omissio vitiet processum ac iudicium, an possit remitti per partes? circa quem arti. tex. est hic, quòd lit. contest. sit necessaria. & hoc idem tenet glo. nostra in versi. vbi ergo. in fi. & ideò quando lit. contesta. non procedit, non valet processus: quia cum lit. contes. sit prin-
b cipium, seu exordium litis[b] vt dicit glo. nostra. & no. extra, de offi. dele. c. super quæstionum. §. j. & ij. deficiente hoc princ. & fundamento, nihil potest ædificari. in q. j. c. cùm Paulus. ad hoc etiam facit: quia quidam sunt casus speciales, in quibus valet iudicium lit. non contesta. vt j. vt lit. non contest. per totum, & latè dicam in c. quoniam. j. vt lite non contesta. iiij. princ. arti. ergo in contrarium est ius commune: vt c. ij. de coniug. lepro. & l. j. in fin. ff. ad munici. & est tex. apertus hic: nam Papa hic pronunciauit processum irritum propter defectum lit. contesta. & est tex. in l. fin. §. illud. C. de tempo. app. & ibi no. Doc. & hanc regulam ponit rubrum & nigrum. & maximè c. quoniã. in prin. j. tit. proxi. & Hosti. in summa, vt lite non contesta. in prin. & illa fuit originalis opin. Azo. quæ communiter approbatur. licet Vgulinus & Marti. voluerint, quòd possit procedi ad diffinitiuam sententiam in ciuili: aliàs etiam in criminali aliter intentata: dummodo liqueat de causa: vt refert do. Anto. sed ipse reprobat hanc opi. & stat cum communi opi. quam tenet glo. fi. & do. Do. in c. ij. eo. titu. lib. vj. per illum text. qui loquitur

tur per verbum,oportebit.qđ de sui natura inducit necessitatẽ,
vt no.in c.pe.de re iudi.in vj.& l.verbum oportere.ff.de verb.
sig.& procedit dicta regula,siue agaẽ pro iniuria illata epõ, siue
pro censura ecclesiastica.tex.est hic,& dixi s̃.ĩ not.& etiã si aga
tur de adulterio ad separationem thori, vt c.j.vt li.non contest.
aliàs etiam si agaẽ causa restitutoria,seu possessorio recuperan-
dæ,vt c.ij.j.vt lit.non conte.& ibi glo.iij.secundùm vnum intel
lectũ,qui fuit Gof.& ibi etiam ponunt Docto.d.Ant.do.M.
& Io.de Imo.& ad idẽ c.consultationibus.s̃.de offi.delega.aliq
tenent contrarium ad qđ vide qđ dicam in c. quoniam. j. titu.
j.in iij.prin.ar.Item habet locum regula prædicta in causa resti
tutionis in integrum.vt est text.in c.accedens. j. titu. & secun-
dùm alium intellectum,de quo ibi videbimus.& etiã vbi vxor
agit contra virum vergentem ad inopiam,secundũ formam l.
si constante.ff.solu.ma.& l. vbi adhuc. C.de iure do.hoc tenet
Bart.in d.l. si constante.in ix.q.iij. principalis quæstionis. alle.
not.per Spe.in titu.de dona.inter virum.ver.quid si vir vocat⁹
lite ergo nõ contesta.nõ potest regulariter procedi super prin
cipali:nec possunt fieri positiones, aut testes recipi, aut alia fi-
des fieri super principali nec aliter ad sententiam diffinitiuam
deueniri,sed quicquid sit de prædictis, debet irritum nunciari,
vt hic & s̃.de elect.c.dudum.§.licet.el ij.& si testis produceret
ante lit contesta.super dilatoria,non possit compelli iurare,nec
deponi super pemptoria.& si iuraret,aut deponeret,non vale-
ret,vt not.in glo. ij.in c. de testibus.j.te testi. & ibi per Docto.
maximè per do.M.& Ioã.de Imo.ad quod vide quæ dicam in
titu.de testi.in arti.de iuramento testibus deferendo. & hoc ve
rum,vbi iuraret super peremptoria opposita in vim dilatoriæ:
eo casu quo potest opponi qđ procedit,vt dicam j.eo.art.viij.
& j.titu.j.in c.quoniam.Et prædicta singulariter dicit Bald.in
repe.l.cùm mulier.ff.soluto matrimonio. versicu. demum quæ
ro.colum.xviij.ꝙ si vxor contra virum accusantem de adulte-
rio opponit de lenocinio:cùm hoc opponat ad declinandum,
ꝙ si testis super hac excep.recipiẽ:& exceptio probeẽ ꝙ vxor
consequetur effectum suum,& tamẽ ex quo testis deponit lite
non contesta.non probat adulterium contra eam,qđ est singu-
lare & perpetuò memoriæ commendandum.Sed aduerte:quia
videtur ꝙ etiam super excep.dila. fit litis contesta.vt no. gloss.
in verbo,ex confessione.in c.prudentiam. §.sexta.s̃. de offi.de-
lega.& Specu.eo.titu. §.quando.versicu. & no. secundùm Ber
nardum.sed tu dic ꝙ hoc non est verum & cõiter reprobaẽ p
Do.maximè per do.M.& Ioan.de Imo.in d.§.sexta. de quo di
cam j.in d.c.quoniam.in iiij.princip.articu.vbi etiam dicam,an
8 verum super peremptorijs exceptionibus sit necessaria lit.con-
a testa.qđ quidã voluerunt & not.bene.† Est igitur lis.contesta.
regulariter de solennitate substantiali[a] iudicij: qua omissa, non
tenet iudiciũ,vt hic & l. prolatam.C.de sen.quę regula fallit in
plurimis causis & casibus specialibus de quibus dicam in d.art.
iiij.in quibus casibus etiam voluerunt quidam ꝙ si ambę partes
sunt præsentes,exigatur lit.contesta. de quo dicam in fin. Sed
circa prędicta dubitatur, vtrum partes possunt conuenire vt
ꝓcedatur ad receptionẽ testiũ,& sñiam diffinitiuã:vt in casib⁹
in quibus exigitur lit.contesta.absq; ipsa lit.conte. vel saltem
an possint tacitè omittere lit.conte.& videtur dicendum ꝙ sic.
arg.l.iudicem.ff.communi diui. & l. si conuenerit. ff.de re iudi.
Si enim põt tota substantia sñiæ remitti in partium voluntate:
multò fortius hæc qualitas arg. l.videamus. §.penul.ff.de in lit.
iurando.facit C. de dona.ante nuptias. in l.si constante.& C.de
tempo.appel.l.fi.Item:quia illa discussio in causis habetur pro
plena:quæ de partium voluntate procedit arg. ff. de fideicom-
miss.liber.l.iiij.§.addici.Item,cùm per vtranque partem debeat
fieri lit.conte.si per eas stetit,pro facta debet haberi, vt l. iure ci
uili.ff.de conditio.& demonstratio.& de re iu.nec alter poterit
alteri obijcere de omissa lit.contesta.per l.si ambo.ff.de cõpen.
& ff.de nego.gest.l.ex facto.in fi.Item cùm dubium sit, vtrum
iudex ex officio suo absq; partium consensu sine lit.conte. pos-
sit pronunciare C.de episcopis & cleri.l.si quis in conscriben-
do.& C.quomodo & quãdo iudex.in l.consentaneum.& auẽ.
qui semel.& l.diffamari.C.de inge.manu.forti⁹ hoc fieri de par
b tium consensu ar.l.generaliter.C.de epis.& cleri.& l.tale.§.j.ff.
de pac.So.dic ꝙ communis[b] opin. est in contrarium per text.
ff.de donatio.inter virum & vxo.in l.si non secundùm.& C.de
sen.l.prolatam.nam lit.contestatio est de ordine substantiali iu
dicij, nec videtur sine ea res in iudicium deducta ff.communi
diui.l.vt fundus.& est litis principium. C. de iura.calum. l.ij. j.
de ver.signi.c.ex parte.vnde finis sine ea tanq̃ sine princi. non
videtur subsistere.ff.de origi.iur.l.ij.& sine ipsa,tanq̃ sine fun-
damento j.q.j.c.cùm paulus.& hic in gloss. Item non possunt
partes suo consensu iur.regulas vitiare ff.de administra. tuto. l.
quidã secũdũ Mar.de fano qui dixit ꝙ ꝓ hac parte faciunt oẽs

ll.quas assignat glo.pro contrarijs in l.si quis conscribendo.C.
de pac.& hanc opi.tenent Spec.& Io.An.in addi.in tit.de sen.
§.iuxta.versi.quid si de partium.& istam opin.tenet d.M. per
text.nostrum,per quem dicit,quòd partes non possunt etiam
tacitè renunciare,seu omittere hanc solennitatem : vt remittit
ad not.per eum in c.j.s̃.de libel.oblatio.& vide quod ibi dixi
de libello in v.princ.arti.maximè in ix.opin.& est casus secũ-
dùm lectu.glo.quam sequitur Io.de Imol.in l.si conuenerit. ff.
de regu.iur.& est communis sententia,quę etiam probaẽ: quia
lit.contesta.est de substantia ordinis iudiciarij:vt dixi, & tradit
Specu.in titu.de act.in rub.& idem Spe.post Azo.in tit.de of-
fic.iudi.§.postremò.ver.videndum.& tenet Hosti. in summa,
in tit.de sententia.§.qualiter.versic.quis est ordo. vbi inter alia
dicit,quòd lit.contest.est de ordine substantiali iudicij,quem iu
dex & partes in iudicijs,quę in figura iudicij agũtur,velint no-
lint,seruare tenentur.de quo lati⁹ dicam in titu.de ordi.cogni.
& sic sequitur quòd huic ordini,tanquam substantiali non pos
sunt partes renunciare:vt l.j.& authen.offeratur.C.eod. & d.l.
prolatã.& in c.de causis.s̃.de offi.delega.& ibi per gl.& Doc.
faciunt no.in l.nemo potest.ff.de leg.j.& per Cy.in l.generali-
ter.C.ad velle.& per Oldra.consi.clxxij.non ergo potest omit
ti vel remitti.tenet Bal.in addi.Specu.in titu.de sententia . ver.
li.contest.& Barto.in d.auẽ.offeratur.vnde iudex qui videt li-
tem non fuisse contesta.non debet procedere ad recipiendum
testes super principali:aut ad aliquam attestationem quæ fieri
solet post lit.contest.aliàs processus est nullus:licet partes nil a
opposuerint.tex.est hic.& sic nec ad sentẽtiam:vt in rubro &
nigro.j.tit.j.quinimò etiã si causa esset intentata contra duos,
si cum eorum altero duntaxat esset lis contesta.nõ valeret sen-
tentia cõtra alterum,qui non fuit lit.contesta. hoc singulariter
tenẽt domini de Rota deci.cclxvij.nec ob.ꝙ partes possint ex
toto renunciare ordini iudiciario:vt dicit Hosti.in d. c.de cau-
sis.vt sic iure ordina.omisso,inquirat veritatem:& ꝙ partes de
bent seruare eius mandata:quia licet hoc possint:non tamẽ pos
sunt conuenire,ꝙ procedat omissa lit.conte.& idem dicit glos.
in c.fi.de re iudi.in vj.quia vt dicit Zab.in d.c.de causis.dictum
Hosti.debet intelligi ꝙ valebit qđ fiet,non vt actus iudiciari⁹:
sed vt extraiudicialis,virtute pacti seu conuentionis.argu. not.
per gloss.in l.ij.C.communia vtriusq; iudi . & idem tenet do.
M.in d.c.de causis.per not.in c.significasti.s̃.de foro competẽ.
potest ergo dici secundùm do.M.& Ioan.de Imo.ibi, quòd si
partes vellent ꝙ iudex procederet omisso iuris ordine,& quòd
valeat in vim ꝓcessus & sentẽtię iudicialis:ꝙ hoc nõ possunt:
vt hic.& l.properandum.C.de iudi.& in Clemen.sæpe.de ver
bo.sig.Sed si vellent,ꝙ valeat vi pacti,hoc possunt: quia tunc
procedet,non tanq̃ iudex:sed tanq̃ arbitrator:quia sicut par-
tes ex postfacto possunt approbare sententiã nullam: & habe b
bit vim pacti:vt d.l.ij.C.cõmunia vtriusq; iudi.per glo. & per
Bal.in repe.l.ij.ff.de iureiu.ita & à principio possunt de hoc cõ
uenire,& secundũ hunc modũ arbitror, ꝙ sic possunt conue-
nire circa omissionem totius ordinis iudiciarij, ita & in parte:
vt scilicet etiã tunc non valeat vt sententia,sed vi pacti,seu cõ-
promissi tãquam in arbitratorem facti.facit qđ statim dicam.
Et prædicta procedunt respectu iudicij agitandi coram iudice:
sed respectu iudicij,seu cognitionis agitandę coram arbitro, li
cet coram eo lis sit conte.vt dicam statim in v.prin.arti. tamen
partes possunt conuenire,vt procedatur sine lit.contest.& etiã
sine alijs solennitatibus substantialibus iudicij:quia sicut Papa
vel Imperatar quando dat iudicem,potest remouere dictas so
lennitates:vt Cle.sæpe.de verbo.signi.& l.j.post princi. ff.quis c
& à quo.& l.fina.C.de senten. & latius dicam in titu. de ordi.
cog.ita & partes compromittentes:quia arbiter habet solùm
illam notionem,quam recipit à partibus.Secus in alio iudice, q
iurisdictionem habet à se ipso,& non à partibus . ita concludit
Bar.in auẽ.offeratur.C.eo.tit.in fi.q.& mihi placet:sed arbitror
quòd tunc non valet, vt compromissum in arbitrum : sed vt
in arbitratorem:quia non videtur mihi,ꝙ partes possint face-
re,ꝙ sit arbiter & omittat iuris ordinẽ:quia eo ipso ꝙ omittet
ꝙ ex facto iuris ordinem ex natura arbitrij seruare tenetur:nõ
c est arbiter,sed fit arbitrator.[c] sicut in simili dicimus in l.vbi do-
natur.ff.de dona.causa mor.facit qđ no.in c.cũ ad monasteriũ.
j.de sta.mo.& c.ij.de cõsue.in vj.& per d.M.in c.fin. qui cleri.
vel vouen.& c.si cõditiones.j.de condi.apposi.& alijs iuribus,
in quibus agitur de facto,vel conditione cõtra naturã,seu sub-
stantiã actus gesti.Sed quomodo:pone quòd partes simplici-
ter compromittunt in arbitrum:deinde arbiter procedẽdo ex
voluntate partium sine nouo compromisso omittunt litis con
test.vel alium ordinem necessarium.quęritur vtrũ valeat pro-
cessus suus,& sententia seu arbitrium suum.cogitabis ꝙ nunc
venit in mentem ex tempore,tamen arbitror quòd vigore cõ-

a ¶Imò si esset de substãtia nullo casu sine lit.cõtesta. valeret iudicium: quia lex non potest tollere ea quę sunt de substantia actus l.ij.ff. de vsuf. earum rerũ quæ vsu cõsu.gl. in c.ij.de cõsue.li.vj. Ang.in clxxvij. vbi dicit ꝙ nec Deus potest & idem tenet sanctus Thomas in libro,aduersus gẽtes: quare dic ꝙ ẽ de solennitate tãtùm,non de substantia.

b ¶Vide Decium idem tenẽtẽ in c. de causis. extra đ offi.delega.

c ¶Quod puto ꝓcedere etiam si in compromisso dictũ sit, ꝙ sit arbiter .nam ex quo facta à parte arguũt mentẽ eorum,ꝙ sit arbitrator:hoc preualebit:nec reijcietur actus,tanq̃ contrarius.pro hoc.l. insulã.ff.de præscrip.ver.no. Corneus in l.nõ codicillum. C. qui testa.fa.pos.

promissi non valeat:sed potius potest valere vigore nouæ cō-
uentionis.ar.eorum quę s̈.dicta sunt.Sed quomodo: circa quē articu.pone,publica attestatio.iudex nō inuenit in actis quòd lis sit contesta.an feret sententiam,cùm sibi non constet.lit.fuisse contest.sol.dic vt dicam in titu.j.in c.quoniam. in fin. in ix. prin.postremò not.circa prædicta,quòd licet lit.conte. sit necessaria,secundùm ea quæ superius dicta sunt,tamen pōt reus effugere lit.conte.cedendo ipsi liti,quod latius dicam.j. in vij. prin.arg.& tangam in viij.

¶Quartò prin.ar. postq̃ vidimus ꝙ regulariter in omnib9 causis est lis contesta.videndū esset,qui sint casus:& q esse possint in quibus prędicta regula fallat:verùm,quia hęc materia principaliter pertinet ad tit.proxi.ideò ibi dicemus de hoc in prin. iij.ar.in c.quoniam.in prin.& ideò descendemus.

9 ¶†Quintò igitur prin.arti.quomodo,vbi, seu coram quo debeat fieri lit.cōtesta.sol.dic ꝙ debet fieri in iudicio.hoc probatē ex his quę dixi s̈.in rub.art.j.& tenet hic Host.& post eū Ioā. And.& sequuntur do.An.Zaba.& Io.de Imo.& Doct. communiter.nam licet extra iudiciū non contestetur lis.iij.q. iij. c. offeratur.ff.de inter.ac.l.voluit.& s̈.c.j. alioquin . quicunq; aliquis rusticus peteret aliquid ab alio extra iudiciū , eo negante fieret lit.contest.quod est falsum,secundū Doc. Item debet fieri coram iudice cōpetenti:vt c.dudum.el ij.de elec.ibi, per petitionem in iure,& ibi not.Io.An.do.meus & Doct. vnde lit. contesta.facta extra iudicium,vel coram iudice incōpetenti,nō tenet:vt in c.at si clerici.de iud.& de consue.c. ad audientiā. & C.si à non compe.iudi.l.fi.xj.q.j.in clericorum.fallit in præside,coram quo potest fieri lit.contesta.inter nō subditos super re tempore peritura:vt l.senatus.ff.de offi.præsi.ita dicit Spec. eo.tit.§.nunc tangamus.dicit tñ ibi Ioā.An.ꝙ Tancre.in prin. iij.partis,cuius fuit prædicta opi.melius locutus est scribendo casum illius l.quæ non loquitur de non subditis:sed de familiaribus præsidis,in quorum causis licet pręses sit suspectus, tamen quando res est tempore peritura,potest cognoscere vsq; ad lit.contest.inclusiuè,sed quando lit.contest.fieret coram iudice incōpetenti,nō tenet:nec interrūpit pręscri.secundū glos. & Bald.in l.si pater.C.ne de sta.defun.quia talis lit.cōtesta.pro non facta habetur:vt no.in c.vt debitū.j.de app.etiā si talis lit. contest.fieret per cōfessionē,prout fieri potest, secundū quod dicam.j.eod.arti.viij.Si verò examen non sit vetitum: quia nō est contra,sed præter.l.& sic eius iurisdi.prorogari potest: sicut valeret lit.contest.ita & ante lit.contesta.standum est confessioni:& sic prorogatio.nec habet locum pœnitentia:vt l.deposita.§.j.ff.de pec.sed tu ad hoc vltimum de confessione,vide quę dicam in tit.de confes.& debet fieri coram iudice, vt arbitror, pro tribunali sedente:vt probatur in ca.super quæstionum. & lis ante iud.debeat contestari.per quem tex.no.ibi no.do.m.ꝙ lit.contest.propriè non fit nisi coram iudice:& sic requirit iurisdictionem iudicialem,ex quo secundo ibi infert do.M.ꝙ coram arbitro non fit propriè lit.contesta.quia non est iudex : vt l.ait Prætor.ff.de re iudi.nec ab eo propriè fertur sententia : vt l.j.C.de arb.sed vt dicit, hoc est verum respectu iudicialis lit. contesta.sed tamen coram arbi.fin.lit.contest.vt statim dicam.

10 ¶†Quęro igitur nunc,vtrum coram arbitro fiat lit.contest. Solu.glo.in l.j.C.eo.tenet,ꝙ sic.nam cum tex.ibi dicit,cùm iudex &c.glo.ibi supplet, vel arbi.mouetur glo.per l.j.ff.de arbi. vbi textus dicit,ꝙ arbitria redacta sunt ad instar iudiciorū. & idem tenet ibi Bal.per l.rem non nouam.in versi. ex compromisso. & §.patroni.in prin.C.de iud.vbi est bonus text.qui formaliter dicit,si lis fuerit conte.post narrationem propositam, & cōtradictionem obiectam in qualicunq; iudicio maiore seu minore:vel apud arbitros:siue ex compromisso , vel ambos datos, vel electos &c.& sic ille tex.apertè probat,ꝙ lit. contesta. fiat coram arbitro.& idem vult Bar.in authen.offeratur in fi. q. C. eo.& do.Ant.d.M.& Ioan.de Imo.in c. quintauallis. de iureiur.& ibi do.M.in ver.ij.differentia.vbi volunt,ꝙ arbiter teneatur seruare ordinem iuris.& idem tenet Spe.eo.tit.§.nunc tangamus.vbi dicit,ꝙ talis lit.contest.fidem facit , & valet coram iudi.j.de testi.c.pręsentata.& c.cū causam.& l.fi.C.de testi. vnde dicit,ꝙ secundùm hoc,superflua sunt illa verba quę sæpenumero in compromissis ponuntur,acta coram arbi.valeant coram ordinario.Refert tamen Vber.dicens,ꝙ lit.contesta.habita coram arbi.non valet corā ordi.vel econtrà,quo ad diffinitiuā sententiā:sed valet quò ad alia quę fiunt corā eis,sed corā arbit. non est dubium ꝙ non fit lit.contesta.quia omnino extraiudicialiter procedit:nec in eo habet locum.l.j.ff.de arbit. vt latius traditur in c.quintaual.& dicam latius in c.j.de arbit.vtrū autē ad validitatem lit.contest.requiratur præsentia partis , dicam j.eo.in viij.prin.arti.

11 ¶†Sextò prin.ar.tractandū est,qñ fieri debeat lit.contesta.& quid actor,& quid reus considerare debeat ante, quàm ad lit. conte.descendat.circa quem arg.dicit,ꝙ licet s̈.dixerim, ꝙ ista lit.conte.est quasi quoddā pręmiū,sequitur ꝙ sicut volens ire ad prelium seu ad pugnā.debet sibi prouidere, vel sit bene armatus armis,tam offendibilibus, quàm defendibilibus : & ita volens lit.contesta.debet diligenter animaduertere & præuidere:vt competat debita ac legitima actio ad quendam,quòd intendit & prouideat de replicationibus ad excludendum exceptiones aduersarij:si illis opus esset.& quòd possit intentionē actionis suæ,ac etiam replicationis,si opus esset, legitimè probare:& diligenter libellum prius cōsiderare,an sit bene & aptè conceptus,ad quod vide quę dixi in c.ij.de li.obla.in xij.prin. arti.q.j.& si fortè emendatione indigeret, ipsum emendet : vt dixi in c.fi.de libel.obla.arti.xxiiij.& tribus sequen. Reus etiā debet considerare,an sit potius cedendum, quàm contendendum.vide quę dixi in c.ij.s̈.de lib.obl.arti. xviij. insuper etiam actori iuxta formam cautionis pręstitæ in ipsa oblatione libelli,debet lit.contesta.intra duos menses.vt in authen.libel.C.eo. tit.sed dicunt ibi Bart.& Doct.quòd illa authen.hodie nō seruatur:& fieri debet lit.contest.post porrectionem libelli: & datis inducijs ad deliberandum:vt in auth.offeratur.C.eod.tit.canonizata iij.q.iij.& per hoc dicunt quidam Legistæ, quòd nō valet lit.contesta.nisi libellus prius fuerit oblatus : vel partium consensu remissus , quod potest tolerari , secundùm Tan. nisi
a contraria fori consue.obsistat:in multis[a] enim locis de consue. non datur libel.vt est in Apulia,secundùm Ioan.An.pręter ciuit.Beneuatanam:vt dicit Gofre.in rubr.xiij.ita dicit Specula. eo.tit.§.quando.& ibi Ioan.And.in addi.tu vide ad prædicta quę de libel.latius dixi in c.j.s̈.de lib.ob.in v.prin.art.& quòd lis regulariter debet præcedere lit.contesta.dicam j.eod.in viij. prin.ar.in prin.¶Et post lit.contesta.sit omni tempore legitimo ad agendum,non feriato , vel aliàs prohibito , secundùm
b Specul.in d.loco.nisi fortè res esset tempore peritura [b] per ea quæ dicam j.in titu.de fer.& dicam j . in vij.princi.articu.ver. sed circa prędicta moueor.not.dictum.& vide Bald .in repe. l.seruum quoq;.§.publicè.ff.de infa.vbi dicit,quòd litis contesta.non potest fieri in honorem Dei diebus feriatis : nisi in casu.l.prouinciarum.C.de ferijs.de quo dixi in cap.veniens.j.de accu.in j.quęst.iij.princi.q.& ad idem facit quod not.Barto.in l.custodias.ff.de publi.iudi.& Hosti.in c.cùm non ab homine. de iudi.Item debet fieri lit.contesta.prius , quàm de calumnia, aut de veritate iuretur.& prius,quàm fiant positiones: vt cap. dudum.el ij.de elect.& in c.penul.j.de iura.calum.& l. rem nō nouam.C.de iudi.tradit Specul.eo.titu.§.quando. Hostien.in sum.eo.titu.§.quando.quod tamen dixi de positionibus quæ fierent super causa princip.non super emergentibus dilatorijs, & exemplis.

12 ¶†Septimò prin.articu.tractandum est,an quis possit compelli ad litem contestatam:& quibus remedijs:& de pœna nolentis litem contestari.Item & secundò,propter quas causas quis excusetur à litis contesta.

¶Quò ad primam q.an quis possit compelli:& quibus remedijs &c.dic quòd pluribus remedijs potest quis compelli ad litem contestandam.

¶Primum remedium est, quòd si reus non comparet, potest iudex procedere contra eum ad remedia prodita contra contumacem.vnde,si fieri potest,mittetur actor in possessionē causa rei seruandę: vel ex primo decreto.aliàs autem excommunicabitur, vel mulctabitur;vt est tex.in c.j.& c.tuæ.j.eo.ti. & ibi glo.ponit etiam alia plura remedia,& Doct.addunt alia. Cyn. etiam tradit in l.j.C.eo.in vij.q.& Bal.ibi in v.q.& Iac.de Are. in l.j.§.ex hoc rescrip.ff.de ven.inspi.ego verò de remedijs proditis contra contuma.dicam latè.j.in tit. de dolo & contu. & ex dictis ibi potest in terminis nostris cætera remedia intelligere,& not.ex illo c.j.j.tit.j.quòd quamuis contra reum contumacem non sit prouisum de remedio missionis in posses. quia ibi non poterat habere locum:cùm ageretur ad separationem thori:& vxor iam à viro recesserat:cùm nō potuit procedi ad diffinitiuā,sed ad mulctam inducendā, & excōicationem . quī est contra opi.quorundam Legistarum,de qua dicam.j.tit.j.c. quoniam.in iiij.princ.arti. Vtrum autem iudex possit incipere ab excommunicatione:vel teneatur,si fieri potest,primò procedere ad missionem in possessionem.tex.in c.quoniam.§.fin. dicit,ꝙ potest,si eam videt magis expedire.Gof.enim in d.c.tuę. tenebat nō esse procedendū cōtra cōtumacē ad excōicationē, quādiu extant alia remedia.de quo dicam in titu.de dolo & cōtuma.& qualiter fiat missio in possessionē rei petitę, quando agitur reali,ponit text.in c.quoniam.in princ.j.tit.j.& ibi tractatur.intra quantum tempus possit talem possessionē recuperare;& quando agit personali,qualiter fiat missio pro mensura debiti

a ¶Vide mod. in l. nec quicquam. §.vbi decretum. ff.de offi. procō.

b ¶Adde ꝙ ex hac causa pōt qs etiā eas actiones intētare,quę aliter nō cōpeterent,secūdùm Deciū in l. certi cōdictio . in fin.princ.ff.si cer. peta.

ra debiti declarati: & quando reus poſsit recuperare ponitur in d.c.quoniam.§.fin.& quid iur.in actionibus miſtis, & interdictis perſonalibus ſcriptis in rem, traditur ibi maximè per do. M.ego verò latè tradam in materia primi & ſecundi decreti, quam tractabo, vel in ti.de dolo & contu.vel fortè in ti.de eo q mit.in poſ.& potius ibi credo tractare. ¶Secundũ remedium prin.eſt ꝙ ſi reus principalis comparet, poteſt ſibi iudex pręcipere vt lit.cõte.& aſsignare ſibi terminũ intra quẽ debet lit.cõteſt.& ſi iſte nõ vult lit.cõte.poteſt procedere contra eum, ac ſi fuiſſet abſens nec ex eo ꝙ pręceſſerit præceptum de reſpondẽdo,& lapſus ſit terminus, habetur talis pro reſpondente: nec lis
a pro conte.quia ad lit.conteſt.opus eſt facto[a], vt j.ti.j.quaſi per totum, & ſtatim ſubijciam. facit qđ no.glo.in auẗ.qui ſemel.C. quomodo & quãdo iudex.qui dicit ꝙ ex eo, ꝙ reus ſit pręſens non compellitur lit.conteſt.ſed peruenitur propter eius inobedictiam ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto. quã glo.Barto.dicit eſſe notabilem: & ꝙ fecit verecundiam multis aduocatis iuuenibus: vnde dicit ꝙ ſi iudex pręcipit partibus ꝙ conteſtẽtur litem antequàm recedãt: ſi reus recedit, poterit contra eum interponi primũ decretum, ſine alia citatione: quia eoipſo quòd apparet ꝙ nõ defendit: cenſetur cõtumax, vt in tex. & glo.auẗ.qui ſemel.& ibi no.Bar.& Cy.procedetur ergo cõtra eum prius, quàm contra contumacem. de quo dictum fuit in præcedenti remedio. ¶Tertium remedium eſt, vt iudex præcipiat ꝙ reſpondeat libel.ſeu petitioni: cum comminatione ꝙ aliàs habeatur pro confeſſo, ſicut dicimus de poſitione in c .ij. de confeſ.in vj.hoc tenet do.Anto.in c.penul.de dilatio. dicẽs ſub dubio fortè quòd poſsit haberi pro confeſſo, ſi iuberetur vt reſpondeat, vel libel.deſtineretur.quòd pręceptum de reſpõdẽdo cum comminatione quòd niſi reſpondeat, habeatur pro confeſſo & etiam ſecundùm eum, hæc practica eſt valde vtilis: quia ſemper poſsit procedi in abſentem ad ſententiam diffinitiuam, abſq; vera lit.conteſta.quia hæc eſſet lit.conteſta . ex ficta confeſ.ſicut ſit vera & ibi dicit do. Anto. ſe hoc dixiſſe ſed domi.Anto.hic refert Iaco.de Raue.& quoſdam alios tenere contrarium, quia in lit.conteſta.requiritur verborum expreſſio C. de iudi. in l.rem non nouam.§.patroni.& vbi opus eſt expreſsione verborum, non ſufficit alius actus ff.de verborum obliga.l.j.§.econtra.& dicit etiam hoc tenuiſſe Iaco. de Are. in l.j.§.ex hoc reſcrip.ff.de ven.inſpici.& ſic cũ iſta opiniõe tranſit hic do.Anto.& hanc ſequitur Cy.in l.j.C.eod.q.vij. vbi cõcludit ꝙ contra talem procedetur ſicut abſentẽ: quia paria ſunt non venire, vel venire & nihil iuſtè proponere ff.de excu. tuto. l.ſcire.§.ſcire.ver.ſi autem non ſimul.& quia pro abſente habetur, qui nõ vult facere qđ incumbit ff.de fideicommiſ.lib.l. nõ tantùm.§.fin.& hanc opi.ſenſit Ioan.And.in regula, excep. de reg.iur.lib.vj.in mercu.& clarius ibi Lapus & Bart.in l.j.C.eo. vbi dicit ꝙ ſi reus non vult conteſta. lit. ꝙ iudex procedat ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto, per no.per glo. in d.auẗ.qui ſemel.C.quomodo & quando iud.& idem tenet Bal.in d.l.j.in v.q.mouetur: quia lit.conteſt.requirit certam formam per narrationem & reſponſionem: qua omiſſa, impoſsibile eſt ꝙ lis habeatur pro conteſt.idem etiam tenet hic Io. de Imo.mouetur: quia hoc non dependet à poteſtate iudicis: ſed partium, vnde iudex grauabit eum mulctando, vel pignorando, vel aliàs procedendo contra eum, tanq; contra contumacẽ. hanc etiam opi.tenet do. M.in c. pe. j.de iur. cal.mouetur per c.j.& ij.j.ti.j.vbi reus pſens ſæpe fuit miſſus vt reſpõderet lib. & nunq; voluit rñdere: & tñ per hoc nõ potuit procedi ad vl
b teriora, ac ſi lis eſſet fictę cõte.imò ibi irritaẗ proceſſus, tanq; factus non lit.cõte.Item excep.[b] firmat regulam in contrarium xxxij.q.vij.c.dñs.ſed papa j.tit.proxi.in rub. & c.qm̃. in prin. ponit regulã & ponit caſus exceptos: & modũ procedendi cõtra cõtumacem: ergo hoc remediũ competit: nã facilius potuiſſet papa ponere hoc remediũ procedẽdi & pcipiẽdi cũ cõminatione, quã faceret tam longũ tracta.de quo ibi, arg.c.ad audientiam.de deci.Item mouetur ratione ſatis no. & concludenti, ſecũdũ eũ, per quã ponit diuerſitatẽ lib.& lit.conteſt. qm̃ in li. conteſt.partes qñq; cõtrahunt, vt l.iij.§.idem ſcribit.ff. de pec. vnde dicitur conteſta.quaſi ſimultanea atteſtatio, vt ibi dixi s̃. in rub.ar.j.ſed contractus non poteſt conſiſtere ex vna parte: qa deficit conſenſus alterius, vt l.labeo.ff.de verbo. ſigni.& l.in omnibus.& l.cõſenſu.ff.de act.& obli.& in c.fi.& qđ ibi no.de procu.in vj.xxvij.q.j.§.is ita.qđ procedit in materia fauorabili: & interceſsit conſenſus vnius, & dolus alterius, vt in c.tua. de ſpon.& c.fi.de cõdi.appo.ergo lit.conteſt.nõ põt induci altero nolente rñdere: cũ nõ habeatur cõſenſus, niſi vnius tantũ: nec põt haberi pro conte.in pœnã: qa licet iudex poſsit pœnã infligere cõtumaci, nunq; tñ ſupplet conſenſum q exigiẗ ad cõtractũ.& hoc eſt qđ fortè voluit glo. in d.auẗ.qui ſemel.dũ dixit, quod etiam pręſens non poteſt cõpelli ad lit.conteſta. ſed in poſitionibus & interrogationibus aliud eſt: quia in eis nec contractus, nec quaſi contractus requiritur: ſed ſufficit factum confitentis: vnde in pœnam intelligi poteſt interueniſſe, & ſic ſequitur tex.in l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog. ſecundùm domi.Ma.in d.c.penul.Eſt enim aduertẽdum, ꝙ ex iuris diſpoſitione quandoq; propter contumaciam lis habetur pro conteſt.puta, ſi conuenitur reali is, qui alieno nomine poſsidet: & ipſe ſtatim nominet dominũ in iudicio: quo caſu, ſtatuitur ſibi certus terminus à iudice intra quem conuentus deducat ad notitiam domini, ad hoc vt ipſe per ſe, vel idoneum reſponſalem veniens ad iudicium ſuſcipiat, ꝙ ſi intra prædictum terminũ fuerit contumax, tunc ex illo die quo poſſeſſor ad iudiciũ vocatus erat, quo ad interrumpendam præſcrip.lon.tempo.lis ha
c betur pro conteſta.tex.[c] eſt in c.quoniam.§.quod ſi ſuper.j.tit. proxi.non tamen habetur lis pro conteſta.quò ad hoc vt poſſit procedi ad recep.teſtium & diffinitiuam ſuper prin.vt no. gloſſ.ibi ſuper verbo, conteſtata . & ſe. Doct.ibi latius dicam.
¶Sed circa prædicta moueo no.dubi.quid ſi actio ſit peritura, ſi reus non conteſtetur litem: vt quia ad interruptionem præſcriptionis exigatur expreſſa lit.conteſt.vel fortè etiam ſi exigeretur ſententia, vt in actione de dolo.ad quod vide quod dixi in c.fi.de foro compe.ſuper gloſſ.fi.in materia iuris reuocãdi domum.in xj.q.prin.ver.xvj.excep.ſo.ego arbitror, vel ꝙ debet haberi lis pro conteſta.quò ad prędictum effectum interruptionis pręſcrip.ar.d.c.quoniam.§.ꝙ ſi ſuper.j.tit. proxi. & eorum quæ ſtatim dixi, vel quò ad effectum, vt poſsit procedi ad receptionem teſtium: vt neceſſaria ſit ſententia.per ea quę dicam in d.c.quoniam.in iiij.prin.arti.

13 ¶†Sed quomodo nunc propter quas cauſas reus poſsit excu- a
ſari, ſi non vult litem conteſta.Solu.dic ꝙ poteſt excuſare ſe ex varijs cauſis.

¶Primò ſi eſt dubius.facit l.iij.§.ſi is qui neſcit.ff.de libe. ho. exhiben.& no.in l.fi.§.hoc quidem C.de iure deliberan.hoc tenet Bald.in cap.j.ſi de feudo vaſal.ab aliquo interpellatus fuerit.vbi dicit, quòd illud eſt verum: non dato ſpatio ad deliberan.vt in authen.offeratur.C.eod.vnde iudex poteſt præfigere terminum competentem intra quem debeat deliberari, etiam b
lit.conteſta.& ſi intra terminum non poteſt deliberari, fit lit. conteſt.per verbum, non credit.per not.in c.cùm ad ſedem. j. de reſti.ſpo.vel per verbum, non pręſumo, ꝙ tantùm eſt dicere, quantum ſi credo: vt in c.quoſdam.j.de pręſum.in glo.fi. & de prędictis verbis, vtrum per ea fiat litis conteſta. dicam latius j.eo.articu.viij.

14 ¶†Secundò excuſatur, ſi fortè propoſuit exceptiones declina c
torias vel dilatorias: & inſtat, ꝙ ante omnia de ipſis cognoſcatur, ꝙ procedatur ad lit.conte.quoniam omnes exceptiones dilatorię impediunt lit.ingreſſum, ad hunc finem ſolùm ponuntur: vt dicit Ange.in l.vir bonus.ff.iudi.ſolui. & iudex de ipſis d
ante omnia debet cognoſcere: & quamuis iudex mãdet, quòd conteſtetur litem ſaluis exceptionibus.ſi tamen pars contradicit, iudex non poteſt hoc mandare: cùm non ſit cõnſtitutus in ipſius arbitrio: ſed ipſarum excep.æſtimationis tempus ſit à iure ſpecialiter diffinitũ: vt in c.inter monaſterium.j.de re iudi. & c.paſtoralis.de excep.& l.ſi quidem.& l.fin.C.de exceptio. no.Iac.but.in l.fideiuſſor.in prin.ff.qui ſatiſda.cog.facit quod not.in l.iam tamen.§.in hac.ff.iudi.ſolui.& per Hoſt.Io.And. poſt glo.in c.cùm contingat.s̃.de offi.delega.& ibi per domi. Ma.& latius per Ioan.de Imo.in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Treb.& per Bal.in q.quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua.col.vj.vide de materia per Archi.xxvij.diſtin.ca.j.iij.q. vj.c.ſi quis.& per do.Ma.in c.ex conqueſtiõe.j.de reſtit. ſpo. ſed tu de hoc art.dic vt dicam.j.in tit.de exceptio.vbi examinabo, quid operetur talis reſeruatio: & quid iuris ſi ex forma reus tenetur conteſta.lit.ſaluis excep. & per ea quę ibi dicam, apparebit ꝙ quando alia remedia deficerent reo, vtile conſiliũ eſt ꝙ lit.conte.ſaluis exceptio.tam oppoſitis, quàm opponendis, quas proteſtatur ſibi ſaluas fore.

15 ¶†Tertiò excuſatur reus propter propoſitionem exçeptiõis miſtę ſeu anomalę, hoc eſt peremptorię: & ſic propter hoc ap
d pellatur anomala: quando miſta, vt dicam in tit.de except.[d] & hoc ſi reus talem excep.opponit, vt in vim dilatorię ad impediendam lit.conte.vt hic habentur in c.j.eo.tit.in vj. verùm qa hęc materia eſt dubia & difficilis, & ſatis ineptè & imperfectè à maioribus tradita: ideò vt clarior & facilior habeatur, pſequar infraſcrip.q.

¶Prima, quæ ſunt iſtæ exceptiones perempto. quæ impediãt lit.conteſt.

¶Secunda, qualiter debeat opponi ad hoc, vt impediat conte. & qñ cognoſcatur, an opponanẗ in vim dilatoriæ vel perem-

a ¶Nam vbi requiritur factum hominis, non eſt ſatis de interpretatione legis vt per Alex.in l. inſulã.ĩ ij.colũ.ff.de ver. obliga.

b ¶Facit text.in l. nam qđ liquidè. §.fi.ff.de penu le. & no. per Bar.& alios in l. ſi eũ.§. fin. ff.ſi quis cau.

c ¶Tradunt legiſtæ in l. ij. C. vbi in rem act.

d ¶Traditur perſcrib. Rapha.comen.& Soci. in l. iij.ff.de excep.

ptoriæ:& quid iuris sit si opponantur simpliciter.

¶ Tertia,coram quo iudice vendicant sibi locum prædictę ex cep.ad impediendam litis contestationem.

¶ Quarta,in quibus causis impediant litis contestationem.

¶ Quinta,vtrum contra tales excep.possit aduersarius replica re & qualiter.

¶ Sexta,qualiter iudex pronunciabit,probatis vel non proba tis dictis excep.

¶ Septima,quis sit ipsarum propositionum propositarum effectus.

¶ Primò igitur quero quę sint excep. peremptorię quę impediunt lit.contesta.dicit ꝙ sunt quamplures.

16 ¶ †Prima est exceptio rei iudicatæ.tex.est in c.j.eo.titu.lib. vj. ad idem.l.idem.C.de re iudi.nam talis excep. inuenta fuit, vt esset litium finis:vt l.j.ff.de re iudi. & ideò non est conueniens ꝙ ille cui competit hæc excep.cogatur litem ingredi per lit.cō testatio.& intellige de re iudi.ab eo, qui iudicandi potestatem habuit:vt dicitur in l.j.in fi.ff.ad senatusconsultum tertul.& ad hanc excep.& sequentem adde ea quę dicam in ver.iij.

17 ¶ †Secunda,est exceptio transac.tex.est in d.c.j.e.tit.lib.vj. & l.causas.C.de transac.Barto.[a] & Doct.in l.eleganter. §.si quis post.ff.de condi.inde.& intellige,si transac.sit facta bona fide: vt d.l.j.in fi.ad tertul. Excep.iij.

[a] ¶ Adde Bart. & scrib.in l.cū querebatur.ff.iudic. solui.vbi tractāt hanc questionē.

18 ¶ †Excep.est exce.generalis litis finitę, quā etiā ponit text.in d.c.j.eo.tit.lib.vj.de qua varia tradūtur exēpla:vt j. apparebit: & maximè in ver.xix.excep. Excep.iiij.

¶ Excep.est iurisiurandi.intellige delati à parte parti:quia hoc etiam intelligitur esse litis finitæ:& quia tale iuramentum maiorem habet authoritatem,quàm res iudica.ff.de iureiur.l.ij. & j.de iureiur.c.& si Christus.ibi omnis cōtrouersiæ &c.& quia post tale iuramentū nihil est querendū in l.non erit.§.dato. ff. de iureiu.facit.c.veniens.j.de accu.secundū glo.magnam in d. c.eo.tit.lib.vj.quę ponit rationē prædictorū,videlicet ꝙ cùm semel per prædictos modos actio sit extincta,seu ficta:non debet lit.cōte.suscitari.argu.l.qui res.§.aream.ff.de solu.& de consecra.di.iiij.c.quæris.C.de remis.pig.l.ex causa.facit.c. nonnulli.s.de rescrip.vbi videtur,ꝙ Papa nō intendit lites sopitas per sua rescripta suscitare.idem tenet Inn.in c.cū venissent. de instit.& Bald.in l.edicto.C.de edi.diui Adri.tol.in iiij.oppo.Sed quæro circa prædicta, quid si contra exce. rei iudicatæ replicatur,quòd sententia nō tenet:vel propter defectum iurisdictionis,vel aliam causam quæ reddit eā nullam:vel quę exceptione transactionis replicatur,quòd fuerit dolo celebrata: vt in l. tres fratres.ff.de pac.& in l.summa.ff.de condi.inde. vel replicatur de l.post rem.ff.de transac.& l.eleganter.§.si quis post. ff.de condi.indebi.ad quod vide gloss. & Doct.in c. super eo. de excep.vel contra exceptionem li.finitę,quòd non iure fuit finita.& sic in simili potest figurari exemplum de iuramento, est ne talis replicans admittendus.Solu.dic vt latius dicam.j.in v.q.prin. Excep.v.

[b] ¶ De hac consuetudine adde glo. in l.sæpe.ff.de officio præsi.

50 ¶†Sextò quæro,qualiter pronunciabit iudex probatis dictis except.& qualis ſententia dicatur iſta.nam ſuper principali videtur quòd non poſsit pronunciari:quia ſuper eo nō eſt actus: nec ſuper eo lis cōte.vt.j.ti.j.per totū.& quia de qua re cognouit prætor &c.vt l.de qua.ff.de iudic.j.de cauſa poſ.in c.cùm eccleſia.& c.ſequen.Solu.gloſſ.magna in c.j.eod.titu.in vj.dicit poſt Ber.quod non pronunciabit ſuper princip. ſed ſuper except.exemplum in except.rei iudica.ſuper qua pronunciauit iſto modo,quia data fuit petitio in qua.A.petijt à.B.talem rē,quā dicit ad ſe pertinere iure dn̄ij vel quaſi &c.cui.A.fuit,excipiendo,reſponſum per dictum.B.quod cum alia vice ſuper dicta petitione iudicatum fuerit contra.A.non eſt vlterius audiendus contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudic.quare cùm conſtet ꝙ ſuper dicta re petita ad dictum.A.obſtet ſibi except. rei iudi.diffinitiuè pronuncio dictum.A.ſuper dicta petitione non eſſe vlterius audiendū:ſibi perpetuū ſilentiū imponendo. ad quod alle.c.veniens.j.de acc.& ſi fuerit delega.poterit pronunciare literas non valere,ſecundùm gloſſam. prædictam.& ex prędictis infert glo.prædicta poſt Bernardum quòd tutius videtur ponere dictas excep. poſt lit. conteſta. quia tunc abſoluetur à principali debito.& aduerte:quia gl.prædicta variat qa primò dicit ꝙ diffinitiua pronūciat.propter qd̄ gl.videtur exigere litē cōte.ſuper excep.vel exceptionibus propoſitis de quo dicam latius in c.quoniam.j.ti.j.in iiij.prin.art.ver.deinde. gl.dicit ꝙ pronunciat literas non valere.& ſic videtur velle ꝙ debeat pronunciare interlocutoriè,& non diffinitiuè.Io.And. in addi.Spe.in tit.de dila.§.ij.ver.item quæritur. in mag. additio.prope fi.de qua additione dixi.s̈.in verſi.ij. quo diſtinguit, quòd aut opponitur excep.ante lit.conte.in vim dilatoriæ : & tunc non poteſt renūciare diffinitiuè:aut opponit in vim perempto.etiam ante lit.conteſt.quod fieri poteſt, vt dictum eſt: & tunc poterit pronunciari diffinitiuè,licet contrarium voluerit Bar.& glo.prædicta poſt eum.nec obſtat ꝙ non lit. conte. non feratur diffinitiua:quia dicit ibi Ioā. And. quòd non eſſet abſurdum,quòd iſte caſus cōnumeraret inter alios caſus,in quibus lite non conteſt. fertur diffinitiua. & ſubdit ꝙ illud quod dicit illa glo.quòd cautius eſſet proponere poſt lit.conte.intelligi debet,tutius ad tollendū omne dubiū,ſed nō propterea ꝙ ſequať ꝙ nō poſsit fieri diffinitiua.quātitatis verò ad practicā ſeruandi Io.And.in c.j.eo.tit.lib.vj.in nouella dicit quòd cùm ſententia debeat eſſe conformis modo proponendi, vt in c.ij. j.de ordi.cog.ideo ſi opponit in vim dilatoriæ ſententia debet ferri ſub iſta forma,vel ad agendum non admitto:& non admittendum pronūcio.aut opponitur peremptoriè: & tūc pronunciabit diffinitiuè,ſecundùm practicam gl. Paulus de liaza. in d.c.j.dicit,quòd iudex debet attendere formam in pronunciatione,ſecundùm quā res inducitur in iudicium:quia ſicut diffinitiua venit ad libel.ſic interlocutoria ad concluſionem exceptionis:vnde in diffinitiua,licet iudex cùm talis petat.x.& probatum ſit dari debere,ꝓnuncio te dari debere, ſic ad concluſionem exceptionis:quia fuit oppoſitum contra libellum ꝙ aliàs ſuper hoc res fuit finita ideo,pronuncio actorem nō eſſe audiēdum:& reum eſſe abſoluendum à petitione.ipſius, ſecundùm Pau.Sed poſſes opponere:ergo ſententia lata ſuper excep.peremptoriæ,ſecundùm practicam prædictam,erit diffinitiua.cuius contrarium no.glo.in Cle.fi.de appel.& voluit Arch.iij.q. vj.§.exceptio.in prin.Sol.dic ꝙ illa glo.procedit,quādo ſentētia principaliter proferť ſuper excep.perempto.puta,dicendo talem exceptionem admittimus.& hoc expreſsè voluit illa gl. dum dicit,quòd poſt pronunciationem ſuper excep, exigitur alia ſententia ſuper principali.hic autē loquimur quādo principaliter & directè non ꝓnunciať ſuper excep.ſed ſuper petitione actoris.& hoc expreſsè vult gl.in c.j.eo.tit.lib.vj.& hæc ꝓnunciatio bene poteſt fieri pronūciando ſuper principali: abſqꝫ eo quod pronūcieť ſuper exceptiōe perempto.j.de ord. cog.c.j.& quod ibi no.Et ex his inferť,quòd ſi iſte excep. opponuntur in vim declinatorij iudicij,cùm tunc abſoluatur ſolū, vt per illas literas reſpondere non teneatur:ſi poſtea aliæ literę cōtra eum impetrarentur: cogeretur reſpondere ſuper eodem debito.vt no.Inno.in c.ſuper literis.de reſcrip.& Ioan.And.& d.Do.in d.c.j.Si verò exceptiones oppoſitæ non fuerint probatæ,cogetur reus lit.conte.ſecundū ea quæ dicam in ſeq.q.

51 ¶†Septimò quæro,quis ſit ipſarum exceptionū effectus. Sol. dic quòd ſi opponuntur in vim dilatoriæ,eſt lit.conteſta.ſuſpēſiuus,vel prohibitiuus.ſi enim reus probabit, non procedetur vlterius ſuper cauſa prædicta: ſed iudex pronunciabit,ſecundùm quod dixi in præce. q. ſi verò opponens ſuccubuerit in probatione,effectus videtur ſingularis,ſecundùm Guil. de cu. quia poſtea non audietur iteratò opponens in vim peremptoriæ,& hoc eſt propter didicita teſtificata,ſecundùm eum, vt refert Bart.in l.eleganter,de condi.inde.ipſe tamen Barto.allegat in contrarium.c.veniens.j.de teſtib.& ſubdit, non determino pro nunc.Archidia.verò in c.j.eo.tit.lib.vj. tenet contrarium, quòd iteratò poſsit opponi poſt lit.conteſta.alleg.dictum Innocen.in c.ſuper literis.de reſcrip.in glo. antepe. ver.ſed certè, vbi tenet quòd licet ſit lata ſententia contra opponentem perēmp.in vim dilatoriæ ad caſſandum reſcrip.non poterit opponi in principali:vt perpetuò abſoluať:quia variatur effectus opponendi,cùm aliud oppoſuerim primò,quàm ſecundò.ad hoc quod no.in c.ij.de ord.cog.in glo.quæ incipit,hoc patet. in fi. Io.mo.in d.c.j.& etiā Archi.tenet contrariū.& ſic ꝙ nō debeat iteratò admitti.& loquiť Io.mo.etiam de excep.quę nō debuit admitti ante lit.cōte.& tn̄ fuit admiſſa:& non ꝓbata.mouetur: quia re ipſa idē cōſequebať,ſi ꝓbaſſet.Item quia ſi non potuit impedire:multò minus perimere.alle.C.de proba.l.ſciant cuncti.& ſic hæc opi.in effectu concordat cum opi. Guil.de cu.& ſi quis vellet tenere hanc opi.poſſet reſpondere ad d.c. veniēs. ſecundùm do.Onofriū de peru.quòd ibi variatur modus agēdi.hic verò modus excipiendi non variatur: imò eſt vna exce. licet varietur in modo proponendi, ſed in d.c.eſt ſeparata via agendi.Item ibi atteſtationes in primo iudicio non faciebant fidem in alio:ſecus in terminis noſtris.Spec.verò in tit,de ſententia.§.dicto,ver.ſed núquid ſi in principali.videtur inclinare

a ¶Adde ꝙ ſententia lata ex cauſis priuilegiatis nunquā trāſit in rem iu. ita tenet.d.Io. bap.de ſancto Sæuerino in repe.l. admonēdi.in.xx. col.ff. de iureiur.

b ¶Facit, quia ex quo exceptio nulla nō eſt exceptio c.j.vbi Ab.extra de re iudi.non cōprehendeť verbis ſtatuti,per Bar.in l.j.§. & perui.ff. quod vi aut clā.d. Abb.in c.ex parte.el ij.de of.dele,

in simili in hanc sententiam eo, quia talis interlocutoria, à qua potuit appellari & non fuit app. transiuit in rem iudicatam: & ideo non potest talis excep. iteratò opponi: loquitur tamen Spe. quando reiecta peremptoria in causa princ. per interlocutoriã iteratò opponeretur in causa app. quæ tamen quæstio est hodie expedita per c. fi. de appel. in vj. sed Ioan. And. in d. c. j. tenet opi. Archidi. & idem tenet ibi Lapus Abbas per rationem Archidia. & quia licet idem proponatur: si tamen variatur modus agendi pronunciationis factæ super vno modo, non præiudicant alteri: etiam si idẽ repetatur[a]: vt in c. ij. j. de ordi. cogni. & d. c. veniẽs. el ij. sed quando opponitur in vim dilato. oppo. tantùm ad finem declinandi forum: & vt per illas tales literas non procedatur, sed quando opponitur in vim peremptoriæ, fit ad effectum, vt absoluatur à principali petitione: vt in c. j. j. de ordi. cogni. do. Domi. in dicto c. j. dicit quòd prædictæ opi. possunt reduci ad concordiam, vt opi. Archidia. & sequacium procedat, quando ante lit. contestatio. proposuit in vim dilatoriæ: opinio erat Ioan. mo. quando opposuit in vim perempto. quod facere potuit per tex. d. c. j. & per ea quæ. s. dixi. & ita cõcludunt rationes ipsorum: quia si apposita in vim perempto. non variatur modus opponẽdi: tu verò dic post Ioan. Pet. plurimis additis, quòd aut ille qui opposuit exceptiones ad declinandum, fuit repulsus: & hoc est clarum, quod poterit etiam opponi in vim peremptoriæ: quia fortè fuit repulsus eo, quòd natura illius exceptionis non erat declinare aut fuit repulsus quia requirebat altiorem indaginem: & ideo fuerunt reseruatæ vt debebant reseruari, secundùm l. nam & postea. ff. de iureiur. & dixi. s. in q. nostra & dicam latius. j. in titu. de excep. & clarum est quòd possunt iteratò opponi, & probari post lit. contesta. Si verò de dictis exceptionibus cognitum fuerit: & succumbuerit, qui propriè est casus noster, & potest iteratò in vim peremptoriæ opponi, & probari: tum quia illud iudicium fuit agitatum super declinatoria in vim peremptoriæ: tum quia fuit summarium non requirens altiorẽ indaginem: quia aliàs fuisset reseruata post lit. contesta. vt dixi. & ideo non præiudicat in plenario. & hoc ponderat tex. in c. veniens. el ij. de testi. & ideo publicatio attestationum non habet obstare, vt ibi. item quia dicti testes fuerunt inducti ad alium finem: videlicet, ad declinandum litem & iudicium: & non producuntur ad perimendum: & sic variatur modus agendi. vnde sicut non ob. exceptio rei iudica. ita non obstat publicatio. ad quod vide quæ latè dixi in c. fraternitatis. j. de testi. in x. princi. ar. iiij. membro prin. art. versi. xxiij. & ver. xxiiij. & hoc singulariter prosequitur Barto. in extraua. ad reprimen. super verbo, summariè. ver. quædam sunt emergentes. vbi vult, quòd quamuis ad hoc vt excipiens de re iudica. transacta, vel finita, ad impediendam li. contesta. possit obtinere: debet plene probare: tamẽ ista cognitio dicitur summaria, propter breuitatem dilationis: quia si requireret altiorem indaginem, talis exceptio differretur: & lis contestaretur: vt dictum est. & postea opponeretur in modum peremptoriæ: vt l. nam & postea. ff. de iureiurã. vnde subdit ibi Bar. quòd si opponens succũbat in illa excep. quia non probauit plenè ante lit. contesta. & testes super hoc fuerunt examinati & publicati: tamen etiam post lit. contest. iterum poterit opponere: & testes examinari & publicari poterunt: quia testes prius fuerunt examinati summatim. ideo non impeditur examinatio quæ fit post lit. contesta. quia fit plenariò: vt l. pe. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. & quia testes sunt examinati ad vnam instantiam, & ad vnum finem ante lit. contesta. scilicet ne procedatur sed post lit. contesta. producuntur ad alium finem. s. vt diffinitiuè absoluatur. & cùm instantia incipiat à contestatione[b], vt dixi in c. pe. s. de iudi. in. viij. prin. ar. nõ potest dici quòd producantur in eadem instantia. & de hoc est casus secundùm Barto. in d. c. veniens. & sic residet Bart. nec ob. quòd prima cognitio videatur plenaria: quia ex parte opponentis importat plenam & perpetuam tuitionem, seu emolumentũ: ergo talis cognitio videtur plenaria: nõ summaria, secundùm regulas traditas per Bar. in d. extraua. in d. verbo, summariè: quia respondeo secundùm do. Fran. de albe. de Are. in apostil. ad d. extraua. quòd verum est quòd requirebatur plenaria cognitio vt pronunciaretur quod opponeretur, sed non desiderabatur plenè ad hoc, vt pronunciaretur pro actore contra reum: & ideo in istum euentum videtur summatim cognitum: & propterea nõ parit exceptionem rei iudi. in plenaria cognitione, secundùm do. Fran. & pro prædicta opi. facit etiam quod no. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obli. in illo ar. si est cognitum semel in via excipiendi: & illud idem deducat per viam agendi. & etiam quod no. Spec. in tit. de excep. §. dicto. ver. sed nunquid attestationibus. sicut ergo variatur modus agendi de iudicio summario ad plenarium: ita modus excipiendi: vt no. gl. in l. j. ff. quorum bonorum. ad idem etiam facit quod no. Io. de Imo. in d. c. veniens. el. ij. j. de testi. vbi dicit, quòd licet quis diceret plenè esse cognitum: & sic non esse summarium iudicium respectu probationum: tamen dicit ipse, quòd etiam in dicto casu, etiã respectu probationum potest dici summarium iudicium: quia in dicto iudicio, tanquam summario, non admittuntur exceptiones cõtra testes & attestata, secundùm eum. possumus ergo concludere quòd licet examinati fuerint testes missa virtute declinatoriæ tamen non fuit plenè cognitum: & ideo in vim peremptoriæ articulus iste iterum discutietur: & testes iterum examinabuntur. per d. c. veniens. faciunt notata per Bar. in l. generaliter. §. nihil cõe ff. de acqui. pos. & dictam etiam opi. tenet Ioan. cald. in rep. c. intelleximus. j. de or. cogni. per d. c. veniens. Si verò esset datus terminus ad opponendas omnes exceptiones lit. cõte. impeditiuas: tamen possunt opponi excep. prædictæ, non ad effectum impediendi processum, sed ad effectum perimẽdi: & ideo nõ tollitur exceptio, sed modus excipiẽdi, nec plus debet operari lapsus termini, quàm oppositio: & non facta probatio ante litis contestatio. quæ non impediunt quo minus tales exceptio. possint opponi in vim peremptoriæ, vt dictum est. & hoc tenet Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. versi. dubitatur de tali quæstione. & vide ad prædicta quæ latè dixi s. eo. ar. in ij. q. prin. ver. sed aduerte, quia Specu. nam ibi. & hic dicta habent magnam consonantiã. & sic ex prædictis Deo duce, habes no. & plenè, & ordinatè expeditum. vij. prin. ar. & materiam ipsam exceptionum peremptoriarum litis contesta. impeditiuarum, quæ materia satis est difficilis & dubia: & quãuis dicta materia etiam conueniret principaliter tit. de excep. tñ ego hic eam tractaui: quia etiam principaliter conuenit tit. nostro, quod manifestè patet per c. j. eo. ti. lib. vj.

¶ Octauo princi. ar. videndum est, qualiter litis contest. fieri debeat: & qualiter facta intelligatur tam in causa principali, quã in causa appellationis: & tam expressa, quàm tacita. pro cuius articu. faciliori & clariori doctrina prosequar infra scriptas. q. principales.

¶ Primò, quæ requirantur ex parte agentis ad litem expresse contestandam in causa principali.

¶ Secundò, vtrum ex parte accusatoris ad lit. contesta. sufficiat sola interrogatio, & responsio ad illam.

¶ Tertiò, vtrum ad litem contestandam requiratur animus cõtestandæ litis.

¶ Quartò, vtrum exigantur verba, & ipsius actoris præsentia.

¶ Quintò, vtrum sufficiat rescripti præsentatio.

¶ Sextò ex parte conuenti generaliter quæritur vtrum requiratur responsio, & qualis.

¶ Septimò, vtrum ex parte conuenti sufficiat narrare negata duntaxat.

¶ Octauò, vtrum ad litem contest. ex parte conuenti exigatur animus contestandæ litis. & hoc tractabitur de protestatione, quòd non animo lit. contest. & de ipsius effectu.

¶ Nonò, quid si in petitione & in li. plura narrantur vtrũ plures requirantur responsiones: & quid iur. si respõdetur ad vnũ.

¶ Decimò, quid si plura narrentur & petantur in eo. lib. aliqua principaliter, & aliqua nõ principaliter: & fiat negatio, vel cõfessio simpliciter.

¶ Vndecimò, quid si actor petat centum. & reus simpliciter neget, actor probat solùm de quinquaginta: an super illis videtur facta litis contesta. vt sequi possit sententia.

¶ Duodecimò, vtrum per confessionem rei conuenti inducatur litis contestatio.

¶ Decimotertiò, vtrum per exceptionem peremptoriam inducatur litis contest. & aliquid tractatur de dilatoria.

¶ Decimoquartò, vtrum exigatur iudicis interrogatio: vel saltem præsentia.

¶ Decimoquintò, an requiratur quòd fiat à iudice pro tribunali sedente.

¶ Decimosextò, vtrum ad lit. contesta. exigatur, quòd responsio fiat incontinenti: an verò sufficiat etiam si fiat ex interuallo.

¶ Decimoseptimò, vtrum dicatur fieri lit. contest. si reus respõdendo dicit, nec nego, nec confiteor.

¶ Decimooctauò, quid si dicit, nolo: vel volo, cum aduersario litigare.

¶ Decimononò, quid si respondet, contendendum puto.

¶ Vigesimò, quid si reus dicit, cedo liti. vtrum inducatur lit. cõtestatio.

¶ Vigesimoprimò, quid si respondet per verbum, dubito.

¶ Vigesimosecundò, quid si dicit, non præsumo.

¶ Vigesimotertiò, quid si respondens dicit, nec scio nec credo.

¶ Vigesimoquarto, quid si dicit, nõ credo debere.

Vigesimo

a ¶ De materia vide in l. fundi. ff. de excep. rei iudi.

b ¶ De quo tamen dic vt per Alex. Ias. Rimanaldum in l. causas. C. de transac.

¶ Vigesimoquintò, quid si dicit, tu mentiris.
¶ Vigesimosextò, vtrum per responsionem conditionalem inducatur lit. contesta.
¶ Vigesimoseptimò, quid si verba non sunt apta ad lit. contest. an pronunciatio iudicis pronunciantis lit. contest. sufficiat.
¶ Vigesimooctauò, vtrum iuramentum habeat vim lit. conte. & quando.
¶ Vigesimononò, quid de contumacia.
¶ Trigesimò, quando in causa interueniunt procuratores, qualiter per ipsos fieri debet lit. contesta.
¶ Trigesimoprimò, vtrum ad lit. contest. requiratur scriptura, vel quod redigatur in acta.
¶ Trigesimosecundò, vtrum exigatur ordo, & qualis.
¶ Trigesimotertiò, bonam formam claram & apertam ipsius litis contesta.
¶ Trigesimoquartò, subijciam salutarem instructionem, tam ex perte actoris quàm rei.
¶ Trigesimoquintò, dicam quid iuris de causa appellationis.
¶ Trigesimosextò, dicam qualiter fiat tacita litis contesta.

52 ¶ †Primò igitur quæro iuxta præmissum ordinem, quæ requirantur ex parte agentis ad litis contest. faciendã. sol. dic ꝙ in or
a dinarijs requiritur libellus[a] bene & ritè conceptus. facit tex. noster ibi, per petitionem in iure propositam. & quod dicit gl. no stra in prin. ad quod vide quę dixi in c. ij. de lib. obl. in xij. prin. ar. in summarijs verò, qualisqualis petitio, secundùm do. Anto. hic. & idem tenet Cy. post Io. in aut. offeratur. C. de lit. contest. in fi. q. vbi dicit, ꝙ lit. cõtest. nõ est legitimè facta: nisi præcedat lib. obla. & Hosti. in summa eo. titu. §. ij. & debet offerri in iudicio, vt hic in tex. dum dicit, per petitionem in iure propositam. & sic non sufficit quòd libellus mittatur ad domum: nisi etiam postea reijceretur petitio in iudicio. facit quod no. Specu. in ti. de lib. peti. §. nunc videamus. ad fi. ad quod vide quod dixi in c. j. de libel. obla. ar. x: facit quod no. Bar. in l. j. C. eo. & etiam no. hic do. M. & quod dixi. s. in rub. arti. j. in diffinitione, & etiam tenet hic do. An. qui dicit ꝙ debet esse oblatus parti: nec sufficit ꝙ sit oblatus, nisi sequatur responsio ad petitionem: quia res videtur esse deducta in iudicium per lit. contesta. vt dicam in c. quoniam. in fi. j. tit. j. ar. x. per simplicem autem petitionem, vel per editionem actionis, res nõ videtur esse deducta in iudicio, vt dicit hæc glo. in prin. & ante obla. libel. non fieret lit. conte. per negationem vel confessionem. de quo dicam j. in xxxij. q. Et ex prædictis sequitur, quòd nõ sufficit sola narratio in libel. quia per solam narrationem & responsionem non inducitur lit. contest. vt hic. Aduerte tamen circa hunc passum: quia doc. sunt varij glo. hic sentit, quòd non intelligatur facta lit. conte. Inno. verò dicit ꝙ licet in libel. ponatur sola narratio sine petitione: & reus respondeat fatendo, vel negando quod toleranda est lit. conte. vt res magis valeat, quàm pereat. j. de verbo. sig. c. Abbate. & hoc procedit, secundùm Inn. quando agitur de iuribus incorporalibus, vel vbi agitur cõfessoria vel negatoria, subdit tamen quòd tutius est aliquid petere. Hosti. voluit libel. in quo nihil petitur non esse recipiendum: cùm sine petitione sententia dari non possit. ff. communi diui. in l. vt fundus. nec in alio quàm petitum sit, possit aliquis condemnari, vt dixi in c. licet heli. j. de simo. vnde respondetur iudex qui non in seruum petitum, sed in eius condemnat: vt l. fi. C. de fideicõ. liber. tradit Henricus bo. hic in c. fi. j. de consti. appo. & sequitur do. Anto. & etiam hic do. meus per tex. nostrum quem dicit hic apertissimè velle, dum exigit propositionem in iure propositam: & responsionem secutam. & per tex. in c. dudum. el. ij. de elec. facit Cle. sæpe. de verb. sig. & c. qualiter. el ij. j. de accu. qđ no. Inno. in c. in nostra. j. de sepul. & Io. de lig. in c. j. & c. in literis. j. de restit. spo. & hanc etiam opi. tenet hic Io. de Imo. ꝙ nõ sufficit di
b cere, cõqueror[b] de tali qui debet mihi. x. ex causa mutui, sed necessarium est quòd petam ipsum condemnari ad x. ꝙ iudex ad priuatam vtili. non impartitur officium suum nõ petitum. s. de elect. c. innotuit. ad fi. & l. iiij. hoc aũt iudicium. ff. de dam. infec. & ista est cõis opi. & ad prædicta vide quæ dixi de narratione fienda. in c. j. s. de lib. obla. in xij. prin. arti. q. vj. Sed tu aduerte, quia in contrarium fortiter tex. in l. j. C. eodem. vbi tex. videtur velle, ꝙ ad litem contestandam sufficiat sola narratio. & ad idē l. ij. in prin. C. de iura. calum. & l. rem nõ nouã §. patroni. C. de iudi. vbi tex. dicit, lis fuerit conte. post narrationem propositã: & contradictionem obiectam. Item in contrarium facit tex. j. q. iiij. in c. quia præsulatus per quē ibi contra. voluit glos. & ad idem facit. ij. q. j. c. notũ. & j. de causa pos. in c. cùm ecclesia do. M. hic ad c. quia præsulatus. respondet, quòd loquitur in his in quibus exuberat officium iudicis. Ioã. de Imo. hic dicit ꝙ ad gl. d. c. quia præsulatus. potest responderi, ꝙ loquit in possesso. recuperandæ. in quo nõ exigitur lit. conte. subdit Hosti. quòd hoc non tenet: quia etiã in eo exigitur. de quo dicam in c. quoniam j. ti. j. in iiij. prin. ar. vel potest responderi ad illum tex. qui loquitur, quando factum proponitur coram Papa. de quo dicã in d. iiij. ar. Item potest solui & quartò, secundùm Host. & Archi. quòd suppleri debet ille tex. & intelligi quòd ibi facta fuit petitio. & ita dicit intelligendum. c. notũ. & c. cùm ecclesia. & ita arbitror posse responderi ad l. ij. C. de iur. calum. ad d. §. patroni. & ad d. l. j. C. eo. debent tamen intelligi quòd ibi non interueniat sola narratio, sed etiam petitio, & ita debet intelligi quod tradit Bar. vbi dicit, ꝙ si actor narrauit solũ factum: puta, quia dixit narrata prout narrantur vera esse: & reus respondit tantùm ad factum: quòd facta est lit. contesta. per tex. d. l. j. & aliorum iurium quæ dicunt lit. contest. fieri per narrationem negotij: nec requirit de necessitate narrationem iur. Item quia ex facto ius oritur, vt l. si à plagijs. §. in diuo. ff. ad l. aqui. vnde
c supposita narratione facti[c] sequitur etiam conclusio iu. & sic videtur sentire Barto. quòd sufficit sola narratio. sed dicit hic do. me. & bene, Bar. intelligi secundùm opi. suam, videlicet quãdo post oblatum libel. rite compositum: & narratur factum viua voce: vt fiat lit. contesta. quo casu, satis putat do. me. induci litis contestatio, ex quo per libel. apparet. At de modo petendi, facit quod dicam. j. in sequēti. q. sed quando in libel. esset sola narratio sine petitione, procedat cõmunis opi. quò ad persona. responsionem, quò ad narrationem, non fiat lit. conte. & ita sentit d. A. & probat tex. noster: quia per positionem narratur factum: & tamen non sufficit ad litem contest. vt hic. & statim dicam in sequenti. q. & qualiter libellus debet continere petitionem, seu conclusionem, dixi in c. ij. s. de libel. obla. ar. xij. in xij. q. prin. nec enim videtur sufficere libellum porrectum in scriptis: quia libel. non loquitur. imò necesse est quòd actor contēta in libel. proponat: & reus respondeat: & sic videt verba necessaria. de quo dic vt dicam in iiij. q. prin. 53 † est ergo regulariter quòd dixi quòd parte actoris ad lit. cõtest. non sufficit sola narratio: hæc tamen regula fallit in pluribus.

54 ¶ †Primò fallit, quando talis narratio fieret post datũ libellum in forma, per ea quæ statim dixi post Bar. & do. meum.
55 ¶ †Secundò fallit, quando talis narratio fieret coram Papa: quia illa sola sufficit ad lit. conte. quia Papæ presentia supplet omnē defectum: vt l. omnium. C. de testamentis. & s. de transa. c. j. secundùm Inno. & hoc tenet curia: & sequuntur hic Host. Ioan. And. do. Ant. do. M. & Io. de Imo. & Spe. e. ti. §. ij. in fi. & vide quòd dixi in c. j. s. de lib. ob. in v. prin. art. fallit. x. & vide quod dicam in c. quoniam. j. tit. j. in ij. prin. art. vbi dico, quòd coram Papa non est necessaria lit. contesta. b
56 ¶ †Tertiò fallit. quando ageretur de electionibus vel prouisionibus ecclesiarum, secundùm Host. hic. tu dic ꝙ in talibus est necessaria lit. contest. vt dicam in d. iiij. arti. c
57 ¶ †Quartò, fallit in spiritualibus: & cùm agitur inter religiosos, secundùm Host. & do. Anto. hic. per c. dilecti. s. de iudicijs. loquitur tamen Host. sub dubio forsan.
58 ¶ †Quintò fallit, quando agitur de iuribus incorporalibus, seu negatoria, seu confessoria: quia tunc sufficit sola narratio: & ꝙ reus respondeat negando, vel confirmando, secundùm Inno. & d. A. hic.
59 ¶ †Sextò fallit in libello in possessorio, secundũ aliquos. no. gl. j. q. iiij. quia præsulatus. & sic intelligit do. An. facit d. c. cùm dilecti. & c. cùm ecclesia. de causa pos. & quod dixi. s. in solu. d. c. ad quod vide quæ dixi in c. ij. de lib. obla. arti. xij. q. xij.
60 ¶ †Septimò fallit in his casibus seu causis, in quibus exuberat officiũ iudicis: quia tunc sufficit sola narratio sine petitione. & sic procedit tex. in d. c. quia præsulatus, secundũ aliũ intellectũ,
61 ¶ †Octauò fallit in causis criminalibus, in quibus videtur sufficere sola narratio facti absꝗ petitione. ad quod vide quæ dixi in c. qualiter. j. de accu. el ij. in xj. arti. q. lxvij. & ad intellectum prædictorum vide quæ dixi in c. ij. s. de lib. ob. in xij. prin. arti. in xij. q. princ. per omnes q. suas. & adde quæ dicam. j. eo. ar. q. viij. vbi tractabo vtrum ex parte rei sufficiat responsio ad solam narrationem.
62 ¶ †Secundò principaliter quæro, vtrum ex parte actoris sufficiant ad litem contesta. solùm interrogationes, seu positiones & rñsiones ad illas. so. tex. est hic, ꝙ nõ, ꝙ etiã ꝓbat ex his quæ superius dicta sunt: nec ob. ꝙ per positiones & responsiões ad eas, videat facta lit. cõte. quia positiões fiũt super intētione actoris: & rñsiones cõtinent, aut cõfessionem aut negationem. & sic vr inducta lit. cõtest. cùm conte. sit simul. attestatio: quia ad hoc rñderi põt, vt dicit gl. nostra in prin. quia lit. cõte. est fundamētum & principium litis. & ideò ea cessante, cessat supficies: quia vbi principiũ cessat, cessat ędificiũ. j. q. j. cũ Pau. litis em conte. requirit formalē petitionē, & rñsionē ad illam: & hinc est ꝙ ex sola petitione nõ inducitur: sicut nec ex sola responsione, si nõ

a ¶ An & qñ requirat libellus, ponit Bar. Bald. Ias. in l. nec quicꝗ. §. vbi decretũ. ff. de offi cio Præto.

b ¶ Et pro hoc facit, quia potissimũ in hac materia est cõclusio, vt no. in c. dilecti. ex tra de iud. vbi do. Abb.

c ¶ Et quæ dicãtur iuris & facti, põit Bal. in tit. de pace constã. in verbo, criminalib⁹. & in c. sæpe. de appel.

apparet petitio.licet quidē adsit positio: vel etiam si appareat petitio, sed non ad petitionem, sed ad petitionē sit facta respon sio.hoc gl.probat ex diffinitione de qua dixi s.in rubri. artic.j. Item quòd per positiones, & responsiones ad illas non fiat lit. contest.glo.nostra in ver.& potest esse ratio. probat: quia ille qui ponit aliquod factum vel dictum, nihil petit ab aduersario: nec etiam ostendit per hoc velle agere: & ideo propter hoc nō posset ferri sententia condemnatoria, vel absolutionis: cùm nihil petitum sit per positiones, sed solùm ostendat aliquid factū dictum, vel promissum: & sententia semper est formanda, secūdùm agenda, vt in c.qualiter.el ij.j.de accu.& c.licet heli.j.de simo. Item mouetur glo.quia interrogationes, positiones, & responsiones aliquando fiunt ante lit.contest.vt latius dicam.j.in tit.de confes.& per tales interrog.& positiones, nulla fit condemnatio: nisi postea sequeretur lit.conte. super petitione actoris, vnde concludit glo.nostra, quòd per solas positiones & responsiones non fit lit.contest.Item tenet Hostiē.hic: mouetur: quia lit.contest.est iudicij fundamentum, positiones & responsiones sunt suæ parietes ad ædificium: & similiter testium & productiones instrumentorū: & aliæ probationes.& sic sequitur quòd differunt: sicut ędificium & fundamentum vnde vnū non operatur effectum alterius.Item sicut vna est lis: ita vnica debet esse lit.contest.sed si per positiones & responsiones fieret lit.contest.sequeretur quòd tot essent contest. quot positiones & responsiones.ar.c.in genesi.s.de ele.Item lit.contest.confirmatur, & tractatur in hoc tit. de confes. & sic apparet quòd sunt diuersa.& hoc tenet idem Host.in summa, eo.ti.§.pe.fatetur tamen Host.hic & in summa eo.ti.§.& quādo.ver.si. quòd si positio fiat generalis de omnibus quæ continentur in libello: & ad illam fit responsio negando vel affirmando, quòd facta est lit.contest.quia tunc talis positio firmat̄ per hunc ti.& non per ti.de confes.inducit opp.ar.per l.siis qui ducenta.§.fi.in fi. ff.de rebus dub.vbi tex.dicit, exprimat eorum quæ obijciūtur quid non feci.i.nihil eorum feci.q.d.quod omnia negent̄: nec ob tex.noster: quia debet intelligi de singularib⁹ positionibus quod patet in prin.ibi, quibusdam positionibus &c.q.d.quòd tex.loquitur de pluribus & singularibus: non de vna vniuersali.& tangit Spec.e.tit.§.ij.ad fi.imò plus dicit Hostiē.quòd sine tali generali petitione de leui lis non contestetur.nam aduenieте, die sicut consuetum est, dato termino ad deliberādum, debet iudex primò interrogare actorem, vtrum proposita in lib.credit esse vera: & petita fieri debere: reo conuento postea confitente vel negante.& hoc est quod dicit tex. per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam.q.d.non sufficit ꝙ actor offerat libellum in scriptis: quia libel.non loquitur, sed necesse est quòd proposita in libel.proponat: & sic opus est verbis.ff.de verbo.obli.in prin.C.de vsu.l.j. & locum habet illud, ętatem habet de se loquatur.de consec.di.iiij.c.cum propagulis.si ergo detrahitur petitio prōposita, aut subtrahitur responsio quæ sequi debet: non fit lit.contest.sicut dicimus in simili de baptismo.j.q.c.detrahe.& probatur secundùm Hostien. in l.j. C.eo.dum dicitur, inter editam actionem & lit.conte. multum interest.lis enim tunc videtur contestata: cùm per narrationem negotij super pleniè factam à partibus, secūdùm quod supplet ipse iudex, causam audire cœperit.q.d.non eo ipso narrante & loquente, & reo respondente fit lit.contest.ad idem.l.ij.C. de iuramen.calum.& c.dudum.el ij.de elec.& c.præsentium.§. præterea.de testi.lib.vj.& subdit. Hostien.quòd non refert, an iudice interrogante hæc fiant: vel an partes hec faciant iudice sedēte pro tribunali, & authorizāte, vt l.si fine.j. responso.ff.de interro.actio.ita quasi formaliter dicit Host. & formaliter recitat & residet Ioan.And.hic.& sic patet secundùm Host. & Ioan. And.quòd licet per positiones particulares, & respōsiones ad eas non fiat lit.contesta.tamen secus in positione generali, quæ fit de contentis in libel. & responsione ad eam. & hanc etiam opi.tenet Bar.in l.j.C.eod.sicut enim in istis prælijs corporalibus inter famulum & famulam non appellatur prælium: sed baldalucum: sed quādo tota massa, vel totus exercitus vtriusq; partis inuicem confluit: appellatur prælium: ita per positiones particulares, & responsiones non fit lit.contesta.sed per narrationem negotij vniuersalis, & responsionem ad illam, vt l.j. C. eo.Spec.verò eo.tit.§.nunc dicamus.versi.& no.finaliter distinguit, quòd aut in positione ponitur nudum factū. & ad ipsum respondetur: vt puta A. ponit quòd ponit centum mutuò. B. sed B.negat quod positum est: & tunc non fiat contesta. aut ponit factum & ius: verbi gratia. A.ponit se dedisse centū mutuò B.quæ ipse B.eidem debet, sed B.respondet non esse verum: & tunc fiat lit.contest.arg.l.si pater.cum seq.ff. de hæredibus insti.& est pulchra consideratio & legitimatio, secundùm do.A.& tamen sibi non placēt quæ statim dicam.Cy.verò in l. j.C.eo.in iiij.dicit, ꝙ ex quo præcessit petitio & responsio ad positiones, explicitè cōtinentes factum, contentas in petitione induciт lit.conte.aliàs secundùm Cy.lex esset imposita verbis & non rebus.contra.l.ij.C.cōia de leg.Sed gl.hic in fi.sentit cōtrarium inquātum dicit quòd licet petitio fuerit oblata: tamen per positiones & responsiones postea factas nō inducitur lit. contest.& hoc magis videtur placere do.Anto.hic, nisi dictum Cy.restringat̄, quando positio fieret incōtinenti post datum libellum: & illi respondet̄ non dato termino ad deliberandum, vel positiones faciendum: quia tunc quando fit non dato termino ad probandum, vel positiones faciendum: censetur fieri solùm propter libel.& animo cōtestandi litem.& quia quæ incontinenti fiunt, vident̄ inesse, vt l.lecta.§.dicebam.ff.si cer.pe. & s.de elec.in c.officij.vel intelligat̄, prout dixit Guil. de cu.in d.l.j.quando post libellum porrectum rite formatū, fuit facta positio: quæ se referat ad libel. vt quia dicat in vna positione, ego pono illud quod narraui ī libel.vel melius si diceret, quòd contineret in libello: tunc enim induciтur lit.conte.quia se retulit ad lib.& sic videt̄ negare contēta in lib.arg.aut̄. si quis in aliquo.C.de eden.& c.inter dilectos.de fide instru. & l.miles.§.j. ff.de re iud.nec placet.d.A.dictum Spe.si loquimur in iudicijs ordinarijs: sed posset procedere in summarijs, in quibus sufficit qualis qualis postea.ad quod vide quæ dixi in c.j.s.de libel. ob.in v.prin.arti.fal.j.& ij.& pluribus sequentibus zab.hic sequitur opi.gl.dicens quòd idem sit dicēdum de positione generali in qua videntur subesse rōnes, de quibus in positionib⁹ specialibus: maximè cùm per positionem quæ fit enunciatiuè, nil petatur.subdit tamen quòd dictum Hosti.procedit ad bonum sensum: quia talis positio generalis referens contenta in lib.cōtinet etiam petitionē, sicut ipse libellus.ita expressè dicit Host. in summa eo.ti.§.& quando.in fi.quia tunc simul & semel rñdetur narrationi & petitioni, sicut dicitur.s.de elec.c. in genesi. & idem dicit Spec.e.ti.§.ij.ver.quid si plus ꝙ.Ioan.de Imo. dicit quòd de rigore, verior est opi.gl.quàm Hosti.nec obst. tex. dum dicit, per positiones.& sic loquitur in plurali: quia habuit respectum ad communiter accidentia.arg.l.nam ad ea.ff.de legi.quia communiter plures & distinctæ fiunt positiones. Dome.hic simpliciter dicit sequendam opi.glo. nostræ in fine.vt nunquā inducatur lit.contesta.per positiones & responsiones, quod intelligat, siue fiant generales: siue particulares. intelligendo tamen de veris positionibus.mouetur: quia positiones fuerunt vsu introductæ ad faciliorem litium exitum: propter habendas confessiones: & vt actor releuaretur ab onere probandi, vt est tex.in Clemen. sæpe.de verbo.significa.nō ergo fiunt ad consequendum petitionem: cùm verba sint assertiua & nūciatiua: & sic non debent operari effectum petitionis. arg.c.significauit.s.de appel.sed in libello actor narret factum in libello contentum: & reus respondet: tunc fatetur ipse quòd inducitur litis contesta.& sic intelligitur tex.& Barto.in d.l.j. & sic potest procedere opi.Hosti.dum loquitur de positione generali.ista tamen fuit opi.& intellectus ipsius Hostien. Specu.& zaba.vt dixi: secus si eam faceret per modum positionis, petendo interrogari partem de veritate: iuramento præmisso: tunc enim intendit probare, seu releuare se ab onere probandi: non autē petere.tex.noster in decisione non se refert ad positiones particulares, sed generaliter dicit quòd non per positiones, & responsiones ad eas fit lit.contesta.sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam. & idem dicit tex. in c. dudum.s.de elect.responsio ergo debet fieri ad petitionē: quia ille qui petit, dicit se velle litigare: & respondendo ad eam.habemus contestationem.i.simul attestationem.& sic non placet do.me.dictum Spe.nec Cy.nec Guil.¶ Et ex prædictis ego arbitror concludendum, quòd quando positio habet admissam petitionem, & per responsionem ad talem positionem fieret litis contesta.Sed aduerte circa prædicta: quia glo. magna super verbo, iustitiam.in aut̄.de triente & semisse.§.illud quoq; in iudicijs.colum.ij.sentit, quòd per responsionem ad positionem litis præparatoriam, inducatur litis contest. verbi gratia, si interrogetur quis, an possideat: & respondit se non possidere. hoc tamen reprehendit Iaco.de Are.mouetur: quia dicendo se nō pōssidere: non est causatus animus contestandæ lit. sed excludendi iudicium, quam rationem etiam sequitur Gul. de cuneo. quia, vt dictum est, per positiones & interrogationes non fit litis contesta.Barto.verò in d.§.illud.dicit, quòd glo.illa procedit pro supposito, quòd debeat fieri lit.contest.quia tunc videtur facta eo ipso quòd etiam facta interrogatio an possideat, & negatur: quod tamen videtur intelligere, si præcedat petitio. Ange.verò ibi dicit, quòd omnis responsio interrogationi contraria, in dubio inducit lit.conte.præsupposito quòd in responsione non fit dictum quòd animo litis contestandæ.Sed tu aduerte:

uerte:qa hic oritur duplex dubitatio. Prima, vtrum ſuper interrogationibus quę fiunt ad præparationem iudicij, debeat lis conteſtari. de quo dicam in c.quoniam.j.titu.j. Secunda dubitatio eſt, vtrum poſito ꝙ neceſſaria ſit li. conteſtatio, an per dictam negationem poſſeſsionis inducatur litis cōteſtatio, & er bitror ꝙ ſi per negationem deueniatur ad controuerſiam iudicialem, aliqua admiſſa petitione actoris, cum interrogatione inducatur litis conteſtatio: aliàs ſecus.

¶ Tertiò q̄ro an ex parte actoris ad lit.conteſta. exigatur animus. ſol. dic vt latius dicam.j.in.viij.q.princ.

63 ¶†Quartò principaliter q̄ro, vtrum ad lite.conteſtandam exigantur verba ipſiꝰ actoris preſentia. ſo. Ho. hic tenet ꝙ exigātur verba: & ꝙ non ſufficiat oblatio libelli, & reſponſio ſubſecuta. ſed oportet quòd poſt obl.lib. per ipſum actorem iudice ſedēte pro tribunali, ſeu per ipſum iudicem reus interrogetur, an credat propoſita in libel. eſſe vera. & ad hunc intellectum nititur Hoſti. adducere l.j.C.eod. & idem etiam tenet Specu.co.ti. §.& quando. ver. ſed nunquid me abſente. per l.certum.§.ſi abſente.ff.de confeſ. Pet. verò in l.edita.C.de eden. dicit, q̄d lit.conteſt. poteſt fieri abſente actore. per auẗ qui ſemel.C.quomodo & quando iudex. quia ſtatim dato libello, & ſic propoſita facti narratione, actor eſt obligatus liti: & ſic ex parte eius lis eſt cōteſta. Iac.bu. in d.l.j.C.eo. tenet contrariū & Bar. ibi dicit ꝙ oēs Doct. tenēt contrarium: qa hoc videtur contra tex. illius l.j. qui videtur requirere p̄ntiam actoris & rei. & dicit ſpeciale eſſe in d.auẗ. qui ſemel. q̄d perueniatur ad ſnīam lite non conteſt. ſicut quandoqꝫ in libello corporali poteſt quis ſine pugna aduerſarium ſuum vincere ex eo: ita ſine libello lit.conteſta. qn̄qꝫ aduerſarium ſuum vincere: vt in caſu d.auẗ. qui ſemel. vbi ponitur caſus ſpecialis: & ſic regula eſt in contrariū nam ſicut ſi vna partium tantùm eſſet in campo, non poſſet dici prælium: ita ex vna parte tantùm altera abſente, nón poteſt lis conteſtari: imò plus dicit ibi Barto. quod per narrationem & reſponſionem factam ex interuallo, non inducitur lit.conte. quia in lit.conteſta. quaſi contrahitur: vt in l.iij.§.idem ſcribit.ff.de pec. Sed contractus, vel quaſi impediuntur propter temporis interuallum inter interrogationem & reſponſionem, vt l.j.§.j.& l.continuus.ff.de verbo.oblig. Item ſicut videmus in corporali prælio, ſi vnus hodie veniret in campum, & poſtea diſcederet: & alius cras: non dicitur prelium inter eos: ita ex interuallo non poteſt dici lit. conteſta. Item hæc duo, de parte abſente & de interuallo, probantur ex ſignificato nominis. litis enim conteſtatio dicitur à con. q̄d eſt ſimul. et teſtatio, quaſi ſimultanea atteſtatio in lite. vt dixi in rub.ar.j. ſed ex interuallo, vel inter abſentes, non poteſt dici iſta ſimul atteſtatio interuenire, ſecundùm Barto. in d.l.j. Bald. etiam ibi tenet prædictam opi. triplici ratione. ¶ Primò: quia ſicut confeſsio facta abſente parte non inducit litis conteſt. vt d.§.ſi quis abſente. de quo latius dicā j.ti.xij.q.prin. ita nec negatio: quia negatio facta abſente parte nihil operaẗ.

¶ Secūdò quia certum eſt ꝙ in authen. qui ſemel.C. quomodo & quando iudex. reus comparens contradicebat libel. & tamē tex. ibi dicit ꝙ proceditur lite non conteſta. ergo contradictio facta parte abſente non inducit lit.conteſt.

¶ Tertiò mouetur per vltimum ar. Barto. & iſta fuerunt prima motiua originaliter Iac.but. Sed contra, vtrunqꝫ dictum tenent d.de Ro. deci.clxviij. aliàs.cccxlij. aliàs ccclxxxij. aliàs cccxxvj. vbi ſic formaliter dicunt ꝙ ſi dato libello per actorem petatur reus compelli ad rn̄dendum libello: & reus reſpondeat partem cōfitendo, & partē negando ꝙ licet tēpore talis reſpōſiōis rei actor nihil dixerit: vel preſens non fuerit: facta eſt lit. conteſt. per vtranqꝫ partem: quia lit.conteſt. fit per narrata & petita in iure propoſita ex parte actoris, & reſponſione ſecuta ex parte rei, vt hic & d.c.dudum.el ij.de elec. & j.de dolo & contu.c.prout. Sed in caſu propoſito datus erat libellus pro parte actoris: in quo cōtinebatur narratio facti, & petitio in quibꝰ actor ſemper perſiſtebat: ad quæ fiebat directa rn̄ſio per reū confitendo & negando. q̄d ſufficit per iura prędicta: ergo &c. dubium eñ facit ſecūdū eos: qa lit.conteſt. nihil aliud eſt, q̄ꝫ ſimul atteſtatio: vel mentis declaratio, volentium litigare. videbatur ergo ꝙ ſimul, & eodē tempore deberet currere petitio actoris, & rn̄ſio rei, vt l.conſenſu ff.de actio. & obli. ad quod reſpōdebatur ꝙ dato libello per actorem, ſemper conſtabat de animo ſuo de litigando maximè inſtando ꝙ reus compelleretur reſpondere: & ſic perſiſtendo in ſua petitione, ex quo litigandi animus concluditur: vnde per reſponſionem rei factam tali animo perſeuerante, videtur facta lit.conteſta. quæ ſatis videtur eſſe ſimultanea atteſtatio: propter concurrentiam animorum. & pro hoc dicūt do.de Rota. ſaluatū fuiſſe quēdā proceſſum in quadā cā ardua habitū. Et ſic ex prædictis patet q̄d do.de Ro. tria volunt cōtra prædictam ſententiam Hoſti. But. & Barto. & Bald, quamuis de prædictis nullam faciant mentionem.

64 ¶†Ho primò quòd litis conteſtatio poteſt fieri abſente actore ex quo obtulit libellum: & perſiſtit in ſua petitione.

¶ Secundò, quòd temporis interuallum inter oblationem libelli & reſponſionem, non vitiat litis conteſta.

¶ Tertiò, quòd in lit.conteſta. fienda, non requiruntur verba: ſed ſatis eſt porrigere libellum cōtinentem narrationem & petitionem: & quòd reſponſio ſequatur. Et ſecundùm hunc vltimum modū, ſecundùm do.M. ſæpiſsimè & quaſi ſemper practicatur Parmę, vbi ſunt boni aduocati & procuratores: & ſic etiam Senæ, vbi longè ſunt præſtantiores aduocati, & doctiores procuratores. & ſic vidi in iudicijs practicari. & hanc opi. ſequuntur hic Ioan cald. & domi. Anto. Do.M. hic dicit quòd opi. Hoſtien. & Barto. poteſt procedere, ſi porrecto libello & petitione, pars reuocat libellum ante, quàm reſpondeatur, ſed dimittit penes iudicem: & iudex inſtat vt reſpondeatur: nō apparet ratio, quare ex reſponſione ſecuta in termino ſine alia narratione non debeat fieri litis conteſtat. nec reperitur iure cautum, quòd litis cōteſta. fieri debeat ad inſtar ſtipulationis: quinimò dicit Do.M. ſufficere conſenſum partium, qualitercunqꝫ appareat. & pro hoc allegat tex. optimum in capitu. cùm cauſam.j.de appellatio. vbi reſponſio aduocati ad libellum, ſufficit ad litis conteſta. ſi talis confeſsio non reuocatur per partem, vt ibi. & ſic apertè probatur, vt ibi. quod non regulatur per omnia ſecundùm ſtipulationem: quia aduocatus non poteſt ſtipulari clientulo: cùm nō habeat mandatum. ad hoc facit quod no. in l.procuratori præſentis.ff.de procuratori. & l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verborum obligatio. debet ergo regulari litis conteſta. ſecundùm contractus iuris gentium, qui poſſunt perfici per nuncium & per epiſtolam, vt l.j.ff. de contrahen. emp. & l.conſenſu.ff.de actio. & obliga. & quia per epiſtolam valet confeſsio facta: vt l.publia.ff.depo. Item, quia confeſsio facta in libello prodeſt aduerſario, qui poteſt ex ea ſe fundare: licet tempore oblati libelli non fuerit præſens: & hoc, quia ſcriptura ſemper loquitur: vt l.cùm præcū.C.de libę.cau. & quod no. Bal. in l.certum.ff.de confeſſ. & quod not. in capitulo fina.j. de confeſſ. & ad idem capitu. appellatio. de appel.lib.vj. iunctis his quæ ibi dicuntur in glo.fina. facit etiam quod not. in capitulo primo.ſ̄.de libel.obli. vbi exigitur libellus, vt libellanti reſpondeatur: nec cogitur quòd denuo vna voce fiat petitio ſeu interrogatio, probatur etiam in Clemen. ſæpe. verſi. verum. de verborum ſignificatio. & j.tit.j.c.j. vbi ſatis probatur, quòd ad inducendam lit.conteſta. ſufficit quòd ſit facta reſponſio libello actoris: nec ſunt alia verba neceſſaria. & ibi hoc no. do.M. & videtur etiam apertè probari in dicto capitu. dudum. in quibus dicitur, quòd per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſequutam fit litis conteſta. & ſic non requiritur alia interrogatio: nec eſt curandum de interuallo: ſatis eſt enim exhibuiſſe petitionem tradendo libellum bene compoſitum: & quòd fuerit ſecuta reſponſio, vt in iuribus ſtatim allegatis. facit etiam ad prædicta l.ſi ſine interrogatione.ff.de interrog.actio. vbi dicitur, quòd ſi quis in iure reſpondet ſine interrogatione, habetur pro interrogato. nec ob.l.j.in fin.C. eo. quæ videtur exigere narrationem: quia debet intelligi de narratione quæ fit in libello: vt hic dicit domi. Anto. & bene, ſecundùm domi. Ma. nam cùm ille tex. loquitur ſatis generaliter, debet reduci & declarari, ſecundùm iura canonica: quæ magis ſpecificè attingunt hanc materiam. & ſic reſidet domi. Ma. & prædictam opinio. etiam tenet Dominicus in capitulo ſecundo eodem titu. in vj. pro qua deciſione alleg.c.maiores. in fin. de bap. vbi apparet, quòd voluntas ſemel poſita ſemper præſumatur durare: niſi appareat reuocatio. ad idem.c. licet. de procura. in vj. facit optimè quod notat Ioan.And. in capitu. penul. de ſpon. & Archi. xxvij.q.ij. in c.ſubijcit. vbi tenet, quòd ſi vir vna die exprimat verba apta ad matrimonium: & mulier nihil reſpondet: & poſt ea alia die reſpondet per verba apta ad matrimoniū: fit cōtractus: quia reſponſio facta ex interuallo, non nocet: & tamen in matrimonio requiritur conſenſus, vt c.tuæ.j.de ſpon. Ioan. de Imol. hic dicit, quòd credit quòd propter authoritatem dominorum de Rota, dictum eorum ſeruaretur in practica: aliàs difficile eſſet obtinere propter communem opi. in contrarium. & certè Ioan.de Imo. dicit verum. nam articu. iſte videtur mihi ſatis dubitabilis: tum ratione opi. tum propter arg. pro vtraqꝫ opinio. deducta. Ego verò in hac dubietate arbitror diſtinguēdum: quia aut loquitur in cauſa ciuili, aut criminali. primo caſu, aut poſt reſponſionem rei actor non vult comparere: vel ſi cōparet, non vult litem proſequi. & hoc caſu, arbitror quòd per negatio. vel contradi. rei lis non habeatur pro conteſta. in auẗ. qui ſemel. & quod no. in c.prout.j.de dolo & cōtu. in gl. fi. & eſt in promptu: quia ex quo actor nō vult comparere, aut cau-

tam prosequi:non videt persistisse in voluntate priori.s. essendi in lite cũ reo, aut post contradi.seu nega.rei comparet actor. & prosequitur in causa, faciendo acta quę solita sunt fieri post litis contesta.ac si lis esset contest. & tunc procedat opi. do.de Ro.& ratio fit differentiæ:quia licet voluntas semel posita pręsumatur durare, vt dixi, & probatur in l.lucius.ff.de lega.ij.& l.is qui.ad fin.ff.ex quibus cau.maio.& l.cùm tacitum.ff.de proba.tamen in casu primo ex actibus sequentibus illa voluntas præsumitur mutata, sed in casu secundo, præsumitur durare.faciunt nota.in l. sed & Iulianus.§.proinde.& §.interdum. ver. sed si ab initio.ff.ad mace.& l.si ventri.in fin.ff.de priuileg. credi.in quibus iuribus apparet quòd per facta vel non facta sequentia, seu ex posteriori euentu, declaratur voluntas præcedens.ad idem quod nota.in lege quædam.ff.de rebus dubijs.& l.post contractum.ff.de rela.& prædicta notabis:quia nouissima sunt. Si verò loquimur in criminalibus, quamuis id quod fit in iudicio non sumat effectum, nisi aduersario innotescat.in authen.de tempore non solu. pecu.§. contestationem. colla.vij. tamen si accusator tempore quo produxit accusationem asseruit ipsam esse veram:& iurauit de calumnia:& reus citatus cõparuit:respondet & iurat de calumnia:quamuis accusator tempore responsionis eius non fuerit præsens:tamen facta est litis contestatio:vt no.in c.prout.j. de dolo & contu.nam in criminali absente accusatore iudex potest ex officio procedere, & interrogare:vt l.ij.C.de aboli.& l.quamuis.C. de adulte. tradit Barto.in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.& Bal.in l.j.C.qui accusa. non pos.ver.sed hic occurrunt.& idem tenet Bal.in l.j.C. eod. allega.tamen in contrarium l.absentem.ff.de pœn. vbi dicitur, quòd ordo causarum criminalium redactus est ad instar ciuilium. sic videtur idem dicendum. Sed potest responderi, licet ipse non respondeat, quòd redactus cum dicta qualitate iudicis supplentis absentiam accusatoris.& adde ad declarationem, quæ dixi in rub.in primo arti.ver.intentione sua insistente.

66 ¶†Quintò quæro vtrũ ex parte actoris sufficiat rescripti præsentatio ad lit.contest.So.tex.videtur sentire quòd sic, in c.ij.j. de dila.dum tex.ibi vult, quòd post præsentationem rescripti procedendum sit ad examinationem causæ, quæ examinatio non potest fieri lite non contesta. so.Hostię. & Doct.communiter tenent contrarium.vnde dicunt, quòd ille tex.debet intelligi, si modò procedat libel.litis contestatio.& iuramentum calumniæ.& ita tenet ibi domi.Ant.& do.me.ad quod vide quæ plenè dixi in c.ij.de lib.ob.in xij.princi.articu.q.xvj.ver.sexta regula.

67 ¶†Sextò quæro ex parte conuenti generaliter, an ad litis contesta.requiratur responsio: & qualis.So.tex. iste probat quòd sit necessaria.& ad idem tex.in l.rem non nouam.§.patroni.C. de iudi.& l.ij.§.j.C.de iura.calum.Non ob.in l. vnica.C. eodẽ. vbi tex.dicit, quòd per narrationem fit litis conte. nec aliquid dicit de responsione:quia ille tex.debet suppleri per aliqua iura, scilicet per narrationem & responsionem. est ergo necessarium quòd per ipsum reum fiat responsio: & sic actor & reus attestantur esse in lite, contradicendo vnus alteri:quia contestatio est simul attestatio, vt sæpius dictum est. Et quamuis Ange. dicit quòd omnis responsio contraria ad interrogationem, inducit litis conte. vt ipse no.in aut.de trien.& semis.§.illud.el.iij.tamen istud non est simpliciter verum vt ex j.dicendis apparebit:nisi intelligas quòd sit contraria responsio ad petitionem, secundùm ea quæ j.dicam. Ad quod vide quod dixi. s. in j.q. prin.istius arti.in prin.debet ergo ad hoc vt per responsionem rei inducatur lit.conte.sequi apta responsio ad lit.contest.vt ex s.dicendis clarius apparebit singulariter.

¶Septimò quæro, vtrum ex parte conuenti sufficiat negare narrata dũtaxat.vel sufficiat negare petita tantũmodo, vel exigatur vtrunq;.Sol.ex his quæ dixi.s.e.ar.q.j. videtur quòd nõ sufficiat negare narrata dũtaxat. Sed aduerte: quia Innocen.& Hostien.& Io.And.formant q.quid si reus respondet negando tantum ius, vel negando narrata, vel causam tantùm: an inducatur lit.conte.Exemplum primi.petis à prælato centũ occasione mutui.Prælatus respondet, nego pecuniam in vtilitatem ecclesiæ versam:vel quod petis nõ deberi tibi de iure.& sic non negat narrata, sed tantũ respondet de iure. Exemplum secundi, quãdo negat tantũ causam, seu narrata.puta, nego te mutuasse.& in hac quæstione Doct.communiter tenent, quòd si reus negat tantũ causam, seu narrata:puta, mutuasse quòd lis intelligatur conte.quia sufficit alterum tantùm negare: quia cùm ex causa proposita, & non ex alia ius competat petenti: negãs causam, puta mutuum, dicit se per consequens ex mutuo nõ teneri.& sic per consequentiam negat esse ius: & petitioni dicitur respondere. Nec obstat si dicatur quòd alia est causa, & alia actio.de quo dixi latè in c.ij.s.de libel.oblatio.in xij. principali articu.q.x.& xj.quia si sit alia, non tamen est aliud quò ad effectualem substantiam:quia vbi causa est bona, ibi est recta petitio:& econtrà.& remittit Hostien.ad summam in titu.de libel. oblatio.§.quid debeat.ver.alij dicunt.& sic sufficit quòd respõdeatur tantùm narrationi & facto:licet non respondeatur conclusioni. Idem tenet Guil.in l.vnica.C.eo.& l.edita.C.de eden. Et idem dicendum quãdo solùm respondetur de iure:quia negando consequens, videtur negari antecedens. Et idem etiam tenet Specu.eo.titu.§.ij.versi.sed nunquid per responsionem. vbi dicit quòd si petis à me fundum quem asseris me tibi vendidisse:& ego respondeo quòd non competit prædicta petitio fundi:vel non debeo tibi dare, aut tradere:quia in dicta venditione non fuit debita solennitas obseruata, quòd per hanc responsionem sit lit.contesta.secundùm do.me.& do. Anto.hic. & idem videtur sentire Bar.in d.l.vnica.C.eo.vbi dicit, quòd si actor narrauit tantùm factum, puta dicendo narrata prout narrantur, vera esse.& reus solùm respondet ad factum, quòd inducta est litis contestatio, per illam.l.j.quæ de necessitate non exigit narrationem iuris. Item hoc probatur per l.ij.§.j.C.de iuramento calumniæ, qui tex. loquitur magis generaliter per verbum, narrationem vel responsionem, nec dicit de narratione facti, nec iuris:& sic vtraq; potest intelligi. Et ad idem tex.in lege rem nouam.§.patroni.C.de iud.qui etiã tex. generaliter loquitur dicens, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam.& non dicit, facti vel iuris. Quidam tamen voluerũt vt referunt Cy.& Barto.in dicta lege vnica. quòd non sufficit simpliciter negare:nisi dicat, & petita fieri non debere: quia sicut condemnatio procedit ex officio iudicis: ita & absolutio. Sed iudex condemnare non potest, nisi ab eo petatur in libello. ff.de damno infec.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ergo sequitur quòd absolutio fieri non poterit:nisi reus contestando litẽ hoc petat à iudice:maximè cùm omnis sententia debet esse conformis petitioni:vt in capitu.licet heli. de simonia. & hæc opinio communiter non tenetur:sicut videtur sufficere sola contradictio, seu negatio facti:quia ex facto ius oritur:vt l.si ex plagijs §.in cliuo.ff.ad l.aquil.& l.j.§.j.ff.ad turpil.vnde præsupposita narratione facti, sequitur conclusio iuris. Item ex parte rei proposita conditione facti, sequitur iuris conditio: quia actore factum nõ probante, reus absoluitur, vt l.qui accusare. C. de edẽ. & in c.inter dilectos.in fi.j.de fide instrumen.facit etiã ad prædicta.c.querelam.s.de elec.argumen.c.cum ad sedẽ.j.de restitu. spolia. Et similiter subdit Barto.si actor narrat ius: reus econtrà negat illud ius:verbi gratia, proponit actor.dico fieri debere petita:reus negat petita fieri debere quòd inducitur lit. cõte. & idem sentit gl.in d.l.vnica.in exemplo quod ponit, si actor dicit, debes mihi x.quia debere significat obligatum esse:& sic est iuris.insti.de obli.in prin.& si reus hoc negat:inducit lit.cõtesta.pro quo dicto Bar.alleg.tex.in c.ad audientiam.j. de præscrip.ibi, nulla ratione debere.mouetur Bar.quia ad propositionem consequentis, sequitur positio antecedentis:vt l.pro hærede.§.papinianus.& l.illud.ff.de acquirẽ.hære.quare cùm narro ius, video narrare illud factum ex quo ius oritur:& pari ratione idem dicendum reo hoc negante. & ex eadem ratione dicit Barto.idem esse, si actor narrat factum:reus respondendo negaret ius:satis videtur ad proposita respondisse: & induceret lit. contesta.argu.l.quæ extrinsecus.§.fi.& l.si sub vna. in princ.ff. de verbo.obli.& sequitur hic do. Anto. & idem in effectu.licet sub breuibus voluit Bal.in d.l.vnica.C.eo.q.viij.qui allegat ad hoc quod no.in l.age.C.de transact. & l.edita.C. de eden.in opi. Vgulini. Sed tu aduerte:quia hæc procedunt in ciuilibus: in criminalibus verò dicit Bart.in l.j.§. accusationem.ff.ad turpil.quòd non admittitur responsio rei negantis se culpabilem & quòd iudex non debet admittere talem responsionem:quia reus debet respondere super facto: vtrum fecit, vel non fecit id super quo accusatur:non autem vtrum illud sit culpabile, vel non:quia hoc spectat ad iudicem:vt d.l.j.in prin.& d.§. accusationem.facit quod no.in c.fina.j. de pur.cano. & sequitur Bal.in d.l.vnica.C.e.q.viij.quod est perpetuò notandum:quia quotidie contingit in practica: dicit hoc singu.Hostien.quòd si libellus est ineptè formatus, potest reus dicere, confiteor narrata, sed dico petita fieri non debere. Et ita dicit se de facto in quadam causa fecisse & obtinuisse.& sequuntur Ioan.Andr.& do.Anto.& do.meus hic. Item aduerte quòd prædicta procedunt per negationem vel contradictionem incompetentem, actor alias secus. Et ideo si reus dicat iudicem incompetentem, quod intellige quò competentem: non dicetur lis contestata. quod intellige quò ad merita.nam quò ad ipsam dilatoriam tantùm est lit.cõte.tenendo quòd exigatur litis contestatio in talibus, aut similibus. de quo dicam.j.titu.in c.quoniam.in iij.prin.ar.& tenet hic do. Anto. Ad quod etiã allego quod sensit gl.in l.j.C.e.facit etiam quod

quod no.glo.magna in aut. de trien.& semis.§.illud. quinimo dico,quòd etiam si fieret negatio principaliter ad petitionem, sed non fieret respectu meritorum causæ: sed solùm ad excludendam iurisdictionem: puta,agi ratione contractus celebrati: vel delicti commissi in alieno territorio,licet negetur cõtractus vel delictum in illo territorio ad excludendum iurisdictionem illius iudicis: vel etiam si reus negaret narrata,prout narrantur, vera esse: non inducitur litis cõte.secundùm Hostien. Io. And. do. Ant.& Do.me.in c.si clericus laicum.s̃.de foro cõpe.quinimò ibi singulariter dixi,ꝙ si in libello essent narrata plura: & inter alia aliqua qualitas tribuens iurisdictionẽ,quæ etiã respiceret merita causæ: vt in exemplis superius positis,& similibus quòd si comparens negaret narrata prout narrantur,vera esse: & petita,prout petuntur,fieri debere: non propterea dicitur facta lit.conte.quod est singularissimũ. Ad quod oĩno vide quæ dixi in.d.c.si clericus laicũ.in x.prin.ar.vlteri⁹ aduerte etiã,quia in quantũ superius dixi,ꝙ ad lit.conte.sufficiat negatio,seu cõtradictio ad narrationem seu factum: hoc procedit,quando libellus contineret non solùm narrationem,sed etiam petitionẽ: secus autem si contineret solam narrationem: quia tunc per responsionem,& contradictionem ad narrationem,non fieret litis conte.vt dixi s̃.eo.arti.q.j.

68 ¶†Octauò quæro, vtrum ad lit.contest. inducendam requirat̃ animus contestandi litem.So.glo.nostra hic vult,ꝙ fiat animo litem contestandi.vnde infert, ꝙ si reus respondeat saluo iure suo,& sine suo præiudicio: non animo litem contestandi.lis nõ erit contestata.Sed aduerte: quia istud procedit,quando appareret de ipsius intentione ꝙ actus fieret animo non contestandi litẽ: vnde pro clariori decisione istius. q. distingue duo mẽbra.

¶Primum,quãdo sumus in dubio: quia reus simpliciter respõdet: nec apparet de ipsi⁹ animo: vtrũ respõdeat animo litẽ cõte.

¶Secundò,qd iuris qñ exprimit ꝙ animo litem cõtest.vel animo non cõtest.litem.Quò ad primum membrum tex. in c.pe. j.de iura.calũ.videt̃ requirere ꝙ ad litem cõte.vltra petitionem & responsionem exigatur quædam interrogatio: seu respõsio animo litem contest.vt ibi no.do.Ma.Host.in sum.eo.tit.§.fi. in fi.dicit ꝙ si nihil exprimat,videtur lis contestata.arg.ff.de cõdi.inde.l.quod quis.& ff.de verb.obli.in l.quicquid astringẽdę. & C.de condi.ob cau.in l.si repetendi.& remittit ad no.in sum. in ti.de consti.§.quando constituto.ver. quid si protestatio. & idem tenet Spe.eo.ti.§.ij.ver.quid ergo si proponuntur. qui dicit ꝙ Domi.de Rota deci.xij.concludunt,ꝙ si reus respondendo libello actoris neget narrata,prout narrantur, & dicat petita fieri non debere: licet non addat & dicat animo lit.contesta. nihilò minus inducitur litis cõtestatio,per tex. nostrum, & per l.rem non nouam.§.patroni.C.de iudi.& C.de iura.calum.in l. ij.§.j.& s̃.de elec.c.dudũ.el ij.ista enim iura & similia solùm exposcunt responsionẽ ad petitionẽ. & pro hoc facit secundùm do.Ma.quia non præsumitur ꝙ quis verbo exprimat quod mẽte non agitauit.ff.de supel.leg.l.labeo.& c. in obscuris. de reg. iur.in vj.alioquin simili datione videtur ꝙ in contractibus & vltimis voluntatibus,priuilegijs,& rescriptis,non valerent: nisi adderetur huiusmodi animi expressio quod esset absurdum.facit c.intelligẽtia.& c.præterea.j.de verb.sig.& c. ex literis.j. de spon.& quod ibi no.verba enim intelligi debẽt secundùm communem intelligentiam: nec statur interpretationi proferentis in iudicio: sicut in simili dicimus de iuramento: vt no. Inno.in simili in c.veniẽs.j.de iureiur.putat tamen do.M. quòd vbi est consuetudo ꝙ talia verba proferantur, qñ respondetur animo conte.litem,ꝙ nisi talia verba exprimãtur,non dicetur lit.cõte. ar.l.semper.ff.de reg.iur.& l.libellorũ.§.quod tamen cassius.ff. de leg.iij.& in d.c.ex literis.& c.cũ dilectus.de consue.& optimè facit l.si de interpretatione.ff.de legi. sed cessante consuetudine,tenet quòd superius dictum est,quod etiam videt̃ sentire Io.And.dicens,quòd ex quo verba sunt apta ad litem cõtestãdam,præsumitur animus contestandi: ex quo aliud non appareret.& hoc etiam videntur voluisse Inno.& Doct.in c.cùm M. de consti.ideo ibi protestatio defendit à lit. contesta. vt statim dicam in secundo membro: quia in dubio præsumitur quòd qs verba apta proferat animo litẽ contestandi: aliàs si talis animus non præsumeretur: non esset necessaria protestatio,quòd id fieret animo non contest.lit.secundùm do.Ma.

¶Circa secundùm membrum,quando appareret de intẽtione respondentis.exemplum,quando reus respõdet libello animo nõ contestandi lit.glo.nostra hic vt s̃.dixi, vult quòd impediatur litis contestatio.& idem tenet glo.in l.vnica.C.eo.& Bart. brixen.in q.venerabili.q.xxxiiij.I an.& Vincen.& Vgu.in c. humana.de elect.& Azo legista. & etiam idem tenet Guil. de cu.si non statim post protestationem sequatur responsio,sed si ex interuallo.ad primum allegat iura quæ dicunt protestationem tollere animum in actu,in quo fit protestatio.ff.de relig.l. at si quis.§.plerique.& l.in aliena.§.Celsus.& l.si quis seruum.§. Prætor.ff.de acquiren.hæredi. Ad secundum alleg.ff.solu.mat. l.dotem.ff.de condi.& demonstra.in l.nam ad ea.ff.loca.l.cùm in plures.§.locator horrei.& sequitur Cy.in l.vnica.C.eo.in v. q.quia potestatio declarat animum: tamen opponit: vt l. iure gentium.§.quod ferè.ff.de pac.& l.si quis in princi. testa.ff.de lega.iij.& in litis contesta.exigitur animus,sicut in sententia: vt l.qualem.ff.de arbi.domi. Ant.hic dicit concludendum ex mẽte Docto.vtriusque iuris,quòd si reus protestatur quòd respondet animo non contestandi lit.& nec iudex,nec pars contradicit protestationi: iuuat protestantem: & impeditur litis contesta.per iura disponentia protestationem iuuare in his,quæ dependent ab animo.& hoc magis æquum,quando statim sequitur responsio & non ex interuallo,per no.in l.per retẽtionem. C.de vsufru.& l.item quia.§.idem Iulianus.ff.de pactis.& fuit no.Guil.de cu.in d.§. locator horrei. non obstat quòd protestatio contraria facto,non iuuat protestantem.s̃. de constitu.c. cùm M.quia illud verum, quando ordinatur ad tollendum factum: quia facta non possunt haberi pro infectis,vnde si protestor quòd non respondeo: me respondente nihil agit protestatio,vt l.in bello.§.factæ.ff.de capt.sed si protestatio ordinatur ad tollendam mentem facto: tunc bene operatur,secundùm Iaco.but.per l.labeo.ff.de sup.leg.sed melius facit,secundùm do. Anto.l.obligationum substantia.§.fi.ff.de act.& obliga.Barto. etiam idem tenet in effectu: licet loquatur alijs verbis: dicens protestationem operari,quando protestatio respicit vnum: & factum aliud: nam ex lit.contesta.insurgit quasi contractus: vt lege tertia.§.idem scribit.ff.de procura.vnde protestatio ordinata ad tollendum quasi contract.& non responsionem: & sic contingunt diuersa. Item etiam voluit in effectu Innocen.& recitat Spec.eodem titu.§.j.versi.illud.dicens quòd vbi factum habet dũtaxat vnum sensum & intellectum: protestatio ordinata ad tollendum sensum ex toto non iuuat protestantem: vt d.c.cùm M.Sed secus quando factum esset multipliciter intelligibile: prout est in terminis nostris, responsio ad libellum potest dupliciter intelligi: vno modo,vt fiat animo contestandi litem: alio modo,vt fiat animo instruendi, vel informandi iudicem. Hæc ergo protestatio declarans & impellens animum: & alterum ex dictis sensibus non contraria facto: & iuuat protestantem. Ex prædictis infertur quòd si reus protestetur quòd respondet libello metu excommunicationis: aliàs non responsurus: & hoc probet: quia iustus est metus, non habebitur lis pro contesta.quia excommunicatio iniusta infert iustum metum.s̃.de restitutio.spolia.c.cùm olim.nisi postea prosequendo videatur recedere à metu.ita dicunt do. de Rota deci.xxxv. & sequitur hic domi. Ant.& de hac q.tractat Hostien.in summa in titu.de consti.§.quando.versi.quid si protestatio.vbi concludit,quòd protestatio semper iuuet, donec contrarius actus interueniat.vnde licet semel fuerim protestatus: si tamen postea iudex vel actor loquatur: & narret vel petat: & reus iterũ surgat: & in protestatione proponat verba apta ad litis contesta. videtur inducta litis contest.quia recessum à prima protestatione: vt c.prout.j.de dolo & contu. Ideo cauti aduocati semper repetunt & dicunt,salua tali protestatione quam s̃.feci sic propono: quia protestationes iudiciorum de facili perduntur, seu amittũtur: sicut dilationes & exceptiones,vt l. pomponius.§. rati.ff.de procur.Spe.de hac materia latè tractat.eo.tit.§.ij.ver. ex præmissis. & Io.An.in regula,exceptionem.de re.iur.li.vj. vbi ipse narrat plures disputasse hanc.q.& recitat solutionem plurium,sed eandem sequi videtur opi.Mar.filli.& Azo.canonici Boñ.Doct.iuris canonici,coniungendo eas opi.ex quibus sic distinguit,ꝙ aut nec iudex nec aduersarius cõtradicit protestationi: & impedit lit.cõte.quia ad litis cõte.requiritur animus cũ lit quasi contractus,vt in aut.de exhi.& intro.reis.§.illud.& l.iij.§.idem scribit.ff.de pec. sed ex protestatione declarat̃ animus: vt dixi.& hoc procedit,qñ post protestationẽ incõtinenti sequit̃ responsio.Si verò respondet ex interuallo,videtur recessisse à protestatione: vt d.l.cùm in plures.§.locator.ff. locati.& placuit Host. in d.c.cũ m.quia qñ ꝓtestatio fit in iudicio: & actus sequit̃ ex interuallo: semper videtur recessum à protestatione nisi sit repetita,vt no. Arch.in terminis nostris.xxviij. di.c.diaconi.sed Io.de Imo.in l.non solum.§.morte.ff.de oper. no.nun.dicit ꝙ hoc videtur procedere quando ꝓtestatio fuisset simplex: aliàs ex quo protestatio est declaratoria volũtatis ipsius protestantis: & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem: dicit ipse ꝙ non videt, quare etiam in iudicijs protestatio non operetur, pro quo dicto ego allego qđ tradit Bald.in l.pacta nouissima.C.de pact. vbi fortius vult si indefinita protestatio trahitur ad actus qui ex postfacto fiunt.de

quo dicit esse casum in l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.ij. Nec ob.l.per retentionem.C.de vsu.quia ibi oblatio simplex extenditur ad vsuras ex interuallo intermissas,propter odium vsurarum.Sed aduerte,quia d.l.si quis in prin.loquitur in actu dependente à voluntate vnius duntaxat. mihi satis videtur iuridicum,quòd si reus responderet cum protestatione quòd nō intendit per aliam responsionem,nec per aliam similem in futurum litem contestari:quòd non esset postea necessarium repetere protestationem: nisi iudex diceret quòd non admittit: nec intendit admittere responsionem cum dicta protestatione: quia tunc esset necessaria repetitio protestationis, per ea quæ statim dicam.Aut iudex contradixit protestationi:& hoc casu etiam protestatio iuuat: quia litis contestatio dependet à partis voluntate,& iudicis:& ideo contradictio iudicis non potest inducere cōsensum & animum in ipsa parte:maximè cùm iudex non possit præcisè cogere reum ad litis contestationem:vt latè dixi.s.eo.articu.vij.quāuis ipse iudex possit non admittere dictam responsionem cum dicta protestatione:vt c.sollicitudinem.de app.& idem putat Ioan.And.si actor contradicat protestationi:quia ipsius contradictio non tollit protestationē rei, cùm fiat super dependentibus tantùm à consensu & voluntate ipsius conuenti.iuxta nota.per Io.And.in regula,in generali.de reg.iur.in vj.in penul.col.ver.sed pone no.in c.cùm.M.de consti.& hanc opi.tenet etiam Cy.post Ia.de Ra.in l.vnica.C.eo.in vj.q.& Bar.ibi.Præfati tamen Doct. non attingunt specificè,quādo rñdet ex interuallo post protestationem.& tenet etiam Bar.& sequuntur Doct.legistæ in l.non solùm.§.morte.ff.de oper.no.nū.& videtur etiam sequi hic do.Anto. præterquàm in vno membro:in quo videtur sequi opin. Iaco.but.& Guil.de cu.videlicet,quando iudex non admisit protestationē: quia dixit quòd non admittebat dictam protestationem: sed volo quòd respondeas animo litem contestandi:quo casu,volunt præfati Docto. quòd protestatio non iuuet:quia ex quo acquiescit iudici & rñdet,videt velle ex eq præceptū iudicis & acquiescere interlocutoriæ:ex quo saltē post verba iudicis non repetit protestationem.ad quod alleg. Iaco.but.l.debet.§.j.ff.nau.caup.stab.Sed do.meus ī hoc vltimo distinguit,ꝙ aut reus respondet ad libellum,præmissa protestatione: & iudex post responsionem dicit,non admitto talē protestationē:& tūc procedet prima opi.cùm enim dependeat ab animo suo, an respōdeat lit.cōte.contradictio iudicis sequens non potest ponere intentionē,vbi non adest:maximè cū omnibus contractibus, seu quasi,si vna pars sentit vnū:alia aliud:nihil agitur:quia non est ibi cōsensus:vt l.in omnibus.ff.de act.& obli.& quia actus agētium in his quæ dependent ab animo,non operanē vltra eorū intentionē:vt l.nō omnis.ff.si cer.pe.& l.obligationū substantia.ff.de act.& obli.& l.legata inutiliter.ff.de leg.j.Aut reus primò præmittit protestationē,ꝙ per ea quæ dicit non intendit litem cōtestari:& antequā respondeat iudex,contradicit:& reus postea respondet:& tunc si repetit eandē protestationē,idem dicendum est quod supra.Si verò post iudicis contradictionē simpliciter respondeat:tunc videē respondisse animo litē cōtestandi:& voluisse acquiescere interlocutorię iudicis.ar.optimū ex his quæ no.in Cle.j.de dolo & contu.in verbo,manifestè.in prin.facit.d.l.cū ī plures.§.locator horrei.& d.l.debet.& quod traditur in d.c.cū M.& sic procedat opi.Ia.bu.& sequaciū. & hæc opi.videē satis rōnabilis.& ita debet intelligi opi.Bal.in l.j.C.eo.qui videē sequi opi.Ia.bu.prædicta arbitror ꝓcedere,qñ verba prolata cum dicta ꝓtestatione essent multipliciter intelligibilia:aliàs secus,vt puta si diceret,nego & contestor lit.animo nō cōtest.quia tunc protestatio nō iuuaret:cùm actus non posset difformiter,sed vniformiter:per ea quæ dicta sunt.

69 ¶†Nonò quæro,si in petitione vel libello plura narrātur:vtrū plures requiranē rñsiones:& sic lit.conte. & quid si respondeē ad vnum,& ad alia.so.debes scire ꝙ si plura petuntur in libello: vtrum dicanē plures libelli,vel vnus,dixi latè in c.si.s.de lib.ob.ar.xxix.q.viij.dic ergo ꝙ aut quis solùm respondet ad vnū de pluribus petitis,per verba apta ad lit.conte.& super illo tantū intelligiē lis esse cōtestata:nisi illud super quo lis est cōte.sit connexum cū aliquo,vt puta,si petis seruitutē debitam fundo tuo & ego dico te non esse dominum fundi:quia hoc modo consequenter nego seruitutem tibi deberi quia non potest deberi non domino, vnde lis dicitur contestata super seruitute, seu confessoria, secundùm Guiliel. de cu.in authenti. offeratur.C.de lit.contesta.& sequitur hic do. Ant. nec vitiatur processus licet alijs rebus vel capitulis lis non sit contestata: quia litis cōtestatio habet suum effectum respectu illius capituli:non autē respectu aliorū,vt no.glo.& Doc.iij.q.x.c.placuit. Ad hoc ergo vt plena fiat litis contestatio super omnibus capitulis,respōdendum est omnibus.ff.de ap.in l.cùm in vna.& ff.de ope.no.nuncia.l.de pupillo.§.si plurium.& ij.q.iij.§.notandum. ver.si plura.j.de sen.excom.c.cùm pro causa.sed & si sic respondeatur,sicut in Romana curia fieri cōsueuit,nego narrata ꝓut narrantur:& dico petita fieri non debere,plena est facta lit.conte.ar.insti.qui.mo.tol.obli.§.est & prodita.& ff.de verbo.obli.l.pluribus.in prin.& l.titia.in fi.& idem si omnia negentur, secūdùm Gof.quasi ad omnia intelligatur singulariter responsum. & refert Hostien.in summa.§.qualiter.in princi.Subdit tamen Hostien.ibi hoc esse admittendum,si plura disiunctiuè sint posita in libello,sed si copulatiuè,oportet quòd singulariter respōdeatur:alioquin pro vno falso quod ibi poneretur, posset totus libellus negari:tamen metu periurij,secundùm ea quæ notantur per eum in ti.de rescrip.§.de ipsius interpretatione.Sed aduerte:quia per prædicta non videtur Hostiē.negare quò minus lis sit contesta.super omnibus,sed quòd talis responsio nō debet admitti:ne reus neget verum ratione falsi admisti.de quo etiam tangam in seq.q.sed particulariter respondendo,quodlibet capitulum suam requirit responsionem:& sic suam contestationem,vt sentit hic Do.me.in prin.gl. sed simpliciter fiat negatio:aut indefinitè omnia videntur negata, vt voluit Iaco.but.in l.vnica,C.eo.& sufficit vnica contestatio pro omnibus. Facit c.cùm olim.el.j. de offi.deleg. & quia responsio simplex & indefinita æquipollet vniuersali:vt in c.vt circa.de ele. in vj.& l.plures.ff.de leg.ij.cum alijs vulgatis super pluribus: ergo diuersis rebus vel capitulis in eodem libello deductis,potest fieri lit.contesta.particulariter super singulis,vt dixi,& probatur in c.ex parte decani.de rescrip.an vniuersaliter negando omnia vera esse:& petita fieri debere:quia etiam cum pluribus agentibus potest reus vnico verbo cum omnibus litem contestari, per ea quæ dixi.s.in rubrica in ij.princ.articu.Et prædicta procedunt quando res & capitula æquè principaliter continerētur in libello,sed si non æquè principaliter, dic vt dicam in sequenti quæstione.

70 ¶†Decimò quæro,quid si plura narrentur & petantur in eodē li.aliqua principaliter,& aliqua non principaliter, & fiat negatio vel confessio indefinita,vel simplex:vtrum intelligatur negatio vel confessio facta ad ea quæ principaliter sunt petita:an verò videatur negare vniuersum, sed non singula? exemplum: A.secundus creditor agit hypothecaria contra B. primum creditorem:& alleg.se mutuasse centum.C.& rem quam petit hypothecariam fuisse in bonis C.debitoris à tanto tempore citra. modò B.primus creditor conuentus respondendo libel.negat contenta in libel.quæritur vtrum videatur negare rem fuisse in bonis debitoris.effectus est iste:quia si hoc negat, & conuincitur de mendacio,non obstante prioritate temporis,debet succumbere in hypotheca,vt in auē.de trien.& semis.§.illud. Sol. Iaco.but.in l.j.C.eod.dicit quòd hoc non videtur negasse:cùm sit sibi pœnale, sed videtur negasse cætera: quia ratione vnius partis falsæ tota oratio vniuersalis potest negari, vt l.si is qui ducenta.§.vt cùm.ff.de rebus dub.& idem tenet Bal.in d.l.j.C.eo.in vj.q.alleg.ad hoc quod no.in c.ij.de confes.in vj. & dicit hoc esse multum notabile: quòd vniuersali negatione non videntur negata omnia & singula:& ideo vbi subiūgat ipse quæstionem,vtrum expediat agenti probare rem fuisse in bonis debitoris:videtur quòd non:quia si hoc non videtur negatum:tacitè intelligitur concessum:quia interrogatus de pluribus,si aliqua negat:reliqua videtur confiteri,& econtrà.ff.de mino.l.& si sine.§.sed quod papinianus.nec potest dici quòd non videatur nec confessum nec negatum: quia tunc non erat perfectè responsum ad interrogata. finaliter concludit ipse Bald.quod sibi videtur salua veritate,quòd omnia singula intelligantur negata,quæ sunt de substantia petitionis, cùm non subsit ratio: quia magis vnum de substantialibus, quàm reliquum videtur negatum.Similem rationem ponit tex.in lege prima,in fi.C.de libe.præte.vel exhær.Et pro prædicta opinio.ego allego:quia sicut libellus videtur fateri omnia quæ in libello continentur: vt l.cùm præcum.C.de lib.causa.dixi latè in capitulo fina.s.de lib.ob.argumen.xxxiiij.versicu.vj.effectus.ita pari ratione qui respondet confitendo:videatur fateri omnia contenta in libello:& in omnibus sibi præiudicet. In contrarium tamen ob.q̄d tradit Barto.in l.si cui serui.§.à filio.ff.de lega.j.vbi dicit, quòd si P.accusatur quòd cognouit C. vxorem G. quòd aut accusatus fatetur omnia contenta in accusatione, seu in inquisitione,si contra eum inquiritur:& videtur fateri qualitatem.scilicet quòd C.sit vxor G.aut simpliciter fatetur: & tunc secus. Item ad idem & fortius facit quod no.Barto.in l.si dubitatur. versi. ita demum.ff.de fideius.vbi fortius vult quòd etiam si fateatur omnia contenta in accusatione vel inquisitione,non videtur fateri qualitatem.facit l.de qua re. iuncta glossa prima.ff. de iud. Ad idem facit quod not.Specu.in titu.depofi.§.vij.versicu.xj. Sed

Sed aduerte: quia quò ad terminos nostros, si quidem vnum aut plura narrantur principaliter: quò ad ista talia consideramus de lit. contestat. quia quò ad alia, intelligitur facta lit. contest. non quò ad accessoria, seu ad qualitates deductas non principaliter, & sic per simplicem negationem, aut indefinitam vel confessionem, intelligitur esse facta lit. contesta. quo ad illa omnia quę trahunt secū accessoria respectu cōte. lit. dūmodo sit admista aliqua qualitas tribuens iurisditionem, quę etiā respiceret merita causæ: quia tunc per generalem, vel indefinitam negationem non diceretur facta lit. contest. per ea quæ dixi. s. eod. articu. q. vij. Debet ergo negatio fieri ad principaliter petita aliàs per responsionē ad declinationes dilatorias, vel incidentia nō induceretur lit. cōtest. secundùm do Anto. hic. Aut quærimus, vtrum talis confessio vel negatio, quò ad aliū effectū, referatur nō solū ad principa. sed ad accessoria & qualitates deductas. de hoc vide in locis præalleg. & ego latius dicam in materia positionum & confessionum j. in tit. de cōfes.

71 ¶†Vndecimò quæro. quid si actor petit centum: reus simpliciter negat petita: actor probat de quinquaginta: an sit cōdemnandus in quinquaginta, vel non, quasi lis non sit cōtestata super quinquaginta? & videtur quòd dicendum sit quòd non sit cōdemnandus: quia secūdùm logicos, negata maiori summa, nō videtur negata minor. vnde si nego me debere centū: non sequitur quòd negem me debere quinquaginta. & sic videtur quòd sit opus noua petitione: & noua lit. cōtest. quia licentia debet esse conformis petitioni. vt l. vt fundus. ff. communi diuid. & c. licet heli. cum si. de simo. Sed in contrariū videtur text. in l. item apud Iulianum. §. item queritur. ff. de doli excep. & ff. de nego. gest. in l. si autem. §. penul. & quia negando petita, videtur asserere se non teneri in aliquo, vt l. de ætate. §. ij. & l. si defensor. §. qui interrogatur. ff. de interroga. actio. Nec ob. quòd in maiori summa negatiuè proposita non insit minor: quòd illud verū de propria significatione. secus in iudicijs, vbi quis cogitur aduersarium centum facere, & præcisè respondere. vnde in toto videtur negare: etiam si vnū debeat: aliàs videtur periurus seu mēdax: & sic super summa probata in petitore, videtur esse facta petitio & responsio: & sic lit. contest. secundùm Pet. & Cyn. in l. j. C. eod. & do. Ant. hic. sed Iaco. butr. in l. j. C. eod. tenet contrariū vbi dicit, quòd si petitio est vniuersalis plura comprehendens: quòd vniuersaliter negando petita, non videtur singulariter negare: quia oratio vniuersalis potest negare: si in vno tantùm est falsa. vt l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. & de hoc remittit do. Anto. ad no. per Bart. in l. j. in §. si stipulanti mihi. x. ff. de verbo. oblig. & ibi latius per Ioan. de Imol. dicit tamen domi. Anto. quòd primum communiter tenetur. & idem tenet Bal. in d. l. j. in vij. q. videlicet, quòd intelligatur facta lit. contesta. etiam super quinquaginta, & ita vidi communiter practicari: quia qui petit totū, petit quālibet eius partem: quia responsio recipit interpretationem à præcedenti interrogatione, vt l. defensor. §. qui interrog. ff. de interrog. act. dicam latius in titu. de confes. in materia interrogationum. & quia lit. contest. est correlatiua ad petitionem & cōtestationem ex parte actoris. vnde sicut actor lit. cont. super tota summa à qualibet eius parte: quia loquitur affirmatiuè: quia dicit narrata vera esse & petita fieri debere: eodem modo, & reus intelligitur lit. contest. quia ꝓtestatio sua est correlatiua ad cont. actoris. & quod in minori summa potest fieri condemnatio, est expressum in l. si constāte. §. fi. ff. so. ma. & ibi tenet Cy. secundùm Bal. facit. l. si vnus. §. si x. ff. de pac. Itē pro prędicta cōclusione facit. l. si pupillus. §. fi. ff. de ver. sig. & de materia, an & quando in maiori summa affirmatiuè vel negatiuè contineatur minor, vide per Bar. & Moder. in d. §. si stipulanti. & lege si is qui ducenta. §. fina. ff. de rebus dubijs. & lege qui solidum. ff. de legatis secundo. vbi Bartolus videtur sibi contrarius, de quo per domi. m. in capitu. j. j. de plus peti. & ibi fortè dicam de materia, an & quando affirmatiuè vel negatiuè in maiori summa contineatur minor, vel dicam in tit. de confes.

72 ¶†Duodecimò quęro, vtrum per confessionem rei iudicatur lit. conte. so. gl. nostra hic, sentit ꝙ sic, in eo quòd dicit in iure confitendo vel negando. gloss. verò in c. dudum. el. ij. s̄. de elect. distinguit quòd aut reus confitetur ante obla. libel. & tunc non inducitur lit. contest. quia non præcessit petitio, vt dixi in prin. huius ar. & ideò tunc non fertur sententia diffinitiua: sed fit pręceptū reo vt soluat. intra certū tempus, vt latius dicam de confes. aut reus confitetur libel. obla. & inducitur cōtestatio si confitetur animo contestandi litē: & tūc fert̃ sententia diffinitiua: & hoc, quia iura simpliciter dicunt, ꝙ p narrationē & respōsionē fit lit. conte. nec distinguūt cōfitendo vel negādo, & hoc ꝓbat ipsa significatio verbi, cōtestari. i. simul attestari: & ita reus qui confitetur, simul attestatur super re petita. idem dicit gl. in l. j. C. eo. & sentit glo. ij. q. j. c. nos in quenqꝫ. & Host. in summa. e. tit. §. qualiter. ver. & cōfitetur. dicens, ꝙ per confessionem lis contestatur: & sententia est ferenda: vt d. c. nos in quenqꝫ. & s̄. de consti. c. eum ecclesia sanctę Marię. & j. de re. permu. c. cū olim. Pet. de bella pertica, & vltra quos sequitur Cy. tenet simpliciter ꝙ non fiat lit. conte. per cōfessionem: quia confessio ordinatur ad fugien. ideò non inducitur conte. imò debet fieri absolutio ab instantia iudicij. ar. l. si reꝰ. ff. de procu. pro qua opi. videtur tex. in l. si domus. §. qui confitetur. ff. de leg. j. Item facit tex. in l. rē nō nouā. §. patroni. C. de iudi. ibi dum dicit, per narrationē propositam, & contradictionem obiectā, & sic videtur requiri contradictio. sed Bart. in d. l. vnica. C. e. dicit, ꝙ verū est ꝙ per contradictionē in dubio fit lit. conte. vt §. patroni. cū si. sed alibi dicit tex. per narrationem & responsionē, nec distinguit, vtrum sit respōsio contradicēs, an consonans: vt l. ij. §. j. C. de iura calū. & sic videt̃ fieri ex cōfessione. nec ob. ll. allegatæ in contrarium: imò concordāt cùm gl. nostra si rectè inspiciant̃: nam potest esse ꝙ quis confiteatur eo proposito, ꝙ nō cogatur subire iudiciū. & ita loquuntur contraria, volebat enim ibi acrius statim soluere: & non fit lit. conte. potest etiam quis cōfiteri nō eo animo, vt iudicium subeat: & feratur diffinitiua, & tunc procedit gl. quia intelligitur fieri lit. cont. sicut videmus fieri in bello corporali: licet qs videat se victū si erat in ꝑlio: tñ vult esse in ꝑlio & vult ꝙ per vim bellicā capiat̃. ita in proposito: licet quis confiteat̃: tñ vult per diffinitionē condēnari. quod est qñqꝫ vtile: imò necessariū puta, propter conseruādā stipulationē de euictione. vt l. vtiqꝫ. ff. de rei ven. & ff. de neg. gest. l. si autē. & melius facit l. at qui natura. §. cùm me absente. & quod ibi tradunt Iac. de Aret. & Bal. & Doc. ff. de neg. gest. vbi vide maximè per Bal. qñ cōfesso competat remediū de euictione. idem videtur velle Guil. de Cu. in d. l. si reus. dicens, ꝙ si reus confitetur & dicit, volo litigare. inducitur lit. conte. alle. l. in tribus. ff. de iud. nam iudiciū famil. datur inter volentes: & tamen fit lit. conte. & ad idem l. cū notissimi. §. illud. C. de prescri. xxx. anno. & l. nā postea. §. is qui. ff. de iureiu. & hanc opi. tenet Io. An. in addi. Spe. eo. tit. §. ij. ver. sed si reus. latius attingens materiam dicens, ꝙ si confessio sit aliquali desistentia pręcedēti: planū est ꝙ inducitur lit. conte. vt si cōfiteor narrata: & nego petita fieri debere, vel si confiteor mutuū, & dico non esse lapsum trieniū datū mihi ad soluendū, vel dico terminum mihi prorogatū, vel si omnia confiteor, allego inopiam: his enim casibus & similibꝰ, planum est ꝙ fit litis contest. quia iura sunt contenta sola responsione: nec exigunt cōtradictionē. C. e. l. j. & C. de iura. cal. l. ij. §. j. & s̄. de ele. c. dudum. el. ij. nec ob. l. rem nō nouam. §. patroni. C. de iud. quia ibi exigit conditionē propter iuramentū aduocato. de quo ibi tractat. nec ob. si dicatur, ꝙ si ex confessione inducitur lit. conte. debet sequi diffinitiua, quę imponit finē cōtrouersię: quod erit impossibile: quia ex quo nulla erit controuersia, cū confiteatur: nō potest finis imponi: quia aliqua controuersia, saltē inquantū permisit se trahi, & petijt & recepit libel. & fortius hoc procedit, si in aliquibꝰ dilatorijs est cōtra dictū vel instatū. non ob. l. si reus. quia illa non loquitur de cōfessione, quæ est actus iudiciarius: sed loquitur de oblatione solutionis, qui est actus extra iudiciarius. cōfessio enim est actꝰ ordinatus ad litem: sed oblatio non, imò est ordinata ad excludēdum lit. & adeò ista sunt vera, vt per confessionē aduocati animo litigandi inducatur litis conte. si confessio non reuocatur: vt c. cum causam. j. de appel. & hoc est ipsa veritas: secundùm domi. m. hic, & hanc opin. in effectu tenet Bald. in d. l. si reus. & respondet ad illum text. quòd ideò ibi non inducitur lit. contesta. quia ille qui confitebatur non cogebatur iudicium pati, cùm offerret debitum. Secus si in eo ageretur iudicium pati: quia confitendo super ipso libello, intelligeretur lis contest. vel possunt dici secundùm Bal. ꝙ litera illa nō dicit ꝙ cōfiteretur: sed ꝙ volebat soluere: quod potest fieri, etiam per eū q vult cōfiteri: sed vult soluere, vt redimat vexationē: vel fortè ne efficiatur infamis. sed idem Bal. in l. j. C. eod. distinguit, ꝙ aut confessio fiebat: causa iudicij declinandi: & ideò reus nolebat lit. contesta. & tunc non fit lit. contesta. vt dicta lege, si reus. & lege qui domus. §. qui confitetur. ff. de lega. j. aut non fiebat causa declinandi: sed subeundi iudicij. & fit lit. contesta. vt ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cum me absente. & ibi gloss. ordinaria. ff. de negotijs gest. aut dubitatur, & hoc casu dicit Bald. recurrendum esse ad distinctionem gloss. in dicta lege prima. C. eodem. quòd aut fit confessio in figura iudicij ordinarij oblato libello: & fit lit. contest. ff. de re iudi. l. debitoribus. & dicit ibi Bald. quòd hoc est vtile scire: tam propter solennitatem quàm propter effectū ipsius cōfessionis. de quo ibi

per eum: quia nõ pertinet ad præsentẽ indagationẽ, dicã latè in tit. de cõfes. Io. de Imol. hic dicit, ꝙ licet constet ꝙ sit confessio animo lit. cõtest. vel quando interesset rei ꝙ sequatur sententia diffinitiua propter notionem de euict. vel aliud interesse: intelligitur facta lit. contest. aliàs nõ videt ꝙ cõfitens videatur lit. velle contestari. nisi fortè aliqualem contradictionẽ fecerat in tempore: vt quia cõfiteretur diem obligationis nõ venisse. idẽ Io. de Imo. in d. l. si domus. §. qui confitetur quem legit cum §. in pecunia. dicit, quòd vbi constat de mente, illa seruãda est: sed vbi non constat, nõ inducitur lit. contest. si fiat non præcedente libel. vt not. glos. in l. proinde. §. j. ff. ad leg. aquil. & in aut. de exhibẽ. reis. §. suscepto. colla. v. & d. c. dudum. & in c. ex parte. el. j. de verb. sig. & ex ista vltima opi. iuncta opinione Bald. simul cũ opin. Ioan. And. habetur veritas istius quæstionis. Sed circa prædicta moueo q. no. vtrũ huiusmodi confessio ad hoc vt inducat lit. contest. exigat partis præsentiam. Solu. Doc. nõ tangunt: sed ex his quæ dixi s̃. eod. artic. q. iiij. videtur dicendũ, quòd non exigatur partis præsentia. Bal. in l. j. C. eo. per viam arguendi ad partem negatiuam in q. an per negationem factã absente parte, inducatur lit. contest. dicit quòd sicut confessio facta absente parte non inducit lit. contesta. vt l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. ita nec negatio. & sic sentit Bald. ꝙ ad inducendam lit. contesta. per confessionem requiratur partis præsentia. sed aduerte: quia hæc quæstio incidit aliam q̃stionem: vtrum confessio iudicialis facta absente parte præiudicet confitenti, de quo per legistas in d. §. si quis absente. & per cano. in c. fi. j. de confes. & ibi fortè dicam, vel in alio cap. illius tit. si tamen porrigeretur confessio in scriptis, nõ videretur requiri partis præsentia: quia illa scriptura semper loquitur. ita decidit Bart. in l. ij. §. fi. ff. de iure fisci.

73 ¶ † Decimotertiò quæro, vtrum per exceptionẽ peremptoriã, vel dilatoriam inducatur lit. contest. sol. glos. in l. j. C. eo. cõcludit, ꝙ si opponatur peremptoria pacti, vel iurisiuran. inducatur lit. contesta. Secus si opponatur exceptio declinatoria iudicij ex persona iudicis, autoris, vel libel. & idem Cyn. ibi & Doct. sed contra hoc est text. in ca. ij. eodem titu. lib. vj. vbi dicitur, quòd per obiectionem exceptionis peremptoriæ non inducitur lit. contesta. Barto. verò in dicta l. prima dicit, quòd aut opponitur exceptio dilatoria: & secũdùm omnes, nõ inducitur litis contesta. quia proponitur ad declinandum iudicium: nõ ad litigandum. & idem Bald. ibi in l. j. C. eo. q. ij. facit c. exhibita. supra, de iudi. vbi iudex debet facere contra ius: si simul procedit super exceptio. dilatoria & principali negotio: quia dilatoria dicit non esse procedendum: vnde sicut videmus in istis prælijs corporalibus multa procedunt ante, quàm ad prælium perueniatur, vt destruere munitiones eorum qui prælium declinant: & explanare locum. ita in hoc prælio ciuili & intellectuali, omnes istę exceptiones dilatorię debent ante omnia examinari: & idem de exceptio. perempto. quę opponuntur ad declinandum. de quibus latè dixi supra in vij. princip. articu. Si verò exceptio est perempto. merę. Bart. distinguit quòd aut statim post narrationem factam ab actore, sequitur responsio rei opponentis excep. perempto. & tunc inducitur lit. contest. ita intelligatur glos. in dicta l. prima. & videtur velle text. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. ibi, post narrationem ꝓpositam, & contradictionem obiectam. sed si post datum libellum vel narrationem propositam, reus ex interuallo veniret, & produceret suas exceptiones: tunc non induceretur litis contesta. quia videtur producere super meritis causæ, & ita intelligit ca. ij. eo. tit. libr. vj. & placet do Anto. hic Bald. verò in d. l. j. C. eod. dicit ꝙ opinio cõmunis legistarũ est, ꝙ inducatur lit. contest. subdit tamen ꝙ Guido de suza. tenuit, ꝙ per excep. obiectas nunquã inducatur lit. cõtes. quia qui excipit, nõ propterea respõdet libello: sed ipse ibi concludit ꝙ aut excep. opp. præsente actore: & inducitur litis contesta. aut eo absente: & tunc secus, quia litis contestatio exigitur præsentia partis, sed de hoc, an exigatur præsentia partis, dixi supra eodem articu. q̃o. iiij. & idem sentit Bald. in dicta l. rem non nouam. remittens ad dicta per eum in dicta l. prima. sed d. M. hic non placet intellectus Barto. & do. Anto. ad dictum ca. ij. quia ille tex. loquitur indistinctè: & videtur etiam loqui quando incontinenti respondet, vt colligitur ex prin. dũ dicitur, si libel. oblaet vnde supplere ꝙ hoc ꝓcedit quãdo ex interuallo est diuinatio & extensio literæ: quin de facili dixisset ex interuallo, si voluisset. ar. c. ad audientiã. de deci. & si intellexisset de opponẽte ad merita causæ: bene hoc expressisset: nec prin. fecisset: nec in prin. fecisset mentionem de obla. libel. & sic etiam per hoc videtur reprobare opinionem Bal. item ratio quare non inducitur lit. contest. per obiectionem exceptio. perempto. quæ ponitur per glos. magnam in dicto c. ij. quę est, quia per lit. cõtest, ordinatur iudicium: sed per exceptionem perempto. destruitur: & eadem res non potest parere duos contrarios effectus. xxvj. dist. deinde. & j. de baptis. c. maiores. & l. qui homine. ff. de solu. quæ ratio ita procedit, quando opponitur incontinenti: sicut quando ex interuallo. Item ille qui excipit: neq; fatetur neq; negat, vt in c. cùm venerabilis. de excep. & in regula excep. de re. iur. in vj. sed ponit factum separatum ab alio: ergo non inducitur lit. conte. quæ inducitur per responsionẽ ad petitionem: si tamen responderet ad libellum, & submitteret exceptionem peremptoriã: tũc bene esset inducta lit. conte. vt c. prout. j. de dol. & cõtu. & no. gl. in d. c. ij. & sic residet do. m. & hęc opi. placet mihi: & probatur secundũ glos. magnam in d. c. ij. eo. ti. lib. vj. quia si per excep. perẽ. non debet impediri aut retardari lit. cont. vt d. c. j. ergo per eam non fit lit. conte. aliàs non procederet quæstio. facit etiã, quia excep. est actionis exclusio. vt l. ij. ff. de excep. in prin. ergo ante negationem non est opus actionem excludere: ex quo ei non est contradictum. vnde primò debet lis contestari: & postmodum vsq; ad cõclusionem possunt opponi excep. peremptoriæ, vt l. si quidem. C. de excep. & l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. Item facit l. exceptionem. C. de proba. quæ dicit, quòd peremptoria opposita ante lit. conte. reseruatur post lit. conte. ergo non inducit lit. conte. Item probatur, quia per excep. non ordinatur rectè iudicium: vt c. cùm dilectus. j. de ordi. cogni. vnde si peremptoria opponitur ante lit. conte. erit intentionis exclusio. argu. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indebi. & ff. quod met. causa. l. metum. §. sed quod ait. in fi. & ff. de nego. gest. l. si autem. §. si quocunq;. ad quod vide quę latè dixi. s̃. in vij. prin. ar. Si verò oppo. peremptoria post responsionem ad libel. & li. contest. tunc est actionis exclusio, secundùm Spe. eo. titu. §. ij. ver. sed nunquid per excep. peremp. Paul. de eleaza. in d. c. ij. e. ti. lib. vj. dicit, ꝙ in hac materia potest dari breuis regula: ꝙ aut excipiens stat in finibus suis vltra non progrediendo: & tunc aut fit litis contest. vt d. c. ij. & in d. regula, exceptionem. aut non stat in finibus suis: quia vltra progreditur dicendo, nego id fieri debere: quia fecisti pactum de perpetuò non petendo. & tunc inducit lit. conte. sequitur d. Do. & isto modo potest responderi ad d. c. prout d. c. cùm causam. de appel. & ad c. cùm venerabilis. j. de excep. vbi per except. præscriptionis videtur induci lit. contest. & etiam ad c. Raynutius. de testamentis, vbi inducitur per excep. permutationis. & ad no. in l. si filius. §. exceptionibus. ff. de interro. act. vbi instituta actione, & apposita peremptoria exceptione, videtur esse iudicium. dicta enim iura & similia, debent intelligi secundùm vltimum mẽbrum vltimæ distinctionis, quando excipiens non staret ex meris finibus exceptionis.

74 ¶ † Decimoquartò quæro, vtrum exigatur iudicis interrogatio: vel saltem præsentia. Sol. glo. in verbo, instante. in c. prout. j. de dolo & contu. ponit duas opin. Prima, ꝙ potest fieri iudice non interrogante: quia ex quo fit in iudicio: perinde est ac si iudex interrogaret. ff. de interro. act. l. si sine. Item quia tex. noster distinguit per quem fiat interrogatio ad inducendum lit. conte. Secunda opi. est, quòd iudex debet interrogare ad instãtiam actoris: & sic videtur intelligere d. c. prout. quasi sentiat ꝙ præceptum iudicis sit necessarium. gloss. illa videtur approbare & sequi primam opi. & illa est vera: quia contrariũ non probatur iure. ita communiter tenent doct. & Gof. in c. dudum. el ij. s̃. de elect. vbi dicit, ꝙ licet per positiones & respõsiones non fiat lit. conte. vt d. c. dudum. fit tamen per interrogationem & responsionem partis. & tenet Spe. e. titu. §. ij. ver. sed nunquid. & d. m. hic, & clarius in d. c. prout. mouetur: quia iura solùm exigunt petitionem in iure propositam: & responsionem secutam, vt hic, & sufficit si fiat responsio ex interuallo, vt dixi eo ar. q. iiij. & dicam. j. q. xvij. & idem dicit d. m. post Goffredum, si interrogatio fiat per procuratorem vel aduocatum, præsente clientulo & non contradicente, per c. cùm causam. j. de app. & l. iij. C. de errore aduo. & mihi placet.

75 ¶ † Decimoquintò quęro, vtrum ad validitatem lit. conte. requiratur ꝙ fiat iudice sedente pro tribunali. Sol. dic ꝙ sic, per text. nostrum qui dicit in iure: hoc est in iudicio, & per tex. in l. j. C. eod. & in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. vbi ad lit. conte. exigitur quòd fiat in iudicio. faciunt quæ dixi in pręced. q. & s̃. eod. arti. q. iiij.

76 ¶ † Decimosextò quæro, vtrum ad lit. conte. exigatur ꝙ respõsio fiat incontinenti: an verò sufficiat etiam si fieret ex interuallo. Sol. dic ꝙ sufficit ꝙ fiat ex interuallo: remanente tamen petitione actoris. ita tenet Gof. in c. dudum. el. ij. de elec. & sequitur do. Ma. in c. prout. j. de dolo & contu. & communiter doct. hic ad quod vide quæ dixi. s̃. eo. ar. q. iiij.

77 ¶ † Decimoseptimò quæro, quid si reus dicit, nec nego nec cõfiteor

fiteor, vtrum inducta sit lit.contest. Sol. quidam dicunt q̃ sic arg.c.j.in prin.§. de postu.Præla.ibi dum tex.dicit, idem magister in fratrum præsentia constitutus &c.& ff.de interro.act. l.de ætate.§.qui tacuit.§.nihil.tutius est q̃ reus cogatur exprimere verum: vel debitum confiteatur.ar.d.§.nihil.& ff.de cōfes.l.certum.secundùm Spe.e.ti.§.ij.ver.quid si peto.& sequūtur hic Io.And.& do.m.Sed aduerte: quia do. Anto. & Io.de Imol.hic allegantes prædictum ver.Spe.dicunt, q̃ non est inducta lit.conte.sed Specu. hic non dicit sed dicit quòd tutius est q̃ reus cogatur respondere &c.

78 ¶†Decimooctauò quæro, quid si reus respondet, nolo cū aduersario litigare: vtrum sit inducta lit.conte.Sol.dic q̃ non, si aliter non contradicit petitioni.ar.l.rem non nouam.C.de iudi.quia per hoc nescitur, vtrum neget vel confiteatur petita, secundùm Spe.in d.§.ij.ver.quid si reus.& sequuntur hic Io. And.& do.Ant.& do.Ma.& doct.

79 ¶†Decimonono quæro, quid si reus respondendo dicit, contendendum puto, vtrum intelligitur lis contest.sol.Host.in c.dudum.el.ij.de elec.dicit, q̃ non: quia posset velle contendere: licet libel.contineat veritatem: & ideò cogendus est aliter respondere.ar.l.j.in prin.ff.de eden.& sequuntur Io.An. & do. Ma.& doct.communiter.& tenet Host.eo.tit.§.qualiter.ver. quid si dic.

80 ¶†Vigesimò quæro, quid si reus dicat, cedo liti, vtrum inducta sit lit.contesta.Sol.dic quòd non sufficit: tamen quò ad intentionem actoris, quia manu militari auferretur sibi res: nisi restituat, vt l.qui restituere.ff.de rei ven.& ff.de alie.iud. iuncta.l.item si res.§.potest.& C.vt nemo in sua causa.l.j. non tamen sufficit quòd differat lit.conte.nisi, vel restituat: vel cedat l.post quàm liti.C.de pactis.per Host.in sum.eo.titu.§.qualiter.versicu.quid si dicat.& sequuntur hic Ioan.And.& domi. Ma.& doct.communiter.

81 ¶†Vigesimoprimò quæro, quid si reus dicit, dubito [a]. Solut. text. videtur velle q̃ sit inducta lit.contesta.vt l.si debitor. ff. de peti.hære.vbi patet quòd per verbum, dubito an hæreditas pertineat ad te, inducitur lit.conte.& idem tenet ibi Barto. & sequuntur hic do.Anto.& do.Mar.& vide ad hoc quod dicā statim.q.xxiij.& xxiiij.

82 ¶†Vigesimosecundò quæro, quid si dicit, non præsumo. vtrū sit inducta lit.conte.Sol.Bal.in c.j.si de feu.vas.inuest. fue.tenet quòd sic: quia tantum est dicere quantum, non credo, vt no.Bar.in c.quosdam.de præsumpt. & vide ea quæ dicam in duabus quæstionibus sequentibus.

83 ¶†Vigesimotertiò quæro, quid si reus respondendo dicit, nec scio nec credo? Sol.dic q̃ inducta est lit.conte.tex.est optimus in c.cùm ad sedem.j.de resti.spo. vbi reus respōdet se nec scire, nec credere bona petita fuisse possessa per aduersarium: vel ad eum aliqua tenus pertinere: & sic est facta lit.contest.& sequitur do.m.hic, & idem no.in d.c.cùm ad sedē.& vide quæ dicam in sequenti quæstione.

84 ¶†Vigesimoquartò quæro, quid si dicat, non credo debere: vel credo debere. vtrum sit inducta lit.contest.sol. gl.in l.j. C. eo.sentit quòd non Bar.in l.j.C.e.dicit q̃ consuetudo obseruatur quòd reus pro contestando litem debeat respondere de veritate: hoc est de eo quod vehemēter opponit & credit, vt no. in l.ij.§.Labeo.ff.de aqua plu.ar.aliàs ille qui conuenitur ex altero facto nunq̃ posset lit.conte. quod esset absurdum. & se. do.Ant.hic.sed Gui.de Cu.in aut.offeratur.C.e. concludit, q̃ per verbum, credit.inducitur lit.conte. nam si dicis in lib. me tibi teneri in centum: & ego respondeo, credo.satis sufficienter est responsum ad hoc: quia in positionibus hodie sufficiēs est talis modus: ergo & in petitiōe, vt in aut. de his qui ingre. ad ap.§.fi.Item quia quantūcunq̃ respondeat de veritate, subintelligitur q̃ sic credit, quod patet ex iuramento cal.quod sequitur lit.cont.vt colligitur ex l.ij.§.quod obseruari.C. de iu. cal.Item sensus vbi, non credit.habet in se negationem: ergo inducitur lit.conte.sine adminiculo aliorum verborum, & hāc opi.sequuntur hic do.An.d.m.&Io. de Imol. & dicit Ioā. de Imol.hanc opi.veriorem: sed quòd seruanda est cōsuetudo curiæ, pro dicta opi.facit d.l.si debitor.ff.de peti.hære. vbi Bald. idem tenet, & idem tenet Bal.in c.j.si de feu.vasal.ab alio interpellatus fuerit.& si reus dicat, non credo debere: & si debeo, sum paratus soluere.inducitur lit.contest.not.Specu.eo.titu.§. ij.ver.sed pone peto.& tenet hic Ioā. And.d.An.& do.meus.

85 ¶†Vigesimoquintò quæro, quid si reus respondendo dicit, tu mentiris.an per talia vel similia verba inducatur lit.contest. sol.videtur dicendum q̃ non: quia legibus & non cōuitijs certandum est, per l.quisquis.C.de post.& quia quod calore iracundiæ dicitur.pro non dicto habetur.j.de diuor.c.ex literis. & in l.quod calore.ff.de re.iu.Gul.de Cu.tenet contra: videlicet, q̃ lis sit contesta.quia hæc verba opprobriosa congruūt b naturæ negotij de quo agit: sicut in simili valet exheredatio [b] turpibus verbis facta, vt l.iij.in prin.ff.de libe.& posthu.d.A. hic dicit, & melius secundū do. m. aduertendum esse, an reus sic dicat calore iracundiæ an respondendi ad libellum: an persistat vel non in tali responsione.quod no.in d.c.ex literis. vt dicamus q̃ si animo respondendi dixit illa verba opprobriosa: tunc inducta sit lit.conte.& sic proce.opi.Gul. Si verò animo non respondendi: & potius calore iracundiæ: inspiciendū est tempus & gesta, & alia quæ solent considerari, ad iudicandū de animo, vt l.dolum.C.de dolo.& c.ij.de renū.in lib.vj. & sic residet do.m.& mihi placet.

86 ¶†Vigesimosextò quæro, vtrum per responsionem conditionalem inducatur lit.conte.sol.aduerte ista q.potest habere duplicem intellectum.Prius est, quando conditionalis responsio est conformis petitioni: puta, dico q̃ res non est, vel non fuit a tua: sed si fuisset tua ex causa permutationis in me transtulit, vel per similem modum, ad quod vide quod dixi s̄.e.ar.q.xxiiij.in fi.& j.q.xxxv.& hoc casu inducitur lit. contest. vt patet ex verbis quæ dixi in dictis q.tenet Spe.in titu. de except. §.viso.ver.sed nunquid per prædictam. & vide quod dixi s̄.e. ar.q.xiij.aut conditionalis responsio non est conformis petitioni.& hoc casu d.Ia.foccus de Ferraria hic in rub.dicit, q̃ nō inducitur conte.lit.mouetur primò: quia lit.conte.habet certā formam à iure, de qua in l.j.C.e.l.rem non nouam.C. de iud.à qua non est recedendum, vt l.constitutionibus.ff.ad muni.sed ar.hoc non valet: quoniam vt ex superioribus patet, nō est verum quòd lit.contest.habeat certam formam. Secundò mouetur, quia conte.est actus legitimus: ergo non recipit diem vel cōditionem, vt in regula.actus legitimi.de re.iu.in vj.sed istud ar.non tenet: quia non est verum, q̃ iste sit actus legitimus: cū non recipiat conditionem.valet enim contest. sub ista forma, petis centum: quia mutuasti, dico q̃ si mutuasti: satisfeci tibi, & ideò quæ petis.fieri non debent, & patet ex his quæ dixi in prin.istius q.& ideò regula prædicta in l. actus legitimi.ff. de re.iu.dicit formaliter in reg.actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem.quasi velit q̃ quidam sunt qui recipiūt diem & conditionem: & aliqui non.& ibi plura ponūtur exēpla per glo.& doct.& similiter per Io.An.& Dy. in d.regula, actus legitimi.& iste actus est illis qui remanent sub excc. vel remanent sub regula contraria: q̃ quidam sunt actus legitimi b qui recipiunt diem & conditionem, secundū Dy. intelligit illā regulam Io.An.in mercu.qui volunt q̃ regula illa est restringenda ad casus expressos in iure. & generalis regula rem net in contrarium.Tertiò mouetur præfatus doctor: qui vaidetur inepta hæc locutio, nego narrata vera esse, & hoc animo lit.cōtest.si nauis ex Asia venerit: vel si magnꝰ Teucer (de quo nūc dubitatur) venerit Romam.petitio enim simplex & pura non videt admittere conditionalem responsionē: & sic, hac de causa stipulatio vitiatur, vt l.j.§.si quis simpliciter.ff.de ver. obli. c ita & lit.cont.& ista [c] ratio est satis applaudēs.Quartò mouet. quia lit.contest.debet fieri vno cōtextu: nō ex interuallata negatione, vt no.Bar.in l.j.C.e.sed longū posset esse interuallum inter euentū conditionis & respōsionē: ergo &c.& ita cōcludit, subdit tamen q̃ zab. consuluit contrarium in quadam q. Ferrariæ.sed prædicta vltima ratio non valet, per ea quæ dixi s̄.e.ar.q.xvj.prædicta tamen conclusio satis placet: quia cū cōditio nihil ponat in esse: vt l. ex peccato etiam. & l. si quis ita hæres instituatur si legitimus.& l.Lucius.la.ij.ff.de hær.instit. & in l.qui sub conditione.ff.si quis omis.causa test. ergo non videtur posse dicere lis contest.non ob.quod s̄. dixi in princ. quia illa conditio & similes directè opponuntur petitioni. & ideò taliter opponens videtur attestari se velle esse in lite.

87 ¶†Vigesimoseptimò quæro, quid si verba non sunt apta ad lit.contest.vtrum pronunciatio iudicis pronunciantis lit.contest.sufficiat? so.hanc q.non memini à doc.tactam.tex.videtur probare q̃ non, in c.cū causam.j.de ap.pro hoc facit: quia vbi verba non conueniunt, non conuenit dispositio, vt l. si seruū. §.non dixit.ff.de acqui.hæ.& l.hos accusare.§. hoc beneficio. & §.omnibus.ff.de accu. & c.ad audientiam. de deci. Itē facit quod no.Bar.in l.iij.ff. ad l.iul.repe.vbi dicit q̃ nec iuriscōsultus nec Imperator potest facere q̃ in l.contineat, quod nō cōtinetur.minus ergo iudex videtur hoc posse facere.in contrarium tamen facit: quia sententia interlocutoria transit in rem iudicatam quò ad partes: si ab ea intra legitima tempora non appelletur, vt no.in c.cùm dilecti.s̄.de ele.& per gloss. in capi. Romana.§.si verò.de app.in vj.& c.cùm cessante.de appel. dicam latè.j.de re iudi.quod videtur procedere etiam si sit notoriè iniusta: vel error expressus.per ea quæ tetigi in capi.exhibito.de iudi.super glo.in verbo, perueniendo. ego arbitror

a ¶Verbum, dubito, inducit litis contestationem. Bald. tamen in d.l.si debitor. dicit contrà & ibidem Alexā. dicit communem esse contra Barto. ibidem.ff. de peti. hæredi.

b ¶Exhæredatio turpibus verbis fieri potest: sicut & institutio, vide Moder.in l. sed & si pepercerit. in ij. not.ff. de liber. & posthu.

c ¶Debet enim statim responsio sub sequi cōformis petitioni.§. præterea.instit. de inuti. stipu.

dici posse, ꝙ aut iudex pronunciauit lit.contesta.existente ali-
qua dubietate in verbis propter varias opinio.Docto.& tunc
pronunciatio iudicis operetur lit.contesta.nisi partes aliter cō
tradicant:aut verba sunt clara,& penitus inepta ad lit.contest.
& tunc talis interlocutio videtur continere errorem manife-
stum:& notoriam iniustitiam:& sic sententia illa videtur nul
la per ca.inter cæteras.de re iudi.iunctis not.per Do.m.in ca.
ij.super verbo,inhibentes.s̃.de restit.in integ.præterea ista sen
tentia nō videtur ratione imposibilitatis:quia non potest iu
dex facere ꝙ contineatur in verbis,illud quod non continet:
nisi fortè partes declararēt quòd per illa verba,quāuis inepta,
velint habere litem pro contest.per ea quæ traduntur per Do
ctores in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de lega.j.contra tamen
facit quod statim dicam in seq.q.

88 ¶†Vigesimooctauò quæro,vtrū iuramentū habeat vim con
tes.lit.so.Spec.eo.ti.§.ij.versi.quid si omissa.dicit,ꝙ si iureiur.
de calū.omissa lit.cōtes.nō intelligitur facta lit.cōte.quia post
lit.cōte.est iureiurandū.de calum.vt dicā j.in tit.de iur.calum.
facit l.ij.in prin.C.de iura.calum.tenet hic do.Anto.& idē te-
nent dñi de Rota deci.lxij.in nouis cōclu.vbi dicit,ꝙ domini
de Rota cōcluserunt,licet partes iurādo dixerunt, ꝙ iurabant
de calū.animo lit.cōte.& sic notarius scripsit ꝙ lit.cōte.iuraue
rit:censetur facta li.cōte.sed dicit ibi Ægidius,ꝙ ista cōclusio,
prout iacet,nō procedit:quia vt fiat lit.cōte.[a] tria requirūtur.
¶Primò,petitio præcedens.Secūdò,respōsio sequens.Tertiò,
ꝙ petitio & responsio fiant per verba apta ad lit.cōte.vt hic.
& c.dudū.de elect.el.ij.& s̃.latè dictū fuit p totū hunc art.sed
tale iuramentū nō est hmōi:ergo &c. Itē quia ibi opus est fa-
cto vel verbo,solus animus nō sufficit,vt in c.j.de eo qui mit.
in pos.quod facit ad ea quę dixi in præce.q. vnde Ægidius di
xit,ꝙ putat ex inaduertentia ꝙ per dños de Rota in exitu cō-
siliorū aliquid fuerit omissum:vel ex inaduertentia responde
rint:sicut quādoq; vidit accidere . & hoc mihi placet in iura.
calū.sed iuramentū in iudiciū delatū à parte parti,videtur ha-
bere effectū lit.cōte.per l.nam & postea.§.si is.ff.de iureiuran.
de quo latius dicam.j.in tit.de iureiuran.

a ¶Tria requirūtur ad lit. cōtest. adde latius Pau.de cast. in cōsil.ccccj.lib.j. col.ij.vbi ponit requisita ad litis cō-testa.

b ¶Litis cōtestatio in appellatione an sit necessaria, vide latè per doct. in c. per tuas. de appel. vbi videtur concludi, ꝙ non sit necessaria, & tamen Spe. contra in tit. de lit. contest.§.ij. vide Old.cōsi.xij,

89 ¶†Vigesimononò quæro,vtrum cōtumacia habeatur pro li.
cōte.sol.dic ꝙ nō regulariter:licet quādoq; habeatur.ad quod
vide quod not.in l.ij.C.vbi in rem act.& per Bar.in extraua-
gan.ad reprimen.in verbo,contestata.& per Nellum in tracta.
bannitorum in iij.parte primi temporis.q j.ad quod vide qđ
latius dixi in ca.qualiter.el.ij.j.de accu.in xj.prin.ar.q.lxxiiij.
ver.sed quęro circa prædicta.

90 ¶†Trigesimò quæro,qualiter contest.fieri debeat per procu-
ratores.solut.dic quòd fieri debeț sicut per principales:eo sal-
uo,quòd procuratores aliorum nomine causam agunt:petitio
nem proponunt,& respondent:tenet Specu.eod.titu.§.ij. ver.
sed & si per procuratorem.

91 ¶†Trigesimoprimò quæro,an requiratur scriptura:vel ꝙ re-
digatur in actis.Sol.Spec.eod.tit.§.ij. ver.sed nunquid lit.con
testa. dicit Bazamus tenuit ꝙ posset fieri sine scriptis.per tex.
in ca.relatum.de offi.deleg.ibi,si lis fuerit contest.&c.& ff.de
eden.l.j.in contrarium arguit in c.offeratur.iij.q.iij.& de text.
nostro.Vin.hic dicit,ꝙ nemo tenetur sine libello lit.conte.po
test tamen,si velit,solennitatibus renūciare.s̃.de officio deleg.
ca.de causis.do.Anto.simpliciter hic dicit,quòd potest fieri si-
ne scriptis.remittens ad Specu.in d.ver.Sed tu aduerte,vtrum
libello posit renunciari.dixi latè in ca.j.de libel.obla.v.princi.
ar.de lite,an posit renunciari,dixi supra eod.ar.in iij.princip.
artic.sed quò ad terminos quæstionis nostræ Saly.in l.contra-
ctus.C.de fide instrumen.sentit,quòd acta exigant scriptu-
ram.& sic lit.contest.est de actis exig.scriptu.& mihi placet.
facit l.gesta.C.de re iudi.& probatur in ca.quoniam contra.j.
de probatio.vbi dicitur ꝙ lit.contesta.debet in actis exigi.&
ibi not.Doct.nisi in casibus leuibus,in quibus non reperitur
scriptura,vt in auť.nisi breuiores. C.de sentē.ex breui.recit.&
ibi per Barto.& vide quod dixi in ca.j.de libel.obla.in q. prin
cip.art.fallen.xx.& fallen.xlij.nec ob.quòd acta possunt pro-
bari per testes,vt traditur in dicto ca.quoniam.de quo latè di
cam in titu.de probatio.vel in tit.de fide instru.quia possunt
probari per testes,quando perdita sunt.& ea quæ ibi dicuntur,
faciunt ad decisionem istius quæstionis.

92 ¶†Trigesimosecundò quęro,vtrum in lit.contest.requiratur
ordo,& qualis.sol.dic ꝙ sic:quia primò debet fieri petitio.de-
inde responsio:& ideò si primò respōderetur:deinde daretur
libel.non fieret lit.contest.secūdùm Guil.in l.j.C.eod.& idem
vult glos.super verbo,iure proposita,in ca.dudum.el.ij.de ele-
ctio.& do.meus ibi sentit Bal.in l.j.C.eo.& Iac.de Are.in l.j.
ff.de dam.infec.vbi voluit,quòd litis contest.facta omisso iu-
ris ordine non tenet.

93 ¶†Trigesimotertiò quæro,quę sit clarior forma contestatio-
nis litis.Sol.dic, quòd hæc est forma clara & indubitata.nam
iudice sedente pro tribunali,actor dicit,ego A.animo litis cō-
testan.& litem contestando,dico narrata,prout narrantur ve-
ra esse:& petita fieri debere.reus verò sic dicet:ego B.saluis ex
ceptionibus & defensionibus meis,tam realibus quàm perso-
nalibus:ex quacunq; causa , & quocunq; modo competenti-
bus,dico narrata prout narrantur,vera non esse: & petita fieri
non debere.

¶Trigesimoquartò quæro,de salutari institutione tam acto-
ris,quàm rei.sol.dico ꝙ tam actor in narrando & petendo, q̃
reus in respondendo,vti debent veritate,& omni puritate:nec
enim actor mendaciter debet narrare, & contra conscientiam
petere:& similiter reus non debet mendaciter negare: etenim
longè magis debet velle causam amittere quàm animam per-
dere:aut eam ad peccatum illaqueare.j. de simo.c.Matthæus.
& in simili no.gl.in c.j.de confes.lib.vj.& actor debet esse cau
tus & prudens,ne aliqua falsa veris commisceat : ne fortè ra-
tione falsitatis,reus posit totum negare, secundùm ea quæ.s̃.
dixi:& remisi eo.art.q.ix.& q.x.

¶†Trigesimoquintò quæro, qualiter in causa appel. debeat
94 b lis[b] contestari sol.aduerte,hæc q. præsupponit aliam quæstio-
nem,ꝙ in causa appellationis debeat lis contestari,de quo dicā
in c.quoniam.j.tit.j.in iiij.prin.ar.in casibus ergo, in quib⁹ fie
ri debet lit.conte.in causa ap.dic ꝙ fiet sub ista forma:appellās
offerat libellum in quo narrauit, quare & in quo malè contra
eum processum li.& petet pronunciari iudicem iniquè interlo
cutum esse,seu pronunciasse:& se iustè appellasse:& quicquid
post ap.in eius præiudicium actum est retractari,de quo latius
dicetur in titu.de ap.reus verò respōdebit, ego talis, saluis ex-
ceptionibus &c.vt dixi in q. xxxiij. animo litis contestandæ
propono,ꝙ dicta excep.non fuit proposita coram iudice : &
si fuit proposita,pars non obtulit se probaturam, & si obtulit
iudex admittere,causa non recusauit : & si recusauit, non fuit
appellatum ex causa hac.& si fuit appel.ex ista causa, non ta-
men intra legitima tempora,nec in scriptis , nec fuerunt petiti
apostoli.& si fuit sic appel.& petitus apostolus, non fuit pro
sequutus appellationem intra tempus legitimum : vnde dico
ea quæ narrantur,prout narrantur in libello,vera non esse: &
ꝙ petitur,fieri non debere,vnde peto ap.quæ dicitur interpo-
sita nullam penitus pronunciari:& me ad prius iudicis examē
remitti:& partem aduersam in expensis condemnari: vnde pe
to per vos pronunciari,malè appellatū, & bene pronunciatū
esse:& sententiam,& quęcunq; inde secuta confirmari debere.
hæc autem iunguntur ad hoc,vt si fortè euenerit appellatū de
bere obtinere:iudex super hoc posit & debeat pronunciare:
quia iuxta formam petitionis ferenda esset sententia,vt c.licet
heli.j.de simo.cum simil.aliàs fortè non pronunciaretur super
hoc,de quo per gloss.& doct.in c.cùm contingat.de offi. dele.
secundùm Ægidium in rub.qualiter in causa appel. fiat lit.cō-
test.& Specu.qui verba Ægidij ampliauit eod.titu.§.ij.versic.
sed cum in causa appel.

¶Trigesimosextò quæro,qualiter,quando,& per quos actus
in casibus,in quibus lit.contest. expressa non requiritur, vt in
summarijs & similibus:de quibus dicam in c.quoniam.j.titu.
j.in iij.prin.ar.dicatur fieri tacita lit.contest.so.quidam volue-
runt, quòd prima citatio habeat vim lit.conte. quia per eam
inchoatur tale iudicium:& proceditur,dicitur in l.fin.§.illud.
C.de tempo.ap.sed hæc opi.non placet Bal.in addi.Spe.in tit.
de sen.ver.in casibus.mouetur: quia citatus comparens posset
opponere excep.declinatorias:& sic non habebitur pro lit.cō
testa.Alij dicunt ꝙ prima contradictio habetur pro lit.conte.
per l.fina. & auť.nisi breuiores.C.de senten.ex breui.reci.& l.
j.& auť.offeratur.C.eo.titu. sed intellige de contradictione ad
merita causæ.sed tu dic clarius, ꝙ tunc dicitur facta lit. conte.
quando fit actus à partibus,qui fieri solet post lit.contest.secū-
dùm Inno.in c.si duobus.j.de app.in c.præterea.j.de dila.in c.
j.de elect.lib.vj.per Io.And.& d.Ant.in c.cùm M. de consti.
no.Cy.in c.nihil.C.de procu.Pau.& doct.in cle.sępe.de verb.
sign.no.etiam in l.ij.C.de consor.eiusdem litis.dixi in cle.j. de
causa poss. & proprie.in gloss.super verbo, conclusionem.&
ex his,Deo duce,habes expeditum ar.viij.e.tit. nostrum, cum
quo bene contestati sumus.

Vt lite non contestata. *Rubrica.*

¶Continuatur ad præcedentes,supra visum fuit, qualiter lit.
contesta.fiat: verùm quia quandoq; lit.non contest. testes pe-
tuntur recipi:aut reperiuntur recepti: & petitur ꝙ ad senten-
tiam diffinitiuam perueniatur:& dubitatur,vtrum talis rece-
ptio fieri posit,aut valeat ad sententiam perueniri:ideò subij-
citur hæc rubr.ei.Et aduerte,quia doct.in hoc tit.plura tradūt
circa

circa materiã contumaciæ:& de multiplici pœna ipsorum contumacium,& qualiter ratione contumaciæ peruenjatur ad primum & secundũ decretum.sed ego hæc omittam:quia tractabo illa in titu.de do.& contu. & in titu. de eo qui mit. in pos. causa rei seruandæ. & solùm hic tractabo prædicta succinctè, in quantum pertinet ad principalem intentionem titu. & latè tractabo quatuor principales articulos,de quibus præmisi in rub.tit.præcedentis, videlicet iiij.art.ix.x.& xj.

SVMMARIVM.

1 ☞Causa matrimonij inferioribus episcopo potest delegari.
2 Vxor, matrimonio constante, propter adulterium mariti potest dotem repetere.
3 Vxor maritum potest de adulterio accusare, sicut econtra maritus vxorem.
4 Dubium frustra discutitur,cuius euentus nil operatur.
5 Matrimonium dupliciter accusari potest.
6 Excommunicari nullus debet propter contumaciam alterius.

D hoc Deus. Si agitur de adulterio ad separationem thori,& ante lit.contest.reus est contumax:excommunicari potest,sed testes recipi non possunt: nec causa diffiniri.hoc diuiditur:quia primò ponitur delegatorum cõsultatio.Secũdò diffinitio seu rñsio. Secunda ibi consultationi.

1 ¶†No.primò ex tex.iuncta suprascriptione,ꝙ causa matrimonialis,quantum ad separationem thori,ex stylo curiæ quãdoqꝫ
a delegatur inferiorib⁹[a] episcopo,de quo in c.causam.§. de offic. dele.sed causa matrimonialis propria, regulariter non delegatur nisi epis:vt in c.j.j.de consan.& affi.& c.accedentib⁹.de priui.
2 ¶†Not.ij.ꝙ propter adulterium cõmissum per maritum, potest vxor constante matrimonio repetere dotem: & sic habes vnum casum specialem,in quo constante matrimonio per vxorem dos repeti pôt.alij tradũtur in c.per vestras.j.de dote post diuor.resti.& per Legistas in l.si constãte.ff.sol.ma.& l.vbi ad
3 huc.C.de iure dotium . ¶†Not.iij. quòd sicut maritus potest accusare vxorem ciuiliter de adulterio ad effectum separationis thori,& etiã dotis lucri:vt c.plerunqꝫ.j.de dote post diuor. resti. & in aut. vt liceat matri & auiæ.§. si de adulterio. ita & vxor potest agere ad easdem pœnas: videlicet ad separationẽ thori,& donatio.lucri propter nuptias:vt d.§.si de adulterio. vnde quò ad hoc,vir & vxor iudicantur à pari. ad idem gloss. xxxij.q.v.c.Christiana. quamuis respectu accusationis criminalis iudicentur ad imparia: quia vir accusat vxorem : sed non econtra:vt l.j.C.de adulte. ¶Not.iiij.ibi, illudere videretur,ꝙ præsumitur contra illum qui plures petit dilationes: & ideò non debent dari, nisi causa cognita, de quo dic vt dicam latè in titu.de dila.¶Not.v.tex.qui probat, ꝙ ex sola responsione ad libellum absqꝫ alia narratione verbali,& sine actoris præsentia inducitur lit.contest. hoc enim tantùm ponderatur, ꝙ noluit respondere libel.& ideò non fuit facta lit.contest. de quo
4 dic vt dixi in c.præce.art.viij.q.iiij.¶†Not.vj.ꝙ frustra[b] discu-
b titur dubium,cuius euentus seu declaratio nihil est operaturus. facit c.pastoralis.§.de rescrip.& quod in simili dicimus,ꝙ non debet quis admitti ad probandum,quando probatio non releuat.j.de spon.in c.id quod.de quo latè dicam in titu. de prob. ¶Not.vij.ꝙ licet quis ad mandatum iudicis non respondeat libel.& sic sit contumax , non tamen habetur pro respondente quò ad lit.cõte.in qua opus est facto, de quo dic vt dixi in ca.
5 præce.in vij.prin.ar.ver.secundũ remedium. ¶†No.viij.ꝙ matri.potest dupliciter accusari . Primò quò ad substantiã fœderis,seu vinculi matrimonialis:vtrum matrimonium teneat,vel non teneat,& hoc casu,fauore matrimo.ordo iur. nõ est vsqꝫquaqꝫ seruandus,& quo ad lit.contest.dicam in c. quoniã.j.e. in iiij.prin.ar. Secundò , quando agitur ad separationem thori, vel ad lucrandam dotem,seu donationẽ propter nuptias:tunc seruandus est ordo iur. nam hoc casu, cessat fauore matrimo. cùm agatur de re odiosa : cùm agitur ad separationem coniugum.¶Not.ix.ꝙ coniugi petenti restitutionem vxo. ob excep.sæuitiæ,nisi caueat quæ cautio est præstãda:etiam si vxor timeat propter sua demerita.per tex.cum gloss.xxxij.q.j.c. de benedicto.de quo dicam.j. de resti.spo. ¶Not.x.quod propter contumaciam rei non proceditur ad sententiam diffinitiuam: quamuis ratio non possit prouideri missioni in poss.nã hoc agebatur ad separationem:& sic non poterat habere locũ dictum remediũ:vnde proceditur ad alia remedia prodita contra contumacem.de quibus dicam.j.titu. de dolo & contu.videtur ad excommunicationem,vel mulctam,vel similia remedia,& sic iste tex.est contra opin.legis.de quo dicam j.eo. titu.
6 c.quoniam.in iiij.prin.ar.¶†Vltimò not.ꝙ propter contuma
c ciam[c] alterius,puta procu.vel similis,non debet quis excommunicari:nisi posset illã purgare,& non purgaret:de quo casu excommunicaretur propter propriam contumaciam. de quo hic in c.fina.de quo dicam in titu.de do.& contu.

¶Glo.j.format.q.& sol.& solutionem limitat in fin.dic de hac vt in iuribus in glo.all.& vt dixi in c.pe.& fi.de adul.glo.ij.est clara,& de materia ipsius dic vt latè dixi in c.veniens.j. de accu.gl.iij.primò quærit,vtrum propter absentiam aduocati sint dandæ induciæ:& conclu.ꝙ sic:assignando rationem. de qua materia vide hic per d.M.& doct. sed quia non conuenit huic tit.dicã in tit.de dila.deinde gl.quærit, vtrum sententia lata absente aduocato valeat,& sol.& limitat in fi.glo.dic vt dicam.j. de sen.& reiud.licet doct.hic tract.Glo.iiij.sentit hic contra,ꝙ iste vir seu eius procu.debuerit audiri petendo, vt ante omnia fieret restitutio,per c.ex conquestione.j.de resti.spo.glos.sol. fatendo contrarium:ꝙ hoc sit regulare.sed tamen ad istam regulam glo.dat v.fal.in fi.glo.dic de his casibus exceptis, habes hic per do.m.& doc.qui etiam subiungunt alias plures fal.sed quia non pertinet ad præsentis ti.indagationẽ:hic ideò omitto,& de ipsis,& alijs plurimis dicam j.tit.de resti.spol. vbi melius conuenit.Primum ꝙ hic expressè & princ. continetur in tex.videlicet,ꝙ quando agitur inter coniuges ad separationẽ thori,vel ad repetendam dotem,vel ad lucrum, vel donationẽ propter nuptias:non potest procedi ad receptionem testium, vel diffinitiuam sententiam:nisi li.conte.de quo dicam in cap. quoniam.j.eo.in iiij.prin.art.Secundũ est, ꝙ tacitè colligitur ex tex.nostro:videlicet,ꝙ si agitur de fœdere vel vinculo matrimoniali,potest procedi ad receptionem testium , & sententiam diffinitiuam:etiam lit.non conte.de quo dicam in d. capi. quoniam.in iiij.prin.ar.¶Gl.fi.prin.quatuor intendit. Primò enim probat per multa iura & rationes,ꝙ factnm procur.noceat domino.Secundò glo.in ver.sed contra. videtur oppo. ꝙ imò factum procur.non noceat domino,& hoc probat per alia plura iura.Tertiò gloss.in ver.so. dicas pro solu. Distinguit quartò glo. in versi. sed quid si per cõtumaciam.format quest. b arg.ad vtranqꝫ partem & sol.¶In ea gl.ibi,sol.dicas.dic,mens gl.est ꝙ dolus delicti,& cõtumacia procu. non præiudicat domino iuranti:sed ipsi scienti & non purganti præiudicat: quia tunc est propria culpa.in his verò quæ agit nõ sonantia in delictis,vt in confessione,omissione,& similibus: si facit contra formã mandati,non præiudicat:si facit præter,præiudicat:nisi statim ꝙ primum scit,contradicat.sed si facit secundũ formam mandati:absolutè præiudicat,& sic reducuntur ad concordiã iura alle.in glo.Inn.Host.Io.An.& d.Ant.& doc. prosequuntur hic hanc materiam & latè do.m.qui prosequitur tria membra.Primum, vtrum factum procur.in omitttendo noceat domino.Secundum,quid in faciendo. Tertium, de confes. ipsius procura.sed vt vides,hæc materia non pertinet prin.ad tit. nostrum.ideò iuxta consue.meam hic omitttã,& de primis duo- c bus membris dicam in titu.de procu.de vltimo dicam in titu. de confes.¶In fi.glo.hic concludit ergo glo.ꝙ tutius sit dicere,quòd sit excommunicatus.de qua q.dic vt dixi in c. nulli.j. de sen.excom.in viij.princi. ar.q.ix. & de pœna iudicis iniustè excommunicãtis,latè dixi in c.sacro.j.de sen. excõ. in xiiij. prin.ar.& in absolutione in c.venerabilis.j.de sentẽ.excom.in xxv prin.ar.¶Postremò post glo.sumpta occasione à glo.nostra Innoc.Host.Io.An.& do. m. tractant hic, quid si procu. ecclesiæ propter cõtu.condemnetur in expen. vtrum ad ipsas expensas teneatur procu.vel ecclesia,& subiungit do.meus ꝙ Prælatus condemnetur in expẽsis:vel tutor, vel curator:vtrũ ad tales expen.teneatur ecclesia,pupillus,aut minor: & vtrum succurratur ecclesiæ aduersus procu.vel prela. & pupillo aduersus tutorem:& minori aduersus curatorem: sed non pertinent ad titu. nostrum, quare dicas vt dixi in c. calumniam.de pœnis.in xiiij.princ.artic.

a ¶Adde c. proposuisti. de proba. & c.j. de eo qui du. in mat. Deci. in c. si pro debilitate.in iij.col.de offi.dele.

b ¶Frustra admittitur id, cuius euentus nihil potest operari. adde gloss. doct.in c.cùm contingat.de off.dele.

c ¶An contumacia procuratoris noceat domino, vide Abb. hic latè, & Alexan.in consil. xcv.lib.ij.

SVMMARIVM.

1 ☞Agi quò ad quid an possit contra subiectum.
2 Citandus iterum dicitur,qui per appellationem nullam à iudice recedit.
3 Causa per illum seruari debet,qui se iustè appellare putat.
4 Contumax mulctari potest:licet eius contumacia non sit processus impeditiua.
5 Contumax nudus est excommunicandus.
6 Actio rescindens & rescissa simul cumulari possunt.
7 Causæ processus annullatiuæ,quæ sint,& quot.
8 Dictio,imò.quid significet.
9 Processus per iudicem recusatum factus,an valeat.
10 Verbum,occupare.in malam partem sonat.

ACcedens. Quoniam hæc decre. habet va
rios intellectus, posset diuersi-
modè summari, sed quò ad factũ, vt omnis intelle-
ctus comprehendatur, sic summatur, in causa resti.
contra contumacem lite non conte. sententia proferri nõ po-
test. h.d. Primò ponit ordinem processus. secundò, ipsius retra
ctationem. secunda ibi, cum. ¶ No. j. in tex. ibi obiecta. dic s. ad
proposita in libello, quibus nihil opposuit: sed proposuit ꝙ iu-
dices procedere non poterant: quia duo ex eis erant suffraga-
nei actoris, vnde recusabat eorum audientiam: quæ causa no-
toria erat: & tacita in rescripto: & sic iurisditionem habebant:
vel suppresserant veritatẽ, secundùm quod dicã statim in ver-
bo, suppresionem, plebanus tñ ad cautelam ne procederent ad
se. ap. appellauit, secundùm Pe. & Io. An. & in tex. ibi, fuisset
admonitus, dic non ex necessitate iur. vt in c. fi. j. de do. & con
tu. lib. vj. & in tex. ibi, non tenebat. dic secundùm quod iudici
bus videbatur. sed falsum erat, secundùm Inn. & in tex. ibi, no
luit tamen respondere. dic & bene: quia iustè appella. nec iudi
ces reuocauerant grauamen: aliàs secus: vt in c. cùm cessante. j.
de ap. ipse tamen plebanus caute faciebat, non respondendo co
ram iudicibus: ne videretur appellationi renũciare: vt in c. sol-
licitudinem. j. de ap. & in c. gratum. s. de offi. delega. secundùm
Innocen. in tex. ibi, in sua contumacia, dic vt dicebat Archie-
piscopus: sed non erit verum, secundùm Inno. vel sic videba-
tur iudicibus, secũdùm Host. & ibi, testes receperũt. dic & ma
lè: tum quia iustè recusati erant: tum quia literæ surreptitiæ:
tum quia ab eis iustè app. fuerat: tum quia lit. non contest. pro-
cesserant ad receptionem testium, & hoc vltimum ponderatur
hic, ratione subiectę materiæ titu. nostri in tex. ibi ad eos acce
deret. sed ad hoc nõ tenebatur plebanus, vt in c. ij. de do. & cõ-
tu. in vj. & ibi, obiecturus. dic ad hoc omiserunt iudices: quia
citandus erat ad videndũ productionem & receptionẽ testiũ
vt c. ij. j. de te. & in tex. ibi excommunicationis. dic ꝙ ideò nõ
tenuit: quia ab ipsis fuerit legitimè ap. secundùm Inn. ibi, posi
tionem. dic in quasi pos. quia iura non posidentur. ibi, adiudi
cantes. dic hoc verbum videtur denotare ꝙ actus esset in peti-
torio. de quo vt latè dicetur. j. super glo. iij. & in tex. ibi, resti-
tuentes, dic exequendam sententiam eorum: secundũ vnũ in-
1 tellectum. de quo dicam super gl. iij. ¶ † Not. primò ꝙ contra
a subiectum[a] agi potest quò ad subiectionem sibi debitam, ratio
ne alicuius iuris, hic enim petebatur subiectio iur. parochialis
aduersus plebanum sancti Marci. ad idem c. inter quatuor. s.
2 de maio. & obedien. ¶ † No. ij. ꝙ licet quis recedat à iudice per
frustratoriã ap. tamẽ videtur iterum citandus. facit c. prout. j.
de do. & contu. istud tamen intelligendum est quò ad cau-
telam: & ad magis conuincendam ipsius malitiam: quia de ne-
cessitate non est vlterius citandus, vt in c. ij. de dolo & contu.
3 in vj. de quo latè dixi in clemen. j. de do. & contu. ¶ † Not. iij.
causam seruandam per illum qui putat se iustè app. quia nõ de
bet amplius comparere coram iudice à quo: ne videatur appel.
suæ renunciasse, vt in c. sollicitudinem. j. de ap. & c. si à iudice.
4 de appella. lib. vj. de quo latius dicam. j. de appella. ¶ † Not. iiij.
ar. op. ex hac litera, ꝙ licet partis contumacia non sit impedi-
tiua processus: tamen ipse contumax potest mulctari: & potest
ad vlteriora procedi. isti enim iudices excommunicarunt par-
tem contumacem, & in ipsa causa processerunt ad vlteriora: &
processus inualidatur ex eo, quia lis non erat conte. Secus ergo
si fuisset conte. vel fuisset talis causa, in qua potuisset procedi
lit. non conte. ad idẽ melior tex. in c. veritatis. j. de do. & cõtu.
& ratio in promptu: quia excõmunicatio, seu mulcta imponiẽ
propter inobedientiã: quia contẽpsit iudicẽ: vt l. j. ff. si quis ius
di. non ob. & l. ij. ff. si quis in ius vo. & quod ibi no. Bar. sed ad
vlteriora procedit pro iustitia partis: & sic iste processus ad vl-
teriora non est pœna: ita ꝙ posit dici, iste duplici pœna afficia
tur, & sic non ob. c. at si clerici. s. de iud. & vide bonam glo. in
simili. in ver. defecerit in c. j. de elec. li. vj. quę disputat, vtrũ cõ
tumax posit cõdẽnari in expẽ. eo casu, quo potest procedi ad
5 vlteriora, de quo dicã j. de do. & cõtu. ¶ † Not. v. ꝙ etiã nuda
contumacia in nõ cõparendo, est digna excõicatione. ad idem
c. j. s. de iud. & vide gl. no. in c. duo sunt. xcvj. dist. quæ dicit, ꝙ
omnis contumacia digna est excõicatione: & tanto maior est
contumacia: quantò ex maiori causa surgit: quia tunc talis con
tumax videtur magis contennere. dicam. j. de do. & contu.
¶ No. vj. secundùm vnũ intellectũ, ꝙ in pos. recupe. vel inter-
dicto, vnde vi. non est proceden. ad recep. testium & sen. diffi.
lit. non conte. & sic in pos. seruandus est ordo iur. vt in c. con-
sultationibus. de off. dele. & necessaria est lit. conte. de quo dicã
in c. quoniam. in iiij. ar. ¶ Not. vij. secundùm eundem intelle-
ctum, ꝙ etiã cũ agitur possessorio, potest sententia esse adiudi
catoria respectu posses. & sic potest iudex dicere, adiudico ti-

a ¶ Et de diuersis qui possunt vendicari ratione subiectionis, habes glo. in l. j. §. per hanc. ff. de rei ven.

b ¶ De hac materia vide Anto. j. in c. ecclesia. vt lit. pen. & an reficiãtur expensæ. vide Bal. in l. eos. §. super his. C. de vsu. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de leg. j. & l. ignorat. C. de fru. & lit. expen.

bi posses. idem & dici potest, quando pos. datur causa. in c. con
tingit. j. de do. & contu. de quo dicam. j. in tit. de causa pos. &
proprie. quia etiam tunc largo modo dici potest adiudicatio
pos. facit tex. ¶ No. viij. secũdũ alium intel. ꝙ etiam in causa re
sti. in inte. non potest procedi ad testium recep. & sen. dif. lite
non conte. ad idem. c. ij. s. de offi. iu. de quo dicam in c. quoniã.
6 j. eo. in iiij. ar. ver. ¶ † Not. ix. secundùm alium intel. ꝙ actio re-
scindens & rescissoria, possunt simul accumulari. nam secundũ
istum intel. iste archieps primò petebat beneficium resti. in
integ. & accumulabat iudicium pos. & sic per re. in integ. quæ
est rescindens consequitur resti. ad quod vide quæ traduntur
in c. cùm ex literis. s. de resti. in integ. & quod dicam in illo ti.
¶ No. x. ibi, vetuerunt. ꝙ licet deleg. nõ posit facta execu. sen
tentiæ suæ se intromittere: si missus in possessionem postea de
facto turbetur: vt no. in c. quærenti. s. de offi. deleg. tamen ver
baliter potest se intromittere pro tempore futuro, vt hic, quod
intellige, nisi in rescripto esset clausula, & defendas induc. de
quo in c. pro illorum. de præben. & c. proposuit. de conces. pręben. dicam latius in titu. de offic. deleg. ¶ Not. xj. ꝙ licet Papa
ex certa scientia deleget causam illi qui ex certa causa potest ab
altera parte recusari: non tamen per hoc intelligitur tollere il-
lam legitimam recusandi causam. quod probatur hic apertè: qa
manifestum erat ꝙ isti duo episcopi, quibus causa fuit deleg.
erant suffraganei istius archiepiscopi: vt ipsemet Papa asserit,
tamen delegando scienter, non abstulit potestatem recusandi.
& ad hoc vide Innoc. in c. ex transmissa. s. de fo. compe. & ibi
hoc probatur secundùm vnam lect. in dubio ergo delegando
intelligitur ipsum iudicem facere: nisi ab altera parte fuerit re-
cusatus: quia non est præsumendum ꝙ Papa velit offerre ex-
cep. parti competentes: vt l. ij. §. meritò. & §. si quis à Principe.
ff. ne quid in lo. pu. & in c. quamuis. in fin. de rescri. in vj. cum
si. de qua materia dic vt dixi in c. postremò. j. de app. & etiam
dixi, quid si Papa expresè diceret, ꝙ non posset recusari. de
quo per do. Ma. in c. cùm speciali. j. de app. ¶ No. xij. ꝙ subie-
ctus etiam respectu solius nudi exercitij iurisditionis, quę po
test contra eum exerceri. potest recusari: si deputatur iudex in
causa sui superioris. præsumitur enim sibi fauere, sic respectu
seruitij, dominus potest recusari in causa sui familiaris. in c. insi
nuante. s. de of. dele. de qua materia latè dixi d. c. postremò.
7 ¶ † Not. xiij. duas causas processus annullatiuas. Prima causa,
quando processus est gestus & sententia lata post, & cõtra ap
pel. legitimam. Secunda, quando processum est lite non conte.
Prima causa concludit ad nullitatem interlocutoriæ: & etiam
excommunicationis & diffi. Secunda, ad nulli. diffi. nõ autem
ad nulli. excommunicatiõis: quoniã excõmunicatio tenet etiã
lite non conte. vt hic & in c. seq. & hoc est quod voluit gl. iij.
¶ No. xiiij. iuncta gl. pe. ꝙ cassare propriè sumptum, refertur
8 ad id quod tenet. de quo in d. glos. ¶ † No. xv. de signi. dictio
nis, imò. quæ est dictio correctiua ad præce. ad quod vide text.
cum gl. xvj. q. j. c. prædicatio. & s. de trans. Præla. c. inter corpo
ralia. & in l. Lucius. imò Seius. ff. de hære. insti. & ibi per Bart.
& doct. & c. innotuit. s. de elect. ¶ No. xvj. ꝙ omnia attentata
vigore sententiæ nullæ, sunt reducenda in pristinum statum.
de quo hic in glo. fi. ¶ † Not. xvij. ar. ꝙ processus factus per iu-
dicem recusatum, tenet: nisi fuerit ap. hic enim põderatur ap.
& non simplex recusatio. de quo dic vt latè dixi post domi.
M. & doct. in c. cùm speciali. j. de ap. ¶ No. xix. fin. no. ex fin.
tex. ꝙ annullata sententia, compellitur pars, quæ sententiã ob-
tinuit, restituere instrumentum sententiæ: & omnia quæ con-
secutus est vigore sententiæ: quia talia incipiunt esse inutiliter
penes partem, quę obtinuit sententiam: & in futurum possent
b esse damnosa aduersario. facit l. dissolutè[b]. C. de condi. ex l. vbi
debitor agit soluto debito, vt sibi instrumentum debiti redda-
tur: quia ĩcipit inutiliter esse apud alium creditorem. ad idem
c. ecclesia. el. ij. j. vt lit. pen. & l. fi. C. ad exhi. & hoc colligitur ex
isto tex. in fi. exponendo verbum, instrumenta. potest etiam
& secundo modo intelligi de alijs instrumentis ecclesiæ, quæ
vigore sententiæ peruenerunt ad archiepiscopum, pro quo la-
ta est sententia, & vtraq; expositio est bona: vt tenent Pet. &
Io. And. licet non asignent prædictam rationem, quam asi-
gnat d. M. & ad prædicta facit etiam c. cùm dilecta. j. de con-
fir. vti. vbi priuilegium renouatum mandatur corrumpi post,
quàm est redditum inutile penes habentem: & alteri parti pote
rit fieri damnosum. ¶ † Vlti. no. ibi, occupauit. ꝙ verbum, oc-
cupauit. qñq; sonat in malam partem, etiam si fiat occupatio
vigore sententiæ, si talis sententia est nulla: quandoq; sumitur
in bonam partem, vt tradit Archid. in c. dudum. de præben. in
vj. & per Psal. præoccupemus faciem eius &c. de hoc per glos.
in cle. j. de se. pos. & fru. & ibi dixi. ¶ Glo. j. op. contra text. in
eo quod præsupponitur hic ap. fuisse legi. nam in ap. ab inter.
vel

vel à grauamine,requiruntur duo:videlicet,ꝙ grauamen præ-
cesserit,vt in c.dilecto.j.de app.& quod ipsum grauamen, pro
pter quod appellatur,exprimatur in ap.vt in c.vt debitus.j.de
ap.horum neutrum hic factum fuit.gl.sol.tripliciter.In ea. gl.
ibi,secundùm antiqua iura.dic,vult ergo hæc prima sol.ꝙ hæc
decre.procedat secundùm antiqua iura: secundũ quæ tenebat
ap.quælibet etiam frustratoria: & sine causę expressione: &
causam deferebat ad Papam ij.q.vj.c.ad Romanam.& hęc sol.
placet communiter doc.In ea.gl.ibi, vel dic ꝙ causa suspicio-
nis fuit all.dic ex hac parte gl.habes sol.secundam à contraria:
videlicet,ꝙ hæc causa fuit expressa:& grauamen præcessit:qa
fuit proposita causa suspicionis:& non fuit admissa.& sic pro
pter hoc fuit ap.& ista sol.etiã communiter approbatur & vi
detur melior & magis amica literę. per tex. nostrum in ver.ac
ex his &c.qui apertè videtur præsupponere causas fuisse ex-
pressas in ap.licet in prin.c.nihil dicatur.& hoc ex eo, quia nõ
ponuntur formalia verba app. & potuit esse ratio: quia Papa
non intendebat se fundare ad nullam sententiã super effectu
ap.cùm non pertineret ad ti.nostrum.sed solùm super omissio
ne conte.litis.quæ materia prin.pertinebat ad titu.nostrum.In
fi.gl.dic ex hoc fi.habes tertiam so.à contraria: videlicet, quòd
ideò hæc fuit legitima app.licet causa grauaminis non esset ex
pressa:quia causa prædicta erat notoria : & ideò non fuit ne-
cessarium exprimere.secus si non fuisset notoria: vt d.c.vt de-
bitus.& hanc sol.sequitur Host.per quam habes not.limitatio
nem ad d.c.vt debitus.& secundũ hanc opi. valet huiusmodi
ap.s.appello ne procedas: cùm sis mihi suspectus ex tali causa,
per quam te recuso,& per hoc sentit Host.ꝙ quando causa est
notoria,non est necesse expectare grauamen: sed potest inter
poni ap.modo prædicto,secundùm Io.And. & cõmuniter do
cto.tenent contrarium.dicit enim Ioã.And.ꝙ ad hoc vt quis
possit app.necesse est vt prius pręcedat grauamen: & quòd li-
cet notorietas excuset ab onere proban. non tamẽ excusat ab
onere excep.& alleg.vt no.glo.in cle.appellanti. de app. & ibi
Io.de li.& communiter doct.sed quoniã hæc materia nõ perti
net ad tit.nostrum, dic vt ibi traditur & in c. vt debitus.j. de
appel.& ibi latè dixi post doct.¶Glo.iij.op.videtur etiã circa
lit.cõte.ꝙ potuerit dari pos.ob cõtumaciã partis,vt in c.seq.&
c.quoniam.§.in alijs.j.eo.tit.glo.sol.ponendo duos intellect9.
primus est,ꝙ hic non petebatur pos.causa rei ser.propter con-
tumaciam rei:quo casu,procedit contrarium.sed erat q.spolia-
tionis:& agebatur pos.& sic petebatur restitutio pos. quo ca-
su,non potest procedi ad sententiam lite non conte.s̃. de offic.
dele.c.consultationibus. sed debet seruari ordo iudiciarius. &
hunc intellectum sentit glos.antepe.In fin.glo.dic,& sic habes
secundum intellectum ex gl.s.ꝙ hic petebatur restitutio in in-
teg.iure minoris:non autem petebatur pos.rei ser.Extra glos.
dantur alij intellectus.est ergo iij. intellectus , quem ponit hic
Io.An.s.ꝙ hic agebatur petitorio de cuius natura est ꝙ peta-
tur restitutio.s̃.de iudi.c.examinata. facit l. restituere.ff. de rei
ven.sed dicit Io.An.ꝙ licet vsus hoc approbet: tamẽ fortè nõ
est de iure.de quo remittit ad Spe.in tit.de lib.concep.§.fi.ver.
hoc autem.facit quod not.per glo.insti.de act.post prin.Quar
tus intellectus est Inno.similis præcedenti.s ꝙ hic petebat̃ re-
stitutio parochialis: & quorundã aliorum iurium : vel restitu-
tio in integ.prin.& sic ex hoc infertur,ꝙ simul & semel potest
intentari remedium rescindens,& rescissorium.& sic possum
petere resti.aduersus contrac.& rem ipsam.de quo latius tradi
tur in c.cùm ex literis.s̃.de resti.in integ. ego verò de materia
accumulationis dixi in c.fi.s̃.de lib.ob.in xxix.prin.arti. Quin
tus intellectus fuit eiusdem Inn.ꝙ hic Archieps̃ petebat resti.
poss.iure parochialis:verũ cum iudices viderent ꝙ Archieps̃
de dicto iure parochia.finem fecerat : nolebant restituere,dic
quasi pos.sed volebant pronunciare contra ipsum Archiepm̃:
quod præsentiens ipse Archieps̃,petijt resti.in integ. quã ipsi
iudices concesserunt.& ex hoc intellectu no.ꝙ pendente iudi
cio super prin.potest intẽtari restitutio in integ. iure minoris
ad tollendum excep.quæ fieri potest aduersus actionem pro-
positam.quinimò plus dicit hic d.M.ꝙ proposita exceptione
potest peti resti.in inte.vt est tex.in l.nam & postea.§. si mi-
nor.ff.de iureiur.& ibi per Bar.iste intellectus est verus,& no.
in seq.non tamen conformis literę:maximè in prin.vbi innui
tur,seu dicitur ꝙ Archiepiscopus resti.beneficium postulauit:
& sic ab ipso prin.videtur fuisse petita restitutio: & ideò In-
no.fortè non confisus de hac lec.dixit pręsumendum esse pro
iudicibus.ar.c.in nostra.de procu.Sextus not. & sing. intelle-
ctus fuit Host.qui dicit,ꝙ Archi. conquerebatur de plebano
ecclesiæ sancti Marci : ex eo ꝙ sibi nolebat obedire : & quod
nolebat sibi respondere de iure parochiali sicut consueuerat:
non tamen dicebat se spoliatum : quia non fuerat ipse spolia-
tus:sed & prædecessores sui,quasi seipsos spoliauerũt:quia fue
runt negligentes in dicto iure parochiali. Implorabat ergo ar
chiepiscopus officium iudicis,vt eum reduceret ad illum sta-
tum,in quo esse consueuerat:& sic restitueret eũ ad quasi pos
sessio dictorum iurium:nec petebat hoc per beneficium resti-
tutionis in integ,sed per generale iudicis officium. de quo in
c.ex literis.s̃.de rest.in inte.& h.d.Ant.no.quia remedium ca-
nonis,redintegrãda.iij.q.j.& c.sæpe.j.de rest.spo.non videtur
habere locum,quando quis est exclusus à posses.per negligen
tiam suam:& ideò tutius est ꝙ accumuletur restitutio : vel ꝙ
agatur ex generali iudicis officio,quod dicit ipse bene not. &
idem tenet ipse in d.c.sæpe.& sequitur Lap.alleg.fi.& dicit d.
Ant.ꝙ quis per hoc remedium obtinet: etiã si narret sua cul-
pa vel negligentia non exegisse debitum.subdit tamen,ꝙ hoc
remedium habet locum solùm in ecclesia,minore, aut absente
cui tale remedium ratione læsionis competeret propter iustã
absentiam.ar.l.ab hostibus.ff.ex qui.cau.ma.& dicit etiã Lap.
ꝙ intentans hoc remedium non debet narrare se fuisse spolia-
tum:quia succumberet.de qua materia latius videbimus in tit.
de resti.spol. Sed do.M.dicit,ꝙ quamuis prædicti intellectus
sint notabiles & veri in se:tamen sibi plus placet primus intel-
lectus tanꝗ magis amicus literæ,vt intelligatur ꝙ hoc peteba
tur,duntaxat restitutio quasi possessionis iuris parochialis: &
sic agebatur possessorio recuperandæ.hoc colligitur ex princ.
& medio tex.nostri.nam in prin.solùm dicitur, ꝙ petebat be
neficium rest.postea verò iudices in sententia adiudicauerunt
possessionem iuris parochialis archiepiscopo:& eum restituẽ-
tes vetuerunt ne quis possessionem restitutã præsumeret mo
lestare,seu perturbare &c.& sic ex verbis seq. dum vetuerũt,
ne quis possessionem restitutam perturbaret euidenter: colli-
gitur.ꝙ agebatur pos.& hoc declarant illa verba , restituentes
in integ.&c.vt intelligatur respectu executionis & adiudica-
tionis,vt sit sensus,quòd primò adiudicauerũt sibi pos.& post
ea exequendo,restituerunt eum in integr. ponendo.s. in poss. [a]
corporalem sicut prius erat:& tunc bene sequitur quòd vetue
runt ne quis pos.restitutam perturbaret,& sic est hic casus no.
per gloss.in c.consultationibus.s̃.de offi.deleg.quæ vult, quòd
etiam quando agitur poss.recuperandę debeat seruari ordo iu
[a] diciarius[a],& idem sensit Bart.in l.vna.C.si de momen. pos.de
quo latius videbimus in tit.de resti.spo.¶Gloss.super ver.me
tropolitano.in prin.colligit plures causas legitimas recusandi
iudicem:deinde sentit contrarium in ver. & licet. assignat ra-
tionem diuersitatis inter iudicem & testem recusandum.

¶In ea.gloss.ibi,suffraganeus aduersarij.dic, hoc intelligit Io.
And.in delegato:sed vt ordinarius,dicit ꝙ cognoscere potest:
vnde dicit ꝙ metropolitanus corã suo suffraganeo posset ipsi-
us suffraganei conuenire subditum,per no.per Spec. in primo
tit.§.superest.ver.quid si conqueror. & ratio diuersitatis po-
test esse:quia quando cognoscit vt ordinarius inter subditum
& superiorem:non est præsumptio quod moueatur cõtra pro
prium subditum ratione superioris,qui ei tantùm superest ra-
tione nudi exercitij iurisditionis, quia par affectio tollit omnẽ
suspicionem,vt l.non solùm.ff.de ritu nup.sed quando impe-
tratur à metropolitano contra non subditum:tunc tantũ sub-
est affectio ex parte impetrantis:meritò potest per aliam par
tem recusari.Sed tu dic ꝙ ex hac ratione sequitur , quòd non
sit fienda differentia,an cognoscat vt ordinarius,vel vt delega
tus:quia ista qualitas non tribuit facultatem recusandi:sed so-
lùm qualitas actoris , aut rei. nam si metropolitanus impe-
traret suffraganeum in delegatum contra subditum suffraga-
nei:ex qualitate prædicta non potest recusari,de quo satis dixi
in capitu.postremò.j.de appel.¶In ea.gloss.ibi, item propter
dominium.dic de alijs ex plurimis causis legitimis recusandi
iudicem,vide per Ioan.And.& do.Do.in c.legitima.de app.li.
vj.ego verò latè dixi in d.c.postremò.¶In ea.glos.ibi,repelli-
tur testis.dic no.ex hac gloss.quòd suffraganeus potest esse te
stis in causa metropolitani:& subditus in causa domini : licet
recusatus non possit esse iudex,& ratio diuersitatis ponitur in
gl.& eadem ratio ponitur in c.cùm R.s̃.de offi.deleg.& in c.j.
& in c.accusatores.el iij.iij.q.v.de qua materia latè videbimus
j.in titu.de testi.¶Glo.super verbo,ac ex his.oppo.contra tex.
in eo quòd text. dicit plures fuisse causas app. cùm tantum vi-
deatur fuisse vna:videlicet,quòd iudices erant suffraganei im-
petrantis.gl.soluit dupliciter.primò,quòd à princ.fuit vna:sed
superuenit alia:quia lit.non contest.testes postea recepti fue-
runt,& hoc placet Io.& Vin.sed Host.& Ioan.An.tenent cõ
trarium,& melius.nam vt dicit Ioã. An.& bene, si grauamen
etiam præcedens non facit validam app. nisi sit expressum in
appel.vt in c.dilecto.j.de appel.& in c.vt debitus.eo.titu. qui
tex.fuit Innoc.iij. prout est text. noster hodie clarus in cle.ap.

[a] ¶Ordo iudicia-
rius etiam in pos-
sessorijs est seruan
dus.adde doct. &
Alex.latè in l.natu
raliter.§.nihil com
mune.pen.col.vbi
etiam Mod. ff. de
acqui. pos. Alexã.
consil.ij.incip. con
sideratis his colũ.
iiij.lib.iij.

pellanti. de appel. fortius si grauamen sequitur, & ideò fortè glo. in versi. vel dic quòd duo. transit ad secundam sol. dicens, ꝙ licet vnica fuerit causa in genere: tamen tex. loquitur in plurali: propter pluralitatem iudicum, qui fuerunt recusati. nā ex eo quòd quilibet iudicum noluit admittere recusationem: videtur in personam cuiusq; consistere legitima causa appellandi. sed ista sol. etiam nō placet: quia licet plures essent iudices qui hanc recusandi causam, tanq; insufficientem, sentirent: tamen vnica erat recusandi causa: & ideò dic, & meli⁹, secūdū Host. & Io. An. ꝙ plures erant causæ. videlicet suspiciōis ꝓpter quā recusabant: & quia literæ erāt surreptitiæ qa erāt impetratæ suppressa veritate: vt dixi in apostillis. s. sup verbo, suppresiōne.

a ¶Glo. super verbo, contuma. opp. in eo ꝙ tex. dicit sub dubio fortè[a] ꝙ si appel. fuisset minus legitima: potuisset fortè excōmunicari. nam de hoc non est dubitandū: qa sine fortè potest quis excommunicari propter contumaciam, & fieri missio in pos. vt in c. quoniam. §. in alijs. & §. fin. j. e. glo. sol. ꝙ dictio, fortè. hic stat assertiuè, & non dubitatiuè. & sic not. de hac dictione, fortè. quæ quandoq; non facit dubitationem: sed assertionem, & est philosophicum temperamentum. in fi. glos. dic, vel secundùm Ioan. An. ideò dixit, fortè: quia iudex debet infligere illam pœnam quæ magis timetur, vt c. fin. in fi. j. e. quasi dicat, ꝙ non semper propter contumaciam est quis excommunicandus de quo latius. j. dicam in titu. de do. & contu.

¶Glos. penul. quærit, quare tex. dicat, cassamus: imò cassas denunciamus, & quare dicit, legitimas, & sic plura, & ad vtrunq; respondet in ea. glo. ibi, sed cùm nulla est vt ibi, dic secundùm Host. quem sequitur Io. An. quòd quatuor fuerant causæ nullitatis istius processus: quas tetigi sub compendio in apostillis super tex. Prima, quia iudices fuerunt recusati: sed vtrum hæc causa reddit processum postea agitatum nullū? dic vt dixi post doct. in c. cùm speciali. j. de app. Secunda causa, quia literæ fuerunt surreptitiæ: sed hæc causa non videtur vera: quia literæ licet surreptitiæ, ad lites tribuunt iurisditionem: quamuis elidibilem, ope excep. vnde est opus excipere & appellare. c. ad audientiam. & c. cæterum. s. de rescri. Tertia causa fuit ex eo ꝙ iudices processerunt lite non conte. quæ causa sufficit ad annullandum sententiam diffinitiuam: sed etiam ad annullandū processum super meritis causæ: non tamen est sufficiens ad concludendum nullitatem excommunicationis, quæ ad sui existentiam non requirit lit. conte. vt c. j. s. de iudi. & sic patet ꝙ propter hanc causam tex. dum dicit, imò cassas. non potest referre ad excommunicationem: & tamen tex. noster fundat se ratione litis non contestatæ. sed dic, ꝙ fundat se ratione lit. nō côte. quò ad principalem retentionem sententiæ diffinitiuæ & processus gesti super meritis causæ. sed quò ad retentionem facit sequens quarta causa. Quarta igitur causa fuit ex eo quòd fuit iustè app. & hæc causa concludit tam ad nullitatem processus quàm sententiæ excōmunicationis. j. de sen. excom. per tuas. & j. de app. dilecto. secundùm do. m. sed aduerte, quia attentata post appel. non videntur nulla: nec reuocanda per viam attētati: nisi iudex à quò admisisset ap. vel iudex ad quem transmisisset inhibitoriam: vt in c. non solùm. & in c. cum appellationibus. de app. in vj. sed reuocantur per viam iustitiæ: & sic nō videntur nullæ: sed potest dicere quòd notoriæ iustitiæ appellationis, & per consequens, notoriæ iniustitiæ excommunicationis reddit sententiam nullam, per ea quæ dixi in c. inter cętera. j. de re iu. ¶Glo. fi. quærit de ratione ad text. quare dicat, vniuersa restituantur, & respondet & est satis clara.

a ¶Sub dubio fortè respōdent sæpe periti. de cuius dictionis vi vltra Felin. hic, vide eundē in c. cum cōtingat. de offi. deleg. Mod. in §. eqùe. in iij. colū. ver. in tex. ibi, fortè. de actio.

b ¶Non videtur bona ratio: quia solet communiter dici excommunicationem esse fauorabilem. c. pia. de exce. lib. vj.

c ¶De cuius materia, vide eleganter per Paul. consilio ccclxiij. lib. ij.

SVMMARIVM.

1 ¶Modus contra contumacem procedendi lite non contestata, qualis.
2 Sententia diffinitiua non fertur ante litis contestationem.
3 Missio in possessionem, quibus causis non adaptetur.

Vefraternitatis. Si lite non contestata reus est contumax, actor mittitur in pos. causa rei seruandę si hoc fieri potest, aliàs reus est excommunicandus ibi. h. d. Primò ponitur decisa consultatio. Secūdò, distinguēs responsio. ibi, consultationi. & secundū membrum distinctionis ponitur, & si causa. ¶†No. primò formam & modum pro
1 cedendi contra reum contumacē lite adhuc non conte. nam si ex natura rei vel causæ potest fieri missio in pos. rei petitæ, talis missio fieri debet causa custodiæ: aliàs debet ipse cōtumax excommunicari, & ex his inferuntur duo sing. dicta. Primū, ꝙ excōmunicatio nō est fulminanda, quandiu potest fieri missio in poss. quia prius recurrendum est ad res, quàm ad personas. xvj. q. vj. c. illud. facit optimè. l. iij. §. præterea. ff. de suspect. tu. & quod ibi traditur per glo. & Bart. qui volunt, ꝙ non deueniatur ad capturam, nisi in defectum bonorum. sed contra hoc op. c. quoniam. §. fin. j. e. vbi optio datur iudici: an procedat ad missionem in poss. vel ad excommunicationem. Goff. hic, quamuis non tangat contrarium: tamen ex tex. colligit, ꝙ contra contumacem non est procedendum ad excommunicationem, quandiu extant alia remedia: quia excommunica-
b tio est odiosa[b]: sicut dicimus in simili de actione de dolo. ff. de do. l. j. ij. & iij. non enim competit, quandiu subest alia actio: vt ibi, & in l. dolo. C. de dolo. Item etiam Host. hoc dicit per hūc text. probari ꝙ habens bona non potest excommunicari. subdit tamen, ꝙ q; uis sit hoc honestum, & ꝙ iudex honestè facit hoc seruando: tamen dictum in se est falsum: quia potest iudex ad libitū incipere ab excōmunicatione: vel à missione in pos. ad alteram processurus, si sibi videtur expedire, vt contrario. & cum hac opi. transeunt Io. An. & do. Ant. sed Specu. in titu. de contuma. §. sequitur. ver. certum. & melius. & versi. debent autem. tenet primum dictum: quia à leuioribus inchoandum: quidam verò distinguunt, ꝙ aut agitur reali: & procedit distinctio huius. c. aut personali: & tunc sit in optione iudicis &c. & sic procedit contrarium. d. c. quoniam. in fi. zab. hic dicit, ꝙ licet hæc distinctio habeat æquitatem: tamen quia d. c. quoniā. in fin. dat libertatem iudici: videlicet, ꝙ etiam in reali potest iudex de rigore procedere ad excommunicationem. quod dictum non placet hic do. m. quia ille tex. loquitur in personali, & non in reali: & hoc c. si bene ponderetur, procedit tantū in reali, vt patet rerum petitarum &c. vnde cōcludit do. m. quòd quando agitur reali, debet iudex procedere ad missionem: & non ad excommunicationem; quia per mis. prouidetur nedū contra delictum contumaciæ: sed etiam actori, qui mittitur in pos. & elapso anno, efficitur verus possessor, vt d. c. quoniam. §. in alijs. quia cùm iudex possit vendicare contumaciam rei, & prouidere actori circa rem petitam: non debet ire vagādo per excommunicationem & alia remedia extrinseca: & hunc putat verum intellectum istius c. & subdit, ꝙ credit quòd si iudex denegaret missionem & procederet ad excommunicationem, ꝙ actor posset appellare. credit tamen excommunicationem tenere: & reum nihil dicere posse: cùm de seipso tantùm conqueri possit, & ad prædicta facit auē. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & quod ibi not. Barto. sed si ageret actione personali: tunc seruabitur dispositio. d. c. quoniam. in fin. & ratio est, quia quando agitur personali, actor non dicit se habere aliquod ius in re. & ideò iudex nō videtur sibi ita facere iniuriam si non procedit ad mis. in pos. sed intentat alia remedia prodita contra contumaces, & ita est limitādum dictum Gof. & Specu. secundùm domi. m. sed tu de hac materia, qualiter & quibus remedijs contra reum contumacem procedere debeat & à quibus inchoare: dic vt latius dicam j. titu. de dolo & contu. & hæc procedunt quò ad primam illationem.

2 ¶†Secundò prin. infertur aliud singu. dictum, quòd quamuis agatur causa in qua non est prouisum de remedio missionis in poss. tamen non debet procedi ad sententiam diffini. lit. non contest. sed ad excommunicationem. sed contra hoc opponit
c de his quæ not. in authen. si omnes[c]. C. si vt se ab hærede. ab. quod traditur ibi per Barto. & docto. & per Bar. in l. si finita. §. iul. ff. de dam. infect. vbi volunt, quòd vbi non est prouisum de remedio missionis in poss. procedi potest causa cognita ad diffinitiuam, lit. non conte. per d. auē. & l. j. C. de asser. tol. cum simi. cuius contrarium hic dicitur: & contrarium tenent communiter Cano. Sol. d. Anto. primò sentit vnam sol. pro concordia, dicens vtrunq; remedium posse communicari, vt hic: & etiam potest procedi ad sententiam, vt in contrario: sed contra hanc sol. videtur tex. apertus in c. j. s. eo. vbi agebatur ad separationem matrimonij propter adulterium, & sic non erat modus missioni in pos. & tamen potest procedi ad sententiam, vt ibi dixi in xj. not. & ideò fortè do. Anto non persistens in d. solu. transit ad aliam solu. dicens quòd hæc decre. destruxit illam theoricā legistarū de quo dic vt dicam in c. quoniam. in prin. in iiij. princ. ar. fal. xv. vel potest dici secundùm do. m. ꝙ aut persona est certa cū qua potest lis contestari & procedit tex. noster: licet non sit locus missioni in pos. quia propter hoc ratione cōtumaciæ nō deuenit lite nō cōtest. ad sententiā diffi. quia cū sit persona certa, pōt alio remedio vel grauamine prouideri: cū plura sint ꝓdita cōtra cōtumacē: de quib⁹ latius dicā in tit. de do. & cōtu. aut ius agendi non dirigitur cōtra certā personā à qua petatur aliquid dari vel fieri: sed concluditur tantùm iudici & nō parti: & tūc, vt non sit persona cum qua lis cōtestetur, conceditur ad sententiam lit. nō cont. vt d. auē. & si omnes. C. e. de quo dic vt dicam in d. c. qm̄. in princ. in iiij. princi. arti. fallen. xvj. ¶Glo. in principio sentit q. & soluit & solut. fortificat. deinde in versic.

in versiculo,& debet.summatim decidit aliam quæstionem & remittit.deinde in versic.an iste. format.q.& remittit. deinde in ver.non tamen.ponit. v. auxilia prodita contra reum contumacem non permittentem actorem mitti in poss.& iuncta glo.ibi,festinare.&ibi, summatim negotium perscrutari. dic de hoc vt latius dicam in titulo de eo qui mitt.in possess.causa rei seruan.& in glossa ibi,an iste missus.dic vt latius dicam in dicto titulo, de eo q mittitur in possessio.vbi tractabo de esse ctibus istius missionis in possess.in fine gloss.dic: Hostien. & Ioannes An.do. Ant.& D.m.hic addunt plura alia remedia: de quibus dicam in ti.de dolo & contu.

3 ¶†Glo.fin.quærit de exemplis,quæ scilicet sint causæ quibus non adaptatur missio in possess.& ponit duo exempla. In ea. glo.ibi siue ciuiliter.dic glos.non bene dicit secundùm,d.M.d. Ant.quia hoc casu,quando de crimine agitur,ciuiliter proceditur ad instar ciuilium, vt l.fi.ff.de priua. deli. & ideò debet fieri missio in poss.& placet hoc D.meo,& communiter Doc. ex quo agitur pro interesse priuato æstimabili.In e.glo.ibi,criminaliter.dic,istud exemplum est bonum:licet tunc indirectè fiat missio:quia tunc ipsius contumacis bona annotantur. & an talis annotatio hodie locum habeat: & quando,vide d. M. in c.veritatis.de do. & contu.& fortè dicam ibi, & per Bart.in l.absentem.ff.de pœ.in fi.gl.dic, & idem dicit d.Anto.eadem ratione, si agatur causa matrimonialis respectu coniungīj dissoluendi vel coniungendi.sed dicit domi.m.ꝙ hoc exemplum non est bonum:quia licet quando agitur de coniugio coniungendo vel dissoluendo,non possit fieri missio:tamen tūc procedit ad diffinitiuam:& propter periculum imminentium. vt in c.quoniam.§.porrò.j.co.de quo dic vt latius dicam in c. se. in prin.iiīj.princ.ar.fal.viīj.Item Hosti.hic exemplificat etiam in causa ciuili personaliter intentata , quando reus non potest pati hanc missionem:quia non possidet mobilia vel immobilia.Quintum exemplum ponit Vinc.si reus abscondit rem,vel si res dolo ipsius perit.Sextum exemplum ponit idem Vince. quando ageretur interdicto retinendæ poss.quia tunc non habet locum missio:& debet seruari ordo iudiciarius:sicut in interdicto,vnde vi.de quo dic vt latius dicam in c.seq.in princi. iiīj.princip.articu.

SVMMARIVM.

1 ☞Inimicitia capitalis ex quibus oriatur causis.
2 Causa matrimonialis delegatur quandoque non Episcopis.
3 Iudex ex quinque causis legitimis recusatur.
4 Citatus in loco non tuto,comparere non tenetur.
5 Ire ad terram inimicorum nemo tenetur : etiam cum saluoconductu.
6 Causæ processus irritatiuæ,sunt duæ.
7 Vxor recedens à viro sine ecclesiæ iudicio,ipsum spoliare præsumitur.
8 Reconuentio admittitur in causa appellationis.
9 Iudex ecclesiasticus,quando inter puros laicos de causa temporali cognoscere possit.

Ccedens. Receptio testium facta contra non contumacem in causa matrimoniali,est nulla.h.d.sunt duæ partes.Primò ponitur apparentis querela. Secundò,causæ commissio. ibi,mādamus. & in tex.ibi, Arch.dicit,qui erat secūdus iudex delegatus.& ibi,magister P.dic,erat iste tertiꝰ iudex. & sic isti tres iudices erant delegati dictæ nobilis vxoris dicti vicecomitis:quæ nobilis accumbit matrimonium de cōsanguinitate, vel alio impedimento.& in tex.ibi,vt j.de sub. ista decisa cōtinebatur,vt arbitror,ꝙ per causas prædictas vicecomes recusabat istos iudices:& nolebat coram eis comparere, nisi locum tutū assignarēt:sed non admittebāt iudices dictas recusationes: nec locum tutum assignabant.vicecomes apparuit:sed tamen prædictis non ob. iudices in causa procedebant. vnde vicecomes supplicauit papæ ꝙ sibi prouideatur. vnde papa prouidit sibi dando nouos iud.de quibus hic in suprascri.de quibus mandat vt sequitur,secundùm Host.& in tex.ibi, vtrinque.dic.s. à vicecomite,& à prædicta nobili eius vxore.

1 ¶†Not.primò ibi,vxorem suam & terram. duplicem causam propter quam quis iustè mouetur ad capitalē inimicitiā:videlicet,quando quis capit vxo. alterius:aut alterius terram occupat:quia nō est amicus noster qui bona nostra tollit. & sic inimicitia capitalis non tantùm dicitur insurgere ratione mortis: vel fusi sanguinis : sed etiam ratione honoris & retentionis vxoris:& etiam æris & bonorum : quia vt in vulgari prouerbio dicitur:è beni sono el primo sangue.

2 ¶†Not.secūdò ꝙ licet curia Ro.nō sit solita delegare causam matrimonialem nisi Episcopis,vt dixi in c.j.§.e.in j.no.& no. Io.An.in c.statutū.§.cùm verò.de rescri.lib.vj.tamē hic habes casum, in quo causa matrimonialis fuit delegata duobus non Episcopis,& vni Episcopo.vnde attenditur qualitas quę prodest:& non quæ nocet.

3 ¶†No.tertiò ex toto progressu primæ partis tex.nostri iūcta glo.pe.quinque causas legitimas:propter quas etiam singulariter consideratas. iudex potest licitè recusari . Prima ex eo: quia sit consanguineus inimici capitalis ipsius recusantis:licet cum illo inimico causam nō habeat:vnde nō solùm possum recusare inimicū,si deputatur mihi iudex:sed etiam si deputatur cōsanguineus mei inimici capitalis: & non solùm si deputatur cōsanguineus partis aduersę:sed etiā si deputatur cōsanguineus mei inimici capitalis,qui mecū nō litigat.quód est sing. hoc tamen intelligūt quidā,quādo ipse inimicus cuius erat cōsanguineus iudex mihi delegatus,fauebat aduersario meo in lite.nam iste comes tenebat vxorem & terrā istius vicecomitis: & litigium erat inter ipsum vicecomitem & vxorē suā:cui comes fauebat:quia iudex cōsanguineus comitis meritò erat suspectus isti vicecomiti.Sed dominus meus tenet idē:etiā si non probaretur fauor.arg.c.repellat.j.de accu.& c.cùm R.& c. insinuāte. de offi.deleg.& idē probat tex.noster,qui fundat se super inimicitia nō autē super fauore præstito vxori.nam dictū fauorē solùm adducit ad probādum inimicitiā.& idē sentit Io.An.super tex.dum generaliter colligit,ꝙ non solùm possunt recusare inimicum:sed etiam ipsius consanguineum.

¶Secūda causa principalis,quādo iudex est cōmensalis inimici mei:& sic videtur,vt dictū fuit in præcedēti causa, ꝙ nō solùm possum recusare iudicem commensalem aduersarīj mei mecū in iudicio contendentis,vt in c.insinuante.& c.cùm R.§.de offic.dele.sed etiam si est commensalis inimici mei mecum non contendentis in causa,in qua deputatus est iudex.

¶Tertia legitima causa recusationis est,si iudex est oriūdus de terra aduersarīj mei:sic est cōpatriota aduersarīj mei:quæ tamē causa declaranda est,vt hic in glo.super verbo,oriundus.

¶Quinta est,quando iudex est de districtu inimici mei: & sic non solùm recuso subditum inimici mei mecum contendētis: sed etiam non contendentis in causa.nam suspicionis causa oritur ex timore inimici:quia dubitatur ne subditus inimico propter aliquem iustum timorem de se, bonis, aut consanguineis suis deuicta iustitia.ar.xvj.q.īj.in c.visis.

¶Quinta & vltima legitima recusationis causa est,quādo non potest haberi tutus accessus.ad iudicē: quia oportet trāsire per terram inimicorū.Circa quod aduerte:quia si iudex hoc scienter faceret:tūc satis directè recusari posset.sed si hoc nō faceret sciēter:tūc propriè non daretur recusatio personæ iudicis : sed potius declinaretur eius iudiciū propter locum nō tutū.&ad hoc facit.c.ex parte.j.de app.& cle.īj.§.pisana.de re iu. & ibi dixi. & de his quinque causis,& alījs plurimis traditur per Io. An. & Doc.in c.legitima.de app.in vj.sed latissimè ego dixi in ca. postremò.j.de app.vbi principaliter conuenit:sed hic propter declarationem tex.non potui causas prædictas omittere.

¶No.quartò vltra prędictas causas particulares, vnam causam satis generalem:habilem ad recusandum iudicem : quando ex aliquibus circunstantīјs, ꝙ iudex nimis fauet parti aduersæ: ꝙ quando sit,relinquitur arbitrio iudicis.arg.no.per Innoc. in c. cùm speciali.de app.de quo dic vt dixi in c.postremò.

4 ¶†No.v.ꝙ citatus non tenetur cōparere in loco non tuto: vel etiam ad locum tutum:si accessus nō est tutus. Aduerte tamē: quia si daretur accessus per plura loca: debet probare ꝙ nullus ex illis locis esset tutus:aliàs probatio non concluderet necessariò.de qua materia dicam.j.ti.de dila.j.in materia citationis.

5 ¶†No.sextò tex.qui allegatur,ꝙ quis non tenetur ire ad terrā inimicorum:etiam cum literis de saluo conductu:quia talis cautio est nimis fragilis.facit.c.literas.de resti.spo.& de facili frangitur:vt docet experientia.

¶No.septimò ibi,capitalibus.ꝙ non sufficit quelibet inimicitia:sed debet esse capitalis: id est quòd capitale odium sit inter eos,secundùm Innocen.simile in c.bonæ.§.de ele.& not.bene, ꝙ inimicitia capitalis oritur quandoque ex spoliatione, seu retentione particularis rei.facit quod no.glo.in c.cùm oporteat. j.de accusa.ex quo infertur ad intellectum cap.frequens.de re. spo.in vj.vbi requiritur spoliatio totius substantiæ, vel maioris partis:ad hoc vt criminaliter agens repellatur ab accusatione:quia text.ille procedit,quando de spoliatione facta per tertium opponitur contra agentem,qui non spoliauit: secus quādo excipitur contra spoliatum,vel eius consanguineum, vel amicum : quia tunc sufficit spoliatio rei particularis , propter quā verisimiliter orta sit capitalis inimicitia.& ratio diuersitatis in promptu:quia in casu di.cap. frequens. ideò requiritur

ſpoliatio totius ſubſtantiæ: vel maioris partis, vt concludatur inopia accuſati: ſed hoc ſufficit, ſpoliatio vel retentio particularis rei ad concludendam inimicitiam capitalem. & idem videtur probari in c. item cùm quis. j. de reſt. ſpo. fatetur tamen do. Ma. & bene, ꝙ res poſſet eſſe ita modica & vilis, ꝙ ceſſantibus alijs circũſtantijs non oritur inimicitia capitalis: & ſic fortè poteſt intelligi glo. iij. q. ij. c. oportet. quæ videtur velle, ꝙ ſpoliatus modica re non poteſt excipere contra ſpoliatorem agẽtem criminaliter. de qua materia latè dicam in tit. de re. ſpol.

6 ¶ † Not. octauò ex ver. mandamus. duas cauſas proceſſus irritatiuas. Prima: quia ſit factus poſt appella. legitimam. ſecunda: quia lite non cõte. quod vltimum, qualiter olim & hodie procedat dicam in c. ſeq. in iiij. prin. arti. fal. viij.

7 ¶ † No. nonò, ꝙ eoipſo ꝙ vxor inconſultè, & ſine eccleſię iudicio recedit à viro: dicitur ſpoliare ipſum virũ: & ſic vir poteſt agere poſſeſſorio recuperandæ. Ad idem ca. porrò. j. de diuor. quinimò fortius, ſi vxor eſſet relicta: & deinde monita à viro vt ad eum redeat: ſi non vult redire, videtur virum ſpoliare. vt no. in c. literas, de reſt. ſpo. & c. ſignificaſti. de diuor. no. Inn. in c. veniens. j. de reg. dicam latè in titulo de reſtit. ſpo.

¶ Nota decimò, ꝙ ſpoliatus debet ante omnia conſequi plenariam reſtitutionem: tam rei principalis, quàm acceſſoriæ ante, quàm teneatur reſpondere. ita decidunt domini de Rota deci. ccciij. vbi volũt ꝙ prius eſt fienda reſtitutio omnium fructuũ & expenſarum. dicam latè in tit. de reſti. ſpo.

8 ¶ † Not. vndecimò, ꝙ in cauſa appel. admittitur reconuentio. hoc enim videtur innui, ꝙ poſt appel. vicecomes petijt reſtit. vxoris, de quo dic vt dixi ſupra de mu. pe.

¶ Not. duodecimò ex prædictis & ex tex. ꝙ etiam in cauſa appellationis poteſt accumulari ſeu intentari poſſeſſorium, etiam petitorij ſuſpenſi ante. de quo dic vt latè dixi in Cle. j. de cauſa poſſeſsio. & proprieta. & fortè dicam. j. in ti. de reſti. ſpo.

9 ¶ † Vltimò not. ꝙ iudex eccle. cognoſcit inter puros laicos de cauſa temporali: quando illa venit acceſſoriæ ad cauſam ſpiritualem. ad quod vide quod dixi. s. de fo. compe. in rub. in ver. xxxvj. & in c. licet ex ſuſpecto. in ver. xij. In glo. j. in fin. dic de hac materia vt latius dixi in c. poſtremò. j. de appel. Glo. ſuper

a verbo, oriundus[a]. format duas q. & ſecundam ſoluit diſtinguẽdo. In ea. glo. ibi, domicilium retinere. dic & intellige glo. vt habeat dubium, ſi ibi non moratur de præſenti. & de hac materia, an forum domicilij proſit, & qualitas, & de mutationis effectu, dixi latè in c. fina. s. de fo. compe. in viij. ix. & x. quæſtionibus. In ea. glo. ibi, multa proſint. dic, ſentit ergo gloſ. ꝙ hic ſola cauſa, ꝙ ſit compatriota, non ſufficit. & quod idem tenet gloſſ. pe. hic. Ho. verò hic dicit hunc caſum inducendum conciuibus qui agerent in remotis partibus: quia vt docet experientia, tales diligunt ſe vt fratres, & remittit Ioan. And. ad no. in c. legitima. de appel. in vj. ſed do. Anto. hic putat idem eſſe, ſi non ſit etiam in longinquis partibus: ſed ſint compatriotæ: & agatur etiam forenſis longinqui: quia tunc talis compatriota veriſimiliter fauet conciui, quàm extraneo, & hoc dicit, relinquendo arbitrio iudicantis. do. meus hic putat hoc dictum do. Ant. procedere in delegato, vt probatur hodie in c. ſtatutum. §. quod autem. de reſcri. in vj. vbi patet, ꝙ ſi actor & reus ſunt diuerſarum ciuitatum & diœce. non poteſt actor impetrare in ſua diœceſi vel ciuitate, ſed in ordinario: putat illud non procedere: quia aliàs quilibet forenſis volens conuenire ciuem, de facili recuſaret omnes ordinarios rei. ſed de materia iſta dic vt dixi in d. c. poſtremò. In fi. glo. dic, ꝙ hęc ſola cauſa eſt ſufficiens. facit c. accedẽs. s. eo. vbi ſufficit, ꝙ ſit ſuffraganeus aduerſarij. fortius ergo ſi eſſet ſubiectus: & ſic exponẽdo tex. de terra vxoris: hoc eſt, ſubiecta vxori: deciſio eſt clara. Gloſ. ſuper verbo, nimis fauẽs. format contrarium ad tex. in eo quod text. vult, ꝙ opponatur contra iudicem de fauore impartito alteri parti: nam propter hoc non videtur debere reputari ſuſpectus: cùm quilibet teneatur diligere alium. glo. ſol. ꝙ modica amicitia non inducit ſuſpicionem: ſed maxima, ſic. & ſol. ſuam fortificat in ea. glo. ibi, ſed maxima ſic, vnde in litera ponderatur ꝙ nimis fauebat alteri. & ex hoc inferunt Hoſt. & Io. An. ꝙ non ſufficit ſi opponatur ſimpliciter ꝙ iudex fauet aduerſario: niſi iungatur ꝙ nimis fauet. quod eſt ſingulare. imò plus dicit Hoſt. ꝙ non ſufficit ſi dicatur nimis: niſi fauoris cauſa exprimatur: aliàs quilibet iudex ſine cauſa recuſari poteſt. quod verum intelligit do. Ant. quod tunc dicitur exprimere cauſam, quando oſtendit in aliquo grauaſſe, per nota. in c. ad hæc. & c. propoſuiſti. j. de appel. concludit diſtinguendo, ꝙ aut recuſans dicit iudicem fauere alteri parti: nec aliter exprimit cauſam fauoris, & non ſufficit: quia iudex poteſt fauere vni parti: dummodò non excedat modũ. argu. oppo. in c. conſuluit. de offic. delega. aut exprimit cauſam concludentem nimium fauorem alterius partis: eo quia dicit ſe grauatum in tali & tali ar. & tunc ſufficit: licet apertè non dixerit eum nimium fauere. nam prædicta generalia dicta intelliguntur ſecundùm ſpecialia. argumen. c. ſedes. s. de reſcript. & l. fina. §. cui dulcia. ff. de vino triti. & oleo leg. Et aduertequia Specu. in titu. de poſitionibus. §. vij. verſicu. quid ſi proponens. dicit nota. verbum, quòd ſi pars ſibilat in aure iudicis qui alloquitur ſibi ſecretò ad aurem: poteſt recuſari vt ſuſpectus. & ſequuntur hic do. Ant. & d. M. qui etiam ponunt alias plures legitimas recuſationis cauſas: ſed quia non eſt princ. materia noſtra: ideò omitto: & de ea dic vt latè dixi in ca. poſtremò. j. de appellationibus.

¶ Gloſſ. pen. quærit de intellectu literæ, quare textus dicat, ex his cauſis. & ſoluit. deinde gloſſ. in ver. & ita. infert ad intellectum text.

¶ In ea. gloſſ. ibi, & quærit de per ſe. dic de hoc vt dixi. s. in iij. no. glo. fi. ſentit contrarium: ꝙ papa non debet ſe impedire de reſtitutione terræ: & ſic rei temporalis. per c. cauſam. qui fi. ſint legi. & ſoluit. in fi. dic vt dixi. s. in vltimò not.

¶ Sed nunc extra glo. opp. dupliciter contra text. noſtrum. primò, ꝙ ex quo cauſa fuit commiſſa certis iudicibus, debeat ſub

b illis terminari[b] niſi legitimè recuſarentur: vel per legitimam app. ab eis iuriſditio eſſet abdicata: vt in c. vt debitus. & c. cùm ſpeciali. de appella. cùm ergo hic non eſſet plenè cognitum de cauſis recuſationis, nec de legitimitate appellationis: non debebat ſimpliciter mandari iſtis iudicibus ꝙ deberẽt in cauſa procedere: quod tamen factum fuit. Sol. dicit Hoſt. ꝙ licet iſte ordo ſit ſeruandus quò ad litigantes: vt ſine prædictis cauſis non valeant recedere à delegatis: poteſtas tamẽ remanet penes delegantem. vnde ſiue commiſerit totam cauſam, ſiue partẽ: dummodo ſit ordinarius, vel ſi ſit delegatus, & partem tantùm cõmiſerit: poteſt ad libitum commiſſam iuriſd. reuocare. vt l. iudicium ſoluit. ff. de iud. & c. ſuper quæſtionum. §. porrò. s. de offi. delega. maximè vbi honeſtas & veriſimiles cauſas prætendit: & modicum ſit præiudiciũ vt hic. Inn. verò hic refert quoſdã tenere, & non bene ſecundùm eũ, ꝙ hic fuit facta cõmiſsio per appel. ſed malè, vt dixi: quia ſi procederetur per viam app. commiſsio fuiſſet aliter facta: videlicet ꝙ ſi vera eſſet cauſa, iudices ipſi ſecũdi procederẽt: aliàs remitterẽt cauſam ad primos iudi. à quibus fuerat appel. cõdẽnata altera partè in expẽ. vt d. c. vt debitus. quod hic nõ fuit factum: cùm papa ſine cauſę cognitione reuocauerit iuriſd. priorum iudicum: eam transferẽdo in ſecundos. vel poteſt dici ſecũdùm Inn. ꝙ hic cõſtitit papę de appel. legitimitate, ideò non mandauit inquiri de ipſa legitimitate. ſed dicit hic Hoſt. ꝙ hoc eſt cõtra tex. cùm papa mandet inquiri de virtute cauſæ appel. vt patet ibi in tex. ſi vobis cõſtiterit quod ante lit. conte. &c. & ſubdit Hoſt. ꝙ pro certo tenendum eſt ꝙ papa ex certa ſcientia reuocauit hic iuriſd. priorum iudicum: & ex cauſa prædictã cauſam cõmiſit iſtis ſecũdis iudicibus. quod patet ex tex. dum dicit, & cauſa ipſa per vos cõmodius &c. ibi enim cauſam reuocationis exprimit & dat certam formã ſecundis iud. ſed dicit hic d. M. ꝙ ſuper hoc non eſt inſiſtendum: quia in iure non eſt vis. qua via procedant iſti ſecundi. nam ſi teneamus ꝙ papa reuocauerit ex certa ſcientia: quod videtur magis amicum literæ: indiſtinctè cognoſcent de cauſa. ſ. virtute app. aut papę prius conſtitit de legitimitate: & habebũt non habebunt de ea cognoſcere: aut non conſtitit: & habebũt cognoſcere ſecundùm formam. c. vt debitus.

¶ Secũdò op. cõtra tex. videtur enim ꝙ nec primi iudices, nec ſecundi poterant cognoſcere de q. ſpoliationis: quia primis tãtum fuit cõmiſſa q. ſuper petitorio. ſecundi verò nõ poſſunt: quia ſurrogantur in locum priorum: & penes ipſos eſt illa iuriſdict. quæ erat penes primos. arg. di. ca. vt debitus. & cap. non ſolùm. de appella. in vj. Item quia reconuentio non admittitur in cauſa appella. vt not. in c. j. de mut. peti. ſed do. Anto. hic tripliciter ſol. primò, quòd papa ex officio hic commiſit cauſam vltra limites appella. reuocando primos iudic. vel hoc fecit virtute reconuentionis: vel tertiò hoc operatur cauſarum annexitas: & ne cauſæ connexitas diuidatur: propter quod cauſa ſimpliciter commiſſa, cenſetur etiam commiſſa quò ad poſſeſſorium: & ſimiliter deuoluta cauſa quo ad peti. poteſt etiam diſceptari de poſſeſſorio: vel quia ſatis poteſt dici quòd quæſtio poſſeſſoria fuerat deducta in principali: quia vicecomes conuentus coram primis iudicibus dixerat in except. ſuis ſe ſpoliatum ab illo comite, qui tenebat terram & vxorem ſuam, ſecundùm domi. Anto. hæc ſolut. non eſt bona: quia non eſt verum quòd vicecomes excipiendo, vel agendo, in primo iudicio deduxerit ſpoliatum: ſed vt iuſtificaret legitimam cauſam ſuſpicionis, allegatur quòd ille comes detinebat terram & vxorem ſuam. vnde contra vxorem agentem non apparet hoc fuiſſe exceptum: nec etiam ſequitur except. ergo

poteſt

a ¶ Adde bo. tex. de hac dictione, oriũdus. in l. prouinciales. de verb. oblig.

b ¶ ¶ Nam iudicium vbi incœptum eſt, ibidẽ debet terminari. l. vbi cœptũ. ff. de iudic. de quo vide latè Felin. in c. ex tenore. ver. lex de reſcrip. iſtum in c. propoſuiſti. s. de foro competenti.

potest agere, si iudices non habebant circa hoc mandatum. do. M. soluit clarius, concludendo circa omnia. contradicit enim q aut quæritur, vtrū primi iudices potuissent cognoscere de spolia. si causa eis simpliciter fuisset commissa super peti. & remittit. de quo ad plene no. ad d. c. j. de sequestra. pos. & fru. vbi cōmuniter tenetur q sic, propter connexitatem causarū. ad quod vide quod dixi in c. fin. §. de mut. peti. in xj. prin. art. aut tenentur opi. q per viam app. isti secundi iudi. cognoscebāt. & idem dicēdum est: quia cùm coram primis iudi. lis non esset cōtesta. & appel. esset iustificata: potuit etiam coram istis secundis iud. iustificata appellatione à grauamine fieri recōuentio, secūdùm ea quæ latè dixi in c. j. §. de mut. peti. in vj. prin. artic. fal. xxj. vel melius potest solui secūdùm Do. m. q non est verum q isti secundi iudi. cognoscant per viam reconuentionis: cùm supersedeatur quæstio princ. vnde non potest propriè dici reconuentio: cùm cesset conuentio, iuxta no. per Bar. in authen. & cōsequenter. C. de senten. & iur. om. iud. ad quod vide quod dixi in rub. de mut. peti. in j. arti. & in c. fi. eo. tit. ar. ix. & x. vnde concludit q hic isti secundi iudi. debent cognoscere virtute commissionis expresse vel tacite: quia licet sit commissa causa petitoria, videtur commissa spoliatio: etiam super eadem re: etiam per viam actionis quæ facit silere petitorium, vt in ca. ex conquestione. j. de resti. spo. & ij. q. ij. in summa. & in c. fi. j. de ordi. cogni. de quo ar. dicam vel in d. titu. de ordi. cog. vel in titu. de resti. spo. quia vtrobique potest adaptari.

SVMMARIVM.



Voniam frequenter. Hec tota decretalis secundùm Ioan. And. diuiditur in duas partes princi. primò ponit regulam de testibus non recipiendis super princi. lit. contesta. & subiungit sex casus exceptos. Secundò, ponit qualiter sit procedendum quando reus est cōtumax. ibi. in alijs. Prima subdiuiditur: quia primò ponit regulam. Secundò, excipit duo: ibi, nisi fortè. & hæc secunda subdiuiditur in tres: quia primò ponit duos casus exceptos. secundò subiungit alios duos ibi, porrò. tertiò, alios duos ibi, sunt alij. & secunda pars quæ incipit ibi, porrò. subdiuiditur: quia primò ponit quid iuris quando reus est contumax, contra quem agitur de spirituali vel carnali matrimonio. Secunda ibi, si verò. dicit, quid iuris cùm non est contumax reus. & primò disponit de matrimonio spirituali. secundò, quid de carnali. ibi, si autem. Secunda verò pars princip. quæ incipit, in alijs. princip. subdiuiditur in duas. In prima, statuit quid iuris cùm reus est contumax lit. non contesta. contra quem agitur reali. In secunda ibi, si autem. ponit quid iur. cùm agitur personali. Item prima subdiuiditur: quia primò tractat cùm cōuenitur reus possidens nomine proprio, quid seruandum sit. Secundò, quid si conueniatur possidens nomine alieno. Secunda ibi, quod si forsan. & hoc dicit in summa tota decreta. secundùm Ioannem Andr. lit. non contesta. non recipiuntur testes super princip. sed si reus est contumax, & agitur reali, actor mittitur in possess. rei petitæ custodiæ causa: quam reus recuperat veniens intra annum, si offert cautionem de stando iuri, & restituit expensas: postea verò non auditur, nisi super proprietate: sed si conuenitur reali, qui nomine alieno possidet, nominabit dominum in iudicio: & statuetur sibi terminus intra quem faciat dominum comparere: qui si non venerit intra terminum, iudex citabit illum quò ad hoc: & eo non veniente, iudex mittat actorem in veram possessionem. Si verò est personalis actio, actor mittetur in possessionem: primò, mobilium: secundò, immobilium: vel reus excommunicabitur. & hoc est regulare. fal. in sex casibus: scilicet, cùm timetur mors, vel absentia testium, cùm agitur de matrimonio spirituali vel carnali: in causa tamen criminali necessaria est lite non contestata. sed in primis duobus casibus recipiuntur testes, etiam contra non contumacem: ita tamen quòd conueniatur reus: vel id sibi denuncietur intra annum, aliàs attestationes non valent. Item in secundis duobus casibus contra contu-

macem recipi possunt:& causa diffiniri contra non contumacem.in spirituli coniugio contracto,seruentur antiqui canones:in cōtrahēdo expectabitur absens per sex menses:nisi iudex aliter arbitretur.in carnali verò,absens expectabitur.hoc dicit.sed quia decre.est valde prolixa,& habet materiam distinctam & separabilem,legam eam per partes,vt legit do.M.& vt communiter Docto.& primò legam vsque ad §.porro.& hoc intendit:lite non contesta.testes regulariter non sunt recipiendi.fallit vbi timetur de morte,vel diuturna absentia testium:tunc enim seruata solennitate hic posita,possunt testes examinari:etiam lite non contestata. hoc dicit.Et diuidet hoc princip.in iiij.partes.Nam primò ponit regulam.Secūdo,excipit duos casus:ibi,nisi.Tertiò,ponit solēnitatem requisitam: ibi,sed si actor. Quartò,tradit quid iuris si illa non seruet ibi, attestationes.& textus ibi,à multis.nam olim de iure ciuili super hoc erant variæ opiniones.& in textu ibi,ne veritas occultetur.dic propter absentiam vel testium mortem. quod designatur ibi,fortuitis casibus. & in textu ibi,timetur.dic fortè quia iturus est ad bellum.ibi. absq; malitia.dic fortius:ergo si per malitiam.ibi,non possit.scilicet de facili.

a ¶Et quoties res dubia est inter legistas,de iure autem isto,claro huic iuri.i.canonico standum est in vtroq; foro. ca. j.&.ij.de no,oper.nun.

1 ¶†Nota primò,quòd iura debent adaptari ad ea quę frequenter,& non ad ea quæ raro accidunt. ad idem.l.nam ad ea.ff. de legibus.

2 ¶†Nota secundò,quòd Papa potest decidere & determinare quæstio.& dubium etiam inter legistas[a] orta, seu contingentia.nam super hoc olim erant magnæ contrarietates inter legistas.quidam enim dicebant testes recipi posse contra contumacem lite non contestata:ne contumacia sibi prodesset.& hanc opinionem tenet Vgo & Maria. gloss.sed contrarium tenet Azo & quidam alij, vt dixi in ca.j.s̃.tit.proxi.in iij.princi.arti.& horum cōtrouersia hic sopita est & declarata.de quo dicam in examinatione.j.in iiij.prin.artic.

b ¶Ad verificationem regulę nihil obstat si alias exceptiones cōstet habere,adde tñ sufficere si allegas regulam:quia habes iā intentionē probatā,nisi reus de exceptione monstrarit.ita mod. in l.ex quacunque. in vj. col.ff.si quis in ius vo.non ierit.& vide quod notabiliter decidit Abb.in c.salubriter. de vsuris.

3 ¶†Not.iij.quòd ad verificationem[b] regulæ non requiritur ꝙ non faciat aliquam exceptionē:quinimò dicit glos.super rub. de re iu.in vj.quòd regula dicitur,quasi regulariter sit vera.& sic quasi patiatur aliquam excep.& hoc videtur probari in isto tex.quia hic in princi.dicitur.regulariter verùm esse,vt testes non recipiantur lit.non conte.& tamen postea excipit sex casus ad prædicta.vide quod no.in l.j.ff.de re iu.& vide quę dicā in rub.j.de reg.iur.Secus autē si text.diceret,generaliter.nam genus comprehendit omnes species & indiuidua contenta sub illo genere:quasi vniuersaliter sine aliqua exceptione.facit tèx.in ca.venerabilem.s̃.de electio.vbi ponūtur ista duo,quasi distincta & separata:vñ ille text. aperte innuit,quòd plus importat verbū generale,quàm regulare,secūdùm Io.And.ibi, d. Anto.& dominum meum.

4 ¶†Not.iiij.regulā,ꝙ lite nō cōtes.testes recipi non debent.& cùm nō distinguat clericos à laicis,hęc regula cōprehēdit nō solos laicos,sed etiā clericos.dicam j.in prin.iiij.prin.artic.

5 ¶†Not.v.vnum casum in quo possunt testes recipi lit.non cōtesta.videlicet,quando timetur de morte ipsorum testium. de quo dicam.j.in iiij.prin.ar.fal.j.

¶No.vj.alium casum in quo possunt testes recipi lit.nō cōte. videlicet,quādo timetur de absentia diuturna ipsorum testiū. de quo dic vt dicam in iiij.arti.in ij.fal.

¶Not.vij.quæ & quot requirātur in prædictis duobus casib⁹ ad hoc,vt prædictæ attestationes recipi valeant lit.nō cōte.& post receptionem suum consequantur effectum.

c ¶Vbicūque enim lex non expressè quippiam determinat:arbitrio iudicātis reliquisse videtur.l.j.§.j.ff.de iure delibe. c.de causis. s̃.de offi.delegati.

6 ¶†Vltimo not.ꝙ quāuis reus sit absens:etiā per contumaciā, nihilominus debet iudex ex officio prouidere,ne in eius præiudicium aliquid fraudis committatur.

¶Glos.j.potest expediri per quęstionem,quęrendo:vtrum sit alius casus pręter istos sex hic enumeratos:in quibus fallat hęc regula.glos.nostra respōdit quòd sic:enumerādo alios plures. potest etiam recitari per cōtrariū.nam tex.etiā excipit solùm à regula sex casus hic enumeratos:sed longè plures casus repe-riuntur excepti à dicta regula.de quibus hic in glos.ergo &c. glos.nostra fatetur contrariū:enumerando plures alios casus, in quibus lit.non contes.possunt testes recipi.in fi.glos.dic:habes ergo tam ex tex.quàm ex glos.multos casus in quibus lit. non conte.potest perueniri ad testium receptionem:& sententiam diffinitiuam. Doct.etiā hic addunt alios plures.& quoniam ista est principalis materia titu.nostri,ideò secūdùm ordinem positum in rubri.de lit.cōte.ego hic tractabo.iiij.prin.arti.in quo prædicta materia venit expedienda.

7 ¶†Circa quartum igitur princi.artic.in quibus casibus & causis requiratur lit.conte.& in quibus not.quāuis apud legistas variæ fuerint opi.vt dixi s̃.in ij.no.& s̃.tit.j.c.j.arti.iij.in prin. tamen prosequendo ordinem text.nostri,primò ponam regulam quam ponit text.noster:deinde subijciam casus exceptos in quibus prædicta regula fal.

8 ¶†Regula igitur sit negatiua ꝙ lit.non cōt.non potest ꝓcedi ad receptionem testiū: & per cōsequens nec ad sentētiam diffinitiuam.tex.est hic.& s̃.in rub.& in c.j.ij.& iij.s̃.eod.& ex hac regula negatiua sumitur regula affirmatiua,ꝙ regulariter in omnibus casibus & causis requiritur lit.conte.& vtraq; regula, quæ ad idem tēdit,vēdicat sibi locum non solùm inter laicos: sed etiam inter clericos.quod probatur hic, & s̃.in rub.nā ibi, & hic simpliciter & indifferenter disponitur lit.conte.ad hoc, vt testes possint recipi super meritis causæ.Item probatur per arg.à speciali Cle.dispēdiosam.de iud.iuncta Cle.sæpe.de ver. sig.& sequitur hic D.m.& maximè procedit regula in criminalibus:& ad prædictæ regulæ declarationem,vide plenè quę dixi in c.j.supra titulo.j.in iij.principa.arti.

9 ¶Hæc tamē regula fallit in pluribus casibus & causis.†Primò fallit,si timetur de morte testium.text.est hic.& ex hoc seqtur ꝙ senes,valitudinarij,& alij de quorū morte propinqua ex aliqua causa timetur,possunt recipi & examinari lit.nō cōt.super meritis causæ.tex.est hic.hæc fal.recipit plures declarationes. Prima declaratio,ꝙ hæc fal.procedit,siue pars cōuenta sit cōtumax:siue sit absens absq; malitia:vt cōueniri,seu cum ea lis cōtestari non possit.& sequitur Host.in summa eo.ti.§.j. & do. Ant.hic dicēs,ꝙ verbum,cōuenta.respicit actus citationis: licet adhuc nō sit porrectus libellus.& aduerte:licet tex.dicat,cōuenta.tamen glo.super verbo,cōuenta.idem dicit,si nundū sit conuenta:sed cōuenienda.hoc satis probatur ex tex.dum dicit, videtur conueniri non possit &c.est ergo sensus literæ. ꝙ pars citanda est si citari potest: & siue sit cōtumax, siue absq; malitia sit absens:possunt in casu prędicto testes recipi lit.non cōtest.Secundò declaratur dicta fallētia inquātum exemplificatur de senibus:ꝙ senes quò ad casum nostrū dicūtur septuagenarij:quia à tutela & cura excusantur, vt l.j.C. qui ætate. facit quod not.iiij.q.iij.c.inuiti.secūdùm Vin. Alij verò requirunt, quòd sint centenarij:quia lex vocat illud, vltimum vitæ huius spatium,vt l.fi.C.de sac.san.eccle.Inno.ponit duas opi. Primò dicit senes illos hic accipi qui sunt intra.lxx.annum: quia de illis qui iam cōpleuissent annos.lxx.non potest intelligi: eo ꝙ licet ipsi volētes possunt testificari:nō tamē inuiti cogūtur ferre testimoniū,vt l.inuiti.ff.de testi.nec cogūtur ad munera authoritate tātum publica.vt l.j.C.qui ætate.lib.x.insti.de excu. tu.§.idē maior.de muneribus autē publicis author. tātùm publica excusantur post annum.lx.vt l.j.C.qui ætate.lib.x. Secūdò dicit Inn.dici:& hāc secūdam opi.firmat, quòd quātum ad terminos nostros,qui dicantur senes,relinquēdum est arbi.iudi.nam quādoque vnus est senior in l.annis,quàm alius in lx. & secūdùm Inn.satis probabiliter timeri potest de morte cuiuscunque secundùm naturā causarum inferiorum,post quàm peruenerit ad l.annū:quia minor pars hominū hāc ætatem attingit.& ll.quæ dicūt ꝙ lxx.tantùm excusantur à muneribus, nihil faciūt ad rem:quia nihil fit mortis timore. hic autē testes mortis timore recipiūtur:ne cum eis pariter veritas & ꝓbatio depereat.Host.hic dicit,ꝙ tex. potest intelligi de sexaginarijs, & his qui excedūt lxx.ann.qui his casibus recipiūtur voluntariè:& sic nō inuiti:sed nō debēt cōpulsionem expectare:maximè cùm propinquāt morti,timere debēt peccatū quod cōmitterēt tacēdo veritatē, vt j.de crimi.fal.c.j.& sic secūdùm Host. nullū est cōtrariū,& sic residet Io.An.& d.Ant.remittētes etiā ad no.per gl.in c.si quis.s̃.de testibus.faciūt etiā no.per Archi. Io.An.& d.Do.in c.j.de cleri.ęgro.in vj.do.Ma.hic dicit se putare ꝙ in sexagenarijs & supra indistinctè debet seruari dispositio tex.nostri.nam à sexagenario anno incipit seniū: & est aliarum ætatū terminus,vt no.gl.in ver.perfectus.in prooemio vj.& sic cùm in tali ætate valde propriè dicūtur senes: seruari debet dispositio.c.nostri:& in tali ætate aut supra eam ætatem, nulli iudici cōceditur arbitrium:quia satis hoc scit esse expressum.& quāuis sit bene cōplexionatus: tamē debet eius mors timeri.& intelligūt ꝙ tales dicūt testimoniū spōte:vel etiā coacti in casibus in qbus cogi debēt:quod quādo sit,not.in c.j.de testi.cog.vbi dicā post D.m.& secūdùm istū modū pōt saluari prima opi.Inn.& Host.a.lxx.an.& quę satis placet d.M. opi.

c Inn.quam etiā dicit sentire Io.An.vt relinquatur[c] hoc arbitrio iudicātis,cōsiderata cōplexione ipsorū testiū. & subdit etiā illud cōsiderādum esse ꝙ à l.an.incipit senectus,vt dicit gl.prędicta in prooemio vj.iuuētus enim incipit à xxv.an.& durat vsq; ad l.an.vt not.gl.prędicta.verùm quia hic attēditur senectus,nō propter numerū an.nec propter ætatum terminos:sed propter timorē mortis:& iste timor mortis vario modo contingit,secūdùm diuersitatē cōplexionū:meritò iudicis arbitrio relinquitur.vnde etiā intra lxx.an.ratione debilitatis cōplexionis poterit iudicare aliquē senē, & cōtrà:ratione fortis complexionis,

xionis,nō iudicabit eum ſenem niſi vſq; ad lxx.an.in qua ætate veriſimiliter mortis timorem debet intelligere. ſic in ſimili dicimus in pubertate,quæ licet ſolet incipere in xiiij.ann. completo:tamen reſpectu matrimonij quādoque accipimus minorem ætatē:quādo apparet ꝙ generare poſſunt: quia ſatisfactū eſt menti iuris:vt legitur & no.in c.puberes.j.de deſpō.impu. & quod not.glo.xx.q.j.in ſumma.quæ opi.videtur mihi ſatis æqua.dicit tamen zab.hic aut quis eſt ſenex ætate: & habet locum tex.noſter.aut nō eſt ſenex ætate: ſed propter debilitatē complexionis: & tūc videtur habere locum id quod ſtatim dicā de valitudine.ſubdit tamen ꝙ ſi fiēda eſſet cōſtitutio, debet approbari opi.Inn.ꝙ arbitrio iudicis eſſet relinquendum.

¶Tertiò declaratur.d.fal. inquantū exemplificatur de valitudinarijs,qui etiam recipi poſſunt lite non cōte. ꝙ valitudinarij dicūtur,ſecundùm Io.An.hic,infirmi.ſic dicti: quia in eis infirmitas valet cōtra naturā.vel ſecūdùm Gof. dicūtur à valeo vales,per cōtrarium.vel ſecūdùm Inn.tex.intelligitur de infirmis propter corporis debilitatē:nō propter febres acutas. & ſequitur hic.d.Anto.quia de illis dictū erat dum dicitur,ſi de morte teſtiū timetur.nam cùm timetur de morte:recipiuntur omnes: etiam ſi non eſſent ſenes,vel valitudinarij:ſed ſenes & valitudinarij recipiūtur:etiam ſi de morte non timeatur. quod dictum nō placet D.m.hic: quia de ſenibus & valitudinarijs permittitur propter timorē mortis:& ſi bene litera ponderetur,hęc videtur eſſe eius mens.nam primò ponit regulā de teſtibus recipiendis vbi timetur de morte,vel abſentia diuturna,poſtea declarat qui ſint iſti de quorū morte timeatur: dicēs ꝙ ſunt ſenes & valitudinarij:& alij de quibus ex aliqua rationabili cauſa timeatur:vnde eo ipſo ꝙ eſt ſenex vel valitudinarius,arbitrio iudicis relinquendum eſt.vt ſ.dictum fuit ex quo infert D.m.ꝙ valitudinarius hic dicitur quilibet infirmus:ſiue propter febres acutas:ſiue propter corporis debilitatem,dummodò timeatur
a de morte:ſed in ſene non requiritur aliqua infirmitas[a] quia vt dicit Terentius,ipſa ſenectus morbus eſt. & iſte verus intellectus tex.noſtri,ſecūdùm D.m.& mihi placet.& vide ad prædicta Io.An.& d.Do.poſt eum in c.j.de Cle.ægro.in vj.q dicit, ꝙ valitudinarius dicitur qui ſępe infirmatur.facit l.ij.ff.ſi quis cau.& l.j.C.qui morbo.libr.x.Et aduerte:quia poſito ꝙ teſtes dicātur valitudinarij:tamē per auditores curiæ lit.nō cōte.non fit remiſsio ad partes: poſito ꝙ neceſsitatis cauſa petatur fieri remiſsio. & eſt ratio:quia ex quo decernitur fieri remiſsio ad partes:tūc remiſsiuè facta,expirat poteſtas auditoris:ideò ante lit.conte.non poteſt fieri:quia ante lit.conte.non videtur quis agere:ſed agere velle.vt l.amplius non peti.ff. rem ra.habe.ita dicunt Do. de Ro.in antiquis deciſi.xvj.quæ incip.Item not. propoſito.

¶Quartò declaratur in eo quod generaliter dicitur in fal.& in tex.& alij teſtes, de qbus ex aliqua cauſa rationabili timetur: quia tūc etiam lite non cōt.poſſunt recipi.& exēplificāt Doc. in his qui ingredi debēt bellum campeſtre:vel transfretare. & idē in ſimilibus cauſis,ſecūdùm Hoſt.& Inn.per l.j.ij.iij.iiij.& v.ff.de do.cauſa mor.& idē etiam tenet hic d.Anto.alleg.c.paſtoralis.ſ.de offi.or.& ſequuntur zab.D.m.& Io.de Imo.

¶Quintò declaratur dicta fal.ꝙ tales teſtes poſſunt quocūque die examinari:etiam in ferijs ſolēnibus,ſecūdùm Spe.in tit. de ferijs.§.ij.ver.quid ſi iſte eſt actus extraiudi. & idē tenēt Do. de Rota deciſi.cxcij.qui dicunt,ꝙ poteſt fieri etiam diebus dominicis.& voluit hic Vin. ꝙ iudex faciet interrogatoria ſecundùm quod ſibi videbitur.& ſequitur d.An.& etiam zab.qui dicit,ꝙ iudex ſupplet pro abſente,vt in aut.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.& c.bonæ.el j.in gloſ.j.de poſtu.Præla.& plus voluit hic Vin.ꝙ per hanc recep.teſtium non interrumpatur præſcriptio,pro quo vltimo dicto.d.M.alle.quia hic nihil petitur:ſed fit huiuſmodi receptio ad hoc,vt conſeruatio cōſeruetur:& ne veritas pereat.& idē tenet hic zab. quia nōdum facta eſt lit.conte.quæ requiritur ad interrumpendam præſcriptionē.per c.illud.j.de pæſcrip.de quo remittit ad dicta per eū in c.ſanctorum.j.de præſcrip.ſed non eſt materia noſtra: ideò non examino.dicam latè in ti.de præſcrip. ſed cōtra primū dictum,ꝙ talis receptio poſsit fieri diebus feriatis: etiam ſolēnibus.oppo.D.m.de no.in Cle.j.de offi.deleg.quia cùm debeant fieri interrogatio.& iuramentum recipi:& aduerſarius ſit citādus,vt j.dicā.& citatio tali die fieri non poſsit,vt in c.fi.de fer.& l.pe.C.de fer.ſequitur ꝙ iſte actus non eſt omnino extra iudicium,vt dicit Spe.vnde putat D.m.ꝙ niſi maximum periculum immineat: non debeat talis actus tunc fieri: ſed quando grande periculū immineret:tūc fieri poteſt:nō ea ratione:quia actus omnino ſit extraiudicialis:ſed qa æquitas ſuadet, vt etiā eo tempore agatur de re peritura tempore:vt dictis iuribus.& in c.licet.j.de fer. de quo dicam latius in tit.de fer.ſecus ſi iam iuramētum fuiſſet receptum die non feriato'& partis citati,facta, & interrogatoria porrecta:nam tunc receptio facti eſt qd merè extraiudi.& poteſt indiſtinctè fieri die feriato,vt not.gl. in Cle.j.de offi.dele.ſecūdùm Do.m.Et aduerte:quia fortè idē voluit Specu. quia loquitur de examinatione teſtium: & non de ipſorum receptione.

¶Sextò declaratur,ꝙ ad hoc vt fal.prædicta procedat:exiguntur plura,de quibus.j.ſubijciam poſt.iij. fal. in ver. eſt tamen aduertendum.

¶Septimò declaratur,ꝙ prędicta fal.procedit nō ſolùm in actore:ſed lōgè fortius in reo,quādocunq; caſus cōtingeret, de quibus in fal.noſtra ſic ſuperius declarata,per ea quæ latius.j.dicam.Itē prædicta fal.limitatur: procedit enim ſi modo agatur ciuiliter.Secus ſi criminaliter.per tex.noſtrū à contrario ſenſu ibi,ciuiliter eſt agēdum.& hoc tenet gl.iij.quę dicit,ꝙ in criminalibus nūquam recipiūtur teſtes lit.nō conte.quia ſtrictè debet in eis procedi:& ſtrictiſsimę probationes requirūtur.v. q. vj.æpiſanium.& l.fi.C.de proba.& idem tenēt hic Abb.Gofr. Inn.Hoſt.nam ſecūdùm Abb.in criminalibus, non eſt burſale intereſſe,ſicut in ciuilibus.Inn.verò reddit aliam rationē:quia in criminalibus teſtes recipi nō debēt, niſi præcedat accuſatio: quę debet fieri per pręſentem & de pręſente.iij.q.viij.ca.j.& c. per ſcripta.quæ ratio nō placet D.m.quia etiā in ciuilibus non debēt teſtes recipi:niſi edita actione:& lit.cōte.vt dixi.ſ.in poſitione regulę.& tamē ne pereat probationis copia, recipiūtur teſtes ante fundamētum inſcri.ergo idē eſſet etiam in criminalibus:eo maximè:quia in eis tractatur de fauore pub.& priuato.in c.vt famę.j.& de ſen.exc.& l.licitatio.§.quod illicitè. ff. de pub.Vin.hic dixit,alternatiuè tamē,ꝙ in criminalibus poſſunt recipi teſtes de quorū morte timetur:cùm actor teneatur ad talionē.quod procedit,ſecūdùm Ioā.An. poſt inſcriptionē per c.licet.ſ.de accu.quaſi velit ꝙ ante inſcriptionē, tales teſtes recipi non poſſunt,nec debēt:cùm ceſſet timor talionis.ſecus poſt cōte.lit.Sed D.m.putat glo.noſtrā poſuiſſe veram rationē, quare in criminalibus nō procedit iſta prouiſio.cùm enim agatur de grauiſsimo prejudicio:nō debet aliquid fieri inordinatè:& maximè parte abſente:cùm ſanctius ſit nocētem abſoluere,quàm innocētem cōdemnare,vt l.abſentem.ff. de pœnis. & ar.notatorū per Inn.in c.per inquiſitionē.de elec.& per hanc rationē,& per iſtū tex.à contrario putat.d.M.ꝙ non procedat dictū Vin.etiam cum moderatione Ioā.An. & ſic vult ꝙ ſiue ſit facta inſcripto,ſiue nō:ceſſet hęc prouiſio in criminalibus. dum tex.noſter ſolùm permittat hanc receſsionem: cùm ciuiliter agitur,& regula ſit in oppoſitum.nec ob.timor talionis:qa accuſator poterit proteſtari ꝙ per eum nō ſtat quominus producat tales teſtes:ſicut in ſimili factū fuit in c. cōſtitutis.el j.j. de teſti.quia ex cōiecturis tollitur pręſumptio calum.vt in c.j. in fi.de ele.in vj.Aduerte tamē:quia huic receptio.locus eſſet, etiam ſi ageretur de crimine:dummodò criminaliter per text. noſtrū:qui indiſtinctè dicitur, ſi ciuiliter agatur: & eo maximè:quia à pari cōmuniter iudicatur,ciuiliter merè:vel de crimi
b ne[b] ciuiliter,vt l.fi.ff.de pri.delic.Itē quia cùm de crimine ciuiliter agitur:nō agitur de tanto præiudicio, ſicut quando agitur criminaliter,ſecundùm Inno.hic.quem ſequuntur Ioan. And. d.Ant.d.M.& zaba.Et vide ad materiam iſtius fal.

10 ¶†Secūdò fal.prędicta regula cùm timetur de abſentia diuturna teſtium:quia tunc poſſunt recipi lite non conteſt. vt hic in text.& ratio iſtius fal.eſt,ne veritas occultetur:& probationis copia depereat.vt latius dicam in ſequenti fal. Hæc tamen fal. recipit plures declarationes.Primò declarāda eſt dicta fal.ꝓut dixi in pręce.fal.in prima.v.vj.& vij.declarationibus.Secundò declaratur ꝙ abſentia,de qua loquimur, debet intelligi à loco domicilij & priorū teſtiū,ſecūdùm Pe.& Abb.Vin.verò intelligit de loco vbi exercetur iudicium.vnde ſecūdùm Vincen.ſi cauſa eſt Romæ & hiſpanus producendus eſt in teſtem:ſi ſe de hiſpania transferret in Angliam,non eſt locus huic receptioni. poſt litem enim conteſta.vel teſtes citantur Romæ,vel mittetur ad illos.quod eſt verum,ſecundùm Vincen.niſi de loco domicilij teſtes abſentarent ſe ad partes orientales: vel tam remotiſsimas quòd poſt litem conteſta.non reperirentur.& ſic ſentit Vincen.quòd teſtes debent recipi per iudicem cauſæ: licet ſint alienigenæ,de qua materia dic vt dicam in titu. de teſtib. Item ſentit Vincen.ſolam abſentiam à loco domicilij non ſufficere ad hanc receptionē faciendam.ſed do.Anto.hic quò ad hoc tenet contrarium dicens, quòd cùm abſens peregrinatur, dicitur in periculo mortis:maximè quando abſentia eſt futura per mare, vel per loca inſidioſa, vel periculoſa: vel quando non debet eſſe breuis.per not.in cap.paſtora.§.j.ſ.de offic. ordin.ſed idem ſentit Hoſtien.dicens,quòd in peregrinatione plura imminent pericula, quàm in domo: æquum eſt ſemper

a ¶Senect⁹ eſt morbus.& Iuuenal. de ſenec.circunſilit agmine facto morborum omne genus. tamen id verum, largè loquēdo. tamen non ſequitur, eſt ſenex: ergo nō ſanus.l.cui dens.ff. de ædil.edicto.

b ¶Adde bonum text.in cap.tuæ.de procu. & quod ibi latè per Abb.& Docto.

a ¶Bene facit tex.in l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.obli. cum ibi no.p Doc.

b ¶Si animal pereat casu fortuito ĩ partibus longinquis, potest is,qui ducebat, facere vt tali casu testes examinẽtur in loco:quibus testibus possit domi.ostendere de casu,ne teneatur ad æstimationem. de quo vide Are.in c. ij. j. de test. & hoc est verum in omni casu vbi æqtas suadet testes examinari. ita Ludo. in l.si verò.§. de viro. in liiij.fal.solu. mat. qđ limitat ea quæ habentur in l.cùm hi.§.transactionis. ff. de transactionibus

testes recipi propter periculum mortis.sed dicit hic d.M.quòd hoc dictum sibi non placet: si enim in qualibet peregrinatione esset periculum mortis,seu verisimiliter timeretur de morte papæ,hic in tex.non fecisset distinctionem de morte per se: & ab ea fecisset etiam distinctam distinctionem de absentia, dic ergo ꝙ aut est talis peregrinatio in qua verisimiliter timetur de morte: quod boni viri arbitrio relinquendum est: & tunc tales testes recipiuntur lit.non contest. sed non propter absentiam: sed propter mortis periculum. & ita procedit dictum.d.Anto.aut non est talis peregrinatio:& tunc procedat dictum Vin.volentis ꝙ si recedant à loco domicilij non recipiantur,nisi ad remotiora loca se conferant:habito respectu ad locum iudicij.quid enim si recedens à domicilio magis appropinquat loco iudicij?certè non fieret ista receptio vigore absentiæ.& idem si non appropinquat:dummodò ad remotiora loca se non conferat: quia pariter poterit vocari de vtroque loco,vel ad eum mitti.facit quod no.in d.c.pasto.& idem videtur sensisse hic Ioan.cal.in prin.suarum addi. Ex quo infertur ꝙ si testis aduena vult recedere à loco vbi iudicium exercetur: potest recipi in testem:quãuis velit redire ad proprium domicilium.& quãuis.d.Anto.videatur de hoc dubitasse:tamen dicit d.M.pro hoc dicto est glos.no.in l.in lege Aquilia si deletum.ff.ad legem Aquil.& probat etiam tex.attentai plius mẽte,& ratione zab.h.d.ꝙ requiritur ꝙ sit talis absentia,propter quam cõmodè cõtineri vel haberi nõ possit.hoc est:quia si fortè expectaremus ꝙ rediret tẽpore lit.cõte.& necessariò ad probãdũ cõmodè haberi nõ posset:& sic videtur relinqui arb.iud. quod est satis equũ.& faciunt quæ dicam in seq.declaratione.

¶Tertiò declaratur inquãtum exigitur ꝙ absentia sit diuturna:[a] quia absentia diuturna dicitur, secundùm arbitrium iudicis.arg.c.de causis.& de offi.dele.vnde dicebat Innocẽ.ꝙ hanc absentiam æstimabit iudex variè, secundùm qualitatem negotiorum:nam si debitum de quo agi speratur sit in longã diem, vel sub conditione cuius implementum potest multum differri:non reputabit absentiam diuturnam: quãuis diu sit absuturus.cùm verisimile sit ꝙ poterit redire ante,quàm dies veniat, vel conditio impleatur:vnde hoc casu,testis non recipietur:sed expectabitur lit.contest.seu præsentia testis:sed quando debitum esset purum,& iudicium esset cœptũ,& lit.contest.speraretur de proximo:tunc absentia dicitur diuturna : licet non sit multum longa:& ideo hoc arbitrio iudicis relinquitur,secũdùm Vin.Host. verò dicit quòd in primo casu æquũ est testes recipi propter mortis pericula: quia plura in peregrinatione imminent,quàm in domo:& æquum est semper probationibus subuenire,vt dicitur hic in tex.Sed dicit D.m.quòd iudex debet considerare, an sit tale iter seu peregrinatio, propter quam verisimiliter timeatur casus mortis: & tunc recipiuntur testes.sed talis receptio tunc fit,non propter absentiam principaliter,sed quia verisimiliter timetur de morte:& sic sumus in altero casu in litera excepto,aut nõ timetur verisimiliter mors: & procedit dictum Inn.& Vin.& sequitur hic Io.cal.in addi. sed quæro,qualiter iudex se informabit de absentia: an sit diuturna:cùm non sufficit quælibet absentia?so. satis clara apparet ex prædictis. nam poterit instrui ex qualitate negotij, & subiectæ materiæ,& alijs varijs circunstantijs: aduertendo, an debitum sit purũ in diem,vel sub conditione,secundùm Inn. sic etiam de timore mortis iudex poterit se informare ex varijs circunstantijs : nec requiritur plena,aut semiplena probatio:sed sufficit sola suspicio,secundùm Bart. in l.in lege Aquilia si deletum.ff.ad l.Aquil. & not.circa hanc materiam quædam singularia quæ dicunt do.de Ro.

¶Primò not.ꝙ vbi app.est à grauamine, & sic ab interlocutoria:auditor,seu iudex ad quem app.est, etiam nõ cognito prius de grauamine,testes absuturos,vel de quorum morte timetur recipere potest lit.non conte.& super causa princ. & hoc propter periculum quod posset contingere per absentiã, vel mortem testium,vt in simili in d.l.in lege Aquilia. & hoc ideo est: quia cùm sit dubitatio pendente appel.an iurisditio sit iudicis à quo,vel iudicis ad quem:ideò in dubio recipit testes absuturos.arg.tex.nostri.& l.ordinata.C.de lib.causa.& c.significauit de testi.& l.ij.C.de vsu pup.hoc tenẽt domini de Ro. decisio. lxxviij.secũdùm eam quotam.& ideò tenẽt.h.d.A.& D.m.volentes hoc procedere etiam si iudex ad quẽ pronunciauit malè appel.sed præfati do.de Ro.in antiquis decisi.cxcij. dicũt ꝙ iudex à quo est app.à grauamine non potest recipere testes absuturos,vt in c.vt frater.& c.ab eo.de app.in vj.cum talis iudex nõ videtur habere iurisdictionẽ:subditur tamẽ ꝙ aliqui ex do. de Ro.volebant dicere ꝙ si iudex à quo nõ detulit app. valeret receptio: quia videtur habere iurisditionẽ ex quo nõ detulit: & sic periculũ est in mora.& sic istud dictũ rectè põderatum, videtur esse cõtra præcedẽs dictũ:quò ad precedẽtem opi.ego arbitror vtrũque dictũ posse saluari per distinctionẽ. dico igitur ꝙ loquimur in testibus absuturis,q poterũt examinari lite demũ contesta.quia licet sint absuturi:nõ tamẽ in longinquas partes:& fortè est spes ꝙ causa protrahatur in lõgũ ante, quàm lis contest.& hoc casu procedat prima opi.cõmunis do.de Ro. in d.deci.cxcij.& etiam potest adaptari prędicta decisi.lxxviij. aut loquimur in testibus de quorũ morte verisimiliter timetur:aut de absentia in partes ita longinquas ꝙ verisimiliter nõ poterunt haberi post lit.conte. & hoc casu,locũ habeat secũda opi.quia posito ꝙ etiã iudex à quo,detulisset app.vel transmisa esset sibi inhibitoria per iudicem ad quẽ,ex quo periculum est in mora,poterunt testes recipi per iudicẽ à quo,dummodò iudex aliàs remãserit cum iurisditione:vt puta: quia aliàs sit ordinarius:nec de facili posset fieri examinatio per iudicẽ ad quẽ ap.exẽplum,agebatur causa Parisijs coram Episcopo Parisiẽsi lite adhuc non cõte.app.cum grauamine ad sedẽ apostolicam: Parisijs sunt testes,de quorũ morte dubitatur: vel absentia ad tales partes ꝙ si fortè expectaretur ꝙ causa remitteretur ad iudicẽ à quo,ex eo ꝙ malè app.fortè vel ꝙ iudex ad quẽ iustificata app.per lit.contest.scribit Episcopo Parisiẽsi de ipsis testibus recipiendis:verisimilis est interea timor de morte: vel tali absentia ꝙ testes haberi nõ poterunt:certè Episcopus Parisiẽsis ad petitionẽ actoris,absꝙ literis seu cõmissione iud.ad quẽ, & lit.adhuc nõ conte.poterit tales testes recipere.moueor:quia hoc idẽ posset facere quilibet iudex in terminis nostris:quãuis non esset iudex causæ.facit quod in simili singu.no.Bar.in l. si quis nauicularius.C.de naufra.lib.xj.vbi dicit per illũ tex.colligi practicã[b] mirabilem ꝙ in loco quo quis patitur aliquẽ casum,puta naufragij,aut mortis equorum,vel quid simile: ꝙ faciat examinari testes de casu illo : & tales attestationes facient postea fidem coram iudice incompetenti.& subdit fortè Bar. singulariter quòd talis examinatio potest fieri etiam parte nõ citata,de quo vltimo latius dicam in titu.de testi. ego idem dicendum puto in terminis nostris per prædicta: quia non tanguntur per Docto.

¶Secundò not.etiam secundùm do.de Ro.in d.decisi.cxcij. ꝙ est de more Romanæ curiæ ꝙ tales testes absuturi præstãt duplex iuramẽtum: tamẽ aliter declarat,credo ꝙ velint dicere ꝙ vnum iuramen. præstant circa futuram absentiam : aliud verò præstant circa veritatem dicendam.

¶Tertiò not.secũdùm d.de Ro.ꝙ curia existẽte Romæ testes recedẽdo ad Alamaniam,iurãtes non recedere se causa productionis proximæ dicẽdæ:& se nõ esse reuersuros in breui,possunt recipi,vt absuturi,secundùm do. de Rota. cccccl xxxiij.in decisi.Ægidij.

¶Quartò declaratur fal.prædicta secundùm ea quæ dicam.j.in iiij.fal.ver.postremò quæro circa prædicta.

11 ¶†Tertiò fallit prædicta regula:etiã si nõ timeatur de morte, vel absentia diuturna:sed timeatur ne ꝓpter morã testes variẽt fidẽ:quia de facili possunt obliuisci:nã hoc casu, testes possunt recipi lit.nõ cõt.hoc vult gl.in verbo,subtrahatur.per tex.in l. iij.§.duę.ff.de car.edic.vbi tex.iũcta gl.dicit præueniẽdum ne dilata quęstiõe testes variẽt:idẽ hic etiã sentit Host.super tex. dicẽs locũ esse supradictæ huic receptioni.si periculũ obliuiõis imminet.ar.l.hac cõsultissima.§.at cum humana.C.q test.facere possunt.& cum hoc dicto trãsit Io.An.& seq.d.Ant.quod dicitur esse notãdum,q dicit ꝙ hoc habebit estimare iudex ex qualitate personę & negotij.nam si negotiũ esset valde not.& nõ intricatũ: nõ præsumeretur ꝙ ex longo tẽpore abcederet à memoria.j.de sen.excõ.c.cùm illorũ.ad fi.sed Io.cal. hic in addi.tenet cõtra:tum quia iste casus non est exceptus in tex.nostro:tum qa semper alle.talis timor:& sic euacuaretur effectus regulę nostrę superius positę,ꝙ lit.nõ cõt.testes recipi nõ possunt.Sed d.M.putat ꝙ verior sit opi. ꝙ ratione obliuionis quæ possit causari,testes possint examinari lit.nõ cõte.quia quò ad ipsas partes,ꝓpter obliuionẽ testes habẽtur ꝓ mortuis,si obliti sunt:& de facili, nõ solùm in facto alieno maximè intricato qs obliuiscitur:sed etiã in suo,vt no.in c.ab excõmunicato.s.de rescri.facit optimus tex.in c.cùm dilecta.j.de cõfir.vtili.vbi ꝓpter timorẽ cõsumptiõis priuilegia innouãtur. vnde cùm eadẽ sit ratio in obliuione,idẽ debet esse ius. nec ob. motiuũ primũ Cald.qa licet iste casus nõ sit hic expressè exceptus:tamẽ ex ratiõe quę colligit ex tex.satis dicit exceptus.facit qđ singu. no. gl.in l.j.ff.de cõdi.indebi.vbi notabiliter dicit, ꝙ excepto vno casu à regula,omnes similes videtur excepti.& vide ad hoc alia iura quæ allegaui in c.j.s.de lit.conte.arti.vij.ver.xxvij.nõ ob. aliud motiuum Calde.ꝙ semper allegetur iste timor:qa iudex nõ tenetur credere parti:sed æstimabit hoc arbitrio suo. considerata negotij & personæ qualitate. quid enim si debitũ est in diem,

in diem, vel conditionale: nec speratur purificatio conditionis de præsenti: & negotiū est valde intricatum[a], vel reus est absens: & talis qui de facili conueniri non potest: vnde verisimiliter timeri potest de obliuione, cùm homines etiā propria facta ex temporis longinquitate tradant obliuioni: vt d.c. ab excōmunicato. facit opti. d.l. iij. §. duę. ff. de carb. edic. & no. in c. cùm illorum. j. de sen. excō. & ibi dixi, & plurimas dedi remiss. Et aduerte ꝙ hæc iij. fal. recipit etiam in v. vj. & vij. declarationes, de quibus dixi s. in j. fal. Item recipit limitationem de qua ibi dixi. Sed nunc circa prædicta quæro, quę sit ratio prædictarum fal. & si. sol. dic ꝙ ratio est, ne veritas occultetur: & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur. vt hic in tex. nam ꝓbationum facultas minimè est angustanda: & veritatis ꝓbatio salua debet esse: vt in aut. de testib. §. & hæc verò multoties. & §. si quis testibus. C. de hære. in l. quoniam. in fine. C. de rebus credit. l. generaliter. ff. de resti. l. curent. & in. d. §. duæ. dicam latius. j. in titu. de probationibus.

¶Sed circa prædictas iij. fal. oppo. videtur enī ꝙ testes indifferenter recipi possunt lit. nō contest. ad perpetuā rei memoriā: etiam si non sit timor mortis, vel absentiæ vel obliuionis: vt in ca. signific. j. de testi. solu. glos. hic in verbo, timetur. in prin. sentit contrarium, & soluit: dicens ꝙ ille tex. loquitur quādo testes recipiūtur, vt eorum dicta publicentur ad perpetuā rei memoriam. de quo dicam j. eod. §. sunt & alij. & sic inter casus dictarum fallen. & casum istius c. significauit. sunt plures differentiæ, secūdùm doc. nam in præcedentibus fallen. testes examinātur ad petitionem actoris: sed in hoc casu, ad petitionem rei: vt d.c. significauit. & §. sunt & alij. examinantur enim ad petitionem rei ad perpetuā eius defensionem: cùm in ipsius rei potestate nō sit, quando se defendat: sicut est in potestate actoris, quando velit agere, ideò ad perpetuā memoriam, pro defensione admittūtur omnes: sed pro actore solū illi admittuntur, de quorum morte, absentia, obliuione, vel simili causa, propter quam posset sibi subtrahi facultas probandi: verisimiliter timetur: & ideò etiā in prædictis. iij. fal. longè forti⁹ admittit̃ reus: vt dixi in j. fal. declaratione. vij. & de materia testium recipiendorum ad perpetuam memoriam, tangā j. fal. vj. vel vij. Est tamen aduertendum: quia prædictæ testium receptiones in prædictis casibus fal. factæ non perpetuum sortiuntur effectum: nisi quædam interueniant: de quibus hic in tex. nostro, in ver. siue pars. ex quo colligitur ꝙ ad hoc vt plenum sortiantur effectum, plura sunt necessaria.

¶Primò requiritur ꝙ pars aduersa, in cuius præiudiciū fit ista receptio, citetur, si citari potest: quia præsens sit, & non absens. text. est hic dum text. dicit, siue pars aduersa sit cōtumax: quoniam non potest esse contumax, nisi citata. & idem tenent do. de Ro. Deci. cxcij. vbi dicunt ꝙ quoties citantur testes: toties citetur pars ad dandum interrogatoria: vel requiritur quòd pars sit absens absq; malitia: ita quòd conueniri nō possit. tex. est hic, & intelligit hic Inno. partem aduersam præsentē, quādo est in ead. ciuitate: vt in aut. de testi. §. hæc verò. collatio. vij. quinimò, & qui de Anglia mouetur vt vadat, vel mittat Bononiam propter istam causam, secūdùm Hostiē. per text. in c. cōstitutus. j. de fideius. quasi velit Hostiē. ꝙ etiā si sit extra ciuitatem, debet citari ad istam causam: si non magis distat à loco iudicij, quàm faciat Anglia à ciuitate Bonoñ. cum legatur in dicto c. constitutus. citationem pro ea causa ad tam longam distantiam factam fuisse. sed vt do. Anto. hic dicit, quòd absens est etiam, qui est in loco: si de facili conueniri nō potest: vt hęc litera, & tex. in ca. constitutus. loquitur in receptione testium per viam ordinariam: vbi non timetur periculum. & est casus in quo contra verum contumacem, vel apparenter verū proceditur ad receptionem testium. de quo per Bar. in l. iij. §. Prętor. ff. de damno infec. & quod not. in ca. fi. de eo qui mitti. in pos. causa rei seruandæ. & d. Hier. d. M. ꝙ prædicta materia. d. c. fi. & d. §. Prætor. non attingit materiam nostram: & bene. tractatur enim ibi, an & quādo requiratur citatio personalis: vel sufficiat citatio ad domū. de quo etiā per D. m. in c. causam. j. de do. & contu. & per Io. An. in regu. pro possesso. de regu. iur. libro vj. de quo latè dicam j. in titu. de dila. seu in titu. de do. & contu. sed quātum attinet ad c. ad materiam nostram, dicit D. m. ꝙ nō potest dari certa doctrina: sed relinqueñ. est arbitrio iudic. qui debebit considerare quātitatem & qualitatem absentiæ aduersarij. Item periculum imminens ex parte testiū. quid enim si testis est in periculo mortis: nec capit dilationē vnius horæ vel duarum: nam certè satis dicitur absens, si incontinenti reperiri non potest: quia verū est dicere hunc cōmodè citari nō posse, & similiter ecōtra. quid si est senex, nō tamen in tāto periculo ꝙ nō possit expectari verisimiliter vel per duos vel tres dies? debet enī tūc ad eū mitti, vt citetur personaliter, si in loco iudicij nō habet domicilium. ar. c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. in vj. quæ consideratio do. mei tanquam æqua, mihi placet: quoniam ratione subiectæ materiæ aliter & aliter accipimus absentem, vt traditur in glo. in verbo, pręsentes. in authen. de fideius. colla. j. facit. xvj. q. iij. c. eorum. & quod ibi no. & ff. de arbit. in l. diem. §. corā. not. D. m. in c. fi. s. de ma. & obe. super glo. in verbo, præsentium. & vide glo. & Archi. ij. quęst. vj. biduum. vbi habes de plurimis speciebus absentiarū. & vide in l. absentē. ff. de verb. signi. & quod traditur in l. pręsens. ff. de procu. & Io. An. post Archi. in c. si delegatus. de off. deleg. in vj. & quoniā abesse dicitur, qui non est in iudicio, vel in loco iudicij, vt l. iij. §. abesse. & ibi traditur. ff. de dam. infec. vel qui non est apud ædes vel domicilium suum. ff. de fideicō. lib. in l. si eum seruum. §. fi. & vide etiam quod traditur per Io. Andr. & d. Do. in c. si quem. de procura. in vj. & quod dixi in Cle. causam. de ele. Et aduerte: quia prædicta procedunt, nō solùm quando pars conuenta est contumax vel absens: ita quòd commodè conueniri non potest, vt d. est. sed etiam si præsens esset, sed persona terribilis, vt puta, tyrannus, quem actor non audet conuenire: nec ipsam testium receptionē denunciare: nā tunc iudex subueniet huic isti timori. vnde etiam parte nō citata, licet præsens sit, quanto cautius poterit, subueniet actori. considerata personarum & negotij qualitate: & alijs circunstātijs: & sic etiam lit. non contest. recipiet testes: & substinebit vices rei in ipsorum examinatione, seruando exceptiones reo tam contra ipsorum personas, quàm contra ipsorum dicta. secundùm Hō. hic qui alleg. not. in c. si iustus. j. de ap. quod est diligenter no. secundùm D. m. quia quotidie potest contingere, pro quo etiam alle. not. in c. fi. de hære. in vj. nec ob. text. noster qui tantùm facit mentionem, quando reus est contumax vel absens: quia vt dicit do. Anto. tex. habuit solùm respectum ad id quod communiter accidit: non tamen negat quin etiam reo præsente possit fieri receptio imminente aliquo periculo, per ea quæ s. dicta sunt. & per not. d. l. in lege. ff. ad l. Aquil. secundùm d. M. Sed aduerte: quia hoc idem voluit Ioan. Andr. in c. j. de homi. in vj. in verb. constiterit. & sequitur ibi. d. Do. posset tamen dici secundùm Lapum & Abb. in c. ij. de fo. compe. in vj. & d. Do. in d. c. j. quòd illud quod ibi dicitur, quòd nō sit necessaria citatio, procedit: quia ibi non est necessaria plena probatio: sed sufficit probatio per sola arg. quo casu, non videtur requiri partis citatio. quod est singu. no. ad limitationē. c. ij. j. de testi. & ibi latè dicam, & secundùm prędicta ego arbitror limitandum & intelligendum sing. dictum Ioan. An. in c. non minus. j. de immu. ec. vbi sing. voluit quòd si citandus est tyrānus qui terribilis sit citanti: sufficit vnica citatio: nec exigatur citatio peremptoria: licet aliàs requireretur peremptoria. & sequitur Bald. in c. j. de mili. vas. qui contumax est. nam videtur declarari illud dictum, de vnica citatione, quando illa fieri potest sine metu aut periculo: alia autem nō videtur exigi: vel potest intelligi illud dictum, quando aliàs citandus esset tyrannus ad actus præiudiciales, qui possent expediri aut differri sine periculo amissionis copiæ probationis: & sic vbi non timeretur de morte, vel impedimēto testis: secus quando de morte vel alio impedimento testium dubitaretur: quia tunc ne probandi facultas deperiret, aut veritas occultaretur, non esset tūc necessaria vnica citatio: si illa sine periculo fieri non posset. & prędicta no.[b] tanquam singularia: & pro maiori parte nouissima. Sed quæro circa hoc requisitum, quid si reus sit præsens, & paratus sit recipere iudicium: vtrum actor lit. non conte. possit facere recipi testes, de quorum morte vel absentia timeret. sol. Angel. in authen. de test. §. & verò. tenet quòd non. sed contrariū tenet glo. Bart. & Bald. in authen. sed si quis. C. de testi. per text. in l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil. vbi bonus text. pro qua opi. facit tex. noster in ratione sui, quæ concludit generaliter indistinctè, etiam si pars esset præsens: & hoc tenent quidā moder. & mihi placet: si modo sit verisimilis timor mortis, vel absentia ante, quàm possit fieri receptio lit. contesta. alias procederent opi. Ang. Secūdò exigitur quòd si pars aduersa non possit citari, actor debeat conuenire aduersarium intra annum post attestationes receptas: & incipit currere ann⁹ ex tēpore quo reus poterit cōueniri: vel saltem debet actor dictorū testium receptionem intra annum denunciare aduersario: aliàs autem attestationes dicto modo receptæ lite non contest. non valent. ratio assignatur in text. ne fortè actor procuret in fraudem, vt processu temporis except. legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ, locum habere non possint, vt hic in text. & sic patet quòd hoc requisitum non habet locum, si reus fuit citatus & contumax. sed locum sibi vendicat, quando fuit absens non contumax: vt voluit gloss. super ver. aduersarius. dicit hoc Innocen. idem dicens, quòd prædicta denūciatio exigitur, quando reus

a ¶Etenim ratione intricati negotij aliquid vltra cōmunes regulas cōcedi solet. l. emptor. §. lucius. ff. de pac. cū ibi not. per scribentes.

b ¶Et quod iste ordo possit perueniri, vide bonā gloss. in c. cùm olim. de causa pos. & proprie.

a ¶Ratio eſt: quia certus certiorari nõ debet.l.j.§.fin.ff.de act.emp. & vendi.

b ¶Si requiratur ſolennitas in actu, ea non ſeruata, actus annullat. circa iſtã doctrinam vide latè cumulata ꝑ Feli. hic, vbi multa addit ad ea quæ ponit Bart.& Alexã.in l. vniuerſa.C.de ꝑci. imper.offer.

c ¶Vnicum factum diuidi non poteſt, & pro parte acceptari. bene facit tex.in l.ſi ita ſtipulatio à patrono. §. fi.ff.de ope.lib.quẽ bene no.Bal.in c.nihil.iij.col.de ele. & adde Paul. conſil. cclxv.lib.j.

fuit abſens:ita ꝙ commodè citari non potuit, vt dicitur in tex. nam ſi fuiſſet præſens[a] iſta denunciatio non exigeretur:cum citatus debuiſſet intereſſe receptioni teſtium, & iuramento eis præſtito, vt c.ij.j.de teſti.& ij.q.j.in primis. & idem tenent hic Ioan.An.d.Ant.& Ioan.de Imo.& zab.& ſequitur d.M. per no.in regula,eum qui certus.de reg.iur.libr.vj.& ex prædictis infertur,ꝙ conuentio vel denunciatio,de quibus hic in tex.nõ eſt neceſſaria,quando reus fuit præſens vel contumax:quia citatus non comparuit. Sed pro declaratione prædicti requiſiti formo aliquas quæſtiones.

¶Primò quæro,quando incipiat currere iſte annus.So.gl.hic in ver.annũ.dicit,ꝙ iſte annus à prin.eſt vtilis,& ſic nõ currit, niſi ab eo tẽpore quo potuit actor conuenire, vel denunciare. ij.q.vj.c.biduo.ſ.de reſcrip.c.plerunque.pro qua gloſſ.facit.l. annus.ff.de calum.ſentit ergo gloſ.ꝙ à prin.annus ſit vtilis:ſed in progreſſu erit continuus. & ſic in progreſſu curret diebus feriatis & non feriatis.facit ſecundùm Hoſtien.& Ioan.And. quod not.in c.fi.de ferijs in gloſ.ij. & hoc etiam tenent hic do. Ant.Ioan.de Imo.& do.M. & op.probatur per tex.noſtrum dum dicit,ex quo conueniri poterit.vnde dicit Ioan.An.quòd non currit illi,qui ſi conueniret, timeret mortis periculum: vt puta,ſi eſſet tirannus:vt ſ.dixi.& de materia,an & quãdo pręſcriptionum tempora ſint vtilia,vel continua,vide gloſ.not.& Bart.ibi in rub.ff.de temp.diuer.pręſ.& per gloſſ.in Cle.vnica, de reſ.in integr.& quod latè dicam.j.de præſcript.& hoc adde ad declarationem glo.ſuper ver.annum.

¶Secundò quæro, qualis debeat eſſe iſta denunciatio: an exigatur quòd ſit iudicialis.Sol.dic quòd ſufficit, ſi ſit extraiudicialis,ſecũdùm Abb.quẽ ſequitur Io.An.& cõmuniter Doc.

¶Tertiò quæritur: quia tex. noſter annullat atteſtationes non facta conuentione vel denunciatione:vt ſ.dixi,vtrum tales atteſtationes annullentur ſimpliciter, etiam contra fauorem aduerſarij.Sol.gl.hic ſuper verſ.non valeant.dicit ꝙ non:vnde nõ vult ꝙ ſolùm non valeant ad vtilitatem producentis:ſed ſi pro vtroque teſtificarentur,bene valerent pro aduerſario,qui nullum dolum commiſit:nec fuit in aliqua culpa. idem tenent hic Inno.Hoſt.Ioan.And.& do.Anto.qui dicit,ꝙ vbi actus communis per alterum exercetur:licet per exercentem omittantur requiſita:non tamen vitiatur quò ad commoditatem alterius: maximè quando ſolennitas exigitur poſt actum conſummatum.quod dictum non placet d.M. inquantum dicunt maximè.& ſic ſentit,quòd idem ſit etiam ſi ſolennitas requireretur in celebratione actus.mouetur:quia ſi ſolennitas[b] requiſita in actu non obſeruatur,actus non tenet: & ſic non poteſt parere in fauorem alicuius: quia forma dat eſſe rei.facit quod legitur & not.in c.quia propter.de elec.xij.q.ij.ſi in exceptione.quod dictum d.Ant.non eſt ſimpliciter verum, per ea quæ dixi in c. ſi diligenti.ſ.de fo. compe. in ſecundo caſu tertij membri. ſed quando ſolennitas requiritur poſt actũ qui tenet, ſed ex poſtfacto, annullatur: ſi illa non adhibeatur, poteſt habere locum dictum do.Ant.quinimò hoc vltimo caſu, quando ius diſponit aliquid non valere propter aliquod omiſſum quod debet fieri: poſt expletionem actus ipſo iure non currit: ſed debet annullari,vel per ſententiam:vel opus eſt excep.vt not.ꝓbatur in l.j.vniuerſa.C.de preci.impe.offer.iuncta gl.& no. Bar. in l.j.ff.de teſta.vnde in caſu noſtro dicit domi. me. ꝙ non facta conuentione vel denunciatione intra annum, atteſtationes non annullantur ipſo iure:ſed per ſententiam:vel opus eſt exceptione:bene valeret ſententia poſtea lata earum prætextu, ſi non exciperetur.per id quod ſ.dixi.& ius hoc diſponit atteſtationes non valere propter id quod omittitur quod fieri debebat poſt actum conſummatum dicit eſſe ſingul.not. quia nemo hoc conſiderauit. Ex quo infertur, ꝙ etiam in fauorem non ſeruantis iſtam ſolennitatem,atteſtationes non annullantur.quid iuris, vtrum autem debeant annullari etiam in fauorem alterius Docto.communiter tenent hic ꝙ nõ, vt ſ.dixi.ſed zab.tenet contrarium.mouetur: quia ſi iſte aduerſarius vult eas pro ſe,oportet ꝙ recipiat contra ſe: vnde aut ex toto ſpernat, aut ex toto approbet.arg.c.cùm olim.j.de cenſi.ſed D. m. putat diſt.ꝙ aut depoſitio teſtis continet vnum arti. inſeparabilem faciẽtem pro vtraq; parte,& nõ poteſt aduerſarius recipere pro ſe:quin etiã recipiat cõtra ſe: quia vnicum factum[c] diuidi nõ poteſt.ſicut dicimus de cõfeſsione emanata ſub vnico cõſtructu,vt no.in c.j.de confeſ.in vj.& l.j.C.de confeſ.& l.pendę.C.de tẽp.in inte.reſt.quod in ſi.ſenſit Inn.in c.cùm olim. j.de cenſi.idem in ſi.voluerũt Hoſt.Ioã.An.d.Ant.& D.m.in c.j.de ſchiſma.in alienatione rerũ eccleſiaſticarum facta à ſchiſmatico.& ibi latè ſcripſi: & vt nudiuſquartus dixi in voce, legendo illud c.& de materia latius in d.c.vtile.de reg. iur. in vj. Aut depoſitio teſtis continet diuerſos arti.& procedit glo. noſtra,& communis opi. quia atteſtationes allegantur in odium ipſius actoris: & peccata ſuos debent tenere autores, vt in c. quęſiui de his quę fi.à ma.par.ca.ſubdit etiã D.m.ꝙ poſſet ſatis æquè diſtingui, ꝙ aut illi teſtes viuunt, & poſſunt de facili haberi.& tunc indiſtinctè nõ valeant:quia text. annullat atteſtationes indiſtinctè,nõ facta mẽtione ſeu differẽtia inter actorem & reum:maximè:quia prin.fuerũt receptę ad peti.actoris: & acceſſoriè dixerũt in fauorem aduerſarij.vnde ſublatá prin. &c.vt in regula,acceſſorium,de regu.iur. in vj. ſed ſi teſtes illi nõ poſſunt haberi,ſaltem cõmodè: tũc valeãt in fauorẽ aduerſarij,habita diſtinctione de vnitate articuli. de qua ſ.dixi:quia durũ eſſet,ꝙ ius aduerſarij periret odio ipſius actoris.pro qua diſtinctione alle.c.pręſentata.j.de teſti.& l.fi.C.de teſti. & hoc dicit eſſe not.quia licet videantur noua:tamen ſunt ſatis æqua,

12 & iuri cõſentanea.¶†Quartò quęro:quia tex.annullat atteſtationes ratione fraudis præſumptæ in actorem ſi non citauerit, vel cõuenerit,aut nõ denunciauerit intra annũ:qd ſi actor vult probare ꝙ nõ fecit in fraudẽ:vtrũ debeat admitti?ſo.glo.dicit in ver.fraudẽ.tenet ꝙ nõ.mouetur:quia iſta eſt pręſumptio iuris & de iure,cõtra quã nõ admittitur probatio,vt j.de ſpon.c. is qui.& liiij.di.c.fraternitatis.de qua materia latius dicã in tit. de præſum.Hoſt. tamẽ videtur ſentire cõtrariũ dũ dicit,ꝙ eſt præſumptio iuris tantum.d.Ant.hic dicit,& melius, ſecũdùm D.m.ꝙ etiam ſi excluderetur fraus, actor nõ releuaretur: quia tex.non fundat ſe ſuper fraudẽ,vt puta in ver.ne fortè procuret.eſt ergo imputãdum actori,ſi poſt receptionẽ nõ fuit diligens,obſeruãdo quod ibi dicitur. Aduerte tamẽ: quia licet nõ admitteretur probatio per quã actor vellet excludere fraudẽ: admitteretur tamẽ probatio per quam actor vellet probare ſe nõ habuiſſe facultatem cõueniri:talis probatio debet admitti: quia vt ſ.dixi in j.q. iſte annus ab initio eſt vtilis: & ſic oportet,ꝙ actor nõ ſolùm excludat fraudẽ:ſed negligẽtiam:quę eſt magna culpa,vt l.magna negligẽtia.de ver.ſig. excludere autẽ poterit negligẽtiam ex eo ꝙ non potuerit cõuenire reum: vel eidẽ denũciare:ex eo quia agit in lõginquis partibus:vel ignoratur vbi ſit:vel eſt fortè tyrãnus,per ea quæ ſ.dixi.& hoc voluit Hoſt.hic.& ſequitur do.Ant. qui exemplificat de tyrãno quem non poteſt cõuenire:vel cui non poſſunt denũciare ſine mortis periculo:vnde ſibi nõ currit annus eſt tamẽ vtile ꝙ ꝓteſtetur,ꝙ per eũ nõ ſtat,ſi ꝓteſtatio fieri poteſt ſine periculo. facit c.paſto.§.fi.ſ.de offi.or.& c.fi.& quod ibi no.j.de appel.

¶Quintò quæro, qualiter actor non citando, conueniendo, aut denunciando,vt ſ.dictum eſt,poſſit,de offi.ordi.& c.fin.& quod ibi not.j.de appellationibus.

¶Quintò quæro,qualiter copulare vt ꝓceſſu tẽporis exceptiones legitimę vel alię ad repellen.teſtes,locũ habere nõ poſſint. ſol.glo.hic ſuper.ver.teſtes.declarat:& ponit plura exẽpla: & Doc.eã ſequũtur.& ſentit etiã glo.cõtrarium ad tex.ſol.vt dicã in d.glo.& ad declarationem huius q.vide glo.in ver.alie.

¶Poſtremò quęro circa pręedictas iiij.fal. de effectibus dictarũ atteſta.& vtrũ vigore ipſarũ poſſit ferri ſententia.ſol.gloſ. hic ſuper verſi.timetur.dicit ꝙ ſic.& ꝙ licet in his caſibus recipiãtur teſtes lit.non conte.tamen veritate inſpecta, & quò ad effectum non intelliguntur recepti lit.non conte. quia non publicantur niſi lit.conteſt.& cum alijs teſtibus poſtea receptis: ſi alij lite cõte.poſtea fuerunt inducti:licet ſecus ſit in alijs. iiij. fal.poſitis in §.porrò.& in §.ſunt & alij.j.eo. & idem etiã voluntdo.de Ro.deci.cccxlix. in antiquis, allegantes hanc gloſſ. vbi concludunt, quòd per teſtes abſuturos receptos parte vocata, & iudiciario ordine ſeruato,poteſt ferri ſententia diffinitiua:etiam non facta publicatione,per not.per Innocen. in ca. cùm I.& A.j.de re iudic.Secus ſi erant recepti lite non conte. & iudiciario ordine non ſeruato: quia tunc neceſſaria eſt pub. lit.conteſta.quinimò plus dicit hic domi.Anto.licet ſub dubio fortè,quòd ſi tempore quo iudicium inchoatur, tales teſtes recepti viuant:ita quòd poſſint examinari:& ſic euentus decurrit ceſſationem periculi:quòd non tenet receptio,vt ex illis poſſit procedi ad ſententiam, ex quo ceſſauit periculum. Itẽ quia ceſſat cauſa:quia nõ perijt probandi facultas.arg.c.præſentata. j.de teſti.& l.fin.C.de teſti.& quia euentus declarauit periculum non verè abfuiſſe facit.l.cûm quidam.ff.de acqui.hære.& ſic videtur velle do.Ant.quòd prædictæ atteſtationes receptæ non faciunt fidem,niſi teſtes ſint mortui,vel duret abſentia:ita quod etiam cõmodè haberi nõ poſſint,ſecũdùm do.M.hic,qui putat cõtrarium per text.noſtrum qui atteſtationes pręedictas annullat dũtaxat eo caſu quo eſt negligens,non conueniendo: & in non denunciando intra annũ: ergo ſi actor intra annum alterutrum feciſſet atteſtationes:indiſtinctè remanent validæ. nec eſt veriſimile quòd teſtes incontinenti receſſerint. Item, ex qua litera indiſtinctè loquitur: nullam faciens mentionem de ipſorum

de ipsorum testium morte, eam indistinctè debemus intelligere.xix.distin.si romanorum.item: quia circuitus est euitandus, vt in c.le.auditor.& ibi dixi de rescript.ad idem etiam op.facit c.cùm dilecta.j.de confir.vti.vel inuti.vbi priuilegium renouatum sine debito iuris ordine, propter periculum consumptionis remanet: etiam decisa lite, in sua validitate licet fortè cessauerit periculum consumpt.facit regula, factum legitimè.de regu.iur.in vj.& hæc opi.mihi magis placet.si quis tamen sequendo opiñ.do.Anto.illos testes vellet repetere: cautela esset ꝙ testes prædicti sic deponerent, dico vt aliàs dixi, quando fui examinatus &c.ita consuluit Barto.in l.eos.ff.ad l.cor.de fal.de qua materia latè dicam in titul.de testibus & ꝗuis do.Anto.& d.M.loquantur in casibus primæ & secundæ fal.videlicet periculi mortis & absentię: tamen ego arbitror idem esse in casu.iij.fal.scilicet obliuionis.& ideò prædictam q̃o.posui post omnes prædictas tres fal.

13 ¶†Quartò fal.regula prædicta. quando quis esset in loco satis longinquo: in quo sibi accideret aliquis casus fortuitus, propter quem pararetur sibi actio, vel defensio in proprio domicilio: puta, si apud exteras nationes, seu in longinquis partibus in mercantijs passus est naufragium, vel incursum hostium, vel alium casum: puta, amisionis vel mortis equi, vel quid simile.nã hoc casu poterit facere examinare testes ibi de illo casu. & tales proba.faciunt postea fidem coram iudice competenti.ita singula.voluit Bartol.in l.ij.C.de naufra.libr.xj.per illum tex.& idem etiam tenet Paul.de cast.si rectè memini: quia nunc videre non potui in l.si creditor.C.de pigno.actio.& vide Iacob.debel.& Bartolus post eum in auт.vt li.matri & auiæ.§.finali vbi dicit, quod de prædictis potest fieri ibi instrumentum corã tribus testibus, & fidem faciet postea tale instrumẽtum.& hoc perpetuo not.quia singu.& debet quotidie contingere.[a]

14 ¶†Quintò fal.quando petentur recipi testes ad perpetuam rei memoriam: qa tunc pñt recipi lit.nõ.cõte.tex.est hic in.§.sunt & alij.& hoc per Doct.in l.lege aquil.ff.ad l.aquil.& c.Albericus j.de testi.& c significauit.eo.ti.& ibi ego latè tractabo de hoc ar.videlicet, ad cuius petitionem talis testis recipi posit: & quot, & quales & super qbus causis vel casibus & coram quo iudice, & qualiter, & an debeãt publicari, et de ipsorũ effectib⁹.

15 ¶†Sextò fal. quando debitũ esset in diẽ longissimum, vel sub conditione quæ verisimiliter non esset nisi ad longsimum tp̃s exitura. potest figurari exemplum, dictat statutum, prout est hic Senis, quòd quamdiu, donec, vel quosq; filius masculus superest, aut descendẽtes masculi ex masculis, filia, fœmina dotata, seu maritata non succedat patri, aut matri, aut fratri abintestato: contingit quòd pater aut mater moriuntur, superexistẽtibus pluribus filijs masculis: vel etiã vno, & filia aliqua maritata, vel nupta: quia poterit esse quòd in longissimum tempus, quod ignorat̃, deficiat linea masculina & fæminina: vel eius linea redintegratur ad successionem: & eo tempore fortè nõ erit quòd posit probare consanguinitatem, aut dotationẽ, vel matrimonium: poterit ista filia fæmina facere examinari testes lite non contest.& idem etiam si alio modo ptãs agendi penderet à casu, vel alterius arbitrio, ita ꝙ non solum dubitaretur de morte testium senium, vel valitudinariorum: vel de obliuione si viuerent: sed etiã dubitaretur, ꝙ etiam testes iuuenes aut adolescentes, antequàm agi posit, moriantur: poterit fieri examinatio quibuscunq; testibus: etiam lit.non contesta.ita sentiunt Inno.d.An.do.m.& Im.& Io.đ Im.& do.cõiter.licet nõ ita clarè. facit d.c. significauit.& d.l.in lege aquilia.facit etiam ratio p̃cedentium fal.& quod dixi.s̃.in.iij.fal.Et aduerte: quia non solũ in hoc casu potest fieri publi.ad perpetuam rei memo.cùm eadem sit ratio quę in reo: quia sicut conceditur reo vt posit facere examinari ad perpetuam rei memoriam, & etiã publicari: quia non est in potestate sua, quando conueniatur, vt l.purè.§.fin.ff.de except.do. de quo dixi.& remisi in præceden.fal.ita in prędictis terminis nõ est in potestate actoris agere ante euẽtum diei, vel conditionis, scd̃m Io.de Imo.Et aduerte: quia in oĩbus p̃dictis casibus, & superiorib⁹ fal.licet testes recipiantur lite non contesta.non tamen fertur sententia dif.nisi lis contestetur.vt voluit hic glo.super versi.timetur.& Docto.hic.& d.M.in.§.porrò.sed in casibus & fal.sequen.in quibus lis non contestatur, recipiuntur testes lite non conte.& fertur sententia diffi.lite non contesta.j.subijciam.

16 ¶†Septimò fal.in causa matrimoniali, vt dicit hic glo.nostra in principi.& est tex.in §.porrò.sed aduerte: quia olim tempore huius decreta.hoc procedebat parte existente contumace: aliàs parte præsente requirebatur litis contesta.vt in c.præce.& d.§.porro.& ibi latius dicam versicul.si autem de carnali. hodie verò hoc est expeditum, quòd indistinctè potest procedi, & ad sententiam dif.perueniri lite non contesta etiam parte præsente.tex.est in cle.ij.de iud.iuncta cle.sæpe.de verb.signi.quæ fal.procedit qualitercunq; agatur de fœdere matrimonij: siue agat̃ ad impediendũ, siue ad dirimendũ, vel declarandũ: vt quia vẽdicatur coniũx negãs cõtractũ: siue agatur de impedimẽto qđ à prin.dirimit matrimoniũ: puta, qa dicit̃ cõtractũ inter infideles: siue à prin.tenuerit, & petatur digni.propter Creatoris cõtumeliã, in casib⁹ de quibus in c.ꝗto.& c.gaudemus.de diuor. secũdùm glo.in ver.matrimonijs.in d.Cle.ij.de iud.secus si nõ agatur de fœdere matrimonij: sed ad separationẽ thori ꝑpter adulteriũ.vt in c.j.s̃.eo.glo.tenet in versi.matrimonijs.& idem Pau.ibi: quia tunc nõ est causa matrimonialis: sed potius accusatio mixta ad pœnã imponendã: vel separationem thori faciẽdam.vt d.c.j.& c.tuæ.s̃.de procu.& cõiter sequunt̃ Doct.facit c.discretionẽ.de eo qui cog.consan.& ita põt intelligi text.in d.§.porrò.ver.si aũt.ex quibus patet ꝙ ad prędictũ c.j.s̃.& alia similia iura, quantũ ad hoc de lit.cõte.etiã hodie nõ corrigunt̃ per d.Cle.ij.iũcta cle.sępe.sed si eẽt prin.q.nõ m̃rimonialis, sed in ea incideret q.matrimonialis, vt puta qa ageret̃ de successione ĩ qua incidere q.nataliũ: & sic de matrimonio gl.p̃dicta ĩ ver.matrimonijs.in fi.distinguit ꝙ aut q.principalis est coram iudice ecclesiastico: & necessaria est litis cõte.aut est coram iudice seculari, corã quo incidenter opponitur exceptio nataliũ: & sic opponit̃ de matrimonio: & propter hoc causa remittitur ad iudicem ecclesiasticum: & tunc procedit fal.prædicta, secundùm gloss.prædictam: quam sequuntur Paul.& Zab.facit tex.in d.Cle.ij.dum dicit, eas tangentibus.quod sic potest exemplificari ꝗtum ad id quod dicit de causis matrimonialibus. a ¶Adde Are.in c.ij.de testibus.

17 ¶†Octauò fal.si etiam agatur de sponsalibus.quia licet tex.in d.Cle.ij.loquat̃ matrimonijs, & ista sint diuersa.vt patet in rubri.de spon.& matri.tamen quia idem priuilegium habent causæ tangentes matrimoniũ, quod habent ipsæ causæ matrimoniales: vt d.Cle.ij.et sponsalia tangant causam matrimonialem ergo &c.& ideò in tali causa non solùm possunt recipi testes: sed etiam lit.non conte.ad sentẽtiam dif.peruenitur.hoc tenet glo.in ver.matrimonijs.& Pau.ibi quia sponsalia sunt promissio futuri matrimonij.xxx.q.v.c.nostrates.& in l.j.ff.de spon.& sequitur zab.in d.cle.ij.q.xxvj.

18 ¶†Nonò fal.in causis electionum ad beneficia ecclesiastica: & licet olim hoc procederet parte cõtumace: secus parte præsente.vt j.in §.porrò.& ibi dicam & in c.dudum.el ij.s̃.de elec.hodie tamen hoc procedit indistinctè vt d.Cle.ij.de iudic.& ibĩ gl.in ver.electionũ.iuncta Cle.sæpe.de ver.sig.& hoc casu peruenit̃ ad sentẽtiã dif.lit.nõ conte.& adde qđ dicã statim fal.xj.

19 ¶†Decimò fal.in causis postulationum ad beneficia ecclesiastica, in quibus non solùm ad testes recipien.sed etiam ad sensentiam dif.perueniri potest lit.non contest.vt est tex.in d.cle.ij.iuncta Cle.sæpe.

20 ¶†Vndecimò fal.in causis prouisionum super dignitatibus, officijs personalibus, canonicatibus, præbendis, super quibuscunq; beneficijs ecclesiasticis, in quibus licet olim seruaretur quod dicitur in §.porrò.& secũdùm quod ibi videbimus: tamen hodie simpliciter lit.non cõte.proceditur ad testiũ recep.& sñiam dif.vt in d.cle.ij.iuncta cle.sæpe.prædicta tamen fal.primò declarat̃ ꝙ procedit tam in prouisionibus factis, quam fiendis, secũdùm glo.in ver.prouisionibus.in d.cle.ij.per not.in c.vt circa.& in c.qui contra certam.de elec.lib.vj.Secũdò declaratur vt procedat non solùm si agantur causæ beneficiales: sed etiã si agatur de causis tangentibus ipsas causas beneficiales.vt d.cle.ij.vt puta, cũ quæritur ad quẽ pertineat electio vel prouisio, vt dicit gl.in ver.tangentibus.in d.Cle.ij.sed Pau.ibi latius exemplificat quò ad electionẽ: vt si agatur de iure eligendi, ad quem pertineat: vt no.s̃.in c.cùm dilectus.de consue.j.de verb.signi.c.Abbate.vel si agat̃ vt electores puniantur secundum formã.c.cum in cunctis.& c.per inquisitionem.s̃.de elec. vel si dicatur confirmatio propter solennitatẽ omissam: vt qa confirmans non habuit potestatem confirmandi: vt c.si cõfirmationem de elec.lib.vj.vel contra elec.vltramontanum, eo ꝙ sit electus in discordia, vnde dicitur administrare non posse.vt c.nihil.de elec.vel contra electam in Abbatissam, eo ꝙ non sit electa à maiori parte: & per consequens non potest administrare: vt in c.indẽnitatibus.§.si verò.de elec.li.vj.vel si aliquis opponit se consecrãdo ad hoc vt ille repellatur, secũdùm Pau.& similia exempla possunt repeti, secundùm Pau.in causis postulationum & prouisionum.quantum verò ad id quod dicit̃ de tangentibus beneficia ecclesiastica, possunt exemplificari secundùm Pau.quoties ꝗreretur de aliquo qđ examinari & decidi nõ posset absq; electiõis, postulatiõe cognitionis, vel ꝑuisionis: seu tit.illius beneficij: aliàs secus.vnde si rector ecclesiæ

petit pecuniam:& oppo.sibi ꝙ non sit in pos.rectoriæ, nõ po
terit procedi lite nõ conte.quia hæc q.nõ tangit in aliquo cau
sam beneficialẽ,secũdùm Pau.& sequitur zab in d.cle.ij.quin-
imo fortius voluntꝫ do.de Rot. decis.ccccl xxxv.ꝙ si actor agit
super beneficio,tanquã super vnito suæ dignitati:& tanquam
super re quæ sit de pertinentijs suæ dignitati:licet reus præten
dat illud iure tit.ad se pertinere:vel tanquã beneficium ex col-
latione apostolica:non tamẽ censetꝛ causa beneficialis,sed pro-
phana:& requiritꝛ lit.cõtest.adeò ꝙ reus citatus ad responden-
dum libel.nõ cõparens,est excõmunicatus.mouentꝛ:quia ex p-
sona actoris,non rei ius agendi metimur.ff.si pars hære. pe.l.j.
quinimò Ægid.collector decisionum,subdit ibi ꝙ quidam ex
do. Rotæ dicebant ꝙ etiam si ageretur vt de beneficio : agens
non facta cõparitione excõmunicari debeat:et ideò debèt pro
cedi lit.non cõte.quia posse procedere lit.nõ contest.solùm cõ
cernit fauorẽ partiũ procedentiũ:non autem cõcernit cõtuma
cem ipsius partis nõ curantis procedere.ipse tamen ibi hoc di
ctum reprobat: & mihi placet reprobatio prædicta.Item pre-
dicta fal.primò limitatꝛ ꝙ procedit si modo agatur de tit. bene
ficiali seu de fœdere cõiugij spiritualis.secus si ageretur de be-
neficio,vt de proprietate:quia tũc necessaria esset lit.cõtest.se-
cundùm glo.in ver.beneficijs.in d.cle.ij.de iudi.quæ alleg. ad
hoc plura similia per quæ apparet,quod differentia est,an aga
tur de ti.beneficiali. an de proprietate : tam quò ad missionem
pos.quàm etiã quò ad permutationẽ ad præscriptionem,et ad
transac.& ratio est secũdùm Lau.quia quando agitꝛ de tit.bene
ficiali ideò proceditꝛ omissa lit.cõte.& ordine iudiciario vt cau
sa citius expediatur:ne beneficia diutius vacent in dispendium
ipsorum.vt in c.quã sit.de elec.lib.vj.quæ ratio cessat quando
agitur de proprietate beneficij.& sequuntꝛ Pau.zenze.zab. Io.
de Imo.vt ibi dixi.Nec ob.ꝙ licet agatꝛ de proprietate : tamen
videtur esse locus d.cle.ij.vt non exigatꝛ lit.cõte.quia nõ videtꝛ
posse negare quin talis causa cõtingat causam beneficialem: er
go idem videtꝛ dicendũ per tex.illũ,dũ dicit,quoquo modo eas
tangentibus:quia secũdùm Laud.dũ dicit,eas.debet exponi,s.
causas beneficiales:non aũt,eas,s.ecclesiasticas. & aliud est cau
sa,& aliud res ex qua causa oritꝛ.facit j.de verb.signi.in c.forus.
& sequitꝛ zab.& fuit de mente glos.prædictæ sup ver. benefi-
cijs.dum dicit,nec hic dicitꝛ de causis ecclesiarũ.tunc ergo non
est necessaria lit.cõte.quãdo agitur de ti.beneficij.vel etiã si aga
tur ad remotionẽ beneficij,& negatꝛ fœdus cõiugij spiritualis:
vel titulus.secus si nõ negatur ti.sed propter crimẽ petitꝛ remo-
ueri:vt si dicatꝛ ꝙ simoniacus habuerit regressum:vel fuit itur⁹:
vel nõ electus â canonicis:vel per metũ:& similia.faciũt not.p
Ioan.post Inno.& Hosti.j.in §.porrò.secũdùm glo.in d.Cle.
ij.in ver.bñficijs.sed Guli.ibi dicit ꝙ si dicatꝛ intrusus,& sic ne-
getur fœdus spirituale, vel tit.vel si diceretꝛ simoniacus: & agatꝛ
ad remouen.ꝙ tũc est necessaria lit.cõtest.quia tunc non agitꝛ
de beneficio:sed de crimine contra personam.& sequitꝛ zenze.
Ioan.de lig.in d.cle.ij.distinguit ꝙ aut petitur prin. de nullita-
te matrimonij spiritualis,seu tit.& non requiritur lit.contest.li
cet allegatur intrusio,vel quid simile.& ita procedat prędicta
in ver.beneficijs.per c.j.de reg.iur.lib.vj.aut petitur princ. re-
moueri propter crimẽ hæresis,vel quid simile.& procedat di-
ctum Gul.& idem tenet Ioan.de Imo.pro quo facit quod tra-
dunt Doc.maximè Io.de Imo.& clarius do.meus.j.in §. por-
rò.vbi concludunt ꝙ fal.procedit vbi prin.impugnatur vincu
lum.secus si vinculo præsupposito petitur quis deponi pro-
pter crimen.arg.not.in c.veritatis.j.de do.& cõtu. sed zab. di-
stinguit ꝙ quandoq; negatur tit.ex aliqua causa quę infert nul
litatem ipso iure:& procedit opi.glo.quia causa est beneficia-
lis,ex quo discutere oportet,an cõtentus habeat tit. vel nõ. vt
quia dicitur indignus tali dignitate:per quam in iure exprimitꝛ
ꝙ non teneat institutio,per.c.cùm in cunctis & c.dudũ. el j.&
c.bonæ.& c.per inquisitionẽ.de ele.quãdoq; negatur titul⁹: nõ
tamen ꝙ inferatur nullitas ipso iure.& tunc vera est opi. Lau.
& Gen.& idem tenet Pau.nec glos.illa in ver. benefi. rectè in-
tellecta,cõtradicit,secũdùm zaba.ego verò in d.cle.ij.de iudic.
distinguo ꝙ aut quis fuit canonicè institutus & petitꝛ remoue-
ri propter crimen:& tunc indubitanter requiritur litis contes.
aut fuit electus,postulatus,vel prouisus simpliciter:vel ante in
stallationẽ,vel inuestiturã op.cõtra electũ in formã vel perso-
nam:& nõ exigitur litis cõtest.propter eandẽ rationẽ timoris
diuturnæ vacationis aut fuit installatus vel inuestitus:& oppo.
102 ¶ Primò igitur articu. quæro quid sit nominatio. Solu. arbitror quòd possit sic describi, quòd nominatio est actus iudicialis per quem alieno nomine possidens vel detinens: nullū ius habens in re, aut ratione iuris, quod non habet reali iudicio conuentus, iudicium contra se intentatum declinat: & examinando singula verba dictæ descriptionis dico quòd verbum actus, ponitur vt genus: & subijcitur verbum, iudicialis. quia fieri debet in iudicio, vt hic & in l. secūda. C. vbi in rem acti. dicam latius in v. articu. Et ad differentiam nominationis quę fieret extra iudicium. Deinde subijciuntur alia verba, alieno nomine possidens, per ea quæ statim dicam in articulo secundo. Deinde subijciuntur verba, reali iudicio conuentus. ad differentiam personalis iudicij. de quo in §. seq. deinde subijciuntur aliqua verba, iudicium contra se intentatū declinat. per ea quæ dixi. j. arti. xiij. & aliquid in xliij.

103 ¶ †Secundò ar. quæro princ. quis possit vel debeat nominare dominum in iudicio. Sol. dic ꝙ ille qui possidet alieno nomine, vt hic in tex. & in l. ij. C. vbi in rem ac. vnde colonus, cōmodatarius, & depositarius possunt talem nominationem facere: quoniam ipsi non possident sibi: vt l. non solùm. §. fi. ff. de vsucap. & ff. loca. l. cùm in plures. §. messem & ff. cōmoda. l. in cōmodato. & ff. depo. l. j. & idē dicendū est de quibuscunq; alijs, qui non suo, sed alieno nomine possident. de quibus latius dicam in tit. de cau. pos. & proprie. Io. An. & Doc. hic, gl. & Doc. in l. ij. C. vbi in rem actio. & Spe. in tit. de. j. decre. §. sed quis est is. tenet etiam prædictam sententiā, ꝙ requiratur quòd alieno nomine possideat: & ꝙ nullum ius habeat in re quæ petitur: si enim haberet aliquod ius in re: non prodesset nominare dominum in iudicio, vt hic dicit glo. j. in versi. immobilibus, si modo actio intentata aliquo modo respiceret illud ius: qua ratione a emphyteota[a], vasallus superficiarius, feudatarius, fructuarius, maritus, & similes non possunt dominū nominare in iudicio. secus si conuenirentur ratione iuris ad ipsos non pertinentis, secundùm Io. An. & Doc. hic. & gl. & Doc. in d. l. ij. & Spe. in ti. de primo decre. §. ij. ver. sed nunquid est. de quo tamen dic vt latius dicam. s. ar. vj. ¶ Et ex prædicta consideratione creditor hypothecarius possidens pignus, si conuenitur, potest, vel non potest nominare dominū in iudicio, prout actio intentata respicit, vel non respicit ius suum, vt dicam in dicto vj. arti. Item & qui mandato domini dannum dedit, si conueniatur, videtur posse nominare dominum in iudicio. de quo tangā in vj. artic. q. viij. & arti. xij. Ad quod quæro circa prædicta, vtrū procurator possit dominum nominare in iudicio. Solu. distingue, ꝙ aut procurator est datus ad administrandum, vel negotiandū, aut ad iudicia. Primo casu. Inno. tenet ꝙ posset nominare dominum in iudicio: & ꝙ contra eum procedetur secūdùm teno rem istius. §. mouetur: quia talis videtur etiā defendere, si patiatur mitti in possessionē. ff. de procura. in l. sed & hæc. §. fin. cū l. seq. Item quia procurator debet interrogari, an reus, seu dominus suus possideat. vt ff. de procura. l. nō solùm ergo & à simili dicere potest se alieno nomine possidere. Si verò sit procurator datus ad casus non videtur habere hoc beneficiū, secūdùm Inno. nisi fortè, secūdùm Hosti. vellet nominare dominū ad consulendum ipsum dominum: eo ꝙ nō sit verè instructus. ar. prædictorum iuriū, quæ loquuntur in procu. ad causas. Sed in procuratore ad negotia est expressum in c. dilectus. s. de procu. & ad materiam illius c. remittit se Ioā. And. & do. M. hic. Sed aduerte, quia hæc procedunt quò ad nominationē sui principalis, qui constituit eū procuratorē: sed quò ad nominationē fiendā nomine constituentis, de alio tertio, cuius fortè nomine principalis possideat: an talis nominatio possit fieri per procuratorem? arbitror ꝙ sic: sed quòd exigatur speciale mandatum ad nominationem faciendam moueor, quia per talem actum factum in iudicio: videtur transferri dominiū in illū. ar. no. in l. j. ff. pro dereli. & per Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pe. & per do. Ant. in c. si cautio. de fide instru. & l. cùm falsa. C. de iur. & fac. igno. iunctis no. in insti. de offi. iud. §. fin. & l. pomponius. §. si iussus. ff. de rei vēdi. de quo dixi in cle. j. de proba. in vj. & vltimo membro. faciunt no. per do. M. in c. j. s. eo. & quod no. Bar. in l. fi. ff. de his quæ in frau. cre. vbi volunt, quòd ad renunciandum exceptioni peremptoriæ, requiratur speciale[b] mandatum eo, quia talis renunciatio videtur inducere quodámodo donationem, vt l. si quis delegauerit. ff. de noua. & ideò videtur exigi speciale mandatum: vt l. filiusfamilias. ff. de do. cum si. sic ergo & in terminis nostris faciunt ea quę dixi in cle. j. de proba. in. v. vel. vj. membro.

a ¶ Emphyteuta vasallus, feudatarius, vsufructuarius, superficiarius, & similes, an nominando dominū in iudicio euitent iudiciū. & quid de administratore, ꝓcuratore, & hmōi: vide Bar. ī l. ij. C. vbi in rem act. Spe. in rub. de primo decreto. §. restat. ver. hoc etiam no.

b ¶ Ad renunciādū exceptioni peręptoriæ, requiritur mandatum speciale. adde Alexā. in consi. xxij. li. j. col. iiij. & in l. pactū curatoris. C. de pact. Are. in c. j. iij. colū. de accu.

¶ Tertio princ. arti. quæro, vtrum hæc nominatio sit facultatis & quæ fuerit ratio inducēde nominationis.

105 ¶ †Quo ad primum dicendum est, ꝙ hæc nominatio est merè facultatis: vnde cōuentus potest nominare si vult: & etiā nominationem admittere. vt sentit glo. hic in ver. mobilibus. & expressius tenet glo. in l. ij. C. vbi in rem act. vbi exponi, debet. i. potest: quasi dicat nemo cogitur nominare, si non vult & tenet Bar. & Doc. quòd est verum præcisè: secus conditionaliter seu causatiuè: videlicet si vult vitare iudicium & damnum proprium: quia hoc modo debet dominum nominare. ar. l. is qui se obtulit. & l. qui se liti. ff. de rei ven. & sequuntur hic do. Ant. & d. M. de quo dicetur. j. in xiiij. arti.

¶ Quantum verò ad secūdùm, quæ fuerit ratio inducendæ nominationis. dicit Bald. in d. l. ij. ꝙ ratio est: quia interest actoris & ipsius nominantis, ac etiā nominati. primò interest actoris: quia aliàs non posset consequi plenū effectum intentionis suę nisi dominus nominetur: quia lata sententia contra detentorē,

non præiudicaret domino in proprietate, vel possesione, nisi
esset requisitus. de quo in arti. xiiij. sed interest nominãtis: quia
fortè nõ vult brigam defendendi rem alienã, secũdùm Odof.
vel quia non denunciando domino videtur in dolo ar. ff. loca.
l. item quæritur. §. executor. & ff. mandati. l. si procu. §. si igno-
rantis. ad quod intelligendũ aduerte, quia quãdoq; aliquis pro
ponit aliquem certo ponderi vel prædio: vel facit eũ admini-
stratorem: & sic videtur facere eũ procu. ad incumbẽtia illi con
tractui, vt in l. ij. ff. de no. operis. nun. l. j. ff. vsufru. quemad. ca. &
ar. l. j. C. si per vim vel alio modo. Si ergo iste sciẽs aliquid agit
per quod saltem de facto posset præiudicare domino: turbat,
ei possesionem, si nõ denunciat domino: & sic videtur dolum
committere, vt dictis. ll.

¶ Tertiò expedit nominato: quia de re sua agitur: & sibi de-
bet dari facultas defensionis, vt in l. facultas. C. de iure fisci. libr.
x. l. j. §. si quis ideò. ff. ne vis fiat ei. secundùm Bal. in d. l. ij.

106 ¶ † Quartò princi. ar. quæro, quis posit nominari. Solu. potest
colligi ex his quæ dixi in secũdo arti. quia omnis ille potest no
minari, cuius nomine posidetur vel ratione iuris quod habet
in re, super qua posidens conuenitur. per ea quę dicta fuerunt
in ij. arti. & per ea quæ dicam in vij. ar. maximè in iiij. q.

107 ¶ Quintò princ. ar. quæro, vbi seu coram quo hæc nominatio
fieri debeat. So. dicendum est ꝙ in iudicio, vt hic in text. nostro
& in l. ij. C. vbi in rem ac. quæ formaliter vtitur verbis tex. no
stri. & sic fieri debet coram iudice.

108 ¶ † Sextò principali arti. quæro, in quibus casibus causis, & re
bus posit fieri hæc nominatio: & pro ipsius examinatione
prosequar infrascriptas. q.

¶ Primò, quid iuris de rebus immobilibus.

¶ Secundò, quid de mobilibus.

¶ Tertiò quid de iuribus incorporalibus.

¶ Quartò, quid de rebus in quibus conuentus non habet ali-
quod ius: & in quibus habet aliquod ius.

¶ Quintò, quid iuris in actionibus personalibus.

¶ Sextò, quid in actionibus mistis.

¶ Septimò vtrum in possessorio habeat locum nominatio.

¶ Octauò, vtrum habeat locum in causa damni dati.

109 ¶ Primò igitur quæro, vtrũ in rebus immobilibus habeat lo-
cum nominatio. Sol. dic ꝙ sic. tex. est hic. & in l. ij. C. vbi in rem
actio.

110 ¶ † Secundò quæro, vtrũ in rebus mobilibus habeat locũ no-
minatio. Sol. gl. j. super ver. immobilibus. primò arguit ꝙ nõ vi
detur prodesse nominatio domini in iudicio: cũ habeat faculta
tem rei restituendæ: sed gl. decidit in contrariũ, ꝙ etiã in re mo
bili posit fieri talis nominatio per authẽ. qua in prouincia. C.
vbi de cri. agi oportet. & idem tenet gl. in d. l. ij. per illã authẽ.
Sed dicit Bar. in d. l. ij. ꝙ certè illa authen. nil facit: quia illa loqui
tur de nominatione quæ fit, & posit instrui de defensione cau
sæ: nõ autem ad effectũ declinandi iudicij. Primam opi. tenue-
runt Io. Gasp. Phi. Azo. & Inn. & Odof. mouẽtur: quia si pro-
desset nominatio: posset fugere cum re. sed secũdùm opi. gl. no
stræ, ꝙ habeat locum nominatio tenet Vin. Hostiẽ. Pe. Ab. &
Io. An. hic. & glo. Bar. Cy. & Bal. in d. l. ij. quia omnes rationes
inducendæ nominationis, de quibus dixi in iij. arti. in fi. habent
a locum etiã in re mobili[a]. hoc etiam tenet Spe. in titu. de primo
decreto. §. ij. ver. hoc etiam no. & sequuntur hic omnes moder.
& ad id quod de fuga dicitur, respondet hic Ioã. An. ꝙ poterit
prouideri per remediũ cautionis: vel per sequestrationẽ ipsius
rei. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. Item facit secũdùm Ioã. An.
quia quò ad sortiendũ forum, æquiparamus rem mobilẽ & im
mobilem: vt in c. ex parte. & c. fi. s. de fo. compe. dixi in c. sanè.
eo. tit. nec ob. ꝙ tex. noster & prædicta l. ij. loquantur solùm de
rebus immobilibus: quia ex eo quò per hæc iura non inducitur
illorum iuriũ correctio: beneficio istorum iuriũ debet extendi
per identitatem rationis, secũdùm Bart. & Bal. in d. l. ij. & s. di-
xi. & domi. M. hic. & ne absenti domino fiat aliquod præiudi-
cium. argu. c. j. de causa pos. & proprie. & in c. inter. s. de maio.
obe. & c. cùm super. de re iudi. & l. fi. C. si per vim vel alio mo-
do. & mihi placet.

¶ Vide etiam Bar. in l. officium. ff. de rei vendi.

111 ¶ † Tertiò quæro, vtrum in iuribus incorporalibus, vt puta, si
agitur pro obedientia, vel simili iure posit subditus nomina-
re dominum in iudicio. Sol. Inno. hic dicit, ꝙ sic. de quo tamen
remittit ad latius dicta per eũ in c. inter quatuor. s. de maio. &
obedien. sed tu aduerte: quia in hoc arti. varię reperiuntur opi.

¶ Prima fuit opi. Innoc. ꝙ habeat locum nominatio, vt dixi. &
sequitur Bar. in d. l. ij. quia ista iura incorporalia habentur pro
immobilibus: vt l. si aliena. §. fi. ff. de vsucapio.

¶ Secunda opi. per contrariũ, ꝙ nominatio nõ habeat locum:
quia illa nõ habeat locum, nisi quãdo cõuentus alieno nomine
posidet: sed subiectus in seipso nõ posidet obedientiã: cũ ne
mo seipsum posit posidere: vt l. liber homo. ff. de acq. re. do.

¶ Tertia fuit opi. ꝙ si petitur ecclesia, non habet locum nomi-
natio: quia illa non potest posideri: nec eius dominium haberi:
vt l. j. ff. de rerũ diui. & sic non potest vendicari: nec realis actio
competere: quo casu duntaxat habet locum nominatio, vt hic.
posset tamen ecclesia vendicari occasione iurium episcopaliũ,
vel alterius iuris in ea competentis. ar. l. qui tabernam. ff. de cõ-
trahen. empt. & l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. & hac ratione vide-
tur habere locum nominatio.

¶ Quarta fuit opi. ꝙ in his corporalibus, in quibus agitur con-
tra subiectum, qui ab alio dicitur retineri: licet non habeat locũ
nominatio quantum ad hoc, vt præiudicetur posidẽti: tamen
potest habere locũ, vt detur terminus ꝙ veniat ad docendũ de
iure suo, per id quod habetur in c. inter. s. de maio. & obediẽ. &
l. si pariter. ff. de libe. causa. sed si talis non veniret, nõ tamẽ pro-
pter hoc procederetur secũdùm formã tex. nec agens fieret ve
rus possessor: cùm cõuentus non habeat facultatem rei restituẽ
dæ: & quia non debet subtrahere obedientiam illi, cui tenetur
obedire: & qui est in quasi possessione ipsius iuris. talis enim
conuentus peccaret, nisi prius ab alterius obedientia absoluere
tur. xvj. q. iij. c. placuit. quod fieri nõ potest, si nõ est præsens il-
le, cui præiudicatur: nec cõtra eum actum sit. facit quod habetur
in d. c. inter. de maio. & obedien. & viij. q. iiij. c. & nonne. & da
to ꝙ sententia proferretur contra talem cõuentum: tamẽ si su-
perueniat postea dominus docens de iure suo, seu de possesio
ne, vel quasi etiam summariè impediretur executio, secundùm
ea quæ traduntur in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi.
nec obstat prædictis ꝙ habetur in l. postquàm. C. de hære. vel
actio. vendi. & l. nomen. C. quę res pig. obli. pos. vbi patet ꝙ si
cessisti mihi actiones cõtra debitorem, ago contra ipsum & ad
præiudicium cedentis, licet non citati. & sic à simili videtur ꝙ
conuentus debeat obedire agenti: quãuis dominus, cui debetur
obedientia, nõ fuerit in iudicio: quia responderi potest, ꝙ in di-
ctis iuribus illud operatur cõsensus cedentis actionem, vel obli
gatum nomen sui debitoris: sed hic nõ interfuit consensus il-
lius qui habebat obedientiam. nec obstat c. penul. j. de reg. iur.
quia ibi loquitur quãdo persona, cũ qua agitur, potest rem in iu
dicio deducere: sed in terminis nostris, subiectus nõ potest ius
possessum in eũ deducere in iudicio. Item nõ obstat in l. sæpe.
ff. de re iudi. quod ibi habetur: vbi dicitur, ꝙ sententia lata con
tra libertum, præiudicat patrono: quia illud verum, quando pa
tronus interuenit in iudicio: secus si tantum sciuisset causam
agitari, per id quod habetur in c. cùm super. de re iudica. vbi de
materia per Innocen. & ibi etiam dicit quòd opinio Roge. de
qua in dicta l. sæpe. inquantum videtur velle quòd præiudice-
tur patrono scienti, & tacenti: non est vera. Sed aduerte: quia
Accur. & etiam Bart. videntur tenere dictam opinio. Roge. in
dicta l. sæpe. sed domi. Anto. in c. inter quatuor. de maiorita. &
obedientia. saluat illam opinio. vt habeat locum quando agitur
contra libertum: quo casu, ad eum principaliter spectat se de-
fendere: vt l. principaliter. C. de liber. causa. secus quò ad subie-
ctum, ad quem non spectabat principaliter defensio: sed ad do
minum posidẽtem. Domi. meus hic distinguit, quòd aut quis
posidet ista incorporalia nomine alterius, vt vicarius seu adiu-
tor: & tunc rectè nominat dominum in iudicio: & habet lo-
cum quod hic dicitur. aut quis non posidet ista nomine alte-
rius: & subditus qui posidetur & non posidet: & propriè nõ
habet locum nominatio: cùm non posideat, neque detineat,
neque facultatem habeat rei restituẽdæ: sed si nominat alium,
debet ille vocari: quia nihil habet attentari in præiudicium al-
terius, vt d. c. inter. & si non nominaret, valeret iudicium con-
tra subditum, quatenus tractatur de suo interesse, ne mutet do-
minum: sed non præiudicat domino. de quo tamen Domi. m.
remittit ad not. per Innocen. in c. auditis. de præscript. & latius
in d. c. inter. assumit hanc materiam, & recitat opi. dicens, quòd
aut agitur actione personali: quia quis dicit sibi alium promi-
sisse obedientiam, seu obedire: & non habet locum nominatio,
de qua hic: quia non habet locum nominatio quando agitur
actione personali, sed reali, vt hic. ad quod tamen vide quod di
cam j. q. v. Item quòd hoc casu non habet locum nominatio,
facit: quia ex quo agitur personali, non præiudicaretur possesso
ri: aut agitur reali, & subdistingue quòd aut quis posidet tan-
quàm vicarius, vel coadiutor: & habebit locum nominatio. &
processus de quo hic: quia ex quo posidet tanquàm vicarius,
vel coadiutor: videtur habere facultatẽ rei restituendæ. ff. de rei
vendi. l. officium. & hoc etiam fuit de mente Innocẽ. in d. c. in-
ter. & dixi. s. in opin. Domi. mei. vnde hoc casu, habet locũ no-
minatio: & proceditur secundùm formam hic positam: & sen
tentia lata contra istum conuentum, qui tenebat tanquàm vi-
carius vel coadiutor, tenebit: & mandabitur executioni: & in
præiudicium

præiudicium domini nõ venientis: cùm talis habeat facultatẽ rei restituendæ, vt s. dictũ fuit. Si verò conuentus nõ possideat tanquam vicarius vel coadiutor: & tunc si agatur cõtra cõuentum ad aliquod ius, quod sit sub illo iure, quod ab alio quasi possidetur exemplum, si agatur vt præstetur obedientia tanquam Archidia. contra illum qui præstat obedientiam tanquam episcopo: & tunc est clarum quod non habet locum nominatio: quia nõ est alius qui prætendat se possidere ius quod petitur. Si verò agitur ad ius obedientiæ quod ab alio quasi possidetur: tunc si agitur cõtra illum qui quasi possidet, clarum est quod non est tractandũ de nominatione, de qua ipsemet qui possidet conuenitur. Si autẽ cõuenitur ipse subiectus: tunc aut conuenitur ab illo respectu iuris quod ab eo quasi possidetur: & habent locum opi. de quibus. s. tetigi: quia aliqui videntur velle quòd habeat locũ nominatio: alij cõtra. alij volunt quòd solùm habeat locũ nominatio ex eo, quia si pronunciaretur cõtra ipsum subiectum, nõ possit sententia mandari executioni: quia etiã si subiectus conuentus & conuictus vellet sponte præstare obedientiã: tamẽ agens non debet illam recipere: & si reciperet, peccaret: cùm debeatur alteri, qui est in quasi possessione. xvj. q. iij. placuit. & eadem obedientia pluribus insolidum deberi nõ potest, vt ff. cõmodati. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. & ita dicuntur residere Inno. & do. Ant. in d. c. inter. sed dicit ibi Io. de Imo. aduertendum esse. decisio istius dubij videtur pendere ex alio videlicet, an sententia lata contra subiectum præiudicet illi, qui possidebat obedientiam, si sciuit iudicium agitari & tacuit. de quo per Ioan. de Imo. in dicto c. inter. in quarto dubio. & ego latè dixi post Docto. in c. cùm super. nam si sententia præiudicaret, saltem quantum ad quasi possessionem: vt videtur notari per Innocen. in d. c. cùm super. quamuis nõ videtur præiudicari respectu proprietatis, vt ibi dicit Innocen. dicit Ioan. de Imol. quòd non valet: quare non debeat habere locum nominatio, per quam subiectus intimaret domino de lite contra eum mo-
a ta: sed si teneretur alia opinio, quòd non fiat præiudicium[a] etiã quò ad quasi possessionem, etiam scienti & patienti: tunc posset procedere opi. quòd non habeat locum nominatio: sed præcedens opin. videtur verior, per ea quæ habentur in d. c. cùm super. secundùm Ioan. de Imol.

112 ¶ † Quartò quæro, vtrum pro rebus in quibus conuentus habet aliquod ius, habeat locum nominatio de qua hic. Solu. glo. nostra in verbo, immobilibus. videtur concludere quòd text. noster solùm habeat locum, quando conuentus nullum habet ius in re: vt puta, si est colonus, commodatarius, depositarius, vel similis, secundùm quod dixi in secundo articulo. secus si dicit in habente ius in re. exemplum in marito in rebus vxoris: & in emphyteota, & similibus. ¶ In his enim secundùm glos. non prodest nominare dominum in iudicio: quia sicut isti possunt agere pro eorum iure: ita etiam tenentur defendere. ar. c. perpetuus. de fide instrumentorum. secundùm glo.

¶ Sed tu aduerte: quia circa hunc articu. plures reperiũtur opiniones. Prima est glo. nostræ, quæ etiam fuit gl. in l. ij. C. vbi in rem actio. quæ glo. volunt quòd ex quo nominatus habet aliquod ius in re, non habeat locum nominatio.

¶ Secunda opinio est Ioan. Andr. hic modificantis prædictam opi. gl. dicit enim quod prędicta opinio procedit, quando res simpliciter vendicatur. secus si vendicaretur directum dominium duntaxat, vel quod ex illo debetur: tũc enim sufficeret nominare dominũ: cùm ius ipsorum nõ tangitur. & remittit ad notata de hoc in Spec. in tit. de primo decreto. §. restat. versi. sed nunquid. Et idem in effectu tenet Cy. in d. l. ij. dicit enim quod si aliquis conuenitur super aliqua re, super qua aliquo respectu possideat sibi, non poterit nominare dominũ in iudicio: sed si super fructibus & seruitutibus, vel pensionibus domino debitis conueniretur: tunc potest nominare dominũ & idem etiã in effectu voluit Bart. in d. l. ij. licet per alia verba clariora, dicens quod aut iste, qui habet ius in re, cõuenitur solùm respectu possessionis suæ: vt quia conuenitur ab alio dicente se potiorem emphyteutam esse: & tunc vera sit opinio gl. quod non possit nominare dominũ: quia ei præiudicatur. Si verò conuenitur respectu dominij directi, & sic respectu iuris, quod est apud alium, põt & debet nominare dominũ in iudicio, & liberatur à iudicio respectu illius iudicij: & hoc quatenus illud iudicium nõ repugnat iuri ipsius emphyteutæ. potest enim dicere emphyteuta, nõ curo quis sit dominus directò: neque hoc voluit defendere: sed dico me esse emphyteutã: sed quatenus petitio actoris repugnaret iuri ipsius emphyteutæ, emphyteuta teneretur se defendere: nec posset nominare dominum in iudicio, quantũ ad declinandum iudi-
b cium: sed bene posset, vt posset ab eo de suis defensionibus[b] informari: vt in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. & sic Bar. in effectu voluit idem quod Ioan. Andr.

¶ Tertia fuit opinio Guliel. de Cu. quam sequitur hic domi. Anto. qui voluit, quòd si ius agendi compatiatur se cùm iure domini: quia illi non derogat, sed dirigitur tantũ ad ius emphyteotæ: non habet locũ nominatio. Si autem contradicit iuri domini. & sic potest ei præiudicare, saltem respectu ciuilis possessionis: tunc habet locum nominatio.

¶ Quarta fuit opinio Bald. magis lata in d. l. ij. vbi dicit, quod vbi sit quæstio tantum de iure emphyteotæ: quia agens cõtra emphyteotam dicit se recognoscere ab eodẽ proprietario: & proprietarius cõfitetur: & non habet locum nominatio: quia hoc casu, quæstio dicitur procedere inter duos emphyteotas: sed vbi est quęstio de iure emphyteotæ quod alter simpliciter vendicat: tunc vult quòd indistinctè isti habentes ius in re, possint nominare dominum, si super ipsius iure cõueniantur. interest enim hoc casu ipsius proprietarij nominari, vt possit esse in iudicio: quia si fortè agens obtineret, posset aduersarius postea negare se habere ius ab ipso domino, per l. si coloni. C. de agri. & censi. li. xj. Facit quod notat glo. in c. inter dilectos. s. de fide instrumen. & hoc placet zaba. quò ad hoc, vt teneat iudicium: etiam in præiudicium domini: sed quãtum ad hoc vt teneat iudicium in præiudicium emphyteotæ, vel vasalli, sequitur Ioã. And. quæ videtur magis communis. Sed Do. meus hic dicit, quod ex toto hæc dicta nõ placent, vt ex. j. dicendis apparebit. Quare pro concordia dictarum opinio. & iurium, quãtum fieri potest distingue post domi. M. plurimis additis, quòd aut conuentus nullum habet ius in re, qualis est depositarius & similis & tunc clarum est quòd debet & potest nominare dominum in iudicio, vt hic. & in dicta l. ij. C. vbi in rem actio. & hoc tenent communiter omnes. nec obstat quod ex quo conuentus nullũ habet ius in re, non videatur posse conueniri actione reali: quia imò potest ex sola simplici detentatione, vt in c. examinata. & ibi di xi. s. de iudi. & l. officium. in fi. ff. de rei vendica. vnde ad exonerandum se à tali iudicio, potest nominare dominum. aut cõuentus habet aliquod ius vt emphyteota: & tunc si cõuenitur frater iure suo duntaxat: nõ habet locum nominatio: quia ipse est dominus respectu illius iuris petiti. & ita procedat opinio glo. a & sequacium. & ista etiam fuit opinio Iaco. de Areti. & plus dicit Spe. in tit. de primo decre. §. restat. versi. sed quid si actor. quod etiam si dominus sponte vellet in se suscipere iudicium, quod hoc casu non adimeretur: quia licet eius intersit, vt quidam dicunt, tamen possessio naturalis, de qua nunc agitur, nõ est illius, sed conuenti: subdit tamen dominus meus quod hoc casu, nec sentẽtia nec acta præiudicabunt domino proprietario absenti: quia sua interest potius habere obligatũ vnum, quàm alium. iuxta not. in c. potuit. de loca. sed ad hoc vt fiat sibi præiudiciũ, debet vocari: vel etiam posset vocare & nominare vt haberet ab eo informationem. & ita procedat opinio Bal. & idẽ & fortius, si nõ intendit istum recognoscere in dominum, sed alium: debet tamen tunc vocari quò ad hoc, vt sibi fiat præiudicium: sed non b est necesse quò ad hoc, vt iudicium procedat: cùm de iure præsentis agatur, & non absentis: nec acta facient præiudiciũ ipsi absenti, secundùm Ioã. And. hic, & Cy. in d. l. ij. de quo in. xiij. articu. & idem non est necesse nominare, aut vocare eũ in iudicio: aut quis conuenitur super tota re insolidum. vt quia res tota simpliciter reuocatur: & sic non solùm tractatur de iure vtilis dominij, & possessionis rei cõuenti: sed etiam de directo dominio absentis. & hoc casu licet Ioã. Andr. Cy. & Bar. sentiant quòd non habeat locum nominatio: tamen domi. M. credit cõtrarium esse verum: quia licet nõ teneatur defendere ius absentis, si non vult: tamen pro parte tangente ius absentis, poterit eum nominare: cùm nihil habeat commune proprietas cũ possessione. & l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquirenda possessio. & idem videtur dicendum, vbicunque in vendicatione totius rei concluditur ius ad alium spectãs: quia idem iuris est de parte quò ad partem, quod de toto, vt in c. pastoralis. §. itẽ cùm totum. s. de offic. deleg. & l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. & hæc opi. mihi placet: vnde emphyteota & feudatarius ratione sui vtilis dominij, nominabit dominũ: & maritus in rebus dotalibus: & similiter vsufructuarius, & superficiarius: omnes isti & similes ratione iuris ad alium pertinentis, pro quo fortè conuentus non vult subire iudicium, poterunt absentem in iudicio nominare. facit. l. sciendum. §. j. ff. qui satisdare cogan. & quod not. in l. celsus. §. j. ff. ad exhiben. Sed aduerte quòd si à possessore petatur onus reale ratione possessionis rei, licet per conuentum illud onus soluatur alteri absenti: non tamẽ habet locũ nominatio illius: quia tale onus adhærens rei, etiam pro emptore præterito, sequitur possessorem, vt l. Imperatores. ff. de publi. & in c. pastoralis. de deci. & quia per possessorem stat quominus soluatur. facit quod not. in c. auditis. de præscrip. per Inno. & per hanc distinctionem possunt solui, & ad cõcordiam redu

a ¶ Adde, quòd subditus nõ potest recognoscere alterũ in præiudiciũ veri domini, Bal. in l. ij. versi. sed nunquid ciuitas. C. de ope. lib. l. si domino. iij. no. C. per quas pso. no. acqui. Fely. in ca. auditis. xiij. col. in prin. de præscrip.

b ¶ Adde bene facere quod no. Pau. consil. ccccclxx. li. j.

& iura allegata hic in glos.j.super versi.immobilibus.in fin.ibi, arguendum contra,& magis etiam specificè potest responderi. Et primò ad capi. rebus.quòd ibi nulla fuit facta nominatio: quinimò nec conuentio:sed de consilio & ex vrbanitate quadam,ecclesia consuluit Principem,an ipse alienauit eius bona illicitè in alios:& sic nihil facit,vt patet ad d.l.j.hic.ff.de ser. corrupto.Responde quòd ibi tantùm dicitur,quòd si ex corruptione serui bona sunt surrepta,potest agi contra corrumpentem:etiam si bona ad alium peruenerint:quia corrumpens tenetur ex suo delicto:nec aliquid ibi possidet nomine alteri9. vnde facit multum à remotis,secundum domi.M.vel dic breuius,quòd ibi agitur personaliter:ideò principalis delinquens potest conueniri,& similiter responderi potest ad duas leges sequentes allegatas pro contrarijs,in glos.nam.l.fina. §.lucius. ff.de cõtrahen.emptio.nihil facit,quia tantùm ibi dicitur quòd pactum personale non transit ad successorem rei.similiter etiã non obstat.l.à debitore.ff.de his quæ in fraudem credito.quia ibi conuenitur dolosus de dolo suo:& ipse puniendus est.& similiter respõde ad ca.auditis.j.de præscri.& ad c.inter memoratas.xvj.quæstione ij.quia illa iura nihil dicunt de nominatione:sed tantùm dicunt quòd superior potest conueniri super iure subiectionis alicuius ecclesiæ:quia ipse possidet.& nõ ecclesia possessa.vnde prædicta contraria parum aut nihil faciunt secundùm domi.M.

113 ¶ † Sed circa prædicta quæro,quid de creditore conuento super re in qua habet hypothecariã: an possit nominare dominũ debitorem suum in iudicio.Solu.Ioan.And.hic videtur sentire quòd idem sit eo,quod in emphyteota & feudatario: cùm eos coniungat in positione exempli. & idem sentit Spe.in titu.de primo decreto,§.restat.versic.sed nunquid idem.sed Io. And.ibi in additio.dicit,quòd in creditore aliud est dicendum: videlicet,quòd possit nominare dominum in iudicio,per l.si pignore.ff.de pigno.actione.& per l.fina.C.de fur.& idem tenet Cyn.in dicta l.ij.C.vbi in rem act[...].& domi.Anto.hic secundùm domi.M.dicit hic æquè distinguẽdum esse,quòd aut iste conuenitur super iure hypothecæ:vt quia dicit alius creditor illam rem prius sibi obligatam: & ideò ipse debet habere possessionem,tanquã antiquior creditor:& tunc nõ potest nominare dominum in iudicio:quia tangitur priuatum ius ipsius creditoris conuenti,qui rem quo ad hoc possidet nomine proprio:& sic cessat dispositio tex.nostri,& ipsius mens.& idem dicendum in consimilibus terminis.ad quod facit bonus text. in l.vnica.C.si antiquior credi.aut ille creditor conuenitur super dominio ipsius rei,vel quasi:vt rei vendicatione,vel publ. vel simili:& tunc poterit nominare dominum in iudicio,per ea quæ superius dicta sunt.& idem potest dici de alijs similibus habentibus aliquod ius in re,secundùm ea quæ latius supra dicta sunt.Et sic ex prædictis concludẽdo habes quòd in actionibus realibus habet locum hæc nominatio:siue agatur directa rei vendicatione:siue vtili: siue publi.siue & confessoria pro iuribus incorporalibus:dummodò conuentus nullum habeat ius:vel si habet aliquod ius,super illo non conueniatur: sed conueniatur super iure quod non habet,vel si cõueniatur simpliciter super tota re in qua aliquod ius ad alium pertineret.

a ¶ Qualiter procedatur quando intẽtatur remedium c. redintegrãda.iij.q. j.vide per Alex.in consi.cxvij.li.ij.& consi.vj.ij.col.ver. capio secundùm lib.iij.

114 ¶ † Quintò quæro,vtrum in actionibus personalibus habeat locum nominatio.Solu.dic quòd aut loquimur in mera actione personali:& non est dubium quòd non habet locum nominatio:quia actio personalis sequitur& afficit personã cõuentã, & non rem.vt dixi in ca.ij.de libel.oblatio.articu.xij.quæstio. v.in quarto membro principali.facit text.noster & dicta l.ij C.vbi in rem actio.quæ voluit nominationem locum habere in actione reali:& sic sentiunt à cõtrario,quòd secus sit in personali:& hoc procedit,quò ad nominationem,quæ fieret quò ad effectum declinandi iudicij.secus quò ad effectum,vt possit de suis iuribus informari absentem,secundùm Bar.in dicta l.ij.per tex.in aut.qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi oportet.& optimè facit tex.in corpore vnde sumitur illa aut.aut loquimur de actione personali scripta in rem:& dic vt statim dicam in vij.q.& adde quod dixi supra de actione personali ad obedientiam.s.in iij.q.quasi circa medium.

115 ¶ † Sextò quæro,vtrum conuentus actione mista,vt petitione hæreditatis,possit nominare dominũ in iudicio.Solu. Guilel. in dicta l.j.C.vbi in rem actio.tenet quòd sic, per text.in l.nec vlla.§.si quis absenti . ff.de petitio.licet aliàs est sub.l.etiam. nec obstat quod dixi supra articu.j. in fine.quòd iste modus nominandi non erat de iure digestorum : quia ille text.loquitur aliò respectu.debetis enim scire quòd petitio hæreditatis non datur nisi cõtra eũ qui possidet pro herede vel possessore: sed ille qui possidet alieno nomine: non possidet pro hærede vel pro possessore:ergo pro tanto ibi nominabat dominum in iudicio:& ad hunc effectũ:nõ autem nominabat dominũ in iudicio,vt ei absenti fieret denũciatio,& procederetur secũdùm formam dictæ.l.ij.& text.nostri:quia hoc nõ reperiebatur iure cautum.sed tamen per rationem illius.§.si quis absenti.& per identitatem rationis dictæ.l.ij.& tex.nostri,videtur concludendum quod in hac actione mista locũ habeat nominatio.facit.l.j. C.vbi de hære.aga.& hoc procedit inquantum actio mista habeat naturam actionis realis eo,quod detur cõtra possidentẽ:sed inquantum haberet naturam actionis personalis,dicendum est vt dixi in quæstione præceden.secũdùm Bar.in d.l.ij.

116 ¶ † Septimò quæro vtrum in possessorijs habeat locum prędicta nominatio.Solu.gl.xxij.quæstio.ij.c.quicunq;.tenet quod nõ & ita recitando illã glo.residet hic Ioã.Andr.fuit opi. Vincen. quam etiã recitat Archi.in quæstio.j.c.redintegrãdæ.& tenent domi.de Ro.decisio.cccclxxxix.sed gl.tenet contrariũ in l.locum.§.j.ff.de tab.exhiben.& idem Guli.de cu.per authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.sed illa nihil facit,secundùm gl.& Bar.in d.l.ij.quia illa loquitur de nominatione quæ fit, vt quis possit instrui in defensionẽ causæ.& prædictam opi.tenet Cy.in l.ij.C.vbi in rem actio.& sequitur Barto.ibi,propter identitatem rationis.& ad c.quicunq;.respondet,quod debet intelligi cùm determinatione huius text.& d.l.ij.videlicet,vt restituat,vel nominet dominum in iudicio.& hanc opi.etiã sequitur hic zaba.& respõdet ad c.quicũq;.quod loquitur de eo quod possidet suo nomine vt quia spoliauit:aliàs nominaret dominum in iudicio:quia licet detineat:tamẽ cùm detentio dependeat à domino possessionis,potest dominus nominari,cùm sua intersit.facit.c.inter quatuor.§. de maioritate & obedien.sed Spec.in tit.de primo decreto.§.restat.ver.hoc etiã no.tenet primam opinio.quod non habet locũ nominatio.allegat.xvij.quæstio.j.c.in canonibus.de foro cõpeten.c.cùm sit generale.& c.si clericus.& c.conquestus.d.Ant.hic,vt dicit domi.M.adeò con fusè loquitur,forte vitio scriptoris,vt vix colligi possit quod firmiter intendat:videtur tamen distinguendum,quod aut agitur scripto interdicto:& sic interdicto vnde vi,vel condictione.c. sæpe.j.de resti.spo.& tunc habet locum nominatio:quia dicta iura competũt cõtra possidentẽ nomine proprio.secus quãdo cõueniretur cõdictione canonis redintegrãda[a].iij.q.j.quia etiã illa datur cõtra detinentẽ nomine alieno.de quo ego dicã j.de resti.spo.do.Ant.hic dicit,quod credit quod indistinctè locum habeat nominatio:quòd licet ista interdicta sint personalia:tamẽ sunt scripta in rem,vt l.j.ff.de interdic.& idem est de eis iudicãdum sicut de realibus,vt not.in c.ex parte B.de foro cõpe.& quod no.gl.in d.c.ij.de rebus eccle.non alie.in vj.in ver.morietium. & in authen.de nõ alienan.in prin.non enim apparet,quare in iudicijs possessorijs debeat cessare æquitas istius.§.& dictæ.l.secundæ.C.vbi in rem actio.vnde de similibus idem debet esse iudicium:& sufficit quod sint similia in ratione:licet qualitas facti sit diuersa,vt in c.cùm dilecta.de confir.vti.nam ratio huius iuris & introducendæ nominationis fuit,ne fiat præiudicium absenti circa possessionẽ:& iste qui nomine suo agit nõ cogatur subire iudicium:quæ ratio pariter vendicat sibi locum in iudicijs possessorijs,in quibus quis nõ conueniretur ex facto suo: sed ratione rei.& maximè hoc procedit:vt in interdicto vnde vi.illud enim nullo modo potest cõpetere aduersus detinentẽ ex quo non spoliauit:nec spoliare mandauit,nec spoliationem ratam habuit:vnde etiã frustra hoc casu quærimus de nominatione:cùm & si possidet nomine proprio,nõ posset conueniri,per.c.cùm ad sedem.j.de restitu.spol.fatetur domi.M.quod si is qui cõuenitur,spoliasset vel mandasset,vel ratã habuisset spoliationem:& tunc possideret nomine alterius:quod non habet locum nominatio:quia conuenit de delicto & facto proprio: ideò non posset iudicium declinare:& sic non possideret,vt l. fundum.& l.si vi.ff.de vi & vi arma.sed gesta cũ eo non præiudicabunt absenti,per ea quæ dixi.s.cùm gl.idẽ etiã dicit domi. M.de cõdictione.c.sæpe.illa enim tantũ datur aduersus possidentem nomine proprio,qui successit in vitiũ scienter,vt ibi patet,sed iste qui possidet nomine alterius,etiã si vitiosè,nõ dicitur:successor:cùm is possideat cuius nomine possidetur,vt l. si.C.si per vim vel alio modo.& ideò idẽ videtur de possessione retinẽdæ.& idem etiã de cõdictione dicti canonis, redintegranda.licet enim illa condictio cõpetat contra quẽcunq; possessorem,etiã bonæ fidei:nõ tamen contra detentorẽ & possidentem nomine alterius:ne fiat præiudicium domino absenti. non ergo debet ita latissimè intelligi,cũ præiudicio tertij,vt l. iij.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publi.& quod not.in c.cùm dilectus.de donatio.& idem dicit do.M.in alijs possessorijs cõsimili ratione,ex quo nõ agitur de facto conuenti:sed respectu rei quã detinet.& ad c.quicũq;.respõdet aliter quàm dixerit Bart.ibi enim conuentus possidebat res ecclesiæ nomine proprio:

ne proprio: sed allegabat concessiones ab aliis factas: & ideò
a per hoc non euitat iudicium: quia rei vendicatio[a] datur contra possidentem, vt l. venditor. ff. de iudiciis. & l. j. C. vbi in rem actio. & iste potest esse vnus intellectus ad aliud. c. quicunque. quod ibi ageretur petitorio. Secūdo modo potest intelligi, quod ageretur possessorio: & tunc dic quod qui conuenitur, inuaserit: & sic conueniebatur ex facto proprio, & nomine proprio possidebat: & hoc voluit ibi dum dicit, inuaserat. vnde concludit do. M. quod ille tex. non probat dictum illius gl. & primū opi. de qua. s. sed debet distingui vt s. dixi. ego reperio quod quidam Martinus de laude dicit hic se dubitare: & quod non sit differētia inter interdictum vnde vi, & vti possidetis: cùm sit eadem ratio in vtroque vi, delicti turbatiui, & spoliatiui: ergo idē ius. ar. c. translato. s. de consti. declara. pone quod A. possidens cōuenitur à B. interdicto vti possidetis: quia ipse turbat B. in possessione prędii sui. ipse verò A. nominat. M. in iudicio, qui turbauit ipsum B. nec mandauit, nec ratam habuit turbationē. certè si A. conuentus nominando. M. in iudicio euitaret iudicium, ipse B. deluderetur: quia contra. M. non posset agere interdicto vti possidetis: cùm ipsum nō turbauerit, nec mandauerit turbationē. vt in c. licet. de proba. l. vnica. C. vti possi. nec etiam posset agere B. contra A. si posset nominare, & per nominationē euitaret iudicium, vt hic & d. lege ii. C. vbi in rem actio. Quare ne ista delusio fiat, actori nominato non proderit vt euitet iudicium. vnde in effectu concludit cum Bart. quod etiam in possessoriis habet locum nominatio: nisi nominans sit delinquens: siue loquamur in interdicto vnde vi. siue vti possidetis. & habet locum text. noster & d. l. ii. ego arbitror quod decisio istius q. reguletur secundùm decisionem. q. iiii. videlicet, quod respectu iuris intentati per actorem contra reum, quod pertineat ad ipsum reum, non possit fieri nominatio ad finem euitandi iudicii: sed respectu iuris ad alium pertinentis, aliquo modo cōprehensi sub petitione actoris possit hæc fieri nominatio: siue illud ius ad aliud pertinens respiciat proprietatem: siue possessionem.

117 ¶ † Octauò quæro vtrum in causa damni dati habeat locū hæc nominatio. pone exemplū, secundùm Hosti. quod aliquis de mandato alterius damnū dedit, & conuenitur rectè damni dati: nā vterque tenetur, vt l. j. §. deiecisse. & l. quoties. de vi & vi arma. & c. cùm ad sedem. j. de resti. spo, & c. mulieres. de senten. excom. expone ergo quòd ipse qui damnū dedit cōueniatur: ipse verò nominat dominū in iudicio: dicēs nō bene scire causam præcepti sibi facti: vtrum debeat dari sibi dilatio ad præsentādum dominum? so. dic quod sic. sed si non venerit, nihilominus præsens condemnabitur: & si notoriū sit illud commissum de mandato absentis fuisse tenebitur satisfacere de bonis ipsius absentis. sic potest intelligi tex. in authen. vt omnes obe. iud. prouin. §. si verò. colla. v. vel potest intelligi in procuratore, vel inquilino habente generalem administrationem. ff. de doli except. in l. apud Celsum. §. quæsitū. & ff. de tribu. in l. procuratoris. & s. de offi. Archi. in c. ea quæ. de cuius generalis administratoris delicto tenetur dominus: & probāt iura prædicta, maximè ex quo ei denunciatum est, nec ipsum defendit. ar. c. j. s. eo. in fi. & dominus qui talem elegit, punitur ex sua culpa. ff. de mi. l. cùm mandato.
b & ex propria contumacia: quia venire non vult. & ratio sit, ne maleficia[b] remaneant impunita. ar. l. ita vulneratus. ad leg. aqui. & j. de senten. excom. c. vt famę. & c. quāuis. vt d. authen. videatur loqui in delicto notorio: tamen innuit quod etiam iudex apud quem non est notoriū, poterit sine libello hoc expedire: vt innuit text. ibi dum dicit, & causam examinans præsente eo qui conuentionem suscipit. & etiā ibi dum tex. dicit, si tamen omni no noxius apparuerit. & ad idē tex. in authen. de colla. §. iubemus. & ff. de offic. præsid. l. iii. & l. congruit. & l. diuus. secūdùm Hosti. & Io. An. & prædicta notabis: quia quotidie cōtingūt.

118 ¶ † Septimo prin. arti. quæro quando fieri debeat ista nominatio. solu. gl. hic super ver. debet. dicit, quod debet fieri statim ante libelli oblationem, vel ante, quàm cōuentus respōdeat. ad idem tenet Spe. in tit. de primo decreto. §. restat. ver. debet autem statim. & zab. hic. & idem tenuit Bart. l. ii. C. vbi in rem ac. motus, quia ista est quædā exceptio declinatoria: ideò ponenda est ante litem contesta. vt l. fi. C. de exceptio. & l. exceptionem. C. de proba. & idem do. Ant. hic motus eadē ratione, quia declinatoria debet opponi ante litem cōtesta. vt in c. inter. j. de re iudi. & ideò post litem contesta. nō poterit variare: nisi aliter probetur error. per no. in c. fi. de confes. ad quod vide quod dicam. j. arti. xiii. & sequitur hic do. Anto. & probatur hic in tex. qui vtitur verbo, statim. & eodem ver. vtitur. d. l. ii. facit l. si quis se obtulit. ff. de rei ven. & l. qui se liti. ff. de peti. hæredi. secūdùm d. M. prędicta tamen procedunt, quando fieret nominatio ad effectum declinandi iudicium: sed si fieret ad effectū vt possit vti defensionibus suis: tunc possit fieri & post litem contest. quia tūc est exceptio declinatoria. exemplum potest poni per authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.

119 ¶ † Octauò prin. arti. quæro qualiter fieri debeat hæc nominatio: & ad quid teneatur nominans. sol. ego arbitror quod conuentus possit vti hac forma: videlicet coram vobis comparet B. vigore citationis de eo factæ, & petitionis contra eum porrectæ per P. & dicit quod ipse B. rem petitam per dictum P. non possideat nomine suo, sed nomine M. nō intendens alienā suā facere: sed dictum iudicium declinare, nominat ipsum M. tanque dominum, cuius nomine ipse B. possidens offert se prædicta nominatione omnia facere & dicere, ad quæ de iure tenetur. hæc forma colligitur satis ex tex. nostro: ex his quæ superius dicta sunt, & j. dicuntur: & clarius ex tex. d. l. ii. C. vbi in rem actio.

¶ Sed quæro circa prædicta, vtrum ex quo iste conuentus nominans dominum in iudicio asserit se alieno nomine possidere, teneatur probare hoc quod alieno nomine possidet. sol. Ia. de Are. tenuit quòd sic, vt refert hic Ioā. An. quia declinatoria excipit exonerando se à iudicio, vt dixi in præced. articu. quia aliàs teneretur respōdere, per l. offi. ff. de rei vendi. ergo tenetur probare: cùm excipiēs in exceptione proposita fungatur vice actoris, vt l. j. ff. de excep. & idem tenet Iac. bu. & Cy. in l. ii. sed Bar. ibi dicit, quod sufficit sola nominatio in iudicio: vt per hoc ab soluatur ab instantia iudicii, nisi actor velit in se onus probandi assumere: probare cōuentū possidere suo nomine: vt sic in eum transferatur possessio authoritate l. simul. ff. de rei vendi. & ad hoc alleg. Innoc. hic sic volentē. & sequuntur hic do. Ant. & Io. de Imo. ex quibus dictis sing. sequitur extensio. d. l. fi. & pœ. ibi, cōstitutē. vt illa pœna locum habeat, nō solùm in eo qui negat se ex toto possidere: vt si conuincatur de mendacio, priuetur possessione: sed etiam locū habet in eo qui dicit se possi-
b dere nomine alieno: cùm tamē possideret nomine proprio. cō cludit ergo Do. m. quod stabitur dicto suo sine alia probatione: quia aut nominans dixit verū: & habemus intentionē: aut dixit falsum: & adhuc idem dicendū est: cùm possit nuda volun-
c tate cōstituere se possidere nomine alieno: & desinere possidere. l. si quis in vi. §. differentia. & l. quod meo. ff. de acqui. pos. & etiam istud voluit do. Anto. si tamen hoc diceret in fraudē, potest conuinci modo prędicto: & cōuictus amittet possessionē: & fiet de possessore petitor. & idem tenet Spe. in tit. de primo decre. §. restat. ver. quid si nominās. & etiam voluit Bal. in l. fi. ff. de rei ven. & in l. j. C. de his qui po. loc. vbi per illum tex. fortius vult, quod si conuentus mēdaciter asserit potentioris nomine
c possidere: puta, episcopi, vel alterius officialis[c], in quo vendicet sibi locum titulus, ne liceat poten. quod talis mendax amittit non solùm pos. sed & proprietatē. quod est singularissimū & memoriæ cōmendandū. & posset tibi cōtingere in practica: &
d mihi placet. facit quod no. Bart. in l. cùm miles. ff. de alie. iu. mu. causa facta. vbi vult quod impetrans auxiliū à potentiore, vt intercedat, amittit causam illā. & idem tenet Bal. in d. l. ii. C. ne li. po. & do. M. in d. c. ii. s. de alie. iudi. mu. causa fa. in not. & ibi dixi.
d Sed aduerte ad id quod dixi, quod nominans nō teneatur[d] probare se possidere nomine alterius: quia dicit Albe. de rosa. in l. ii. C. vbi in rem act. quod ita cōmuniter practicatur. & ibi singulariter subdit, quod stabitur dicto nominati: qui si dixerit quòd imò conuentus nō possidet nomine suo perdit possessionē. allegat l. si quis diuturno. ff. de fal. & seq. quia hic Mar. de lau. secundū Bald. in d. l. ii. quem sequitur hic zaba. dicit primam opi. Iac. de Are. & Io. An. veriorem: quia licet propter mendacium possit esse locus d. l. fi. ff. de rei ven. nō tamē tollitur aliud: quia ex quo detentator præsumitur possidere nomine suo: vt no. Ho. in c. cùm olim. ii. de priuile. pro quo allego gl. antepenul. in c. cùm ecclesia. j. de causa pos. & proprie. & in l. titia. ff. de solu. meritò cùm dicat se detinere ista detentio facit eum necessariū aduersarium in reali: vt l. officium. ff. de rei ven. vnde nō videtur locus opi. Iac. de Are. & hęc opi. videtur vera, si constat quod detentat. Sed si aliunde nō constat: sed simpliciter dicit se alieno nomine possidere, procedit opi. Bar. quia si actor accipit cōfessionem pro se: debet eam etiam recipere & contra se. mihi placet plus contraria opi. per tex. nostrum per. d. l. ii. qui tex. simpliciter voluit, quod sufficiat nominare dominum in iudicio, nec requirit probationem.

120 ¶ † Item quæritur iuxta prædicta vtrum facta nominatione, nominans teneatur iurare de calumnia. Sol. Gui. de suza. in d. l. ii. tenet quod sic: sed non sit agendum contra eum, sed cōtra nominatū. & statim dicam in xj. & xiii. ar. ¶ Nec obstat quod tantùm semel sit iurandū: vt in d. authen. hoc sacramentū. C. de iur. cal. & dicam. j. in ti. de iura. cal. quia per hoc sacramentū eximitur à iudicio, secūdùm Gul. & sequitur Spe. in tit. de iura. cal. §. restat. ver. sed illud. dicit Io. An. in addi. Spe. quod sibi videtur quod sit locus iuramento de malitia: videlicet, malitiosè nō nominat: non autē de calumnia. quod respicit totam litē: & præ-

a ¶ Rei vendicatio datur contra possidētem naturaliter. item ciuiliter: item cōtra detinentem sine aliqua possessione. l. officium. ff. de rei vendi. vide Bal. in l. j. C. vbi in rem actio detur.

b ¶ Cuius rei prætextu tenetur vi, & statuta punitiua censeantur fauorabilia. dicit Bar. in l.

c ¶ Et bene dicit officialis: quia si in potentiorem alienet: nō tamē ratione officii: tunc est alia pœna, vt not. per Bart. in l. cùm miles. in fin. ff. de alie. iudi. mut. causa & vide per Dec. & alios in c. intelleximus. de iudi.

d ¶ Imò videtur quod teneatur probari: cùm hęc exceptio sit quædā declinatoria. ar. l. exceptionib9. ff. de proba. & vide Bal. in d. l. ii. iii. colū. ver. denuo. & quod dicitur, quod nominatus perdit possessionem, vide Bal. in l. j. ff. de rei vendi. & Anto. hic.

ſtatur poſt litem conteſt. vt in c.ij.in fi.de iura.cal.in.v.de quo dicam in tit.de iura.cal.& hanc opi.ſequuntur hic domi.Ant. zaba.&.d.M.quid autem de ipſo actore & nominato, vtrum iurent de calumnia:dicam.j.arti.vndecimo.

121 ¶†Nonò prin.ar.tractādū eſt,quid debeat facere iudex poſt factam nominationem,& ante contumaciam nominati,pro cuius arti.clariori demonſtratione proſequar infraſcriptas.q.

¶Prima erit generalis,quid facere debeat.

¶Secūda,quia per iudicem debet dari dilatio, quæritur,cui ſit danda,& per quem debeat fieri nominato intimatio.

¶Tertia,qualiter debeat fieri talis denunciatio nominato.

¶Quarta,quid ſi eſt data dilatio ad denunciandum : ſed talis denunciatio ſeu intimatio,non eſt facta ipſi intimato.

¶Quinta,vtrum per huiuſmodi denunciationem factam per colonum,interrumpatur præſcriptio.

¶Sexta,de effectu iſtius nominationis ſeu citationis.

122 ¶†Primò quæro quid debeat facere iudex poſt factam nominationem.Sol.hic,ꝙ debet ſtatuere certum terminum arbitrio ſuo finiendum,habita ratione loci in quo degit ipſe nominatus:intra quem debeat denunciari iudicium intentatum ipſi nominato, vt hic,iuncta.l.ij.C.vbi in rem actio.quæ clarius in hoc loquitur,quàm text.noſter.Eſt ergo hic dilatio arbitraria,ex quo non eſt ſtatutum certum tēpus:& quia dilationes regulariter ſunt arbitrariæ:vt l.j.C.de dila.iij.q.iij.§.ſpatium.&.c.j.j.de dilatio.tenet Cy.in d.l.ij.& do.Ant.hic.

a ¶Citatio hoc modo concepta, compareas ſi tua putaueris intereſſe: an valeat. vide p Bal. in l.cōſentaneum. C. quomodo & quando iud.in pe. col. Ang.in l.perēptoriū.de iu.Rot. in deci. ccccxxiij. inci.ſi impetretur.

¶Secundò quæro pro declaratione præcedentis q.cui prædictus terminus debeat aſsignari:an nominanti,an nominato.& ſic per quem debeat fieri prædicta denunciatio:vtrum per nominantem,an verò per iudicem.Sol.gl.hic ſuper ver.producendo.dicit ꝙ debet fieri per nominatū:& ſic ſequitur ꝙ iſte terminus debet ſtatui nominanti:ſed Innoc.& Hoſtien.dicunt,ꝙ debet fieri per iudicē talis intimatio,ſi fortè eſt minus idoneus & quia periculoſum eſſet domino ꝙ interpellatio facta colono conſtitueret eum in mora.quod no.in l.item veniunt.§.petitā.ff.de peti.hære.nam poſſet per colonum committi non denunciandum dominum:ideò conſiliū eſt ꝙ actor per ſe denunciet: vel faciat denunciare iudicem,ſecundùm Pet.& Cy.in d.l.iij.& do.Ant.& zaba.hic.Bart.verò in d.l.ij.ſimpliciter tenet, quòd debet fieri per iudicem.per illū text.dum dicit,certo dierū ſpatio à iudice finiendo &c.quibus verbis eo vtitur textus noſter & ſubdit Bar.ꝙ idem tenet hic Inno.ſed certè Inno.hic nō dicit iſtud:imò tenet oppoſitum.dicit enim ꝙ nominatus debet produci per detentorem,& ſic per nominātem.& ꝙ iudex primò dabit terminum colono: vt dominū ad iudicem perducat: & poſtea vocabit ipſum dominum.nec l.ij.dicit illud quod dicit Bart.imò dicit do.M.ꝙ imò probat contrariū in eo quòd voluit,ꝙ nominato non veniente ad terminū ſtatutū, debet iudex citare nominatum legitimis edictis:ſi intellexiſſet à princ. de citatione fienda per iudicē ſimpliciter,dixiſſet ꝙ iudex eum vocet legitimis edictis.Sed quia prima fit ſimpliciter per detentorem:debet fieri poſtea ſolennis per iudicem:& ita fueram imaginatus ante,quàm viderem dominum M. quia per hunc modum videtur ſuccurri,ſi nominās eſſet minus idoneus.Subdit tamen dominus M.quòd tutius eſt quòd fiat per iudicem: & putat Do.m.quòd ſi iſte detentor non faceret, teneretur ad intereſſe,& non præiudicaretur abſenti: vt dicunt Doc.per l.j. ff.de eo per quem factum eſt.& ſtatim dicam in.q.iiij.ſi nominans fideliter denunciaret nominato abſenti:ſufficeret:quia in hoc eſt quaſi nuncius iudicis.ar.notatorum in c.cùm dilecti.ſecundùm Do.m.& mihi placet.

123 ¶†Tertiò quæro qualiter fieri debeat hæc denunciatio.ſol.dicit Bald.in d.l.ij.ꝙ poterit mitti ſub hac forma:videlicet,quòd ipſe nominās compareat intra talem terminum,ſi ſua crediderit intereſſe,per no.in l.ea quidem.C.ſi man.ita fue.alie.& in l. j.§.quod dicit.ff.ſi cui plus quàm per l.fal.Ego arbitror quòd ſiue denunciatio fiat per iudicem,ſiue per nominantem,aptior forma ſit,quòd narrata conuentione facta per actorē,& nominatione facta de illo per reū,quòd veniat:vel mittat idoneum reſponſalem ſuſcepturus iudicium,ſi ſua putauerit intereſſe.ar. text.noſtri.& d.l.ij.iunctis iuribus ſtatim allegatis per Bald.&

a quid importet citatio[a] ſi ſua putauerit intereſſe,dicam ſtatim ar.xj.q.viij.

¶Quartò quæro quid ſi dilatio eſſet data per iudicem nominanti:ſed tamen ipſe colonus conuentus non denunciauit nominato vtrum præiudicetur ipſi nominato.ſo.dic ꝙ non:quia tex.noſter & d.l.ij.dicit,ad notitiam eius producendo , vel debet conſtare de notificatione.mandabit ergo iudex colono ꝙ notificet,& fidem faciat ipſi iudici de notificatione: vel ipſemet iudex mittat nuncium,vt ſ.dixi.ita dicit Bald.in d.l.ij.& vide quod dicam j.ar.xij.& no.ſi talis denunciatio non ſit nominato.nam incipit currere ſibi terminus ſtatutus.arg.l.fi.§.ſi verò nemo.C.de iur.do.impe.& quod no.Bar.in l.labeo.de iureiur. & facit text.noſter dum dicit,ad eius notitiam producendo.ad idem tex.in l.ij.ibi ad notionem eius producendo.

124 ¶†Quintò quæro vtrum denunciatio facta per colonum,interrumpat præſcriptionem de qua in tex.ſo.glo.in d.l.ij.dicit, quòd non:niſi fiat per nuncium,quia colonus nō eſt executor miſſus à iudice.de quo dicam latius.j.arti.xiij.

¶Sextò quæro de effectu iſtius citationis,ſeu denunciationis. ſolu.dic ꝙ ſi nominatus poſt tempus indultum noluerit adimplere: quia nec venit,nec miſit reſponſalem:lis,ex eo ꝙ poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt ad interrumpendum præſcriptionem longi temporis,habetur pro conteſtata.tex.eſt hic in d.l. ij.C.vbi in rem actio.de quo dicam.j.latius arti.xiij.

125 ¶†Decimò prin.arti.quæro quid facere debet nominans dominum in iudicio:& ad quid teneatur.ſolu.dic ꝙ debet ſignificare domino,vt veniat ad ſuſpiciendum iudiciū in terminum ſibi aſsignatum à iudice,ſecundùm ea quę dicta fuerunt in pręceden.ar.vtrum autē teneatur probare ſe poſsidere alieno nomine,dixi.ſ.arti.viij.

¶Vndecimò princip.arti.tractandum eſt, quid debeat facere nominatus.pro cuius arti.clariori doctina proſequar infraſcriptas quæſtio.

¶Prima erit generalis,ad quid teneatur nominatus facta ſibi denunciatione,vel intimatione.

¶Secunda,vtrum ipſi nominato venienti,recipienti intentionem actoris,ſit dandus nouus libellus.

¶Tertia,quid iuris ſi nominatus nullo modo poſsidebat:ſed nominans poſsidebat ciuiliter,& detinebat nomine domini:an contra nominatum ſit de nouo dandus nouus libellus.

¶Quarta, vtrum nominatus comparens poſsit ex perſona ſua declinare forum:ſiue nominans nullum ius habeat:ſiue habeat aliquod ius pariter cum nominato.

¶Quinta,vtrum nominatus comparens poſsit iudicem recuſare,quem non poterat recuſare nominans.

¶Sexta,vtrum vigore literarum impetratarū contra nominatum,poſsit delegatus exercere iuriſditionē contra nominantē.

¶Septima,poſito quòd propter aliquam cauſam nominās nō poſsit appellare, vtrum appellatio prohibita intelligatur nominato.

¶Octaua,vtrum nominato licitum ſit petere compromiſſum ex perſona ſua,vel alio vti priuilegio : quod non eſſet licitum petere nominanti conuento.

¶Nona, vtrum nominatus comparens , vt recipiat iudicium, teneatur iurare de calumnia.

126 ¶†Prima igitur quæſtio, quid debeat facere nominatus facta ſibi denunciatione. Solu. dic quòd debet venire , vel idoneum mittere procuratorem,ſeu reſponſalem.text.eſt hic,& in d.l.ij. & intentionem actoris excipere,hoc eſt defenſionem : vt dicit hic glo.in verſic.excipiat.& ſic debet ſuſcipere iudicium in ſe. nam quandoꝗ verbum , excipere.ponitur pro ſuſcipere. facit xxiij.q.v.c.non eſt noſtrum.& j.titu.j.c.Imperatorum.& j.de plus peti.c.j.ſecundùm gl.ſimile habetur in c.licet heli.de ſimo. & c.vt ſuper.de rebus eccle.non alienan. vel intentionem actoris excipere:hoc eſt actorem reijcere per exceptionē, ſeu actoris intentionem perimere,ſecundùm Ioan.Andr.& Docto.

¶Secundò quæro , ex quo nominatus comparens tenetur reſpondere,& actoris intentionem excipere:vtrum contra iſtum terminum exigitur nouus libellus.Sol.Bart.in l.ij.C.vbi in rem actio.tenet ꝙ ſic. & ꝙ conuentus nominans debet abſolui ab inſtantia iudicis.& idem tenet ibi Bald.& tenent hic do.Anto. Do.m.& Docto. & Ange. in l.non ſolùm.§.quod vulgo.ff.de vſu.& ratio eſt:quia ex libello iam porrecto,qui concludit contra nominantem,non poſsit condemnari nominatus.facit c.licet heli.de ſimo. & quod not.in l.vt fundus.ff.communi diui. dimittendus eſt ergo nominans, qui nō tenetur amplius eſſe in iudicio.pro quo facit l.neꝗ impuberes.§.j.ff.de in ius vocan.& tradit Specu. in tit. de primo decreto.§.reſtat.ver.ſed nunquid nominans.& hæc procedunt propriè in nominato: ſecus quando tertius veniret pro ſuo intereſſe, vt aſsiſteret liti inchoatæ: quia tunc non datur nouus libellus : ſed iudiciū inchoatum regulat ius ipſius tertij.aliàs aūt non diceretur aſsiſtere:ſed principaliter litigare.& dicit hic zaba.ꝙ eo caſu quo nominans non habet ius , videtur ſufficere libellus datus contra detentantem: quia ex quo dominus ſe offert defenſioni,tenet locū detentantis:ſed plus placet præcedens opinio.

¶Tertia quæſtio,quid ſi dominus nullo modo poſsidebat: ſed ille qui in iudicio nominauerat, poſsidebat ciuiliter, & detinebat nomine domini,fortè precario: vtrum contra dominum ſit dandus libellus.Sol. videtur dicendum quòd non, per not. in l.

Pomponius

pomponius.§.id quod precario.ff.de acquir.pos.sed dic quòd imò dabitur:& iste qui non nominauit dominum in iudicio, debet etiam cedere possessioni,& ipsam in dominum trãsferre:vt sic dominus posset cõueniri rei vendicatione.alias si hoc non faceret,non absolueretur ipse ab instantia iudicij: quia per illam nominationem non esset actori cõsultum,vt hic.& in d.l. ij.& ibi per Bar.& Doc.& maximè per Pau.de ca.

127 ¶†Quarta quæstio,vtrum nominatus comparens possit declinare forum:quẽ ex persona sua nominans declinare non poterat:pone exemplum,laicus cõuentus corã iudice seculari,nominat clericum in iudicio:vtrum clericus possit declinare forum.fo.Io.An.hic primò arguit ꝙ non:sed ꝙ teneatur defendere,vbi nominans tenebatur.argu.l.j.C.vbi in rem ac.&.ff.de iud.l.venditor.&.l.hæres absens.in prin.refert tamen Frã.vercel.dicere,ꝙ hæc.q.fuit Mediolani in quo Vbertus de bobio consuluit contrariũ.& hoc approbat idem Franc.per regulam quæ vult,ꝙ actor sequatur forũ rei.& cum hac opi.residet hic Ioã.An.nec ob.quod no.Spe.in tit.de primo decreto.§.restat.ver.quid si dominus.& seq.vbi dicit,ꝙ si venit clericus,vt defensor voluntarius:quia conuentus habet ius in re, nõ auditur: quia interuentu personæ clerici,durior fit cõditio agentis.contra.l.primã.§.defendi.ff.ex quibus causis in pos.ea.& in authẽ. de san.episc.§.illud autem.&.C.de procura.l.militem.&.C.de

a episco.& clericis & l.placet.etiã si expressè renunciet priuile.[a] fori,vt ibi.& ff.qui satis.cog.l.quoties.quia ex prædictis apparet Speculum ibi loqui:cùm conuentus habet ius in re:puta,si est feudatarius vel emphyteota super vtili dominio. nam certè non potest dominus nominatus,quãuis clericus,aduocare causam ad forum suũ,suscipiendo defensionẽ:secus si loquitur de colono,cõmodatario,vel simili non habente ius in re.& hanc opi.sequuntur hic do.Anto.& zaba.& do.meus distinguit,ꝙ aut clericus,vel similis venit tanꝗ nominatus & ius habens: & sic est necessarius defensor & principalis:& tunc aduocat causam ad forũ suum.si enim dandus est libellus de nouo contra istum nominatũ cõparentem,& nominans absoluendus ab instantia,vt dixi.s.in.ij.q.ergo actor debet sequi forum rei.Non ob.l.j.C.vbi in rem actio.& d.l.venditor.ff.de iudi.cùm similibus:quia instantia ibi nõ alteratur de persona ad personã: hoc sic valet de detentore in dominũ:nã contra emptorẽ conuentũ durat instantia:licet venditor defendere possit assistendo,& iudicium cùm eo suscipiẽdo.Nõ ob.ꝙ cõditio actoris ex persona defensoris non debeat fieri deterior,vt dixi,quia ibi loquitur de defensore voluntario,ꝙ assistit alteri: hic in necessario, qui venit principaliter ad sui ipsius defensionem:vnde potest vti priuilegio suo,vt l.idemꝗ.§.& generaliter.ff. mandati.vbi tex.& gl.secũdùm.d.Ant.&.d.meum ꝙ etiã procedit non solùm quo ad priuilegiũ fori,sed etiam quò ad aliud quodcunꝗ priuilegium cõpetens nominato cõparenti,per ea quæ dicam in seq.q.Aut tertius voluntariè venit ad defendendum nõ nominatum modo prædicto:sed venit ad defendendum emptorem ratione alterius iuris:& tenetur defendere:nec potest declinare iudicium.& sic debet intelligi glo.singularis.xj.q.j.clericum nullus.& tradit Do.m.in c.quia enim.de iud.& hęc opi. mihi placet:quia contra nominatũ de nouo fundatur iudiciũ: sed in alio casu nullum de nouo fundatur iudicium: sed primò conuentus semper remanet reus & hoc etiam voluit Ange.in l.nõ solùm.§.quod vulgo.ff.de vsuca.vnde iudiciũ intentatum contra primũ conuentum,regulat ius istius tertij comparentis ratione sui interesse,vt dixi.s.in.ij.istius.q.& ad prædicta vide consilium Bar.quod incipit,diãbra.quod ad pręsens videre nõ potui:non habebam in domo.Sed circa prædicta oritur mihi notabilis dubitatio.pone ꝙ in repetita tam conuentus nominans,quàm alius nominatus habeat ius in re:& actũ sit simpliciter,vel taliter ꝙ in actione intẽtata sit deductum ius vtriusꝗ: comparet reus,& nominat alium habentem ius respectu iuris quod ad alium pertinet,quando facere potest, vt dixi.s.ar.vj. q.iiij.pone ergo ꝙ comparet nominatus qui habet priuilegiũ fori,& opponit declinatoriam:quid agendũ erit?so.in hac q.à Doc.non tacta arbitror sic dicendũ,ꝙ respectu iuris ad cõuentum pertinentis,libellus procedit:& procedetur contra eum,si ius ipsius est separatum à iure nominati; sed respectu iuris ad nominatum pertinentis,dandus est nouus libellus coram iudice suo:quia ex quo iura vtriusꝗ sunt separata & diuisa:ex

b vno non infertur[b] ad aliud,vt in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirẽ.pos.cũ alijs iuribus vulgatis:vnde sicut si integrum ius pertineret ad nominatum,dãdus esset nouus libellus contra eum coram iudice suo,vt s.dixi,ita & respectu istius iuris separati ac distincti,facit etiam l.quæ de tota.ff.de rei ven.& quia non est ideò impeditiua quò minus fieri debeat,vt puta, ne propter eandem causam eatur ad diuersos iudices:vel causæ continentia diuidatur,secundùm ea quæ dixi in c.fi.de mutu. peti.in xj.prin.arti.sed si ius vtriusꝗ esset connexum,& sic ad vtrunꝗ principaliter pertineret defensio ratione iuris sui,sed connexi:maius est dubiũ,quia tunc videtur ꝙ ad hoc vt causę continentia non diuidatur,& vt pro eadem re non eatur ad diuersos iudices,secũdùm ea quæ dixi in c.fi.de mutu.peti in d. xj.ar.& quia videtur præoccupata iurisditio: meritò hoc casu videtur ꝙ clericus debeat respõdere corã ipso iudice laico: maximè retenta opi.clericus possit reconueniri corã laico de quo dixi in c.j.s.de mutu.peti.in v.prin.ar.& sic à simili ex rationibus prædictis idem videtur dicendum:maximè ratione connexitatis,cùm connexorum idem sit iudicium,vt c.translator.s. de consti.& cle.ij.de iudi.cum similibus.¶In contrarium facit

a quod dixi in c.fi.de mutu.peti.ar.xij.ver.viij.fallit, vbi omnino videas:& maximè si teneremus aliam opi.ꝙ etiã clerici nõ possunt reconueniri coram laico.de quo dixi in d.v.arti.quia dato ꝙ actor prius reconuenisset laicum simpliciter & laicus nominasset clericum:decisio est satis dubia cogitabis: quia propter intensitatem calorum non datur facultas subtilis inuesti-

b gandi:si tamen essemus à principio arbitror quòd actor volẽs vtrunꝗ conuenire, deberet ambos conuenire coram ecclesiastico:licet alteram purus laicus,& causa merè profana.per ea quę dixi in d.fal.viij.

128 ¶†Quintò quæro vtrum iste nominatus comparens possit recusare iudicem,quẽ nominans non poterat recusare. videtur dicendum quòd non:quia ille debet comparere ad effectum,vt suscipiat in se iudicium,vt hic & latius dicam in xj.arti.& huic effectui cõtraria est recusatio.solu.dicendũ arbitror,quòd pos-

c sit:quia ex quo in eum dandus est nouus libellus, vt dixi q.ij. ergo poterit eum recusare:& hoc expressè probatur in c.cùm super.de offi.deleg.nam si tertius comparens ibi pro suo interesse potest recusare iudi.si legitimam habet recusandi causam, vt ibi do.Ant.zaba.& d.m.per illum text.qui non est alibi,secundùm do.M.multò fortius hoc idem dicendum est in terminis nostris:& pro hac decisione facit quod dicam seq.q.Non obst.arg.in contrarium formatũ:quia ille nominatus comparet suscepturus iudicium,secundùm qualitatem & facultatem quam haberet,si principaliter conueniretur:sed si principaliter conueniretur,posset recusare.ergo &c.

¶Sextò quæro de nouo dubio quid si actor egisset vigore literarum impetratarum contra B.ipse verò B.conuentus nominat M.in iudicio:vtrum talis delegatus possit exercere iurisditionem suam contra M.vigore prædictarũ literarum contra B. si ille tertius cõparet pro suo interesse:res est clara ꝙ posset,etiã de iure ipsius tertij cognoscere.per d.c.cùm super.de re iud.& per id quod dixi in c.penul.& glo.s.de offi.delega.in iij.limitatione.& per Bal.in l.si quis ex consensu.C.de episc.audi.in l.si suspecta.ff.de inoffi.testa.sed si ille tertius compareret tãquam nominatus, arbitror dicendum ꝙ vt ad nominantem simul & ad nominatum pertinet interesse actionis intentatæ,ꝙ ratione

c connexitatis[c] & ne causæ cõtinentia diuidatur, poterit dictus delegatus,si non declinetur,cùm legitimæ recusetur,cognoscere.per ea quæ dixi in d.c.cùm super in iij.limitatione per iura statim allegata & per ea quæ dixi super eo.arti.q.iiij.versic.sed circa prædicta.Aut conuentus nullũ habet ius in integrũ:pertinet ad nominationem:& pro nunc ita ex tempore dicerem, si possit delegatus,etiam volẽte nominato,cognoscere de causa prædicta:quia rescripta non extenduntur ad personas in eis non contentas:vt in c.fi.de rescrip.nec ad ea potest prorogari iurisditio delegati:vt d.c.pe.

¶Septimò quæro pone conuentus non potuisset appel.si prosecutus fuisset iudicium contra se intentatũ:iste nominauit dominum in iudicio:vtrum nominatus possit appel.Solu.dic ꝙ sic.tex.est in c.super ea.s.de offi.deleg.vbi hoc no.& do.M.nã tex.ille vult no.quòd licet sit sublata appellatio à papa per rescripta respectu huius:tamen tertius qui comparet pro suo interesse,potest appel.si ergo tali,conceditur nominato.per ea quæ.s.dicta sunt in præcedentibus.

¶Octauo quæro:pone A.conuentus non poterat petere cõpromissum:quia non de personis comprehẽsis in statuto, ipse nominat B.in iudicio:qui est de personis cõprehensis in statuto:quia fortè consanguineus actoris in gradu à statuto cõprehenso,quod statutum disponit quòd inter consanguineos vel affines vsꝗ ad talem gradum,debeat fieri compromissum: cõparet B.nominatus:& suscepit in se iudicium & petit compromissum quęritur vtrũ debeat pronunciari compromissum.Solu.dicendum ꝙ sic per ea quæ supradicta sunt in iiij.quæstio.& per ea quæ dicit Bar.in l.j.C.vbi in rẽ actio.& in quæstione sua quæ incipit,consiliũ Pisanæ ciuitatis.de qua statim in sequenti dubio:sed magis dubium est circa prædicta,si iste tertius non

a ¶Imò non potest renunciare clericus priuilegio fori, vt in c.cùm contingat. de fo.compe. c.si diligenti.eo.ti.

b ¶Quasi velit dicere, ꝙ ex separatis non infertur.l.Papinianus exuli.ff. de mino.l.fin.ff.de calum.cũ si.& per moder.in l.inter stipu.§.sacram.ff.de verb.obli.

c ¶Vel quia videntur cõsortes eiusdẽ litis,facit quod no. per.glo.& Doc.in c.cùm.m.in princ. s.de consti.

comparet,tanquã defensor:vtputa,conuenitur emptor:cõparet vẽditor vt ipsum defendat:& cõparens petit cõpromissum tanquã cõsanguineus, vel affinis actoris.vnde insurgit dubium vtrum sit locus compromisso fiendo ex forma statuti tanquã in arbitratorẽ:& quãuis iste ar.non pertinet prin.ad materiam nostram:tamen quia est proximus præcedẽti q.& simul cùm expeditur à doctoribus:ideò hic tractabo.& tex.in l.j.C.vbi in rem actio.videtur decidere ꝙ non sit locus compromisso.nã tex.ille vult ꝙ ad petitionem actoris non fiat mutatio fori.facit l.venditor.ff.de iudi.sed prædictis non obst.contrarium determinauit Bal.in q.sua quę incipit,consilium Pisanæ ciuitatis.vbi latius videas eandẽ opinio.sequitur in .d.l.j.mouetur.quia per compromissum qđ fit tanquã in arbitratorẽ,non fit mutatio iudicis:aliàs iurisditionis.imo causa videtur decidi coram iudice:cum in arbitramentis sit quædam transactio : vt in auť.si verò contigerit.C.de iudi.& in corpore vt diffe.iud.§.j.& ibi no.glos.vnde sequitur ꝙ quando peto sic compromitti.idem est dicere ꝙ peto ꝙ transigamus secundùm arbitrium talis : & sic non est mutatio iurisditionis:sed quoddam beneficium cõpetens partibus.vnde dicta l.j.non facit in contrarium.concludit ergo Barto.pro determinatione quæstionis,quòd ille qui de necessitate defendit alium, potest compromissum[a] petere: quia potest omnes defensiones & beneficia ex sua persona in iudicium deducere.l.idemq̃.§.generaliter.ff.mãdati.& ibi tex. & glos.& l.procur.ad exhiben.§.j.ff.rem ra.haberi.& ibi per Bar.ergo talis poterit istam defensionem ex persona sua in iudicium deducere:& sequitur hic d.Anto.sed Bal.in d.l.j.dicit ꝙ hoc non videtur verum:quia si venditor non potest transferre forum:ergo multominus potest perimere forum:sed ita est ꝙ illa exceptio est peremptoria fori:ergo non potest opponi.per l.præalleg.l.j.& ad l.venditor.

129 ¶ †Præterea ille dicitur rectè defendere qui deducit quod facit defensionem.vt l.hocautem.§.rectè defendi.ff.quibus ex ex cau.in pos.ea.nec detractat iudiciũ,vt ff.quibus ex cau.ma. l.ait Prætor.in fi.ff.de ꝓcu.l.minor.§.j.sed iste detractat iudicium:vnde nõ videtur ꝙ actor ex persona ipsius tertiĳ compellatur ad trãsigendũ:quia per hoc detractaret iudiciũ.Nõ ob.§. generaliter.alleg.in contrariũ:quia nõ loquitur in declinationẽ defensione:prout in casu nostro:& eodem modo nõ ob.l.pro cur.ad exhi.quia ibi loquitur in exceptione peremptoria,quæ obĳcitur contra iniquitatem actoris.Præterea,si actor compelleretur ad compromissum,cogeretur ad nouandũ:quia ex laudo in forma transactionis cõuentus liberaretur:& incideret actor in nouam obligationem:sed ita est ꝙ actor inuitus non tenetur nouandi animo admittere defensorem.facit l.si mandato.post princ.ff.mandati.& traditur per Bal.& Doc.in d.l.j.ergo actor non tenetur admittere hunc defensorem sub hac forma,quę circa interitum actionis non operatur minus,quàm nouatio,secundũ Bal.& hæc opi.est subtilior,secundùm Paul.de ca.in d.l.j.sed tamen opi.Bar.videtur æquior:quia istud iudicium in effectu tendit in totũ in præiudiciũ venditoris:& ideò perinde est ac si secum agitaretur:quia venit vt procur.in rem suam:& sic censetur dominus iudicĳ,vt l.qui stipendia.C.de ꝓcur.ideò videtur ꝙ possit omnibus defensionibus & priuilegĳs ex persona sua:& pro hac parte pluries cõsului.& hęc opinio maximè procederet,si iste tertius comparens fuisset vocatus ab actore eoipso ꝙ per talem citationem esset legitimata persona sua:& diceretur defensor necessarius.l.si eo tempore. C.de remis.pig.& l.j.§.denunciare.ff.de li.agno.& in auť.si omnes.C.si vt se ab hære.ab sti.& l.de pupillo.§.qui remissionẽ. ff.de no.oper.nun.est necessaria alia legitimatio personæ,secũdùm Inno.in c.cùm inter priorem.j.de excep.voluit Ange.in l.si suspecta.ff.de inoffi.testa.& mo.in l.absentia.ff.de appella. et mihi placet.& idem tenet Io.And.Ioan.de Imo.& d. M.in d.c.cùm inter.nam iudicium redditur in inuitum,vt l.inter stipulãtem.§.j.ff.de verb.obli.& quilibet citatus est audiendus, vt l.j.§.cùm dicitur.ff.si cui plus quàm per leg.fal.& quod no. Inno.& Moder.in c.dilecti.de excep.Bar.& Ioan.de Imo.referendo Inno.in l.cùm mulier.ff.solu.matri.Ang.& Pon.in d. §.qui admiss.& Bald.not.in l.post venditionem. C.de pactis. vbi dicit quòd omnis citatus est necessarius defensor : & talis ciuiliter dicitur interesse absque alia probatione, quòd eius intersit.& prædicta notabis:quia sunt quotidiana:& contingunt in practica.

[a] ¶Ad hanc. q.vide Bal.in l.j.C.vbi in rem actio.Bar.in l. venditor.ff.de iud. Bal.in l.emptori.C. de euic.Archi.in c. significasti.de foro cõpe.adde bene facere gl.in c.clericus xj.q.j.Spe. in tit.de j. decreto. §. restat. ver.qđ si dominus. ¶Adde Barto.in l. Fulcini⁹.§.j.ex quibus cau.in pos. ea. do.Ant.hic.& Bal. in l.ĳ.ff. de procu. Bal.in c.contingit. de dolo & contu. xiiĳ.col.

¶Nonò quæro vtrum iste nominatus comparens vt recipiat iudicium,teneatur iurare de calumnia:asserẽdo nominatorem ipsius nomine possidere:& sic teneatur iurare,quòd non animo calumniandi hoc facit.sol.Spec.in titu.de iura.calum.§.restat.versi.sed illud.dicit ꝙ non.& ꝙ tunc habet locum auť.hoc sacramentum.C.de iura.calum. vt tamen semel iuretur post lit. conte,quasi velit dicere Specu.quòd ex quo contra eum datur nouus libellus,vt dixi.s.in ĳ.q.& hoc iuramentum calum.pręstan.sit post lit.contest.vt dicam in seq.tit.nec sit præstandum, nisi semel; vt d.authen.hoc sacramẽtum.& dicam in tit.sequẽti: ergo sufficit quando præstabitur post litis contesta.& ex prædictis habes expeditum vndecimum prin.arti.

¶Duodecimò prin.arti.materię.§.nostri tractandum est,quid ageñ.sit per iudicem facta nominatione per conuentũ : & facta denunciatione ipsi nominato,ipso nominato non comparente.pro cuius arti.clariori doc.prosequar infrascriptas.q.

¶Primò,vtrum nominatus debeat iterum citari:& qualis debeat esse ista citatio.

¶Secundò,finita dilatione assignata nominato,& in contumacia perseuerante:vtrum iudex debet adhibere cognitionem,& qualiter.

¶Tertiò quid agere debeat iudex adhibita cognitione necessaria,per quam constet de iure actoris.

¶Quartò,quia actor mittitur in possessionem,quęritur,qualis sit illa possessio,& de ipsius effectu.

¶Quintò,quia nominato reseruatur allegatio sup proprietate quæritur vsq; ad quantũ tẽpus audiatur super proprietate.

¶Sextò vtrum nominatus passus missionem videns agere super proprietate,teneatur iurare de calumnia: & quid de ipso misso in possessionem qui nunc conuenitur.

¶Septimò,quid si talis missio facta fuerit cõtra colonum seu nominatorem,non seruatis debitis citationibus de nominato: vtrum valeat,& præiudicet nominato.

¶Octauò,quid iuris in causa damni dati,si nominatus est contumax.

¶Nonò:vtrum contumacia nominati noceat nominatori.

130 ¶ †Primò igitur facta denunciatione & nominatione,nominato non comparente, quid sit per iudicem ageñ.solu.dic ꝙ iudex debet ipsum nominatum legitimè citare edictis.text.est hic.& d.l.ĳ.C.vbi in rem actio.quod intelligit Ioan.An.de tribus edictis distinctis:vel vno pro omnibus.ff.de iudi.l.nunq; & l.præcedenti.& idem tenet Pet.de saxo.alle.xxiiĳ.q.iĳ.c.de illicita.sed Abb.dicit,ꝙ fient tres citationes,quarum quælibet habebit decem dies.ff.de iudi.l.per interualla.zaba.hic dicit,ꝙ hoc est arbitrarium:quia tempus dilationũ est arbitrarium:vt dixi.s.ar.ix.Bald.in d.l.ĳ.dicit,ꝙ requiritur peremptorium per distinctionem:vel per interualla:vel per cõglutinationẽ trium terminorum,secundùm ea quæ traduntur in l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iu.scilicet,quantitas dilationis pro quolibet termino est arbitraria.de qua materia latius dicã in titu.de dilationibus.

131 ¶ †Secundò quæro finita dilatione assignata nominato,& eo in contumacia perseuerante,vtrum debeat adhibere cognitionem:& qualem.so.dic ꝙ iudex debet summatim negotiũ examinare.text.est hic.& l.ĳ.C.vbi in rem actio.qualiter intelligatur,summatim.glos.hic in verbo,summatim.hoc est semiplenè. quia iudex propter alterius contumaciã non debet statim actorem præsentẽ cõstituere possessorẽ,vel in possessionẽ mittere. Etiã causa rei seruandæ:nisi aliquã præsumptionẽ haberet contra eum:vnde poterit iudex recipere vnum ex testibus quos actor producet:vel legere instrumentũ per quod intẽdit probare,secundũ Gof.qui ita seruabat,vt dicit Spe.in ti.de primo decreto.§.ĳ.in prin.& sic residet hic Ioã.An.& gl.nostra subdit rationẽ istius summariæ cognitionis:qa posset esse ꝙ actor calumniosè peteret:vnde iudex primò recipiat ab actore iuramẽtum de calum.ar.l.thesaurus.ff.de exhi.&.j.de resti.spol.c.literas.&.s.de elec.c.dilecti.nõ enim debet iudex festinare ad missionẽ in possessionẽ:quia si reus probabit iustã causam absentiæ restituetur.ff.de dam.infec.l.si finita.§.fortè.&.j.de re iud. c.cũ bertol.& ita de facto seruatur,secundũ gl. ¶Sed aduerte, quia gl.videť innuere ꝙ eo casu quo pręcesserit dicta cognitio nõ restitueret.ꝙ est falsum,secundũ zab.per iura statim allegata arbitror,ꝙ alius fuit intellectus gl.ꝙ ad hoc non ita faciliter appareat restitutionẽ fiendam,debet procedere dicta cognitio: vel potest dici ꝙ istius summariæ cognitionis ratio est,qa colonus reclamat:& dicit dominũ ius habere,secundùm Io.antiquum.& sequitur hic Io.An.Odof.& Azo.dixerũt in d.l.ĳ.ꝙ sufficit solũ iuramentũ,sicut in actione ad exhi.vt d.l.thesaurus.quod est cõtra.l.fi.C.de bo.auť.iudi.pos.Aliĳ dicunt,quòd summariè procedeť:hoc est extraordinariè,quò ad alia:sed nõ quin saltẽ exigatur semiplena[b] probatio.& hoc voluit Bart.in l.cũ proponas.C.de bo.autho.iud.pos.qui dixit,ꝙ hæc cognitio erit summaria quò ad duo;primò,quia procediť cõtra absentẽ,vt l.properandũ.§.& si quid.&.§.finautẽ.C.de iudi.secũdò,quia tantũ fit discussio iur.potestatis actoris: vt l.ĳ.§.ibidem.ff.ad exhibẽ.vnde petit iudex vnum ex testibus recipere: vel instrumen-

vel inſtrumentum legere, vt ſ.dixi.& Barto.in d.l.ij.& l.conſentaneum.C.quomodo & quādo iudex.dicit quòd ſi ex miſſione in poſſeſsionem non fit præiudicium, nec in poſſeſsione,nec in proprietate:ſummatim intelligitur:id eſt præſtito ſolo iuramēto,vt d.l.theſaurus.& authen.ei qui.C.de bo.autho.iudi.poſ.Si verò fieret præiudicium in proprietate,& non in poſſeſsione:vt quando interponitur ſecundum decretum: tūc debet conſtare de iure actoris plenè,vt l.final.C.de bo.autho.iudi.poſ.Si verò fit pręiudicium in poſ.& non in proprietate, ſufficit cōſtare de iure actoris ſummatim.hoc eſt per pſumptiones,indicia, vel ſemiplenas probationes, vt l.iij.§.cauſæ.ff.de car.edic.cùm ergo hic non fiat pręiudicium in proprietate,ſed in ſola poſſeſsione:ideò requiritur prædicta ſummaria cognitio.& ſequitur Bal.in d.l.ij.& idem quaſi in effectu videtur vel le do.M.hic,qui diſtinguit,quòd aut miſsio fit in perſonali, aut in reali ex primo decreto,in qua verſatur modicum præiudicium:& illa nō eſt materia noſtra.traditur per Barto.& Docto.in l.ſi finita.§.iulia.ff.de dam. infect. & d.l.conſentaneum. ego latius dicam.j.in tit.de eo qui mit.in poſ.aut agitur maiori præiudicio,non tamen totali.puta,in terris noſtris,in quibus fit immiſsio in veram poſſeſsionem:& tunc ſufficit ſummaria cognitio reſpectu ordinis procedendi:non tamen ſufficiet iura mentum:ſed requiritur,ſecundùm omnes,ſemiplena probatio ſeu præſumptiones,vel indicia.vt d.l.iij.§.cauſæ.aut vnus teſtis,vel inſtrumentum,vt ſ.dixi.

132 ¶†Tertiò quæro quid agere debeat iudex adhibita cognitione neceſſaria,per quā ſummatim conſtet de iure actoris,iuxta prædictam cognitionem,de qua in pręce.q.Sol.dic ꝙ actorem in poſ.rerum petitarum mittere non tardabit.text.eſt hic & d.l.ij.& intellige ꝙ iudex non debet tardare ſcilicet nimis:ſed aliquandiu expectabit,ſecundùm Gof.& Ioan.An.& Hoſti.

133 ¶†Quartò quæro:quia actor mittitur in poſſeſsionem,vt dictum eſt in præce.q.qualis ſit illa poſſeſsio,& ipſius effectus. Sol.dic quòd eſt vera poſſeſsio,& nō ſimplex cuſtodia: prout eſt quādo actor mittitur in poſſeſsionem ex primo decreto, in actione perſonali, vt in §.ſeq.vel etiam in reali ſimpliciter,vt in.§.præce.quo caſu,paſſus immiſsionem veniens intra annū, auditur:etiam ſuper poſſeſsione,vt.§.præce.& hoc tenet Spec. in titu.de primo decreto.§.reſtat.ver.debet autem ſtatim.licet quidam voluerunt,quòd etiam in caſu illo ſicut in.§.præce.& ſeq.vſq; ad annum reſeruetur.q.ſuper poſſeſsione quod refert gloſ.hic ſuper verbo,reſeruata.quia ſi papa hoc voluiſſet,hoc dixiſſet.ſicut in.§.præce.& hæc communis omnium Doc.opi. cùm ergo actor mittatur in veram poſſeſsionē, ſequitur quod reus ſit de poſſeſſore petitor:nec reſeruatur ſibi amplius.q.ſuper poſſeſsione:ſed ſuper proprietate duntaxat,vt hic in ſi.& d.l.ij.Non ob.§.prǽcedēs.vbi etiam ſuper poſſeſsione auditur vſq; ad annum:quia tex.ille loquitur in caſu diuerſo:videlicet, quando interponitur primum decretum in actione reali cōtra abſentem contu.conuentum,& nomine proprio poſsidentem hic verò cùm is qui conuenitur nō poſsidet nomine proprio, ſed alieno:& nominat dominū in iudi.vnde ibi actor mittitur in poſſeſsionem cauſa cuſtodiæ:& non efficitur verus poſſeſ. hic mittitur in veram poſſeſsionem:& ratio differentiæ eſt, ſecundùm gl.in verbo,reſeruata.quia maior contumacia præſumitur in caſu noſtro,quàm in ſuperiori:quia hic per plures citationes citatus eſt:& plures contempſit:nam primò actor citari fecit colonum,& colonus denunciauit domino:poſtquam denunciationem iterum citatur dominus legitimis edictis, ſecundùm quod.ſ.dixi in princi.vnde contumax videtur plus contempſiſſe.& ſequuntur cōmuniter Doc.hic,& in d.l.ij.& hinc ſumpta occaſione Hoſtiē.hic & Doc.ponunt aliquas rationes diuerſitatis inter hunc.§.& præcedentem quas ſuper dicta glo. reſeruata.& dicit hic Do.m.quòd ſatis putat ſufficere illam cauſam ꝙ hic interuenit quaſi lit.conteſta.de quo tetigi.ſ.ar.ix.q.vj.& latius dicam.j.xiij.arti.vnde ſicut reo exiſtente contumace poſt lit.cōteſta.proceditur ad miſsionem in verā & incommutabilem poſſeſsionem,ſi nō liquet de cauſa,l.cōſentaneum. C.quomodo & quando iud.& no.in c.prout.j.de dolo & contumacia.ita & quando interuenit iſta quaſi lit.conte.ſecūdùm do.M.& vide quod dixi in dicta glo.in ver.reſeruata.& ſic ex prædictis infertur ſingularis effectus,ꝙ vbi iſte miſſus in poſſeſsionē prius erat actor,& ſibi neceſſariò incumbebat probatio:nunc erit verus:& paſſus miſsionem,tenebitur de ſuo dominio probare,ſecūdùm Doc.hic,& in d.l.ij.& bene.

134 ¶†Quintò quæro:quia nominato paſſo miſsionē reſeruatur allegatio ſuper proprietate,vſq; ad quantum tēpus iſte nominatus audiatur ſuper proprietate.ſolu.gl.hic ſuper ver.reſeruata.concludit,ꝙ ſibi reſeruatur donec ſit præſcriptū,& quod etiam de iure canonico hic poteſt procedere pręſcriptio.& idē tenet Io.An.& ſequuntur cōmuniter Doc.aliqui tamē videtur velle,ꝙ perpetuò duret:quia nō poteſt præſcribi,ex quo effecta eſt litigioſa:& propter hoc debet de iure ſuo dubitare.glo. tamen hic tenet cōtrariā ſententiā,ꝙ poſsit præſcribi: quia videtur habere bonā fidem,eo ꝙ credit rem ad ſe pertinere:cùm iurauerit ꝙ non malitioſè,vel per calumniā petijt rem illā.& ideò poteſt pręſcribere:quia iuſtè poſsidet:quia authore Prætore poſsidet.l.iuſtè poſsidet.ff.de acqui.poſ.Sed aduerte,quia gl.in d.l.ij.C.vbi in rem actio.dicit,ꝙ in re immobili præſcribitur longo tēpore:& ſic ſpatio decem annorū inter præſentes, & xx.inter abſentes.Sed Iac.de Are.Pet.& Cy.in d.l.ij.tenent contrarium.mouentur,quia præſcriptio longi tēporis nō procedit ſine titulo,vt in d.l.ſi.& l.nunq̃.ff.de vſuca.ſed per primum decretū iudex nō transfert titulū:nec intendit transferre dominium,vt l.ſi finita.§.ſi.ff.de dam.infec.& per cōſequens, nec vſucapiendi conditionē,vt l.claudus.ff.de cōtrahē.emp.& ſic volūt,ꝙ iſte audiatur ſuper proprietate vſq; ad xxx.annos, vt l.ſicut.& l.ſi quis emptionis.C.de præſcri.xxx.vel.xl.anno. ſecūdùm Iac.Pet.& Cy.& hoc procedit,niſi à iudice pręfigeretur breuior terminus intra quem deberet.quod fieri poteſt, vt.j.dicā.Sed Iac.bu.in d.l.ij.in effectu tenet primam opi.gl.ꝙ audiatur vſq; ad decem vel xx.annos,& non vltra.Gul.de cu. in d.l.ij.dicit,ꝙ præſcribet tit.pro ſuo à die quo eſt effectus incommutabilis poſſeſſor:quia ex tunc nō dubitat de iure:antea verò non vſucapiet:quia ante nō eſt in bona fide:cùm nō poſſideat tit.pro ſuo:quia nō dubitat de iure ſuo.& ſic ſentit ꝙ immediatè non poſsideat verè quod eſt falſum,vt dixi in q.præcedenti.Bart.verò in d.l.ij.tenet opi.glo.dicens,ꝙ ille vſucapiet

a longo tēpore ex præcedenti ti.quo ſe dominū putabat[a] vt l.ſi is qui pro emp.§.pe.& l.eū qui hæres.ff.de vſuca.& idem tenet Bar.in l.conſentaneum.C.quomodo & quādo iu.niſi ſtatutus ſit terminus,de quo ſtatim dicā.& ſic videtur Bart.ſentire, ꝙ ſecus ſit ſi miſſus in poſſeſsionē nō haberet titulū.& idem tenet Bal.in d.l.ij.& hanc opi.ſequitur hic do.Ant.& Io.de Imo. in l.ſi finita.§.iul.ff.de dam.infec.& do.M.hic niſi fortè loquemur in præſcriptione cōtra eccleſiam:quia tūc exigitur tempus.xl.annorū,vt c.de quarta.j.de præſcrip.Idem dico verum, quò ad eccleſias inferiores:ſed cōtra romanā eccleſiam,exigere tempus centū annorum, vt c.audientiā.&c.cùm nobis.& c.ſi diligenti.j.de præſcri.vt in authen.vt eccle.roma.gaudeat priuilegio centum annorū.Itē hoc procedit,niſi per iudicē ſtatutus fuiſſet terminus intra quem audiretur dominus de proprietate.nam tūc poſt lapſum ipſius termini,nō auditur amplius,ſecundùm Cy.in d.l.ij.per l.à quo fundus.ff.de dam.infec.& ibi per Dy.& l.mancipiorū.ff.de op.lega.Et quia terminus ille nō eſt determinatus,ſtatur arbitrio iudicis,vt l.j.ff.de iur.deliberā. & ſequitur hic.d.Ant.Sed dicit hic domi.me.ꝙ putat,ꝙ à principio tempore miſsionis in poſſeſsionem,non poſsit ſtatui ille terminus ad agendum:cùm ſatis ſit punita cōtumacia per miſſionem in veram poſſeſsionem.& nemo regulariter compellitur agere,vt in rubro & nigro.C.vt nemo inuitus.facit text.in §.ſequenti,vbi dicitur,ꝙ iudex à principio debet eſſe cōtentus alterutra.poſtea ſubdit tamen do.m.ꝙ in futurū poterit loco ſecundi decreti,ſeu pro ſecundo decreto peti,vt ſtatuatur terminus ipſi nominato ad agendū ſuper proprietate,poſt quem

b amplius non audietur.& ita debet intelligi.d.l.à quo fundus[b] & ibi ſentit Bart.& idem tenet in l.cōſentaneum.quod eſt ſingulare;& practica,ſecūdùm do.m.ad hoc vt miſſus nō teneatur diu expectare,& ibi tenet Ioā.de Imo.in d.l.à quo fundus, vbi dicit,ꝙ talis terminus nō poteſt ſtatui,niſi poſt annū,per l.ſi quis emptionis.§.pe.C.de præſcri.xxx.anno.quæ indulget reo ſpatium anni ad cōparendū.facit.c.indultū.de re iu.lib.vj. licet Ang.videatur ſentire in d.l.à quo fundus.quòd ille terminus ſtatim poſſet ſtatui:ſed hoc reprobat ibi Ioan.de Imo.& etiam in d.§.videamus.Sed aduerte quòd tex.noſter vult,ꝙ ex quo cōtumax grauatur,vt actor miſſus in poſſeſsio.ſtatim fiat verus poſſeſſor:quòd omnis allegatio reſeruetur abſenti ſuper principali q.& ſic ſuper proprietate,Ex quibus verbis videtur reſultare duplex effectus. Primò, quòd actio perpetuò debet durare,ſicut perpetuò durabat exceptio.vt l.purè.§.ſi.ff.de do, exce.cùm in locū exceptionis ſurrogetur actio.ſed tu dic,imò ex quo non competit amplius exceptio,ſed actio:præſcribitur vt actioni,& non vt exceptioni.Sed quanto tēpore præſcribatur dicerem ꝙ aut miſſus in poſ.probat titulum, vigore cuius egit:vel vigore cuius dicebat rem ad ſe pertinere iure dominij, vel quaſi.& hoc caſu indubitanter procedit opi.Bart.aut non probat aliquem tit.& tunc magis eſt dubium:& ſi quidē miſſus in poſ.in petitione nullum allegauit titulum ſpecificè,nec probauit contra abſentem poſtea agentem arbitror quòd talis agens audiatur vſq; ad xxx.annos.per l.ſicut. & l.omnes.C.

a ¶Et ſic titulus putatiuus eſt ſufficiēs ad præſcriptionē longi temporis l.ij. §.ſi à pupillo .ff.de vſuca.pro emp.

b ¶De intellectu tamen illius text.videlatè per iſtū tit. de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.& per Alexan.in l.ſi prius.ff.de dā.infe.

de præscrip.xxx.an.quinimo fortè attentari posset,ꝙ talis im-
missio nō teneretur,tanq̃ non adhibita summaria cognitione
super iure ipsius primò agentis: sed si poneremus quòd iste pri
mus actor deduxisset dominiũ: seu specificatum titulũ , quem
tamen semiplenè probasset: & non plenè, vt puta, per vnũ te-
stem & similem probationẽ, quę non esset plena: & tunc requi
ritur tempus.xxx.annorũ: nisi nunc probaret plenè illum ti.&
arbitror quòd iste passus missionem, possit agere tam super
proprietate, quàm super quasi proprietate.vnde potest inten-
tare rei ven.& publi.secũdùm quod traditur in c.Abbate.de re
iudi.iij.q.vj.& quod dixi.s̈.de libel.obli.in c.fi.arti.xxix.vnde
sicut ante, quàm ibi esset passus missionem, poterat se defende
re per exceptionem dominij, vel quasi: ita & nunc potest agere
rei vẽdi.vel quasi.& ideò cũ misterio tex.dicit, omni allegatio-
ne reseruata absenti super principali quæstione, scilicet, reali.ille
ergo absens poterit obtinere super publi.nisi conuentus pro-
baret talem titulũ, per quẽ actor excluderetur à publi.Item ex
prædictis verbis videtur sequi alius effectus, quòd cùm tex.ve
lit, ꝙ reseruetur omnis allegatio absenti super principali quæ-
stio.ꝙ iudex non possit hanc reseruationẽ auferre, sibi statuen
do breuiorem terminũ, intra quem debeat agere, Nec obstat.l.
à quo fundus.per quam Doc.cõmuniter tenent contrariũ: quia
ille est casus specialis, vbi agebatur confessoria pro cõstituen-
da quasi seruitute ratione ædificij fabricati, debita seruitute.
vnde si cõtra cõtumacem fit immissio ex primo decreto in lo-
cum seruientem, pro constituenda quasi quæstione illius serui-
tutis: quia ex hoc primo decreto non esset plenè consultũ acto
ri contra reum cõtumacem; ideò statuitur terminus cõtumaci,
intra quem agat, & doceat de iure suo: scilicet ius sibi esse ædifi
catum habere.& si intra statutum terminũ id non fecerit, vlte-
rius non auditur, vt ibi, & ideò quãdo proceditur cõtumaciter
super iure seruitutis, & contra talem assertem seruitutem non
est aliquid ædificatũ: missus in quasi possessione, efficitur quasi
verus possessor.nec statuitur talis terminus : sed solùm iudex
cogit per officium suum contumacẽ cauere, se nullã nouitatem
facturum, donec doceat de iure suo: vt l.si prius.ff.de ope.no.
nuncia.& ibi traditur de materia latè per Bar.& Doct.in d.l.à
quo fundus.quæ tñ habet alios intellectus.& ego de materia
latè dicã in tit.de eo qui mit.in pos.sed in terminis nostris per
missionem in possessionẽ, cõsequitur actor veram possessionẽ,
vt dixi.nec contumax potest obtinere super possessione: sed
solùm super proprietate: quia cõtra ipsum agentẽ rei vendica-
tione, vel publi.ꝙ potest iste reus possessor excipere de suo do
minio: vel quasi: vnde nõ videtur necessaria dicta termini sta-
tuitio.& ille casus specialis.d.l.à quo fundus.non debet exten
di ad casum nostrũ non habentẽ rationis identitatẽ, contra re-
gulam rubri & nigri.C.vt nemo inuitus ag.Arbitror tamẽ in
hoc passu sic dicendum, ꝙ aut nominatus fuit simpliciter con
tumax: propter quod actor missus est in posses.& is qui passus
est missionem, nec tũc, nec postea diffamauit, ꝙ res illa ad eum
pertineret.& hoc casu, non potest statui iste terminus, per ea
quæ no.& traduntur in d.l.diffamari.C.de inge.manu.aut ille
reus diffamauit, ꝙ res illa ad eum pertinebat; & tunc missus in
posses.intentare cõditionẽ ex illa l.diffamari.& secundùm præ
dictam distinctionẽ possunt intelligi cõcordari prędictæ opi.
& prædicta notabis: quia nouissima & singularia: & à nemine
tacta.& hęc procedunt in actione merè reali.in hypothecaria
verò, quem effectũ tribuat missio in posses.& vsq; ad quantum
tempus detur reuocatio: & ad quid tradit hic do.Ant.ego di-
cam in materia primi decreti in tit.de eo qui mit.in posses.

135 ¶ †Sextò quęro vtrum nominatus passus mis.secũdùm formã
prædictam, volens agere super proprietate teneatur iurare de
calumnia; & quid de misso in pos.Sol.glo.hic in versi.summa-
tim.in fi.tenet ꝙ sic.nec ob.ꝙ hoc sacramentum nõ præstatur
nisi semel: vt authen.hoc sacramentũ.C.de iura.cal.quia hic est
noua instantia.vnde posito ꝙ actor iurasset de calumnia: tamẽ
quia tunc iurauit vt actor, & finita est illa iustantia: vt dicam in
xiij.arti.nunc iurabit vt reus.& idem etiam videtur velle Ioan.
And.in addi.Spe.de primo decre.§.sequitur.versi.interposito.
vterq; ergo iurabit de calũnia in hoc nouo iudicio.& sequun
tur hic do.Ant.do.M.& Doc.

¶ Septimò quæro quid si talis missio facta fuerit contra colo-
num, non seruatis debitis citationibus de nominato: vtrum va
leat & præiudicet domino.& videtur ꝙ sic.sicut præiudicare-
tur si colonus expelleretur: vt l.peregre.§.quibus.ff.de acquir.
pos.tu dic cõtra: quia aliud est cùm colonus expellitur vi: aliud
cùm expellitur per iudicem: quia iudex nunquam intẽdit præ
iudicare tertiæ personæ: nec etiam si vellet, posset præiudicare
a ei qui non est citatus.[a] & hoc tenet Inno.hic & Bal.in d.l.ij.C.
vbi in rem act.facit.l.si deserta.C.si propter public.pen.& vide
quod dicam.j.ar.xiiij.& quod dixi.s̈.ar.ix.q.iiij.

a ¶ Iudicis actus nõ præiudicat his, qui non sunt citati. de qua materia in l. nam ita diuus. ff. de adop. in l. sæpe. ff. de re iudi.

¶ Octauò quæro quid iuris in causa damni dati, si nominatus
est contumax: qualiter fiat.solu.dic vt dixi s̈.in vj.articulo quę
stione.viij.

136 ¶ †Nonò quæro vtrum contumacia nominati noceat nomina
tori: pone, emphyteota, feudatarius, vel maritus in causa dotis
nominat dominum in iudicio: & dominus fuit cõtumax: vtrũ
paretur pręiudicium emphyteotę feudatario, vel marito.so.dic
ꝙ sic.imputet enim sibi nominator, qui illum nominauit : quia
de voluntate sua fuit hoc, vt voluerit sequentem agere.ff.de re
iudi.l.sæpe.&.j.de re iudi.c.q̃uis.ita concludit Spe.in titu.de.j.
decre.§.restat.ver.quid si emphyteota.Et ex his Deo duce, est
expeditus.xij.arti.prin.

¶ Decimotertiò prin.arti.tractandum est de effectibus prædi-
ctæ nominationis.circa quem arti.dic ꝙ plures sunt istius nomi
nationis effectus.

137 ¶ †Primus est ex parte nominatoris, qui est iudicij declina-
tiuus: fit enim nominatio ad effectum, vt nominans declinet
iudicium: & nominatus illud subeat, vt dixi in x.arti.q.ij.intelli
ge in totum, si ad ipsum nominatum ius in totum dicatur per-
tinere; vel pro ea parte declinatum iudicium, ad alium nomina
tum dicitur pertinere, vt dixi in vj.ar.q.iiij.iunctis his quę dixi
in xj.arti.maximè in ij.q.

138 ¶ †Secundus effectus iudicij susceptiuus per ipsum nominatũ
comparentem, qui iudicium in se suscipit, vt dixi in præce.effe-
ctu & in xj.arti.q.ij.

139 ¶ Tertius effectus qui sequitur ex prædictis, est primæ instan
tiæ contra nominatorẽ intentatæ, seu præparatæ finitiuus: quia
nominato cõparente & iudiciũ suscipiẽte, absoluitur nominãs
ab instantia iudicij, vt dixi.s̈.arti.xj.quæstio.ij.& ideò dixi, seu
præparata: quia ante lit.cõtest.propriè nõ datur instãtia, quę in
cipit à litis cõtest.vt d.l.properañ.in prin.§.& si quidem.C.de
iudi.de quo latè dixi in c.pe.s̈.de iudi.ar.viij.quod intellige re-
spectu nominationis.de quo in tex.nostro, secus si fieret nomi
natio secundùm formã authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.
agi oportet: quia ibi datur terminus ad denunciandum domi-
no, vt ipse conuentus instruat in defensionibus illi competen
tibus: non autem ipse conuentus liberetur à iudicio : cùm suo
nomine cõueniatur ex facto suo, vt ibi dicitur.& ideò nomina
to comparente non absoluitur nominans ab instantia.

140 ¶ †Quartus effectus est nõ solùm iudicij declinatiuus per no-
minatorem, vt dixi, sed etiam quandoq; per nominationẽ, per
ea quæ dixi in arti.xj.q.iiij.sed ista declinatoria nõ causatur im
mediatè à nominatione : sed ab alia causa deducta ex qualitate
personæ nominati: q̃uis nominatio occasionem præstiterit.

141 ¶ †Quintus effectus est respectu recusationis , quæ quandoq;
potest fieri ex persona nominati: quę aliàs non fuisset permissa
nominatori, secundùm ea quæ dixi s̈.arti.xj.q.v.

¶ Sextus effectus colligitur ex his quæ dixi.s̈.articu.xj.q.vj.

142 ¶ †Septimus effectus est respectu appellationis , quæ quan-
doq; ex persona nominati admittitur: quæ aliàs non fuisset in
persona nominatori, prout dixi s̈.articu.xj.q.vij.

143 ¶ †Octauus effectus est, quia nominatus comparẽs, iudicium
suscipiens , potest petere compromissum ex persona sua: aut
alio priuilegio vti: quod non posset petere nominator, vt dixi
articu.xj.q.octaua.

144 ¶ †Nonus effectus est: quia nominato non cõparente, sed exi-
stente contumace post factam sibi denunciationem, secundùm
ea quæ dicta fuerunt s̈.ar.ix,& x.inducitur quasi litis cõtest.vt
ibi.& l.ij.C.vbi in rem act.& aduerte: quia dicit Cy.ꝙ hic qua-
si lit.contest.surgit ex hoc: quia conuentus rei vendi. nominan
do dominum in iudicio , asserẽdo nominatum esse dominum,
tacitè negat actorem, vt l.Pomponius.§.si is.ff.de proba.& l.si
inter.ff.de excep.rei iud.pro quo allego : quia duo nõ possunt
esse domini in solidũ, vt l.si certo.§.si duobus.ff.cõmod. vnde
per tacitã negationẽ inducitur hic quasi litis contest. sicut per
expressam induceretur vera , secundùm ea quæ dixi in c.j.s̈.de
lit.contest.& facta denunciatione domino, si non venit, videtur
affirmare nominationem coloni , seu nominatoris : sicut iudi-
cium quasi litis contesta.idẽ sentit Bart. in d.l.ij.ponendo aliud
exemplum.ideo hæc denũciatio facta domino habet vim con-
testationis litis: quia in illa cõtestatione ciuili procedetur quasi
ad exemplum prælij corporalis: sicut in prælio corporali quã-
doq; cõtingit, ꝙ ille qui tenet vnã arcẽ, dicit illi qui tenet exer-
citum, seu castra cõtra eum : volo denunciare domino pro quo
hic sum: & nisi mihi succurrerit intra tantũ tempus, cedam tibi:
& dabo arcẽ.ita & hoc est quasi quoddã præliũ: ille tenẽs rem
alieno nomine, nominat alium in iudicio: & expectat ab eo sub
sidium, quo veniente litigatur: eo nõ veniente, cedit.& sic indu
citur quasi litis contestatio, vt dixi, & sequit̃ hic do.Ant.& do-
minus me.

minus me.qui etiam mouentur:quia ex quo nõ deficit p actorem quo minus lis contestetur:satis est offerre libellum, & deducere rem in querimoniam.iuxta ea quæ traduntur in.l.ij.C. de annali except.&.xvj.q.iij.§.præscriptionem.Guli.de cu.in d.l.ij.voluit,quod hic quasi litis contest.proueniat ex tribus.

¶ Primò,ex nominatione.

¶ Secundò,ex notificatione facta domino.

¶ Tertiò,ex non comparitione:quasi non comparendo, tacitè videatur negare petitionem actoris. Sed Bal.ibi dicit, quòd ideò hic quasi litis contesta.descendit ex prædictis tribus:quia sic placuit legislatori:nõ quia de natura prædictorum trium sit inducere litis contesta.vel quasi.vnde hoc est inductum à legis potestate & fictione.Paul.de cast.dicit, quòd ista ideò dicitur quasi litis contest.quia fit cum absente:sed vera fit cum præsente. sed prima opi.Cy.videtur esse melior : maximè coniunctis alijs opi.quæ possunt simul iungi ad dictum effectum.

esse locus reconuentioni. Et hic videtur tex.in c.cùm dilectus. j.de arbit.tenet glo.in c.nõ distinguemus.§.itẽ si quis Romæ. ff.de arbit.quæ præsupponit ꝙ corã arbitro nõ possit fieri reconuentio:quia nõ habet iurisditionẽ quæ possit prorogari. Et idem tenet Iac.bu.qui assignat rationẽ:quia partes possunt sibi imputare,quare de omnibus nõ cõpromiserunt, vt l.si cùm dies.§.plenũ.ff.de arbi. Et ideo Host.in sum.huius tit.§.qualiter.ver.& nũquid.dicit ꝙ hoc procedit qñ cõpromissum non est plenũ. secus si sit plenum de omnibus cõtrouersijs,vt d.§.plenum.& ista fuit opi.Gof.quã refert Spec.in tit de recõuen.§.j.in prin.Sed nõ placet ibi Spec.quia tũc arbiter posset procedere potius virtute cõuentionis & cõpromissi, quàm reconuentionis,cùm principalis potestas extendat se ad talia. Vnde dicit hic do. Ant.ꝙ hoc nõ procedit ex vi recõuentionis quò ad actũ prorogatiuũ.cùm ex forma cõpromissi arbiter tunc super omnibus habeat potestatẽ:sed procedere posset opi. Host. quò ad alios effectus recõuentionis: videlicet, simultanei processus,& adæquatiõis causarũ,scd͞m ea quæ dicam j.in x.prin. arti.quia corã arbitris proceditur ad instar iudiciorũ, vt l.j.ff.de arbi. Et ista fuit no.Io.And.in d.c.cùm dilectus.s̃.de arbi.& sequuntur ibi Do.me.& Ioã.de Imo. Potest etiam assignari alia ratio,quare corã arbitro nõ procedat recõuentio:quia talis potestas mẽsuratur ex verbis cõpromissi,& à partiũ cõuentione. Et ideò lex nõ prouidet illi,qui minus plenè sibi prouidet,cùm talis potestas nõ reguletur à iure,sed à partiũ volũtate & conuentione,vt ff.de verb.obl.l.in cõuentionalibus.& in l.quoties. facit etiã c.fi.& quod ibi no.in simili.j.de re.iur.scd͞m do.Ant. vnde cùm partes sibi prouidentes recesserint à iuris dispositione,dimittendo iudicẽ:ius nõ supplet, vt l.fi.C.de pac.cõuen. tã super dote.scd͞m Do.me.in c.cùm dilectus. Et hanc eandẽ opi. tenet Bar.in d.auth.cõsequenter.C.de sentẽ.& interlo.om.iudi. Vbi assignat aliã rationẽ: videlicet,quia in arbitris vterqꝫ compromittentiũ in eos cõsentit: vnde cessat ratio.l.cùm Papinianus.in fi.C.de sen.& interlo.om.iud.quia partes nõ habent arbitrum iudicẽ pro se tantũ : sed pro vtroqꝫ. Et ideo voluerunt quidã,ꝙ corã delegato cõmuni cõsensu impatrato, nõ haberet locũ recõuẽtio:quia imputare debet sibi,qui in eũ sic cõsensit. Et super recõuentione nõ impetrauit:vel rẽ illã super qua vult recõuenire nõ expressit: si super illa re habebat voluntatẽ recõueniendi. Et hoc voluit Bart.in d.auth. Et Do.me.ipsum refert, & nõ reprobat,in d.c.cùm dilectus. Et eadẽ ratione dicũt, ꝙ si reus vellet recõuenire actorẽ coram delegato per ipsum impetrato,nõ haberet locũ recõuentio,sed do. Ant.hic tenet cõtrarium: quia per quẽcunqꝫ sit impetrans,ex quo actor agit corã eo,nõ debet dedignari corã eodem recõueniri,vt coram illo simul causa tractetur.& sequitur hic Ioã.de Imo.vt dixi s̃. in iij. q.prin.ver.decima declaratio. Et adde ad ibi dicta. Est ergo cõclusio,ꝙ corã arbitro non habet locũ reconuentio.quã tenent hic Doc.antiqui & moderni.& Doc.in d.c.cùm dilectus.s̃.de arbi.vbi est bonus tex.& Cy.in d.auth.& cõsequenter.& Gul. de Cu.in l.si cùm dies.§.si arbiter.ff.de arbi.& glo.in l.non distinguemus.§.itẽ si quis Romæ.ff.de arbit. licet quidã per illũ tex.voluerint contrariũ,& malè, vt ibi dicit Bal. & ista est cõis opi.oĩm,licet gloss.in l.qui tñ.in prin.ff.de arbi. sentiat cõtrarium,sed dicit d.Fran.thygrini de Pisis,ꝙ illa glo.est falsa.Bal. verò in repe.l.ex cõpromisso.ff.de arbi.q.vij.dicit,ꝙ illa gl.põt saluari, & debet intelli secũdùm glo.in d.§.itẽ si quis Romæ. videlicet, qñ quis vult facere reconuentionẽ corã arbitro solùm de cõtrouersijs inchoatis: quia põt:aliàs secus. Tu dic vt s̃.dixi,ꝙ tunc nõ est reconuentio:sed cõuentio virtute cõpromissi. & hæc procedunt in arbitris voluntarijs:& fortius in arbitratoribus. Sed maius dubiũ est,quid in arbitris iuris. Spe.in tit. de recusa.§.fi.ver.sed nunquid corã.dicit,ꝙ etiam nõ procedit reconuentio. Et multi Doc.sequuntur in d.c.cùm dilectus. Et ratio est:quia isti arbitri iuris assumuntur super certo arti. scilicet,an iudex sit suspectus:ideo eorũ iurisditio nõ debet extẽdi:ideo,quia iura volunt vt celeriter iste arti.excusationis expediatur, vt in c.legitima.de app.lib. vj.si autẽ admitteretur recõuentio:iste articu.plus debito prorogaretur:ergo &c.& ita refert & sequitur hic do.Ant.sed dicit d.M.hic & in c.cùm dilectus.ꝙ dictum Spec.debet intelligi in terminis suis: videlicet, in arbitro iuris electo super vno arti.dũtaxat. & per hoc etiam patet,ꝙ corã arbi.iuris electo ad æstimandas facultates, secundùm formam l.arbitro.& l.ab arbitro.ff.qui satis.cog. nõ procedit recõuentio.quod etiam tenet do.Ant. Secus putat d.M. in arbitro iuris electo super certa causa : quia ille habet iurisdi. nec est deputatus super arti.causæ,sed super tota causa.sicut dicimus corã delegato. Itẽ quia reus necessitatur à dicto promitteñ.ex dispositione iuris:meritò debet habere locum reconuẽtio. Et potest figurari exemplũ de iure cano.quãdo Episcopus vult mouere litem contra subditũ suũ:nam tunc eligitur arbiter iuris,qui habet iusdi. vt in c.si clericus. xj.q.j.de quo dixi latius in c.j.j.de maledi.super gloss. sed de iure ciuili põt figurari exemplũ,per l.cùm speciali.C. de iud.& de multis alijs excẽplis videbimus in tit.de arbi.in illo arti. in quibus causis quis compellatur ad cõpromittendũ. Concludit ergo d.M.hic, & in d.c. cùm dilectus.ꝙ sicut coram delegato, habet locum reconuentio:ita & coram arbitro iuris,qui succedit in locũ delegati. Ex quo dicit se putare, ꝙ si ex forma statuti consanguinei necessitantur ad cõpromittendũ,vel aliæ personæ,ꝙ coram talibus arbitris habebit locũ recõuentio : quia tales sunt arbitri iuris,vt dixi. Et hanc iurisdi.secundùm no.in c.suspicionis.de offi. dele. & in c.ab arbitris.de offi.dele.lib.vj.de quo latius dicam in tit. de arbit. Sed do.Ant.hic dicit,ꝙ in huiusmodi arbitris,qui eliguntur ex forma statutorum, sunt ponderanda verba statuti per c.porrò. de priuil. Ego in dubio arbitror veram opi.do.M nisi fortè verba statuti repugnarent. Et ex prædictis patet secũdùm do.Anto.quid dicendum sit de arbitris electis super contentione.literarum,secundùm dispositionem c.pastoralis.de rescrip. Ego arbitror quòd velit dicere,ꝙ ex quo illi arbitri assumuntur super vno articu. non sit locus reconuentioni coram eis, vt s̃.dixi. Et ex his habes expeditum quartum principalem articulum.

DE V. ARTICVLO.

Quintò principali articulo superest vt examinemus, respectu partium inter quos habeant locum mutuæ petitiones. Et sic per quos,& cõtra quos possit fieri re-
24 conuentio, & quoties inter eosdem reiterari possit. † Quò ad primũ,inter quos,& sic per quos habeat locum,vel fieri possit reconuẽtio, in primis pono regulã affirmatiuam, quilibet reus cõuentus põt recõuenire quemlibet actorẽ cõtra eum agẽtem, quę regula procedit,siue actor pro se suo nomine proprio agat: siue agat procuratorio nomine alterius.nam procurator simpliciter constitutus ad agendum, sine dubio intelligitur etiã constitutus ad defendendum in causa recõuentionis,vt est text.in c.qui ad agendũ.in prin.de procu.lib.vj.& est tex. iuncta glo. in l.mutus.§.pœna.ff.de procura.& ideo valet mandatum:licet quis simpliciter cõstituatur ad agendũ,quamuis nihil sit dictũ de defendendo.hoc tenet Spec.in tit.de procu.§.j.vers.sed pone.sed glo.in c.accedens.s̃.de procu.videtur sentire per illũ tex. ꝙ habens mandatũ ad agendum,non dicatur habere mandatũ ad defendendũ. Sed Io.And.in addi.Spec.in d.ver.sed pone.dicit,ꝙ d.c.accedens.non obst.si bene ponderetur, & potest esse ratio : quia sufficit si non defendat dominum, ꝙ ei denegetur actio,vt in c.j.s̃.de procu.vel potest illa glo.saluari: quia loquatur in procuratore constituto à reo ad agendũ:quia talis nõ intelligitur cõstitutus ad defendendũ.text.est sing.in c. cõstitutis.s̃.de procur.& ita limitat Do.me.d.c.accedens.sed procurator constitutus ab actore ad agendũ, intelligitur cõstitutus ad defendendũ : quia eo ipso ꝙ quis est taliter cõstitutus per quãdam consequentiam, videtur tacitè habere mandatũ ad defendendũ:& ideo nõ admittitur,nisi promittat defendere,vel pro dño respondere,si recõueniatur, vt l.j.C.de satisdã.& in d.l.mutus.§.pœna. vnde in dubio videtur deputatus ad defendẽdũ:
a quia mandatum extẽditur ad omnes [a] casus,sine quibus expediri non potest,vt in c.præterea.& in c.prudentiã.s̃.de offi. dele. & in l.ad rem mobilẽ.& l.ad legatum.ff.de procu. Et hæc communis conclusio placet etiã Ioan.de fantu.in d.c. qui ad agendum.nisi in constitutione constituens dixerit ad agendum tãtum.& idem videtur sentire Bar.in l.seruum quoqꝫ.§.fin.ff.de procu.quia tunc nõ videtur habere mandatũ in causa recõuentionis.facit d.c.cõstitutis.& c.petitio.s̃.de procu.Bar.tamen videtur tenere cõtrarium in d.§.pœna.quia satis est si vult respõdere, & satisdare de iudicato soluendo.Io.de Imo.in d.c.qui ad agendum.concordat dictas opi.dicens,ꝙ primũ dictum habet locum,quãdo per satisdationẽ non esset plenè cautum aduersario,vt in reali,& in his quę habentur in l.non solùm.§.j.& seq. ff.de procu.aliàs admittatur:& ita procedat secunda opi. Bart. & idem tenet d.Do.in d.c.qui ad aggendũ. Ego verò sum solitus saluare distinguendo,ꝙ aut quæritur,vtrũ virtute talis mãdati procurator possit defendere dominũ, & non potest:propter dictionẽ taxatiuam,tantùm,& non potest,de cuius natura est excludere & negare alios casus, vt in c.cùm ecclesia.s̃. de causa posses.& proprie.& in c.requisisti. de testa. & ita procedat prima opi. Aut quęritur,vtrũ possit defendere tãquã quilibet defensor extraneus,præstita cautione de iudicato soluendo,possit aliũ defendere,vt in l.j.C.de procur. & tunc poterit. ita procedat secunda opi. Et ideo cautè aduertendũ est ad modum opponendi. Si enim diceretur,nõ potest defendere:quia non habet mandatum,non est congrua oppositio : quia nõ se-

a ¶Mandatum extenditur,& qui habet mandatum ad vendendũ, videtur habere ad solutionem pretij percipiẽdum, secũdùm communem opin. de qua per Ias.in l. cùm qui.§.qui sibi.ff.de verb.obli. licet Ro. aliter in singu.xxiij.

a ¶Quando constituitur ad agendū tantùm.& Bar.distinguit vt iste,hic in l.mutus . §. pœna.ff.de procur.vide omnino ꝑ Roma.& Alexā.Moder.in l.j.ff. si quis ius dicen.nō obtē.

b ¶Si clericus cōueniat laicum coram seculari, an habeat locū reconuentio. de ista q. vide latè per Phili.deci.in c. at si clerici. in xiij. col.ver.sed difficultas.s̄.de iudi. & dicit ibi Barba. ꝙ ea quæstio īdiget noua principis decisiōe.quanq; Deci. ibidem attestetur communem opin. esse affirmatiuam.

quitur,non habet mādatum:ergo nō potest repellere.sed si diceretur,non debet admitti,nisi promittat defendere, præstita cautione:tunc aptè accipitur. Aduerte tamē: quia contra prædictam opi.fortiter obstat quod not.Barto.in l.maritus.C. de procura. & Do.me.in c.consti.s̄.de procu.in glos.j. vbi volūt, ꝙ si vxor cōstituit maritum procuratorem in certis bonis, seu causis, videtur tacitè prohibuisse ne se impediat, etiam tanquā maritus.Ita & in terminis nostris,si quis cōstituit procuratorē a ad agendū dūtaxat[a], videtur tacitè prohibuisse ne se impediat: etiam tanquā quilibet extraneus.Sed posset dici, ꝙ secundùm opi.Petri & Martini silē.quos refert & sequitur Io.And.in d. c.constitutis.qui tenent cōtrariam sententiā,ꝙ prædicta opin. Bar.& Do.me.nō sit vera,secūdùm hanc opi.Non obst.cōtrarium.sed posita opi.Bart.pro vera,sum solitus saluare vtranq; opi.videlicet,ꝙ opi.Bar.procedat quando maritus vellet agere: quia videtur sibi denegata actio.opi.verò Petri & Marti.procedat,quādo maritus vellet defendere vxorē:quia facilius conceditur defensio,quàm actio,vt in l.nō solùm.ff.de procu. non solùm ergo qui agit nomine proprio.potest recōueniri ab illo: sed etiā si agit nomine alieno,potest similiter reconueniri, qđ intelligo,vt illius nomine, non autem suo proprio nomine possit recōueniri.facit quod statim sequitur.& voluit do. Ant. in c.cùm olim.de testib.Et idem dicendū est,si aliquis ageret pro vniuersitate.potest enim recōueniri pro ipsa vniuersitate:non tamen nomine aliquorū singulariū de vniuersitate, per l.item eorum.§.actor.ff.quod cuiusq; vniuer.no. iuncta l.in tantū.§. vniuersitatis.ff. de rerū diui. & l.sed si hac.§. qui manumittit. ff.de in ius voc.canonizata.xij.q.ij.Et prædicta procedunt, qñ quis agereret alieno nomine ex voluntate.secus si ex necessitate sibi incūbente:quia aliàs nō agens puniretur, exemplum in clerico, qui agit tanquā vnus de ecclesia pro rebus malè alienatis,vel pro ipsius libertate,cùm Prelatus & alij sint negligētes, secūdùm no.in c.si quis præsbyterorū.j.de reb.eccle.nō alie. & in c.cùm olim.de testi.& in c.ex parte.de concess.præben. facit l.j.& ij.ff.de libe.causa. Talis enim si recōueniatur,non cogitur respondere:etiā nomine ecclesiæ,scđm Vin.quē sequitur Spe. in tit.de recōuen.§. nunc dicamus. versic.sed pone.& sequitur hoc do.Ant.& Io.And.post Vin.in d.c.cùm olim.in glo.ij.Ne aliàs fortè retrahatur ab agendo pro ecclesia,à repetendis reb⁹ ecclesiæ malè alienatis.arg.l.ij.§.sed si agāt.ff.de iudi. Nā videt quodāmodo prosequi iniuriā illatā ecclesiæ:ideò videtur ꝙ nō teneatur respondere in causa recōuentionis.arg.d.§.sed si agāt. Sed do.Anto.in d.c.cùm olim.videtur hoc limitare,ꝙ nō possit reconueniri suo nomine:sed nomine ecclesiæ,tenet ꝙ possit reconueniri.arg.c.frequens.de resti.spol.lib.vj. Sed certè illud c.nō videtur loqui in hoc casu.& de ipsius intellectu dicēdum, vt ibi.& ideo dicit Io.de Imo.in d.c.cùm olim.tenendum esse primā opi.Quid autem si vnus ex reis credendi conuenit reū debendi,coram vno iudice: vtrum ipse reus possit recōuenire actorē coram alio iudice vide quod latius dixi in l.ex duobus. la ij.de duob.reis.in xiij.prin.arti. Item prædicta regula procedit,siue actor qui agit sit persona quæ ex priuilegio nullum habeat certū iudicem:siue etiam ex priuilegio haberet certum iudicem,coram quo posset agere. Vnde dicit singulariter Bal.in c.j.de controuer.fue.apud pa.termi.ꝙ si ex forma statuti ciuitatis pàuperibus sint deputati certi iudices,qui habeāt cognoscere de causis ipsorum pauperum agentium:ꝙ tales pauperes coram illis iudicibus agentes,coram ipsis poterunt reconueniri.arg.gloss.ibi positæ,quæ dicit ꝙ etiam coram paribus habet locū reconuentio:quia iniquum esset ꝙ nō seruaretur æqualitas.C.de fru.& lit.expen.in l.fin.& C.de proxi.sac.scri.l. in sacris.lib.xij.facit ratio.d.l.cùm Papinianus.in fi.C.de sen. & interlo.om.iud. Et ad id quod dixi de paribus, vide quod dixi s̄. in ij.q.princ.in fi.primi membri.& ideo arbitror,ꝙ si scholaris conueniret reum corā iudice suo, ꝙ possit coram illo reconueniri.nec haberet locum electio alterius iudicis sui ,ad quod vide quæ latius dixi s̄.in iij.q.prin.in primo membro.Item prædicta regula procedit,siue actor & reus sint ambo laici : siue actor sit clericus,& reus laicus,vel econtra,vnde laicus qui conuenit clericum corā iudice ecclesiastico,potest coram illo recōueniri. Et si clericus[b] conuenit laicū corā iudice seculari,potest b similiter clericus coram eodem reconueniri.& hoc tenet gloss. pe.hic in fi.Et idem tenet gl.in c.at si clerici.s̄.de iudi. per tex. nostrum.& per c.sequens.& tenet glo.in d.l.cùm Papinianus. dummodò reconueniatur in causa ciuili , vel de crimine ciuiliter.secus si criminaliter:quia in criminali non habet locum reconuentio,secūdùm glo.in d.c.at si clerici.de quo latè dicemus in vj.princip.arti. Sed tu aduerte:quia iste arti. est multum latè & tritè examinatus per doc.& varij varia senserunt, commiscētes qualitates causarum, cùm qualitate personæ. Ego verò pro clariori doctrina primò prosequor, vtrum ratione qualitatis personę,videlicet,quia clericus,obstet quò minus clericus possit conueniri coram iudice laico,in quo art.Doct.se diuiserunt in duas sententias.quidam enim voluerunt, ꝙ possit fieri recōuentio,vt voluit glo.pe.hic,& in d.c.at si clerici. & ij.q.j. multi.iij.q.viij.cuius in agendo.xj.q.j.in summa.& etiam glo.in d. l.cùm Papinianus.& hanc etiam opi.sequuntur Hosti.in c.ij.s̄. de foro compe.Hosti.& Io.And.in d.c.at si clerici. Hosti.Pe. de saxo.& Io.And.in c.qualiter.el ij.s̄.de iudi.& Host.in c.dispendia.de rescrip.lib.vj.& in sum.in tit.de excep.§. fi.ad fi. Et fuit cōmunis opi.Gof.Vin.& antiquorum,quàm etiam sequitur Io.Cal.in d.c.at si clerici.mouetur: quia iura simpliciter & indistinctè in causa reconuentionis iurisditionē prorogant: nec excipiunt clericos.& hanc opi.secundùm Ioā.Andr.approbat antiqua cōsuetudo : quæ minimè est mutanda,per l.minimè.ff. de leg.Item contraria opi.secūdùm Io.cal.& Io.And.super tyrannidem,ꝙ laicus posset reconueniri corā ecclesiastico:& clericus non posset reconueniri coram seculari. Item secundùm Cal.videmus ꝙ clericus nō potest expressè prorogare iurisditionem alterius iudicis sine consensu sui superioris.vt in c.significasti.de foro compe.& tamen voluntariè contrahendo in aliena diœcesi potest ibi conueniri, vt in c.dilecti.&.c.postulasti. s̄.de foro cōpe.ergo debet procedere reconuentio, quæ vtplurimum fit inuito actore:aliàs,secūdùm eum,sequeretur absurdum,videlicet ꝙ clericus bononiēsis cōueniens clericū mutinēsem coram ecclesiastico, non posset ibi reconueniri:quia nō habet cōsensum sui iudicis,quod sonat in absurdū.ar.text.nostri. & c.sequentis.& iij.q.viij.cuius in agendo. & hanc opi.sequitur Bar.in d.auē.& cōsequenter per illum text.qui vult,ꝙ licet deficiat iurisditio ex priuilegio personæ,illa auē.supplet, & ꝓrogando iurisditionē vult reconuentionem habere locum,non obstante priuilegio personæ recōuen̄. Nec obst.ꝙ clericus non potest prorogare iurisditionem laici,maximè sine consensu sui iudicis:quia illud procedit in prorogatione quæ fit per hominem:secus quando fit per legem,vt in terminis nostris. sicut vidēmus,ꝙ iurisditio delegata, etiam in casu in quo per hominē est improrogabilis,prorogatur per l.in causa recōuentionis , vt hic.& in c.seq.& in d.authen.& consequenter.nec etiam obst. secundū Bart.ꝙ priuilegium clerici sit totius ordinis clericalis: quia eodē modo est fauor publicæ vtilitatis,nec legati missi ad curiam conueniantur ibi,vt l.Paulus.in fi.ff. de lega. & per totum.dixi in c.fi.s̄.de foro compe. & tamen in causa reconuentionis prorogatur iurisditio contra eos,vt in l.ij.§.sed si agant. ff.de iudi.dixi in d.c.fi.Et hanc opi.etiam sequitur Ange. in d. auē.& consequenter.si modo clericus agat bona fide cōtra laicum coram seculari. Secus si laicus intulit clericum agendū coram laico ad hoc,vt posset eum ibi reconuenire,fortè inferēdo iniuriam clerico:vel in eū furtum faciēdo,vel quid simile:quia tunc non haberet locum reconuentio:quia non lex, sed homo prorogaret iurisditionem.& ipse non potest præiudicare ordini clericali,vt in c.si diligenti.s̄.de foro compe. Eandem etiam opi.tenet Bal.in d.auē.& consequenter.dicens,ꝙ æquitas naturalis hoc suadet,tenent etiā Bal.& Saly.in auē.habita.C.ne fili⁹ pro patre.sed nihil allegant.& Bal. in c.j.de contro.feud.apud pa.termi.per gloss.ibi positam.vbi dicit,ꝙ hæc quæstio de iure ciuili non est dubia,per tex.in auē.de sanc.epis.§. reuerendissimi.Et hoc si agatur de testamēto,contractu,vel dominio alicuius rei.Secus si pro iniuria vel furto Cle. facta,vt s̄.dixi.Pet. de Ancha.in repe.c.ea quæ.de regu.iur.lib.vj.q. xiiij. etiam tenet hanc opi.mouetur:quia forus reconuentionis creatur a prorogatione iuris nō hominis:quod patet:quia datur inuito & redditur in inuitū,vt d.auē.& consequenter . & in c. dispendia.§. reus.de rescript.lib.vj. Secus in prorogatione hominis,in qua vtriusq; consensus exigitur,vt d.c.significasti. & sic æquiparatio de prorogatione hominis expressa, ad reconuentionē non est bona. Non obst. ꝙ reconuentio quodammodò causatur à consensu clerici,ex eo ꝙ traxit laicum coram suo iudice : quod facere videtur ex necessitate , vt consequeretur debitum suum coram iudice laico:quod consequi nō poterat coram ecclesiastico,vt in c.si clericus.& in c.cū sit.s̄.de foro compe. Vnde nihil videtur imputandum clerico , qui noluit ius suum indiscussum relinquere,vt l.illud.ff.de peti.hæredi.& in c.ij.de homi.libro vj.Nec obstant iura quæ prohibent clerico , ꝙ se submittat iudici non suo , vt in d.c.si diligenti. quia illud procedit quando submitteret se principaliter vt reum.secus si non principaliter: sed contingenter, vt per viam contractus & delicti:quibus casibus ius dat iudices, vt s̄.dixi . & similiter in recōuentione ius dat sibi iudicem:licet trahat originem à facto ipsius clerici adeuntis iudicem laicum contra suum debitorem , vt sic locū habeat quod dicitur, multa possunt fieri incidenter & in consequentiam,

quentiam, quę nō principaliter[a], vt l.j.ff.de aut.tu.& iiij.q.iij.§.ij. respōsō.& in l.is qui duos.ff.de lib.le. Nec hoc casu procedit arg.de expresso consensu ad tacitū: videlicet, vt ꝙ nō licet clerico expresse, non liceat tacitè: quia ex hoc sequeretur absurdum, ꝙ conuentus coram iudice ecclesiastico non suo, nō possit coram illo actorem clericum reconuenire: cùm non possit expresse consentire in eum, contra mentē tex. nostri & sequentis, vt s. dixi, secūdùm Ioā.cal.& totius materiæ recōuentionis. Vnde concludit do. Pet. ꝙ iura quæ generaliter in causa reconuentionis faciūt iudicē, qui aliàs nō est iudex: generaliter sunt intelligenda. vt l.de pretio.ff.de publi.cùm simili. Et subdit, ꝙ ista opin. est fundata super æquitate quæ mouit omnes iuris latores: & quia euitantur litiū dispendia, & cōmodius corā vno, quàm diuersis iudicibus causæ terminantur, vt d.c.dispendia. Contrariam sententiā & opi. tenent Iac.bu.& Pet.de bellaperti.Cy.& Mar.sil.in d.aut.& cōsequenter. & Archi.in c.vnico, de cle.cōiug.lib.vj.& Io.de li.& Car.in d.c.at si clerici.s.de iudi. Mouetur principaliter: quia regula tractatur negatiuè: quia clericus nō possit trahi corā iudice seculari. xj.q.j.c.j.& ij. cùm multis similibus, & nō solùm iura vniuersaliter prohibent clericum conueniri coram seculari, sed etiā apponunt pœnā, vt in c.qualiter.s.de iud.& in c.si diligenti.s.de fo.cōpe. & in authē. statuimus.C.de episc.& cle. Item quia certi casus à iure exprimuntur, in quibus clericus dānatur à seculari, vt no.s.de iud.cū nō ab homine. Inter quos nō reperitur cōnumeratus casus reconuentionis. ergo remanet iste casus sub regula. Et inducunt Martinus & Iac.but. vnum fortè motiuū: dicentes, ꝙ reconuentio prorogat accumulando: non mutando iurisditionē, ad diuersam speciē: quia tūc nō esset prorogare, sed creare de nouo. Et hoc nō facit reconuentio, plus enim est creare de seculari ad ecclesiasticū, quàm de seculari ad seculare iudicium: quia in ha-
b bentibus symbolum facilior est transitus[b]. Non autē in habētibus dissimilitudinē. Item scdm Pet. de Bellaperti. prorogatio surgit à principio voluntario facultatis prorogandæ: quia iura dicunt ꝙ nō debet actor dedignari illū contra se iudicem habere, quem pro se elegit, vt d.l.cùm papinianus. in d.c.cuius in agendo. dedignari autem vel non dedignari, & velle quid agere, propriè cadunt super eo, seu ad eum pertinent, qui pōt hoc agere vel non agere: vnde vbi deficit potestas prorogādi in reconuento, nō potest habere locū prorogatio. Et ideò ibi nulla surgit, seu notatur dedignatio. Et idem etiā tenet Pau.de leaza. ij.q.j.multi.& Io.de lig.in d.c.at si clerici. Pręterea ex legis dispositione nō debet induci illa prorogatio: quia illa non habet potestatem in clericos, vt s.de consti.c.ecclesia sanctæ Mariæ. xcvj.dis.c.bene quidem.& c.cùm ad verum.& c.si Imperator. & sic per hoc patet responsum ad dictā aut.& cōsequenter. & ad §. reuerendissimi. Nec etiā hæc potestas insurgit à canone: quia hoc nullibi reperitur expressum. imò regula, reperit vniuersaliter negatiua, vt s. dixi. Item scdm do. Ant. qui tenet hāc opi. fundamentū prorogationis insurgentis ex recōuentione, licet nō surgat à volūtate: quia vt plurimū fit actore inuito: surgit tamen à potentia volendi, & velle debendi, vt sic nō dedignetur eū habere contra se &c. quæ ratio cessat in valent.velle. Prætereа causa clerici, attenta ipsius persona, & regula superius dicta, videtur esse quodāmodo spiritualis. Item hæc regula, ꝙ
c quis possit reconueniri, tractatur in genere. ergo nō debet referri ad speciē specialiter prouisam, vt l.sanctio.ff.de pœn.& in regula, generi.de reg.iur.lib.vj. Sed specialiter cauetur in clericis, ne iudicētur à laicis: ergo &c. ad B. Et ad hoc accedat optimus tex.in c.j.j.de iura.cal. vbi constitutio loquens de clericis specialiter, licet generaliter respectu certi act⁹, derogat cōsti.generaliter disponenti, per quē tex. vt ibi Do.me. quò ad materiā nostram, ꝙ iura specialiter prouideant, vt clerici non iudicentur à laicis: licet generaliter loquātur, derogant iuribus quæ generaliter permittunt reconuen.eo casu, quo & cōueniretur coram iudice laico. Ad quod vide quæ latius dixi in d.c.j. in ix. no. hanc opi. ꝙ non habeat locum reconuentio, tenet G. Pe.in c.relatus.de iure pa.Ma. Nō obst. quod s. dixi, scdm Cal. ꝙ delinquendo & cōtrahendo clericus subijcitur iurisditioni nō sui iudicis, absꝙ sui licentia: ergo & per actum recōuentionis. Nā vt dicit Io.de lig.in d.c.at si clerici.& sequuntur tenentes hanc opi. talis clericus delinquendo & contrahendo subijcitur iurisditioni ecclesiasticæ: licet ille non sit suus iudex: & sic dūtaxat sui iudicis nō vniuersalis iurisditio ecclesiastica offenditur: sed ꝙ reconueniri posset coram seculari, offenderetur vniuersalis iurisditio clericorum. Nec obst. c. verùm.s.de foro compet. secundùm cōmunem lec. ꝙ loquitur de clerico: quia cùm ille casus sit exorbitans, non debet trahi ad consequentiā, vt in regula, odia.de regu.iur.lib.vj.& l.quod verò.ff.de leg. loquit enim in feudo. vnde dñs feudi ratiōe directi dominij quod obtinet, potius dicitur iudicare in re sua, quàm re clerici. ar.c.j.j. de feu. vbi ratione istius directi dnij, inducitur casus specialissimus cō- a
tra omnes regulas iuris canonici: videlicet, quando dns feudi habens feudum pignoratū à vasallo, nō tenetur cōputare fructus in sortem, si abstinet à seruitio debito per vasallū: quia videtur quodāmodò suam rem possidere. & sic Do. me. respondit ad illum tex. qui prima fronte videtur multū vigere in contrarium: & sic Do.me. sequitur hanc vltimā opi. mouetur etiā: quia clerici reperiuntur exempti à iurisditione laicorū, nedum per leges imperiales, vt in aut. vt cleri. apud propri. Episcopos. cùm si. sed etiam per canones additos à summis pontificibus: & quod plus est, à Deo, vt no. Inn. in c.ij.s.de maio. & obe. no. gloss. xcvj. dist. si imperator. vnde cùm dicta iura tam diuina, quàm humana generaliter & indistinctè loquātur, videtur absurdum ꝙ non debeant sibi vendicare locū, etiā in causa reconuentionis: & ꝙ per ipsam causam recōuentionis tantū alia priuilegia debeāt recipere læsionē: maximè cùm à legibus & canonibus dispositū sit, ꝙ ea quę spāliꝫ no. sunt digna, nisi spāliter exprimant, videantur neglecta, & nō cōprehensa sub dispositione generali: quamuis ex proprio generali significato verborū, viderentur cōprehendi, vt dicit tex.in c.quāuis. de præben.li. vj.& ff.de adul. aliâs, de iniur.l.item apud labeonem.§. hoc edictum. Ad quod etiā facit vrgentissima præsumptio: quia post leges traditas in materia recōuentionis, nunquā emanauit aliquod ius, quod hūc casum specificè attingeret. Item mouetur: quia clericus nō iudicatur à laicis: quia reputatur maior. vnde notabiliter dicit tex. xcvj. dist.c.deniꝙ. quo, hi qui humanis rebus præsunt, & non diuinis: pręesse permissum est, ne de his ꝑ quos diuina ministrantur, iudicare præsumant penitus ignoramus. quæ quidem ratio optimè militat in recōuentionis causa. & sic prorsus cessat ratio posita in d.l.cū Papinianus. cùm ipse clericus non debeat velle iudicari à laico contra reuerentiā diuinorum quę administrat: nec est verisimile ꝙ Papa in causa recōuentionis contra prædictā rationē vrgentissimam voluerit iura prædicta relaxare: & cōuentionis materiam hoc casu ad clericos extendere, & subdit ꝙ hanc rationē considerauit, dū esset scholaris: quæ semper sibi placuit. Non obst. si dicatur, ꝙ etiam b
maior se subijciendo minori, potest ab illo iudicari, vt in l. est receptū.ff.de iur.om.iud.& ij.q.vij.c.nos si incompetēter. quia dicit Do.me. ꝙ illa l. est receptum. procedit in eo qui subijciendo se alteri, nō derogat honori & priuilegio sui superioris. Sed clericus non pōt hanc submissionē facere contra honorē ipsius Dei & eius sacramenta, quæ administrat. arg. optimum in c.cū tempore. in fi.de arbi.& pro hoc facit quod sing. dicit Io. And. in c.ecclesia.s.de consti. vbi vult, ꝙ Papa non potest se subijcere iurisditioni laicorū: quia redundaret in dedecus ipsius Christi, & ad c.nos si incompetenter. respondet, ꝙ illud procedit ex magna humilitate, quod dicit notandū: quia illud c. satis ruditer solet allegari, ad vnum tamen dicit attendendū: quia Ioan. And.in d.c.at si clerici. fundat se super consuetudine. sed domi. Ant.& Io.de lig. dicūt consuetudinē nō posse hic operari: nisi daretur expressus vel tacitus consensus Papæ, vel tolerantia ex certa scientia: quia aliàs potius foret corruptela. Sed Do. me. tenet opi. Io. An. mouetur: quia negari nō potest, ꝙ casus iste ex tantorū doct. varietate non reddatur dubitabilis. ar. eorū quæ no. glo. in c.j. de postu. præla. li.vj.& in l.j.ff.de iur. & fac. igno. ergo talis consuetudo est attendēda, quæ est optima legum interpræs, vt in c.cùm dilectus.s. de consue. & in l.minimè.ff.de c
leg.& sic residet Do. me. & secundùm prædictā opi. superfluè redduntur quæstiones de causa spirituali, criminali, vel famosa, de quibus statim dicam: quia si in causa merè ciuili non potest clericus reconueniri corā laico: longè minus debet posse in cau-
d sis prædictis[d]. Mihi videtur ꝙ vtraque opinio sit satis defen- d
sabilis de iure: tamen videtur verior vltima opinio. sed prima est magis æqua: ad cuius tamen corrobora. possent adduci plura, de quibus dixi in c.j. de foro compe. in fallentijs. & maximè fallentia. vj. xxj. xxij. xxviij. & xlij. ¶ Retenta tamē prima opi. pro conclusione, ꝙ clericus possit coram laico reconueniri, talis conclusio recipit plures limita.

28 ¶ † Primò enim limitatur, nisi laicus malitiosè procuraret inducere clericū per iniuriam in eū illatam, vel furtum contra eum commissum, vt eum cōueniret coram suo iudice: quia propter hanc fraudem, ne fraus sibi patrocinaretur, nō haberet locū reconuentio, hoc tenet Spe. in tit. de reconuen.§.j. ver. quid si laicus. & probatur in l.ij. sed si agant.ff.de iudic. vbi etiā hoc tenet Bal. Ad idem facit c.fi.s.de alie.iudi.mu.& c.relatum.§. ad hoc j.de iure pat.& hanc opi. tenent Ang.& Bal.in d.aut. & cōsequenter, secundùm quod s. tetigi. & in hoc cōcordant omnes. & vide quod tetigi s. in iiij. princ. arti. q.iij. versi.ij. limitatur. & aliquid dicam in vj. prin. arti.

a ¶ Et id solùm videtur attēdi, quod fit principaliter, vt l. si quis nec causam ff.si cer.peta.

b ¶ L. si vnus.§. pactus ne peteret. in fi.ff.de pact.& l.in rem.§. quecūꝙ.ff. de rei ven.

c ¶ L. doli clausula vbi mod.ff.de ver. obliga.

d ¶ Et pro opi. Abb. ꝙ non posset recōueniri clericus, facit: quia quando duæ regulæ cōcurrunt, vna negatiua, alia affirmatiua, debet attendi negatiua, Bar. in l.iij. §.liberti. per illum tex.ff.de suspe.tut. Bald.in l.Rufinus. C.de mili.testa. eo ar. vtitur Deci⁹ cōtra cōmunem opi. in d.c.at si clerici. col.xv. ver.vj. a-r-ꝗs s.de iud. dic vt ibiā

29 ¶†Secundò limitatur, ꝙ cõclusio prędicta procedit, si causa nõ
a sit speritualis[a] secus si sit spiritualis: quia de ea laycus cognosce-
re nõ potest, cùm sit ipsius incapax.c.j.ij.& iij.de iu.etiã incidẽ
ter, vt in c.tuam.j.de or.cog.& in c.causam.& c.lator.j.qui fil.
sint legi.tenet Io.iij.q.viij.c.cuius in agendo.& Spe.in tit.de re
conuen.§.ij.ver.& no.quòd in tribus.Et in hoc etiã cõcordant
omnes Doct.d.Ant.& Do.m.in d.c.at si clerici.s̃.de iu.

a ¶At quia causa sa- tis dicitur specialis quãdo clericus debet condẽnari quę videtur specialis dicit Dec.in d.c.at si clerici.xiij. colum. de iudi.

30 ¶†Tertiò limitatur, si causa sit ciuilis: secus si sit criminalis, se-
cundùm gl.in d.c.at si clerici.quia in crimine nõ admittitur re-
conuentio, vt in l.neganda.C.qui accu.non pos.Canonizata iij.
q.xj.de quo dicã in vj.prin.ar.Et hoc procedit, secundũ Hosti.
hic, si ageretur ad degradationẽ clerici: quia iudex laicus illam
examinare nõ potest: imò nec electus & cõsummatꝰ in Episco
pum: si nondũ est cõsecutus, per c.transmissam.s̃.de elec.Et idẽ
tenet Hosti.in c.dispendia.de rescript.lib.vj.Et idem etiã dicit
Host.si criminaliter ageretur ad pœnã corporalem: vel crimen
esset canonicum: quia laici talia examinare vel iudicare nõ pos
sunt, vt in auť.de man.princ.§.si verò.col.iij.& in auť.vt clerici
apud ꝓprios Episcopos.§.si verò ecclesiasticũ.Sed si pœna es-
set ciuilis & pecuniaria, locus est recõuẽtio in & diffinitiõi fiẽ
dæ per iudicẽ reconuẽtionis, siue tale crimen infligat pœnã ca-
nonicam, siue pecuniariã. Et idem sentit Spec.in tit.de recon-
uen.§.ij.ver.sed pone clericus. & facta diffinitione ad requisi-
tionẽ ipsius iudicis laici, si opus erit episcopus exequetur sentẽ
tiam.arg.c.postulasti.s̃.de foro cõpe. & l.à diuo pio.§.j.ff.de re
iud.& xcvj.dist.c.cùm ad verũ.scd̃m Host.Sed Io.And.hic, &
in c.at si clerici, & cõmuniter cano.cõcludũt contrarium, faciẽ-
tes regulam, ꝙ super crimine clerici nõ habet locũ reconuẽtio
corã iudice seculari, siue veniat imponenda pœna pecuniaria, si
ue infamiæ, siue de crimine agatur criminaliter, siue ciuiliter: qa
iura respectu criminis vidẽtur prohibere, vt clerici à laicis nul-
lo modo debent iudicari, vt in c.vnico.de cle.coniug.li.vj.Vbi
idẽ tenet Archi.& sequitur Spec.in d.versi.& not. ꝙ in tribus.
quinimò plus dicit Io.And.in d.c.at si clerici. ꝙ etiã per mo-
dum exceptionis non põt laicus cognoscere de crimine cleri-
ci: puta, vt repellať à testimonio, de quo remittit ad no.in c.ve-
rùm.s̃.de fo.compe.Et idem in effectu vult do.Ant.in d.c.at si
clerici.& placet etiã Do.m.ibi; quia habito respectu ad personã
clerici, põt dici causa spiritualis: ita ꝙ non solùm deficit iurisdi
tio respectu personæ: sed etiã causæ, & sic nõ esset extendere iu
risditionẽ de persona ad personam sed transferre iurisditionem
ad aliam speciem, & qualitatem causarum: quod non facit re-
conuentio, scd̃m Do.m.per ea quæ habentur hic, & d. auť. &
b cõsequneter.de quo vltimo generalius dicam in vj.prin.arti.[b]

b ¶Adde moder.in c.at si clerici.de iudi.in glo.j.in prin.

31 ¶†Quartò limitatur, vt possit fieri reconuentio de causa merè
ciuili.s.respectu cognitionis & sententiæ: sed non propterea ꝙ
possit distinguere personaliter clericum. vnde stante statuto ꝙ
pro tali debito posset quis carcerari, non posset clericus pro ta-
li debito attestari, seu distingui à iudice laico: etiam in causa re-
conuentionis.& si esset clericus coniugatus, non tamen biga-
mus, & incederet in habitu & tonsura, secũdùm Lapum alleg.
cviij.& vide quod dixi in c.j.s̃.de foro compe.fallẽ.xxij. Et ex
prædictis infertur, ꝙ si legatus ageret tempore legationis, pos-
set ibi reconueniri: licet aliàs ibi non potuisset cõueniri, nisi ꝙ
iniuria sibi illata, aut furto contra eum cõmisso, vel simili cau-
sa: facit quod s̃.sæpius dixi.& est tex.in d.l.ij.§.sed si agãt.ff.de
iudic.Prædicta tamen regula, ꝙ actor potest reconueniri à reo,
recipit plures fallentias.

c ¶De hoc vide etiã Soci.in consil.xlj. col.v.ver.non obstat tertium.in primo lib.

32 ¶†Primò igitur fallit respectu qualitatis & inhabilitatis iudi-
cis, secũdùm ea quæ latius dicta fuerunt in iij.prin.arti.Ista ta-
men fallentia & duæ sequentes, non adaptãtur propriè ad arti,
nostrum, in quo tractatur de habilitate actoris & rei.

33 ¶†Secundò fal.respectu qualitatis causæ propter quam simili-
ter quandoꝗ non habet locum reconuentio, secundùm ea quæ
latius dicam.in vj.prin.arti.in fallentijs.

34 ¶†Tertiò fallit ratione inhabilitatis temporis requisiti ad recõ
uentionem, secundùm quod latius dicam in vij.prin.arti.

35 ¶†Quartò fallit, si reus sit excommunicatus excõmunicatio.
maiori: quia licet possit conueniri, vt dixi in c.intelleximus.s̃.
de iudic.tamen non potest reconuenire, vt in c.cùm inter.j.de
excep.& hoc communiter tenent Doc, quod ego intelligo, op
posita exce.excõmunicationis. aliàs valeret processus. Ad qd̃
vide quod latius dixi in c.sacris.j.de sen.excom.in xix.princi.
arti.in v.q.prin.in secundo membro.q.xvj.

36 ¶†Quintò fallit in clerico, qui non potest reconueniri coram
laico, secundùm secundam opi.quàm s̃.posui.

37 ¶†Sextò fallit, si aliquis ageret nomine ecclesiæ. tanꝗ clericus
de ecclesia, ex necessitate, secũdùm ea quæ dixi s̃.eo.arti.ver. &
prædicta procedunt, quando quis ageret.

38 ¶†Septimò fallit, si actor ageret vno nomine, & reconueniret
alio nomine, vt dixi s̃.e.art.ver.non solùm ergo qui agit ad B.
Aduerte tamen: quia cõuentus procuratorio nomine alterius,
non potest etiam alterius, & nõ potest etiam illius nomine re-
conuenire actorem coram eodem iudice: si talis iudex non es-
set iudex actoris, secũdùm Albericum, quem sequitur in d.auť.
& consequenter.quia prorogaret iurisditionẽ, quàm simplex
procurator prorogare non potest, scd̃m Inno.s̃.de offi.delega.
c.cùm olim Abbas.Sed tu de hoc dic vt latius dixi in c. signifi
casti.s̃.de fo.compe.in iij.prin.arti.q.ix.Secus si procurator ha
beret potentiã prorogãdi, vt videmus in instrumentis procura
tionum, quibus datur potestas eligendi & recusandi iudices, se
cundũ Ang.Et prędicta adde ad ea quæ dixi in d.ver.nõ solũ.

39 ¶†Octauò fallit in reo post cõfessum debitum, aut contra quẽ
debitum sit liquidatum, non potest reconuenire actorem corã
eodem iudice. Ad quod vide quæ latius dicam j.in vj. prin.art.

40 ¶†Nonò fallit, si per reum opposita esset qualitas excludens
actorem à conuentione.puta, si contra actorem reus excipit de
excõmunicatione maiori, secundùm ea quæ dixi s̃.in iiij. prin.
arti.q.ij.ver, & aduerte: quia quod dixi. vnde si reus prætextu
excommunicationis maioris repulit actorem ab agendo coram
delegato, non potest coram eodem reconuenire actorem. Ita
concludit Bar.bri.in q.dominicali, quæ incipit, actor conuenie
bat.quia vt dixi in rub.in j.arti.& sæpius fuit repræsentatum,
reconuentio non habeat locũ, nisi conuentio præcedat. Et idẽ
voluit Tancredus hic, & idem sequitur Henricus bohic. facit
quod dixi in d. versi.& aduerte.Arbitror tamen ꝙ hoc proce-
dat, quãdo reus conuentus à princ.excluderet actorem vigore
excõmunicationis ante, quàm ipsum recõueniret. Secus si idẽ
incœpisset eum reconuenire: maximè si exceptio excõmunica
tionis contra actorẽ superueniret post lit.contest.de quo nunc
per reũ opponitur, scd̃m ea quæ tradũtur in c.pia.de excep.li.
vj.Et vide quæ latius dixi in c.sacris.j.de sentẽ.excom. in xix.
prin.arti.in secundo membro.v.q.prin.ver.j. quæro. & versic.
xxij.quæro.& sequenti.Et hoc procedit indubitanter tenẽdo,
ꝙ priuilegium reconuentionis sit separabile à conuentione. de
quo latius dicam in c.seq.in x.prin.arti. Et hoc adde ad ea quæ
dixi in d.ver.& aduerte.

41 ¶Decimò fallit in casu de quo s̃.in iiij.prin.arti.in iij.q.princi.
versi.iiij.declaratio, secũdùm vnam opi.Ex ex illa declaratione
& sequentibus, posses sumere alias fallen.Sed quæro nunc cir-
c ca prædicta, quid si fiat reconuentio coram eodem[c] iudice.corã
quo non potest fieri ratione qualitatis personæ: reus tamen seu
actor reconuentus nõ opponit.Sol.Docto.non tangunt.Ego
arbitror dicendum, ꝙ aut est talis iudex, cuius iurisditio ab isto
actore respectu reconuentionis potest prorogari, & valeat pro-
cessus: aut non, & tunc aut non teneat.argu.eorum quæ dixi s̃.
maximè in q.de clerico agente coram laico reconuento coram
eodem.Et ex his habes expeditum primum membrum huius
quinti articuli, inter quos locum habeat reconuentio.

42 ¶†Superest ergo nunc vt examinemus secundum prin. mem-
brum ipsius v.arti.& quæramus, quoties inter eosdẽ possit rei-
terari reconuentio. & an pluries fieri possit. Pone exemplum,
actor conueniens reũ recõuenitur ab eo. Quæritur, vtrum ipse
actor possit iterũ reum reconuenire.Sol.glo.in c.seq. ver.item
retenta, ponit quæstionẽ in delegato qui impetrauit literas su-
per vna re, ad quam conuenit reũ: & reconuentus à reo, vult
iterum ipsum reũ reconuenire coram delegato pro alia re, non
expressa in literis. Et gl.illa soluit ꝙ credit, ꝙ nõ possit fieri re-
conuentio: nisi quantum ad illum qui primò conuenitur. Sed
glo.in auť.cõsequenter.C.de sen.& interlo.om.iudi.magis sim
pliciter format quæstionẽ, & concludit idẽ: quia aliud est con-
uenire, & aliud reconuenire. sicut aliud est deferre iuramentũ,
& aliud referre.Et Bar.ibi dicit, ꝙ idẽ tenent omnes canonistę
& iuristæ.Et idem Cy.loquitur in delegato.Bal.etiam ibi tenet
idem. Mouetur, quia reconuentio est similis cõpositioni, vt l.
neꝗ.C.de compen.& dixi s̃.in Rub.art.j.Vnde sicut nõ habet
locum compensatio compensationis.Ita nec reconuentio recõ-
uentionis. Item quia est similis retorcutioni, & retorcutio re-
torcutionis non habet locum: ne beneficium.l.sit damnosum:
vt l.fina.ff.quod quisꝗ iur.Et ideo hoc idem tenet Guli.de cu.
& iste rationes concludunt etiam prædictam conclusionẽ pro-
cedere in ordinario.Et eandem opi.tenet Host.in c.seq.& assi-
gnat rationẽ, vt euitetur infinitas, vt in c.ij.de rescrip.lib.vj. Et
quia in potestate actoris à principio fuit impetrare literas su-
per pluribus causis & rebus, vt in c.iij.de rescript.lib.vj.Vnde
imputet sibi qui solùm super vna re impetrauit rescriptum. Et
idem tenet Host.in sum.eo.tit.§.qualiter. Et sequitur Spec.in
tit.de reconuẽ.§.j.ver.itẽ pone.per l.iusiurandũ & ad pecunias.
§.sed nec.ff.de iureiur.facit etiã quod no.Spec.in tit.de recon-
uen.§.ij.& in §.j.versic.pen. vbi dicit, ꝙ si tu conuenis me co-
ram

ram vno iudice, & ego te cõuenio coram alio, ꝙ poteris me reconuenire coram illo: quia corã illo tu est conuentus, & idem dici potest corã delegato, quem impetrasti contra me, secũdùm do. Ant. licet aliqualiter de hoc dubitauerit. Sed dicit Do. me. ꝙ nõ videt dubitationis causam. Subdit tamẽ ꝙ hodie nõ licet impetrare literas ad alium iudicem, vt per d.c. dispendia. §. reus quoq;. de rescrip. lib. vj. Ego clarius & latius arbitror distinguẽdum, ꝙ aut loquimur in ordinario ipsius rei cõuenti, corã quo actor egit: & non est dubium ꝙ actor recõuentus à reo, potest iterũ ipsum reũ ad quantũcunq; aliam rẽ reconuenire. hoc tamen non videtur esse virtute reconuentionis: sed virtute potẽtiæ recõueniendæ. Ex quo ille est iudex ipsius rei. vnde est potius conuentio, quàm recõuentio. Aut actor traxit reum corã proprio iudice ipsius actoris, & reus prorogata iudicis iurisditioñ. expressè vel tacitè reconuenit actorẽ: & actor vult de nouo illum recõuenire: & in hoc arbitror aduertendũ: quia si reus reconuenit actorem, actor nõ posset de nouo reconuenire reũ, quò minus posset declinare ipsum iudicem: quia licet ipsius iurisditionem prorogauerat quò ad primam reconuentionẽ: nõ tamen tenetur habere illũ in iudicẽ quò ad istam nouam conuentionẽ: quia ex separatis nõ fit illatio, vt in c. quod ad translationem. s̃. de offi. lega. facit etiã quod dixi in c. significasti. s̃. de fo. compe. in vij. prin. ar. q. xij. Sed si reus actorẽ conueniret, cõuentus ab actore coram iudice actoris, vt dixi. dico ꝙ actor posset recõuenire reum: quia non video ꝙ aliquid obstet. ex quo reus agendo fecit illum iudicem, per tex. iij. q. viij. c. cuius in agendo. facit quod statim dicam. Aut actor egit corã iudice extraneo: qui nec ipsius actoris, nec rei iudex erat: & hoc casu, licet reus potuerit ipsum reconuenire, non tamen arbitror ꝙ actor possit de nouo illũ reconuenire, per rationẽ statim assignatam: quia licet reus prorogauerit iurisditionem in prima conuentione intẽtata per actorẽ: tamen nõ tenetur prorogare quò ad hanc causam, & quia priuilegium cõcessum reo circa potentiam recõueniendi actorẽ coram eodẽ iudice, non debet in eius odiũ retorqueri, possent adduci rationes de quibus s̃. per Doc. Aut loquimur corã iudice delegato: & dico ꝙ aut actor reconuentus à reo simpliciter vult recõuenire reum super alia re, contenta tamen in rescripto, & potest: non tamẽ virtute reconuẽ. sed conuen. Aut vult recõuenire reum super alia re nõ contẽta in rescripto: tunc aut reus simpliciter eum recõuenit vigore cõuentionis de eo factæ ab actore, absq; eo ꝙ reus alias literas impetret: & non potest, per rationes. s̃. per Doc. assignatas aut reꝰ non reconuenit eum simpliciter vigore cõuentionis factæ per actorẽ: sed per literas ab ipso reo impetratas: & hoc casu. aut literæ sunt impetratæ ad eundẽ iudicẽ: aut ad alium iudicem. Primo casu, aut reus impetrauit literas cõuentionis vel reconuentionis, eò ꝙ volebat reconuenire actorẽ super re, de qua delegatus ille nõ poterat cognoscere, sine speciali mandato Pape, vt dixi in iij. prin. ar. in iij. q. prin. ver. j. limitatur. Et subdistingue, ꝙ aut reus impetrauit literas cõuentionis, aut reconuẽtionis, secundùm quod tractatur in c. dispẽdia. §. reus quoq;. de rescrip. lib. vj. Primo casu, indubitãter habet locũ recõuentio: non virtute primarũ literarum impetratarũ ab actore: sed virtute secũdarum impetratarũ à reo, & nouæ cõuentionis factæ per ipsum reũ de actore. Aut reus impetrat literas recõuentionis secũdũ formã d. §. reus & quamuis videatur maius dubiũ propter aliquas rationes. s̃. deductas per Doc. tamen arbitror. Item quia cùm huiusmodi reconuẽtio cõcedatur vigore nouarum literarum, nec fundetur aliquo modo super antiquis literis: vt potiꝰ dicatur quodãmodo quædã cõuentio, quàm reconuẽtio: maximè propter impotentiã, quàm iudex habet vigore primarum literarũ cognoscendi de hac causa reconuẽtionis: decisio tamẽ non procedit sine dubitatione: ex quo iste non impetrauit literas conuẽtio. sed reconuẽtionis. Si verò reus impetrauit literas ad alium iudicem, decisio dependet ab alia q. videlicet, an talis impetratio sit ipso iure nulla: quia si esset nulla, secũdùm dispositionem d. §. reus, non est dubiũ ꝙ ex quo propter defectũ iurisditiõis nõ valeret conuẽtio, similiter propter eandẽ rationẽ, non valeret reconuẽtio. Aut ipsæ literæ ad alium iudicẽ impetratum valuerũt. quod põt contingere in certis casibus, de quibus dixi in d. iiij. prin. arti. q. iij. per totũ. & tũc haberet locũ reconuẽtio potius virtute nouæ conuẽtionis factę per reũ, quàm primæ conuẽtionis factæ per actorẽ. Et quia istius reconuẽtionis factæ per ipsum actorẽ conuẽtum à reo, nõ potest esse consideratio respectu actionis primò intẽtatæ, ab actore: quia coram diuersis iudicibus non datur propriè reconuẽtio. & ideo si iste actor reconueniretur à reo, nõ coram eodem delegato, sed corã ordinario: & actor vellet ipsum reũ recõuenire, posset: nõ virtute primæ conuẽtionis, sed secũdæ reconuẽtionis factæ per reũ: quæ habetur pro conuentione, ex quo fit corã alio iudice.

Ad qđ tñ vidẽ qđ latius dixi s̃. in iiij. prin. ar. ver. secũdò limitatur. Et ex his habes expeditum quintum prin. articulum.

¶ Sextò prin. arti. videndum est in quibus causis seu rebus habeant locum, aut cessent mutuæ petitiones. Et quid iuris si de qualitate causæ propter quam non haberet locum reconuentio, non opponatur, an teneat processus.

¶ Regula.

43 ¶ In omnibus iudicijs regulariter habet locum reconuentio.

¶ Prima declaratio, prædicta regula procedit, siue idem sit iudicium conuentionis & reconuentionis, siue diuersum.

¶ Secunda, etiam de quantitate ad quantitatem.

¶ Tertia, etiã si agatur de quãtitate, & recõuentio fiat ad factũ.

¶ Quarta, etiam super pluribus rebus potest fieri recõuentio.

¶ Quinta siue reali siue personali agatur, locus est reconuentio.

¶ Sexta, siue vtraq; profana, siue vna profana, alia spiritualis.

¶ Septima, etiam si actum sit de causa pecuniaria & recõuentio fiat de causa status.

¶ Octaua, etiã si fiat recõ. de quærela inofficiosi testamenti.

¶ Nona, siue causa sit ordinaria, siue summaria

¶ Decima, siue agatᷣ ciuiliter ex cã ciuili, siue ex causa crimĩali.

¶ Vndecima, etiam improbando officio iudicis.

¶ Fallit prædicta regula.

¶ Primò, si aliâs per viã cõuentionis iudex cognoscere nõ põt.

¶ Scđò, si cõuentus corã laico vellet recõuenire de re spirituali.

¶ Tertiò, si fieret reconuentio in causa status.

¶ Quartò, si conuentus coram pedaneo vellet reconuen. de causa meri, vel misti imperij.

¶ Quintò, si causa conuentionis indiget celeritate.

¶ Sextò, in causa electionis non admittitur reconuentio.

¶ Septimò, si causa cõuentiõis est summaria, & recõ. ordinaria.

¶ Octauò, si causa cõuentionis non habet propriè qualitatem iudicij, vt patiatur aperiri testamentum.

¶ Nonò, si per confessionem debitum esset liquidatum.

¶ Decimò, si petitur executio instrumenti guarentigiati.

¶ Vndecimo, in causa depositi.

¶ Duodecimo, in causa spoliationis.

¶ Tertiodecimò. in causa momentaneę possessionis.

¶ Quartodecimò, in causa criminali. & hanc fallentiam examinat per quinq; quæstiones.

¶ Quintodecimò, in causa inquisitionis.

¶ Sextodecimò: in criminali quæstione cõcurrente cũ liberali.

¶ Septimodecimò, in actione iniuriarum vel furti.

¶ Octauodecimò, si coram illo iudice agitur solùm de vno articulo incidenti.

¶ Nonodecimò, coram delegato, si actio orta est post impetratum rescriptum.

¶ Vigesimò, vbi incidenter imploratur officium iudicis.

¶ Vigesimo primò, in causa appellationis.

¶ Vigesimosecundò, in causa restitutionis in integrum.

44 ¶ † Circa primum trado regulam affirmatiuam & generalem, a quòd in omnibus causis[a], obligationibus, & actionibus, & super omnibus rebus, regulariter habet locum reconuentio. arg. text nostri, & ca. seq. & l. cùm Papinianus. & aut. & consequẽter. C. de senten. & interloc. om. iudi. & iij. q. viij. c. cuius in agẽdo. quæ iura simpliciter & indistinctè loquuntur. vnde dicit Lap. allegatione. lxvij. quòd semper reus potest reconuenire actorem, nisi in casibus à iure prohibitis, & hoc etiam apparebit ex declarationibus statim subijciendis. Hæc autem regula recipit plures declarationes.

¶ Circa primum membrum subdistingue alia duo membra.

¶ Primum, quando vult reaccusare accusatorem suum coram iudice vtriusque causæ, & iudice ipsius actoris & rei.

¶ Secundum membrum, quãdo vellet ipsum reaccusare coram iudice ipsius rei, qui non esset iudex ipsius actoris.

¶ Circa primum membrũ, quando reus accusatus vellet reaccusare accusatorem coram eodem iudice, qui esset iudex amborũ, actoris, s. rei, & iurisditionem haberet: & potestatem cognoscẽdi de vtraꝗ causa. Et iste est propriè casus. d. l. is qui reus, & l. neganda. C. qui accu. non pos. canonizatæ iij. q. xj. c. neganda. Circa quod membrum: quia difficile est & intractatum, prosequor infrascriptos casus.

¶ Primus erit, quãdo accusatus vult reaccusare antè, quàm nomen rei sit receptum inter reos.

¶ Secundus, quando vult reaccusare postquàm nomen rei receptum est inter reos, & ante conclusionem in causa.

¶ Tertius, quando vult reaccusare post conclusionem in causa, & ante sententiam.

¶ Quartus, quando vult reaccusare post sententiam.

¶ Circa primum, quando accusatus vult reaccusare antè quàm nomen rei sit receptum inter reos, vt intelligas istos terminos,
65 præmitte: quia cùm quæritur † quando nomen rei dicatur receptum inter reos. Doc. varias ponunt opi. de quibus per Barto. in d. l. is qui reus. & per glo. & Ioan. de fan. ij. q. viij. in c. præscripta. & per Barto. in l. j. C. qui accus. non possunt. Sed pro nunc amplectar opi. Bar. qui voluit, quòd tunc dicatur nomen rei receptum inter reos, quando pronunciatum est procedendum esse in accusatio. non obstantibus exceptionibus dilatorijs oppositis per accusatum. argumen. l. quæ adulterium. C. de adulte. Et redeundo ad q. d. M. hic post Barto. in d. l. is qui reus. dicit, quòd ante, quàm nomen rei receptum sit inter reos, accusatus potest reaccusare accusatorem suum. per illam l. quia illa lex solùm prohibet reaccusationem fieri, quando nomen rei est receptum inter reos. Sed tu aduerte: quia contra istud membrum, & istam conclusionem, & omnes alias conclusiones in quibus ĵ. dicam, ꝙ accusatus potest reaccusare accusatorem suum, fortiter videtur obstare, ꝙ nullo modo possit hoc procedere: quia ex quo accusator est factus inimicus capitalis accusati, & econtrà, vt in auc. si dicatur. C. de testi. & in auc. de test. §. si verò qs. Vnde sumũtur. d. auc. si dicatur. & in c. meminimus. ĵ. de accu. & in c. cùm P. manconella. co. ti. vbi optimus tex. & ij. q. vj. c. de cætero. & in c. frequens. de rest. spo. lib. vj. Et optimè probatur in l. sciendũ. §. ij. ff. de lega. no. Bar. in l. j. ff. ad turpil. Ergo videtꝰ ꝙ accusatus ratione inimicitiæ cõceptæ in accusatorẽ, non possit reaccusare

sit reaccusare nisi suā, vel suorum iniuriam prosequatur, vt d.c. cùm P.& in l.qui accusare.cùm seq.ff.de accu. Sol.multiplex.
66 ¶†Prima, ꝙ regula quæ habet ꝙ inimicus non admittatur ad accusandū, tallit in casu isto, qñ vellet reaccusare accusatorem suū: sicut etiā hoc casu fallunt plures aliæ regulæ, de quibus j. dicetur. Et hanc solutionem tenuerūt Bal.& Ang. in d.l.is qui reus. Secūda sol.sit, ꝙ de iure ciuili nō repellitur inimicus ab accusando inimicū: licet repellatur à testimonio. in quo testimonio loquitur.d.aut.si dicatur.& prælallegatus.§.si verò quis. Et ꝙ inimicus nō repellatur ab accusatione de iure ciuili, patet: quia nō numeratur inter personas prohibitas, de quibus in l.is qui iudicio, & in l.qui accusaret.ff.de accu.& per glo.in rub.C. qui accu.nō pos. Sed de iure canonico inimicus non admittitur, vt in iurib⁹ prælallegatis.& est tex.optimus in d.c.cùm P.per quē tex.videtur expressè probari, ꝙ accusatus ab vno criminaliter, nō possit illum reaccusare: cùm accusator iuris præsumptione sit factus inimicus illius. quod tamen procedit, nisi esset crimē in quo admitterētur aliàs inhabiles de iure canonico, vt not. glos.in d.c.cùm P. Et vide quod ibi dixi. Et hæc sol.secundùm Io.de Imo.in d.l.is qui reus. videtur verior, ꝙ de iure ciuili admittatur inimicus ad accusandū: licet nō admittatur ad testificandum, quicquid dixerint Bald.& Ang. Et ratio diuersitatis sit inter testimoniū & accusationē: quia longè maioris præiudicij est testimonium, quàm accusatio: quoniam accusatori non creditur, nisi clarè probet accusationē suam per testes, vel alias legitimas probationes, vt in l.sciant cūcti.C. de proba. cùm si. Sed testis inducitur ad probandum, ideo nō mirū si facilius repellitur inimicus à testimonio,[a] quàm ab accusatione, & hoc de iure ciuili: sed de iure canonico, etiam ab accusatione repellitur ex æquitate canonica: quia præsumitur moueri malo zelo, ex quo est inimicus. facit d.c.cùm P.& in c.per tuas.& in c. licet hely.j.de simonia. secūdùm Ioan.de Imo. Et sic videtur ꝙ materia nostra de iure canonico non procedat, licet do. Anto. & Do.me.ad hoc nō aduertant, nisi diceres, ꝙ posset procedere in criminibus exceptis, in quibus etiam inimicus admittitur ad accusandum, vt puta, si suā vel suorum iniuriā prosequatur. Aut in alijs criminibus except. Ad quod vide quæ j.dicā. Aduerte tamē: quia Spec.in tit.de accu.ver.item est inimicus, vult ꝙ iura quę dicunt, ꝙ de iure canonico accusator efficitur inimicus.& per cōsequens accusatus debet ab accusatione repelli: loquuntur, cùm aliquis primò accusauit: deinde in probat. defecit, & iudex ei pepercit: quia nō cōdemnauit eum de calumnia. ij.q.iij.§.notandū, vel fortè impetrauit abolitionē, vt l.ij.C. de aboli. vnde si nunc vellet accusare, non potest, dixi aliquod in c.de his.post gl.fi.j.de accu. Sed redeundo nūc ad prin. casum, vt s.dixi in prin. Do.me.post Bar.cōcludit, ꝙ accusatus potest reaccusare suum accusatorē ante, quàm nomē rei sit receptum inter reos. Sed tu aduerte: quia in hoc tres reperiuntur opiniones, vna fuit Rogerij, quàm refert glo.in d.l.is qui reus. ꝙ licet accusatus possit accusare extraneum de quocunꝙ crimine: tamen suum accusatorem non pōt, nisi de minori: vel nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, vt l.neganda.C.qui accu.nō pos. quàm intelligit procedere, quādo solùm vellet reaccusare suum accusatorē. Et sic etiam vult ꝙ procedat solùm ante nomen rei receptum inter reos. Alia fuit opi.Ange.qui voluit, ꝙ nedum extraneum, sed etiam suū accusatorē licitum sit reaccusare, nedum de minori, sed etiam de pari & minori delicto: etiā si suam vel suorū iniuriam non prosequatur. Mouetur: quia res in materia accusationis est permissa, à qua excipiuntur aliqui casus, vt l.is qui in iudicio.& l.qui accusare.ff.de accusa. & s.dixi. Sed nulla lege videtur fore prohibitum accusatorē reaccusare ante nomen rei receptum inter reos. Ergo indistinctè tunc poterit reaccusare. Nec obst.l.is qui reus. quia loquitur post nomen rei receptum inter reos. Eodem modo respōdet ad d.l.neganda, ꝙ loquatur post nomen rei receptum inter reos, quod patet per tex.ibi dum dicit, negandum esse potentiam criminandi, secūdùm statuta veteris iuris: sed iure veteri hoc non reperitur prohibitū, nisi in casu d.l.is qui reus.ff.de publi.iudic.ergo intelligitur secundùm illā. & sic post nomen rei receptū inter reos. Sed dicit Io.de Imo. ꝙ vera videtur prima opi. tamē quia text.in l.is qui reus.& in d.l.neganda. videntur loqui indistinctè, & indistinctè sunt intelligendi.xix.dist.c.si romanorū. cū si.tum etiam quia tex.iij.q.xj.c.j.simpliciter loquitur. Nec ob. arg.Ang.quia licet in l.neganda.dicitur, secūdùm statuta veteris iuris, illa verba nō faciunt cōditionē, vt no.Cy.in l.secundū. C.de cōtrahen.stip.& Bar.in extrauagan.ad repri. super verb. prout.& quod ipse no.in l.eū qui.ff.de cōsti.pec.& quod habetur in c. Abbate.j.de ver.sig. Itē: quia possibile est ꝙ in veteribus iuribus hoc haberet: licet in noua cōpilatiōe florum facta per Iustinianū, quàm nūc habemus, hoc nō reperiatur. & ideo generalitas illius.l.neganda.non debet restringi ꝓpter dictionē, secundū, ibi positam.& ita voluit ibi Cy. & propter hoc fortè Gratianus canonizādo illā l.neganda.iij.q.xj.simpliciter dicit denegandam esse accusatis potentiā criminandi: nec adiecit secundū statuta veteris iuris. Sed aduerte: quia intelligēdo ꝙ l.neganda loquatur etiā ante nomen rei receptū inter reos, quatenus à sensu contrario ibi innuitur, ꝙ de maiori possit accusare suum accusatorem: licet suam vel suorū iniuriam nō prosequatur, & etiam extraneū licitū erit.arg.& hoc i deò, quia tali contrario sensui nulla repugnat regula iuris: & ideò est licitū: vt l. prima.§.huius rei.ff.de offi.eius cui mā.est iurisd. Item potest ille tex.intelligi, ꝙ habeat locum post nomen receptum inter reos: & tunc non debet sumi arg.à cōtrario sensu, quatenus innueret ꝙ posset reaccusare suum accusatorē de maiori.& hoc ideò: quia talis cōtrarius sensus esset cōtrarius iuri: ex eo, quia cùm per propositionē maioris criminis resultet exceptio dilatoria: vt l.per minorē.ff.de iudi.& in l.j.C.qui accus.nō pos.& l.fi.C.de ord.iud.& dilatoria non possit proponi post nomen receptum inter reos: vt l.si maritus.§.præscriptiones.cū concord.ibi positis.ff.de adul.ergo & c.sed quatenus innuit ꝙ possit accusare extraneum de maiori: tunc videtur posse sumi ar.è contrario: quia tali sensui alia iura non videntur contraria: cū propter positionem maioris criminis contra extraneum, nō videatur insurgere dilatoria propter accusationem ab alio contra eum institutū.per id quod habetur in rubr.& nig. C.res inter alios acta.& in ca.penul.j.de re iudica. Et istud, ꝙ possit accusari extraneus de maiori crimine post nomen rei receptum inter reos, tenuit glos.pe.& etiam sentit glos.ij.& voluit Bart.in dicta l.is qui reus.sed Bar.de Saly.in l.j.C.qui accus.non poss. tenuit contrariū.scilicet, qđ etiam extraneum non possit accusare de maiori, post nomen suum receptum inter reos.sed verior videtur opinio glo.vt etiam apparebit ex intra dicendis. Et ex prædictis patet quòd vterꝙ intellectus in dicta l.neganda.[b] videlicet, ꝙ intelligatur ante nomen rei receptum inter reos, vel post, est bonus tex.diuersimodè tamen debet tunc sumi ar.à contrario sensu, vt patet ex prædictis.
67 ¶†Tertia opinio fuit Azo.& est cōmunis opinio de qua per glos.& Doc.in dicta l.is qui reus.& d.l.neganda. quæ habet, quòd de maiori potest accusare nedum extraneum, sed etiam suum accusatorem: sed de pari aut minori crimine, non possit: nisi suam vel suorū iniuriā prosequatur. Et secūdùm hanc opinionemm d.l.neganda. inquātum loquitur ante nomen rei receptum inter reos, habet locū, nedū quādo accusatus vult reaccusare accusatorem suū, sed etiā extraneū. de quo superius dixi. Sed circa prædicta potest esse dubium, an quādo accusatus prosequitur suā vel suorum iniuriam, reaccusando suum accusatorem de pari crimine, vel minori, ante nomen receptū inter reos: an tunc supersederi debeat super accusatione primo loco præposita. circa quòd quidam dicere voluerunt quòd sic: quia in criminibus nō videtur habere locū materia recōuentionis. per id quod s.dixi in prin. istius xiij.fal.& qđ habetur in d.l. is qui reus.& iij.q.viij.c.j.& ideo simul super vtraꝙ causa nō debet procedi: sed super altera tantū. Sed cōtrariū voluit Pet. de bellaper.in d.l.neganda. quem sequitur ibi Bart.de Saly.& sentit etiā Bar.in d.l.is qui reus. pro quo facit, quia licet ius dicat accusatū volentē reaccusare audiendū esse: nō tñ denegat qđ ꝓpter hoc in prima accusatione nō sit procedendū.& per consequēs stabimus in secūda l.qui prior.cū ibi no.ff.de iu.vt in vtraꝙ cā ꝓcedatur, seruato debito ordine: qa prius rñdetur libello primo loco porrecto: postea secūdo.& prius recipiētur probationes sup primo crimine, postea sup secūdo: & sic de singulis actibus secūdùm ea quę latius dicent in c.seq.in x.prin. arti.& sic hoc casu erit dare verā & propriā reconuentionē in criminibus. nec ob. ꝙ secūdū crimē debet cēseri maius, ex quo reaccusans ꝓsequit suā vel suorū iniuriā: qa hoc nullo iure cautum reperit: imò potius videt ꝓbari oppositū in d.l.negāda. inquātum à pari vel minori crimine excipit casum istū: qñ suā vel suorū iniuriā prosequatur, cū exceptio debeat esse de regula: vt in rub.de reg.iur.li.vj. Quid aūt si alter prosequat suā iniuriā, & alter nō: vel ambo prosequātur suā vel suorū iniuriā: an procedendū sit super vna tantū, vel super ambabus, dicā j. in ij.casu fal. Et est aduertendū: quia quod dixi accusatum admitti ad reaccusandum ante nomen rei receptū inter reos procedit si modo non subsit alia causa impeditiua, quàm instit accusationis contra eum. secus si fortè ex alia causa esset accusator illegitimus, secūdùm ea quę latius dixi in c.j.j.de accus. Et hoc no.glos.& doc.in d.l.is qui reus.& est clarissimū. Et secūdùm hoc debent regulari omnia inferius dicēda, in quibus dicetur accusatum admitti ad reaccusandum.
68 ¶†Circa secundū casum, qñ reaccusatus vult reaccusare post

[a] ¶Crimina enim testibus constant, nō accusatorib⁹, vt dicit tex.in c.licet hely.circa fi.de simo. vide Bart.in l.ij. in prin.ff.de accusa.

[b] ¶Ad ea quę scripsit Fran.Areti.in c.j.de accusat.

a ¶Qualiter autem intelligatur ꝙ nomen rei sit receptũ inter reos, vide Bar to. in l. is qui reus. in iiij. col. ver. quæro, quando nomẽ rei. ff. de publ. iudi. Bal. in l. j. xvij. col. & in l. negãda. pe. col. C. qui accusare non possunt.

a nomen rei receptũ[a] inter reos. do. Ant. & Do. me. hic post Bar. in d. l. is qui reus. distinguunt quædã membra: sed multũ imperfecte loquũtur. Vnde ego pro faciliori & clariori intellectu istius art. qui versat̃ vt plurimũ super intellectu. l. is qui reus. ff. de publi. iud. quæ. l. sc̃dm Bar. est difficilior quæ sit in ff. nouo. Vnde collectis plurimis ex varijs locis. Aduertendũ est, ꝙ in hoc passu tres fuerunt opi. vna Rogerij, ꝙ suũ accusatorem de nullo crimine possit reaccusare: sed extraneum possit, solùm de maiori, de pari aũt vel minori, nõ possit: nisi suã vel suorũ iniuriã prosequat̃. Et sc̃dm hoc intelligit. l. negãda. Inquantũ loquitur post nomen receptũ inter reos, quod procedit, qñ vult accusare extraneum. Secus si suũ accusatorẽ. Alia fuit opi. Ange. ꝙ regulariter, nec suum accusatorẽ, nec extraneum posset reaccusare: nisi in sex casibus, de quibus j. subijciam. Alia fuit opi. Bart. ꝙ regulariter prohibeatur reaccusare suum accusatorem. Fallit in quatuor casibus tactis per eũ. & in distinctione ipsius in d. l. is quis reus. Sed ego pro faciliori doctrina procedã per

69 regulã & fallentiam. †Regula igitur sit simpliciter negatiua, ꝙ post nomẽ rei receptum inter reos, accusatus nõ possit reaccusare accusatorem suũ, quæ regula probatur per d. l. is qui reus. Et ex rationibus quas posui s. in princ. istius. xiiij. fal. Hæc tamen regula recipit plures fallen.

70 ¶†Primò, si accusatus vult reaccusare suum accusatorem se inscribendo, nõ ad finẽ vt procedatur super hac secũda accusatione: sed vt supersedeatur in ea. Quæ fallentia procedit etiã si velit reaccusare de pari vel minori crimine; & si suã vel suorum iniuriam non prosequatur. Iste est tex. in d. l. neganda. in fi. C. qui accu. non pos. & no. glo. in d. l. is qui reus. Et Bart. ibi in iij. oppo. Et sequuntur Ang. Io. de Imo. & Doct. ibi. Et in d. l. neganda. vbi etiam. Idem tenet Bart. de saly. & tenent do. Ant. & Do. me. hic. Et istud accusationis erit effectus: quia dictam accusationẽ poterit prosequi post latam sententiã, super prima accusatione, secundùm determinationẽ tamen, & limitationem de qua in d. l. is qui reus. in fi. & secundùm quod dicã j. in quarto casu. Et ex hoc potest insurgere alius effectus: videlicet interruptionis præscriptionis inter ea, per propositionem istius accusationis, dicit tamẽ Ang. post Bar. in d. l. is qui reus. & Cy. in d. l. neganda. Et Bar. de Saly. ꝙ hæc fal. non procedit post cõclusionem in causa. de quo dicam in iij. casu. Nec obst. l. ij. §. lenocinium. cum seq. ff. de adult. vbi admittitur reaccusatio ad finem etiam vt procedatur: quia illud procedit non per viam reaccusationis, sed exceptionis, secundùm vnum intellectum. de quo dicam j. fallen. ix. vel ratione connexitatis, secũdùm quod statim dicam in fallentia v. vel vj.

71 ¶†Secundò fallit, si accusatus reaccusat accusatorẽ de crimine maiori & præiudiciali: ita ꝙ ex hac secũda accusatiõe insurgat quædam exceptio peremptoria, sc̃dm lect. Azo. cuius opin. sequitur Bar. in d. l. is qui reus. motus: quia vt dixi, cùm crimen præiudiciale proponitur, ex eo resultat quædam exceptio perẽptoria, quæ proponi potest quãdoꝗ ante sententiã, vt l. marit⁹. §. præscriptiones. ff. de adul. Et ista fuit v. opi. gl. quæ fuit Azo. de qua in l. j. C. qui accu. non pos. quam etiam refert glo. fin. in fi. in prin. in d. l. is qui reus, quæ glo. figurant exemplum. Accusasti me criminaliter de furto tibi facto per me de seruo tuo, ac die xxiiij. Iulij. M. cccclij. vel ꝙ seruum tuũ in iniuriam tuam verberauerim, seu vulnerauerim. Ego verò te reaccuso ꝙ illum seruum occidisti die prima Aprilis præsentis anni. Et prædictã opi. etiam tenuit Dyn. & sequitur Ang. in d. l. j. & in d. l. is qui reus. Sed tu aduerte: quia Bar. de saly. in d. l. j. dicit, ꝙ prædicta opi. non videtur bona: quia sicut ex crimine secundo resultat peremptoria ad primum: ita ex primo resultat peremptoria ad secundùm, quæ verba inferius declarabo. Et sic secundùm hoc videretur, ꝙ si primo loco crimen maius esset propositum, posset secundo loco, etiam post nomen receptũ inter reos, reaccusatio fieri de minori: ex quo de ipso secundo, licet minori, resultaret peremptoria ad primum. Ex quo secundùm opi. Bart. videtur sequi, ꝙ vbicunꝗ ex secũdo crimine potest resultare exceptio peremptoria, potest obijci quãdocunꝗ ante sententiã. Ita etiam possit tale crimen proponi post tale nomen receptũ inter reos. cuius contrarium videtur probari in d. l. j. vbi text. non ponderat quid primo loco proponatur, sed illud quod est maius, ponderat rationẽ Bar. Sed ratio maioritatis videtur esse illa, quæ per prius & posterius ordinetur. Et pro hoc etiam facit, si accusatus vult audiri reaccusando ex eo, quia resultat exceptio peremptoria ad crimen. Aliter de suo crimine excipiet accusator: videlicet, ꝙ crimen propositum per ipsum accusatorem est tale, ex quo resultat peremptoria ad secundùm. Et ideo per hoc non subest ratio quare accusatus audiatur, sic reaccusando post nomen rei receptum inter reos, cùm regulariter denegata sit potentia reaccusandi, vt s. præmisi in regula. A qua regula hæc causa non reperitur excepta. vnde oportebit si vult audiri, ꝙ dicat ꝙ suum crimen est maius: & ex sola maioritate fundare se, propter quod videtur non esse audiendus: quia ex hoc resultaret exceptio dilatoria, vt supersedeatur in prima, vt l. per minorem. C. de iudi. & l. fi. C. de ordi. iudic. quæ dilatoria, cùm non possit proponi post nomen receptum inter reos, necessariò infertur ꝙ antè nomen receptum inter reos debet fieri reaccusatio de maiori: licet sit tale ex quo resultet exceptio peremptoria ad primum. Et sic prædictus intellectus Barto. & sequacium, non est bonus. Et per cõsequens etiam non videt̃ procedere dicta fal. Et sic etiam videtur melior intellectus glo. quod d. l. j. intelligatur, quando reaccusatio fieret de maiori ante nomen receptum inter reos. Nec obst. si dicatur, ꝙ secũdùm hoc videtur tolli defensio reo, ex quo nõ admittitur reaccusatio de crimine, ex quo resultat peremptoria: quia respondet Salyce. ꝙ non est verũ ꝙ tollatur defensio: quia licet nõ audiatur reaccusando, tamẽ audietur excipiendo ꝙ crimen intentatum per eum, nõ est cõmissum: ex eo ꝙ ille seruus die primo Aprilis per accusatorem fuit occisus. Et ideo nullum resultat absurdum, ꝙ nõ audiatur reaccusando. Nec obst. l. j. C. de calum. vbi text. dicit, calumniam. s. per viam reaccusationis institutam eo tempore coercendam, quo iudicatur de causa, per quod videt̃ ꝙ etiam lit. contest. & sic post nomen receptũ inter reos accusatus potest reaccusare. Sed dic ꝙ ille text. habet varios intellectus, secundùm quod dicam j. in iiij. & v. fal. Ang. tamen in d. l. j. C. qui accu. non pos. & in d. l. is qui reus. pro solutione dictarum legũ, inquantum videntur adinuicẽ cõtrariari, dicit ꝙ crimen secundo loco intentatũ in d. l. j. erat præiudiciale ad primum. & maius primo. Vnde cõbinata. i. simul adiuncta præiudicialitate. procedi debet super secũdo, & supersederi in primò: aliàs si nõ esset maioritas cùm ita sit præiudiciale primũ ad secundũ, sicut secundũ primum, non deberet supersederi in primo: imò super secũdo, per regulam. l. qui prior. ff. de iud. Et propter hoc infert idem Ang. ꝙ si accusator reaccusatur de institutione falsæ accusationis, si pœna est maior, procedat accusatio falsi: & supersedebitur in primo. Si verò pœna est æqualis vel minor, supersedebitur in accusatione falsi, & procedetur in crimine. Et ita dicit se multoties practicasse. pro quo allegat gloss. in l. qui maior. §. si libertus. ff. de bo. liber. fatetur tamen ꝙ Bar. in d. l. is qui reus. & in d. l. j. Indistinctè videtur tenere accusationem secundã procedere. Et idem videtur tenere Bart. in l. fi. C. de accu. dicit tamen ꝙ dum Bar. legebat d. l. j. tenebat opposi tum, & dicebat ꝙ nõ poterat accusari pen. lite de calumnia ipse accusator: sed bene poterat implorari officium iudi. & illa opi. secundùm eum, est communior approbata per gl. in d. l. j. & in d. l. neganda. & in d. §. si libertus. & prædictæ opinioni adhæret, saluo nisi pœna maior veniat imponenda, vt prædixi. Nam propter maioritatem pœnæ maleficiũ iudicatur maius, & propter paritatem, iudicatur æquale, vt not. glos. in l. j. C. qui accu. non pos. & probatur xxiiij. q. j. c. non afferamus. & vide alia iura allegata in glo. iij. in c. ad liberandam. j. de iudæ. Sed aduerte: quia Ange. male videtur dicere. Inquãtùm denegat posse procedi super accusatione falsæ accusationis institutæ. quando pœna est par vel æqualis: quia imò videtur etiam tunc admittenda reaccusatio, cùm talis reaccusando prosequatur suam iniuriam, per d. l. neganda. de quo latius statim dicam in iiij. fallen. Nec obst. glo. in l. si tibi. C. de libe. causa, quæ videtur prohibere talem accusationẽ: quia illa glos. reprehenditur per Cyn. in l. qui nõ probasse. C. de calum. Et videtur etiam esse alia glo. contraria in d. l. j. de calum. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. Io. de Imo. in d. l. is qui reus, potius videtur inclinare in opi. Saly. Sed do. Ant. & do. M. hic simpliciter tenent opi. Bar. vt s. dixi. & hæc opi. plus mihi placet. Nec obst. ꝙ cùm primum delictum sit pariter præiudiciale ad secundũ: debet procedi super primo, & nõ super secundo, per d. l. qui prior. Nec obst. ꝙ si attendatur maioritas illa tribuit dilatoriã: & sic videtur, ꝙ non possit proponi post lit. contesta. seu nomen rei receptum inter reos: nisi de nouo superueniat, vt dicã in vij. fal. quia respõdeo, ꝙ licet ambo delicta videãtur adinuicem pariter præiudicialia hoc modo: videlicet, vt intelligat superiora: quia si tu accusatus criminaliter de furto hac die cõmisso de seruo tuo, vel de ipso resto, seu vulnerato: in iniuriam tuam reaccusas accusatorem ꝙ occidit dictũ seruum die prima Aprilis, prima accusatio ad secundam, & secunda ad primã videtur præiudicialis. Nã si accusatus reaccusatus dicit, ꝙ sua reaccusatio est præiudicialis ad primam: quia si verum est ꝙ tu tuũ seruum interfeceris die prima Aprilis, sequitur ꝙ non potuit postea vulnerari hac die: nec furtum de eo committi poterit etiam accusator dicere accusato, ꝙ sua accusatio est præiudicialis ad reaccusationẽ: quia si verũ est ꝙ hac die seruus fuerit cæsus vel vulneratus, aut de eo furtũ commissum

commissum, sequitur necessariò ꝙ die prima Aprilis non fuit interfectus. Sed tamē licet ita sit, tamen negari non potest quòd ista reaccusatio mea non sit peremptoria: quamuis tua etiā accusatio sit peremptoria secundæ. Vnde dico, ꝙ sicut se habet dilatoria ad dilatoriā, seu sicut se habet potētiæ dilatoriæ in seipsa. Ita se debet habere peremptoria ad peremptoriam, seu dilatoria cōnexa peremptoriæ: vnde sicut dilatoriæ maioris potētiæ ratione maioritatis criminis operatur, vt prius procedatur super accusatione, licet secundo loco instituta. per d.l.j.C. qui accus. non pos. Ita dilatoria ratione maioritatis peremptoriæ, cui iuncta est, vnde perēptoriè operabitur ratione naturæ suę, quæ est, vt admittatur quandocūq; ante sententiam tanq; potētior. Et per prius principaliter operabitur hunc effectū. vnde qualitas illa maioritatis quæ inest ipsi peremptoriæ, operabit̄ vt primò procedatur super reaccusatione homicidij, quàm super prima accusatione. mistū enim ratione qualitatis, cui qualitas maiorem adijcit potentiā, operatur secundùm potentiā illius maioris qualitatis: vt l. quæritur. ff. de stat. homi. cum simil. Quædā enim quæ aliàs simpliciter non concederentur, concedūtur ratione qualitatis adiunctæ. arg. l. quoties. C. de iudi. & l. si aliena. §. hoc iure. ff. de calum. Et prædicta notabis: quia noua sunt.

72 ¶ † Tertiò fallit, si accusatus reaccusat de crimine maiori, secundùm Ang. in d.l. is qui reus. Et sic Ange. vult, ꝙ non solùm de crimine præiudiciali maiori possit reaccusare, vt dictū est in prēced. fal. sed etiam de maiori simpliciter: etiā si accusans nō prosequeretur suā, vel suorū iniuriam. quod dictū communiter reprobatur: quia illa sola maioritas delicti tribuit exceptionē dilatoriam: vt d.l.j.C. qui accu. nō pos. & l. per minorem. ff. de iud. Et ideò nō potest fieri post litem contestatā seu nomen rei receptum inter reos. per ea quæ s. dixi. Et hāc opi. licet glos. ij. & gl. penul. in dist. Roge. in d.l. is qui reus. Et sic vult quòd l.j.C. qui accus. nō pos. habeat locū solummodò ante nomen rei receptū inter reos. de quo s. dixi Bart. etiā tenet contrariam sententiam in d.l. qui reus. & Bartho. de Saly. in d.l.j. Et Io. de Imo. in d.l. is qui. Posset tamē saluari prædicta fal. quādo illud crimē, de quo accusatus reaccusat accusatorem suum, fuisset commissum post nomen rei receptū inter reos. Nam tūc poterit reaccusare: licet non prosequatur suā, vel suorum iniuriā, quasi videatur hęc declaratoria superuenisse post litē contestatā, seu post nomen rei receptum inter reos. Ad quod vide quæ dicam in vij. fallen.

73 ¶ † Quartò fallit, si accusatus reaccusando prosequitur suā, vel suorum iniuriā. ita simpliciter dicit Ang. in l. is qui reus. & hanc opi. videtur etiam voluisse glo. ij. in prin. in d.l. is qui reus. dum dicit, ꝙ illa lex non habet locū quādo quis prosequeretur suā, vel suorū iniuriam. Et sic loquitur post mortem rei receptum inter reos. et concludit ꝙ hoc casu potest reaccusare accusatorē suum de pari, aut minori. per l. negāda. & sic illa glo. videt̄ apertè sentire, quòd d.l. negāda habeat locū etiam post nomē rei receptum inter reos. de quo s. dixi. & ideo glo. in c.j. iij. q. xj. Sequtur Pet. & refert Cy. in d.l.j.C. qui accus. non pos. & ibi etiam tenet Saly. & tenet Bar. in d.l. is qui reus. & ponderat Saly. tex. in d.l. negāda. dum dicit, crimina puniūtur. & sic innuit ꝙ nomen rei iam fuerat receptū inter reos. Ad idem etiā ponderat Ang. illum tex. dū dicit, secundū statuta antiqui iuris. Et sic videt̄ se referre ad d.l. is qui. quæ loquit̄ post nomen receptū inter reos. Sed alij intelligunt illā legē ante nomen receptū inter reos. de quo dic vt s. latius dixi. Pro hoc etiam facit l.j. ff. de calū. & l. ij. §. si publico. ff. de adul. vbi patet ꝙ permittitur mulieri post nomen receptū inter reos, excipere de lenocinio cōtra virū: & ista exceptio habet vim accusationis: & ideò perinde est ac si accusaret. & sic illud ibi permittitur, non ratione criminis prout voluit Bart. in d.l. is qui reus. Sed ratione prædicta: vt sentit Bart. & etiā Ang. in d. §. si publico. & sequitur Saly. in d.l.j.C. qui accus. nō pos. quod patet: quia aliàs etiā de extraneo accusato à viro de adulterio, deberet permitti posse excipere de lenocinio post nomen receptū inter reos: quādo lenociniū esset cōnexū adulterio, cōsentiendo adulterio, vel retinendo adulteram post adulterium cōmissum: quod tamē nō permittitur, vt patet in d.l. ij. §. extraneus. ff. de adult. Inquantū loquitur per dictionē, autem. & sic aduersatiuè, per ea quæ superius dicta sunt. vnde cū mulier ibi audiatur, hoc insurgit ex eo, quia videt̄ prosequi ꝓpriam iniuriā: quia videtur subducta à viro. per l.j.C. de rap. & sic cōcluditur, ꝙ ibi videtur casus ꝙ post nomen receptū inter reos, licitū est suum accusatorem reaccusare prosequēdo suā iniuriam. Et ad idē videtur casus, secundū vnā lectu. in l.j.C. de calum. de cuius l. intellectu. j. aliquid dicam. Et vident̄ præfati doct. velle, ꝙ prosequendo suam vel suorū iniuriā, possit non solùm reaccusare de pari aut minori: sed etiā de maiori. Et ita quādoq; videtur residere Imol. in d.l. is qui reus. licet postea aliud velit, vt statim subijciam. Sed aduerte glo. in d.l. is qui reus. vult secūdùm opi. Rogerij, quòd accusatus de nullo crimine possit reaccusare suum accusatorem post nomē receptum inter reos. vnde cùm dicat, de nullo videtur intelligere ꝙ non possit de pari minori, vel maiori delicto, etiam si suam iniuriā prosequatur. & sic vult, quòd l. neganda. non habeat locum, quādo post nomen receptum inter reos reaccusatus vellet reaccusare suū accusatorem: sed certè non bene dicit, secundùm Ioā. de Imol. super glo. prædicta. Aduerte etiam, quia dicit Ioā. de Imo. quòd licet post nomen receptum inter reos prosequendo suam vel suorū iniuriam accusatus videatur posse reaccusare suum accusatorē de pari, aut minori delicto: quia tūc non oritur aliqua exceptio dilatoria: tamen secus videtur esse quando vellet reaccusare de maiori: licet prosequatur suam iniuriam. & hoc propter exceptionem dilatoriam, quæ insurgit ex ista maioritate quæ exceptio non debet obijci post litem contestatam seu nomen receptum inter reos: quia si post litem contestatā oriretur, bene videretur tūc posse admitti reaccusatio de tali crimine: licet resultet dilatoria, ex quo superuenit post litē contestatā, per ea quæ habentur in l. ij. C. de consor. eiusd. lit. & subdit, ꝙ hoc fortè est verius de iure, quòd inuito aduersario non possit accusatus reaccusare de maiori tunc post nomen receptum: licet suam iniuriam prosequatur: nisi fuerit commissum post nomen receptū a inter reos, vt dixi. sed tamen communis opin. videtur esse, ꝙ de a maiori[a] etiam hoc casu possit reaccusare. & profectò passus est satis dubius & disputabilis: & ad vtrāq; partem defensabilis. & prædicta procedunt quādo solus reaccusans prosequeretur suā iniuriam. secus si vterq; tam accusator, quàm accusatus reaccusans prosequeretur suam iniuriam. nam hoc casu glo. ij. in d.l. is qui reus. vult quòd tunc reaccusans nō audiatur: sed solùm ipse accusator qui primo loco venit ad iudiciū. & hoc fortè voluit illa glos. quasi sentiat de mente iuris esse, ꝙ duæ causæ criminales non sint simul tractandæ per modum recōuentionis. nam per alium modū plures causæ criminales possunt eodem tempore tractari, secundùm quod legitur & not. in l. qui de crimine. C. de accus. & ideo illa glo. dixit, per modū reconuentionis: quia in criminibus non videtur habere locū reconuentio, secūdùm ea quæ dixi s. in princi. xiiij. fal. vnde si alter ipsorū tantū debet audiri, iustius videtur ꝙ audiatur ille qui fuit magis sollicitus in præueniēdo. arg. l. pupillus. ff. de his quæ in frau. credi. & l. qui prius. ff. de iudi. & pro hac parte facit l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. facit etiam, quia sicut quādo neuter prosequit̄ suam iniuriā, & in vtriusq; accusatione vertitur par crimen præfertur primus: quia in pari causa &c. ita videtur ꝙ etiā in isto casu idē dicendum sit. Sed cōmunis opi. est in contrariū: quam sequuntur Ang. & Bart. in d.l. is qui reus. & Barth. de Saly. in d.l. negāda. C. qui accus. nō pos. per d.l. ij. §. si publico. ff. de adult. & l.j. C. de calū. nam in d.l. si publico. patet ꝙ maritus prosequebatur suam iniuriā, accusando vxorem de adulterio: vt l. mulier. §. ij. ff. de adul. & tamē post nomen receptū inter reos, vxor admittitur ad proponendū de lenocinio. quod ideò videtur concedi: quia ipsa mulier videtur prosequi suam iniuriā: cùm præsumat̄ fuisse subducta à viro, vt tetigi s. & hanc opin. sequitur Archi. in c. ij. iij. q. xj. vbi est canonizata d.l. neganda. & ibi idē dicit tenere Hosti. in sum. in titu. de ordi. cog. & Gofr. in sum. in tit. de mut. peti. & Spec. in tit. de transact. §. j. ver. quid si. T. Item, quia iura dicunt accusatum reaccusantem prosequentem suā iniuriā audiri debere: nec aliquid dicunt, ꝙ primus repellatur: quare cū ista possint simul stare, ꝙ primus possit audiri: & etiā secūdus, per id quod s. dixi, meritò vterq; audietur, & procedetur simul super vtraq; accusatione, prout procedi consueuit in materia reconuētionis, secundū quod dicam in c. seq. in x. prin. artic. & sic hoc casu erit propria & vera reconuētio. & in criminibus, vt s. tetigi. Nec obst. ꝙ de mente iuris videtur ꝙ duę causæ criminales nō debeant simul tractari: quia istud non videt̄ verū, ex quo iura permittunt secūdam fieri: nec dicunt primā accusationem repelli. Nec obst. etiā l. assiduis. in cōtrarium alleg. quia ibi si daretur priuilegiū filijs secūdi matrimonij: tolleretur illud quod dari debet filijs primi matrimonij: quia duo eādē rem insolidū habere nō possunt: vt l. si vt certo. §. fi. ff. cōmo. Sed in terminis nostris vterq; prosequitur ius suū. & sic licet admittat̄ secūdus: nō tamen fit iniuria primo: nec præiudicat̄ sibi in iure suo. Non obst. ꝙ tertio loco allegatur in contrariū, ꝙ sicut qn̄ neuter ꝓsequitur suā iniuriā, debet præferri primus. ita etiā dicendū sit, quando vterq;, non est eadem ratio: quia magis est fauendū ei qui suam iniuriam prosequitur, quàm illi qui non prosequitur. ideo non mirum si prosequens suam iniuriā audiatur reaccusans: licet primus suam iniuriam prosequit̄, secūdū Io. de Imo. in d.l. is qui. Subdit tamē ꝙ Ricar. de Saly. teneat cōtrariā sententiam. Et pro prima opi. glos. ꝙ reaccusans nō audiat̄. Sed tu dic ꝙ pro cōtraria opi. facit, quia aut crimen, de quo accusatus vult

¶ Accusatus pōt reaccusare suum accusatorē de maiori crimine, & post nomen receptum inter reos, vide repetētes in c.j. de accu. vbi latè disputat.

reaccusare prosequēdo suā iniuriā,nouiter superuenit.& clarū.
est ꝙ debet posse reaccusare:licet prim⁹ prosequat̃ suam iniuriā
ne si dicatur ꝙ debeat differri in euentum primæ causæ, fiat ni-
mis magna dilatio,cū instantia causæ criminalis possit durare,
vt l.j.ij.& iij.C.vt intra cer.tempus.de quo dixi in c. pe.s̃. de iu.
ar.Et etiam vltra bieninum possit durare causa,si fortè contin-
gat appellari.Et sic daretur materia delinquendi,& incitandi ac
cusatorem ad iniuriam inferendam accusatori: ex quo videret
de facili nō posse procedi contra eum qđ esse non debet ar.l. ij.
§.sed si agant.& §.legatis.ff.de iud.& l.conuenire.ff.de pac. do
ta.Et sic non esset æquum ꝙ crimen tanto tempore differatur.
licet Ricar.de saly.tenuerit contrarium.Si verò crimen de quo
vult reaccusare,erat cōmissum ante nomen receptū inter reos.
Et tūc adhuc videt̃ ꝙ possit reaccusare,ex quo prosequit̃ suam
iniuriam per ea quę s̃.dixi.qđ tenet Barto.maximè quando cri
men secūdū esset connexum primo,per no.in l.j.in fi.mag.glo.
C.vnde vi.pro quo etiam alle.Bal.l.qđ ait.§.qđ ait.ff. de adult.
de quo dicam in seq.fal. Aduerte tamē:quia videtur ꝙ sicut ante
nomē receptū inter reos simpliciter attendimus prioritatem
accusationis,aut maioritatis,vt in l.j.C.qui accu. non pos. & in
l.qui prius.iuncta l.per minorem.ff.de iudi.Item ex quo post
nomen receptum inter reos admittitur accusatio:debeamus eti
am vtrunq; ponderare nec videtur s̃.huic argu.esse sufficienter
responsum.Et sic videtur posse substētari opini.Ric. cogitabis.

a ¶Et quando pos sit crimen opponi per viam exceptionis quando est connexum, vide Bart.in l.ij.§. publico de accu. & Tā.in c.j.& ij. extra de excep.

74 ¶†Quintò fal.quando crimen de quo accusatus vult reaccusa
re,est connexum [a] crimini primo pręposito licet Bar. in d.l.is q
reus.per l.j.C.de calū.& l.ij.§.si publico.ff.de adul.vbi ideò ad
mittitur reaccusatio de lenocinio:quia lenociniū respectu eius-
dem adulterij est connexum adulterio iam proposito: sed tu
aduerte:quia hæc fallē. videtur apertè contra casum d.l.ij.§.si
extraneus.ff. de adul. Inquantum ille §.aduersatur præced.§.fa
cit quod s̃.tetigi circa intellectum d.§.si publico.Nec ob dictus
§.si publico.quia respōdet ꝙ ex his quæ supra dixi in præcedē.
fal.quòd speciale est ibi in muliere, vt etiam dicit Ange. in d. §.
Et ratio specialitatis potest colligi ex his quæ dixi s̃.& q̃ no.
Bart.in d.§.si publico.vbi in effectu videtur corrigere quod s̃.
dixi,de ista connexitate. Et hoc etiam sequitur Bart.de Sal.in
d.l.j.C.qui accu.non pos. licet non faciat mentionem de dicta
opi.Bar.in d.§.si publico.Et aduerte etiam quòd Barto.in d.l.
is qui re⁹.videtur sentire quòd lenocinium sit maius adulterio:
cuius contrarium sentiunt Doct. in l.j.C.qui accu.nō pos.Sed
potest considerari, secundùm Ioan.de Imo.quòd quò ad pœ-
nam infamiæ,de qua loquitur l.athletas.§.pomponius. & l.Im
perator.ff.de infa.lenocinium censetur maius cum ipso facto
infame: & adulterium non ipso facto, sed post sententiam, vt
l.j.ff.de infami.Item quia serua committens lenocinium, facta
libera,remanet infamis:& si publicè fecit quæstum sui cor-
poris, libera facta non est infamis: & quæ sit ratio diuersitatis,
tangit gloss.in d. §.pomponius. Sed quò ad pœnam l.iulię de
adulterijs.de qua loquimur,dicta delicta cēsentur paria.Et ideò
non mirum,si vxor in d.§.si publico.admittitur contra virum
proponendo lenocinium:cùm videatur prosequi suam iniuriā
vt tetigi in pręce.fal.Et per prædicta patet,secūdū Io.de Imo.
ꝙ accusatus,licet possit reaccusare suum accusatorem de maiori
crimine ante nomen receptum inter reos: tamen postea non
debeat posse:quia si speciale est quando prosequeretur suam
iniuriam,ꝙ possit post nomen receptum inter reos: ergo vide
tur ꝙ secus,si non prosequatur suam iniuriam:nisi commissum
esset post nomen receptum inter reos. Ad qđ vide qđ dixi s̃.
in fal.istius xiiij.fal.Sit ergo ex prædictis cōclusio ꝙ sola ratiōe
connexitatis,seu participationis criminis,non potest accusare
suum accusatorē:nisi suam iniuriam prosequatur,vt d.§.si pu
blico.& hęc est ratio diuersitatis illius §.Sed Bar.& Ang.ibi &
Saly.in d.l.j.C.q accu.non pos.Et ideò post nomen receptum
inter reos in extraneo qui nō prosequitur suam iniuriam respe
ctu connexitatis,non operatur.Sed bene connexitas operatur
ante nomē receptū inter reos:vxor verò de non connexo leno
cinio añ nomē receptū inter reos,potest etiam accusare,vt hæc
traduntur per gl.& Doc.in d.§.si publico.& in d.§. extraneus.
Et latius per Io.de Imo.in d.l.is qui.Sed vtrū de lenocinio nō
connexo possit vxor reaccusare,vtrū post nomē receptū inter
reos.Exemplum,si vxor absente viro,& ignoranter commisit
adulterium, sed tamen postea vir ipsam retinuit, vel duxit. &
videtur ꝙ nō possit reaccusare:quia nō videtur prosequi suam
iniuriam, ex quo à viro non videatur subducta:cū illa non ab
sente & ignorante commiserit adulterium.Sed Io.de Imo.in d.
l.is qui reus cōcludit posse dici ꝙ nihilòminus possit reaccu-
sare:& sit speciale in odium mariti committentis lenocinium.
licet non connexum adulterio,vt succurratur potius mulieri,
quàm extraneo:quia leuius censetur delictum in muliere,quàm

b ¶Et istam rationem ponit Bar.in l. j.in j. colū.ff. ad turpil.vbi dicit ꝙ istud crimen calumniæ committitur coram eodē judice. adde etiā Bal.in l.neganda. in v.col.C. qui accu.non pos.

c ¶Vide Bart.in l. qui accusare.ff.de accu.Cy. & Saly. in l.magna.C.qui accu.cū si. vt latè per Alex. in l. ij. §. publico. ff. de adulte.

in masculo:certo respectu ex eo,quia subducta pręsumitur ab
illo,qui habuit copulam cum ea.argu.d.l.j.C.de rap. quæ deci-
sio videtur mihi satis dubia.cogitabis.
75 ¶†Sextò fallit,secundùm Ange.in vxore accusata per virū de
adulterio:quia potest reaccusare virum de lenocinio,vt puniat̃:
licet non possit excipere ad hoc vt repellatur:ex quo nomē rei
receptum est inter reos:vt d.l.ij.§.si publico.ff.de adul.quæ fal-
len.toleratur per ea quæ dixi in præced.fallen.Et ista differt ab
illa:quia fuit ratione connexitatis.
76 ¶†Septimò fallit,si accusatus reaccusat de crimine quod sup-
uenit post nomen receptum inter reos,per ea quæ superius ta-
cta sunt.Et sequitur Ioan.de Imol.in d.l.is qui.quod intelligo,
quādo delictum esset grauius & præiudiciale ad primum:vel si
prosequeretur suam iniuriam, per ea quæ dicta sunt in secūda
& quarta fal.Secus si esset æquale, vel minus:& nulla alia spe-
cialitas concurreret:quia sicut non admitteretur ante nomē re-
ceptum inter reos,per l.j.C.qui accus.non pos.non video quo
pacto si crimen sit leuius,licet sit commissum post nomen re-
ceptum inter reos,quòd debeat admitti:nisi diceres, ꝙ admitta
tur non ad fin.vt procedatur:sed solùm vt ꝓponatur & super-
sedeatur:quia tūc procedit fallentia,per ea quæ dixi s̃.in prima
fallentia istius xiiij.fallentiæ.& per d.l.j.& l.neganda.in fin.C.
qui accusa.non poss.
77 ¶†Octauò fallit,si accusatus non reaccusat:sed implorat iudi-
cis officium.per tex.in l.j.C.de calū.vbi accusatus implorat iu-
dicis officium, vt accusator puniatur pro sua calumniosa accu-
satione.tenent glo.& Bart.in d.l.is qui reus.& in l.j.C.qui accu
sa.non pos.Et hanc etiam opin.sequitur Ange.dicens eam esse
veram.& quod eam tenebat Bart.legendo dictam legē.C.de ca
lum.Sed prædictus intellectus ad illam legē nō placet domino
Bartho.de Salyc.ꝙ ex dicto intellectu videretur simpliciter di
cendum,quòd omni casu quo nō admittitur reaccusatio,possit
iudicis officium implorari.quod videtur esse cōtra notata in l.
querela.C.de fal.vbi officium iudicis succedit in locum accusa
tionis.Et ideò videtur ꝙ eo casu solùm possit officium iudicis
implorari,quo casu potest fieri accusatio.vnde cùm in d.l.j.C.
de calum.permittatur implorari iudicis officiū:necessariò vide
tur inferēdum,ꝙ poterat accusare.Et hoc etiam videtur tenere
Bart.in l.fin.C.de accus.licet Salyc.ipsum non alleget.Et ideo
Bart.ad d.l.j.dat alios intellectus,ꝙ istud est ibi ratione conne-
xitatis.Sed non videtur bonus, per ea quæ statim dixi: iunctis
his quæ dixi in v.fallē.Item dat tertium intellectū, ꝙ ibi accu-
sando de calumnia prosequebatur suā iniuriam.de quo dixi in
iiij.fal.Et iste intellectus placet Io.de Imo.qui etiam fatetur ꝙ
iste audiretur,etiam reaccusando,per ea quæ dixi in d.iiij.fal.&
in quinta.Item implorando officiū iudicis mercenariū tempo
re sententiæ,vel incontinenti post:non autem ex interuallo, vt
not.in d.l.j.de calum.Et etiā posset de dicta calumnia cogno-
sci iudicis officio nobili,per viam inquisitionis ex interuallo:
cùm hoc casu permittatur inquisitio ex eo,quia ex actitatis co-
ram iudice notoriè videtur constare de calūnia accusatoris, vt
not.Barto.in l.j.§.j.& l.ij.ff.ad Turpil.& in d.§.si publico. Nec
mireris ꝙ in d.l.j.post nomen receptū inter reos,& in fine litis
possit fieri reaccusatio:& etiam iudicis officiū implorari: quia
tunc demū videtur plenè cōstare iudici de calumnia,cùm tunc
appareat an accusator probauerit vel non:& in dubio,nō pro-
bans præsumitur calumniatus:nisi aliud probetur:vt not.in l.j.
& l.qui probasse.C.de calum.& l.j.C.de aduoc.diuer.iudi.& l.
athletas.§.calumniator.ff.de infa.Et admittitur etiā ista implo-
ratio officij iudicis:quia de calumnia in dubio apparet per a-
b ctitata.& per calumniam iudex dicitur offensus.[b] facit l.nul-
lum.C.de testibus.
78 ¶†Nonò fallit,si accusatus nollet reaccusare accusatorē de alio
crimine,sed contra eū vellet excipere:quia posset,etiā post no
mén receptū inter reos,per tex.in d.l.ij.§.lenociniū.cum seq.ff.
de adul.vnde iura quæ dicūt ꝙ post nomen receptū inter reos
nō debet admitti quis à die accusando de pari vel minori cri-
mine:nisi suam iniuriā prosequatur, vt d.l.negāda.& sæpius di
ctum est,habent locū accusando,nō excipiendo.Et hoc voluit
Bart.in d.l.is qui reus.facit,quia facilius cōceditur exceptio,q̃
actio vel accusatio.ar.l.purè.§.fi.ff.de excep.dol.& l.Arrianus.
ff.de act.& oblig.& idē voluit glo.in l.j.& in d.l.negāda.C.qui
accu.nō pos.Sed tu dic ꝙ aut nos loquimur in exceptione quę
stat in meris finibus exceptionis,quæ solùm venit ad effectum
defensiuū,& non punitiuū.Et an talis exceptio possit oppo-
ni post litē contestatā collige ex his quæ dixi in c.pastoralis.j.
de excep.iuncta l.peremptorias.C.sent.rescin.nō pos.dicam la
tius in tit.de excep.Aut loquimur de exceptione quæ non stat
c in meris finibus exceptionis:eo ꝙ habet effectum punitiuū [c].
prout est exceptio lenocinij cōtra maritū:quę habet vim accu-
sationis:&

ſationis:& ſic effectum punitiuũ:quia maritus per illã punitur, vt d.l.ij.§.ſi publico.ff.de adulte. & de iſta exceptione dicẽdũ eſt,vt dictum eſt de reaccuſatione. videlicet ꝙ eo caſu amittat̃ iſta exceptio,quo caſu admitteretur reaccuſatio & eo caſu non admittatur,quo nõ admitteretur reaccuſatione per vnã viã dene gatum,per aliam viam intelligeretur conceſſum vt in regula, cùm quid vna via.de re.iur.lib.vj.Et hoc voluerunt Bar. Ang. & Io.de Imol.in d.l.is qui reus.& doc.in d.l.j.& d.l.negãda.Et hęc procedunt poſt nomen receptũ inter reos.Vtrũ autem exceptio lenocinij ante nomen receptum inter reos, habeat effectum punitiuum,nõ eſt materia noſtra.Sed vide de ea in l.quoniam Alexãdrũ.C.de adul.& per Io.de Imo.in d.l.is qui reus.

79 ¶†Decimò fal.ſi accuſator reaccuſatus eo caſu quo non poteſt reaccuſari,nõ opponit contra reaccuſatorẽ, ꝙ non poſsit fieri reaccuſatio:qa tunc ꝓcedit reaccuſatio,ſecũdùm glo.ij.& glo. pe.in d.l.is qui reus. Et ſequuntur ibi Docto. & ſpecificè ibi Io.de Imo.facit l.reũ.C.de procu.& l.ſi mancipiũ.§.ſi cõmuni.ff.cõi diui.Et aduerte:qa in oĩbus in quibus dixi accuſatũ ad mitti ad reaccuſandum accuſatorẽ:hoc debet intelligi,quando nihil aliud obſiſtat dicto accuſato,quàm accuſatio de eo facta, vt dixi ſ.in prin.primæ.q.iſtius xiij.fal.prin.Et ex his eſt expeditus ſecundus caſus,quãdo accuſatus vult reaccuſare poſt nomen rei receptum inter reos.& ante concluſionem in cauſa.

80 ¶†Circa tertium caſum,qñ vult reaccuſare poſt cõcluſionẽ in cauſa Cy.in l.neganda.& poſt eum Bar.de ſaly.ibi & Bar.in d. l.is qui.ff.de pub.iud.& poſt eũ Ange.ibi volunt ꝙ non admittatur etiam ad fin.vt ſuperſedeatur ar.c.paſto.de cã poſ.& proprie.qđ limitat Saly.niſi tale crimen eſſet commiſſum poſt concluſionem in cauſa per ea quæ habentur per docto.in Cle. paſtoralis.ad qđ vide quæ dixi in vij.fal.pręcedentis caſus. Et ex prædictis videtur inferendum, ampliando dicta Doctorum ꝙ in caſibus in quibus permittitur reaccuſatio poſt nomen receptum inter reos,de quibus dixi in præce.caſu,permittitur duntaxat ſi fiat ante concluſionem in cauſa, ſecundùm Io. de Imo. in d.l.is qui reus.& mihi placet.

¶Circa quartum caſum prin.quando accuſatus vult reaccuſare poſt ſententiam. Aduerte: quia licet hæc queſtio quaſi,nihil pertineat ad prin.materiam ti. noſtri, tamen poſtquàm incidimus in hanc materiam ꝙ quaſi inuitus, & propter conſue.meã feci: tamen quia Docto.tractant pro ipſius arti.maiori declaratione.diſtingue quinq; membra.

¶Primum,quando accuſatus fuit abſolutus.

¶Secundum,quando fuit condemnatus: ſed propter condemnationem non admiſit famam, aut ciuitatem vel libertatem.

¶Tertium, quando ſolùm amiſit famam, ſed non ciuitatem aut libertatem.

¶Quartum,quando amiſit ciuitatem vel libertatem.

¶Quintũ,quid ſi fuit damnatus ad mortem.

81 ¶†Circa primũ mẽbrũ quando ſimpliciter fuit abſolutus,dic ꝙ poteſt etiam ſuum accuſatorem reaccuſare,vt d.l.is qui reus. & hoc tenent omnes Doct.& eſt expeditum de iure ci.ſed de iure canonico videtur eſſe dubium propter cauſatã inimicitiã ex accuſatione,ſecundùm ea quæ dixi ſ.in prin.xiij.fal.in primo caſu.ad qđ vide qđ dixi in c. repellantur.de accu. Admitteretur tamen etiam de iure canonico,ſi ſuam iniuriam proſequeretur,per ea quæ dixi in d.c.repellantur.& in c.j.de accu.

¶Circa ſecundũ membrũ,quando accuſatus fuit condemnat⁹ ſed per condemnationem,neq; famam aut ciuitatem, vel libertatem amiſiſſet.Et tunc idem tenendum eſt,qđ ſtatim dixi per d.l.is qui reus.vbi hoc concludunt Doct.

82 ¶†Circa tertium membrum quando ſolam famam amiſit per condemnationem,ſed non ciuitatẽ aut libertatẽ. dic ꝙ poteſt accuſare ſuum accuſatorem:licet ſuam iniuriam non proſequatur ſed extraneum nõ poteſt niſi ſuam iniuriam proſequatur. hoc cõiter tenent gloſſ.& doct.in d. l. is qui reus.Sed Barto.de ſaly.in l.j.C.q accu. non poſ.tenet ꝙ etiam infamis non poſsit accuſare,niſi ſuã iniuriã ꝓſequatur. Mouet̃ per l.is qui in iudicio.ff.de accu.Nec ob.d.l.is qui reus.quia reſpondet Saly.ꝙ ibi non debet ſumi ar.à contrario ſenſu:quia eſſet hic d.l.is qui in iudicio.Nec ob.l.j.ff.de bo.eorũ. qa ibi loquitur, quando quis volebat redimere ſanguinem ſuum.Secus quando vellet impugnare accuſando.Nam facilius illud permittitur ꝗ̃ iſtud.ar.no. in c.cũ inter priorem. ſ.de elect.& in l.quoniam Alexãdrum. C.de adul.Non ob.l. qui cũ maior.§.libertus.ff. de bo.liber. qa ibi volebat actor quærere delictum in accuſatorem:& ſic oſtẽdere ſe innocẽtem. & pœnam euitare. Sed in terminis noſtris, propter ſnĩam latam contra accuſatum,cõſtabat eum nocentẽ: & volebat pœnã alij imponi:ergo &c. Preterea ibi implorabat officium iudicis pen.lit. ſecũdũ vnũ intellectũ.ſed in terminis noſtris,volebat accuſare poſt ſnĩam.Nec etiam ob.l.deferre.§. j.ff.de iure fiſ.quia ibi volebat euitare infamiam.Et ideo facili⁹ ibi ſuccurritur.ſed nos præſuppõnamus in terminis noſtris eũ iam infamatum:& multa impediunt fiẽda &c.vt l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& ita reſpondet Sali.in d.l.j. Sed dicit Ioan.de Imo.in d.l.is qui reus.ꝙ licet prædicta opi.videatur colorata:tamẽ communis opi.glo.et Doct.videt̃ poſſe defenſari per d.l.is qui reus.& d.l.deferre.§.j.Nam ſicut ibi ius diſpenſat contra regulas iuris,vt quis poſsit ſe vlciſci cõtra ſuũ delatorem,vt nõ incurrat infamiã quam aliàs incurreret,ſi ipſe alium deferret,quàm ſuum delatorẽ:quia contra eum obtinuerat,vt ibi patet.Non obſtante ꝙ expediret reipublicæ & fiſco delatorem obtinuiſſe,& declaraſſe ius fiſci:ergo eodem modo non videtur abſonum,ꝙ ius intelligatur diſpenſare cõtra regulas iuris,ꝙ quis vlciſcendo poſsit accuſare ſuum accuſatorẽ.Et ideo videt̃ ſumi argu.à contrario ſenſu in d.l.is qui reus.quia iura videntur diſpenſare cõtra regulas,quando quis ſe vlciſcitur cõtra ſuum delatorẽ:vt d.l.deferre.Et ſic ex prædictis videt̃,ꝙ non ſit abſurdũ ſumere argu.à contrario ſenſu: licet ſit cõtra regulas iuris,quando ſumus in materia in qua ius videtur diſpenſare cõtra regulas iuris.& argu.ſumitur ſecundũ ipſam diſpenſationẽ:vt quando quis vult ſe vlciſci contra ſuũ delatorem:vt d.l.deferre.§.j.ſecũdũ Io.de Imo.in d.l.is qui.Et perpetuò no

a tabis hoc vltimũ ad materiã[a] argumenti à contrario ſenſu.Sed aduerte:quia opi.Saly.facit,quia non poteſt accuſare extraneũ ex quo eſt infamatus:multò minus videt̃ poſſe reaccuſare ſuũ accuſatorem,qui videtur mereri præmiũ & nõ pœnam,ex quo deceſsit delictum,cùm expediat delicta nocentũ eſſe manifeſta vt l.eum qui.ff.de iniur.vnde cũ accuſator manifeſtauerit delictum,& ſic potius videat̃ mereri præmiũ quàm pœnã:ſicut nõ poteſt accuſare extraneũ,non debet poſſe reaccuſare accuſatorem:niſi ſuam iniuriã proſequatur.facit l.quiſquis.C.ad le.iul. maieſt.& l.j.C.de repud.Sed pro opi.cõtraria & cõmuni facit, quia in quocũq; caſu quis poſsit reaccuſare ſuum accuſatorẽ, videtur proſequi iniuriam ſibi illatam per accuſatorẽ: cùm videatur ſe vindicare.ar.d.l.deferre.§.j.ff.de iur.fiſ.quod facit ad abſolutionem contrarij.de quo dixi in j.princip.caſu xiij.fal. Et ad prædictam materiam de infame repellẽdo ab accuſatione,vide quæ dixi in c.j.ij.de accuſa.

a ¶De qua materia habes latiſsimè ꝑ Docto. in l. j. §. huius rei.ff.de offic.eius cui mandata eſt iuriſdi.

83 ¶†Circa quartũ membrum,quãdo condẽnatus perdidiſſet ciuitatem vel libertatem dicendum eſt,ꝙ talis nõ poſſet accuſare ſuum accuſatorẽ: vt d.l.is qui reus.& hoc verũ,quando vult reaccuſare de nouo poſt ſententiã.Sed ſi vellet proſequi accuſationem iam inchoatã,quam nõ potuit proſequi,ſecũdũ ea quæ dixi in j.falle.primi caſus:tũc poteſt illã proſequi tam aduerſus ſuũ accuſatorẽ,quàm aduerſus extraneũ,vt eſt tex.in d.l.is qui reus.in fi.qui tex.nõ diſtinguit,an contra ſuũ accuſatorẽ:an cõtra extraneum.& iſta fuit opi.Azo.quã cõmuniter ſequuntur Doct.pro qua etiã facit d.l.negãda.C.qui accu.nõ poſ.intelligẽdo illã legem tanq; accuſatus vellet reaccuſare ſuum accuſatorẽ vel extraneũ.quidã tamẽ volunt,vt refert glo.in d.l.is qui reus. ꝙ ille tex.in fi.dũ loquitur de inchoatis.intelligatur de inchoatis aduerſus ſuum accuſatorẽ:& non aduerſus extraneũ:ex eo, quia loquit̃ aduerſatiuè ad præcedẽtia,quæ loquuntur de accuſante accuſatorem ſuũ.Sed cõmunis opi.eſt ꝙ intelligatur generaliter:quia licet referat̃ ad inchoatas cõtra ſuum accuſatorẽ: tamẽ cõprehẽdit etiã inchoatas aduerſus extraneos,cùm generaliter loquat̃.& videtur probari ex cõiunctione.d.l.neganda. cũ d.l.is qui reus.in fi.& in hac etiam opi.reſidet Io.de Imo.

84 ¶†Circa quintũ membrum,quãdo accuſatus eſt damnatus ad mortẽ non eſt dubiũ ꝙ nõ poteſt reaccuſare ſuũ accuſatorẽ,vel alium:etiã ſi ſuã iniuriã proſequat̃,per l.ſi quis fortè.ff.de pœ. & l.cum reis.& l.ſi vindicari.C.de pœ.& hoc procedit, qñ de nouo vellet accuſare.ſi verò vellet inchoatas accuſationes proſequi:maius videtur eſſe dubiũ.de quo diſputat gloſ.fi.in d.l.is qui reus.& cõcludit ꝙ nõ audiatur,per d.l.ſi fortè.cum ſimi.In contrariũ tamẽ allegat l.qui vltimo.ff.de pœn.& l.contra maiores.C.de inoffic.teſt.& l.j.in fi.C.de ann.excep.& ff.de iud.l. in omni.C.de accuſa.l.fin.ff.de pœn.l.prægnantis.Sed glo.prædicta dicit,ꝙ ad iura prędicta poteſt faciliter reſpõderi.ideò nõ aliter reſpõdet Ioã.de Imo.primò ad l.qui vltimo.ꝙ ibi eſt ſpeciale in caſu illo ad hoc,vt quæratur de ſocijs.ad l.contra maiores.& duas ſequẽ.reſpõdet ꝙ loquuntur in ciuilibus:& nos loquimur in criminalibus.Et ſic non videntur obſtare.arg.l.ſi maritus.C.de dona.inter vir.& vxo.l.papinianus.ff.de maio.& l. fin.C.de accuſa.reſponderi poteſt,ꝙ illud eſt generaliter:ſed tamen quandoq; bene permittitur deſiſtere,vt patet in l.mulier. ff.ad turpil. Ad quod vide quæ latè dixi in c.ij.de collu.deteg. ad l.prægnantis,reſponde ꝙ eſt ibi ſpeciale propter prẹiudiciũ quod generaretur parti.Bart.tamen Ange.& communiter Docto.tenent contrarium, ꝙ imò etiam mors differatur quouſq;

accusatio terminetur.arg.d.l.qui vltimo.ff.de poen.Et per hoc dicit Ang.posse dari consilium illi qui positus est in carcere, & timet de sententia mortis,ad hoc vt possit deferre mortẽ: quia poterit accusatorem vel extraneum interea de graui crimine accusare:& in sua accusatione supersedere:sed post sententiã contra eum latã,licet ad mortẽ,differretur executio.quod est sing.[a] Sed dicit Ioan.de Imo.retenta d.opin.tamen posset prodesse, nisi appareret ꝙ hoc calumniosè fecisset ad finem differendæ executionis.ar.l.satis apertè.C.de fal.Aduerte tamen,quia d.Ricar.& Barth.de Saly.in d.l.j.C.qui accus.non pos.nituntur defendere dictam opi.glo.& rationes suas.& maximè per l.si fortè.ff.de poen.vbi damnatus ad mortem nõ debet audiri,vt differatur eius executio.Et si dicat se velle reuelare aliquid quod tẽdat ad salutem principis:ergo multò minus si vellet aliud reuelare.& pro hoc etiam allegat,quia diuersa est ratio inter pœnã mortis & aliam.& ratio,non mirũ si in illa aliud statuatur propter eius grauitatẽ.Item quia si differretur executio,posset fortè damnatus interea supplicare Principi,& obtinere indulgentiam.Et sic delictum remaneret impunitũ,vt dicitur in simili in d.l.si fortè.quod cessabit,si fiat executio.quæ ratio nõ habet locum quando pœna solùm adimit ciuitatem, vel libertatem: quia etiam si fiat executio pœnæ cùm remaneat,vnius poterit supplicare.Et ideò non est tantũ præiudicium si tunc differtur executio.Mouentur etiã,quia regulariter pœna mortis nõ debet differri:nisi in casibus specialibus.de quibus dixi in c.qualiter.el ij.j.de accus.in xj.prin.arti.q.c.in fi.Inter quos non cõnumeratur casus noster.Sed aduerte,quia cõtra istam opi.fortiter facit,quia damnatus ad mortẽ perdit ciuitatem & libertatem, vt de se patet.& est text.in d.l.qui vltimo.ergo videt̃ includi in d.l.is qui reus.Inquantũ loquitur de his qui ciuitatẽ et libertatẽ perdiderunt.Sed ad hoc conatur respõdere Barth.de Saly.ꝙ licet ex vi verborũ damnatio ad mortẽ possit cõprehendi:tamẽ quia nõ est eadẽ ratio omniũ sub illa indefinita locutione comprehensorũ:vt s.dictũ fuit,ergo &c.& maximè,quia cùm iura loquunt̃ de perdẽtibus libertatẽ,cõmuniter intelligũt de dãnatis in metallũ.& cum loquuntur de perdẽtibus ciuitatẽ,intelligũt de deportatis,vt l.ij.& l.aut damnũ.ff.de poe.Sed dicit Io.de Imo.in d.l.is qui reus.ꝙ licet vtraq; opi.sit probabilis:tamẽ verior videtur opi.Bar.& Ang.per tex.in d.l.is qui reus.iũcta d.l.qui vltimo.quia negari non potest ꝙ sub verbis d.l. is qui reus.cõprehendatur dãnatio ad mortem. Nec obst.d.l.si fortè. quia videt̃ potius facere pro hac opi. Inquantũ dicit simpliciter de dãnato supplicio,& nõ dicit,vltimo supplicio. Et sic potest etiã habere locũ in damnatis in metallũ,& deportatis.vnde sicut illa l.si fortè.limitatur per d.l.is qui reus.Ita limitentur iura loquẽtia de pœna mortis,ex quo virtus verborum hoc capit:& ex quo in simili propter inuestigandã veritatẽ differtur executio mortis:vt l.qui vltimo.& eodẽ modo potest respõderi ad d.l.cũ reis.Et prædictã etiam opi.sequit̃ hic do.me.quia sicut in casu damnationis in metallũ,& deportatiõis,admittitur prosecutio accusationis institu.& differt̃ executio sentẽtiæ quæ infert mortẽ ciuilẽ.Et ita debet differri mors naturalis.& ad leges quæ volunt pœnã mortis non esse differendã respondet, ꝙ procedat,nisi ex causa differat̃.Nam ex multis causis differt̃,de quibus latè dixi in d.c.qualiter.el ij.j.de accus.in xj.prin.arti.q.c.in fi.Et prædicta procedũt,quãdo accusatus vellet reaccusare accusatorem suum corã eodẽ iudice,qui esset communis iudex vtriusq;.Si verò accusatus per modum reconuentionis vellet reaccusare accusatorem coram eodẽ iudice,qui tamẽ non esset iudex accusatoris:quæ est magis propriè materia nostra,Bart.in aut̃.& cõsequenter.C.de sent.& interlo.om.iud.dicit hoc fieri nõ posse:quia accusator nõ videtur talẽ iudicẽ elegisse,aut spõte ad eum iuisse:imò ex quadã necessitate propter maleficium cõmissum, vel iniuriam sibi illatam.arg.l.ij.§.sed & si agãt.ff.de iudi.vnde nõ est incõueniens ꝙ malignitas aduersarij mei, propter quã cogor illum accusare,faciat vt ego nõ possim reaccusari corã iudice non meo:vt d.§.sed si agant.quæ ratio cessat in eo qui agit ex cõtractu,vel quasi cõtractu,per ea quæ superius dicta sunt.Et hoc dicit procedere,quãdo actor conueniret reũ corã iudice ordinario.Si enim contra eũ impetraret iudicẽ delegatum:tunc credit Bart.ꝙ possit fieri recõuentio.per d.aut̃.& cõsequẽter.& in corpore vnde sumit̃.tum quia subest ratio recõuẽtionis cõcedendæ:quia ipse eum elegit:& cessat ratio impedimẽti, de quo loquitur §.sed si agant.do.Ant.hic discrepat à dictis Bart.in duobus.Primò,inquantũ indistinctè dicit ꝙ coram ordinario nõ potest accusator reaccusari.nõ enim ꝓcedit ratio Bar.in prosequente publicũ interesse:quo casu nõ necessitatur ad accusandũ.In hoc tamen distinguit, ꝙ vbi reaccusat pro publico interesse,procedit recõuẽtio.Et hæc vbi vterq; venit pro publico interesse;secus dicit,quando vnus venit pro interesse priuato:& alius pro publico: quia tunc non procedit reconuentio:cùm nõ reconueniatur eodẽ respectu quo agit.ar.c.frequens.de restit.spol.lib.vj.& quod not.in c.cùm dilectus.de ordi.cogni.Secundò discrepat do.Ant.à dicto Bar.quia dicit se putare etiam si recõuẽtio fiat coram iudice delegato impetrato à recõuento:quia stat ratio præallegata.licet Bart.senserit contrarium.Sed istud dictũ non videtur differre à dicto Bar to.do.me.hic dicit,ꝙ putat sic distinguendum,quòd aut accusator prosequendo publicũ interesse venit quasi necessitatus: vt puta,quando aliquis de collegio accusat prælatũ de aliquo crimine.Et hoc casu procedat dictũ Bart.quia licet prosequatur publicum interesse:tamẽ venit quasi necessitatus:quia interest sua habere bonum prælatũ,sub cuius iurisdictione habet viuere:& etiam ne bona ecclesiæ suæ dissipentur.ar.viij.q.j.c.audacter.& sic cessat ratio d.l.cùm Papinianus.cùm non spontè elegerit, sed potius necessitatus venerit.Aut nõ venit,sic necessitatus,sed venit merè pro publico interesse, tanq; vnus de populo:& tunc poterit recõueniri,seu reaccusari:etiam pro interesse publico:quia satis videtur tunc elegisse iudicẽ.Et sic cessat dispositio.d.§.sed si agant.Quæ tamẽ intellige procedere in casibus,in quibus s.diximus, quòd corã communi iudice possit reconuenire,distinguẽdo quatuor casus,vt superius latè explicatum fuit.Subiungit tamen hic do.me.ꝙ putat quòd etiã pro interesse priuato poterit reaccusari.Mouetur.per rex.in d.l.neganda.C.qui accus.non pos.canonizata.iij.q.xj.Aliàs enim de

b facili inferens iniuriam posset deludere[b] iniuriam passum:præueniendo & accusando eum de aliquo publico crimine,quod non est admittẽdum.argu.c.quanto.de diuor.Non obst.c.frequens.quia loquitur quando excipitur de spoliatione ad finẽ, vt actor repellatur ab agendo.Non enim debet repelli si prosequitur causam publicã.Sed hic non loquimur in recõuentione quæ simul tractatur cũ conuentione:& sic nõ impeditur fauor publicus.Et idẽ etiam tenet do.m.secutus Bar.ꝙ etiam coram delegato possit fieri talis recõuentio.per c.proximũ.intelligendo prædicta vt statim dixi,nisi qualitas causæ vel temporis,aut simile impedimentũ haberet obstare reconuentioni, secundùm ea quæ superius dicta sunt in hoc vj.articu.prin.& in præcedẽtibus.Et subiungit hic do.me.vtilẽ & quotidianã quæstionem,in qua cõsuluit Fede.de Senis consi.lxxxviij.in his terminis.Clericus accusauit laicum corã iudice laico de iniuria sibi illata,lit.contest.coram laico,& publicatis attestationibus:accusatus reaccusauit clericum coram iudice ecclesiastico de calũnioſa accusatione,quam dicit clericũ iniustè mouisse contra eũ coram laico:& petit vt inhibeatur iudici seculari,ꝙ pendente ista accusatione supersedere debeat in causa principali,vnde quærebatur de duobus. Primò,an ista secunda accusatio de calumnia esset admittẽda pendente prima accusatione.Secundò, an esset fienda inhibitio,posito ꝙ foret admittenda.Et cõcludit Fed.& non deberet admitti:quia eius decisio pendet ex decisiõe principa.q.ideò illa tanquam præiudicialis est primò expediẽda.Et præsupposito quòd deberet admitti,consuluit non esse supersedendum in priori:cùm vterq; prosequatur iniuriã propriam. Et sic vult ꝙ ꝓcedatur super vtraq;.Ad quod vide quæ latius dixi s.in secundo casu in iiij.fal.dãdo intellectum ad d.l.j.C.de calum.Et prædicta omnia dicit do.me.intelligenda,quando facta sunt compatibilia.Ita quòd vnum factum non est præiudiciale ad alterũ.per l.j.C.qui accu.non pos.Ad quod vide quæ latius dixi s.in secundo casu.ver.secundò fallit.Et ex prædictis habes expeditũ non solùm membrum illud,quando accusatus vult reaccusare accusatorem suum,sed etiam quãdo vult reaccusare extraneum:quia satis cõtingẽter in superioribus tetigi de accusatione extranei;quia de ea nullo modo pertinet ad materiam titu.nostri.Et breuiter dic in hoc seruãdam distinctionẽ. d.l.neganda.quòd aut vult accusare de pari vel minori, & non potest;nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.potest tantum accusationem proponere,vt differatur post exitum suæ accusationis,vt d.l.neganda.secundùm do.Anton.& do.me.hic. Sed tu latius collige ex superioribus quid in hoc artic. enendũ sit.Et ex his Deo duce,habes expeditam primam difficilimã, & intricatissimam.q.istius xiiij.fal.videlicet,quando accusatus criminaliter,vult reaccusare criminaliter.

85 ¶†Secundò,vtrum accusatus criminaliter possit reconuenire accusatorem suum ciuiliter.Et intellige ꝙ reconueniat corã eodem iudice,qui non sit iudex accusatoris.Circa quam quæstionem,conclude ꝙ non,secundùm Inno.hic,& do.m.& d.Ant. qui mouentur,ꝙ iste accusator coactus est ex maleficio aduersarij adire iudicem ipsius rei.Et sic cessat ratio d.l.cùm Papinianus.C.de sent.& interlo.om.iudi.facit etiam quod dixi s.in præced.q.Item mouentur per l.fin.C.de ordi.cogni.vbi dicitur,ꝙ causa criminalis tanq; maior facit silere ciuilem minorem.facit l.per

a ¶Nota singularẽ cautionem ad cuius tandam seu differendam mortem alicuius damnati. & adde bonum text.in simili in l.j.C.de bon.præscrip.& quæ dicit Ias.in l.seruus.ff.de lega.j.

b ¶Debet enĩ lex viam malitijs præcludere.l.in fundo.ff.de rei vend. facit c.dixit.xxxiij.q.j.facit c.vt circa,de elec.lib.vj.

l.p minorē.ff.de iudi. Et hanc opi. sequit̃ Bar. in d.auẽ.& cōsequenter.C.de senten.& interlo.om.iudi. Ex qua ratione sequitur ꝙ talis reconuentio nō posset fieri, etiā corā iudice vtriusq;.

86 ¶†Tertiò principaliter quæro, quando reus conuentus ciuiliter vult recōuenire criminaliter. Et hoc casu conclude ꝙ si iudex corā quo fit reconuentio non potest de tali causa iudicare q̃a nō potest cognoscere nisi de crimine: vel quia recōuenitur clericus de crimine coram seculari: & tunc non procedit recōuentio, secundū Inno. hic & Bar.in d.auẽ.& consequenter. Et est ratio quia istud videtur esse priuilegium causæ,& non personę. Et ratio est quia vtraq; parte volente non admitteretur reconuentio, vt l.non distinguemus. §.Iulianus.ff.de arbi.No.gl. in l.inter conuenientes.ff.ad muni. Et Inno. in c.de causis.& c.P.& G.de offi.dele.nō enim esset prorogatio,sed in nouā speciem translatio. ar. l.sed & si manente. ff.de precario. Ad quod vide qđ dixi s̃.post principium istius vj.principalis ar. Si verò iudex potest aliàs cognoscere, tenet hic Inno.ꝙ admittatur reconuentio. Nam iste potuit ciuiliter conueniri: & criminaliter potest contra alium agere: cùm nō inueniatur hoc prohibitum super diuersis rebus. Et sequitur hic Ioā. And. & Spe.in titu.de reconuen.§.ij.ver.sed nunquid habet locum. Sed Bar. in d.auẽ. & consequenter.subtilius examinat hunc passum, præmittendo ꝙ causa criminalis habet illud priuilegium, vt ea pendente supersedeatur in quæstione ciuili, vt ī l.fi.C. de or. co. vnde ad propositum, si ille qui reaccusat per modū recōuentionis vult vti hoc priuilegio, qđ interim super ciuili primò proposita supersedebatur: non posset hoc modo reconuenire: quia hoc nō patitur natura cōuentionis, & reconuẽtionis, q̃ est vt simul ꝓcedatur: & simul terminetur, vt dicam in c.seq. in x. prin. arti. Et quia per hoc præiudicaret actori quò ad priuilegium suum qđ est, ꝙ ex quo prius prouocauit, prius debeat agere, vt l.qui prior.ff.de iudi. Putat tamen Bar.ꝙ reus conuentus ciuiliter, poterit reconuenire seu accusare criminaliter actorem coram alio iudice compententi: nec debet impediri virtute auẽ. & consequenter.quæ vult reconuentionem non posse fieri corā alio iudice: quia illa auẽ.aufert alios iudices, eo casu quo iudicem principalis dat in causa reconuentionis. vnde eo casu quo non pōt fieri reconuentio coram tali iudice: vel si posset fieri, non posset fieri sine ꝑiudicio ipsius actoris vel causæ suę: & cùm priuilegio dato causę conuentionis reconuentionis: illa auẽ.non intelligitur reo conuento auferre iudices suos, vt colligitur ibi,& in corpore vnde sumitur d. Anto.hic dicit ꝙ hoc procedit quādo ciuilis & criminalis accumularentur super eodem facto. & sic loquitur d.l.fi.C.de or.co.secundùm eum. Sed si ex diuerso facto: tunc procedat reconuentio.alleg.glo.in l.vel in operis,& in l.omnium.ff.de procu. Et hoc etiā voluerunt quidam, vt refert hic Inn. Sed do.m.hic dicit se putare ꝙ non admittatur reconuentio etiā super diuerso facto: quia d.l.fi. C.de ordi.cog. loquitur indistinctè: & solū ibi ponderatur maioritas causæ: vt citius terminetur causa criminalis, tanquam ardua. Ad quod etiam l.per minorē ff.de iud.ꝑ quæ iura putat ꝙ non admittatur cumulatio[a] criminalis & ciuilis: etiam super diuerso facto corā eodem iudice quamuis reconueniens non dicat se nō velle vti priuilegio suspensiuo: quia hoc videtur indultum in fauorē publicum.quandoq; ad publicam vtilitatem pertinet, vt crimina non remaneant impunita: sed vt citius puniantur & terminentur.ar.l.cum reis.ff.de pœ.& j.de senten.excommu.c.vt famæ. Et quia quos prętor prohibet, indistinctè prohibet: licet pars admittat, vt l.quos prohibet. ff. de postu. Et hoc putat verum Do.m.licet Bart.in d.auẽ.& consequenter. videatur aliud velle. videlicet ꝙ quando reus non vult vti priuilegio suspēsiuo: sentit ꝙ admittatur reconuentio.si rego vult accusare actorem criminaliter, vadat ad iudicem suum: & supersedeatur super causa ciuili intentata, vel in causa ciuili procedatur coram suo iudice. & in criminali coram alio qđ fieri potest, secundùm Barto. qđ est valde notandum. Ex quo sume regulam notabilem quòd quādocūq; iudex cōuentionis non potest cognoscere ex natura causæ de ipsa reconuentione: admittitur reconuentio corā alio iudice. Et sic per hoc eleganter potest limitari c.dispendia. de rescrip. lib.vj. Sed contrariū videtur velle text. ibi in §. reus quoq;.secundùm lect.gl.ibi in ver.literas.q̃ sentit ꝙ si causa nō potest agitari coram illo delegato: debet tunc impetrare literas ad eūdē delegatū: aliàs debet supersedere durante primo iudicio.& licet hoc videatur æquius: tamen hoc primum dictum est verius: quia non debet iste propter fauorem rei distringi subire onus impetrationis. Satis enim est grauari eum ad agendū corā eodē iudice q̄n ibi pōt agere.& ꝓ hoc facit verbū maluerit.ibi positum ꝙ est cōparatiuū nō necessitatū: quasi velit illa litera ꝙ possit vti bñficio reconuētiōis. sed si magis voluerit cōuenire, potest impetrare literas. Et sic loquitur quando causam illam poterat deducere coram illo iudice per viam reconuentionis. Et hoc dicit notandum: quia illa glos. solet cōmuniter recipi: quæ tamen non procedit indistinctè, vt patet ex prędictis, secundū dominū meum. Et hoc ad id quod dixi s̃.in iiij.prin.& ij.princip.q.in ij.& prima limitatione. Et quod dixi causam criminalem facere silere ciuilē, dicit hoc not. Inno.ꝙ hoc procedit quādo intentatur criminalis ante lit.contest.in ciuili. Nam lit.contesta.non videtur iudex impediri quominus procedat,& diffiniat super re de qua cōuenit.quod non placet do.me.quādo fit super diuerso facto: quia cùm tunc habeat vim dilatoriæ, debet proponi ante lit.contest.sicut in simili, si agens possessorio reconueniatur petitorio, admittitur reconuentio: nisi excipiatur. Et sic intelligitur c.fin.de ord.cog. Si verò fit recōuentio super eodem facto: & sic est præiudicialis ad causam ciuilē, putat do. me.ꝙ potest admitti etiā post litem contestatā sicut admittitur exceptio peremptoria.per l.fin.C.qui accus.non pos.& quod ibi nota.& quod not.in l.is qui reus.ff.de publi.ff.de iudic. Ad quod vide quæ latius dixi s̃.in j.q.istius materiæ, maximè in ij. fallentia.& fallen.xiiij.

87 ¶†Quartò quæro, quid si conuentus ciuiliter de crimine, vult reconuenire actorem ex causa merè ciuili. Sol.dic,ꝙ si fuit cōuentus ciuiliter ex maleficio suo, seu ex facto ipsius conuenti absq; scientia & cōscientia actoris, non admittitur recōuentio coram iudice non suo: quia non sponte elegit illum, sed necessitatus venit ad eum, secundùm Bart.in d.auẽ.& consequẽter.per tex. in l.ij.§.sed si agant.ff.de iudi.secus vbi sponte elegisset.

88 ¶†Quintò quero, quid si reus conuentus more ciuili, vult recōuenire actorem ciuiliter ex crimine? Sol.dic ꝙ admittitur recōuentio: quia nihil est quod impediat, cùm ille actor elegerit talē iudicem: & sic vendicat sibi locum.d.l.cùm Papinianus.C.de sentē.& interlo.omn.iudi. Et hoc tenent hic do.Ant.& domi. me.& Bart.in d.auẽ.& consequenter. Et ex his habes expeditam xiiij.princip.fallentiam.& ipsius materiam latè & ordinatè,& satis clarè pro sua difficultate.licet Doct.mul.imperfectè & intricatè loquantur.

89 ¶†Quintodecimò principaliter fallit in causa inq̄sitionis.quod qualiter intelligatur,& qualiter procedat, vide quod latius dixi in c.qualiter.el ij.j.de accus.in xij.princi.articu.

90 ¶†Sextodecimò principaliter fallit in criminali quæstiōe concurrente cum liberali, vel si de hæreditate & libertate agatur.& ita ciuilis aliquando pręiudicat ciuili: aliquando criminali.ij.q. vlti.§.aliquando.tenet Hosti.in summa,eo.tit.§.fi.ver.item in criminali.ad quod vide quod dixi s̃.in j.fal.sequen.

91 ¶†Decimoseptimò fallit in actione iniuriarū vel furti, quādo iniuria illata est, vel furtū factum, eo animo,ꝙ iniuriā vel furtū passus inducitur ad agendum corā iudice iniuriantis ad hoc, vt actor possit ibi reconueniri, secundùm Hosti.in sum.eo.tit.§. quid ait.ver.item in actionibus.per l.ij.§.sed si agant.ff.de iudi. not.Spec.in tit.de reconuen.§.ij.versi.item secundùm Bernar. ad quod vide quod dixi s̃.in v.princi.arti.ver.primò limitatur. post quartā limitationem principalem in ver.ex prædictis infertur.& quod pluries tetigi s̃.eo.arti.in xiiij.princi.fal.

92 ¶†Decimooctauò fallit, quando quis vellet reconuenire corā iudice, coram quo nō agitur de tota causa: sed solùm de vno articulo incidenti, vtputa, si corā laico incidit aliquis arti.pro quo decidendo remissio est facta ad iudicem ecclesiasticū, secūdùm do.Anto.hic.& idem dicendū est vbicunq; cōmitteretur, vel examinaret̃ vnus dūtaxat articulus causæ. Ad quod vide quæ dixi s̃.in iiij.prin.arti.q.v.ver.sed maius dubium.& istud facit ꝙ coram iudice ad quem est appellatū super vno articulo, seu ab interlocutoria, donec pendet cognitio super vno articulo, nō possit fieri reconuentio.de quo dic vt latius dicam in xxj.fal. Aduerte tamen; quia si daretur casus ꝙ ille articulus aduocaret ad se totam causam, posset fieri reconuentio, si aliud non obstaret, arg.eorum quæ dicam in d.xxj.fal.

93 ¶†Decimononò fallit coram delegato in actione orta post impetratum rescriptum, super hoc tamen sunt opiniones, secundum quod dixi latius s̃.in iiij.princip.articu.in ij.q.princi.ver. quarta declaratio.

94 ¶†Vigesimò fallit, vbi incidēter impetratur officiū iudicis: secus si simpliciter, secundū Inno.Hostiē.& Io.And.hic per c.ij. s̃.de offi.iud.& bene: quia quādo intentatur principaliter officium iudicis, succedit loco actionis, vt d.c.ij.& sequitur do.Anto.& etiam Zaba.hic,& do.me.qui dicit ꝙ hoc debet intelligi secundū casum illius c.ij.quando aliquid indirectè petitur aptè vt tunc habeat locū reconuentio.alias secus si concluditur iudici: quia tunc non habet locum reconuentio. Ego arbitror posse aptius distingui ex mente Ioan.And.hic,& Bar.in l.j.§.fin.ff. de var.& extraor.cog.ꝙ aut intētatur incidenter: & solū cōcluditur iudici,& non parti: & non habet locū reconuentio: quia

[a] ¶ An admittatur cumulatio causæ ciuilis cum criminali, vide Docto. in l. edita. C. de eden.

a ¶ Officium iudicis venit quādoq; actionis appellatione, de quo per Doct.in §.j.Institu.de act.& vide causa.in c.fi.de offic.iudi.

b ¶ An liceat ī causa appella.recōuenire, vide hic per Inno.& Ange.in l.ij.§.legatis.ff. de jud.& Inno.in c. cū nobis.de elec. cum simil.vt per Alex.in d.aut.& consequenter.C. de sent.& interlocu.omn.iudic. & Cardi.in Cle.sæpe.§.j.x.q.de verbo.signi.

c ¶ Appellatio suspēdit omnia actitata vsque ad litē cōtest. exclusiuè. facit tex.& quod ibi not.Bar.in l.j. §.fi.ff.ad senatuscon.Turpil.

tale iudicium non succedit in locum act. Aut intentatur principaliter,& sic succedit in locū actionis:[a] & hoc casu,aut intentatur plenariè,& habet locū reconuentio:vtputa,quando in illo exigitur litis cōtestatio,secūdùm quod dicitur in d.c.ij.in prin. Aut intētatur extraordinariè,& imploratur pro modica quantitate:ita ꝙ ordinarius ordo iuris non est seruandus:vt in auẗ.nisi breuiores.C.de sen.ex breui.reci.& tunc non habet locū recōuentio de alia causa,si modò illa causa requireret ordinariā cognitionem:ex quo vtraq; causa nō potest eadē sententia terminari.quod videtur necessariū ad naturam reconuentionis,vt dicam in c.seq.in x.princ.arti.& isto modo potest intelligi dictū Bart.Bal.& Ang.in auẗ.& consequenter.C.de sent.& interlo.om.iudi.qui simpliciter volunt,ꝙ non habeat locū recōuentio, vbi imploratur officium iudicis.& isto modo potest procedere dictum Pe.& Cy.in d.auẗ.& consequenter.in viij.q.de quo dixi s.in vij.fal.princ.Sed de alia simili causa quæ eodem modo summariā exigeret cognitionem,potest fieri reconuētio.& isto modo potest procedere tex.in d.l.j.in fi.ff.de var.& extraord. cogni.ad quod facit quod dixi s.in vij.fal.prin.

95 ¶ † Vigesimoprimò fallit in causa appellationis in qua nō habet locū reconuentio,secundùm Inno.per l.ij.§.legatis.ff.de iudi.iuncta l.j.& rubro.ff.eum qui appel.in prouincia.de feu.Idē etiam tenet Bart.in d.auẗ.& consequenter.vbi dicit,ꝙ quando ille qui appellauit de necessitate, appellauit propter iniuriam quā arbitratur sibi factam à iudice:& sic ipse sua sponte iudicē non elegit:nec potest corā iudice appellatio.recōueniri:sed debet se defendere in prouincia sua apud suum iudicē:vt d.l.j.& §.legatis.ver.ei quoq;.tenet Spec.eo.tit.§.ij.ver.sed nūquid coram iudice appella.& Archi.iij.q.ix.cuius in agēdo. Zenze.& Zab.in Cle.sæpe.de verb.signi.Bald in d.auẗ.& consequenter.& ibi Pet.& Cy.in viij.q.& Cy.in l.per hunc.C.de tempo.appel.& etiam Bal.ibi domini de Rota decisio.lxxix.dicētes esse bonum tex.in l.ad cognitionem.ff.ex quib.cau.in pos.ea.quā etiam allegat Bal.in d.auẗ.& consequenter.Io.Andr.hoc dicit, ꝙ secundùm opi.quæ vult quod reconuentio non possit fieri, etiā post litem cōtestatā planū est ꝙ si est appellatum à diffinitiua,vel interlocutoria,post litem contestatā non procedit reconuentio.vbi verò appellatū est ante lit.contest.quandiu pendet arti.appellationis,id est cognitio,an bene vel malè fuerit appellatum:non potest fieri reconuētio.Si verò pronunciat bene appellatum,& cœpit de principali cognoscere:tūc cùm successerit iudicij causæ principa.bene procedet coram ipso recōuentio.Si verò pronunciat malè appellatū,causa remittitur ad iudicem à quo,vt in c.vt debitus.j.de appel.& sic coram se nō fieret reconuentio:cùm non cognoscat de conuentione. Si tamē ex iuribus delationis iudicis appellationis cognosceret de causa princip.vt in c.cum appellationibus.de appel.lib.vj.cognosceret etiam de reconuentione do.Anto.hic aliter distinguit,& minus perfectè.& etiam do.me.vnde ego pro clariori & latiori doctrina istius arti.sic arbitror distinguendum,ꝙ aut nos loquimur de appella.extraiudiciali,aut de iudiciali.

¶ Primo casu,quia illa est quædā prouocatio ad causam in qua venit cognitio causæ principalis.exemplū,si appellatur super electione postulatio.vel prouisio.alicuius,vt in c.cùm nobis.& in c.inter canonicos.& c.bonæ.el j.s.de elect.vt in c.j.& in c.vt circa.& c.is qui contra.de elec.lib.vj.in tali causa potest fieri reconuentio,cùm certum sit illum ad quem facta est prouocatio, esse iudicē partiū,vt d.§.cuius in agendo.& hoc tenet Spec.in tit.de reconuen.§.ij.ver.sed nunquid coram iudice appellationis.Et tenet hoc d.Ant.do.m.Henricus bohic,& Zaba.

¶ Secundo casu,cū quæritur de appella.iudiciali subdistingue, ꝙ aut originarius reus in causa principali appellauit:aut actor si reus appellauit,dicit hic do.Ant.simpliciter ꝙ nō potest fieri reconuentio:quia in hac appellatiōe remanet reus vt in principali,vt j.de excep.c.significauerunt.& in c.in præsentia.s.de renun.& ibi not.per glos.& do,Ant.Et ista fuit originalis opi. Bal.in d.auẗ.& consequenter.licet do.Ant.ipsum non alleget, nec do.me.Sed hoc dictum non placet hic do.m.quia licet ipse appellans remaneat reus in appellatione sicut fuit in principali,tamen sicut ipse potuisset reconuenire actorē coram iudice à quo,ita posse debet coram iudice ad quē,qui successit loco iudicis à quo.fatetur tamen do.me.ꝙ ipse appellans nō posset re b conueniri:quia in hac causa etiam dicitur reus.[b] Sed recōuenire potest,vt dictū est.Hæc opinio prius mihi placebat:quia causa appellationis quò ad hoc debet esse eiusdem naturæ, cuius erat causa principalis.per no.in d.c.significauerūt.& d.c.in præsentia.& per Bart.in l.j.in prin.ff.si pend.appel.& in l.j.in fi.ff. an per aliū causæ appella.& per Bald.& Doct.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.Sed nūc ex tempore videtur mihi ꝙ ista opin. non possit sustentari:quia aut appellatus vellet recōuenire appellatorem,& nō potest:per rationem statim dictam.& in hoc concordant do.Anto.& do.m.Aut ipsemet appellator vult reconuenire appellatum,& adhuc nō potest:quia iste appellatus nunquam adiuit istum iudicem ad quem: & sic cessat ratio d.l. cùm Papinianus.C.de sent.& interlo.omn.iudi.& d.§.cuius in agendo.iij.q.ix.Aut ille qui appellauit fuit actor in causa principali:& subdistingue,ꝙ aut iste appellat à diffinitiua, aut appellat ab interlocutoria,vel grauamine:si appellat à diffinitiua, non habet locum reconuētio.& hoc casu procedat opi.Innoc. & Hosti.& sequacium,& ratio est,quia recōuentio debet fieri ante lit.contest.vel post incōtinenti,vt latius dicā j.in vij.principi.arti.Quare cum litis contestatio sit facta in causa principali propter quod nō est necessarium illam facere in causa appellationis,vt tractatur in c.per tuas.j.de appel.& in l.fi.in fi.C.de tempo.appel.& j.latius dicam in tit.j.vt lit.nō contest.meritò non videtur posse fieri reconuētio,secundùm Ioā.Andr.hic,& Doct.quod procedit secundū sententiam illorum qui volunt, vel ante lit.contest.vel incontinenti post.Sed secundū opin.illorum qui volunt ꝙ possit fieri vsq; ad conclusionem in causa videtur dicendum contrariū.& maximè quando causa reconuentionis fuisset orta post litem contestatam:sed aduerte,quia etiā secundùm primā opi.videtur ꝙ possit fieri hoc casu recōc uentio:dummodo fiat statim porrecta appel.quia appellatio[c] rescindit,vel suspendit omnia actitata vsq; ad lit.contest.exclusiuè:& sic videtur remanere sola litis cōtest.in esse suo:ergo videtur posse fieri reconuentio,cùm iudex iste ad quem, successerit in loco primi iudicis.& profectò istud ar.videtur multū abstringere.Sed Henri.bohic hic assignat aliam rationē:videlicet quia ad finiēdum causam appellationis datur annus:& ex causa biennium,vt latè dixi in c.ratione.j.de appel.quæ instantia nō habet locū in causa princip.in qua non datur instātia de iure canonico,vt latè dixi in c.pen.s.de iudi.& de iure ciuili durat per trienniū,vt in l.properandum.C.de iudi.Et ideò sentit Henricus ꝙ in causa appellationis nō potest fieri reconuentio: quia cum instantia reconuētionis duraret maiori tēpore quàm appellationis,nō possent vicissim tractari:& eadē sentētia terminari.quod tamen fieri debet,vt dicam in c.seq.in x.prin.arti. & hoc procedit tenēdo prædictā opi.ꝙ reconuētio debeat fieri vel ante lit.cōtest.vel statim post litē contestatā,aliàs secūdùm illam opi.esset maius dubiū:arbitror tamen ex prædictis posse inferri,ꝙ si ex forma statuti causa appellationis haberet tātam instantiam,quantū causa princip.& appellatū esset à diffinitiua:ꝙ in causa appellationis,si ille qui fuit actor in causa principali appellauit,posset ipse recōueniri:dummodo statim reconueniret:quia vt dixi,appellatio rescindit vsq; ad lit.contest.exclusiuè.Et prædicta notabis:quia nouissima sunt,& ex tempore venerūt in mente.Si verò sit appellatū ab interlocutoria,adhuc arbitror subdistinguendum,ꝙ aut appellatum est ante lit. contest.aut post.Primo casu dic,ꝙ aut appellatus vult recōuenire ante quàm articulis appellationis sit determinatum & nō potest:& ratio est,quia si iudex appellationis pronūciat malè appellatum,partes redibunt ad priorem iudicem.per c.vt debitus.j.de appel.& sic processus suus in causa recōuētionis esset delusorius.quod esse nō debet.ff.de iudi.in l.si prætor.Si verò pronūciet bene appellatum,remanebit iurisdictio & cognitio causæ principalis apud ipsum iudicē appellationis.vnde pendēte iudicio super grauamine,dubiū est cui competat iurisdictio. & ideò nō habet locū reconuētio.arg.c.pastoralis.s.de rescrip. vbi patet ꝙ ante discussum dubiū recōuentionis literarū, neutri iudices cognoscere possunt de principali.Item hoc casu,datur isti iudici causæ appellationis iurisdictio sub conditione in causa principali,vnde si sit bene appellatum,anteq; hoc appareat,pēdet cōditio sub qua data est iurisdictio.Et ideo ea pēdente,nō habet iurisdictionē.ff.de cōdi.& demon.in l.qui hæredi. §.fi.facit quod dicetur de causa possess.data sub cōditione:quæ ante conditionis euentū non quæritur.ff.de acqui.pos.l.qui absenti.§.j.& j.de resti.spol.c.cùm olim causam.& quia cōditio, donec pēdet,nihil ponit in esse.Et in iurisdictione data sub cōditione,patet ex not.in c.prudentiā.s.de offi.deleg.& per not. per Bart.in l.multum.ff.de condi.& demonstr.Ego arbitror ꝙ etiā possit assignari alia ratio, videlicet:quia antequàm pronūciatum sit bene appellatum,iste non est iudex nisi illius articuli vel grauaminis à quo appellatum est:ergo non habet locū reconuentio,vt dixi s.in xviij.fallen.Aut recōuētio fit post, quā determinata est cognitio causæ appellationis ab interlocutoria vel grauamine.Et hoc casu,si iudex ad quem pronunciauit malè appellatum,non potest fieri reconuentio: quia vt dixi iurisdictio reuertitur ad iudicem à quo.per c.vt debitus.Et ideò nō est tractandum de reconuentione coram iudice à quo.Aut iudex ad quem,pronunciauit bene appellatum.Et sic apud eum remaneat

rem aneat cognitio causæ princi. vt in d.c. vt debitus.& potest fieri reconuẽtio.& ratio est, quia in ista causa prin. iste procedit non vt iudex appel. sed vt iudex causæ princip. quę perpetuò durat: nec finitur anno, vel biennio. Et in quo lit. contest. faciẽda est post, quàm non erat facta corã iudice à quo:& sic cessant rationes quæ impediunt reconuentionẽ in appel. à diffinitiua. A.B. Et isto modo potest intelligi quòd not. in c. accedẽs. el ij. in fi. j. vt lit. non cõtest. vbi in causa appella. fuit admissa reconuentio. Sed tamẽ aduerte, quia ibi non videtur fuisse iustificata prius appellatio à grauamine:& tamen admissa fuit reconuentio in causa appellatio. sed dic de hoc vt latius dixi in d.c. in vltimo contrario. Ma. Aut ab interlocutoria vel grauamine appel latum fuit post litem contestatã.& dic ꝙ aut fuit appellatũ eo tempore quo in causa principali poterat fieri recõuentio, vt superius dixi. Sed finito articu. appellationis, & pronunciatione facta super eo quod bene appellatũ sit, potest fieri reconuẽtio. quia, vt dixi apud eum remanet iurisdictio, et cognitio in causa principali, & succedit in locum prioris iudicis:& in eo statu re assumit causam princ. in quo erat ante appellatio. vt d.c. vt debitus.& in c. per tuas. j. de appel. vnde sicut coram iudice priori poterat fieri reconuentio, ita etiam corã isto. si verò causa coram priori iudice fuisset in tali statu, in quo secũdùm cõmunẽ opin. non potuisset fieri reconuẽtio: pari ratione, & fortius, nõ posset fieri reconuẽtio coram isto iudice ad quem. Et sic patet ex prædictis quòd rectè omnibus cõsideratis, opi. Inno. Hosti. & sequacium, ꝙ in causa appellationis non habet locũ recõuẽtio, est vera. præterquàm in causa appellationis extraiudicialis: quia si rectè considerasti casus superiores, in quibus dixi posse fieri reconuentionem coram iudice ad quem: talis reconuentio non fit in causa appellatio. sed in causa principali nisi in eo casu quem figuraui in appella. à diffinitiua. Aduerte tamẽ, quia prædicta non procedunt in recõuentione conuentionis obstatiua: quia talis recõuentio bene procedit in causa appellatiõis. Pone exemplũ, appellans petit pronunciari bene appellatũ, & malè sentẽtiatum. Si appellans peteret ex aduerso pronunciari bene iudicatum, & malè appellatum: ista est recõuentio obstatiua, & procedit in causa appellatiõis: quia procedit ex eodẽ fonte, scilicet appellationis interpositæ, secundùm Bal. in d. auẽ.& consequenter. C. de sent.& interlo. om. iudi. ver. item quæritur. Et sic habes expeditam notabilissimè hanc materiam.

96 ¶ † Vigesimosecundò fallit, secundũ Bal. in causa restitutionis in integrum, nisi in sola reputatione: vt l. j. C. de repu. quæ fiunt in iudi. Ita dicit Bal. in d. auẽ.& consequenter.& videtur moueri Bal. quia si restitutio in integrũ petitur, iste qui petit, quodãmodo censetur esse reus:& ideò non videtur posse recõueniri, nisi in sola reputatione: hoc est nisi respectu eorum ad quæ ratione restitutionis cõcedendæ aduersarius agere posset, vel con sequi. Sed primò dictum mihi non placet, nisi quãdo restitutio in integrum peteretur incidẽter respectu vnius articu. maximè ab eo qui esset reus. Sed si restitutio in integrũ peteretur principaliter, non video quare non possit fieri reconuentio: maximè quando intẽtaretur[a] iure actionis.& si fortè intentaretẽ per officium iudicis, an possit fieri recõuentio, incidit in materiam fallen. xx. Et ad hanc materiã vide quæ traduntur per do. meũ.& Doct. in c. cùm ex literis. iunctis his quæ traduntur in c. suscitata. s. de resti. in integ.& per dominũ meum.& Docto. in c. ij. s. de offi. iudi. nec est verum ꝙ petens restitutionem fingitur reus. ad quod vide quæ latè dixi in c. sacris. j. de sent. excom. in xix. princi. arti. q. v. princip. secundo mẽbro prin. ver. viij. quæro.& etiã in q. præce.& seq. Postremò circa hunc vij. princi. ar.& fallentias s. positas. Quæro, quid si fit facta reconuentio de re, vel causa de qua iudex nõ poterat cognoscere per viam reconuentionis, secundũ ea quæ superius in fallẽtijs dicta sunt. Sed pars non opponit ꝙ de illa re vel causa nõ possit fieri reconuentio. Vtrũ processus tenet. Sol. debes cõsiderare, an sit talis causa, in quam iurisdictio illius iudicis potuerit prorogari, secundũ ea quæ latè dixi in c. significasti. s. de fo. compe,& valebit recõuẽtio: aliàs secus. Et ad hoc vide quæ dixi s. in xiiij. princ. fal. istius vj. princi. arti. ver. decimò fallit. A.B. Valet ergo cõmune prorogatus nisi aliud obsistat, vide do. me. in c. fin. j. de ordi. cogni. & ibi dixi post do. Ma. Et ex his Deo duce, habes expeditum vj. princip. articulo qui in se erat satis difficilis & intricatus, & imperfectus.

97 ¶ † Septimò princip. arti. iuxta præmissum ordinẽ in rubri. tractandum est quãdo faciendæ sint mutuæ petitiones, seu quando faciẽda sit recõuentio. Circa quod glo. hic ponit varias opiniones. Prima circa princip. dicens, ꝙ proposita petitione actoris, si reus vult recõuenire actorem, debet porrigere suam petitionem. Et demum subdit, ꝙ si reus differat suam petitionẽ porrigere post litẽ contestatam nõ tenetur ei actor respõdere. mouetur per tex. in d. auẽ.& consequenter. C. de sent. vbi tex. dicit ꝙ si reus pulsatus vult reconuenire actorem, ꝙ nõ potest apud eundem iudicẽ: nisi statim alleg. etiã ad idem tex. in auẽ. de executo. §. sancimus. vbi tex. dicit, ꝙ si reus vult reconuenire actorem, mox ab initio apud eundẽ iudicem reconuenire debet. Et in glo. refert alias duas opin. Nam quidam tenuerũt, ꝙ vsq; ad sententiam possit fieri recõuentio. Alia vera opinio fuit, quòd vsq;[b] ad sententiam possit fieri reconuentio.& ita intelligunt quæ statim dicam. Sed glo. finaliter concludit, ꝙ hæc diuersitas terminatur hodie per c. dispẽdia. §. reus quoq;. de rescrip. lib. vj. vbi dicitur reconuentionẽ fieri posse durante iudicio, quod intelligit glo. donec fuerit renunciatũ, seu cõclusum in causa: quia postea nõ dicitur iudiciũ: quia tunc tantùm dicitur iudiciũ quã do negotium discutitur, vt in c. forus. j. de verb. signi. Sed extra glo. refert hic Inno. etiã aliàs opiniones. quidã enim dicũt ꝙ reconuentio fieri possit etiam post litem cõtestatã dũmodò ante lit. contest. reus protestetur de recõuentione fienda. Et ita intelligunt d. §. sancimus. Alij verò dicunt, ꝙ etiã sine protestatione potest fieri recõuentio post litẽ contestatã dũmodò fiat incontinenti: hoc est, dũmodo reconueniatur anteq; terminus ad alia assignetur: quia quæ incõtinenti fiunt, dicuntur inesse, vt in l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. pet. Et hæc fuit opin. Azo.& Accur. in auẽ.& consequenter. C. de sent.& interlo. om. iudi. pro quo facit l. fin. ff. de libe. cau.& l. nihil. C. de procur. Alij autem, vt Vincen. hic. in quam opinionẽ videtur inclinare Inno. voluerunt, ꝙ reconuentio possit fieri vsq; ad sententiam: etiã non præcedẽte prius protestationẽ quòd reus intẽdat reconuenire. Sed tunc nõ proceditur simul in vtraq; lite. mouentur, quia si post litem contestatã negaretur recõuẽtio, sequeretur absurdum, ꝙ actor contestata & pendẽte lite quam mouit, nõ possit recõueniri de alia re sub alio iudice. quod esset valde absurdũ. Quid enim si de iniuria quæ lit. pend. contingit, vel alia actione nouiter orta,[a] cùm velit recõuenire, hoc modo non posset: cùm tamẽ ei subueniendum sit: eò: quia quæ de nouo emergũt, nouo indigent auxilio, vt in c. insinuante. s. de offi. deleg.& in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interlocu. actio. Item quæ causa, imò insania esset ab stulisse huic reo iudicis ordinarios actores, coram quibus reus poterat reconuenire actorem, nisi alium sibi concederet, scilicet illum coram quo reus est conuentus. Item quia ius antiquum l. cùm Papinianus. C. de sent.& interlo. om. iudi. indistinctè dum[b] cuius in agendo quis sequitur arbitriũ cum contra se iudicẽ habere non dedignetur.& sic ille tex. nullam facit mẽtionẽ de lit. contest. ergo videtur simpliciter intelligendus.& hanc opi. sequitur Spec. in titu. de recõuen. §. sequitur videre.& Archi. in c. dispendia. de rescrip. lib. vj.& fuit opi. Iaco. Bal.& Odofr. in d. auẽ.& cõsequenter.& subdit Inno. si autẽ reus protestetur, nihil facit protestatio: nisi quia tunc indubitatum est ꝙ post litẽ contestatã possit reconuenire. Hosti. verò tenet contrariũ. vult enim ꝙ lit. contest. non sit locus recõuẽtioni. nisi præmissa protestatione. nec mouet eũ rationes superius per Inno. alleg. fatetur enim Hosti. ꝙ lit. contest. coram vno iudice, nõ potest corã illo vel alio recõueniri, nec reputat hoc absurdum: quia hoc est imputandũ reo: quia ante lit. contest. recõuenire, vel protestari debuit. arg. de fer. non ordi. c. j. Nec reputat absurdum, ꝙ differatur actio, etiam de nouo extorta: quia hoc inducitẽ vt maior absurditas euitetur, videlicet, ne coram diuersis iudicibus eodẽ tẽpore agatur. de rescrip. c. fi. Nec insania reputatur huic reo subtrahere ad tempus ordinarios actores, cùm imputandũ sit illi qui non conuenit ante, quàm cõueniretur:& subueniendum sit illi qui vigilauit. j. de appel. c. vt debitus.& ff. de his quę in frau. cred. l. pupillus. ad fi. cùm ergo natura iudicij nõ patiatur ꝙ talis recõuentio fiat, non reputat absurdum ꝙ rei petitio ex tali causa suspẽdatur; cum nõ solum ius alicuius quãdoq; suspẽdatur, sed etiam priuetur quis iure suo sine culpa.& in c. quoniã. §. si verò aliter. j. vt lit. nõ cõtest. Nec obst. quod l. cùm Papinianus. & auẽ.& consequẽter. nihil dicat de lit. contest, quia satis est ꝙ ibi dicitur in eodẽ negotio, id est iudicio quod vocatẽ, mista cõuentionis & recõuentionis examinatio, quod bene elucidatur & declaratur in d. §. sancimus. in d. auẽ. de executo. vbi text. dicit. Sancimus igitur si quis obnoxiũ habere arbitretur eũ, qui conuentionem apposuit, nõ apud alium iudicem, sed apud eũ mox à princi. conuenire,& eundem esse iudicem in vtroq; iudicio. quasi dicat. Caueat sibi reus qui ab initio vocatẽ:& intra se deliberet, vtrum actor sibi in aliquo teneatur, ꝙ si putauerit à principio, id est ante principium, hoc est ante lit. cõtest. s. de offi. deleg. c. super quæstionum. §. intentionis.& C. de iudi. l. rem non nouam. post responsionem, vel etiã statim post litẽ contestatam protestatione premissa, libellum recõuentionis reus afferat.& sic vicissim contestetur lit.& idẽ si iudex vtriusq; iud.& idem negotium censeatur.& est valde notandum, ꝙ prædicta

[a] ¶ At qui restitutio in integrũ nõ præsupponit actionem: sed tota pendet ab officio iudicis. l. qđ si minor. §. fi. ff. de mino.

[b] ¶ Vsq; ad sentẽtiam licet recõuenire, vide Cardi. in cle. sæpe. in iiij. oppo. de verb. signifi.& mihi etiã per repetentes.

auſ.altero verbo non cōtenta dixit,mox à prin.innuēs,ꝙ recō
uentio nō ſit vltra lit.cōteſt.protrahēda.dicit ergo Hoſti.ꝙ lit.
cōteſt.nulla præmiſſa proteſtatione nō eſt locus recōuentioni.
Sed ſi iudex corā quo lis eſt cōteſtata ſit iudex ordinariꝰ vtriuſ
que:etiā tunc nō eſt locus recōuentioni:ſed cōuentioni.nā recō
uentioni locus nō eſt,ne fiat præiudiciū principali quæſtioni.i.
ne ipſum differri cōtingat propter naturā recōuētionis:quę ha
bet quod ſimul tractenſ & finiantur,vt dicā in c.ſeq.in x.prin.
arti.ſed propter modū conuentionis agere poſsit:cū perpetua
ſit iuriſdictio ordinarij.& hoc,niſi obſtet alia exceptio.vnde ꝑ
cur.lit.conteſt.licet vice mutua cōueniatur,nō tamē diciſ recon
ueniri:vt l.de compenſatio.l.ſi in rem.& hoc verū,ſecūdū Ho-
ſti.quādo actor & reus ſunt eiuſdē fori:aliàs poſt lit.cōteſt.nec
recōuentioni,nec cōuentioni locus eſt.ſ.de iudi.c.fi.& ita dicit
hic Hoſti.& referunt Io.And.& Doct.& idem Hoſti.in ſum.
eo.tit.§.qñ.& hanc opi.etiā voluit hic glo.in prin.prout ſ.retu
li.& iſta fuit opi.Alani Tanc.& Gof.quā etiam fuit ſecutus Io.
mo.in d.c.diſpēdia.& Accur.Pe.& Cy.in d.auſ.conſequenter.
& glo.in auſ.de executo.§.ſancimus.& Ioā.An.hic.Sed clarius
in Cle.ſępe.in verbo,exordio.de verb.ſig.vbi dicit ꝙ ad hoc vt
ſit vera recōuētio,oportet ꝙ fiat ante lit.cōteſt.vel ſtatim poſt,
vt not.Accur.in d.auſ.& cōſequenter.& in d.§.ſancimus.vnde
dicit glo.ꝙ licet quantūcūq; reus poſsit conueniri actorē durā
te iudicio,nō tamen illa cōuentio habebit vim reconuentionis,
vt ſimul tractetur & finiaſ:niſi fiat in litis exordio:vt in d.Cle.
ſæpe.A.B.Et prædictam etiā opin.etiam tenet Ioā.de Imo.in
Cle.ſæpe.de verb.ſig.ſuper glo.in ver.exordio.Ma.Sed aduer-
te:quia vt dicit hic do.me.Ioā.And.non explicat clarè mentem
ſuā:nūquid habebit vim reconuētionis:ſaltem quò ad effectū
iuriſdict.prorogatiuū,vt ſcilicet poſt litē conteſt.ex interuallo
poſsit fieri reconuētio corā iudice qui aliàs non ſit iudex acto-
ris.Idē tenet Io.And.allegādo,reſpectu delegati dicit poſſe di
ci ꝙ actor cōueniri non poteſt corā delegato poſt litē conteſt.
ſine nouis literis,per d.c.diſpendia.§.reus quoq;.de reſcrip.lib.
vj.quod etiā tenet hic Ioan.Cald.& dicit ſic ſe obtinuiſſe in fa
cto.quod eſt valde not.vnde eadē ratione idē videtur ſentire in
ordinario.Itē etiam ſentit,ꝙ iſta priuilegia recōuētionis ſint in-
ſeparabilia.ſed clarius quàm alibi ſentit Io.And.in addit.Spec.
in tit.de reconuē.§.j.ver.ſed nunquid corā ordinario.vbi cōclu
dit,ꝙ ad hoc vt procedat recōuentio quò ad effectū prorogati
uum,oportet ꝙ ſtatim fiat corā iudice.allegat iura ſ.alleg.per
Hoſtiē.Nec obſt.ſi dicatur ꝙ d.§.reus quoq;.in eo quod dicit,
ꝙ poterit cōuenire eodē durāte iudicio,ſi literas maluerit impe
trare:videaſ innuere cōtrariū:quaſi hoc ponatur in ſua optio-
ne,an velit cōuenire durante iudicio ſine literis:an literas impe
trare:quia verbū,ſi maluerit.reſpicit totā orationē ſimul,vt ſic
ſit ſenſus,poterit cōuenire ſine literis:& ſi magis voluerit impe
trare,ſubaudiatur quā ſic recōuenire poterit eodē durante iudi
cio.Hoſti.tñ intelligebat illū tex.qñ ante lit.conteſt.fuiſſet pro
teſtatus.Sed eſt diuinatio:ſed Io.And.hic reſpōdet,ꝙ nō obſt.
ꝑ literas cōuētionis:quaſi dicat eodē durāte iudicio ante lit.cō-
teſt.pōt recōuenire,& poſtea cōuenire.& iſta ſunt valde diuer
ſa.Nā cōuēto nō eſt neceſſariū ꝙ vna ſentētia termineſ cū prio
ri cōuentione,vt dicā in c.ſeq.in x.arti.Itē ſublata appellatione
in reſcripto reſpectu cōuentionis,intelligitur etiā remota in re-
conuētione,vt in c.ſeq.ſecus in cōuētione.Item illud verbum
cōuentionis,poſitū in d.§.reus.poteſt ſecundū Ioā.And.refer-
ri ad verbū,literis cōtra eum &c.vt ſic poſt litē cōteſt.non poſ-
ſit actor cōueniri coram delegato ſine nouis literis.Sed primā
opi.glo.noſtræ,& etiam Inno.tenēt Vin.Fran.& Archi.in d.c.
diſpēdia.Et Spec.in tit.de recōuen.§.ſequitur.& Bart.in d.auſ.
& cōſequēter.& do.Ant.hic.moueſ Bart.quia ratio recōuētio-
nis inducta pro reo cōtra actorē,vt ſcilicet habeat eū in iudicē
in defendendo,quē elegit in agēdo:procedit etiam poſt litē cō
teſt.Nec ob.ſi dicaſ hic repugnare naturæ recōuētionis:ex quo
non potuerunt ſimul tractari:maximè ſi ſit facta cōuētio pro-
pe cōcluſionē in cauſa:quia dicit Bart.hic ꝙ ſi ſimul tractentur,
reſpicit fauorē recōuentionis.Aut hoc facit poſt litē cōteſt.&
tantū habebit priuilegium prorogatiuū:& erit iſta recōuentio
nō vera,ſed impropria:quia nō tractabitur ſimul cū conuētio-
ne,& appellatur reconuētio:quia aliàs iudex nō eſſet cōpetēs
reſpectu actoris.Et ſic apertè ſentit opi.Io.An.ꝙ iſta priuile-
gia ſint ſeparabilia.Item ſecūdū do.Anto.per iura antiqua non
erat inuentū priuilegiū ſimultanei proceſſus,& poterat fieri re
conuentio quò ad finem prorogatiuum: ne actor dedignare-
tur &c.quæ ratio aſtringint, quādocunq; durante iudicio recō-
ueniatur.& d.auſ.& cōſequenter.arctat reum ad reconuenien
dum coram eodem iudice,vbi antiquitus non arbitrabatur. Et
ſi reus intendit quòd ſimul procedatur,aſtringit eum ad recon
ueniendum incontinenti.nec propter hoc d.l.cùm Papinianus.

quæ dat primum priuilegium prorogatiuum,in hoc corrigitur
à dicta auſ.& conſequenter.vnde d.auſ.ſolùm arctat ad recon-
ueniendum incontinenti,quādo vult vti priuilegio ſimultanei
proceſſus: non autem quò ad prorogationem iuriſditionis in
quo ſtat lex antiqua,quæ non debet in hoc corrigi cùm euitan-
da ſit iurium receptio. & ſecundùm eum caſus eſt in d.§.reus
quoq;.qui non arctat reconuenientem niſi eodem durante iu-
dicio,qđ verbum,cū poſsit determinare duo ſequentia deter-
minabilia,debet vniformiter determinare,vt in l.nam hoc iure.
ff.de vul.& pup.cum ſi. Sed opi.contrariam ꝙ debebat fieri
in ipſo litis exordio.tenet hic zab.& ſequitur Do.m.quam for
tificat,primò per d.Cle.ſæpe. vbi tex.nullam facit mentionem
de priuilegio ſimultanei proceſſus,ſed ſimpliciter dicit quòd ſi
reus aliquid petere voluerit.eſt in ipſo litis exordio petitio faci
enda.ad idem d.auſ.& conſequenter.quæ dicit ꝙ ſi reus vult
pulſare actorem,ſtatim hoc quidem facere debet. Nā & ſi inſi
mul cōuentio & recōuentio nō tenerētur:tamen reus recō ue-
niens diceretur pulſare actorem qđ facere non poteſt,niſi ſta-
tim,vt ibi dicitur.Ad idem tex.in d.§.ſancimus.qui dicit quòd
ſi quis obnoxium arbitretur habere eum qui contra ſe conuen
tionem expoſuit, non apud aliū iudicē,ſed apud eum mox à
princ.&c.Quare cùm hæc iura expoſcant reconuentionē debe-
re fieri mox,& incontinenti,ſeu in litis initio, ſecūdū hæc iura
debent alia iura interpretari, vnde dicit do.m.ꝙ verum eſt ꝙ
l.cū Papinia.nō corrigiſ per d.auſ.& cōſequēter d.§.ſancimus.
ſed tñ cū ſimpliciter loquaſ de recōuentiōe,debet intelligi ſe-
cūdū ꝑdicta,qñ fit incōtinēti.maximè per ratiōes īfraſcriptas.
Primò ꝙ licet actor elegerit iudicē ad aliqđ tempus,nō tamē vi
detur elegiſſe ad longum.Quid enim ſi impetrauit delegatum
prope diœceſim rei,valde diſtanter à ſua diœceſi:putans ſe de
facili expedire propter cauſam quam mouet?certè nimis durū
videretur,ꝙ ſi prope concluſionem ſui negotij aliud iudicium
intentaretur ꝙ ibi cogeretur longiorem moram trahere:ſolum
modò proprter cauſam rei.& eadem ratio procedit in ordina-
rio rei,quē actor ad loca remota adiuit coram quo non poſſet
procere reconuētio poſt lit.conteſta.ex interuallo, ſine magno
ſuo præiudicio.Item mouetur,quia iuriſditio proroga in actu
reconuentionis,eſt acceſſoria ad iuriſditionē habitam in cauſa
reconuen.vnde videtur contra iuris regulam ꝙ finita cauſa cō-
uentionis,quæ obtinet locum principalis,duret cauſa reconuen
tionis quæ eſt acceſſoria: cùm ſublato principali &c. vt in re-
gula acceſſorium.de re.iur.lib.vj.cum ſi.Ad c. diſpēdia.§.reus
quoq;.reſpondet ꝙ non eſt nouum neq; abſurdum,vt idē ver-
bum relatum ad diuerſa,diuerſos habeat intellectus, vt in c.ab
excommunicato.ſ.de reſcrip.Sed melius facit.c.capitulum ſan
ctæ crucis.iuxta gl.in verbo,relaxetis.ſ.de reſcrip.vnde verbū
illud in d.§.reus.eodem durante iudicio, cum refertur ad ver-
bum,reconuentionis,intelligeretur ꝙ fiat in principio ſuę litis
exordio.Cùm verò refertur ad verbum conuentionis ad impe
trationem literarū,intelligatur prout ſonat. Nam peremptum
eſt iura iuribus concordare:vt in c.cùm expediat.de ele.lib.vj.
& maximè hoc eſt tenendum,cum ille.§.non veniat in fauo-
rem rei,ſed potius contra:reſtringendo eius facultatem, vt eo-
dem durante iudicio,nec per viam conuentionis,nec per viam
reconuentionis ſibi liceat actorem coram alio iudice pulſare.
non ergo debet operari contrarium effectum,vt laxet habenas
reconueniendi indiſtinctè eodem durante iudicio contra alia iu
ra,quæ exigunt hoc ſtatim fieri.arg.regulæ qđ ob gratiam.de
reg.iur.lib.vj.cū ſua materia.Et hæc conſideratio multum abſ
tringit:& vſus fuit Papa ibi illo verbo generali,eodem durā-
te iudicio ad oſtendendum,quòd quandiu durat iudicium, nō
licet actorem conuenire per nouas literas,vel reconuenire co-
ram eodem iudice:quaſi velit ꝙ poſtea liceat impetrare literas
ad alios iudices.vnde duntaxat voluit ibi papa prouidere acto
ri in reconuentionis actu, ſicut prouiderat reo in conuentione
contra actorem in principio illius c.non ergo voluit inducere,
vt indiſtinctè liceret reconuenire actorem eodem durante iudi
cio:quia ſic prouideret contra actorem,cuius contrarium inten-
dit.maximè hoc patet per præallegatam Cle.ſæpe. vbi poni-
tur ius nouiſsimum qđ concordat cum d.authen. & conſequē
ter.& cum hoc c.& loquitur per verba neceſsitatiua vt ibi pa
tet:& ſic reſidet d.M.hic.Mihi videtur ꝙ iſte articulus ſit ſatis
dubius & diſputabilis. Arbitror tamen poſſe concludi, quòd
aut quæritur,vtrū reconuentio poſsit fieri quandocūq; ante li.
cōteſta.& dic ꝙ ſic,dummodò qualitas cauſæ vel iudicis,vel qđ
ſimile non obſiſtat.Aut quæritur, vtrum poſsit fieri in ipſa li-
tis conteſta.& idem tenendū eſt:vt hic.& d.Cle.ſæpe.& in his
omnes concordant. Aut quæritur, vtrū poſsit fieri poſt litem
conteſtatā,& incontinenti.& idem etiam tenendū eſt.& in hoc
etiam omnes quaſi concordant : licet quidam velint ꝙ debeat
præcedere

præcedere protestatio. Aut quæritur, vtrum fieri poßit post litem cõtestatã ex interuallo. & vidistis varias opi. quas arbitror posse cõcordari hoc modo, videlicet, quòd recõuentio fieri nõ poßit inuito actore: nam per viam propriæ reconuentionis fieri nõ potest: cùm simul tractari non poßint, vt dictum est. nec etiam per viam impropriæ recõuentionis, scilicet respectu dũtaxat priuilegij prorogationis: nisi ex voluntate actoris. vnde dico ꝙ si reus conuenit actorem post litem contestatã ex interuallo: & actor cõtradicit, ꝙ non sit facta debito tempore: & ꝙ non vult respondere nisi corã suo iudice. & hoc casu, nõ procedit reconuentio, etiã respectu prorogationis: quia ad ipsam exigitur consensus prorogationis, secundùm quod latè dictũ fuit in c. significasti. s. de fo. compe. & hoc casu procedit opi. Inno. Card. & do. me. & sequacium. per d. auþ. & consequenter. & in corpore vnde sumitur. & per tex. in d. Cle. sæpe. quæ dicit ꝙ reconuentio est in ipso litis exordio faciendi. & sic loquitur per
a gerũdium,[a] quod regulariter importat necessitatem: vt tractatur in rub. ff. de lib. & posth. & ibi per Bal. in rubr. de edẽ. quod arbitror verum, nisi esset causa tempore peritura: vel esset talis causa, quæ indigeret celeritate. sicut in simili dixi in iure reuocandi domum. in c. fin. s. de fo. cõpet. ver. xvj. exceptio. & seq. vbi videas. Aut actor non cõtradicit: & procedit reconuentio, saltẽ per viam prorogatiuã, secundùm ea quæ dixi in vj. princi. arti. q. fi. & in iiij. princi. arti. q. iiij. & v. prin. articu. in fine primi mẽbri. post x. fal. ver. sed quæro nunc. & isto modo potest saluari opi. Bart. & domi. Anto. Et per prædicta habes notabiliter expeditam hanc materiam. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 ¶Papa cum clausula, appellatione remota, causam committere potest.
2 Clausula, appellatione remota, quid operatur.
3 Reconuentio sub eadem forma tractari debet, qua causa conuentionis.
4 Reconuentio coram eodem iudice etiam delegato fieri debet.
5 Reus priuilegio actoris vti potest.
6 Priuilegium ad aliam personam non est extendendum.
7 Ecclesia contra se præscriptionem decem, vel viginti annorum non tenetur admittere.
8 Iudex an rec[illegible]ari poßit in causa reconuentionis.
9 Actor nolens respondere reconuentioni, qua puniatur pœna.
10 Iudice reconuentionem non admittente, quid agendum.
11 Libellus an in causa reconuentionis sit necessariò dandus.
12 Libello dato, qualis seruetur procedendi ordo.
13 Dilationes deliberatoriæ an sint vtriq; parti dandæ.
14 Litis contestatio, an requiratur in mutuis petitionibus.
15 Iuramentũ de calumnia an sit tam in causa conuentionis, quàm reconuentionis deferendum.
16 Probationes & testes, qualiter in causa reconuentionis produci debeant.
17 Sententia vna & eadem, an sufficiat in causa conuentionis & reconuentionis.
18 Remedium quod datur, si simul super causa conuentionis & reconuentionis pronuncietur.
19 Reconuentionis causa, an eodem ordine & forma debeat agitari, quibus causa conuentionis.
20 Clerico coram laico iudice reconuẽto, an sitius canonicum vel ciuile seruandum.
21 Effectus reconuentionis qui sint.
22 Agens coram vno, an poßit reconueniri coram alio. fallit nume. sequen.
35 Iudex si sit à Papa impetratus ab inferiori, contra illum nõ potest impetrari. fallit nu. seq.

Rudentiam. Actor q. impetrat rescriptum appellatione remota in causa reconuentionis, appellatione remota respondere tenetur. h. d. Vel sic generalius, & vtilius, secundũ do. meum. Modus procedendi datus per rescriptum in causa conuentionis, intelligitur repe itus in causa recõuentionis. h. d. Communis diuisio. secunda ibi, nos verò.

1 ¶†Primò nota ꝙ Papa potest cõmittere causam cum clausula, appellatione remota. & idem dicendũ in principe. quid autem de alijs inferioribus, dic vt plenè dixi in c. pastoralis. j. de appella. in j. q. prin. per totum.

2 ¶†Secundò no. quòd hæc clausula, app. remota. apposita ab habente potestatem: operatur vt iudex non teneatur deferre appellationi. quod an sit verum. & vtrum hodie clausula aliquid operetur latè dixi in c. pasto. in q. ij. q. prin.

3 ¶Tertiò not. vnũ priuilegium reconuentionis, quod est vt causa reconuentionis tractetur, & in ea procedaꝛ sub ea forma qua tractanda est causa conuentionis. & huius priuilegij duplex ratio aßignatur in litera prima: quia actoris & rei æqualis debet esse cõditio. concordat regula, nõ licet actori. de regu. iur. lib. vj. & s. de iudi. c. nouit. Secunda, quia actor debet velle cõtra se in defensione, quod impetrauit pro se impugnatione. arg. regulæ quod quisq; iur. &c. de qua in c. cum omnes. s. de cõsti. & in rubro & nigro. ff. quod quisq; iur.

4 ¶†Quartò nota ibi, coram eodem iudice, ꝙ reconuentio debet fieri coram eodem iudice, etiã delegato. de quo clarius in c. dispendia. de rescrip. lib. vj. Et vide quod latius dixi in c. præced. in iiij. princip. articu.

¶Quintò nota ibi, ita sentimus. ꝙ per hoc verbũ respondetur de iure: quia quod sentit Princeps, & nos sentire debemus. j. de reiudi. c. in causis. secundùm Hosti. & Io. And. hic. sic etiã per illa verba, nõ occurrit ratio quare &c. vt in c. item cum quis. j. de resti. spol. Omnis etiã voluntas à Principe emanans animo legis constituẽdæ habetur qualitercunq;, & per quæcunq; verba appareat. Insti. de iur. nat. §. sed quod principi. & in l. j. ff. de cõstitu. prin. de quo late dicam in tit. de constitu.

5 ¶†Sextò nota ꝙ reus potest vti priuilegio actoris concesso illius instantiæ: non solum in causa conuentionis, sed etiã in causa reconuentionis. de quo latius dicam j. in x. prin. artic. maximè in x. q. princip.

¶Vltimò nota illud vulgatũ, quod quisq; iuris. de quo dic vt latius tractatur, & ibi dicam in c. cùm omnes. s. de consti.

a ¶Gerundiũ importat necessitatem, vide doct. in rub. instit. de act.

¶Glo. j. in prin. sentit vnum contrariũ, ꝙ dispositio huius c. nõ poßit procedere: tũ quia rescripta sunt stricti iuris: nec debet
6 extendi, vt in c. P. & G. de offi. deleg. tum etiã† quia priuilegiũ non debet extendi ad aliam personã, etiam per similitudinẽ rationis, vt in c. sanè. j. de priuil. & in regula, priuilegiũ. de reg. iur. lib. vj. cum sua materia. vnde prædicta ratione licet cũ clausula, appellatione remota. concedatur, priuilegiũ non debet extẽdi. Sol. prædictæ potuerunt esse rationes dubitandi ad tex. sed rationes decidendi colligũtur ex tex. & per glo. istam. Prima est, quia in iudicijs nõ debet esse acceptio personarũ, sed æqualitas seruãda est. Secunda quæ descendit ex illa: quia nõ debet actori licere &c. Tertia, quia quod quisq; iuris &c. Et ex prædictis nota ꝙ extensio rescripti ad causam recõuentionis non fit tantùm virtute tituli, quod quisq; iuris. sed etiã ex alijs rationibus supra aßignatis. & ex prædictis rationibus infert hic do. me. ꝙ in causis summarijs habet locũ reconuentio. de quo dic vt latè dixi in c. j. s. eo. in prin. arti. fal. vij. Item ex prædictis inferũt Tãcre. Vin. & Doct. hic, ꝙ sicut appellans potest vti nouis probationibus in causa appellatio. Ita & appellatus nouis defensionibus. sed nõ est materia nostra, vide latè per Doct. in l. per hãc. C. de tempo. app. & in c. cùm Ioãnes. j. de fid. instru. de quo latius dicetur j. in tit. de appel. Deinde gl. nostra in ver. & hodie. format aliud cõtrariũ. ꝙ hodie frustra apponatur in literis clausula, appellatione remota. per c. vt debitus. j. de appel. & aliter non soluit: nec declarat, & bene facit: quia non pertinet principaliter ad titu. nostrũ. Sed glos. latè examinat in d. c. vt debitus. Tu verò dic vt latè dixi post Doct. in c. pastoralis. j. de appel. in ij. q. princi. vbi posui nouem effectus etiam hodie existentes clausulæ appellatione remota.

¶Glos. ij. primò exponit literã. secundò infert, ꝙ iudex eam habeat iurisdictionẽ in prorogata iurisdictione, qualiter habet in delegata. & probat per simile. deinde glo. in ver. sed pone, quærit, vtrũ reus poßit reconuenire actorẽ super pluribus: cũ ipse impetrauerit delegatũ super vna re dũtaxat. arguit ꝙ nõ. & soluit in contrariũ. deinde glo. in ver. item retẽta. format aliã quæstionem, & arguit pro parte affirmatiua: & decidit pro negatiua. deinde glo. in ver. item argumentũ. contra opponit, ꝙ in causa recõuentionis nõ sit procedendũ appellatione remota: quia quo fauore &c. glo. soluit. In ea. gl. ibi, in prorogata iurisdictione. not. ex glos. ꝙ recõuentio procedit ex tacita prorogatione. quod intellige de prorogatione legis: nõ hominis, quia clericus nõ potest prorogare iurisdictionem nõ sui iudicis sine consensu sui iudicis. de quo vide quod latè dixi in c. significasti. s. de foro cõpe. in vj. prin. arti. q. vij. & tamen clericus potest recõueniri sine licentia sui episcopi. de quo dic vt dixi s. in c. j. in v. princ. arti. ver. item prædicta regula procedit. Simile videmus in contractibus, & etiam in delictis per clericũ commissis. de quibus dic vt latè dixi in c. dilecti. s. de fo. cõpe. vbi de contractibus. & in c. postulasti. eo. ti. vbi de delictis. Et nota ꝙ dicta prorogatio insurgit ex iuris dispositione: ex eo quòd actor debet velle reconueniri corã eodem iudice, vt l. cùm Papinianus. C. de sentẽ. & interlo. om. iud. dixi s. in rubri. in iij. prin. arti. Vnde in causis in quibus nõ potest velle, nõ habet locum recõuentio: quia nec prorogatio, vt dixi in c. præced. in vj. prin. arti. in prima fallentia, & tribus sequẽtibus. & etiam in pluribus alijs ibi positis. In ead. gloss. ibi, sed contra credo articu. c. s. proxi. dic, idem tenent

Hosti.& communiter alij.de quo dic vt latius dixi in vj.prin.
arti.ver.iiij.declaratio.In ead.glos.ibi.ff.de excep.l.ij.dic,quòd
illa lex facit,quia sicut ibi licet actori replicare ad exceptionē
rei:ita & hic debet posse reconuenire ad reconuētionem rei.&
ad idem facit.j.de condi.appo.c.per tuas.secundùm Io.Andr.
In ead.glos.ibi,non credo ꝙ hoc posſit.dic de hoc vt latè dixi
in c.præced.in v.princip.arti.q.fin.In ead.glos.ibi,cū Princeps
suo motu.dic not.sing.ex hac glo.quòd priuilegiū concessum
causæ conuentionis,ita demum extenditur ad causam recōuen
tionis,si sit concessum ad impetrationem actoris:secus si motu
proprio.de quo dic vt latius dixi in c.præced.in vj.princip.ar-
ticu.fal.vij.vbi omnino vide.& aliquid tangam j.in x.princi-
pali articulo.

7 ¶ †Secundò nota[a] singulariter ex hac glo.ꝙ ecclesia non tene-
a tur contra se admittere præscriptionem x.vel xx.anno.licet cō
tra alium vtatur hac præscriptione:quia ecclesia non impetra-
uit hoc priuilegium:sed fuit sibi concessum à Principibus mo-
tu proprio.not.Io.And.in regula,qui ad agendum.de reg.iur.
lib.vj.in mercuria.& vide glo.in simili in aut.quas actiones.C.
de sacrosan.eccle.& quod not.glo.in verbo,voluerit.in Cle.sæ
pe.de verb.sig.Nota tamen ꝙ licet quis impetrauerit rescriptū
appel.remota teneatur vti eodem iure in causa recōuentionis,
si reconuenitur ab illo,contra quem impetrauit:tamen non ex
tenditur ad alias personas.vnde si ab alio conueniret in alia cau
sa,non intelligeretur appellatione remota,vide hic per domi.
meum:quia non est materia nostra principalis.& vide quod di
xi in d.c.pastoralis.j.de appel.in ij.q.princip.& in materia d.c.
cùm omnes.de constitu. ¶ Extra glo.superest vt iuxta præmis
sum ordinem in rubri.examinemus hic alios articulos ad prin
cipalem nostram materiam pertinentes.

a ¶ Ecclesia non tenet admittere præscriptionē x. vel xx.annorū cōtra se, licet ipsa vtat contra alios, vide do.Ias.i aut.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.

8 ¶ †Octauo igitur principali articulo principaliter quæro,vtrū
in causa reconuentionis posſit iudex recusari.Sol.videtur dicē
dum quòd sic.per l.cùm hæreditatis.ff.de acquir.hæred.vbi di
citur ꝙ licet vnus ex hæredibus adiuerit hæreditatem, potest
postea abstinere,vel repudiare:si alius cohæres nō adijt.Sed tu
dic quòd cōmunis conclusio est in contrarium. quam tenuerūt
Simon Vinc,& quidam alij.in aut.& consequenter.C.de sent.
& interlo.omn.iudi,& sequitur Specu.in titu,de reconuen.§.j.
ver.quid si te coram.per l.Pōponius.ff.de nego.gest.nisi de no
uo causa emergat,arg.l.si quis testibus.C.de testi.& l.de ætate.
§.ex causa.ff.de interrog.act.& sequitur ibi Ioan.And,in addi.
& Hosti.in sum.eod.tit.§.quæ pœna.prope fin.glos.not.in d.
aut.& cōsequenter.primò arguit ꝙ posſit,mediātè persona rei
reconuenientis,licet non posset per se ex persona sua.argu.d.l.
cum hæreditate.& l.petendæ.C.de tēpo.in integ.resti.& l.Ari
sto,ff,quæ res pign.obli,pos,decidit tamen, ꝙ licet conuentus
posſit recusare:tamen reconuenire qui eum elegit,hoc nō licet.
per d.l.cùm Papinianus.C.de sen.& interlo.om.iud.& per no
ta.in aut.offeratur.C.de lit.contest.& in l.apertisſimi.C.de iud.
& sequitur Barto.in d.aut.& consequenter.dicit tamen ꝙ hoc
procedit ex priuilegio personæ:quia actor non potest recusa-
re ex aliquo priuilegio personæ,quòd eximat eū à iurisdictio-
ne ipsius quem elegit:sed priuilegio causæ,bene posset.& figu
b rat exemplum in causa spoliationis,[b] & in causa depositi & cri
minali.de quibus dixi in c.præced.in vj.prin.arti.fallen.xj.& tri
bus seq.posset etiam colligere exempla alia ex pluribus alijs fal
len.ibi positis:sed talis materia potius pertinet ad declaratoriā,
quàm ad recusationem.Sed in recusatione idem tenet Bal.in d.
aut.nisi ex noua inimicitia recusare.per not.in l.non distingue-
mus.§.cùm quidam.ff.de arbi.& subdit ꝙ tunc actor debet de-
sistere etiam à sua conuentione. & mihi placet: quia etiam ille
qui impetrauit iudicem in eadem causa impetrata & intentata,
potest ex noua causa ipsum recusare:siue sit penitus noua, siue
etiam sit antiqua:sed ignorata ab actore,per not.per gl.in ver-
bo,recuset.in c.statutum.§.cum autem.de rescrip.lib.vj.& per
c.cum causam.& c.insinuante.de offi.deleg.sed sine noua cau-
sa nō posset,vt ibi dicit glos.& bene.Et ex prædictis habes ex-
peditum viij.princip.articulum.

b ¶ Contrariū videtur tenere Bar. in l.naturaliter.in §. nihil cōmune. in penult.q.ff. de acqui.pos. iūctis his quę dixit in l. j.circa mediū.C, quorū bon.& in l.ij.C.vbi in rem actio.

c ¶ Contra videbatur:quia magis videtur succurrēdū facienti actum ex necesſitate, ꝗ̄ ex volūtate.l.si fide iussor.§.si necesſaria.ff.qui satisd. cogan.

¶ Nonò principali articulo, prosequar duas quæstiones prin-
cipales.

¶ Prima erit,quæ sit pœna actoris nolentis respondere reo re-
conuenienti.vel nolētis prosequi causam mutuæ petitionis,seu
reconuentionis.& quid iuris etiam si reus non prosequatur.

¶ Secunda quæstio erit,quid si iudex non admittat reconuētio
9 nem,vel negligat super ea procedere.†Quò ad primā quæstio
nem dic,ꝙ pœna actoris nolentis respondere reconuētioni est,
vt ei non respondeatur in conuentione.argu.j.de iura.calum.c.
Imperatorum.& c.fin,ver,pœna.eo.tit.etiam hoc tenet Aegi-
dius in opere suo,sub rubrica xl.cxxix.vt refert Ioan.Andr.in
additio.Specu.in tit.de reconuen.§.videndum.ver.sed quid si
actor.per iura præallegata.& per not.ij.q.j.c.si qui episcopi ta
lem.& ff.de procur.l.mutus.§.pœna.C.de compens.l.neq; scri
ptura.Idem etiam tenet Specu.eod.tit.§.fin.per iura prædicta.
Ad quod etiam allegat tex.nostrum.& c.præcedens.Quid au-
tem si actor non curaret vlterius prosequi.imò vellet desistere,
vtrum reus in reconuentione sua poterit prosequi vsq; ad sentē
tiam.Solu.Aegidius in dictis locis dicit,quòd sic : quia iurisdi-
ctio iudicis fuit perpetuata quò ad causam prædictā per libelli
oblationem.s̈.de offi.deleg.c.gratum.Quinimò etiam si actor
vellet desistere ante,quàm reus porrexisset libellum reconuen-
tionis:nihilò minus posset reus causam reconuētionis inchoa-
re,& prosequi corā illo,cuius iurisdictio perpetuata fuit per cō
uentionem factam per actorem,per id quod statim dixi iūcto
c.cuius in agendo.iij.q.viij. quia quò ad hoc,pari iure censetur
conuentio & reconuentio,vt hic.sequitur Spec.eo.tit.§.penul.
ver.sed quid si actor.& in §.fin.in prin.per c.j.s̈.eo.& ar.c.ij.j.
de ordi.cogni.à contrario.quia iudiciū redditur in inuitum,vt
in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.obli.Et hoc idē tenuit Tan
cre.in titu.de recō.& refert & sequitur Io.And.in d.§.fin.Et ra
tio est,quia quò ad reconuētionem,quæsitū est ius reo.Et ideò
non potest in præiudicium rei desistere,etiam ante lit.cōtest.ad
quod vide quod dixi in c.ij.s̈.de libel.obla.artic.xxvj.q.iij.non
obst.c.cū cessante.de appel,& l.quamuis.ff.de in ius voc.quia
in illis non est quæsitum ius aduersario:sed hic,vt dictū est,iam
erat quęsitum ius aduersario.Sed aduerte,quia Io.And.in c.j.de
rescrip.lib.vj.super gl.ij.in nouella.dicit ꝙ Martinus dominus
suus in legibus disputauit, ꝙ si actor Ferrariensis conueniens
bononiensem Bononiæ.Et quia cōueniens vult desistere,non
procederet recōuētio.& ad l.cùm Papinianus.C.de sent.& in-
terlo.omn.iud.respondet ꝙ loquitur in actore qui prosequitur
causam.& ad aut.qui semel.C.quomo.& quando iud.quę etiā
facit in contrariū.respondet,ꝙ actor non cogitur præcisè pro-
sequi,sed causatiuè:quia si non procedēt ad petitionē rei instā-
tis,procedetur in causa tamē conuentionis.Sed Cy.in d.aut.&
consequenter.C.de sent.& interlo.omn.iudi.q.ix.tenet primā
opin.etiam in conueniente reum coram delegato propter ius
iam quæsitū reo.allegat ff.de bo.pos.contra tab.in l.si post mor
tem.§.fin.facit c.ab eo.de elec.lib.vj.& Cle.constitutionē.§.pe
nul.in fi.de elect.Et sic residet Io.And.in d.c.j.Et idem etiā vi-
detur tenere Ioā.And.in addi.Specu.in titu.de recon.§.fi.in fi.
vbi dicit,quòd prædictam opi.tenuit Guid.de Suzar.in d.aut.
qui semel.inducens etiā.l.omnes.ff,de excep.& ff.de fideius.l.
ex persona.Et idem etiam tenet ibi Oldra.qui dicit se sic audi-
uisse à dño Iaco.de Are.qui etiam alleg.l.iij.§.j.ff.quod quisq;
iur.facit etiam quod not.Spe.in tit.de dila.§.fi.ver.quid si reus.
de appel.§.in quibus.versi.xxxiiij.& §.j.versic.quid si ille.facit
etiam quod dixi in c.ij.de libel.obla,arti.xxvj.q.iij.Et aduerte,
quia hoc videtur procedere,etiam si actor desistat non volunta
riè,sed ex quadam necesſitate opposite exceptionis cōtra reū:
dum sit exceptio quæ sigillet personā ipsius actoris:vt quia sit
excommunicatus,vel quid simile.quod tamē procederet, si te
neremus opin.quòd priuilegiū reconuentionis sit separabile à
conuentione:secus videretur dicendum,si teneremus aliā opi.
ꝙ non sit separabile.de quo latius dicetur j.in x.prin.artic.Ad
quod etiā vide quod dixi in c.præced.in iiij.prin.artic.q.iij.ver.
vj,declaratio.Si verò actor desisteret ex necesſitate propter ex
ceptionem positā:tolleret iurisdictionem super cōuentione,vt
dixi in d.ver.vj.declaratio.tunc videretur secus esse. Ego verò
arbitror distinguēdum,ꝙ aut quæritur,vtrum actor posſit desi
stere post propositā reconuētionem à reo:& arbitror ꝙ pos-
sit:sed non in præiudiciū rei,quò minus reus posſit in sua recō
uentione procedere:ex quo sibi quæsitū est ius.per ea quę su-
perius pro hac parte allegata sunt,etiam quod tenuit in d.aut.
& cōsequenter.vnde dicit ibi Bald.ꝙ ex hoc patet,quòd recō-
uentio in aliquo differt à prorogatione:quia in prorogatiōe ha
bet locū præsentia:vt in l.si conuenerit.ff.de iurisdi.om.iudi.de
quo latius dixi in c.significasti,s̈.de fo.compe.in vj.prin.artic.
in viij.requisito.Nec obstat ꝙ per reconuentionē fiat quędam
prorogatio,vt sæpius dictū est,quia ista est prorogatio necessa
c ria.Et ideò non ita de facili[c] habet locum præsentia,sicut in vo
luntaria.de quo in d.l.si cōuenit.cum simi.Aut actor vult desi
stere ante oblatū libellum recōuentionis per reum: & tunc est
maius dubiū.Spec.voluit ꝙ non posset,vt dixi s̈.Bal.verò in d.
aut.& cōsequēter.tenet contrariū.motus,quia si res est integra
eò quia actor nō est præuentus per reconuentionē,non potest
amplius recōueniri:qa sopita est iurisdictio iudicis.Et hęc opi.
videt mihi ęqor:ex quo destitit ante recōuentionē:licet passus
sit dubius.Et intellige per viā reconuentionis corā eo, qui aliàs
nō erat iudex actoris.Quid autē si reus recōueniens actorē por
recto cōtra eū libello recōuētionis,vlterius procedere nō curat:
an posſit

an poſsit procedi ſuper conuentione:& ſi proceſſum ſit ſuper conuentione ad ſententiam, vtrum reus poſsit poſtea proſequi reconuentionem ſuam. Spec.in titu.de recon.§.videndū reſtat. dicit ꝙ adhuc poterit reus proſequi cauſam reconuentionis: quia iuriſdictio iudicis perpetuata fuit quò ad cauſam illam per lib. obla. vt d.c.gratum.de offi.deleg. Et iſta fuit opin. Aegidij, quā etiam refert & ſequitur Ioā. Andr.in addi. Specu.ad dictū ver.

10 ¶†Secundò quæro quò ad hunc ix.principalem ar.quid iuris ſi iudex non admittit reconuentionē, vel negligit ſuper ea procedere. Sol.glo.ij.in c.præce.ver.& ſi iudex loquens alternatiuè dicit ꝙ eius factum non tenet: vel quòd potius eſt appellandū ab ipſo.ff.quæ ſent.ſine appel.reſcin.l.j.§.fi.in fi. Et ideò glo.loquitur alternatiuè: quia ſic loquitur d.§.fin. Sed ſecundam partem alternatiuè tenent Gofr. Vinc. Henri.& communiter Docto.do. Anto.& do.me.& Ioan.de Imo.in c.præced.& Bart.& Doct.in d.auē.& conſequenter.& Archi.iij.q.vij.in c.cuius in agendo.in glo.fin. Et ratio eſt, quia peruerſio ordinis cauſæ ad cauſam non reddit proceſſum nullum: vt in l.j.C.de appel.tractatur in l.prolatam.C.de ſent.& ij.q.j.in ſumma.de quo latius dicam j.in titu.de ordi.cogni.c.ij.arti.xxvij. Vnde pars quę nō appellat, poteſt huic fauori renunciare.& vide quod dicam in x.prin.arti.q.vij.& quod dixi in c.præced.in iiij.prin.arti.q.iiij. Et ex his eſt expeditus ix.princip.articu.

¶Decimò princip.artic.iuxta præmiſſum ordinem in rubrica tractandum eſt, qualiter procedendum ſit in mutuis petitionibus & de ipſarum effectibus qui articulus eſt aliqualiter intricatus: vnde pro clariori doctrina & intelligentia proſequar infra ſcriptas quæſtiones.

¶Prima, an in cauſa reconuentionis ſit neceſſariū dare libellū.

¶Secunda, dato libel.de generali ordine, & doctrina, & modo proceden.

¶Tertia, vtrum dilationes deliberatoriæ ſint dandæ:& cui.

¶Quarta, vtrum in cauſa reconuentionis ſit lis conteſtanda.

¶Quinta, vtrum in vtraꝗ ſit iurandum de calumnia.

¶Sexta, quid iuris de probationibus & teſtibus producendis.

¶Septima, vtrum cauſa conuentionis & recōuentionis ſit vna ſententia terminanda.

¶Octaua, quid ſi iudex non pronūciat ſimul ſuper vtraꝗ, ſed ſolùm ſuper vna, quod remedium cōpetat alteri parti.& vtrū poſsit impedire executionem ſententiæ prolatę.& quando, & qualiter.

¶Nona, vtrum cauſa reconuentionis debeat agitari eodem ordine & forma, quibus cauſa reconuentionis, & econtrà.

¶Decima, vtrum priuilegium conceſſum cauſæ conuentionis ſit ſeparabile à cauſa reconuentionis.

¶Vndecimò proſequar quoſdam effectus reſultantes ex mutuis petitionibus, & ex cauſa reconuentionis.

11 ¶†Primò quæro, an ſit neceſſarium dare libellum in cauſa recōuentionis. Solu. Bal.in l.cùm Papinianus.C.de ſent.& interlo.om.iudi.dicit, ꝙ duplex eſt reconuentio.quædam connexa, vt in duplicibus iudicijs, videlicet familię erciſcūdæ cōmuni diuidun.& finium regundorū:& tunc nō eſt neceſſarius libellus in recōuentione. Nam ſi tu agis contra me, & petis diuiſionem tu amet petitio recōuenit te.& quamuis tu agens debes probare contra me ius ad te pertinere, vt in l.j.ff.fami.erciſ. tamen mihi ſufficit ꝙ poſsideo, ad hoc vt diuidam tecū: quia legitimatus ſum ad recōueniendum te ex tua petitione: vt l.ij.ff.famil.erciſ. facit quod dicam ſtatim in vij.q. Quædam verò eſt recōuentio ſeparata.& in iſta oportet ꝙ volens reconuenire, offerat libellū.ff.de excep.rei iudi.in l.ſi inter me & te.& ff.de procur.in l.ſed & hæ.§.non ſolùm. quando autem debeat dari libellus in cauſa reconuentionis, ſatis dictum fuit ſ.in c.præcedenti.in vij.princip.articul. Et an libellus reconuentionis ſit formandus contra procuratorem, vel contra principalem.collige ex his, quæ dixi in c.j.ſ.de libel.obla.in viij.articu.in ſecundo membro princip.q.iij.& iiij.iunctis his quæ dicit Bal.in l.omnium.ff.de procur.

12 ¶†Secundò principaliter quæro de generali ordine, & doctrina, & modo procedēdi poſt datum libellum. Solu.dic quòd in hoc articu.tres traduntur practicæ. Prima tractatur in gloſſ.j.in c.præceden.vt propoſita petitione & reconuentione hincinde fieri debeat litis conteſtatio.primò ſuper petitione actoris: deinde ſuper petitione rei.& ſic primò expediatur vnus actus actoris in conuentione:& ſtatim expediatur conſimilis actus rei in reconuentione: ita vt vtranꝗ cauſam iudex poſsit vna ſententia terminare.& datur prorogatiua actori, vt primò expediat actus in cauſa conuentionis: quia primò prouocauit ad iudiciū, vnde ſuccedit illa regula æquiſsima, qui prior appellat, prior agat.in l.qui prior.ff.de iudi.& in c.ij.j.de ordi.cognitio. Et hoc procedit quando actus vtriuſꝗ cauſæ non habet concurrere in tempore.aliàs autem vbi nullum ſit præiudicium actori.dicit domi.meus ſatis putare poſſe, ꝙ vterque actus ſimul expediatur. Ad quod facit bonus text.in Clemen.ſæpe.de verb.ſignifi.ver.& quia poſitiones.vbi vtriꝗ parti idem terminus ſtatuitur ad poſitiones producendas, & ad alia acta, & ratione munimēta exhibenda.eſt enim euitandus circuitus, & litium diſpendioſa prolixitas, ſi fieri poteſt. vt in Cle.auditor.de reſcrip.in c.fi.j.de dolo & contu.& in c.diſpendia.de reſcrip.lib.vj. Ad quod etiam vide quod dicam j.in vj.q.princ. Et hanc practicam etiā ponit Spec.in titu.de reconuen.§.videndum.quæ practica etiā fuit Tancre.& tenet Gofre.in ſumma.& poſt eum Hoſtien.in ſumma.in §.qualiter.in prin. Et hæc practica procedit, quando reconuētio fuit facta debito tempore. Nam ſi fieret poſt litem conteſtatā, non videtur ꝙ debeat tractari viciſsim, propter impoſsibilitatem.ad quod vide quod dixi in c.preced.in vij.princip.arti. Secundam practicam poſuit Vbertus de Bobio.quem etiam refert Spec.in d.§.qui voluit, quòd iudex poſsit diuiſim procedere, ſi vult, vt vna die procedat pro actore quantum poteſt:& alia die pro reo.& ſic de ſingulis.& hanc opin.etiam tenuit Simon Vincen.in auē.& conſequenter.in addit.Specu.in §.videndum.vt refert Ioan. And.quod putat verum do. Anto. ſi pars patitur: ſecus autem ſi vult quod procedat ſigillatim, & viciſsim quò ad ſingulos actus.& placet domi.me.in c.præce. per illum tex.vbi hoc videtur mandari ipſi iudici.facit l.j.in fi.ff.quæ ſentē.ſine appel.reſcin.vbi patet iudicem neceſsitari ad expediendam vtranꝗ cauſam vna ſententia.de quo j.dicam in vij.q. Tertia practica datur, vt hæc viciſsitudo obſeruetur magis ſtrictè: vt primò reſpondeatur ad primā poſitionem actoris: ſecūdò ad primam poſitionem rei.& ſic de ſingulis poſitionibus.& primò examinetur vnus teſtis actoris: ſecūdò vnus teſtis rei.& ſic de ſingulis teſtibus. Sed iſta practica nō placuit Pileo.& cōmuniter reprobatur, niſi fortè periculū mortis, abſentiæ, valitudinis, aut alterius ſimilis cauſæ immineret: quo caſu poſſet ſaluari tanta viciſsitudo, ſecundū do.me.in c.præced.faciunt quæ infrà dicam. Et hanc practicam cum prædicta limitatione Pilei recitat etiam Io. And.in addi.Spec.in tit.de reconuen.§.videndū.in magna additio. Et dictam limitationem poſuit Pileus in parte ſecunda ſui operis ſub rubr.quando & qualiter fiat recōuentio, & hic: nam ſuperius dicta intelligēda ſunt: ſi modo reconuētio ſit facta debito tēpore: ita vt poſsit vtraꝗ ſimul tractari: aliàs ſecus: vt puta, ſi ſit facta poſt litem conteſtatam: qia tunc ſeparatur cognitio vtriuſꝗ:& non eſt propria reconuentio, vt dixi in c.præced.in vij.prin.artic.& hoc procedit ſecundū opin.illorum qui tenent, ꝙ etiā eo tempore poſsit fieri reconuentio: licet alij contrà, vt ibi latius dixi. Item prædicta tamen intelligenda ſunt, quando poteſt procedi in vtraꝗ. Secus ſi fortè in alia procedi non poteſt, puta, propter excōmunicationem oppoſitam contra reconuenientem, vel agentē, vel propter appellationem interpoſitā ab aliquo grauamine: quia tunc nō habet locum viciſsitudinaria cognitio, vt not.Spec.in d.§.videndum.ver.fin. Ad quod vide quod dicam j.in x.& xj.q. Et idem arbitror, ſi daretur aliud ſimile impedimentum: vel ratione iuriſdictionis, vel qualitatis perſonarum, aut cauſæ, vel quid ſimile, ſecundùm ea quæ latius dicta fuerunt in c.præced.in iiij.prin.arti.& tribus ſequentibus.& hæc procedunt, ſiue loquamur in reo: ſiue etiam in actore. vnde ſi reus libello ſibi porrecto porrigit libellum recōuētionis, ſed vlterius nō curat procedere: procedetur ſuper libello actoris ad lit.conteſt.& ad ſententiam. Et ſimiliter econtrà, ſi actor vlterius nō procederet ſuper ſuo libello, poterit reus procedere ſuper ſuo libello reconuentionis. Ad quod vide quæ latius dixi ſ.in ix.princi. Et adde etiam ad hanc materiam quæ dicam j.de ſententia ferenda. in vij.q.princi.articu.

13 ¶†Tertiò principaliter quæro magis ſpecificè circa dādas dilationes deliberatorias. Vtrum ſint dandæ vtriꝗ parti. Sol.gloſ.in ij.c.præced.tenet ꝙ ſic. Et idem Tancre.dicens hoc verum, ſi actor voluerit.iij.q.ij.c.ſpatium. Et idem Vinc.& Spec.in tit.de reconuen.§.videndum.ver.ſed ſecundùm præmiſſa. Et dicit hic Ioā.de Imo.in c.præceden.quòd glo.ibi innuit ꝙ poſsit eo tempore quo actor porrigit libellum dari terminus reo ad deliberandū:& poſtea tempore quo reus ſuā porrigit peti.dari terminus actori ad deliberandū. Et quia ſimul debent tractari, videtur ꝙ reus nō teneatur reſpōdere petitioni actoris, donec venerit tempus reſpōdendi petitioni ſuæ. vnde dicit Ioā. And.ꝙ malitioſè aduocati, ſi aduenīēte termino quo debet reſpōderi libello actoris, ſi deficiūt eis exceptiones ad protelandū cōteſtationem litis, porrigant libellū recōuentionis:& ſic nō reſpondent libello actoris, donec actor offerat ſe paratū reſpōdere libello rei, ſed vt dicit Io. And.hęc malitia nō iuuabit, ſi actor ſtatim vult reſpōdere ſine deliberatorijs.dicit etiā ꝙ parū iuuabit ſi actor velit breues dilationes. Nā de modico nō eſt curādum,

vt in c.ſupponentur.ſ. de reſcrip.& in c.conſultationibus.de offi.deleg.& ita reſidet hic Zaba.do.me.in c.præced.diſtinguit poſt do.Anto.ꝙ aut oblato libello per actorem,reus incontinẽti offert libellum ſuum:& tunc induciæ ſimul dabũtur vtriq; ex ordine:tamen prius ipſi reo,ſecundò actori.Et primò reſpõdebit reus:ſecundò incontinenti reſpõdebit actor,vt colligitur ex c.præced.& ex ordine titulorum noſtrorũ.Nam primò tractatur de libel.obla.quæ fit ab actore.Secundò de mutua petitione quæ accumulatur à reo.Tertiò de lit.conteſt.Et ſic fit cõteſtatio poſt productionem libellorum,aut actor produxit libellum,& datus fuit terminus reo ad deliberandum & reſpondẽdum:& poſtea in termino quo reus debebat reſpõdere,producit libellũ ſuum:& tunc non arctatur reum ad reſpõdendũ,donec offerat ſe paratũ reſpondere.vnde ſi capit terminum ad deliberandũ,quem debet habere ſi vult,ſecundùm Doct.& bene.iij.q.iij.ſpatium.differtur interim cauſa ſua,donec offerat ſe paratũ oſtendere libello rei.vnde ſi ſtatim reſponderet, ſtatim debet reſpõdere:ſed prius reus debet reſpõdere.ar.tex.in c.præced.ver.incontinenti.Et ideò cautela dictorum cauilloſorũ aduocatorum,de qua ſ.parum prodeſſet hoc caſu,vt dixi ſ.ſecundùm Io.And.& ſequitur do.me.Quãdoq; verò reus primò reſpondet libello actoris:& poſtea incontinenti obtulit libellum ſuum:& tunc ſi actor vult deliberatorias,dabuntur ſibi:& interea ſuperſedebitur in cauſa ſua donec actor reſpõderit: aliàs nõ poſſent prædictæ mutuæ cauſæ ſimul tractari:nec tenetur reus ad vlteriora procedere,niſi prius reſpondeatur libello ſuo,

14 ¶†Quartò principaliter quæro de lit.conteſt.vtrum in mutuis petitionibus requiratur litis conteſt.Solu.dic ꝙ in vtraq; cauſa lis eſt conteſtãda,ſi qualitas earum hoc exigit.Sed prius debet fieri conteſtatio in cauſa actoris:deinde in cauſa rei,ſecundùm Doct.in c.preceden.& in d.aut.& conſequenter.& vt ſ.dixi in j.q.iſtius x.artic.Ideò autem dixi,ſi qualitas earum hoc exigit: quia ſi cauſa conuentionis eſſet ſummaria, vel talis in qua non eſſet lis conteſtanda,ſecundùm ea quæ dicam in c.vnico.de lit. conteſt.ſeu in tit.vt lit.non conteſt.hoc caſu,licet cauſa reconuentionis eſſet ſummaria,arbitrari vt ſtatim dicã in ix.q.prin.

15 ¶†Quintò principaliter quæro,vtrum in vtraq; cauſa ſit iurãdum de calumnia,& qualiter.Sol.Ia.balduini voluit ꝙ in vtraque cauſa vnum ſolum eſſet præſtandum iuramentũ.Sed Ioã.And.& Docto.in c.præcedenti dicunt,ꝙ primò iurabitur ſuper conuentione.ſecundò incontinẽti ſuper reconuẽtione.Tu verò dic ꝙ cùm vterq; ſit actor & reus,vterq; præſtabit duplex iuramentum hoc modo:iuro ꝙ vtor bona intentione.vel iuro ꝙ iuſtè credo petere & defendere.ſed prius ſuper petitione actoris ſub dicta forma iurabit actor:& demũ reus actor reſpectu petitionis:& reus reſpectu defenſionis:deinde ſuper recõuentiõe rei pri⁹ iurabit reus:& poſtea actor,iudex enim vtriq; præſtat ſuper qualibet cauſa iuramentum.tradit Spec.in tit.de iura.calum.§.qualiter.verſi.nota tamen.& Zab.in c.præced.de quo latius videbimus in c.pen.j.de iura.calũ.& hoc probatur à fortiori,quando in duplicibus iudicijs,videlicet cõmuni diuidundo famil.erciſcũdæ & finium regundo.vti poſſid.& vtrobi.in quibus vterq; eſt actor & reus vterq; præſtat & ſubit iuramentum actoris & rei,videlicet,familiæ erciſcũdæ in l.inter cohæredes.§.qui familiæ.ff.fami.erci.& j.de proba.c.ex literis.de quo latius videbimus j.in tit.de iura.calum.c.iij.arti.vij.

16 ¶†Sextò principaliter quæro de probationib⁹ & teſtibus producendis.Solu.ego arbitror diſtinguendum ꝙ aut loquimur in reconuentione connexa,vt in duplicibus iudicijs.de quibus ſtatim dixi,& tunc dilatio eſt cõmunis.& teſtes à quacunq; parte producantur,perhibent teſtimoniũ de facto actoris & rei.alias non probarent hæreditatẽ,aut res,vel fines cõmunes.Aut loquimur in reconuentione ſeparata.& hoc caſu,vtraq; pars debet producere ſuas poſitiones.primò actor ſuper conuentione.ſecundò reus incõtinenti ſuper reconuẽtione.& idẽ in probationibus,actor prius producet teſtes ſuos ad probandum intẽtionem ſuam:& demum reus:quia nõ eſt neceſſe ꝙ teſtes producti ſuper cõuentione,deponant ſuper reconuentione,imò per ſe poteſt & debet probari conuentio:& per ſe reconuentio,vt de ſe manifeſtum eſt,& quia ex ſeparatis non fit illatio,vt in iuribus vulgatis.Et hoc voluit Spec.in tit.de iura.calum.§.qualiter.ver.nota tamen.Aduerte tamen,quia dilatio erit communis vtrique,vt dixi ſ.in ij.q.prin.iſtius ar.in ij.practica.

17 ¶†Septimò principaliter quæro,vtrũ cauſa cõuentionis & reconuẽtionis ſint vna ſentẽtia terminãdæ.Sol.glo.in c.præced. tenet ꝙ ſic.per c.cùm dilectus.j.de ordi.cog.Et idem voluit gl. in d.c.cùm dilectus.in glo.ſuper verbo,eandem ſententiã.Spe. not.in tit.de reconuen.§.vidẽdum.in prin.dicit ꝙ vtraque quæſtio quaſi vna ſententia,concordia vel iudicio terminabit.prius tamen pronũciabitur ſuper petitione actoris.per tex.in c.præced.& per c.cùm eccleſia.j.de cauſa poſ.& proprie.Et ſubdit, ꝙ ideò dixit,quaſi vna ſententia:quia in veritate ſunt duæ ſententiæ quæ ſimul feruntur ſuper duabus quæſtionibus ſe minimè contingentibus.Et etiã ſi ſe cõtingant,vtputa,in petitorio & poſſeſſorio ſuper eadẽ re:adhuc ſunt duæ ſententiæ ferẽdæ: vt d.c.cùm eccleſia.in fi.& in c.cum ſuper.eo.tit. quia tot ſunt ſentẽtiæ,quot ſunt articuli.ff.de mino.l.etiam.Sed quaſi vna & eadẽ ſententia dicitur,propter temporis continuationẽ.arg.d. l.etiam & propter contextũ prolationis:quia ſcilicet vno contextu feruntur,vna poſt aliam,vt d.l.etiam ſicut in ſimili in ſtipulatione plurium rerũ,quæ fit vnica conceptione verborũ.& hoc reſpectu dicitur vna.& tamẽ propter rerum pluralitatẽ,dicuntur plures ſtipulatiões,vt in l.ſcire debemus.& in l.ſtichũ. §.ſtipulatio.ff.de verbo.obli.& ff.de dona.cauſa mor.in l.ſenatus.§.fi.& idem vult d.glo.in d.c.cũ dilectus.quæ dicit ꝙ vnica vocatur ſententia:quia continuò vna poſt aliã fertur.Sed re vera duæ ſunt ſententiæ,vt d.c.cùm eccleſia.& c.cùm ſuper.de cauſa poſ.& proprie.& hoc ſequitur glo.in c.præced.Quod tamen dicit limitandũ eſſe,niſi aliud impediat,ſeu intercedat.Nã ſi longè prius liqueat de poſſeſſione,quàm de proprietate,licet ſimul ſit actum:tamẽ prius pronũciabitur ſuper poſſeſſiõe.& differetur quæſtio proprietatis,vt not.Doct.in c.cũ dilectus.in illo caſu,quãdo lata ſententia ſuper conuẽtione.appellatur immediatè.& ſtatim etiã iudex recuſatur,ne procedat in alia.ſecũdùm formam c.ad hoc.& c.propoſuit.de appel.iſta fuit opin. domini Iac.de alto,quam refert Spec.in d.§.videndũ.in ver.& ſi iudex.& tenuit Inno.in d.c.cũ dilectus.ver.nos autẽ.Sed Io. And.ibi ſuper verbo,viciſſim.in prin.dicit ꝙ de natura cõuentionis & reconuẽtionis eſt in tantũ ſimul cauſas tractari:ꝙ quãuis altera cauſa recipiat facilem tractum & expeditionẽ:& altera difficilẽ:tamen neceſſe eſt ſeruari quod ibi dicitur de ſimultanea cognitione & diffinitione.Et Hoſti.fatetur hoc dictũ congruere ſubtilitati iuris.dicit tamẽ ꝙ equior eſt opinio cõtraria: ne vna quæſtio ſit alterius impedimẽtũ:& ne diffinitio litis, de qua conſtat,ſic debeat protelari in alterius grauamen.Et idem etiam tenet Archid.iij.q.viij.c.cuius in agendo.Sed Ioã.Andr. in c.præce.remittit ad Spec.in d.§.videndũ.ver.& ſi iudex.vbi Io.And.in addit.dicit,ꝙ ponderato tex.d.aut.& cõſequenter. C.de ſentẽ.& interlo.om.iudi.& tex.in corpore vnde ſumpta fuit illa aut.videlicet in tit.de execu.§.illud.col.vij.qui vult reconuentionẽ inchoari ſtatim,mox,& à principio.vnde cũ hãc ita præciſam,ſimultaneã,velut inchoationem videtur ob hanc cauſam velle,& ſic iubere vt eodẽ modo fiat proſecutio & diffinitio:aliàs autẽ,ad quid iuberent ſimul inchoari, ſi ſimul non deberet fieri proſecutio.In tex.in corpore.Idem probat ibi dũ tex.dicit,apud quem ſimul vterque exerceri cõpetit lit.quãuis aliqui text.non dicãt,ſimul.ſed dicant ſimiliter.Item probatur, quia d.aut.vtuntur hoc aduerbio,viciſſim.& ſic etiam vtitur c. præcedens.& ad idẽ c.ij.j.de ordi.cog.in verſi.nos tamẽ.Et ſic ſonant prædicta iura,ꝙ multis vicibus procedatur.Et ideò cõcludit Io.And.ꝙ ſi actor conuenitur iure reconuentionis corã iudice,coram quo aliàs cõueniri non poterat:putat neceſſariò ꝙ debeamus p[illegible]tam reconuentionis naturã ſequi ex rationibus prædicti[illegible] verò reconuentio fiat corã iudice corã quo actor poterat et[illegible]m recõueniri:tunc ipſi iudici laxior cõceditur poteſtas.ad quam diſtinctionẽ facit c.cũ aliquibus.de reſcrip. lib.vj.ſecundũ Io.And.in d.addi.Et ibi etiam remittit ad decretalem ſecundã.j.de ordi.cog.in verbo,mutuæ.& in d.c.ij.in gl. ſuper verbo,eadẽ ſententia.Io.And.plus voluit,ꝙ non habeat obſtare appellatio & recuſatio.per c.auditis.de procu.& c.paſtoralis.de cauſa poſ.& proprie.& c.audita.de reſti.ſpol.quaſi velit ꝙ ex quo eſt concluſum in cauſa,non habet locum recuſatio.A.B.Et hoc etiã voluit Io.And.in c.ij.j.de ordi.cog.& refert & ſequitur ibi dominus meus.Mouetur,quia ex quo concluſum eſt in cauſa,parũ poteſt iudex nocere: quia ſi iniquam ſententiam ferret,promptum eſt remediũ appellãdi.Ma.quod non placet do.Anto.nec do.me.in c.præcedẽ.quia quãdocunque facultas recuſandi incipit cõpetere propter ſuſpicionẽ nouiter ortam,aut nouiter detectam,poteſt opponi recuſatio.Ex quo iudex poteſt grauare.arg.not.in c.inſinuãte.de offi.deleg. & l.ij.C.de conſor.eiuſdem lit.Et hæc opinio plus mihi placet, quamuis Ludo.pon.in l.ſimiliter.ff.ſol.mat.teneat opi.Io.An. ꝙ poſt cõcluſionẽ in cauſa,non poſſit fieri recuſatio.ſed,vt dixi,plus mihi placet contraria opi.Moueor,quia magis conſiderãdus eſt finis,ꝗ; ea quæ ſunt ad finem,vt in c.euidentia.j.de accuſa.& in c.quod in dubijs.j.de ſent.excom.Nam adepto fine ceſſant ea quæ ſunt ad finem,vt ibi tractatur,& quia diſpoſitio eorũ quæ ſunt ad finem,attenditur ſecundũ rationem finis.Ad quod vide quæ latè dixi in d.c.nouit.in j.membro vj.prin.arti. Vnde dicimus quòd omnis laus in fine canitur.facit l.ſi mater.

C.ne de

C.ne de stat.defun.quia vt inquit Philosophus.finis,non pugna coronat.Ad idem dicunt Hostien.& Ioan.Andr.in c.ij.de noui oper.nuncia.quòd Hierony.ad curiam scribit, non quæruntur Christianis initia,sed finis.& permisso fine, intelliguntur permissa omnia quæ sunt ad fin.vt in l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procura.cum similib.Si ergo princ.Tancre. sententiæ ferendæ iudex tanquam suspectus in procedēdo potest recusari,ne deueniat ad actum sententię:ergo fortius debet posse recusari in actu sententiandi,in quo longè maius cōsistit periculum:dummodò causę suspiciōis de nouo superuenerint: aut detectæ fuerint ibi,quòd illis non intelligatur fuisse renunciatum.& dicit domi.meus quòd iudex potest recusari ex ipsa pendentia appellationis:dummodò seruetur quod not.in c.ad hoc.& in c.proposuit.§.de appel.& quod ibi dixi post dominum meū.faciunt etiam not.per glo.in verbo,super omnibus. in c.dispendia.in princip.de rescrip.lib.vj.& adde quod statim infrà subijciam in quæstio.Cyn.Item voluit do.me. quòd hæc eadem prorogata seruari debeat actori in actu executionis.salua tamen dispositione.c.cùm dilectus.j.de causa poss.& proprieta.de quo dic vt latius dicam in viij.q.huius articul.Et aduerte,quia Ioan.Andr.post Hosti.in d.c.ij.super dictam gloss. eadē sententia.in fi.j.de ordi.cog.dicta regula simultanei processus & sententiæ,excipit vnum casum: videlicet,quando est causa celeritatem desiderans,& imminet periculū animarum: quia tūc prius decidetur dicta causa,si de ea constet,per c.ex cō questione.j.de resti.spol.& mihi placet.do.Anto.in c.præcedē. col.xx.dicit se putare,ꝙ si petitio actoris exigeret altiores dilationes & intricationes,quòd deberet differri:& recōuentio antea expediri.Sed si reconuentio exigeret longiores,posset expediri conuentio,per l.qui prior.ff.de iudi.quæ potest vtrique dicto adaptari.quod maximè arbitror procedere, quando illa quæ posset facilius expediri,esset pauperis.arg.not.per glos.ij. q.j.in primis.si verò possunt simul expediri,procedat op.glos. ꝙ vna sentētia,id est simultaneo tempore successiuo,id est vna sententia in causa conuentionis,& alia incontinenti in causa reconuentionis proferatur,per tex.nostrum.& d.auт.& cōsequēter.& in corpore vnde sumitur.Et hoc casu procedat opi.glo. in c.præced.& glos.iij.q.viij.c.cuius in agendo.& aliorum,qui voluerunt quòd vtraꝗ causa debeat vna sententia terminari.

¶Sed aduerte, quia dato etiam ꝙ vtraꝗ causa sit liquidata. Et quòd vna sententia deberet terminari:tamen nō propterea videtur clarè dicendum,ꝙ sententia data in vna sola non teneat: imò articulus iste videtur non parum difficilis: & magna pars difficultatis pendet ex intellectu l.j.in fin.ff.quæ senten.sine appel.rescin.intelligendo ꝙ ille tex.loquatur in mutuis petitionibus.& sic in causa conuentionis & reconuentionis.Nam secūdùm intellectum Ang.in d.l.j.tex.ille vult,ꝙ licet causa cōuentionis & reconuentionis debent vna sententia terminari: si tamen in vna sola fertur sententia, valet:nisi appelletur.& iste videtur etiam casus intellectus illius §.per quem Bart.Ange.Rapha.& cōmuniter Legistæ tenent ibi,& in d.auт.& consequenter.ꝙ sententia valeat.Sed Bald.in l.cùm Papinianus.C.de sen. &interlo.om.iud.distinguit,quòd aut de vtraꝗ causa liquet:& sententia debet ferri super vtraꝗ.& si lata tātum est super vna, potest appellari.per d.l.j.in fi. Nam fecit iudex iniustitiam nō pronunciando super vtraꝗ:ex quo de vtraꝗ constabat: quinimò volunt quidam modernio.in d.l.j.in fin.quòd sententia videatur nulla ratione notoriæ iniustitiæ.arg.not.per Innoc.in c. Romana.§.finautem.de appel.lib.vj.Ad quod vide bonū tex. & quod ibi dixi in c.inter cæteras.j.de re iudi.& quod etiam dixi post domi.meum in c.cùm ad quorundam.de exces.præla. & sic non videtur necessaria appellatio.Et ideò tex.in d.l.j.in fi. dicit ꝙ necesse est pro hac causa appellare.Nec obst.quòd ille tex.postea in fin.videatur se corrigere dum dicit.Sed magis est vt appellatio interponatur ad maiorem cautelam:quia facilius supersedebit iudex in executio.per appellationem, quàm per exceptionem.Et ideò intelligo illum text.quòd quis appellet non ratione iniustæ sententiæ cōtra se latæ,si sententia ex se fuit iusta,prout ibi videt̄ præsupponere tex.Sed quia iudex in hoc fecit iniustitiam:quia cum debeat super vtraꝗ pronūciare,pronunciando super altera tantùm,grauauit partem. Sed aduerte ne erres,quia istud videtur procedere quando essent tales mutuæ petitiones,in quibus data liquidatione admitteretur adinuicem compensatio:vt quia ambæ consisterent in quātitate:ita quòd vna impediret executionem alterius ratione compensationis:vt l.neꝗ.C.de cōpensa.vbi autem in petitionibus essent talia deducta,in quibus non admitteretur cōpensatio,& in quibus non videretur procedere:quia tunc non impediretur alterius executio,per not.in l.neꝗ.& in l.si constat.& in l.fin.C.de compensa.Et hæc tenent quidam moderniores in d.l.j.in fi.& satis videtur bene probari:quia inquātum ille tex.dicit nō esse necessariam appellationem:illud ex eo videtur dicere,quia per viam exceptionis compensationis poterit executio retardari. sed melius potest retardari si appellatur: & potissimum vtilis esset appellatio,quando de causa nō liqueret tunc:sed in breui posset liquere:quia nō exigeret altiorem indaginē,per ea quæ statim dicā in seq.quæstio.Si verò de vna causa liquebat,de alia non:& requirebat altiorem indaginem:tunc iudex potest pronunciare super illa tantùm,de qua liquet.& iudicādo nō potest appellari:quia iudex iudicando prius de liquido,quàm de non liquido,procedit recto ordine:vt l.fin.C.de cōpens.secundùm Bal.post Innoc.quod tamen arbitror procedere:nisi talis esset iudex delegatus,qui vigore mandati deberet vtraꝗ causam simultaneæ terminare.per nota.in c.cùm dilecta.§.de rescript.Et sic ex prædictis potest concludi,ꝙ data possibilitate expediendi vtranꝗ causam,iudex super vtraꝗ debet pronunciare:secus si aliqua legitima causa esset impedimento alteri causæ:vt §.dixi in terminis oppositis recusatiōis,vel interpositis appellationis,vel si post factam reconuētionem contra personam actoris, vel rei,respectu recōuentionis opponeretur exceptio excommunicationis,secundùm quod dixi in ix.prin.arti.ver.& aduerte.vel si de vna facilius liquet,quàm de alia.& sic qualitercunꝗ ex his quæ in facto concurrunt altera causa impediat̄ expediri propter talem difficultatem nō impedietur expeditio alterius causæ facilis & liquidæ:nec seruabitur tunc natura causæ conuentionis,& reconuentionis, vt sententia vna expediantur, sed illa de qua constat.facit not.in l.fin.C.de compēs.& quod not. super rubri.j.de spons.duorum.A.B.Et ex prædictis infertur, ꝙ si causa petitoria proposita est ab vno possessoria ab alio, per viam recōuentionis:debet vtraꝗ eadem sententia expediri,nisi subsit aliquod impedimentū,vt quia vna sit summaria,alia plenaria,secundùm Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.pos.col.fin.de quo latius dicā in c.fi.de causa pos.& proprie.ar.Ma.aduerte tamen quia prædicta procedunt in reconuentione propria & separata,seu distincta.secus in recōuentione connexa,vt in duplicibus iudicijs,videlicet familiæ erciscūdæ,&c.vt in l.in hoc iudicio.ff.famil.secundùm Bal.in d.l.cùm Papinianus.C.de sent.& interlo.om.iud.Et satis placet,tum ratione connexitatis.& quia non potest liquere de causa vnius, quin liqueat de causa alterius.facit quod dixi.§.quando vtraꝗ causa est liquida.& quod dixi §.in j.q.huius x.arti.Et nota ꝙ si sententia potest adaptari ambobus libellis,sufficiet vna sentētia,vt puta,si agitur contra fideiussorem,& fideiussor reconueniendo actorem petat sibi fieri cessionem iurium,vt in l.cū eorum.C.de sen.& interlo.om.iudi.Ad quod etiam faciunt not. in l.ij.C.de fideius.& in l.vt fideiussor.ff.de fideius.Nam potest tunc iudex sententiare ꝙ fideiussor soluat,& creditor cedat.Et similiter si actor ageret rei vendica.& reus cōfessoria ad vsumfructum,potest iudex condemnare reum saluo vsufructu suo. Posses etiam figurare exemplum,si actor peteret centū,et reus reconueniret in quinquaginta.Nam posset iudex sentētiare & condemnare reum ad quinquaginta:faciendo hincinde cōpensationem de alijs quinquaginta.facit l.Mæuius.ff.fami.ercis.secundùm Bal.in auт.& consequenter.C.de sent.& interlo.omn. iudi.q.penulti. Et in prædictis omnibus & similibus procedet opi.glo.& Doct.dicentium,ꝙ causa cōuentionis & reconuentionis debet vna sententia terminari. Quid autē si in vna causa conuentionis vel reconuentionis appelletur ab interlocutoria: vtrū iudex potest supersedere in vtraꝗ.Cy.in l.per hāc.C.de temp.appel.distinguit in q.fi.ꝙ aut erat iam liquidum super ea à qua non appellatur:& tunc non retardabitur processus in ea propter retardationē alterius causæ,in qua suspensa est iurisdictio propter appellationem à grauamine.argu.l.fi.C.de appel. Aut de alia causa non liquet:& tūc quia lites sunt cōnexę:vt ff. quæ sent.sine appel.rescin.l.j.§.fi.ex quo appellatur super grauamine in vna causa:dubiū est quis iudex sit futurus super causa,vel in cuius grauamine est appellatum.Et ideò supersedēdū est in vtraꝗ:quia si iudex appellatiōis iudicat bene fuisse appellatum,cognoscit iudex appellationis de vtraque:& sic etiā de illa super qua non est appellatum:quia vnū cōnexum trahit ad se aliud connexum.ff.de aqua plu.arc.in l.atheius.& l.seq.ff.de nego.gest.in l.cum actum.& seq.secundùm Cyn.post Iaco.de ra.Aduerte tamen,quia primum membrum Cy. videtur procedere,quādo appellans cum appellatione pariter interposuit recusationem super alia causa,secundùm ea quæ traduntur in c. ad hoc.el j.& quod ibi dixi §.de appel.& in c.proposuit.eod.titu.& vide quod dixi §.& quod dicam j.in xj.princi.articu,fal. viij.limitatione iiij.& vide ad prædicta quæ dixi super intellectu d.l.j.& etiam quæ dicā in q.seq.& in q.ix.Et aduerte, quia nō est necesse ꝙ vtraꝗ sentētia sit cōdemnatoria,vel vtraꝗ ab-

solutoria:quia vna potest esse condemnatoria,& altera absolutoria:si ambo probauerunt petitionem suam, vterq; damnatur: quia vterq; obtinet,si neuter probauit,vterq; absoluetur: si actor probauit petitionem,& reus non probauit reconuentionem,reus condemnabitur,& actor absoluetur: & ita ecōtrà,vt not.Bald.in d.l.cùm Papinianus.

18 ¶ †Octauò principaliter quæro,quid si iudex nō pronunciat simul super vtraq; causa conuentionis & recōuentionis:sed solùm super vna,quod sit remediū. Et vtrum cōdemnatus posit impedire executionem & qualiter. A.B.Solu.do.Anto.in c.ij.j.de ord.cog.dixit,ꝙ si prius liqueat de vna,quàm de alia,tenēdo ꝙ iudex posit separatim pronunciare,non poterit appellare:quia ordo nō peruertitur. Nec etiam hoc casu poterit obijci compensatio,ex quo non est liquidatum debitum recōuenientis:& sic sentit ꝙ pro hoc casu poterit peti executio sententiæ prolatæ. Si verò liquidata sint debita hincinde. Et prius pronūcietur super cōuentione vel reconuentione,& si nō videtur interesse propter quod posit appellari:& ideò appellatio nō est admittenda. Vtrum autem hoc casu posit peti executio sentētiæ,distinguit ꝙ aut hincinde debetur quantitas:& sic est locus recompensationi:& non propterea peti executio in altera ad præiudicium alterius opponentis compēsatis,ex quo liquidatum est debitum:& hoc est de mēte tex.& glo.d.l.j.§.fi.ff.quæ sent.sine appel.rescin. vbi autem quantitas debetur ab vna parte:& species ab alia,non impeditur executio,& hæc fuit opin. Simo.Vincen.vt statim dicam. Tu verò dic ꝙ ma.Sol.satis clara potest colligi ex his quæ dicta sunt in præced.q.ex quibus arbitror ita concludendum,ꝙ aut actum fuit hincinde ad quantitatem:aut ad tales res in quibus non habet locū compensatio. Primo casu,si de causa vnius constabat,& de alia non:nec de facili incontinenti poterat liquidari:sed requirebat altiorem indaginem:& hoc casu dico,ꝙ cum sententia teneat,per ea quæ superius dicta sunt,nō potest alio remedio impediri executio,nisi per viam appellationis:quia tunc non posset opponi cōpensatio.si tamen sententia in se esset iusta,pars temerè appellauit. hoc etiam sentit Rapha.in d.l.j.in fi.ff.de ap.& reci.& Bal.in l. cùm Papinianus.C.de sent.& interlo.om.iudi. Est enim imputandum parti,& nō iudici:ex quo causa non liquet,nec incōtinenti potest liquere. Quod procedit,nisi fortè in potētia liquidationis fiendæ de proximo cōtingeret dolo aduersarij.per ea quæ statim dicam. Aut de causa alia non liquebat:sed verisimiliter incontinenti liquere poterat. Et arbitror ꝙ sine appellatione iudex deberet supersedere super executione,ex quo incontinenti potest liquere. Et ideò licet non sit lata sententia super quantitate per eum petita:tamen poterit opponere de cōpensatione. Et si opponeretur ꝙ debitum non sit liquidū:& sic nō habeat locum compensatio,per l.si constat.& l.fi.C.de cōpens. replicabitur,quòd de proximo per sententiam ferendā liquidabitur.& paria sunt aliquid de præsenti liquidū,vel de proximo liquidandū.arg.l.penul.ff.de mili.test.quia quæ incōtinenti fiunt,videntur inesse:vt l.lecta.§.dicebam.ff.si cer.pet.faciunt not.per Bart.in l.iiij.§.condemnatū.ff.de re iudi.& ideò ex hoc capite nō videtur necessarium appellare:cùm per hoc remediū succurratur parti.& hoc est quod fortè voluit iurisconsultus in d.l.j.in fi.ff.quæ sent.sine appel.rescin.dum primò dicit,ꝙ non est necesse appellare. vtile tamen est appellare:quia per appellationem clarius suspendetur executio,vt in rubro & nigro.ff. nil noua.appel.pend. Et hoc est quod voluit ille tex.in fin.sed magis est vt appellatio interponatur. Et ista fuit opi.Simonis Vicentini in d.aut.& consequenter.C.de sentē.& interlo.om. iudi.qui dixit quòd d.l.j.in fi.obtinuit in quātitatibus,vt refert Spec.in tit.de reconuen.§.videndum.ver.quid si primo super vna.& dicit ibi Io.And.in addi.ꝙ Simon hoc intendit quòd in quātitatibus:puta,quia actor petit centū ex vna causa:reus ex alia reconuenit ad quinquaginta,vel ad centum ex alia causa:cōgruè fiet expectatio prædicta. Secus si actor petit domum vel equum:& reus fundum,vt statim dicam in secundo casu principali. Vin.verò in c.ij.j.de ord.cog.vel ibi etiam refert Io.An. super glo.in verbo,eadem sententia.& Spec.in d.versi.quid si primò voluit,ꝙ si primò pronunciatur super vna,nō differtur ipsius sententiæ executio, donec pronuncietur super alia. Nec obst.d.l.j.in fin.quia seipsam corrigit in fi.hoc tamen dicit esse, nisi in casu,scilicet cùm aduersarius meus impedit ne fiat pronunciatio super alia:tūc enim differtur executio,& excipi poterit contra eum,si velit me conuenire ex causa iudicati.arg.l.j. ff.de eo per quem fac.erit.& in c.peruenit.j.de testi.cogē.& sic residet Ioan.And.& Spec.in d.versi. Et hæc limita.videtur placere Raph.in d.l.fi.in fi.sed mihi plus placet opin.Simonis,quę videtur mihi magis æqua.arg.d.l.j.in fi.& quia tex.ille nō corrigit se:quia primò dicit nō ex necessitate:& postea dicit ꝙ est magis vtile:& ista stant simul, absq; eo ꝙ inducatur correptio iuris,quia correptio est odiosa.nec etiam est verisimile ꝙ quis incontinenti seipsum corrigit:vt l.non adeò.ff.de condi.& demonst. Præterea ad inducendam cōpensationem contra debitū etiam liquidum,sufficit ꝙ debitum posit de proximo liquidari:per l.apud Celsum.§.si autem.ff.de excep.doli.& tractatur in d.l.fin.C.de compens. Nec obst.ꝙ lata sit sententia: & fortè etiam trāsiuit in rem iudicatā:quia etiam ad executionē potest obijci compensatio,vt not.glo.fin.& do.Anto.& do.meus.& Ioā.de Imo.in c.cùm Ioannes.j.de fid.instru.dummodò liquidatio non requirat altiorem indaginē.& pro hac sententia etiā allego Bal.& Saly.in l.neq;.C.de compēs.vbi volunt per illum tex.ꝙ licet debitum sit effectum liquidū:tamē potest fieri recōuētio. Nec statim procedi potest ad executionem,donec fiat liquidatio:dūmodò de proximo posit liquidari:aliàs secus.argu.d.l.fi.C.de compen. Quod tamen limito,nisi ex dolo aduersarij non posset liquidari,per ea quæ statim dixi.& vide quod dixi in c.præced.in vj.prin.articu.fal.ix. Aut de causa alia iam liquebat:& tunc nō est dubium ꝙ potest impediri executio per exceptionem compensationis debiti liquidi. Item per appellationem:& insuper propter notorium grauamen:cùm potuerit & debuerit super vtraq; pronunciare,& nō pronūciauerit nisi super vna,videtur etiam attētari posse ꝙ sententia sit nulla,per ea quæ dixi in præcedenti quæstione.

¶ Secundo casu principali,quādo actum fuit hincinde ad tales res in quibus non habet locum recompensatio:puta, petebam à te decretum vel codicem: tu reconuenis me ad decretalē,vel infortiatum. Aut etiam si conuenis me ad quantitatem, & ego reconuenio te ad speciem:vtputa,equum vel codicē:& hoc casu,dicendū est ꝙ non impeditur executio sentētiæ latæ in vna causa duntaxat,secundùm Simo.Vincen.in d.auē.& consequēter.& sentit Io.Andr.in addi.in d.§.videndum.ver.quid si primò.& hoc procedit etiam si de vtraq; causa liqueret. Posset tamen appellari à sententia:vel dici nulla ratione notoriæ iniustitiæ:sed non ex eo ꝙ posit admitti compensatio,quæ non habet locum in talibus. A.B. Et hanc opi. sequitur do.Ant.c.ij.j. de ordi.cog.quod dictū non placet do.Nico.ibi,mouetur,quia iura disponunt ꝙ natura conuentionis & reconuentionis sit,ꝙ debeant vna sententia terminari. Et si secus fiat, posit appellari:vt d.l.j.§.fin.ff.quæ sent.sine appel.rescin. Nec obst.si diceretur,ꝙ non potest prætendi aliquod interesse:quia respōdet dominus meus,ꝙ interesse potest esse magnum. Primò,quia licet directè non admittatur compensatio,tamē poterat incidenter compensari:quia si sentētia pariter ferretur pro eo,posset de rebus sibi adiudicatis per sentētiā illi aduersario satisfacere:quod non posset si differretur sententia pro eo ferenda. Secundò interest in eo quod iudex contra iura differt sibi facere iustitiā.ex quo enim actor & reus simul suas actiones in iudiciū deduxerunt:debuit iudex ita producere,vt vtraq; pariter in eodē tempore posit satisfacere per suam sententiā. Fatetur tamen ꝙ vbi prius liquet de vna,quàm de alia,& scādalum timeretur in differendo,ꝙ poterit iudex super illa re pronunciare. Nec obstabit appellatio.argu.l.æquissimum.ff.de vsufruc.& l.j.§.quies.ff.de offi.præfec.vrb.& arg.c.ij.de causa poss.& proprie.secundùm do.meum vtraq; opi.videtur mihi satis defensabilis.plus tamē placet præcedens opi.Simonis,& Io.Andr.intellecta,vt suprà dixi.Ma.

19 ¶ †Nono principaliter quæro,vtrum causa reconuētionis debeat agitari eodem ordine & forma,quibus causa cōuentionis, vel econtrà. Solu.tex.iste probat quòd sic. Nam tex.noster vult ꝙ si actor impetrauit rescriptum appellatione remota.ꝙ tunc si reus reconuenit actorem coram eodem iudice,iudicium reconuentionis vniformiter procedat appellatione remota:quia modus datus per rescriptum in causa conuentionis,intelligitur repetitus in causa reconuentionis,vt dixi s.in summa & in notabilibus.& iurisdictio prorogata per viam reconuentionis habet eandem naturā,qualis est prima iurisdictio.vnde dicit glo.ij.hic,quòd iudex eadē forma quo procedit in principali, procedet in reconuentione:& parem potestatem habet quo ad omnia in vtraq; quæstio. Et ratio multiplex vt colligitur ex tex.& est glo.j.vt dixi super d.glos.j.ex quo glos.ij.infert,quòd iudex eandem habet iurisdictionem & authoritatem in prorogata iurisdictione,sicut in delegata.de quo remittit ad nota.in c. P.& G.s.de offi.deleg. Et ex prædictis singulariter infero,ꝙ si consensus alicuius,puta patris,erat necessarius ad iudiciū agitādum:sufficit illum præstitū in causa conuētionis:nec est necessarium illum præstare in causa recōuentionis.hoc singulariter voluit Bal.in l.nō solū.§.necessitatē.C.de bo.quę lib.col.ix.per l.sed & hi.§.defendere.ff.de procu.quod est singulare. Nec ob. ꝙ in dicta recōuētione nō debeat procedi appellatiōe remota: quamuis

quamuis vigore literarum in conuentione procedi debeat ap-
pellatione remota.ex eo,quia ex quo in fauorẽ actoris fuit con
ceſſum hoc priuilegium,nõ debet in eius odium retorqueri,vt
in regula, quod ob gratiam.de reg.iur.lib.vj.cum ſua materia:
quia vt dicit glo.fi.hoc illud procedit,quando priuilegium eſt
conceſſum motu proprio:ſecus quando ad inſtantiã partis.fa-
cit quod in ſimili not.glo.in aut.quas actiones.C.de ſac.ſanct.
eccle.& quod not.Io.And.in regula,qui ad agendũ.de reg.iur.
lib.vj.in mercur. Ad quod vide quod dixi ſuper d.gl.vide etiã
ad hoc bonam gloſ.in verbo,voluerit.in Cle.ſæpe.de verb.ſig.
quæ extendit tex.iſtum per rationem huius glo.vult enim ꝙ ſi
motu proprio datur alius modus procedẽdi,puta tollẽdo ſub-
ſtantialia iudicij:non debet idem modus ſeruari in cauſa recon-
uentionis:ſecus ſi eſſet conceſſus ad inſtantiam partis.& ſic illa
glo.ſingulariter extendit diſpoſitionẽ iſtius capituli,vt proce-
dat non ſolùm reſpectu clauſulæ appellatione remota,ſed etiã
reſpectu alterius priuilegij,vt debeat illud idem ſeruari in cau-
ſa reconuentionis,ſi fuit conceſſum ad partis inſtantiã.& dicit
hic Abb.quòd per hunc text.ſoluitur quæſtio de priuilegiato.
ne agatur extra diœceſim,ꝙ ſi principalis actor ex priuilegio
traxit reum extra diœceſim,poſsit etiam ibi recõueniri:ſi illud
priuilegium ad ſui inſtantiam fuit conceſſum.& idẽ dicit Ioã.
And.in priuilegio iuris.de quo in c.nõnulli.in prin.de reſcrip.
& aduerte,quia Io.Andr.vult dicere ꝙ ſi quis olim impetraſſet
iudicem vltra duas dietas,hodie vltra vnam,poteſt ibi recõue-
niri:vt in d.c.nonnulli.dicit etiã ꝙ ſi quis impetrauit vltra vnã
dietam computandam à diœceſi ipſius rei vt fieri debet,poteſt
ipſe actor ibi recõueniri:licet ille locus diſtet vltra vnam dietã à
diœceſi ipſius rei conuenti:quia dietæ debent cõputari à loco
rei originalis,etiã reſpectu reconuentionis:quia per recõuẽtio-
nem ampliatur in hoc iuriſdictio:& acceſſoriũ ſequitur princi-
pale.de quo in d.c.nonnulli.ponit Spec.in tit.de recon.§.j.ver-
ſi.quid ſi aliquis.& vide quæ dixi in c.præced.in vij.princ.artic.
fal.vij.vbi examinaui,an ſit verum ꝙ dictum eſt de cõceſsione
facta motu proprio.& ibi vide alia plura ad hunc articulũ per-
tinentia.& aduerte,quia Bal.in d.aut.& conſequẽter.quæſtio.
antepe.videtur prædicta limitare,ſi modo ex iuris diſpoſitione
priuilegiũ concedatur cauſæ:ſecus ſi concedatur perſonę.vnde
dicit ꝙ licet prima accuſatio non requirat interpoſitionẽ in his
caſibus,de quibus in l.athletas.§.calumniator.ff.de infa.tamen
reaccuſans tenetur inſcribere:quia iſtud eſt priuilegiũ perſona
le:& ideo nõ extenditur.per l.ſi iudex circũuento.ff.de mino.
Sed tu aduerte,quia in §.calumniator.nõ ponuntur prędicti ca
ſus.Idem Bal.nõ videtur bene dicere:quia longè plures ſunt ca
ſus in quibus quis nõ tenet̃ ſe inſcribere priuilegio cauſę, quàm
priuilegio perſonæ.ad quod vide glo.in c.ſuper his.j.de accuſ.
quam hoc mane legimus propria lectione in voce & quod ibi
aliàs legendo ſcripſi.ſed poſſet ſaluari Bal.quãdo ratione priui
legij perſonæ hoc cõtingeret.Ego etiam arbitror ꝙ idem ſit, ſi
illud cõtingeret reſpectu cauſæ:quia inſcriptio habet reſpectũ
ad pœnam imponendã ipſi reaccuſato,ſi non probaretur deli-
ctum:vt reaccuſans teneatur ad pœnã,ad quam teneret̃ reaccu-
ſatus,ſi probaretur delictũ:nõ autẽ habet aliquẽ reſpectum ad
accuſationem prius inſtitutã.Intellige tamẽ,quãdo in cauſa cri
minali admitteretur reaccuſatio.ad quod vide quæ latius dicta
fuerũt in c.præced.in vj.arti.fal.xiiij.¶ Sed circa prædicta que
ro retenta opi.ꝙ clericus conueniens laicũ corã iudice ſeculari,
poſsit reconueniri coram illo.de quo latiſsimè dixi in præced.
20 c.in v.prin.articu.† Queritur,vtrũ ipſi clerico ſic reconuẽto ſit
ſeruandũ ius ciuile,vel canonicum:ſi ius canonicũ diſcordat à
ciuili.& quid iuris ecõtrà.Solu.quia iſta materia eſt intricata &
difficilis:& principaliter pertinet ad tit.de conſti.ideò hic omit
tam.& ibi Deo duce,fortè dicam.Et quò ad prædictos termi-
nos vide latiſsimè per Io.Cald.in q.quæ incipit ſtatuto ciuita-
tis.& per Pet.de Anch.in repeti.c.j.de conſtit.in xij.q.princip.
ver.pro confirmatione.col.c.& per Pet.de Ancha.in repeti.c.
ea quæ.de reg.iur.lib.vj.q.fin.Et quò ad ordinem ſeruandum,
cum inſpiciatur ius canonicum vel ciuile.vide quod dixi in c.
quod clericis.ſ.de foro compe.
¶ Decimò principaliter quæro,vtrum priuilegium conceſſum
cauſæ conuentionis ſit ſeparabile à cauſa reconuentionis.Solu.
patet ex his quæ ſuperius dicta ſunt.tam in hoc articu.maximè
in q.vij.viij.& ix.quàm etiam in ix.princip.artic.& etiam in c.
præced.in vj.prin.articu.in pluribus fallen.maximè in vij.prin
cip.fallentia.Et ex his quæ in dictis locis dicta ſunt, manifeſtè
patet quòd proceſſus ſit ſeparabilis:& ſimiliter priuilegium ſit
ſeparabile.quamuis pleriq; Doct.tenuerũt contrariũ,& malè.
21 ¶ † Vndecimò principaliter quæro de effectibus mutuæ peti-
tionis,ſiue reconuentionis.Sol.videtur dicendum ꝙ reconuen-
tionis nullus ſit effectus.& ſic videtur quòd recõuentio ſit ſu-
perflua.hoc videtur deduci iſto modo,compenſatio hodie fit
ipſo iure:vt in l.fin.C.de compẽſa.abſq; propoſitione actoris,
vt ibi.& Inſti.de actio.§.ſed noſtra.ergo nõ videtur eſſe neceſ-
ſaria reconuentio:& ſic inducere nouam inſtantiã: cùm per ex
ceptionem cõpenſationis poſsit quis obtinere intentionẽ ſuã.
Sol.argu.videtur procedere in mutuis petitionibus quantitatũ
in quibus locum habet compenſatio.Vnde ad arg.reſponderi
poteſt dupliciter.Primò quòd prędictum arg.non procedit in
his rebus,in quibus non admittitur compenſatio.& ſic in illis
mutua petitio & reconuentio habebit effectum,Secũdò,reſpõ
deri poteſt ꝙ etiam in quantitatibus mutuæ petitionis conſe-
quitur magnum effectum:tum quia per oppoſitionem cõpen
ſationis reus videtur fateri ſe debitorem:quod non cõtingit in
reconuentione.Item per oppoſitionem compenſationis reus
nihil vltra conſequi poteſt,niſi compenſare hincinde debitum
cum credito.vnde ſi fortè eſſet creditor in maiori quãtitate,nõ
conſequeretur illud plus:ſed per reconuẽtionem ad integram
quantitatem cõſequetur reus reconueniens illud plus.ad quod
vide quæ dixi in c.præced.in vj.princi.arti.verſi.ſecunda decla
ratio.Item haberet effectum etiam in quãtitatibus,ſi fortè cau-
ſa conuentionis eſſet priuilegiata,vt contra eam non poſſet ad
mitti cõpenſatio.& ſic habes tres effectus reconuẽtionis.Quar
tus effectus eſt iuriſdictiõis prorogatiuus:quia per ipſam fit iu
dex qui aliàs non habet iuriſdictionem in reconuentum, quan
tum ad illam cauſam reconuentionis:ſiue ſit ordinarius,ſiue de-
legatus,vt dicit glo.penul.in c.præced.& ſequuntur ibi Doct.
& communiter licet alij teneant contrarium reſpectu ordinarij.
Sed tu vide quæ latiſsimè dixi in c.præced.in iiij.prin.articu.q.
ij.& iij.& hunc effectum ſentit glo.fi.hic.& intellige quòd iſta
eſt prorogatio iuris,non hominis.& ideò fit prorogatio cõtra
clericum.ad quod vide quod dixi ſ.in ſuppletione ad glo.ij.&
quod dixi in c.præceden.in v.princip.artic.ver.item prædicta
regula procedit.Item iſte effectus procedit,ſi reconuentio non
ſit propria:quia nõ ſit facta debito tempore:ſed longè poſt li-
tem conteſtatam.de quo tamẽ dic vt latè dixi in c.præce.in vij.
prin.arti.ver.idẽ tamen Ioã.And.& ver.ſed primã opi.in opi-
nione mea,circa fi.Et not.ſingulariter ꝙ iſta prorogatio per re
conuentionem fit ipſo iure per viam excluſiuam iuriſdictionis
ab alio iudice,eo tempore quo pendet conuẽtio: adeò ꝙ dicto
tempore non poteſt actor reconueniri corã alio iudice:& ſi co-
ram alio iudice reconueniretur contra formam d.aut.& conſe-
quenter.Si quidem recõueniretur coram iudice delegato:pro-
ceſſus eſt ipſo iure nullus.ſi verò coram ordinario,proceſſus eſt
aliquis:niſi opponatur,vt tractatur in d.c.diſpendia.de reſcrip.
lib.vj.vtrobiq; tamen,ſiue proceſſus ſit nullus:ſiue teneat:ſi re
conuentus comparens opponit ꝙ non poteſt coram illo recõ-
ueniri:debet reus reconueniens tanq; temerè vocatus,actorem
coram iudice incompetenti in expenſis cõdemnare,vt d.c.diſ-
pendia.& in l.eum quem temere.ff.de iudi.ſecundùm Bar.in d.
aut.& conſequenter.& licet etiam Ange.ibi,quæſtio.fi.Sed tu
vide etiam ad prædicta quæ latius dixi in c.præced.in iiij.prin.
artic.q.ij.& iij.Quintus effectus eſt ſimultanei proceſſus indu-
ctiuus.de quo dixi ſ.eo.arti.q.ij.& ſeq.& etiam maximè in vij.
& viij.q.Vltimus effectus eſt priuilegiorum cauſæ conuentio
nis & reconuentionis adæquatiuus.quod intellige ſecũdùm ea
quæ dixi in pręced.in vj.princip.articu.fal.vij.& ſ.eo.arti.x.q.
ix.& ibi etiam dixi remiſsiones.& ex his Deo duce,eſt expe-
ditus nobiliter.x.prin.articu.
¶ Vndecimò prin.ar.iuxta præmiſſum ordinem in rub.tractã-
dum.de quibus rebus ad eundẽ iudicem eundũ ſit.& quamuis
in hoc ar.non agatur de mutuis petitionibus, tamen iſte arti.eſt
proximus & conſimilis huic titu.Nec poteſt magis congruè al
teri titulo adaptari.& eſt materia ſatis notabilis Doctoribus,ma
ximè Canoniſtis:neq; ordinata,neq; perfectè tradita.Sed cona
bor quãtum fieri poteſt materiam ipſam ordinare: & perfectè
tradere ponendo regulam,fallentias,& limita.
¶ Regula ergo ſit negatiua: & huiuſmodi, videlicet ꝙ ſi quis
egerit contra vnum corã vno iudice:non tamen neceſsitatur cõ
tra eundem,vel contra alium coram eodẽ iudice agere:nec etiã
aduerſarius cogitur propterea eundem actorem coram eodem
iudice conuenire.Si fortè talis alium,vel alios iudices habeat,co
ram quibus poſsit cõueniri.Hæc autem regula probatur: quia
ſi dantur aliqui caſus ſpeciales,in quibus vnus & idem pro plu
ribus cauſis,vel plures pro vna,vel pluribus cauſis cogũtur ali
qua ſpeciali ratione ad eundem iudicem ire: de quibus ſtatim
ſubijciemus,ergo in contrarium eſt ius commune: vt in l.j.in fi.
ff.ad municip.& in l.tum ex ſola.C.de primipi.lib.xij.& in c.
ij.j.de coniug.leproſorum.
22 ¶ † Regula poteſt quis,licet elegerit,coram vno agere:& cõue
niri coram alio.Hæc tamen regula recipit plures fallentias.

¶ Primò, fallit in causa reconuentionis.
¶ Secundò, in duplicibus iudicijs.
¶ Tertiò, in pluribus dominis vendicantibus sibi seruum, tanquàm communem.
¶ Quartò, si vnus vendicaret sibi vsumfructum vnius serui, & alter proprietatem.
¶ Quintò, quando plures tutores vel curatores conueniuntur vt reddant rationem.
¶ Sextò, in pluribus eandem causam habentibus.
¶ Septimò, in eo cui competit petitorium & possessoriũ, quia si vult vtrunq; intentare eodem tempore, debet coram eodem.
¶ Octauò, si plures sunt simul inquisiti à iudice seculari, quorum aliqui clerici, & aliqui laici: & clerici petant se remitti &c.
¶ Nonò, in creditore agente etiam diuersis libellis contra duos reos debendi.
¶ Decimò, in vna & eadem causa intentata semel contra vnũ: quia si destitit, non potest coram alio iudice intentari sunt opi.
¶ Vndecimò, si primò egit pro parte debiti, pro alia tenet̃ agere coram eodem: etiam finito primo iudicio.
¶ Duodecimò fallit in eo qui vult plures actiones, vel vnã eodem tempore intentare: quia non potest illam vel illas coram diuersis intẽtare: siue sint ordinarij, siue vnus ordinarius & alius delegatus, siue ambo delegati.
¶ Limitatur tamen hæc xij. fallentia, respectu ordinarij multipliciter.
¶ Primò, in literis super actionibus personalibus. secus inutilibus.
¶ Secundò modo ad iudices delegatos verè. secus ad conseruationes.
¶ Tertiò, si modò omnes delegati per diuersas literas vellẽt singulariter de singulis causis cognoscere. Secus si omnes subdelegarent vni.
¶ Quartò, si omnes sint principales per se: secus si vna principalis, alia appella.
¶ Quintò, si prima principalis causa pendet coram delegato: secus si appellasset, & ad aliũ literas impetraret sup alia causa.
¶ Sextò, si modò durat prima causa: secus si sit finita, sed sunt opinio.
¶ Septimò, si modò pars excipit: secus si non exciperet sunt opiniones.
¶ Octauò, si modò conuentus cõparuit: secus si fuit cõtumax.
¶ Nonò, si modò actor voluntariè: secus si ex necessitate.
¶ Decimò, nisi ex causa superueniente non possit prosequi coram eodem.
¶ Vndecimò, nisi sit causa hæresis.
¶ Duodecimò.
¶ Tertiodecimò, si vnus fuit iud. respectu preparatorij: quoniã etiam iudicio præparato debet ire ad illum.

23 ¶ † Primò fallit in reconuentione quę non potest fieri corã alio iudice. de quo dixi in x. superioribus articulis.

24 ¶ † Secundò fallit in duplicibus iudicijs. vnde si vnus agit cõtra vnum cohæredẽ iudicio fami. erciscundæ alius cohæres nõ potest pro eadem causa ad aliũ iudicem ire. & ideò si inter aliquos agendum est iudicio famil. erciscũdæ aut cõmuni diuidũ. aut finium regundorũ. idem iudex assumẽdus est: vt est text. in l. j. ff. de quib. reb. ad eundẽ iudicẽ eatur. Vnde in his duplicibus iudicijs, non debẽt diuersi iudices audiri. Et ideo licet actor debeat sequi forum rei, vt in c. cùm sit generale. ſ. de fo. cõpe. cum simi. & si plures hæredes aut socij sint habentes res communes, vel agros cõfines qui sint diuersi fori: iudex primò aditus per vnũ debet per alios etiam adiri: si alij vellent agere. Et etiã vnus, & idẽ qui cœpit agere cõtra vnum ex pluribus cohæredibus, vel ex pluribus cõsocijs aut habentibus agros cõfines volens alios conuenire, debet apud eundem iudicem illos cõuenire. & ratio multiplex. Prima ponitur in d. l. j. ad hoc vt præsentia omniũ, eodem loco causa facilius expediri possit. Secũda ratio est, propter causæ coniunctionẽ: quia consortes & cõiuncti sunt, vt d. l. j. & l. nulli. C. de iudi. not. gloss. in d. l. j. & mihi placet. vnde ne causa cõtinentiæ diuidatur, debet idẽ iudex adiri. Tertiò est ratione reconuẽtionis: quia cũ quilibet sit actor & reus: ergo quilibet agit & recõuenitur: ergo apud eundẽ iudicem debet fieri, vt hic, & in c. pręced. Et in l. cùm Papinianus. & aut. & cõsequẽter. C. de sent. & interlo. om. iud. secundũ glo. in d. l. j. ff. de quib. reb. ad eundẽ iudi. eatur. Sed tu dic φ hæc ratio procedit, quãdo agens reconuenitur, per ea quę dicta sunt in præcedẽtibus arti. de qua materia hic nõ tractamus. Sed non cõcludit, si essent plures hæredes: puta A. B. C. D. & A. prius cõueniret B. corã vno iudice: deinde vellet conuenire C. aut D. corã alio. Quarta ratio est, propter absurditatẽ euitãdã. nam posset esse φ vnus iudex aliter iudicaret, quàm alius: vt l. cognitio. ſ. j. & fi. & in l. si pariter. & l. si vsumfructum. ſ. fi. ff. de lib. cau. Quid autẽ si inter hæredes aut socios, vel similes conuẽtos esset clericus, vel persona ecclesiastica. dic vt statim dicam in viij. fallẽ. A. B. Et pro prædicta fallentia faciunt quæ dixi in rubri. de dila. in materia citationis A. v. q. xxxj. ver. Ma.

25 ¶ † Tertiò fallit in pluribus dominis vendicãtibus sibi seruum tanq; cõmunem: quoniã isti ad eundẽ iudicẽ mittendi sunt: ne variè in iudicio inducetur. Secus si vnusquisq; seruũ, vt suum, insolidũ vendicaret: quia tũc nõ est timor, ne variè in iudicio iudicetur: cũ vnusquisq; solidũ dominiũ sibi vendicet, vt est tex. in l. cognitio. ſ. j. ff. de libe. cau. Et qualiter in primo casu possit esse timor varij iudicij: quia posset alter parte seruitutis ipsius serui, & seruus cõtra alterũ agentẽ in libertate obtinere. & quis non potest esse pro parte seruus, et pro parte liber. Si tamẽ hoc contingeret, φ apud diuersos iudices actũ esset, nec esset exemptum: & vno iudicio liber, altero vero seruus pro parte iudicaretur: quid agendũ sit, vide tex. singularem in l. duobus. ff. de libe. cau. In secũdo verò casu non sic cõtingit: quia quilibet agẽtium dicit esse seruũ suum insolidũ. vnde nõ potest esse talis timor de quo in præcedẽti: quia aut primo pronũciabitur pro libertate: & talis sentẽtia præiudicat petitioni alterius, vt l. si dolo. ff. de do. & in l. diui. ff. de lib. causa. Similiter etiam si pronunciatum sit insolidũ seruus alterius, non potest dicere se liberum, vt dicit glo. in d. l. cognitio. ſ. j. & vide ad prædicta quod tradit Io. de Imo. in l. sequi. ff. de re iud. col. xij. ver. aduerte tamẽ, quia vt dicit Iaco. Butri. &c. vbi latius tractat, an talis sententia primò lata præiudicet alijs. de quo dic vt latius dicam in c. penul. j. de re iudica.

26 ¶ † Quarto fallit, si vnus vendicaret sibi vsumfructum totius serui, alter vero eiusdem serui proprietatẽ. Item si alter vt proprium vẽdicet. Alter vero dicat sibi pignoratũ esse: quia idem erit iudex adeundus, vt l. cognitio. ſ. fi. & l. seq. ff. de lib. cau.

27 ¶ † Quinto fallit, quãdo plures tutores vel curatores cõueniuntur, vt reddant rationẽ. omnes enim corã eodẽ iudice conueniẽdi sunt. non autẽ vnus coram vno, & alius corã alio. Et si vnus primo fuit cõuentus corã vno, omnes alij debent corã eodem conueniri: etiã si non sint eiusdẽ fori, vt est tex. in l. ij. ff. de quib. reb. ad eundẽ iud. eatur. & in l. omnes. C. arbi. tute. vbi tex. vult φ idẽ sit etiã in rebus pluriũ tutorum. & ratio ponit̃ ibi in glos. ne causæ cõtinentia diuidatur. & propter causæ vnitatẽ, secundùm Bal. in d. l. cùm Papinianus. C. de sen. & interlo. om. iud. & tenent Doct. maximè Moder. in l. ij. ſ. fi. ff. quæ sen. sine appel. rescin. quid autẽ si aliquis ex dictis tutoribus esset clericus seu persona ecclesiastica, vide quod dicam statim in viij. fal.

28 ¶ † Sexto fallit in pluribus eandem causam habentibus. Ita dicit Bart. in l. omnes. C. arbi. tute. per illum tex.

29 ¶ † Septimo fallit in illo cui competit petitoriũ & possessoriũ: quia si vult vtrũq; intentare eodẽ tẽpore, non potest: siue vellet ire ad diuersos iudices delegatos, vt in c. j. de cau. pos. & ꝓprie. in l. nulli. C. de iud. secundũ vnũ intellectũ. & in c. fi. de rescrip. tenet Spec. in tit. de rescrip. præsen. ſ. fin. ver. item φ ad quosdã siue vellet agere eodẽ tempore coram diuersis iudicibus ordinarijs. & etiã si sit finita instantia coram vno: puta, super possessorio: vult denouo intentare super petitorio corã alio iudice: etiã si vellet agere coram alio iudice ordinario ipsius rei: vt l. j. ff. de quib. reb. ad eundẽ iudi. eatur. tradunt glo. Bar. & Bal. in d. l. nulli. licet Pet. & Cyn. sentiunt contrarium, quando finita esset instantia. Ad quod vide quod latius dixi in c. fin. ſ. de iudi. Super glo. ij. & prædicta intellige, quando vellet intentare petitoriũ & possessorium recuperandæ vel adipiscendæ: aut etiã retinendæ possessionis, in casu quo potest concurrere cum petitorio, secundũ not. per Bart. in l. incerti. C. de interdic. & per Bart. & Doct. in d. l. nulli. de quo latius dicã quando possit concurrere in titu. de causa pos. & proprie. & prædicta procedũt respectu causarum principalium: secus si super vna appelletur. & super alia non: quia tunc tractabuntur coram diuersis, secundùm Io. And. & do. Domi. in c. dispendia. de rescrip. lib. vj.

30 ¶ † Octauo fallit, si plures simul sunt inquisiti à iudice seculari: quorũ aliquis est clericus, vel aliqui sunt clerici: & alij sunt laici, qui clerici petant se remitti ad iudicem ecclesiasticum, secundùm formã c. si iudex laic⁹. de sen. excõ. lib. vj. Nã hoc casu, oẽs etiã laici debẽt remitti ad iudicẽ ecclesiasticũ: ne causæ continẽtia diuidat̃. & quia omnes habẽt eandẽ causam: & ne sequat̃ absurdũ, si variæ sentẽtię ferrent̃. & fortè cõtrariæ. Nec ob. φ eadẽ ratione iudex secularis de omnibus, etiã clericis deberet cognoscere: sicut dicimus in reconuent. vt latè dixi in c. præceden. artic. v. quia iudex ecclesiasticus dicit̃ esse maior & dignior: iuxta not. in aut. quõ opor. epis. & in l. omni nouatiõe. C. de sac. sanc. ecc. & probat̃ in c. solitę. ſ. de ma. & obe. Et potẽtius ac digniꝰ trahit ad se minus dignum, vt in l. per minorẽ. ff. de iudi. & in c. quanto.

quanto.s̃.de iud.cum si.Ita concludit do.Ant.de prato veteri in l.j.in fi.ff.quæ sententiæ sine app.rescin.faciunt not.per Bal. in l.præcipimus.C.de appel.A.B.Et ibi hoc expresius voluit Barto.in §.eodem obseruando.vbi dicit ꝙ laicus ratione clerici conuenitur coram Episcopo.& vide quod dixi.s.de fo.cõpe.c.j.versi.& xv.declaratio.ad prædicta etiam est bonus tex. in c.constitutus.de restitu.in integ.Intelligendo illud ꝙ magister G.esset laicus:cùm nihil ibi dicatur quod esset clericus.facit etiam tex.in c.per tuas.de arbi.vbi qualitas duorum laicorum inhabilium per se habilitauit propter adiunctionem vnius clerici.Ma.& Pe.de Anch.in regula,ea quæ.de reg.iur.lib.vj.q.j.& per Doct.in c.quintauallis.j.de iureiur.in quibus tractatur ꝙ si à iudice clerico,& à iudice seculari,vel à duobus arbitratoribus,vno clerico,& alio seculari appellandum est:vel recurrendum ad arbitrium boni viri:appellatur & recurritur ad ecclesiasticum:& non ad secularem quod quidem dictum est singularissimum,& memoriæ commendandum:& quotidie potest contingere,& honorem quam maximum,& vtilia etiam afferre,sed non memini legisse alium Doc.hoc tenentem:pro hoc tamen facit quod dixi.s̃.in vj.fal.Sed aduerte,quia prędicta cõclusio videtur satis dubitabilis:quam maximè quando inquireretur de delicto,propter quod veniret imponenda pœna sanguinis de iure ciuili,retenta opinione quæ vult,ꝙ quò ad decisoria,laico litiganti coram iudice ecclesiastico in materia,in qua leges seu statuta locorum & canones discordant:sunt seruandæ leges & statuta secularium.de quo per.d.M.in c.ecclesia sanctæ Marię.de consti.maximè in repe.vt in c.quod clericis.s̃.de fo.compe.& per Bar.& Bal.& Doc.in l.j.C.de sac.san.ecc.& per Pet.de Anch.in repe.dictæ regulæ,ea quæ.de reg.iur.lib.vj.& in repe.c.j.s̃.de consti.Sed ecclesiasticus non potest imponere pœnam sanguinis:vt in c.sententiam.j.ne clerici vel monachi. ergo &c.Sed fortè dici posset,ꝙ cognoscere poterit:& habita cognitione & veritate rei gestæ,si fuerint absoluendi,absoluere:si fuerint condemnandi alia pœna,quàm pœna sanguinis,illos condemnare.Si verò pœna sanguinis essent condemnandi, condemnabit clericos secundùm canones:& laicum remittet ad iudicem suum.cogitabis:quia nunc venit in mente,& prædicta sunt vt dixi,singularissima.Et ex prædictis ego infero, quòd si inter plures inter quos agendum esset duplicibus iudicijs,videlicet familiæ erciscundæ,communi diuid.& finium regundo.esset aliquis clericus:vel plures tutores & curatores eiusdem tutelæ vel curæ:esset aliquis clericus pro causa prædicta:tam contra laicos,quàm contra clericos esset adeundus iudex ecclesiasticus.argu.prædictorum.& ita videtur etiam concludendum in omnibus alijs similibus causis & casibus.

31 ¶†Nonò fallit in creditore agente,etiam diuersis libellis contra duos reos debendi insolidum:quia debet eos,non coram diuersis,sed coram eodem iudice cõuenire,& hoc videtur velle textus in authentica,hoc si debitor.C.de duobus reis.& in corpore vnde sumitur.vbi tex.vult,quòd negotium debet cõmuniter examinari & terminari,& quamuis ille tex.loquatur quando ageretur eodem libello.tamē Bal.in l.j.& in d.aut.hoc ita.C.de duo.re sentit idem etiam quando ageretur diuersis libellis,vnde dicit ꝙ si statuto cauetur,prout est Perusij,ꝙ quilibet conueniatur in sua porta:& duo sint rei debendi,vnus in porta sancti Petri:& alius de porta eburnea,ꝙ quamuis statutū obstet,& practicantes seruent statutum ad literam:tamen secūdùm mentem iuris videtur,secundùm Bal.ꝙ vterq; posit coram eodem iudice conueniri,per l.omnes.C.arbi.tut.& l.in rebus.in fi.ff.de arbi,& l.nulli.& l.licet.& quod ibi no.per Cy.C. de iud.& per ipsum Bald.in q.sua quæ incipit,accusatus de vi turbatiua,de qua statim dicam.per quæ iura videtur fortius cõcludeñ.ꝙ non solùm posit,sed debeat fieri coram eodem iudice.& ita intelligo voluisse Bart.per verba sequentia,licet loquatur per verbum,posit.& probatur in l.ij.ff.de quibus reb. ad eundem iud.eatur.& per ea quæ superius dicta sunt.Secus dicit Bal.si nullo modo possent conueniri coram eodem iudice.exemplum,in hac nostra ciuitate Senarum,causa pupillaris tam in agendo quàm in defendendo,debet agitari coram iudice & sapientibus pupillorū:coram quo iudice non potest maior cõueniri,pone ergo ꝙ vnus ex reis debendi sit pupillus,& alter minor:hoc casu poterunt coram diuersis iudicibus conueniri,& sic residet Bal.ego hāc.q.examinaui in l.reus.ff.de duo. reis.in xj.prin.art.q.viij.& tunc visa fuit mihi decisio Bal.in vlti.casu,satis dubia,tum propter causæ communionem & consortium:tum propter dispositionem.d.aut.tum ne causæ continentia diuidatur:quia dixi tunc cogitandum.Nunc verò attentis his quæ superius dixi,maximè in præcedenti fal.arbitror ꝙ amborum causa debeat agitari coram iudice & sapientibus pupillorum:cùm causa pupillorum sit magis fauorabilis,& fauorabiles sint ampliandi:vt in regula hodier.de reg.iur.lib.vj.

32 ¶†Decimò fallit etiam in vna & eadem causa:quia si semel vna causa fuit intentata contra vnum coram vno iudice,& intentans destitit:non potest postea reum pro ipsa causa trahere coram alio iudice:sed debet ad eundem iudicem ire,secundùm aliquos,qui mouentur ex eo,quia maior est conuenientia vnius causæ de seipsa ad seipsam,quàm duarum causarum adinuicē. arg.l.nulli.C.de iud.quod patet:quia videmus ꝙ omisio ordinis causæ de seipsa ad seipsam vitiat processum:vt l.prolata.C. de sen.cum si.Et tamen peruersio ordinis vnius causæ ad aliā, non vitiat processum:vt in l.j.& ibi Doc.C.de app.de quo per glo.ij.q.j.in sum.& latius videbimus.j.de ord.cog.Sed Pet.& post eum Cy.dicit.ꝙ ista arg.vel iura nihil faciunt,primò non obst.primum ar.quia fateor ꝙ maior est conuenientia vnius causæ ad se &c.Nam hoc est verum eodem tempore:sed non diuersis temporibus,vnde non videtur ꝙ diuersis temporibus,si semel conueni te coram vno iudice,prohibear te conuenire coram alio.Nec ob.aut.qui semel.C.quomodo & quādo iud.per quam etiam prædicti mouentur:quia illa aut.resistit solùm penitus desistentibus.sed hic non desistit penitus,imò agit coram alio,vnde nihil facit,secundùm Pet.Sed tamen alio iure probatur,secundùm Pet.videlicet per l.j.ad fi.C.de asser.tol.vbi cauetur ꝙ qui fuit tractus in vna causa per libellum editum coram vno iudice,non potest coram alio trahi:& qui traxit,amittit omnia:vt d.l.j.ad fi.& sequitur Cy.Sed aduerte,quia illa lex loquitur in casu speciali,& eodem durante iudicio.Ad quod vide quæ dicam in xij.prin.art.facit quod no.gl.pe.in d.l.j.ad fi. Et hoc etiam reperio voluisse Ang.in l.fideicommissum.§.j.ff. de iud.Sed finito primo iudicio per desistētiam & peremptionem instantiæ,non video quid obstet,quare non posit agere coram alio iudice:dummodo sit competens.sed si loqueremur de duabus causis coniunctis,aut ad inuicem continentibus:vt petitorij & possessorij,& similibus vna finita coram vno iudice,pro alia etiam debet ad eundem iudicem iri,secundùm Bart. in d.l.nulli.C.de iud.per illam.l.& per.l.j.ff.de quibus rebus ad eund iud.eatur.quod est satis æquum.vnde facio differētiam, an prima sit finita desistentia,vel peremptione instātiæ,& procedat quod primo loco dixi:aut per sententiam:& procedat opi.Bart.posset tamen pars,contra quam lata fuit sententia in vna,recusare illum vt suspectum in alia:quia qui semel grauauit,semper potest recusari,etiam in alijs quibuscunq; causis separatis:vt not.glo.super verbo,quæstionibus.in c.dispendia. de rescri.lib.vj.facit c.ad hæc.& c.propositum.de app.& sequitur do.Domi.in d.c.dispendia.ad quod vide quod dixi.s̃.in x. princ.art.q.vij. ¶Sed hic insurgit tamen notabile dubium & nouum:pone ꝙ sententia fuit lata contra actorem:puta.super posses.quem cogetur actor ire super proprietate ad eundem iudicem:cum meritò illum habeat suspectum.per ea quæ statim dixi,fortè dici potest ꝙ hoc casu,si actor habet illum suspectum,poterit alium iudicem adire:quia ille qui ex causa legitima etiam liberali,vadit ad alium iudicem:etiam eodem durante iudicio excusatur.Item faciunt quæ statim dicam in viij.& ix.& x.limi.Consulerem tamen ad maiorem suam excusationem,quòd in petitione quam faceret coram alio iudice,allegaret causam:quia non adijt primum iudicem,sed alium:vel si aduersarius exciperet de incompetentia iudicis:poterit se excusare per viam replicationis.& notabis prædicta:quia nouissima sunt,

33 ¶†Vndecimò fallit,quando quis prius egisset pro parte debiti coram vno iudice:quia pro alia parte eiusdem debiti non potest agere coram alio iudice,etiam finito primo iudicio:vt not.glo.singularis instit.de act.in §.si minus.& quidam mod. in l.quidam æstimauerunt.ff.si cer.peta.pro qua fal.facit quod dixi in præce.fal.in opi.Pet.& Cyn.tetigi etiam in c.pen.de fo. compe.in fi.Et quamuis ibi dixerim,ꝙ hoc videbatur mihi satis dubium:tamen nunc videtur æquum per ea quæ dixi in pręce.fal.Nam illud ibi procedit secundùm Bart.propter coniunctionem duarum causarum,longè magis videtur hoc sibi locū vendicare in eadem causa diuisa per partes.

34 ¶†Duodecimò fallit generalius in eo qui vult plures actiones, vel vnam eodem tempore intentare contra aliquem:quia non potest illam vel illas intentare coram diuersis:siue sint delegati:& intelligitur semper de delegatis per diuersa rescripta impetratis:vel vnam intentare coram delegato,& aliam corā ordinario:vel coram diuersis ordinarijs eodem tempore,vt dixi, primum de delegatis probatur in c.fi.s̃.de rescr.& clarius in c. dispendia.de rescr.lib.vj.Secundum verò de delegato & ordinario:& tertium de duobus ordinarijs.licet glo.super verbo,literas.in d.c.fi.de rescr.quæ extendit id quod ibi dicitur in tex. de delegatis ad plures ordinarios,& ad delegatū & ordinariū

simul.quãuis in contrarium glo.allegetalias opi.& pro.d.opi. facit:quia ex quo quis cõuenit aliquem coram ordinario actione personali,non potest pro alia personali conuenire eum corã delegato,vel alio iudice: quia cùm hoc non competat reo,vt in aut.& consequẽter.C.de sen.& inter.om.iu.ergo longè minus debet competere actori:tum quia rei sunt fauorabiliores:vt in regula,fauorabiliores.ff.de re.iu.tum quia non debet actori licere quod reo nõ permittitur,vt in regula,non debet actori.de reg.iu.Sed aduerte:quia Inn.hoc non credit.Sed dicit actorem posse cõuenire reum coram diuersis ordinarijs:vel coram ordinario & delegato, & ad regulam,fauorabiliores.respondet,ꝙ intelligitur in eadem causa:& postq̃ causa est inchoata:sed respectu inchoandæ,actor est fauorabilior.vnde licet in fi.causæ magis faueatur reo:tamen in prin.magis fauetur actori: vt l.si quis intentione ambigua.ff.de iud.& in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.ob.Itẽ dicit Inn.ꝙ alia ratio potest assignari,quare actori liceat reum trahere corã pluribus ordinarijs,& non sit licitum reo:quia iura voluerunt subtrahere materiam malignandi,& interdicere reo ne traheret actorẽ coram alio iudice: quia reus quasi offensus libenter se vendicaret:& sic etiã iniustè posset trahere actorem coram alio iudice:quæ ratio cessat in actore.Item mouetur Inn.quia ex conclusione glo.sequeretur etiã absurdum,ꝙ si conueni te coram delegato,si non possem conuenire te super alia causa corã ordinario, quasi frustraretur ista actio mea:quia non comprehendatur in rescripto:vt in d.c.fin. de rescr.meritò non possum cõuenire te coram ipso delegato: vt in c.olim.de of.dele.Et similiter etiam nec coram ordinario. tenendo prædictam opi.etiam tenuit Cõpo.in d.c.fi.& Arch. in d.c.dispen.D.m.distinguit, ꝙ aut quis vult trahere eundem coram diuersis ordinarijs super pluribus actionibus, quæ cõmodius possunt tractari apud vnum:& tunc habeat locũ opi. glo.prædictæ:quia ex identitate rationis debet fieri extẽsio illius.c.fi.s̃.de rescr.Maximè cùm hoc contineat in se magnam æquitatem.ar.c.cùm dilecta.j.de confir.vti.vbi bonus tex.Sed tu dic ꝙ hæc fuit originalis opi.Io.mo.& Io.An.in c.dispẽdia. de rescr.lib.vj.quam etiam sequuntur ibi Io.de fantu.& d.Do. Aut volo vnam actionem intentare coram ordinario:& aliam corã delegato:& hoc casu,si prius volo conuenire te coram ordinario,& postea super alia causa coram delegato: videtur obstare exceptio:quia debebam hanc secundam actionem intentare coram eodem ordinario,dummodò possem commodè.Et ista etiam fuit originalis opi.Spe.in ti.de rescr.præsen.§.fi.vers. item quò ad diuersos.quia potuit de omnibus coram ordinario agere,vel super rescripto supersedere.ar.l.j.§.fin.ff.si fami. fur.fecisse dicatur.Aut prius conueni te coram delegato:& tũc habeat locum opi.Inn.vt possim trahere te super alia causa coram ordinario:ne actio mea interea frustretur,& maximè si volo conuenire te coram ordinario super actione orta post impetrationem rescripti,per tex.in d.c.fin.s̃.de rescr.& mihi placet. fuit hæc etiam originalis opi.Spe.in d.vers.item quò ad diuersos.hoc mouetur, ne ordinario sua iurisditio subtrahatur. Sed aduerte:quia quod superius dixi,quis non potest etiam super diuersis actionibus ad diuersos iudices literas impetrare:& impetratæ non tenent:vt d.c.dispendia.in prin.& dicam.j.in xij. princ.art.procedit non solùm in iudicibus impetrandis à Papa:sed etiam in his qui impetrarentur ab inferioribus, secundùm Vincen.& Abb.in d.c.fi.Et Specu.in titu.de rescri.præsenta.§.fina.versicu.item quò ad diuersos, tenet Ioan.And.d. c.dispendia.in princ.

35 ¶†Et pro prædicta infert ibi Ioan.de sancto Georgio, quòd si contra aliquem est impetratus iudex à Papa,non potest vlterius impetrari contra illum à legato vel Episcopo super alia actione personali, nisi ad eosdem iudices.& sequitur do.Dominicus in d.c.dispendia.Et eadem ratione idem arbitror dicendum per contrarium,si prius esset impetratus à legato vel Episcopo,& postea impetraretur à papa quia non posset ad alios impetrare nisi in impetratione fieret mentio de impetratione ad alios facta.Item prædicta procedunt non solùm quãdo in eadem diœcesi contra eundem debitorem agi possit diuersis personalibus actionibus, sed etiã si in varijs locis & diœcesibus agi posset:puta,promisisti mihi dare decem Parisijs.Et hoc siue promisisti dare.x.seu alia.x.vel aliam summam,nõ potero eodem tempore conuenire te vtroq; loco corã diuersis iudicibus.Sed debeo te conuenire coram vno iudice alterius loci,coram quo commodius vtraq; quasi possit tractari:habebit tamen tunc locum actio arbitraria.de quo latius dixi in c.dilecti.s̃.de fo.compe.vt.s.habeatur ratio vtilitatis ac commoditatis loci,per l.ij.ff.de eo quod cer.lo.licet Spe.in ti.de rescr.pręsen.§.fi.vers.quid si promisisti.& adde quod statim dicam in j. limi.Est tamen aduertendum ꝙ id quod.s̃.dixi de iudicibus delegatis impetrandis, ꝙ ad eundem iudicem delegatum, & non ad diuersum impetrandum est,recipit plures limita.

36 ¶†Primò igitur limi.ꝙ illud procedit si modo per diuersas literas plures iudices impetrentur contra vnum,eodem tempore super diuersis actionibus personalibus:secus in realibus.ar. tex.in d.c.dispendia.quia inquantum ille tex.includit personales actiones, videtur velle ꝙ secus sit in realibus.ar.l.cùm prætor.ff.de iud.Et ideò hoc tenet gl.super verbo,personales.quæ assignat quatuor rationes diuersitatis:quia secus sit in realibus, quas ibi videre poteris.Ad quas etiam accedat:quia in realibus quandoq; necessarium est rem ipsam oculis subijcere:vt ff.fi.regun.in l.si interruptionem.Et ideò condecens est vt litigatores sint vicini ipsi rei.ff.de censi.l.forma.secundùm Inno.Et hanc diuersitatem,ꝙ licet secus sit in realibus,tenet etiam in Spec.in ti.de rescr.præsen.§.fi.ver.item quò ad diuersos.& idem etiam tenet Compostellanus,qui assignat aliam rationem: videlicet ꝙ ex eo ꝙ vitium istud plus frequentabatur in personalibus, quàm in realibus,ideò de personalibus fuit prouisum.ar.l.nam ad ea.ff.de leg.Sed per hanc rationem possemus attentare contra.Host.verò in d.c.fi.de rescr.Et etiam in d.c.dispendia.& ibi Ioã.mo.& Arch.dicunt.d.c.dispendia.habere locum etiam in realibus.Et sic non faciunt differentiam inter actiones personales,vel reales.Sed distinguunt ꝙ aut impetratio fit ad diuersos dolosè:& non valet,etiam in realibus.Aut fit bona fide:vt quia vnus senensis fecit vnum contractum Sene.& alium Parisijs:& vtrobiq; vult iudices habere,cùm hoc sibi expediat propter probationes testium in dictis locis existentium:quia cùm probandum sit per testes,difficillimum esset testes vnius loci ad alterum locum citare,aut venire facere,& hoc casu,valebit impetratio.ar.c.constitutus.j.de fideius.Si verò econtra, contractus sint celebrati in eadem diœcesi vel territorio:vel ambę,vel plures res in eodem territorio sint:& tunc ad eundem vel eosdem iudices debent literæ impetrari.mouentur per c.nonnulli. s̃.de rescr.Inquantum ibi dicitur ꝙ sub vno iudice possunt cõmodius tractari.iuncta etiam l.si est nouum.cum seq.ff.de legi. Ad quod etiam vide quod dicit Host.in sum.in ti.de rescri.§. cui præiudicet.ver.ꝙ si idem.& seq.Et aduerte:quia licet Spe. in d.versi.item quod ad diuersos.teneat,ꝙ secus sit in realibus: vt s̃.dixi:tamen in versi.quid si tractus super diuersis.in d.§.fi. de rescri.præsen.concludit,ꝙ si quis vellet probare ꝙ prędictæ actiones personales commodius tractarentur coram pluribus non admitteretur:quia habet locum quæstio cõmoditatis, quæ fortè difficilior & prolixior esset,q̃ quæstio principalis,præsumit enim ius ꝙ commodius sub vno tractentur, quamuis aliud quandoq; posset euenire.ar.l.nam ad ea.ff.de legi.& in aut.de consulibus.facit etiam quod no.in l.j.§.sextum.ff.de postu.secundùm Spec.quod etiam sensit Compo.vt s̃.dixi.& pro hac opi.ego allego,quia ius hoc præsumit:& super ipsa præsumptione statuit.Et sic fit præsumptio iuris & de iure:contra quã non admittitur probatio:vt in c.is qui fidem.j.de spon.in aut. de nupt.§.si verò.& in aut.sed iam necesse.C.de do.ante nup. cum si.Io.An.in d.c.dispendia.dicit ꝙ illa decretalis seruanda esset vbicunq; esset eadem æquitas,quò ad ipsius dispositionẽ: non quò ad pœnam.Ioã.de sancto Georgio ibi concludit,ꝙ si quæritur an super pluribus actionibus realibus possint plures iudices impetrari:dicendum est ꝙ sic.Si verò quæritur, an debeant dari plures iudices: dicit ꝙ si actor & reus sunt eiusdem diœcesis,extra illam non dabuntur:vt in c.statutum.in §.cùm verò.de rescr.lib.vj.& hoc etiam vult glo.posita ibi super verbo,vnam dietam.quæ incipit,olim dicebamus.Si verò sunt diuersarum diœcesum,non trahetur vltra vnam dietam à fine sui domicilij,etiam in realibus:sicut nec in personalibus: quia tex. in d.c.statutum.§.cùm verò.& §.cùm autem.loquuntur indistinctè.& ista est mens illius glo.secundùm eum.Io.de Imo.in d.c.dispendia.dicit ꝙ decisio huius puncti dependet,an hodie seruari debeat ꝙ in realibus fiat computatio dietarũ à fine diœcesis vbi res est sita:quia si hoc procedit etiam hodie, clarum est ꝙ dispositio.c.dispendia.non haberet locum,etiam in realibus,propter impossibilitatem:quia si res essent in diuersis diœcesibus,non posset fieri impetratio super omnibus in eodem loco.Nec obst.ꝙ possit contingere ꝙ res sitæ sint in eodem loco:quia sicut potest hoc esse:ita & potest contingere ꝙ sint in diuersis locis, vnde concludit satis esse æquum de legatis seruare opi.Host.do.Domi.dicit ꝙ hæc ratio & consideratio est bona:quando res essent sitæ in diuersis diœcesibus:sed quando essent in eadem diœcesi,dubium non esset solutum: quare dicit ꝙ credit veram opi.Io.And.ꝙ licet sit æquum in realibus obseruare.idem quod in personalibus,quando eadem esset ratio: vt s.ad eundem vel eosdem iudices literæ impetrentur tamen si hoc non seruetur,non habebit locum tex.d.c.dispẽdia.quò ad pœnam

pœnam ibi positā.mouetur:quia per antiquos glossatores erat dubium an c.fi.s̃.de rescr.haberet locum in realibus:vt ibi patet in glo.& tamen Inn.in d.c.dispendia.expresse duntaxat statuit & disponit de personalibus:& sic videtur voluisse approbare opi.quæ habebat,ꝙ.d.c.fi.loqueretur de personalibus tātum:quia si voluisset idem statuere de realibus,illud expressisset.facit c.ad audientiam.j.de deci.quæ verba do.Do.si rectè considerentur, videntur velle vnum:& demum concludere cōtrarium.Sed istud facit quæstio pœnæ positæ in c.dispendia. do.M.in c.fi.s̃.de rescr.super glo.in verbo, pluribus concludit ꝙ vbi eadem ratio esset in realibus, quæ esset in personalibus, habebit locum dispositio.c.fin.& c.c.dispendia. & sic sequitur opi.Host.& sequacium.& subdit ꝙ distinctio de commoditate,quando eadem commoditas haberetur in realibus,habet locum etiam in personalibus,secundùm.d.opi.& similiter etiam distinctio differētiæ commoditatis,& incommoditatis.& quāuis tex.in d.c.dispendia.apponat pœnam,siue distinctionē cōmoditatis:tamen ex quo.c.fi.distinguit & fundat se super cōmoditate,est absurdum ꝙ noua constitutio.d.c.dispendia.quæ descendit à.c.fi.recipiat interpretationem & qualificationē secundùm dispositionem antiquam.d.c.fi.ar.l.non est nouum.& l.nam posteriores.ff.de legib.& hæc opin.videtur mihi magis æqua:per quam respondetur ad id quod dixi.s̃.in opi.Spe.quia illa videtur esse præsumptio cum dispositione tamen qualitatis.l.antiquæ.& no.hic dictum singularissimum in materia extensionis, ꝙ si lex antiqua prohibitiua loquitur qualificatiuè, & lex noua apponat pœnam vbi non erat:vel maiorem imponat:licet simpliciter loquatur,recipit qualitatem.l.antiquæ : vt secundùm illam videatur edita.quod est perpetuò memoriæ commendandum.facit quod no.Bar.in d.l.nam & posteriores. de quo dic vt latius dicam in titu.de constitu.

37 ¶†Secundò limitatur,si modò sint literæ impetratæ ad iudices delegatos habentes principaliter,& per se cognitionē iudiciariam:secus si prius essent impetrati iudices, qui non haberent principaliter cognitionem iudiciariam:quales sunt conseruatores impetrati,qui non habent cognitionem iudiciariam:nisi talis cognitio oriatur ex exceptione aduersarĳ,iuxta no.in c.j.de offi.dele.lib.vj.secundùm Io.An.in d.c.dispēdia.Et idem tenet ibi Arch.mouetur per illum tex.inquantum dicit, eodem durante iudicio:& sic videtur velle ꝙ debeat esse talis delegatus, qui habeat cognitionem iudiciariam:ex cuius facto impeditur talis impetratio.quod limitat Lap.ibi,quando sunt conseruatores dati secundùm formam.d.c.j.in fi.de offi.deleg.lib.vj.Secus si essent dati secundùm formam priuilegiatam, secundùm eum.In quibus verbis Lap.hoc intendit, ꝙ secus sit quando dantur conseruatores,vt possint cognoscere de his quę exigūt iudicialem indaginem.Et ex prædictis etiam infertur ꝙ prædicta.xĳ.& vlti.fal.non habet locum in literis executorĳs,secundùm Inno.Ioan.mo.& Archi.in d.c.dispendia.pro quo facit secundùm Ioan.de lig.quia tales non necessitantur ad iudiciariam cognitionem:iuxta no.per Inno.j.de præscr.c.dudum.& per glo.in Clemen.j.de offi.delega.

38 ¶†Tertiò limitatur dicta fal.xĳ.Si modò loqueremur de pluribus delegatis per diuersas literas,vt dixi,impetratis ad plures causas,contra vnum:qui delegati vellent de ipsis pluribus eodem tempore cognoscere:secus videtur dicendum,si omnes tales delegati vni soli subdelegarent omnes causas : quia sic non traheretur reus coram diuersis,quod procedit, si modo omnes subdelegant vni simpliciter,nihil iurisdictionis sibi retinendo: nam hoc casu,tenet ꝙ agitur,ex quo prius,ꝙ̃ fuerit oppositū, commissiones factæ erant.facit c.super quæstionum.§.porrò. de offi.dele.& c.iudex.de offi.dele.lib.vj.Et est ratio:quia tales literæ apostolicæ non sunt nullæ:sed exceptionis ope sunt annullandæ,secus si prædicti delegati subdelegarent vni,retinendo sibi aliquid iurisdictionis ; quia contra casum non valeret: quia tunc ad eosdem appellaretur:& sic saltem in causa ap.reus vexaretur coram diuersis:vt d.§.porrò.hoc tenet Spe.in tit.de rescr.præsen.§.fi.versi.quid si is.& idem formaliter tenet Lap. in d.c.dispendia.nullam tamen facit mentionem de Spe.voluit etiam Spe.in d.vers.quid si is.quod idem sit si aliquis super eadem re impetraret literas aduersus iudices:quia tunc non valet, nec impetratio nec subdelegatio vni facta:vt in c.ex tenore.de rescr.Sed Io.An.ibi in addi.dicit idem esse in primo casu,quod & in seq.ita vt nullo casu teneat processus.mouetur:quia c.dispendia.annullat processum:sed subdelegatio est de processu: vt tractatur in c.pe.de offi.delega.lib.vj.& ibi glo.facit etiam quod tradit Spe.in ti.de rescrip.præsen.§.j.versi.sed obĳcitur, ergo subdelegatio non tenuit:ergo nec processus habitus per illam.Idem etiam tenet Io.de lig.in d.c.dispendia.nulla facta mentione Io.An.& idem etiam tenet Pau.ibi:per eandem rationem facit tex.ille.d.c.dispendia.inquātum dicit, careat omni commodo literarum.& sequitur Io.de fa.qui dicit clarè probari,si teneamus ꝙ ex sola impetratione literarum sine vsu ipsarum,insurgat nullitas.de quo dicam in vj.sen.in vĳ.limi.& idē etiam tenet d.Ant.rationibus prædictis.

39 ¶†Quartò limitatur quādo causæ sunt principales per se:quia tunc debent coram eisdem iudicibus delegatis vno, vel pluribus tractari:secus si vna esset principalis,alia appellationis:quia tunc bene possent tractari coram diuersis eodem tempore,secundùm Inn.& Compost.& idem tenet Io.mo.in d.c.dispendia.quia illo tex.addit ad c.fin.de rescr.Ius autem additum vel interpretans habet locum in casibus,in quibus habebat locum illud ius interpretatum.ff.de pac.dot.in l.inter socerum.§.cùm inter.& in auc.de fil.ante instru.dot.nat.circa fin.col.iĳ.Et pro hoc alle.Lap.quod no.in c.circa.de elec.lib.vj.super verbo,ad apostolicam.& in c.statuimus.super verbo,ab eo.de sen.excō. lib.vj.Et in appellatione ante diffinitiuam patet: quia in illa ex ipso iudicĳ euentu pendet,an sit futurus iudex in causa prin.ille à quo appellatum est,vt ille ad quem appellatum est:vt in c. vt debitus.j.de app.cùm igitur non appareat quis ipsorum sit iudex:non potest sciri ad quem fieri debeat impetratio.Et idē in ap.à diffinitiua:quia ibi non tractatur directè de principali. q.sed an bene vel malè fuerit iudicatum.C.de app.in l.eos. Et ad idem etiam facit.d.c.dispendia.§.reus quoq;.vbi tex.dicit, eodem durante iudicio.sed causæ appel.& principalis non est idem iudicium : quia diuersus est modus procedendi in app.à modo procedendi in principali:& diuersitas processus diuersificat iudicium,etiam inter easdem personas:vt j.de test.veniēs. ĳ.q.vj.c.si Episcopus.vj.q.iiĳ.c.osius.in qbus de hoc:ergo &c. secūdùm Io.de fa.& idem tenet zenze.pro quo facit,quia causa possessionis & proprietatis debent coram eodem iudice tractari : vt dixi s̃.e.ar.fal.vĳ.& tamen si super vna appellatum sit,tractabuntur coram diuersis,secundùm Io.An.in d.c.dispēdia.& sic etiam residet ibi do.Do.Sed aduerte:quia si fuit impetratus idē iudex delegatus super duabus personalibus actionibus,si reus appellauerit super vna,videtur ꝙ iudex non possit procedere super alia:si prima non est finita,cùm sit effectus suspectus appellanti:vt c.ad hæc si in vna.j.de app.Ex quo videtur sequi ꝙ commodius esset posse super diuersis actionibus personalibus,ad diuersos diuersas literas impetrare:quia altero pronunciante à quo sit appellatum,alter poterit procedere:& sic non supersedebitur,& sic videtur ꝙ non sit commodius ad eundem iudicē literas impetrare.contra.d.c.fi.s̃.de rescr.& prędictum.c.dispendia.de rescrip.lib.vj.& ea quæ superius dicta sunt.Et ad hoc contrarium potest responderi, prout respondet Io.An.in glo.super verbo, quæstionibus.in d.c.dispendia.vbi dicit post Ber.ꝙ iniquitas iudicis qui perperam processit, non facit ꝙ reus propter hoc trahi possit corā alio iudice:sed actor expectabit donec appellationis causa sit finita:& sibi imputet qui talem iudicem impetrabit:& si causa ap.fuerit pronunciata iusta,actor postmodum studeat alium iudicē impetrare: aliter si fuerit iniusta,procedet in alĳs.Sed aduerte: quia sola appellatio non videtur sufficere ad suspendeñ.potentiam procedendi super alia causa:nisi adiūcta fuerit recusatio: vt tractatur in d.c.ad hæc.& in c.proposuit.j.de ap.& s̃.dixi in x.prin.arti.q.vĳ.vnde voluit Abb.quem communiter sequuntur Doc. ꝙ sola appellatio sine recusatione non impediat.licet glo.sentiat contrarium in d.c.ad hoc.Sed non est materia nostra.vide ibidem.Sed redeundo ad materiam,Host.dicit ꝙ hoc casu licet appelletur ab vna:tamen iudex appellationis cognoscet de omnibus causis.Et sic cognoscet etiam de causa ad quam non est appellatum:& hoc ratione connexitatis.ar.c.translato.s̃.de cōsti.& c.prudentia.§.pe.& c.præterea.s̃.de offi.dele.facit quod dixi.s̃.in c.præce.in vj.prin.ar.in xxj.fal.in opi.Io.An.Sed hęc opi.non placet Io.de fan.qui dicit,ꝙ licet iudex ad quem,pronunciet appellationem legitimam ; non tamen potest cognoscere de alia causa.Sed solummodò de illa causa in qua appellatum est,vt no.glo.in Cle.vnica,de causa pos.& proprie.quia licet ipse facta dicta pronunciatione succedat in locum iudicis à quo:vt in d.c.vt debitus.j.de ap.illud procedit solūmodo quò ad principalem causam tantùm,in qua incidit grauamen à quo fuit appellatum:non autem quò ad aliam causam separatam,secundum eum.d.Do.in d.c.dispendia.dicit,ꝙ credit consideranda formam commissionis:quia aut iudex qui delegat causam appellationis,dicit ꝙ iustificata appellatione procedat in causa,iuxta continentiam priorum literarū:& tunc poterit de alĳs cognoscere.& ita procedat opi.Host.& de ista forma committenda,patet in c.exhibita.in fi.de iud.Aut superior iudex committit sibi causam ap.tantùm : & tunc etiam illa iustificata,non poterit cognoscere de causa princ.vt no.Vinc.d.c.vt debitus.

& probat tex.in d.c.exhibita. Aut committit causam appel.& principalis super qua est appellatũ:& tunc oportet super aliis separatis nouum iudicem impetrare,& ita procedat glo.super verbo,quæstionibus.in d.c.dispendia. quæ consideratio videtur esse satis æqua.& vide quod dixi.s.in x.princ.art.in vij.q. princi.in opi.Ioan.And.& Cy.

40 ¶†Quintò limitatur,si modò quis pendente causa princ.quam habet coram vno iudice delegato super actione personali,vellet impetrare alium iudicem super alia actione personali; quia non potest,vt dictum est.secus si pendente vna quæstione ille, qui impetrauit,appellauit:& pendente appellatione impetrat alium super alia actione personali:quia potest:quia non compellitur impetrare illum à quo appellauit,secundùm Inn.Compo.Io.An.& Doc.in d.c.dispendia.per ea quę dicta fuerunt in præce.limi.Sed aduerte:quia licet Doc.ita simpliciter transeãt: tamen fortè limitandum est si sit appellatum à sententia diffinitiua:vel si fortè appellatum est ab interlocutoria, iudex à quo detulit appellationi:vel à superiore transmissa est sibi inhibitoria.Ita ꝙ in illa causa prin.nõ potest iudex à quo amplius procedere:quia ligatæ sunt manus suæ:secus si prædicta cessarent: quia nec detulisset appellationi,nec inhibitoria fuit transmissa: quia tunc negari non potest ꝙ ipse non procedat super princ. Et ideò non poterit ad alium iudicem literas impetrare.Sed eo casu quo iudex detulisset,vel transmissa esset inhibitoria:notabis ꝙ res poterit deuenire ad casum à quo non potuit incipere:nam si iudex ad quẽ,pronunciabit super appellatione à grauamine malè appellatum:& interea alius iudex fuit impetratus,redibit illa alia causa prin.ad priorem iudicem:vt d.c.vt debitus.eodem tẽpore per viam primæ impetrationis, vna actio personalis tractabitur coram vno iudice:& tamen contra eundem eo.tempore.alia actio personalis tractabitur corã alio iudice,per alias diuersas literas impetratas.

41 ¶†Sextò limitatur,si modò quis vellet super alia actione personali impetrare alium iudicem,contra eundem durante prima causa.Secus si finita prima lite vellet impetrare alium iudicem super alia actione personali contra eundem.hanc limitationem tenuerunt quidam Doct.antiqui moti,quia dictum.c.fi.de rescri.& d.c.dispendia.intelliguntur, quando actor trahit reum eodem tempore ad diuersos iudices:vel vna causa pẽdente coram vno,trahit eum super alia ad alium iudicem. Sed Bernardus in d.c.dispendia.cuius opi.videtur approbare Io.And.ibi in glo.in verbo,quæstionibus.tenet contrariam sententiam, ꝙ etiam vna lite finita coram delegato super ac.personali,nõ posset quis super alia act.personali contra eundem alium iudicem impetrare,vt refert glo.prædicta.Vin.Host.& Arch.concordant opiniones,ꝙ aut tẽpore piorum iudicum erant ortæ aliæ quæstiones,super quibus vult nunc impetrare alium, vel alios iudices:& procedit opi.Berñ.& Io.And.Aut non erant ortæ, & procedit opi.contraria.Nam vt dicebat Host.absurdum esset ꝙ si semel impetraui iudicem contra te,non possim contra te impetrare alium,quàm illum: vt sic quodammodò videatur ille effectus iudex ordinarius inter nos.Et sic residet Ioã.And. in nouella.Ioan.de fantu.dicit, ꝙ sibi videtur indistinctè vera opi.Host.ꝙ finita prima lite indistinctè possit alium impetrare.Et hoc probat tex.in d.c.dispen.ibi,eodem durante iudicio. Et ibi,mouere voluerit.sed dicit ibi do.Do.ꝙ verbum,eodem durante iudicio,non facit pro ista parte:quia non ponitur ibi in prin.Sed in §.proxi.Sed verbum,mouere voluerit, melius facit:quia à contrario videtur,ꝙ si non vult mouere plures,non adstringatur eosdem impetrare.Sed dici posset ꝙ etiam verbum,eodem durante iudicio.facit:licet ponatur in alio. §.quia §.ille qui immediatè sequitur,loquitur in prin.per implicatiuã, quoq;.dicit enim,reus quoq; si eodem durante iudicio &c. Nã dictio,quoq;,est implicatiua.insti.de rerum diui.§.apium.& l. si societatem.la finale.ff.pro soc.& natura eius est repetitionem inducere præcedentium cum seq.vt in l.in repetendis.ff.de lega.iij.& in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fun.instru.not.Old.consi.ciij.& denotat quandam similitudinem;vt no.Io.And.& Arch.in c. quorundam.§.fin.de elec.lib.vj.& not.in l.ij.ff.pro hærede.& ista opi.plus mihi placet.quinimò plus voluit Spe.in tit.de rescri.præsen.§.fi.versi.quid si super diuersis.ꝙ licet quis à principio impetrauerit super diuersis personalibus actionibus literas ad diuersos: si tamen non conuenit reum nisi coram vno super vna causa, ꝙ causa illa finita poterit coram alio,per alias literas à principio impetratas conuenire reum.mouetur: quia solùm attenditur ipsius rei conuenti incommoditas,vt eodem tempore non fatigetur coram diuersis:vt ff.de arbi.in l.si cùm dies.§.si arbitror.Sed diuersis temporibus trahere coram diuersis,non est vexare,secundùm Spe.Sed tu aduerte:quia licet ista opi.sit satis æqua:tamen in terminis Spec.videtur dubium, ex eo quia.c.dispendia.videtur annullare impetrationẽ.Ad quod vide quod dicam in seq.limi.quod tamen mihi videtur esse satis durum:tum quia nulla incommoditas sequitur,quod videtur exigere tex.in d.c.fin.tum quia ex hoc sequeretur ꝙ si solùm conueniret reum coram vno iudice,etiam nõ valeret illud iudicium,si literæ essent penitus nullæ.tũ quia.c.dispendia.videtur considerare ipsa litium dispendia,quæ ratio cessat in terminis nostris,cogitabis.& vide quæ dicam in seq.limi.

42 ¶†Septimò limi.ꝙ procedit.d.xij.fal. Si modo pars excipiat, ꝙ non possit eodem tempore coram diuersis iudicibus delegatis super diuersis actionibus personalibus trahi.secus si nõ exciperet:quia cùm hoc beneficium sit personale concessum ipsi reo propter quod alteri non præiudicatur:potest ipse suo fauori renunciare.j.de regularibus.c.ad apostolicam.cum aliis vulgatis.Sed aduerte:quia Ber.& Inno.quos sequitur gloss.super verbo,valeat.in d.c.dispendia.tenent contrariam sententiam: eo,quia aliàs illa constitutio nihil videretur addere ad c.fi.s.de rescri.Et subdit Inn.ꝙ curia romana ita seruat.Sed Compost. in c.super literis.s.de rescri.In glo.hic, quæritur post principium.tenet primam opi.Et hoc videtur æquum Io.mo.in odiũ negligentis vti beneficio.d.c.dispendia.& fortius dicit procedere,quando esset lata sententia pro reo: vt tunc valeat,cùm fauore ipsius,& odio impetrantis illa constitutio emanauerit.ar. l.non eo minus.C.de procu.facit j.vt lit.nõ cõte.c.quoniã.ver. vel saltem.Et hoc tenet Franc.vercel.in reo præsente & tacente.sed secundam opi.glo.& Inn.tenent Hos.& Arch.in d.c.dispendia.Nam dicit Host.ꝙ cùm literæ sint nullæ,non possunt validari per consensum partium.s.de elec.c.auditis.sic nec potest iurisdictio finita per consensum partium validari.s.de offi. dele.c.significantibus.Ratificatio enim fieri posset quando literæ non essent nullæ.Sed exceptione elidibiles, quando essent datæ pro commodo priuato ipsarum partium:secus si pro publico.arg.c.si diligenti.s.de fo.compe.Inno.verò distinguebat inter tacitum partium consensum & expressum,vt primo casu non validentur:quia reus videtur potius errare,vel ignorare defectus,vel vereri,aut timere iudicem,quàm consentire.Secũdo casu, videtur per expressum consensum prorogare iurisdictionem:maximè,quia per tales literas videtur aliqualis iurisdictio imprimi.arg.c.cæterum.s.de rescr.Sed dicit Ioã.An.in nouella in d.c.dispendia.quod est graue defendere, ꝙ expressus consensus hic possit,& non tacitus.Et ideò Arch.reprobat dictam distinctionem.alleg.c.suam.j.de pœnis,secũdùm vnam lecturam.& sic residet Ioã.An.Io.de fan.dicit,ꝙ decisio huius dubij dependet ab alio dubio:an literæ dicantur nullę vel validæ:& ope exceptionis irritandæ.ipse tenet ꝙ dicantur nullæ, per tex.in d.c.dispendia.& ideò expresso partium cõsensu,nõ possunt ratificari,per c.significãtibus.& c.P.& G.s.de of.dele. Et istam opi.sequitur etiam.d.Do.in d.c.dispẽdia.& hæc opi. videtur mihi verior de iuris rigore,per tex.illum dum dicit, omni commodo careat literarũ:& demum etiam subditur ꝙ processus habitus per easdem sit ipso iure nullus:quãuis satis ęqua videatur esse opi.contraria:maximè si lata esset sentẽtia pro reo. sicut in simili dicimus in d.l.non eo minus.Et sicut in simili dicimus de alienatione facta de rebus ecclesiæ vel pupilli,aut minoris,in casibus non permissis à iure:vel sine debitis solennitatibus:quæ licet sit nulla:tamen si redit in fauorem ecclesiæ vel minoris,potest ratificari:nec potest per aliam partem annullari,vt tractatur per Inn.& Doc.in c.j.de reb.eccl.non ali.li.vj.& per d.aut.& Io.de Imo.in c.si quis præsbyterorũ.j.de reb.ecc. non alie.& per glo.& Ioã.de Imo.in c.j.ne sede va.facit quod no.glo.in l.cùm ij.§.causa.ff.de trãsac.& quod no.in l.iubemus. §.si quis colludente.& §.si quis à pupillo.ff.de ac.emp.& Bar. in l.j.ff.de lega.iij.& probatur.xij.q.ij.in c.si quo de rebus.tex. & Doc.maximè Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuf.test.in quibus tractatur,ꝙ quotiescunq; actus redditur nullus fauore alicuius,ita demũ debet dici nullus,si talis dicat nullum: vt d.l.filio præterito.& l.j.& ij.ff.si ager vectigalis.in hoc tamen posset considerari differentia: quia potestas contrahendi non est funditus nulla:sed potestas iurisditionis exercendæ,est funditus nulla,in eo qui nullam habet iurisditionem: nec potest aliquo expresso,& minus tacito partium cõsensu validari:vt l.priuatorum.C.de iuris.om.iu.cogitabis.Sed aduerte:quia arbitror posse distingui,ꝙ aut loquimur in eo qui cõtra reum impetrat diuersas literas super pluribus actionibus personalibus,& illis vtitur trahẽdo reum ad diuersos iudices:& habet locum disceptatio prædicta.Aut impetrat diuersas literas contra eundẽ super eadem actione,& eum citari facit primò coram vno,secũdò coram alio:& tunc satis dubito,& potius videtur ꝙ si pars non excipiat,iudicium teneat:& fortius si consentiat.expresè moueor:quia c.fi.s.de rescr.non annullat ipso iure impetrationem,

nem,nec processum:sed simpliciter dicit, literarum commodo careant:& sic loquitur per verbũ futuri tẽporis:et sic videť necessaria sentẽtia.secundũ ea quæ notaui in c.si diligẽti.š.de fo.cõpe.Nec ob.tex.in d.c.dispẽdia.de rescrip.li.vj.quia ille text.solũ addit ad c.fi.qñ super pluribus actionibus personalibus literę fuerint impetratæ, sed quando super eodem negotio essent impetratænihil ibi dicitur,& sic super vno negotio remanet dispositio.d.c.fina.& ita potest intelligi c.ex tenore.š.de rescrip.vt dum tex.ibi dicit,cõmodo careat vtriusq;.intelligať.s.per exceptionẽ,nõ ipso iure:maximè : quia secũdę literæ videntur subreptitię:& subreptio nõ annullat lr̃as ipso iure.vt in c.super lr̃is.š.de rescrip.nisi diceres ꝙ hic actor videtur per fraudẽ impetrare,vt d.c.ex tenore.& sic videntur ipso iure nullę:vt d.c.super literis.Item quia ex quo per ius antiquũ,videlicet per d.c.fi.præced.duo casus sunt æquiparati,qñ super vno negotio,& quãdo super pluribus plures literæ sunt impetratę:ideò constitutio d.c.dispendia.declarans.d.c.fi.recipere debet qualitates.c fi.per ea quæ superius dixi.& ad verbum,careant.positũ in ca.fi.& verbũ.careat,positũ in c.ex tenore.posset responderi ꝙ sunt præsentis temporis,& nõ futuri.cogitabis:quia de nouo venerunt in mentem.

43 ¶ †Octauò limitatur prædicta xiȷ.fal.Si modò cõuentus pri⁹ coram vno iudice comparuit coram illo:nec fuit contumax.sec⁹ si in primo iudicio fuit cõtumax:nec purgauit cõtumaciã.Nam hoc casu,nõ potest excipere corã secũdo ꝙ fuerit tractus coram alio iudice:quia nõ potest vti beneficio primę instãtiæ, ex quo eam nõ approbauit cõparendo.arg.optimũ in l.sancimus.C.de iudi.quia si in eadem instãtia non auditur,nisi prius purget cõtumaciã:vt ibi,longè fortius nõ debet audiri in ista.Et hoc videtur de mente Bar.in l.sepulchri.ff.de sepul.vio.Ita cõcludit D.m.super d.gl.fi.ĩ c.fi.š.de rescri.& fuit etiã hæc opi.Bar.in l.& post edictum.ff.de iud.& hoc tetigi in c.penul.š.de foro compe.in xv.prin.ar.in ȷ̃.mẽbro.ver.j.limitatur.quasi in fi.tenet do.Ant.in c.qualiter.el.ȷ̃.de accus.& ibi dixi.facit qđ dicam statim de excusatione à pœna.in xȷ̃.prin.ar.Intellige tamen hanc limi.quãdo ipse actor qui fecit citari reum in termino,nõ fuit etiã contumax:sed cõparuit & accusauit cõtumaciã rei:aliàs secus.ar.per l.properandũ.§.j.C.de iudi.ibi dum text.dicit,cõtumaciã accusantis.Ita reperio limitare d.Io.de petru.in d.l.vbi acceptũ.quod mihi videtur satis ęquũ:quia nõ videť ꝙ actor posit opponere de cõtumacia,quãdo ipse pariter fuit cõtumax.per not.glos.in verbo,venienti.in c.j.de do.& cõtu.lib vj.& per regulã.l.si ambo.ff.de cõpen.cũ si.Item prædicta limitatio procedit in reo cõtumace:quãdo reus ipse recusaret expensas reficere:& cõtumaciã purgare,quã cõmisit in prima instantia,seu iudicio,facit d.l.sancimus.et sequitur præfatus Io.petrucius in d.l.vbi acceptũ.& ad materiã vide quæ latius dicemus in tit.de do.& cõtu.vbi melius cõuenit.& idem arbitror dicendũ,si reus cõuentus dedit causam propter quã actor adiuit alium iudicẽ:puta,quia contẽnebat eũ.Ad hoc allego text.optimum iuncto exemplo Bal.in l.j.C.de asser.tol.

44 ¶ †Nonò limitatur,si modò actor transit reum coram alio iudice voluntariè:secus si iudium esset cœptũ propter necessitatem coram vno iudice:nõ vt tunc,vel vt ibi expediretur:quia tunc poterit perfici coram alio,vt in l.sed & si restituatur.§.sed si dies.ff.de iudi.per quem tex.hoc tenet Bar.in d.l.vbi acceptum.vbi textus ponit casum in quo iudicium inchoatum coram vno,finitur coram alio.

45 ¶ †Decimò limitatur ratione prædicta,si fortè à princi.voluntariè adiuit vnum iudicem.Sed ex causa postea superueniente non potest prosequi coram eodem iudice:exemplum, causæ sunt cœptæ in curia potestatis:modò illud officium est sublatum:certè putat Barto.quòd causæ quæ ibi pendebant,poterunt perfici coram executore:vel à capitaneo qui subrogatus est,vel de nouo electus est,vel solus remaneat.ar.d.§.sed si dies.& hoc dicit.salua meliori determinatione in dicta l.vbi acceptum.Ad quod vide quod no.in l.j.in fi.ff.de officio consu.& intellige Bartol.quòd adeò desinat officium,quòd non veniat successor:quia tũc dicitur deficere:aliàs expectato successore,nõ diceretur desinere officiũ,per l.proponebatur.ff.de iudi.

46 ¶ †Vndecimo atq; vltimo loco dic,ꝙ prædicta xȷ̃.fallen.nõ habet locum in causa hæresis:quia pro illo delicto fauore fidei potest quis coram pluribus iudicibus eodem tempore accusari,& trahi.Ad quod vide quæ dixi in ca.penul.š.de fo.cõpeten.in xiȷ̃.prin.arti.versic.circa quintum.fallen.j.Et ex his Deo duce,habes notabiliter expeditum hunc xj.prin.arti.A.B.Est etiam alia fallen.in eo qui iudiciũ præparatoriũ intentauit corã vno iudice:quia iudiciũ postea præparatũ nõ potest intentare corã alio.& ideo si corã Epo Petri absolutus à iuramẽto de soluendis & nõ repetendis vsuris,facta absolu.coram eodẽ Episcopo:debeo repetere vsuras,secundùm Bal.& Pau.de ca.in l.ordinariȷ̃.ff.de rei ven.per illum tex.& sequitur Pau.de cast.in l.ȷ̃.C.vbi & apud quem.Et per prædicta do.Io.Bap.de san.Seue.solẽnis Doctor hoc legens in repe.l.omnes populi.j.q.vers.hæc videntur vera.col.xiiȷ̃.ꝙ ille qui coram vno iudice intentauit condi.ex l.diffamari.non potest postea conueniri coram alio iudice,quod mihi non placet:vt dixi in c.pen.de foro compe.in materia præuentionis in iiȷ̃.princi.membro.A.q.xȷ̃.Ma.

47 ¶ †Duodecimo & vlt.princ.art.circa materiam titu.nostri pro ipsius complemento,tractandum est de pœna trahentium aliquem,vel aliquos ad diuersos iudices:cùm deberẽt coram eodem iudice conuenire,& sic de pœna trahentis aliquem ad vetitum examen quò ad specialem materiam nostram:nã generalem materiam,de pœna trahentis quem ad vetitum examen, ego latè dixi in c.si diligenti.š.de fo.compe.in xvȷ̃.prin.art.illius ti.per vȷ̃.principales quæstiones.& ibi videas.vnde solũmodò hic superest vt tractemus de hac pœna,quando contra iuris prohibitionem trahit ad diuersos iudices super eadem,vel pluribus causis.In quo ar.sic arbitror distinguendum,ꝙ aut loquimur in delegatis,aut in ordinariȷ̃s.Primo casu dic,quòd aut quis impetrat vnum vel plures delegatos per diuersas literas super vna causa,aut super diuersis;cùm debuisset impetrare ad eundem vel eosdem.Sed tamen ipsis literis nõ est vsus:& hoc casu,nullam aliam pœnam patitur,nisi ꝙ caret commodo literarum hodie ipso iure.per c.dispendia.de rescri.li.vj.quamuis aliȷ̃ & hodie aliter sentiant.Ad quod vide quod dixi in pręcedenti art.ver.vȷ̃.limitatur.& ita communiter tenent doctores in d.c.dispẽdia.& in c.fi.š.de rescr.vbi hoc etiam tenet zab.Nec ob.l.nulli.C.de iud.vbi tex.vult,ꝙ sit puniendus : quia intelligitur quando non stetit in meris finibus impetrationis: sed vsus fuit literis.de quo dicam in seq.casu.Si verò quis non solùm impetrauit,sed vsus fuit literis trahendo reum ad diuersos iudices:dico ꝙ debet carere omni commodo literarũ,& processus est nullus:& debet in expensis legitimis condemnari:vt d.c.dispẽdia.quinimò arbitror ꝙ debeat condemnari aduersario suo conuẽto ad damna quæ propter hæc passus est,tex.in d.c.fi.& quãuis.tex.in d.c.dispendia.nihil dicat de damnis:tamen declarari debet & suppleri ab illo.c.fi.interpretato.à d.c.dispendia. per ea quæ dixi in præce.art.maximè in j.limi.Aduerte tamẽ:quia licet glo.in d.c.fi.in vers.super vno negotio.arguat ꝙ talis debeat admittere causam,sicut ille qui petit hominem liberum tãquam seruum,in diuersis iudiciȷ̃s: vt l.j.§.fi.C.de asser.tol.tamẽ glo.fi.in c.ex tenore.š.de rescr.concludit,ꝙ faciens citari aduersarium coram diuersis iudicibus,non debet perdere causam:sed satis est ꝙ condemnetur in expensis secũdi iudiciȷ̃.Et sic intelligenda est.l.vbi acceptum.ff.de iud.Non ob.d.§.fi.quia loquitur in casu speciali fauore libertatis,secũdùm gl.prędictam opi.etiam tenent Inn.d.Ant.d.Ma.zab.& Bal.& cõmuniter Doc.in d.c.ex tenore.& in d.c.fi.de rescr.& tenet Bal.in d.l.nulli.C.de iud.& Gul.de cu.in l.nemo.C.de iur.om.iu.& Ang.cõsi.ccxlix.quãuis vltramõ.Pe.& Cy.tenuerint contrarium.vt statim dicam.Ego verò arbitror ꝙ respectu iudicum delegatorũ, de quibus nunc agimus,solummodò patiatur pœnas de quibus in d.c.fi.& in d.c.dispendia.& in d.l.nulli.in quibus nihil dicitur de amissione causæ.de iure tamen ciuili videtur ꝙ talis ex officio iudicis veniat puniendus,vt dicit tex.in l.nulli.& sic pœna extraordinaria,& per consequens arbitraria:ex quo pœna torta non statuitur:vt no.glo.in c.super his.j.de accu.& vide iura quæ ibidem allegaui.Et prædicta procedunt per viam principalis petitionis ab eodem:sed per viam reconuentionis,si causa pendebat coram delegato,vide quod dixi.š.in c.præced.in iiȷ̃.prin.arti.q.iȷ̃.Et an eo casu valeat processum,si nihil opponatur.vide ibi in iiȷ̃.q.Et ex prædictis apparet ꝙ in prædictis casibus non intelligitur vetitum examẽ,per quod quis debeat causam amittere,secundùm ea quæ dixi in c.si diligenti.de fo.compe.in xvȷ̃.prin.art.maximè in iiȷ̃.primis quæstionibus.& aliquid etiã in prosecutione illius art.& š.remisi.in prin.istius arti.Secundo vero casu principali, cùm loquimur de iudicibus ordinariȷ̃s distingue,ꝙ aut trahit reum coram duobus diuersis iudicibus eodem tempore pro eodem negotio : & hoc casu, si seruus tractus esset ad tale vetitum examen,per quod essemus in pœna amissionis causæ propter aliam qualitatem & causam, quàm de ea de qua hic agitur:& tunc serua quod latius dixi in d.c.si diligenti.in xvȷ̃.ar.Si verò quæritur de pœna ex hac sola nostra causa;quia prius traxerit ad alium iudicem eodem durante iudicio.dic ꝙ vltramon.& Pe.quos etiam sequitur Cyn.in d.l.nulli.C.de iud.tenent ꝙ debet admittere causam,per l.j.in fi.C.de asser.tol.per quem tex.etiam hoc firmant in d.l.fin.sed Bal.ibi alleg.Berñ.tenentem contrarium in c.ex tenore.de

rescr. cuius opi. sequitur Bal. dicens quòd ille. §. loquitur in casu speciali fauore libertatis. & idem etiã tenet Bald. in d. l. nulli. sed primã opi. Pet. quòd talis perdat causam, tenet Io. An. & post Host. in d. c. dilecti. §. de fo. cõpe. in eo qui elegit trahere reum coram vno iudice: cùm haberet plures iudices: dicit enim quòd caueat actor, ex quo elegit vnum iudicẽ, ne recurrat ad alium: si non vult cadere à causa, per l. vnicam. in fi. C. de vsucap. transfor. Sed corruptè allegat: nam vult allegare d. l. j. in fi. C. de aster. tol. Et prædictam opi. etiam tenet Ange. in l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iud. per d. l. j. in fi. & etiam alle. Gul. hoc tenẽtem in l. j. C. de iur. om. iu. Nec ob. l. argentarius. §. fi. ff. de eden. quia ibi instantia erat finita, secundùm Ang. Sed iudicio meo, illa lex non meruit allegari pro contrario: quia non loquitur in terminis nostris, vt ibi patet. & eandẽ opi. tenet Ang. in l. cùm procu. §. si dominus. ff. de ope. no. nun. per d. l. j. §. fin. Sed dicit ibi Io. de Imo. quòd cõtrarium communiter tenetur. quinimò plus subdit ibi Io. de Imo. ꝙ ad hoc vt secundum iudicium intentatum coram alio iudice pendente primo nõ procedat: debet reus opponere de alio iudicio: aliàs si litem contestaretur, sibi imputandum esset: & esset duplex instantia. ar. l. properandum. C. de iud. & no. per Inn. in c. cùm contingat. de offi. dele. & c. cæterum. & c. pasto. de rescr. faciunt quæ dixi in c. pen. §. de fo. compe. in xiij. prin. art. versi. circa v. art. fal. iij. Conclude ergo secundùm communem opi. de quo etiam. §. tactum fuit in præce. casu, quam tenent communiter Doc. in d. c. ex tenore. & c. fi. de rescr. quòd regulariter propter causam prędictam actor non amittit causam: nisi in illo casu speciali. l. j. §. fi. quãdo quis illum quis se gerebat pro libero, primò asseruit seruum suum coram vno iudice: & pendente iudicio pro eodem negotio vocaret eum ad alium: quia tunc amittit causam, quod est verũ, nisi hoc contigisset culpa rei conuenti, vt dicit ibi tex. & potest figurari exemplum, quando reus conuentus contemneret primum iudicem. Nam tũc absq; aliquo pœnæ metu potest coram alio iudice conueniri. quod est not. dignum secundùm Bal. ibi facit quod dixi. §. in præce. princ. arti. versi. viij. limitatur. Et idem arbitror, quando id contingeret ex alijs legitimis causis, de quibus latè dictum fuit in præce. xj. prin. art. in limi. viij. ix. & x. Et his, Deo duce, habes hanc materiam mutuæ petitionis & recõuentionis, & de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, subtilem & difficilem & inordina. & imperfectum à maioribus nostris traditam ordinatio. & clarè expeditam.

¶ Laus Deo.

PRAECLARVS ET INSIGNIS tractatus practicabilis & quotidianus in materia oblationum, editus ab excellentissimo. I. V. monarcha domino Mariano Socino de Senis, genitori magni iurisconsulti domini Bartholomei Soci. vtilis & necessarius: tam Doctoribus & scholaribus vtriusq; iuris & censuræ, causidicis, & tabelliionibus, quàm ecclesiasticis personis, & alijs quibuscunque.

¶ Integerrimo atq; prudentissimo fratri, & Clarissimo ęquiti, domino Vrbano del bello, dignissimo Orphanotropho pijssimi Xenodochij sacratissimæ virginis Mariæ de la schala de Sena, patri & domino suo præcolendissimo Marianus Socinus senensis, se plurimum commendat.

Vm superioribus diebus, integerrime frater & miles, nonnullas ad me in materia oblationum abs te trãsmissas quæstiones recepissem: super quibus, quod tenendum foret, consilio meo declarari cupiebas: Affectans tuo honestissimo desiderio morẽ gerere, maiorũ nostrorũ authoritates atq; sentẽtias ea, qua potui diligẽtia perscrutatus sum. Cæterũ cùm oblationũ materiã mẽti voluerẽ, atq; animo volutarẽ, intelligerẽq; præter eas quas misisti circa materiã eãdẽ plurimas quoq; dubitabiles, obscuras, & difficiles quęstiones suboriri posse: nõ potui non vehemẽter admirari, ꝙ maiores nostri in ea materia quasi nihil scripserũt: atq; idipsum plerisq; in locis incõditè, ieiunè, atq; incõpositè tradiderũt. Quod eo maximè admiratione dignũ esse cẽseo: nã & vtilis profectò res est: & materia, quę quotidie in vsum atq; in exercitationẽ cadit. quo fit, vt esset plenius attingẽda, vt Paulus notabilissimus iuriscõsultus inquit, Animaduertẽs igitur quãta diligẽtia, quo studio, qua prudẽtia, quãta insuper pietate, misericordia, & charitate, commissæ tibi curę & administrationi incũbas & pręsis. Tua enim opera atq; prouidẽtia esuriẽtes pascũtur, sitiẽtes potãtur, peregrini & hospites colligũtur, nudi cooperiũtur, expositi nutriũtur, & bonis artibus instruũtur, puellæ nubũt, ægrotãtes recipiuntur, & curãtur, vinculis dãnati visitãtur, mortui sepeliũtur. Et cætera omnia quęcũq; inueniri, dici, aut excogitari possunt pietatis & misericordiæ opera, ardẽtissimo charitatis animo accuratissimè & absolutissimè exercẽtur. Diuina insuper officia catholicè & religiosissimè celebrãtur. Animo etiã repetẽs, quãto honore, fide & affectione, quãto deniq; studio & amore, tu fratresq; tui semper me fueritis prosecuti. Intelligẽsq; ipsarũ oblationũ nõ solũ frequẽtiam: verũetiam sanctissimos fructus: quãdoquidẽ illis medijs corporalẽ prosperitatẽ, & diuitias seruamus & augemus: diabolicas instigationes fugamus: supplicia vitamus: corda nostra diuina gratia illustramus. Et tãdẽ à peccatis animas nostras absoluẽtes, ad veræ fœlicitatis gaudia perducimur, vt latius atq; vberius hæc postea disserẽda sunt. Institui animo, quo ad vires ingenij mei suppetũt, ipsius gloriosissimæ virginis Mariæ auxilio fretus, materiã ipsam tum copiosè: tum etiam dilucidè ac perspicuè & ordinatè pertractare. Quare religiosissimè Vrbane opusculũ hoc, pro tua solita humanitate, iocũdè suscipies. Quo tu, successoresq; tui exortis iam ambiguitatibus finẽ imponere, futurisq; oblationibus, ne vlla post hæc dãna perniciosæ ambiguitates, ne etiã pernitiosæ hominũ fallaciæ cõtingant, q; facillimè prouidere poteritis. ¶ Cæteri verò cũ oblationũ vberrimos fructus senserint, ad illas ardentissimè faciendas, vt mea fert sententia, imitabuntur & impellentur. Vale.

Atricio Vt sæpius à nobis scriptũ est, animum incitat, mentem pręparat: memoriã reformat & illustrẽ ac perspicuã totã reddit orationẽ. Per partes enim facilius in cognitionẽ totius adducunt. Vt ergo per partiũ distinctionẽ, oblationũ materia inuẽtione facilior, & intellectu clarior fiat Opusculũ hoc principaliter distinguemus in viginti libellos: & libellum quẽlibet in suas quæstiones diuidemus, prout ipsius materia patietur.

quos vide: quia singulares sunt & practicabiles.

¶ Libellus octauus.

¶ Quid veniat in oblatione ex proprio significato, quando quis offert omnia bona præsentia & futura, & omnes actiones præsentes & futuras.

¶ Quid si non dixit, omnia bona, sed simpliciter dixit, bona præsentia & futura.

¶ Quid si dicat, offero omnia bona.

¶ Quid si dixit, quòd offert bona simpliciter.

¶ Quid si dicit, quòd offert omnia bona mobilia & immobilia. Et an, & quando iura & actiones inter mobilia vel immobilia computantur.

¶ Quid si offert simpliciter bona mobilia & immobilia, & non dicit omnia.

¶ Quid si offert omnia bona mobilia, quid veniat.

¶ Quid si dixit quòd offert omnia bona immobilia.

¶ Quid si offert certa bona simpliciter, seu specialiter designata.

¶ Quid si dixit quòd offert omnes res, præsentes & futuras.

¶ Quid si dicat quòd offert omnes res suas.

¶ Quid si non dicat quòd offert omnes res, sed simpliciter dicit, offert res suas.

¶ Quid si dicat, offero omnes res mobiles & immobiles.

¶ Quid si dicat, res mobiles tantùm.

¶ Quid si dicat, res immobiles tantùm.

¶ Quid si offert omnia bona, & res futuras.

¶ Quid si offert omnia iura & actiones, præsentes & futuras.

¶ Quid si offerat omnia iura & actiones, vel omnia bona incorporalia, vel omnes res incorporales præsentes.

¶ Quid si offert omnes actiones præsentes.

¶ Quid si offert omnia iura futura, & actiones futuras.

¶ Quid si offert personam suam, & non bona.

¶ Quid si offert personam & bona.

¶ Libellus nonus.

¶ Qua forma, & quibus solennitatibus fieri debeant oblationes.

¶ Quo animo fieri debeant oblationes.

¶ Vtrum oblatio possit fieri simplici verbo.

¶ Vtrum oblatio possit fieri absenti.

¶ Vtrum oblatio facta ecclesiæ nullo medio interueniente, valeat.

¶ Quæ solennitates requirantur si oblationes fiant à minoribus.

¶ Vtrum oblatio excedens quingentos aureos, indigeat insinuatione: & posito quòd non indigeat, an saltem scripturã exigat. Stante statuto requirente consensum consanguineorum in alienatione fienda per aliquem.

¶ An requiratur talis cõsensus in oblatione quæ fieret in piam causam.

¶ Quæ probatio requiratur ad probandum oblationem.

¶ Libellus decimus.

¶ Vtrum valeat oblatio omnium bonorum præsentium & futurorum, sub quibuscunque verbis facta: dummodò oblatio cõprehendat omnia bona præsentia & futura: & omnia iura præsentia & futura.

¶ Quid si offert omnes res præsentes & futuras.

¶ Vtrum in tali oblatione veniant omnia bona.

¶ Vtrum valeat oblatio personæ facta ecclesiæ seculari, aut hospitali, vel alteri pio loco absque bonis.

¶ Vtrum valeat oblatio personæ & bonorum: & de viribus prædictæ oblationis.

¶ Libellus vndecimus.

¶ De viribus oblationum prædictarum quò ad præiudicium creditorum habentium hypothecam expressam, vbi distinguitur.

¶ Quando quis obtulit duntaxat bona sua sine se.

¶ Quando obtulit se sine bonis.

¶ Quando obtulit se & bona.

¶ Libellus duodecimus.

¶ De viribus oblationum prædictarum quò ad creditores ipsorum offerentium solùm habentes tacitam hypothecam in bonis offerentis.

¶ Libellus decimustertius.

¶ De viribus oblationum quò ad præiudicium creditorum personalium.

¶ Libellus decimusquartus.

¶ De effectibus oblationũ respectu præiudicij creditorũ tũc nõ existẽtiũ: sed qui post perfectã obligationẽ superuenerũt.

¶ Libellus decimusquintus.

¶ De effectibus oblationum respectu præiudicij aliorum, qui non sunt creditores. Et primò respectu filiorum qui viuunt tẽpore factæ oblationis. Secũdò respectu filiorum qui post profectam oblationem suscepti sunt.

¶ Libellus decimussextus.

¶ De effectibus oblationum respectu vtilitatis ipsorum offerentium.

¶ Libellus decimusseptimus.

¶ De effectibus oblationum respectu eorum pro quibus fierent, & an alijs pro quibus fieret prosint: videlicet tam pro viuis quàm etiam pro defunctis: vbi multas & singulares quæstiones inuenies & vtiles.

¶ Libellus decimusoctauus.

¶ De effectibus oblationum quantum ad virtutem acquisitiuam.

¶ Cui quærantur oblationes factæ: vel imagini statuæ prophanæ.

¶ Quid si offerens aliquid imagini religiosæ exprimat, cuius contemplatione faciat talem oblationem, seu cui velit eam quæri.

¶ Quid si consuetudo disponit quòd oblationes factæ imagini alicuius sancti, quærantur potius vni quàm alteri.

¶ Si est dubium cui acquirantur dictæ oblationes, quãdo fiunt imagini vel statuæ, vt supra, re dubia existente, cui acquiri debent. An domino domus vel parietis, vbi depicta est imago, vel statua affixa. An ecclesiæ nominis illius sancti. An ecclesiæ cathedrali. An Episcopo. An ecclesiæ parochiali.

¶ Cui quærantur oblationes factæ ad altare in capella alicuius ecclesiæ. An rectori illius ecclesiæ. an capellano illius capellæ, vel altari.

¶ Libellus decimusnonus.

¶ Quid facere debeant, vel possint recipientes oblationes de ipsis oblationibus.

¶ Vtrum oblatæ ad vnum vsum, possint in alium transmutari.

¶ Vtrum possint transmutari authoritate legati de latere.

¶ Vtrum voluntate offerentis possit in alium vsum fieri commutatio.

¶ Qualiter succurratur contra non adimplentem modum adiectum rebus oblatis.

¶ Libellus vigesimus.

¶ Quales debent esse qui mittuntur pro oblationibus. & de pœna non mittentium dignos.

¶ Prædictas autẽ quæstiones cuiuslibet libelli reperies per modum tabulæ in processu præsentis operis, iuxta vnumquemque libellum positas, ad faciliorem tamen cognitionem contentorũ in præsenti opere supra proximè repetitæ fuerunt: quàmplurimas insuper alias in vnoquoque libello dubitationes, & quæstiones reperies: ac singularia dicta.

¶ Primus libellus.

¶ Quid sit oblatio, & de eius diffinitione, seu descriptione.

SVMMARIVM.

1 ☞ Oblationum quot species.
2 Dictio, oblatio quid significet.
3 Oblatio quæ fit Deo, quotuplex sit: & quot modis fieri possit, & nume. sequentibus.
7 Oblatio quid sit.

Voniam Omnis nostra disputatio circa oblationũ materiam habenda est: institui in primis tractare, quid sit oblatio. & de ipsius oblationis quiditate ac significato. Est igitur[a] aduertendum quòd Ray. in sum. in titu. de parochijs. §. ij. Io. And. in c. quamuis. de deci. dicunt, quòd oblationum tres sunt species. † Prima est alicuius rei donatio, Deo vel ecclesiæ inter viuos sponte facta. Secunda est, alicuius rei donatio Deo vel ecclesiæ sic causa mortis facta. Tertia est quotidiana & vsualis, quam faciunt fideles ad altare, vel ad manum sacerdotis. Sed prædictæ descriptiones & diuisiones mihi non placent: ideò illas omittam. Et quamuis Doct. nostri in hac materia parum & ferè nihil scribant, & tex. admodum pauci reperiantur: tamen ego materiam ipsam latius examinabo. ¶ Primò pro ipsius igitur materiæ fundamento atque faciliori cognitione præmittendum est, quòd oblatio potest propter varias causas fieri, vt ex infra dicendis clarius apparebit. ¶ † Quid significet verbum, oblatio. strictè sumptum. Et in primis illud sciendum est, quòd oblationis verbum est satis generale: continens quemlibet

a ¶ Adde quod oblationum quædã est spiritualis, vt corporis & sanguinis Christi quædã temporalis, quę fit ex rebus mũdi. c. tribus. in fi. de con sec. di. ij. sed sacramentalis, seu spiritualis omnem oblationẽ præce. lit. c. nihil. ea. distin.

a ¶ Adde Ioan.fan. in §.pauonū.insti. de actio. vbi ponit 7 q. nunquid parochianus possit cogere illos de parochia dare cereum, quando soliti fuerāt dare.allegat Inno. in d.c. ad apostolicam.

b ¶ Vide Alexan.in l.non amplius.in §.j.ff.de lega.j.Doct. in c.fi.de reb.eccle. non alie.

c ¶ Adde hoc idem voluisse Ioanē de Ana.in cap. quia in oībus.in xij. colū. de vsur.

d ¶ Adde.S.Tho.secunda secundæ q. lxxxvj.ar.ij.domi. Anto.de But.post Inno.& Abb.in c. examinata.de deci. limita etiam hoc dictum,vt solùm pcedat in meretrice publica.fecus in nō publica:puta,amasia: quia talis tenet erogare inter pauperes,quod habuit & extorsit quæstu luxuriæ.ita Cyn.in l.cum te. C. de condi.ob turp.causam.

e ¶ Hæc distinctio est de mente Inno. & post eum Abb. in c. ex transmissa. de deci. sed secūdū hāc, restringuntur eorum dicta: quæ tamen generaliter intelligit, & cōtrariū huius quod hic dicitur, tenuit do. Troilus maluicius in tract.suo oblatio num.in ij.dubio.in ij.col.

18 **Decimononò** † Quid si offerens offerat omnia iura & actiones, vel omnia bona incorporalia, vel omnes res incorporales præsentes. Sol. dic q̄ nulla veniunt bona corporalia, vel res mobiles, seu se mouētes, aut immobiles, per ea quæ dicta sunt in præce.q. sed veniūt solùm iura. & res incorporales. & solùm præsentes: postquàm de futuris nihil dictum fuit, per ea quæ dicta fuerunt s. in iiij.q. & tribus seq. Et idem dicendum, si non fuit adiectum verbum illud, præsentes, per ea quæ ibi dicta fuerunt.

19 **Vigesimò** † Quæro, quid si offerens offerat omnes actiones præsentes. Sol. dic idem quod dictum fuit in præce.q. nam in tali oblatione nullæ res corporales veniunt: eo, quòd actio est ius prosequēdi in iudicio quod sibi debetur: vt insti. de act. in princ. & in l. nihil aliud. ff. de act. & obliga. veniunt ergo in tali oblatione solùm iura præsentia, quibus mediantibus quis potest consequi in judicio quod sibi debetur. & ideo si tali offerenti alia competerent iura, quibus mediantibus quis nō posset consequi in iudicio quod sibi debetur: talia iura non venirent in huiusmodi oblatione. Exemplum potest figurari in iuribus existentibus in naturali obligatione duntaxat, & similibus. Et ideo præcedens oblatio est maioris potentiæ, quàm sit facta per nomen solùm actionis.

20 **Vigesimoprimò** † Quæro, quid si offerens offert omnia iura futura, & actiones futuras. Sol. dicendum est quòd præsentia vel præsentes nullo modo veniunt, per ea quæ dicta fuerunt in xvij.q. nec veniunt aliquæ res corporales, præsentes vel futuræ. & idē dicendum esset si offerret omnia iura futura: vel offerret omnes actiones futuras: distinguendo inter iura & actiones, prout distinxi in præce. quæstio. Et per hæc sit expeditus iste ar. quò ad primam sui partem, quando quis offert bona sua & non se. per quot modos posit fieri talis oblatio.

a 21 **Vigesimosecundò** [a] Quæro, † quid iuris quando quis offert personam suam, & non bona. Sol. dicendum est q̄ in tali oblatione venit solùm persona: bona autem nō veniunt, vt not. Archi. xvij.q.ij.c. vt lex continentiæ. Nec obst. not. in auc. ingresi. C. de sacrosanc. eccle. & in c.ij. de sta. mo. & ibi per gloss. & per c. ij. de condi. appo. xij.q.j.c. non dicatis. & per Barto. in l.ij. ff. de ser. verba. prædi. & aliquid per glos. & Bartol. in l. si pater. ff. de adopt. & per Bald. in l.j. §. ille proculdubio. C. de lati. liber. tol. In quibus omnibus concluditur quòd non potest quis offerre personam suam & bona retinere. Quia respondetur quòd prædicta iura & authoritates loquuntur in eo, qui offert se alicui religioni approbatæ, vt profiteatur tria substantialia regulæ. Sed nos non loquimur cùm quærimus de his in præsenti opere.

b Sed [b] de prædictis dicendum est, vt latius dixi in titu. de regu. sed loquimur de his qui se offerūt alicui ecclesiæ vel loco pio: vt non profiteantur tria substantialia regulæ, sed vt assumant quendam specialem modum viuendi, vt dicit glo. singul. in Cle. j. de reli. do. & text. & glo. in Cle. pe. de senten. excommuni. & Doct. ibi facit quod not. gloss. & Archi. xxvij.q.ij.c. vt lex continentiæ, per quem text. idem tenet Do. m. in c. in præsentia. in fi. de proba. & hoc etiam tenet Bar. Bal. Pau. de Cast. & Doct. in auc. ingresi. C. de sac. sanc. eccle. & ibi singulariter dicit Bal. in ij. opi. q̄ licet quis intret ecclesiam secularem, vel licet se offerat ecclesiæ seculari, vt perpetuò ibi stet: tamen potest retinere bona, per l. si quis præsbyter. C. de epis. & cler. & auc. præsbyteros. eo. titu. & sic infert q̄ oblati qui se offerunt alicui hospitali, vel alicui capellæ non perdunt bona: nisi expressè illa offerant. hoc etiam probatur per ea, quæ traduntur per Ioā. And. post Ioan. & Vinc. in c. dilecta. de maio. & obed. & per Ioan. Andr. Vin. Host. & Doct. in c. non dubium. de senten. excom. Sit ergo conclusio, quòd in huiusmodi oblatione non veniunt bona, nisi aliud habeat cōsuetudo vel statuta ipsius ecclesiæ, vel loci pij, cui quis offert se: quibus casibus oblatio sui intelligitur celebrata, secundùm illam consuetudinem, vt l. quòd si nolit. §. qui assidua. ff. de ædili. edic. & l. si fundus. §. in commissoria. ff. de leg. com. & l. si prius. §. rectè. ff. de aqua plu. arcend. & l. fi. C. de fide. & l. si quis reum. ff. de custo. reo. cum si. & sic etiam secundùm statutum loci, & fortius. arg. dictorum iurium. & not. per Bart. in l.j. & l. vt iurisiurandi. §. liberi. ff. de oper. lib. & per Bald. in l. si liberti libertæque. de ope. liber. & not. in l. Imperatores. ff. de in diem adiec. & not. in l. cùm beneficio. de præben. lib. vj. & c. si Papa. de priuil. cum simili b. Et ex prædictis potest inferri ad q. de qua his diebus fui interrogatus, vtrum notarius

c qui offert se nostro hospitali sanctæ Mariæ de la scala, posit post oblationem conficere instrumenta. Et aduerte [c]: quia intelligo de instrumentis de quibus de nouo rogaretur: nam antiqua, de quibus iam est rogatus, non est dubium quòd potest

d complere.[d] Cùm talia instrumenta etiam notarius factus monachus, posit complere, vt not. Specu. in titu. de sta. mo. versi. xxvij. & sequitur Ioan. Andr. in glo. in ver. ad præmissa in c. vt officium. de hære. lib. vj. & sequuntur Doct. in c. sicut ne cle. vel mo. & Barto. in l. locus. §. si penes. ff. de tab. exhi. & l. seruus. ff. de test. quod tamen limitat Ioan. de Lig. & bene in d.c. vt officium. vt posit complere instrumēta de licentia sui Prælati, aliàs non. nec obst. quòd fuerit preuentus in rogatione: quia per professionē & ingressum mortificatus est: nec habet ammodò velle vel nolle, vt latius diximus in titulo, de regu. Item nō intelligo q. quando vellet conficere instrumentum de nouo in causa inquisitionis hæreticæ prauitatis, in qua monachus potest rogare instrumenta de nouo, vt d.c. inquisitionis. Procedit ergo q. quando talis oblatus de nouo rogaret contractus in aliis casibus, quàm specialibus: in quibus secundùm communem opin. monachus de nouo non potest instrumenta conficere, vt a probatur in d.c. vt officium. arg. à speciali. & in extrauag. bonæ quæ incipit debent. de offic. ordina. & probatur. C. de sac. sanc. eccle. l. antepe. & C. de episco. & cleri. l. placet. & c. sicut ne cle. vel mo. xvj.q.j. §. nouarum. licet Angel. tenuerit contrariā sententiam in l. prætor. §. fin. ff. de edendo. de quo latius dixi in titulo de tabel. Sed redeundo ad q. nostram dico, quòd nisi aliud repugnet, quàm ipsa obligatio, & modus viuendi, seu specialis regula, seu constitutio regulæ dictorum oblatorum, quòd possunt etiam noua instrumēta conficere, per ea quæ not. in d.l. vt lex continentiæ. & xxvij.q.ij. & per no. in d.c. sicut. & per alia b iura quæ superius dicta sunt tam in hac quæstio, quàm in præce. & vide etiam quæ dicam j. lib. xj.q.iij.

22 **Vigesimotertiò** † Quæro, quid si offert personā & bona. Sol. propriè dicendum est vt dixi in q. præce. respectu verò bonorū dicendum est vt dixi in xxj. quæstio. primi huius libelli. nam oblatio personæ potest coniungi cum oblatione generali omnium bonorum, mobilium & immobilium: iurium, & actionum, præsentium & futurorum: & cum oblatione bonorum præsentiū duntaxat: & cum oblatione particulari aliquorum singulariū bonorum, per modos & formas de quibus dictum est in præce. quæstionibus, qui omnes modi & formæ possunt coniungi cum oblatione personæ, & eosdem recipiunt effectus, de quibus dictum est in prædictis quæstionibus.

¶ a Quid veniat ap. personæ vide Ioā. Andr. in c. cùm super. in c. nulla. decō ces. præbē. vide Feli. in c. in præsentia. de proba. aliquid p Ias. in l. fi. in penul. col. C. de pact.

¶ b Pro ista di. faciūt quæ ponit Paul. de Cast. in consi. xxv. incip. visa quadam conuersione. Lap. in alleg. cxxix. quę incipit, primò quęritur. Are. in c. non dicatis. xij.q.j. in c. solet. xlij.q.ij. Imo. in Cle. eos. in prin. in pen. col. de regu. iur. in l. inter cætera. §. item quæri potest. vbi Bald. ff. de lega. j. Pet. de Ancha. in regula, nemo potest. de regu. iur. in vj.

¶ c Hoc intellige si contra consuetudinem vel statutum, regulæ religiōis nō obstaret, q̄ ea quæ sunt regulæ, non possunt statuto vel cōsuetudine immutari. cōsuluit Fede. de Señ. in cōsil. xx. Bald. in l. cunctos populos. in iiij. col. C. de sum. trinit. & fide cat. mo. in auc. ingresi. in ij. colū. C. de sac. sanc. eccl.

¶ d Vide Bart. in l.j. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. in l. vniuersas. C. de decur. lib. x. Bart. in consi. incip. filiusfami. notarius Bald. in consil. ccc. iij. lib.

¶ Libellus nonus.

¶ Qua forma, & quibus solennitatibus fieri debeant oblationes. c

SVMMARIVM.

1 Oblationes quo animo fieri debeant.
2 Oblatio, an fieri posit simplici verbo.
3 Oblatio, an fieri posit absenti.
4 Oblatio verbis facta ecclesiæ nemine recipiente, an valeat.
5 Oblatio à minore facta, an valeat.
6 Oblatio excedens quingentos aureos, an sit insinuanda.
7 Oblatio excedens quingentos aureos facta ecclesiæ, an requirat scripturam.
8 Fœmina aut minor vigintiquinque annis, an posit ecclesiæ donare sine consensu propinquorum.

Nono. Principali loco examinandum est, quæ forma, & quæ solennitates requirantur in oblationibus. Solu. pro istius articuli clariori & pleniori examinatione, prosequar infrascriptas quæstio. d

¶ Prima erit circa generalem doctrinam, quo animo fieri debeat.

¶ Secunda, vtrum oblatio posit fieri simplici verbo.

¶ Tertia, vtrum oblatio posit fieri absenti.

¶ Quarta, vtrum oblatio facta ecclesiæ verbis, nullo medio interueniente, valeat.

¶ Quinta, quæ solennitas requiratur si oblationes fiant à minoribus de rebus immobilibus, vel si.

¶ Sexta, vtrum oblatio excedens quingentos aureos indigeat insinuatione.

¶ Septima, posito quòd non indigeat insinuatione, an saltem exigat scripturam.

¶ Octaua, vtrum stante statuto requirente consensum consanguineorum in alienatione fienda per aliquem, requiratur talis consensus in oblatione, quæ fieret in piam causam.

¶ Nonò & vltimò subijcietur, quæ probatio requiratur ad probandum oblationem.

1 a QUOD Ad j.q. circa generalem doctrinã,† quo animo fieri debeant oblationes,[a] breuiter dicendum est ꝙ fieri debent bono & puro corde; quia Deus nõ respicit quantitatem oblatorũ, sed cor offerentis, vt in text. & glo. iij.q.vij.c. in grauibus. xxiiij.q.j.c. odi. Respexit enim Deus ad Abel & ad munera eius. sed primò dicit ad Abel, quàm ad munera eius. intendens ad eius mẽtem, quam cognouit humilẽ & puram. ad Caym verò nõ respexit: neq; ad munera eius, propter eius mentem non enim considerandum est quantũ quisq; offert: sed qua mente & affectione offerat. vidua enim duobus quæ habuerat minutis largita, plus omnibus posuit. & ideo à saluatore omnibus præfertur. & hæc habentur de pœ. dist. v.c.j. & d.c. in grauibus. vnde Persius poeta ad propositum nostrum sic inquit: at vos dicite Pontifices in sacro, quid facit aurũ? nempe hoc quod veneri donatæ virgine puppæ. quin damus id superis, de magna quod dare lance, nõ possit magni messalę lippa propago, compositum ius, fasque sanctosque recessus mentis & incoctum generoso pectus honesto. hæc cedo vt admoueam tẽplis & farre litabo. puro igitur corde & pura mente oblationes fieri debent. nõ autem ad pompam, neq; ex illicitè acquisitis, sed ea intentione, vt quis vel gratiã inueniat, vel redimat peccata sua, vt alios bonos effectus, maximè spirituales consequatur.

2 QUOD Ad ij.q.† vtrum oblatio possit fieri simplici verbo, videtur dicendum ꝙ sic: quia oblatio videtur esse quædam species donationis: sed donatio hodie potest fieri simplici verbo, & nudo pacto, vt l. si quis argẽtum. C. de do. insti. eo. §. perficiuntur. & in c. iudicante. de test. in contrarium facit: quia oblatio descendit ab offero. & sic potius sonat in factum, quàm in pactum, vel verba. Primum dictum non arbitror verum, nam & donatio sonat in factum. & probatur in l. senatus. §. donatio. ff. de do. causa mor. & tamen potest fieri verbis non solùm vestitis per stipulationẽ; sed nudo pacto, vt dictum est. ad quod tamen vide quæ dicam in vj.q.

3 QUOD Ad iij.q.† vtrum oblatio possit fieri absenti. de donatione non est dubium, ꝙ fieri potest, vt l. absenti. ff. eo. dummodo fiat per aliquod mediũ: vt per nuncium, vel epistolam. vt ibi not. Bart. & est text. in l. nec ambigi. & l. si aliquid. C. de dila. & l. etiam per interpositam. ff. eo. titu. vnde ego idem arbitror in oblatione quæ fit Deo, vt sæpius dictũ est, & probatur in dictis iuribus. & ex his quæ dicam in sequenti. q.

4 QUOD Ad iiij.q.† vtrum oblatio verbis facta ecclesiæ nemine pro illa recipiẽte, & nullo medio interueniente puta, nuncio vel epistola, valeat. Glos. sentit ꝙ non. in l. illud C. de sacrosanc. eccle. vnde dicit ibi Pau. de Cast. ꝙ etiam si mille testes essent præsentes, non videtur sufficere: nisi aliquis reciperet nomine absentis. alij dicunt contrarium: quia cùm talis oblatio fiat Deo, debet valere: quia Deus vbiq; est. quod reperi consultum fuisse per do. Pet. de peru. sed [b] dicit Bald. in d.l. illud. ꝙ videtur donare Deo, mediate: & nõ immediate. & ideo cùm in tali medio sit defectus, non queritur actio. alij dicunt ꝙ debet valere, vt votum, vt l. pactum. & l. de pollicitationibus. ff. de pollĩ. quod non placet Gul. nisi quando ad certum vsum sit votum. Bart. dicit ꝙ voluit quis contrahere, & nõ valet: aut vouere, & valet. vnde dicunt communiter Docto. ꝙ in dubio inspicienda sunt verba, an sonent in cõtractum, vel in votum. & hoc mihi placet. vtrum autem præsumatur ꝙ alicui præsenti & recipienti pro ecclesia sit facta oblatio, quæ apparet facta verbis duntaxat: dico ꝙ sic: si sit facta per stipulationem, vel alium actum, per quem aliàs notarius qui scripsit, si aliud esset, committeret falsum: tunc præsentia præsumitur. facit quod no. gl. in l.j. C. de inuti. stip. & per not. in l. Titia. §. idem. ff. de verb. oblig. & ibi per Ioan. de Imo. & Ang. & per Ioan. de Imo. in l. ijs verbis. ff. de duob. reb. & ibi dixi, aliàs secus. & ita procedat quòd sentit glo. & Pau. in d.l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & vide quod traditur in præalleg. iuribus, & quod tradit Oldr. cõsi. ccvij. quod incipit, super eo quod quæritur. facit quod not. Bal. in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tute. & quod not. d. Do. post Ioan. de Imol. in c. fin. §. j. de iudi. lib. vj. vide quæ latius dixi de verbo. significa. c. præsens.

5 QUOD Ad v.q.† quid si huiusmodi oblationes fiant à minoribus, & de rebus immobilibus, aut mobilibus preciosioribus: quæ regulariter sine curatoris authoritate, & iudicis decreto alienari non possunt: vtrum requirantur solennitates, quæ requiruntur in alienatione rerum immobilium ipsorum minorum. de quibus latè diximus in ti. de prędi. mino. So. Innoc. & Ioan. Andr. in c. in præsentia. de proba. in ver. minor annis. volunt ꝙ non exigatur authoritas curatoris, vel decretum iudicis; quando offerret ingrediendo monasterium, per illum text.[c] quod etiam tenent Cyn. & Docto. in auт. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Secus videretur dicendum secũdùm Innocen. & Ioan. And. si alienaret in alias etiam pias causas. arg. l. ij. §. voto. ff. de polli. & sic secũdùm prædictam opi. videtur inferendum ꝙ oblatio rei immobilis quæ fieret per minorẽ hospitali vel alteri loco pio, non valet: si fiat sine decreto & curatoris authoritate; & alijs solẽnitatibus requisitis. Et prædictam opi. sequitur Do. m. in d.c. in præsentia. & assignat rationem diuersitatis; quia ingrediẽs monasterium fingitur mori tempore ingressus. xvj.q.j. placuit & in l. Deo nobis. C. de episco. & cle. sed tempore mortis potest pubes sine alia solennitate disponere de rebus suis, vt in l. q ætate. ff. de testa. & præsertim hoc potest ingrediens religionem eo, ꝙ habet liberam facultatem disponendi de rebus suis, vt in aut. de monachis. §. illud. & xix.q. vlti. si qua mulier. & c. quia ingrediẽtibus. quæ rationes cessant in eo qui vult alienare bona immobilia non intrando religionem: licet velit etiã alienare in pias causas. sed tu aduerte: quia prima ratio superius assignata, fuit Iac. in aut. ingressi. C. de sac. sanc. eccle. & ibi eam refert Cy. sed Pe. vt ibi etiam refert Cyn. hæc ratio non placet; quia ꝙ minor possit moriendo bona sua transferre, accidit propter mortem naturalem: & sic ex necessitate. sed quando disponeret ingrediendo religionẽ: illud procedit ex volũtate. assignat ergo aliam rationem: videlicet, quia minor isto casu exercet id quod exerceret quilibet diligens paterfa. sed tu potes dicere quòd prædicta ratio Iac. est bona; quia mors ciuilis in hoc æquiparaт naturali. l. Deo nobis. C. de episc. & cler. ad quod vidẽda sunt quę latius dixi in tit. de verb. signi. c. mors. Item aduerte: quia contra id quod dicunt Inno. & Ioã. Andre. & sequitur Do. m. ꝙ secus est si minor vellet alienare in alias pias causas. in contrarium fortiter facit quod not. Bald. in d l. generali. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit, ꝙ [d] si statutum dicit ꝙ minor non possit facere testamentum sine consensu propinquorum: ꝙ nihilò minus ad pias causas poterit testari sine consensu propinquorum; nam pia causa est priuilegiata. vnde contra istud priuilegium, quod respicit Deum, vel ecclesiam, non potest fieri statutum. & ideo subdit, ꝙ si statutum dicit ꝙ minor non possit se obligare sine consensu propinquorum: quòd poterit bona offerre ecclesiæ sine tali consensu. ad quod vide quod statim dicam in vij.q. huius li. & idem videtur dicendum in oblationibus factis alicui hospitali, vel alicui pio loco: quia in talibus, ecclesia & pia loca dicuntur iudicari à pari, vt in auт. de non ali. §. quia verò leonis, & per Pau. post Pet. in Clemen. quia contingit. de reli. do. & quod not. Ioan. Andr. in c. ij. de restitu. in integ. lib. vj. & per Domi. m. & Docto. in c. nulli de re. ec. non alie. & per Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sac. sanc. eccle. not. Bald. in l. omnia. C. de episc. & cleri. probatur ex his quæ dixi in c. conquesti. de senten. excõmu. & melius probatur in c. accedentibus. de priuileg. Item pro prædicta opi. faciunt not. in materia relictorum ad pias causas. in l.j. C. de sacrosanct. eccle. & in aut. similiter. C. ad leg. Falcid. & ibi not. & latè per Lud. po. Et sic ex prædictis patet ꝙ decisio q. prædictæ nõ est sine magna dubitatione. Arbitror tamen si quis offert se & sua, licet per talem oblationem non faceret professionem propriam, sed solùm alicuius modi viuẽdi; vtputa, quia offert se & sua ecclesiæ seculari: vel alicui pio loco; & hoc casu, valeat talis oblatio absq; curatoris authoritate, & iudicis decreto. Sed quãdo offert solùm res immobiles, quæstio est magis dubitabilis: si tamen offerret propter extremam necessitatẽ recipiẽtis s. conueniens est vt dicamus, neq; curatoris authoritate, neq; iudicis decreto exigi: propter ea quæ diximus. s. & in c. si quis propter neces. de fur. & si op. quòd necessitas non est illa quæ faciat, vt possit minor alienare l. ob æs. & l. fi. C. sine decreto & cura. au. de præ. mi. simile videmus in ecclesia: quæ licet subsit necesse, vel legitima causa alienandi: non tamen potest alienari res ecclesiæ regulariter prohibita, sine solennitatibus requisitis, vt traditur. xij.q.ij. iustus. & c. sine exceptione. & c. alienationes. licet enim necessaria causa incumbat, tamen fortè potius expedit minori aliam rem, quàm istam alienari: quia responderi potest ꝙ nos loquimur quãdo vellet prouidere existenti in extrema necessitate ita quòd nõ esset locus liberalitati: & hoc est planum, iudicio meo, per ea, quæ dicta sunt s. in d. §. & d.c. si quis. quia propter talem necessitatem illud prædictũ esset effectum commune: sed non data hac necessitate, res esset magis dubia: nisi talis actus oblationis qui susciperet omnimodam spiritualitatem, per quam ipso fingeretur maior, secundùm not. in c. si antenuum. de iudi. aliàs autẽ quòd sola pia causa faceret valere oblationem factam per minorem sine solennitate, si erat res quæ sine solennitate non poterat alienari, decisio est satis dubia: propter maximam authoritatem Innocen. Ioan. Andr. Dominum meum. Sed tamen prædicta opi. non probatur aliquo iure speciali: quia l. ij. §. vota. ff. de polli. non probat. vnde solùm videtur probari ex re iudic. generaliter prohibentibus alienari res

a ¶ Quod Deus respiciat, facit text. in c. neq; ad cyma. xc. di. gl. in c. in ciuitate. de vsu. facit. xv. q. vj. c. in fin. ij. q. v. consuluisti. xxij. q. v. qui periurare. gl. in l. iij. ff. de do. inter vi. & vxo.

b ¶ Vide de hoc dicto Bald. d. Alexá. in l. stipulat. ista. §. fi. ff. de verb. oblig. vtrum valeat donatio facta pauperibus nullo præsente, vel recipiẽte eorum nomine, vide Bald. in consil. ccclxxx. ij. lib.

c ¶ Vide Spec. in tit. de sta. mo. in versi. xlj. Lapũ in alleg. cvj. circa medium. Albe. & Moder. in dicta aut. ingressi.

d ¶ Adde ꝑ hoc bene facere: quia licet priuilegium datum in vno, nõ extendatur ad alium l. ius singulare. ff. de leg. fallit fauore pię causæ. glo. in l. illud in verbo, alia causa. C. de sacrosan. eccl. Bart. in l. si constante. in ix. q. primæ partis. ff. solu. matrim. Alexan. in l.j. ff. de iurisdi. om. iudi.

res minorum sine decreto,& iudicis autho.& melius in l.j.§.sed nõnullos.ff.de tu.& ratio.dist.vbi nõ valet alienatio facta sine decreto:etiam ob alimẽta præstanda matri,aut sorori:ibi tamẽ loquitur in pupillo:& non in maiore:inter quos est differẽtia. nam pupillus tutore authore,non põt donare mortis causa:& tamen minor potest donare causa mortis sine decre.d.l.j.& l. tamis.ff.de dona.cau.mor.facit etiã quod dicam in seq.q. quia ista non est proprie donatio,sed tamen in cõtrarium facit:quia qui spũ Dei agunt,non sunt sub lege,do.Pau.ad cor.ij.& xix. q.ij.c.duæ sunt & Cle.fi.de hære.Item quia maxima est ratio quæ pro religione facit.ff.de relig.& sump.fu.l.sunt personæ. Item quia hæc interpretatio tendit in fauorem ecclesiæ. facit c. iuuenis.de spõ.& quod dixi in c.ad audientiã.de homi.& quia videt exercere artem,quã exercet quilibet diligens pater fa.maximè quia talis concor.consilio perfectionis dato,iuxta illud: si vis pfectus esse,vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Ad quod etiam accedat:quia cùm talis oblatio fiat Deo,per ea quæ dicta sunt in j.arti.etiam si fiat pio loco ob piã causam,iuxta illud Math.& rñdens Rex dicit illis: Amen dico vobis qd fecistis vni ex his fratrib9 meis,mihi fecistis:vnde cũ Deus sit ipsa veritas.de testa.c.cùm esses.non potest fallere,nec fallitur.de accu.c.petitionem.& ideo alio decreto & authoritate opus non est. Facit etiam, quia contractus factus cũ Principe, obtineret vim legis:& ideo in eo non est necessaria alia solẽnitas.ar.l.Cæsar.ff.de publi.& l.penul.C.de do.ĩter vir.& vxo. & Bal.in proe.feu.& ,pbat in l.Princeps.ff.de legi.& quod ibi no.in c.certificari.de sepul.Facit etiã in simili quod statim dicã: quia oblatio talis non indiget insinuatione. & ista vltima opi. videt mihi verior: ad quã accedant quæ dicam statim in vij. q. Cõcluderem tñ ad omne dubium tollendũ ꝙ ante factum,hospitale,vel alius locus pius reciperet oblationẽ cum solẽnitatibus requisitis. Arbitror[a] tñ illud satis clarũ esse ꝙ si minor intẽdens ingredi religionem offerret hospitali,vel alio loco pio res etiam immobiles, sine aliqua solẽnitate ꝙ valeret talis oblatio. per tex.in aut.de mona.§.illud quoq; decernimus.vbi tex.formaliter dicit,illud quoq; decernimus,eũ qui in monasteriũ intrare voluerit,antequàm in monasterium ingrediat, licentiam habere suis vti,quo voluerit modo. ¶ Vnde pondero verbũ, vti.quod significat non solùm dispositionẽ per viã vltimæ voluntatis,sed etiam inter viuos.Item pondero verbum,voluerit vt no.in l.verba.ff.de condi.insti.& l.si ita legatum.ff.de lega.j. & l.centesimus.§.pe.ff.de verb.obli.l.iiij.ff.de loc. Ad quod vide quæ latius dixi de verbo.sig.c.volo.Postremò[b] aduerte circa hanc.q.quia videt quòd oblatio facta per minorẽ de immobili,etiam cum decreto,non teneat:quia oblatio est quædã donatio,vt diximus s.in art.j.sed donatio immobilis facta per minorem,etiam cum decreto,non tenet:vt l.fi.§.cùm aũt.C.si maior fac.ergo &c.Sed ad hoc responderi põt,quòd illa loquitur in donatione simplici & pura,quæ solùm sapit liberalitatem, propter quam quis potius videtur dissipare & perdere quàm administrare:vt l.contra.§.fi.ff.de pac.& l.si filiusfamilias.ff. de do.cum concor.ibi positis in glo.sed in terminis nostris non dicitur dissipator,qui Deo vel ecclesiæ,vel in piã causam offert, propter ea quæ superius dicta sunt.& s.eo.li.j.

6 Quò Ad sextam q.† vtrum oblatio quæ excederet quingentos aureos indigeat insinuatione:& loquor de ea,quæ non fit ob causam de præterito,vel de præsenti, vel de futuro:quia nulli est dubium quòd non indigeat insinuatione: vt no.Barto.in l.Aquilius.ff.de dona.per l.fi.ad fi.& aut.ibi positam.C.de don.ante nup.& l.fi.in prin.C.de iure do. & tradit Bar.in l.Modestinus.ff.de dona.sed Io.de Imo.in d.l.aquilius. aliter dicit,quia ob causam de præterito remuneratiuam valet, sine insinuatione ob causam de futuro onerosam donatario, etiã valet:vñ non loquor in his casibus,in quibus valeret donatio facta sine insinuatione:etiam si esset facta in priuatis, sed in casibus in quibus facta in priuatis non valeret:an[c] valeat facta ecclesiæ,ad quod videtur dicendum quòd sic.& hãc opi.tenuit gl.in d.l.illud.& sentit glo.in l.penul.in fi.C.de do.& Pileus q. cxxiij.& Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de instru.ædi.§. porrò. versi.item no.quòd donationes.vbi concludit post Pileum,donationem factam ecclesiæ vel religioso loco,valere:quãuis excedat quingentos aureos.mouentur:quia cùm imperium & sacerdotium non differant:meritò sicut donatio facta Imperatori vltra quingentos aureos tenet:vt in aut.pig.ne fiant.§.fin.ita nec facta ecclesiæ:quia quæ paria sunt,paria iura desiderant:vt C.de consti.pecu.l.fi.ff. de pecu.l.in bonæ fidei.& l. quatenus. §.fi.Specu.etiam in d.versicu.item no.quòd donationes. tenet quòd valet donatio ad pios vsus: quamuis excedat quingentos aureos,per l.illud.C.de sac.sanc. eccle. vbi etiam hoc tenet Barto.quæ tamen l.videtur velle contrarium. vult enim quòd donatio ad pios vsus facta ecclesiæ vel pijs locis,vel miserabilibus personis,vel ciuitati vsq; ad quingentos aureos,non indiget insinuatione.& sic patet quòd vltra quingentos aureos,indiget insinuatione.& hanc opi.tenet ibi Bal. & fuit opi. Guil. secundùm eum, & dicit quòd est ipsa veritas,& tenet etiã Pau. de cast.in l.illud quod pauperibus.nec ob.l.si quis pro redemptione.C.de dona.quia loquitur in redemptione captiuorum, de quibus est maius periculum quòd ibi non moriantur.arg.l. sancimus.C.de sac.san.eccle. secus in his quæ donantur ecclesijs: in quibus cessat ista ratio periculi. Et quia ecclesiæ solent abundare in bonis. Et hæc opi. magis placet.& ita videtur de mente dictæ.l.si quis pro redemptione.C.de dona.in fi.dum,dicit,cæteris etiam donationibus.&c.secundùm Pau.quidam tamen voluerũt quòd donatio facta ecclesiæ valeat vsq; ad octingentos,vt ecclesia sit priuilegata in trecentis, sicut erat olim in d.l.illud.quod ita no.gl.ibi.sed Bal.reprobat ibi. & dicit quòd isti loquuntur sine lege,& sine ingenio.nec ob.secundùm eum dicta l.illud.quia licet illud olim esset priuilegium, quòd donatio facta ecclesiæ,valeret vsq; ad quingentos aureos: hodie est ius commune.& ideo non possumus excedere terminos priuilegij.Sed Hostien.in sum.in titu.de dona.§.quæ donatio.tenet primam opi.quòd[d] donatio facta ecclesiæ nõ indigeat insinuatione.& eandem opi.tenet do.me.in c.relatum.el j.de testa.sed tu aduerte:quia licet in simplici donatione quæ solùm fiat liberalitatis causa,vtraq; opi.sit satis sustentabilis: tamen in oblatione quæ non est simplex donatio,arbitror quòd non sit necessaria insinuatio,per ea quæ dixi.s.in præce.q. maximè: quia talis oblatio fit principaliter Deo,vel propter Deum. vnde sicut donatio facta Principi non indiget insinuatione. vt in aut. Item & à priuatis.C. de dona. & in corpore vnde sumitur. in aut.vt non fiant pignora.§.illud.colla. v.ita si fiat Deo. & hoc placet in qualibet oblatione cuicũq; ecclesiæ facta,& loco pio, quamuis Bal.in d.aut.Item & à priuatis.teneat hoc solùm in donatione quæ fieret ecclesiæ Romanæ:& maximè hoc dicẽdum est,quando quis offert se,& bona sua,per ea quæ dixi in præce. q.vel offerret ecclesiæ,vel in piam causam,ea intentione vt fieret religiosus.per tex.in aut.de monachis.§.illud.& quod dixi in præce.q.

7 Quò ad septimam Quæstionem, † vtrum oblatio prædicta quæ fit ecclesiæ vel alicui loco pio,excedens quingentos aureos: licet non indigeat insinuatione,secundùm quod dictum est in præced.quæstio.an saltem exigat scripturam. Et videtur dicendũ quòd sic:quia donatio quæ fit à priuato Principi,excedẽs quingentos aureos,licet valeat sine insinuatione: tamen exigere videtur scripturam,vt in authen.vt non fiant pignora.§.illud.Et sic idem videtur dicendum in terminis nostris. Et hoc est tutius tenere & prouidere sibi ante factum: maximè respectu oblationis, quæ non fieret actualiter: sed per stipulationem. quamuis post factum possent multa allegari in contrariũ, quæ possunt colligi ex superioribus.& ex his etiam quæ statim dicam in seq.q.

8 Quò ad octauam Quæstionẽ † pone,ex forma statuti cauetur quòd fœmina,vel minor vigintiquinq; annis non possit se obligare vel aliquem contractum,aut donationem facere sine consensu trium consanguineorum,vtrum oblatio facta ecclesiæ vel hospitali,aut simili pio loco valeat sine dicto consensu, vel solẽnitate.So.ad hanc.q.possent allegari argumenta pro vtraq; parte.de quibus dixi.s.in v.q.Bal.enim,vt ibi dixi in l.generali.C. de sac.san.eccle.per illum tex.tenet quòd valet oblatio sine tali consensu,vel solennitate:siue offerat se & sua: quia est actus spiritualis,super quo statutum non disponit.ar.in l. si ita quis. §.ea lege.ff.de verbo.obli.neq; etiam disponere potest, vt in l. priuilegia.C.de sacrosan.eccle.siue etiam offerat tantùm bona: quia talis oblatio est donatio ecclesiæ facta, aut simili loco in quo donationes ecclesiæ sunt priuilegiatæ.& ideo nõ valet statutum contra eorum priuilegium, vt in l.inter diuinum.C. de sac.san.& sic Bal.sentit quòd in talibus oblationibus factis ecclesiæ non requiratur solennitas iuris positiui.& eandem sentẽtiam tenet Pau.de cast.in dicta l.generali. quam etiam sententiam tenet do.me.in c.relatum.el j.de testa.nam[e] talia oblata ꝓ anima,non debent terminari secundùm leges ciuiles,seu positiuas:sed secundùm canones,sed statutum est pars iuris ciuilis vt l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.igitur &c.Item mouentur quia statutum laicorum aliquo modo impediens liberam facultatem donandi pro anima,non valet,vt in l.j.C.de sac.san.ecc. facit etiam quod no.Ioan.And.in c.fi.de immu.ecc.lib.vj. vbi dicit,quòd nõ obstante statuto quo cauetur,quòd bona immobilia non possint alienari in forenses,seu non suppositos iuris-

a ¶ Hæc prædicta amplia etiã in ꝓdigo,vt per Alb. in d.aut.ingressi.

b ¶ Hoc aũt procedit ĩ mĩore.xxv. an.dummodo sit maior xiiij. vide Ias.in d.aut. ĩgressi.in ij.col.

c ¶ Vide not. per Pau.ĩ cõs.cxxxij. & cõsi.ciij.& per Ab.in consi.cij.

d ¶ Vide etiã Ioã. An. in c.fi.de sol. bñ facit.c.q opes xvj.q.iij. vide ẽt Bal.in authẽ.à priuatis.C.de dona.

e ¶ Hoc idẽ tenet Fed.de Sen.ĩ cõs. xx.Bal.in l. cunctos populos in iiij.col.C.de sum. tri.& fide ca. Ful. in aut.ingressi.C. de.sac.san.eccle.

dictioni statuētium:poterit quis donare bona ecclesiæ.facit & quod no.Bal.in auē.cassa.C.de sac.san.eccle.faciunt quæ dixi s. in iiij.& in v.q.postremò notandum est circa prædicta,quòd licet huiusmodi oblationes sapiant actum spiritualem:tamen ad eas probandas requiritur plena probatio:nec sufficit vnus testis:imò exiguntur duo,sicut in prophanis,vt est tex.in c.fi. de suc.ab intesta.& probatur in c.licet vniuersis. de testi. ad quod accedunt quæ latius scripsimus in tracta.de testi.§.iiij.

¶Libellus decimus.

¶De viribus & validitate oblationum,& virtute comprehensiua,non respectu significati verbi,sed dispositorum à iure quò ad præiudicium ipsorum offerentium.

SVMMARIVM.

1 ☞Oblatio omnium bonorum præsentium & futurorum, an valeat.
2 Oblatio omnium rerum præsentium & futurarum,an cōtineat iura & actiones.
3 Oblatio omnium rerum,an contineat omnia bona.
4 Oblatio personæ facta ecclesiæ,an valeat.

DEcimo Principali libello videndum est de viribus & validitate oblationum, & virtute comprehensiua , non respectu significati verbi,sed dispositorum à iure quò ad præiudicium ipsorum offerentiū. Circa quem arti.prosequor.j.scriptas.q.

¶Prima,vtrum valeat oblatio omnium bonorum præsentium & futurorum,sub quibuscunq; verbis facta: dummodò oblatio comprehendat omnia bona præsentia & futura: & omnia iura præsentia & futura.

¶Secunda,quid si offerens offert oēs res præsentes & futuras.

¶Tertia,vtrum in tali oblatione veniunt omnia bona.

¶Quarta,vtrum valeat oblatio personæ facta ecclesiæ seculari aut hospitali,vel alteri pio loco absq; bonis.

¶Quinta,vtrum valeat oblatio personæ & bonorum.& de viribus prædictæ oblationis.

1 Circa primam Igitur quæstionem,† vtrum valeat oblatio omniū bonorum præsentium & futurorum,sub quibuscūq; verbis facta: dūmodò oblatio comprehendat omnia bona præsentia & futura:& omnia iura præsentia & futura,secundùm ea quæ latius explicauimus.s.eo.libello nonò.Solu.quamuis in donatione omniū bonorum præsentium & futurorum facta priuato , sint variæ opi.vtrum valeat.de quibus in l.fi.C.de pac.& l.stipulatio hoc modo concepta.de verb.obli.& per do.Ange.in disputatione quæ incipit,in refulgenti &c.& per aliquos in l.pactum quod dotali.C.de colla.de qua materia latissimè dixi in repe.l.interdum.ff.de do.inter virum & vxo.& in Cle.j.de iureiur.& in tractatu,de dona.tamē in oblatione facta ecclesiæ,seu loco religioso vel pio[a], solūmodo reperio Ang.tenentem differentiam inter donationem vel oblationem non tenere , vt ipse concludit per multas rationes in disputatione sua,quæ incipit,in refulgēti.Sed contrariam sententiam tenuit Bar.in l.fi.C. de pac.& in auē.ingressi.C.de sac.san.eccle.& Bal.ibi qui apertissimè tenet talem donationē valere.& idem tenet Bal.in auē.si qua mulier. C.de sac.san.eccle.vbi est bonus tex.ad propositū nostrum,& probatur xix.q.fi.c.quia ingredientibus & c.si qua.ad qđ etiā allego quod no.xij.quæstione causa.j.c.dilectissimus.vbi probaē φ in primitiua ecclesia,christiani nihil ꝓprij retinebāt. Nā secundùm Iesu Christi redēptoris nostri consiliū.Qui vult perfectus fieri,debet omnia vendere & dare pauperibus. vnde cōclusio sit secūdū cōem omnium opi.quā ego semp fui secutus φ talis oblatio teneat,pro qua conclusione faciunt quæ statim dicam in iij.q.quæ subijcitur.& prædicta procedūt,quando qs simpliciter offert oīa bona præsentia & futura,& iura ,& actiones & nō adijceret,post mortem,hoc acto.&c. Sed si adijceret illa verba,videlicet post mortē hoc acto φ sit oblatiò inter viuos.quo casu esset maius dubium,iudicio meo,per ea quæ dicā j.eo.liber.xiij.ver.Sed quęro iuxta prędicta,maximè quia hoc casu non possumus dicere quòd in tali oblatione generali non veniunt ea quæ pars verisimiliter non obtulisset in specie,secūdùm quod dicam.j.in iij.q.Nam ex quo vult oblationem valere post mortem amodo nulla re indigebit:& ideo verisimiliter nullam rem videtur sibi reseruasse.& ideo videtur omnino auferre liberā testamenti factionem: quēadmodum hæreditas dari per actum inter viuos quòd fieri non potest, vt dicam.j.xiij libello principali.in dicto ver.Sed quæro iuxta prædicta. Multæ tamen rationes faciūt φ debeat valere,si fiat ecclesiæ,de quibus supra & in præcedenti libello.q.iiij.& v.

a ¶Hanc eādē opi. tenet Ang.in cōsil.clxxxj. incip. visis instris prędictis,de eorū valore.& Lu. & alex. in l.stipłatio hoc mō cōcepta.ff.de ver.ob. Lud.in repe.auē. similiter. C.ad l.fal.Pet. de Anc.in cōs.cxix. cōtrariam opi. vltra alle.hoc tenet Pau.quā multum cōmēdat in c.fi.in j.no.per illū tex. cū gl.de suc.ab intest.plenius in c. in pręsentia. ī iiij. & v.no.p illū tex. & gl.j.& ibidem Bal.in pe.col. extra de proba.

b ¶Facit deci. An. Are.ī §.itē seruiana.insti. de actio. vbi vult quod sub tacita hypotheca nō veniant instra sine quibus commode &c.

c ¶Vide Bart.in l. cū duobus.§.idē rñdit.ff. ꝓ socio. Pau.de cast.cōsil. xcix.incip.in ista donatione.

2 Circa secundam †Quæstionē quæro , quid si offerēs offert oēs res pręsentes & futuras,quo casu diximus in dicta oblatione, ex proprio significato venire iura & actiones , vt diximus in libello. viij.q.xj.Sol. patet ex superioribus. nam vt superius diximus in prin.Qualitercunq; verba concipianē,ita quòd videantur cōprehendi nō solùm bona præsentia & futura,sed etiam iura & actiones futuras,quæ dicta sunt superius in præcedēti quęstione, videntur vendicare sibi locum etiam in hac quæstione.

3 Circa tertiam Quæstionem quæro† vtrum tali oblatione veniunt omnia bona.Aduerte:quia licet fortè prima fronte hæc quæstio videtur tibi ridicula:quia s.in libello octauo in prin.dixi talem oblationem cōprehendere omnia bona,& omnia iura:tñ tu debes considerare,φ ibi ego locutus fui quātum ad vim cōprehensiuam respectu proprij significati verborum. Sed hic non quærimus de illa vi comprehensiua respectu significati verbi,sed respectu præsumptæ intentionis prædicti offerentis.nā prima fronte videē dicendum φ in tali oblatione omnium bonorum quæ fit absq; oblatione personæ , non veniunt ea quæ verisimiliter quis in specie non esset oblaturus, vt in l.obligatione generali. ff.de pig.vbi tex.dicit φ in oblatione generali non veniunt ea, quæ qs non esset in specie oblaturus. si ergo in oblatiōe pignoris,in qua versaē modicum præiudiciū,talia non veniunt: ergo multò minus in donatione,seu oblatiōe,in qua tractatur de maximo præiudicio.ar.l.fin.C.quæ res pig.ob.possunt iuncta.l.si ita quis.ff.de aur.& argē.le.& his quę dixi.s.in libello.viij.ver. quartò quæro &c.& sic[b] non videnē venire vestes, nec talia necessaria ad victum:& si est Doctor,non venirent libri:& si artifex,nō debent venire ministeria illius artis,vt tradiē in d.l.obli. generali.& melius in regula,in generali.de reg.iu.li.vj.quę loquitur per verbū,cōcessionis.& ibi per Io.An.& Dy.facit etiā l.j.C.quæ res pig.ob.possunt.facit etiā quod no.xvj.q.j.c. frater noster.& de pœ.& remis.c.si Eps.lib.vj.Item facit:quia verba generalia,seu generalis cōcessio restringēda est ad ciuilē modum:ne nimis perniciosa sit cōcedenti.ff.de seruit.l. si cui.ff. de testi.l.j.& de testibus.c.licet.el ij.& c.significauerunt.Itē restringunē ad ea quę cōmodè fieri possunt.ff.de ver.sig.l.nepos proculo.&hoc videē satis ęquū & iustum:& ista ratio cōcludit[c] vt valeat facta donatio etiā priuato,omniū bonorū,& iuriū præsentiū & futurorū:nisi talis oblatio fieret post mortē hoc acto, vt valeret,vt actus inter viuos,per ea quæ dixi superius in fin. primæ.quæstionis huius libelli.& hoc procedit,qñ fieret oblatio bonorum.sed si fieret oblatio sui & bonorū,secus esset dicēdum:quia ex quo transfert personā,fortius & bona , quęcūq; sunt accessoria ad personam.arg.l.in pecudū.ff.de vsu. & insti. de re.di.§.in pecudum.cū similibus, postquā sub tam generali & effuso sermone facta est oblatio omniū bonorū,& iurium.

4 Circa quartam Quęstionem quęro,† vtrū valeat oblatio personę facta ecclesię seculari,aut hospitali,vel alteri pio loco, absq; bonis.Sol. dicendū est φ sic.& ad decisionē quęstionis & solutionis, vide quę latius dixi s.libel.viij.q.xxij.Et si quęreretē ad quid teneretur iste oblatus.Rñdeo φ teneē obseruare illum modū viuēdi, de quo expressè cōuenit,si non sit licit[9].Si verò nihil expressè cōuenit:tūc teneē seruare illū modum viuendi quem alij similes oblati seruant:exercēdo pietatis opera:aut similia,secundū consue.illius loci.& hoc,qñ nihil esset expressum in ipsa oblatione.licet simpliciter quis obtulisset se,assumēdo habitū taliū oblatorum.per no.xxvj.q.ij.c.vt lex cōtinentię. & per ea quę dixi in d.q.xxij.& quia semper cōtractus in dubio intelligitur initus secundū cōsue.loci,& similiū cōtractuum:vt l.si fundus. §.in cōmissoria.ff.de lege cōm.& l.quod si nolit.§.qui assidua. ff.de ędil.edi.& l.fi.C.de fideius.& l.si prius.§.rectè.ff. de aqua plu.arc.& l.si quis reum.ff.de cust.reo.& in regula,In obscuris. cū sua materia.de re.iur.li.vj.Et secundū subiectā materiam in c.super eo.de of.dele.& in l.Imperatores.ff.de in diem addic.& c.sedes.de rescrip.& l.fi.C.de sen.& interlo.om.iudi.Nec ob.si diceres,φ quis non pōt locare operas suas in perpetuū ; quia induceretē quędam species seruitutis.vt no.in gl.in l.antiquitas. C.de vsuf.& probaē in l.post certi.& ibi gl.C.de lib.cau. quia illud procedit quò ad hoc,vt precisè compellaē seruire,sed cautiùs pōt quis se obligare,vt dicit Bal.in d.l.antiquitas,de quo per Dy.ibi in l.corruptionē.eo.ti.de quo latius dixi in ti.de locatione.¶Pręterea in terminis nostris valet:quia non simpliciter obligat se ad perpetuas operas,sed transfert personā suā: vt secundùm illam regulā & modum viuendi perpetuò viuat: & Deo

& Deo personam & seruitia sua offerat φ fieri pōt, vt tradit in d.c. vt lex cōtinētur. & per ea quæ dixi dicta xxij.q. Ad quod videnda sunt etiam quæ latè dixi in c.peruenit.de sen.exc.in ij. memb.prin.& in prin.ar.ver. Quintò dubitatur. vbi latè tractatur, vtrum tales oblati ecclesijs secularibus, gaudeāt priuilegio canonis, Si quis suadente.xvij.q.ij.

Circa quintam Quæstionē, vtrū valeat oblatio personæ & bonorū. & de viribus prædictæ oblationis. Sol. dicendum est φ valet. vt patet ex superioribus. & de viribus talis oblationis etiam satis colligi pōt ex superioribus quid tenendum sit. & ex his quæ dicta fuerunt in libello octauo.

¶ Libellus vndecimus.

¶ De vbiribus olationum prædictarum, quò ad præiudicium creditorum ipsorum offerentium.

SVMMARIVM

1 ☞ Offerens bona sua & non se, an creditoribus præiudicet.
2 Offerens se & non sua, qualiter creditoribus præiudicet.
3 Offerens se & sua, an præiudicet creditoribus.

VNdecimo Loco principali tractādum est de viribus oblationum prędictarū quò ad præiudiciū creditorum ipsorū offerentium, qui erant creditores tempore factæ oblationis: & habebant expressam bonorū hypothecā, vtrum per tales oblationes illis præiudicetur: & qualiter agere possint. Sol. vt hæc materia clarius habeatur, prosequar tres principales q.
¶ Prima, quando quis obtulit duntaxat bona sua sine se.
¶ Secunda, quando obtulit se sine bonis.
¶ Tertia, quando obtulit se & bona.

1 Primo †Igitur quæro, qn̄ quis obtulit bona dūtaxat & non se, vtrum talis oblatio præiudicet creditoribus anterioribus habentibus expressam hypothecā. Solu. dic φ qualitercūφ qs obtulerit bona sua, dūmodò talia bona sint obligata expressè creditoribus, clarum est φ hospitale, vel similis locus, à creditoribus prædictis pōt cōueniri hypotheca
a ria: facta [a] tn̄ discussione debitoris principalis: eo casu quo necessarium est discussionem facere, secundū formā.l. persecutione.& auc. hoc ita si debitor.C.de pig.& in auc. de fideiuss.§.neφ. Bona enim realiter obligata creditoribus à debitore alienata, transeunt cū onere suo, vt l.sicut.§.non ff.qui.mo.pig. vel hypo.sol.& in c.ex literis.de pig.& l.j.C. de preca. Nam res trāsit de persona in personam cū iuribus, cōditionibus, libertatibus, oneribus, emolumentis: & cæteris qualitatibus suis, vt l.via cōstitui.in §.quæcunφ.ff.de serui.rusti.predio.& l.ij.§.fi.cū l.seq. ff.si ser.ven.& l.si titio & Meuio.§.Iulianus. ad fi.ff. de lega.ij. & l.si ab eo.ff.de vsuf.leg.& l.ij.§.pro secundo.C.de cadu. tol. & l.pomponi⁹.§.cum quis.ff.de acqui.pos.& l.quæ religiosis. ff.de rei ven.& in iuribus quæ statim allegabo in sequen. li. vñ succedit regula φ qui prior est in tempore, potior est in iure: vt l.quatenus vtriusφ ca.ff.de reg.iur.& in regula, qui prior. de regulis iuris, lib.vj.cum sua materia.& l.si fundum.C. qui po. in pigno.habe.& l.potior.& l.creditor.& l.fi.eo.tit. Et hæc intellige, vbi de prioritate agentis contra ecclesiam vel hospitale, aut similem locū appareret: alias secus: quia existente re dubia, potior esset conditio ipsius possidentis.l.si fundū.§. si fundus.ff. de pig. Posset igitur creditor, cui prius fuisset obligata res quæ postea fuit oblata, agere hypothecaria contra ipsam ecclesiam, vel locum cui res oblata est: facta, vt dixi, excussiōe cōtra principalē debitorem: vel non facta excussione in casibus, in quibus non esset necessarium facere excussionē. de quibus latè diximus in tractatu excussionum. Et prædicta intellige, nisi res oblata esset effecta sacra: quia hoc casu, si esset res īanimata, vt vestis, vel quid simile: non posset intentari hypothecaria. quod probatur: quia maius ius habet dominus in re sua quàm creditor in re sibi obligata: quod patet ex potestate alienandi & distrahendi. Sed si res aliena offertur, & efficiatur sacra: pro tali re dominus non pōt agere rei vendi.xiiij.q.fi.c.cōperimus. Quin imò etiam si aliquis locus offerꝭ, vt fiat hospitale vel locus pius in vsus pauperū: & ita fuit authoritate Episcopi, si locus esset alienus non pōt vendicari, vt in c.cū ad hæc.de relig.do. & ratio est: quia quod semel Deo dedicatum est, ad humanos vsus amplius redire non pōt.xix.q.iij.c. quæ semel.de cōsec. distin. j.c.ligna.& c.vestimēta.ff.de relig.& sump.fune.l.si quis sepulturam.§.ij.xij.q.ij.c.nulli licet.& in regula quod semel Deo.de re.iur.li.vj. Ideo aūt dixi de re inanimata: quia non per oīa idē, quod est in re animata, vt puta, in seruo. nā si seruus oblatus nō est offerentis, sed alienus: licet ordinetur vt religioni deputetur: tamen seruus remanet, & domino restituendus est: si ignorāte domino fuit oblatus & ordinatus.l.di.c.frequen.s & c.seq. dūmodo talis seruus non sit ordinatus in subdyaconū, vel dyaconum: nam licet talis olim nihilò minus redigeretur in seruitutem: tamen hodie non redigitur: vt in c. miramur. de ser. ordi. Si verò ordinaretur in præsbyterū, si peculium habet, ī eo mulctabitur.l.di.c.ex antiquis. Si verò non habet, tenetur psallere domino horis canonicis: vt dicit c.frequens.in fi.& si renuat, deponi debet, vt c.nullus.de seruis non ordi.& debet ei dominus procurare. Si non renuit, concedere debet necessaria ad vitam, arbitrio iudicis, si potest si verò non potest, debet ordinator illi prouidere: qui minus cautè ordinauit.arti. xxiij.di.c. dyaconi. Tradit glo.xiiij.q.fi.c.comperimus.& c. hoc. de relig. domi.& Hostien.in summa in tit.de ser.non ordi.§.qualiter seruus. Patet igitur ex prædictis, quòd si seruus oblatus, ordinatus est ad ordines minores ignorāte domino, repeti pōt, sed intra ānum à tempore ordinationis, secundùm Hug. vel à tempore scientiæ, secundùm Gof. quem sequitur Hostien.ar.c.licet.de supp. negli.præla.& c.quia vniuersitatem.de cōcess.præben. & mihi placet, per ea quæ dixi in tit.de præsump. Restituitur ergo domino intra dictū tēpus.iiij.di.c.nulli.in fi.& c.ex antiquis.in fi. & de seruis non ordi.c.de seruorum. Sed res inanimata si sit effecta sacra, vel effecta locus religiosus vel pius authoritate Epi
a scopi, nō restituitur domino.& ideo bona ratio assignatur per gl.xiiij.q.fi.c.comperimus.& in c.ad hæc.de relig.do. quia cùm seruus sit res animata, anima rationali delinquit, permittēdo se ordinari.& ideo punitur in eo in quo deliquit: quia reuocatur in seruitutem, nisi promotus sit ad ordines sacros. simile.vij.q. j.Episcopus in diœcesi.facit etiā in simili l.pomponius.in prin. ff.de acqui.pos. Si ergo res ordinata vel consecrata, proprio domino restituitur: longè minus res obligata debet restitui creditori. Et tamen aduertendum, quòd si seruus alterius esset oblatus & ordinatus quòd licet qui scit, tamen talem ordinatū non possit illum repetere, cùm talis offerens & ordinator qui sciuerunt, tenentur domino dare duos seruos æquiualentes.liiij. di. c.si seruus absente. Quinimò tenetur etiam præsentator si sciuit, vt ibi, & si sunt soluendo omnes, tenentur. si verò vnus solus sit soluendo, ille solus tenetur. vt traditur in d.c.si seruus absente. Si verò neuter soluendo sit: talis seruus tenetur psallere domino, vt dictum fuit. Sed in re inanimata quæ oblata sit sacra, vel ad talem vsum destinata, quòd restitui non possit. tex. in d. c.comperimus. dicit quòd non debet precium dari. Et hoc procedit, nisi talis res oblata fuisset alterius ecclesiæ: quia tunc illi
b debet restitui: cùm alia ecclesia possit illā retinere ad sacros vsus xij.q.ij.c.apostolicos.xvij.q.iiij.c.quæstio.no.glo. in d.c.comperimus. [b] Et sic ex prædictis insurgit mihi notabile dubium respectu creditoris, si dominus ipsam rem alteri prius obligatam obtulit, vt sacra fieret, vel est effecta sacra. Vtrum creditor possit agere saltem ad precium, sicut verus dominus potest agere ad precium rei effectæ sacræ: & si esset seruus obligat⁹. vt idem dicamus quod de seruo alieno oblato & ordinato: & intelligo, facta scilicet excussione, & principali debitore non existente soluendo. quod dubium à maioribus nostris non meminitactum. Et quamuis in hoc possent fieri argumenta plurima quòd ecclesia vel locus pius non teneatur ad precium pro satisfactione debiti, tam ex rigore, quàm ex æquitate. contrarium arbitror. ne creditor facto alieno damnificetur, per regulam, non debet alteri. iuncta regula, id quod nostrum. de regu. iur.& quia res debet transire cum oneribus & qualitatibus suis, vt s. dixi. & quia sicut domino restituitur precium ratione dominij ita debet restitui creditori ratiōe crediti. Intelligo tamen quòd si res esset obligata pro minori quantitate, quàm valeret: teneatur ecclesia vel locus pius solùm vsφ ad solam quantitatem crediti, & si pro maiori, quàm esset valor rei, solùm teneatur vsφ ad verum valorem, & ad cōcurrentem quantitatē rei oblatæ, vt j. dicam. & vtroφ casu cautela est quòd ecclesia vel locus pius faciat sibi cedi actionem, secundùm ea quæ latè diximus in tit. de actionibus cessis & cessionarijs. Prædicta tamen procedunt, si modo res quæ offeruntur, nullo iure deberenꝭ ecclesiæ, secus si deberentur vt primitię, vel vt decimæ, vel etiam esset tanta necessitas, propter quā res quæ offertur est effecta cōis, secundū ea q̄ latius dicta sunt in primo & tertio libellis, & duobus sequētibus. Prædictis enim casibus ecclesia, vel locus pius, tanquam suum recipiens, non posset molestari. Et prædicta procedunt qualitercūφ offerēs offerat bona sua: siue offerat oīa bona pręsentia & futura: siue oīa bona pręsentia: siue certa bona, vel certas res pticulariter designatas, secundū oēs casus & modos de quibus diximus. s. in libello. vij. dummodò illa bona seu res es-

a ¶ Hæc declara secundū not. in l.fi. in prin.ff.si certū pe.& in l.decem. ff.de verb.obli.& in §. itē si quis in fraudem. insti.de act.& practicam Papiē. in forma libel.in actione hypotheca. in glo. in verbo, excep.excussionis.

b ¶ Quæ sit tacita hypotheca, & q̄ expressa, vide p Doc. in §. itē seruiana. insti. de ac. vbi latè per Ia. de hoc arti. quis prę ferat, an habēs tacitam, an express̄am. & differētias ponit, vbi etiam Ange.

sent expressè obligatæ prioribus creditoribus, vel speciali, vel generali obligatione.

2 Secundò principaliter Quæro† quando quis obtulit se & non sua, qualiter præiudicetur creditoribus habentibus expressam hypothecam. Solu. Aduertendum est: quia vt superius dixi libello. viij. q. xxij. Talis qui se offert ecclesiæ seculari, vel pio loco, non efficitur propriè religiosus: cùm non profiteatur tria substantialia regulæ. vt ibi diximus. Vnde cùm quæritur de viribus dictæ obligationis quò ad præiudicium creditorum prædictorum offerentium, qui habent expressam hypothecam: Breuiter dicendum est, ꝙ aut ipsi creditores volunt agere hypothecaria, aut personali. Primo casu, non est dubium ꝙ ecclesia vel pius locus non possunt conueniri sed solùm potest conueniri vel ipse oblatus, vel alius qui possident bona obligata: & quia, vt superius est expressum, hæc actio datur cōtra possessorem. & hoc procedit tam respectu bonorum quæsitorum ante oblationem, quàm etiam postea. si modo talia bona quærerentur oblato. Siverò ex forma vel constitutione regulari illius ecclesiæ, vel loci, bona quærerentur ecclesiæ vel loco pio. cùm talia bona nunquam fuissent in bonis oblati, non venirēt in hypotheca seu obligatione: quia solùm veniunt quæ quæruntur ipsi obligato: licet postea quęsita sint: secundùm formā l. fin. C. quę res pigno. ob. pos. Non est ergo dubium quòd hypothecaria non potest agi respectu bonorum quæsitorum ecclesiæ vel loco pio. Sed in alio non agi possit: & qualiter quærantur ex infra dicendis apparebit. Secundo verò casu, quando vellent agere personali actione dicendum est, vt statim dicemus. xiij. libello.

a ¶Quæ sit tacita hypotheca, et quę expressa, vide p Doc. i. §. itē seruiana. insti. de actio. vbi latè per Ias. de hoc art. qs pfe rat, an habens tacitam, an expressam. & differētias ponit ibi etiam Angel.

3 Tertiò principaliter † Quæro quando quis obtulit se et bona sua vtrum talis oblatio preiudicet creditoribus, qui tūc erāt, habentibus expressam hypothecam. Dicendum est respectu bonorum, quemadmodum dictum fuit. s. in. j. quæstione huius libelli. Respectu verò personæ dicendum est vt dixi in præcedenti. q.

Libellus duodecimus.

¶De viribus predictarum oblationum quò ad creditores ipsorum offerentium solùm habētes tacitam hypothecam in bonis offeren tis.

Vodecimo Principali loco tractandum est de viribus predictarum oblationum quò ad creditores ipsorum offerentium, qui erant creditores & habebant tacitam hypothecam in bonis ipsius offerentis. vtrum per tales oblationes pręiudicetur ipsis creditoribus, vel non: & qualiter agere possint. Solu. Ad istius quæstionis decisionem aduertendum est, quòd a regula l. quoties vtriusꝙ. ff. de regu. iuris. & regula, qui prior est in tempore. de regulis iuris. libro. vj. habet[a] locum non solùm in hypotheca expressa, sed etiam in tacita hypotheca. vnde sicut habens expressam hypothecam anteriorem præfertur oībus posterioribus creditorib⁹ habētibus tacitā vel expressam hypothecā: etiā habens tacitam hypothecā anteriorē regulariter præfertur posterioribus creditoribus, non solùm habentibus tacitam, sed etiam expressam, vt singu. not. Dyn. dicta regula, qui prior est in tempore per l. j. C. de rei vxo. actio. & ibi hoc etiam sentit gloss. pro qua etenim opin. allego text. in l. j. C. de precario. Nam tex. ibi loquitur de tacita hypotheca: & tamen text. ibi dicit, quòd transit res in alium cum onere suæ obligationis. facit etiam lex. vsuscapio. & l. res pignori. C. de remissio. & l. si debitor. C. de distractio. pignor. & l. j. in fine. C. de bitorem vendi. pigno. non debe. & l. debitorem. C. de pigno. & l. si quidem. C. de dona. inter vi. & vxo. & l. si prædium. C. de euictio. In qbus omnib⁹ simpliciter & distinctè dicitur, quòd alienatio, vel distractio facta, de re alteri obligata, non nocet creditori: sed transit cum onere suo. Cùm ergo prædicti tex. indistinctè loquantur de re alteri obligata: indistinctè sunt intelligendi, vt in l. de pretio. ff. de publi. xix. di. c. si Romanorum. cū alijs iuribus vulgatis. Et sic ex prędictis concluditur, quòd regulariter habens anteriorem hypothecam, etiam tacitam: præfertur omnibus creditoribus posterioribus habentibus etiam expressam hypothecam: etiam si sit fiscus, vt d. l. j. licet gl. dubitauerit in fisco in l. si pignus. ff. qui potio. in pigno. ha. Sed Dy. in d. regu. Qui prior est tempore. tenet hoc: quia pro hoc est text. expressus in d. l. j. & ibi sentit glo. & sentit gl. in l. res quæ. §. j. ff. de iure fisci. Ideò autem dixi regulariter: quia fallit in muliere, respectu etiam tacitæ hypothecæ posterioris, quam habet pro dote in bonis mariti per quem prefertur anterioribus creditoribus ex alia causa, quàm dotis: habentibus tamen solū tacitam hypothecam, vt ex tex. ī l. assiduis. C. qui potior. in pig. ha. Cùm igitur excepta tacita hypotheca pro dote, propter dotis priuilegium non sit differentia inter creditores habentes expressam, vel tacitam hypothecam quò ad prædictā materiam regulæ, Qui prior est in tempore Meritò in hoc nostro libello dicendū est in omnibus, & per omnia, prout dictum fuit in pręcedenti libello de creditoribus prioribus habentibus expressam hypothecam.

b ¶Adde tex. not. in l. actionū gñā in prī. ff. de actio. & obli. facit glo. no. in l. iij. in prī. ff. pro socio. & l. sticho. ff. de pe. gl. in l. si tertius. §. si quis prius. in verbo transibit. ff. de aqua plu. ar.

¶Libellus decimustertius.

¶De viribus oblationum quò ad præiudicium creditorū personalium

SVMMARIVM.

1 ☞Offerens bona & nō se, qualiter creditoribus anterioribus præiudicet, & qualiter eis subueniatur.

2 Oblatione facta sub nomine hæreditatis, qualiter creditoribus subueniatur.

3 Offerens se sine suis, an & qualiter pręiudicet creditoribus suis.

4 Offerens se & sua, an præiudicet creditoribus personalibus.

Ertiodecimo Principali loco tractandū est de viribus oblationum prædictarum quò ad creditores anteriores personales duntaxat ipsorū offerentium vtrum illis per huiusmodi oblationes pręiudicetur: & qualiter agere possint. qui ar. est magis difficilis, quā sint duo præcedentes. Pro ipsius tamen arti. clariori declaratione, prosequar tria memb. prin.

¶Primum, quando quis obtulit bona & non se.

¶Secundum, quando obtulit se & non bona.

¶Tertium, quando obtulit se & bona.

1 Primum autem †Membrum, quādo obtulit bona sua & non se, psequar secundùm varios modos offerendi, secundū quod dixi s. libello. viij. Arbitror igitur dicendum, quòd aut iste obtulit omnia bona sua præsentia & futura, iura & actiones præsentes & futuras: vel sub alia quacuꝙ forma, secundùm quam veniunt nō solùm præsentia, sed etiam futura, secundū ea quæ latius explicauimus. s. libello viij. Est tamen aduertendum, quòd cū bona alicuius intelligantur, deducto ære alieno, vt l. mulier bona. & l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure do. & l. ij. §. illud. ff. de colla. bono. & l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & l. fi. §. vbi autem. & l. Princeps bona. C. de bo. quæ lib. & l. subsignatus. §. bona. & l. Princeps bona. ff. de verb. sig. & l. ij. ff. de bo. pos. Ideo in prædictis casibus arbitror distinguendum, quòd aut ipsi creditores volunt cōueni re hospitale actione personali, tanquā successorem, & nō possunt: quoniam ille in quem fit vniuersalis translatio bonorum ex contractu, integro manente statu transferentis, non habetur loco hæredis, nec vt hæres cōueniri potest, vt d. l. mulier bona. §. ex asse. & hoc expressè tenet Bal. in auc. ingressi. C. de sacro san. eccle. & vbi etiam hoc idem videt sentire Bar. & expressè tenet Ioan. An. post Io. de lig. & sequitur do. Do. de sancto Gemi. in c. per exceptionem. de priuileg. lib. j. In fortioribus terminis, de quibus dicam in tertio casu, quādo obtulit se & bona. nec refragat prædictæ cōclusioni l. hæreditatem. ff. de dona. & l. j. & ij. ff. de hæredita. vel actio. ven. In quibus probatur ꝙ ille in quem proueniunt omnia bona, tenetur ad debita: quia illa iura loquuntur, quādo bona transferuntur sub nomine hæreditatis, quo casu, continent actiones actiuæ & passiuæ: cùm hæreditas sit nomē iuris, vt l. hæreditas. & l. nihil aliud. ff. de ver. sig. Quod quando, & qualiter fieri possit, statim subijciam. necob. l. ij. C. ad l. iul. de vi. vbi probatur, quòd ille in quem translata sunt bona alicuius, tenetur creditoribus, etiā personalibus: quia illa loquitur in casu quo mutatur status eius: & quo bona trāsferuntur, vt dicit Bal. in d. auc. ingressi. vel est speciale in fisco, secundùm quod no. Bal. in d. l. ij. Non ob. etiam. l. princeps bona. ff. de verbo. sig. quia illa vendicat sibi locum in dispositione Principis, quæ habetur pro. l. vt l. pe. C. de dona. inter virum & vxorem. & ita tenet Bal. in d. l. iij. C. ad l. iul. de vi. Non igitur possunt personales creditores hospitale, vel alium similem locum cōuenire actione personali, in qua coercenda est persona: vt in c. quoniam. ad fi. & c. tuæ. vt lit. nō conte. & l. j. §. hæres. ff. ad treb. b[b] Actio enim personalis non sequitur fundum, seu bona, secundùm personam. l. j. C. de condi. indeb. l. fi. in fi. de contrahen. emp. C. de act. & obli. l. cum insti. de fidei. hære. §. si quis bona. Si ergo viuit qui obtulit, debet primo conueniri: & si nō soluit, in contumaciam suam decernetur tenuta bonorum mobilium

bilium, si quam possideret: quibus deficientibus, concedetur tenuta bonorum immobilium: quibus non repertis, concedet tenuta nominũ debitorum, secundùm formam.l.à diuo pio.§. si super rebus ff.de re iu.& c.quoniam frequenter.§.fi.vt lit.nõ conte.ex quo sequitur quòd si hospitale occupasset omnia bona offerentis, mittetur actor in possessionẽ istius actionis, quæ competit tali offerenti contra hospitale, vel similem locum: ex quo comprehendit omnia bona, non habita ratione æris alieni quoniam illa pars rerum, seu bonorum, quam æs alienũ absorberet, reperiretur esse penes hospitale, vltra vires oblationis: & sic sine causa. vnde repeti potest ex æquitate.l.si me & Titium. ff.si cer.peta.per conditionem quæ oritur ex illa.l. per regulã, locupletari.de re.iu.li.vj.& l.nam & natura.ff.de condi.indebi. vel per condictionem sine causa, vel per condictionem indebiti, vt in toto titu.ff.de condi.sine causa.& de condi.indeb. Talis enim actio competens ipsi offerenti cõtra dictum hospitale, assignabitur dictis creditoribus in contumaciam rei non soluentis: & in defectum mobilium & immobiliũ.& tandẽ per ipsos creditores intentari poterit contra ipsum hospitale vel similẽ locum.& idem arbitror dicendum mortuo ipso offerẽte: quia possent conueniri hæredes, vel si qui vellent pro hæredibus respondere. quibus contumacibus, similis ordo seruandus esset, de quo in præcedentibus. Aduertendum est ergo in modo agẽdi: ne fortè patefacti creditores in modo agendi, succumberẽt. & idem arbitror per omnia dicendum, si offerens offert omnia bona sua simpliciter. Si modò post oblationem prędictam alia bona non acquisiuisset, quæ ipse possideret: ẽ ex quibus dictis creditoribus personalibus satisfieri posset: cùm bona etiam tũc intelligantur, deducto ære alieno, vt in iuribus s. alle. Ideo autẽ dixi, nisi postea acquisiuisset: quia vt superius diximus libello. viij.q.iiij.& v. In tali oblatione nõ veniunt bona futura: & ideo si talis offerens post oblationem acquisiuisset alia bona: nulla fieret immissio contra ipsum contumacem. Si tamen talia bona postea quæsita non superessent: vel nulla postea acquisiuisset: esset agendum contra hospitale, prout superius est expressum: quia bona intelliguntur, deducto ære alieno, vt superius fuit ostensum. Et idem etiam dicendum est, si offerens obtulit omnia bona præsentia: quia expressio eorũ quæ tacitè insunt, nihil operatur: vt l.iij.ff.de leg.j.& superius diximus in dicto libello viij.q.iiij.in fi. Nam & hoc casu, intelliguntur bona, deducto ære alieno, vt superius est declaratum. Sit ergo conclusio, ꝙ in omnibus casibus in quibus oblatio fit sub tali conceptione verborum, ꝙ intelligatur facta, deducto ære alieno. seruãda est distinctio & forma prædicta.

2 Sed quæro †Iuxta prædicta, quid si offerens fecerit oblationem non per verbum, bonorũ. sed per verbum, hereditatis, qualiter subueniatur creditoribus. Sol. hic aduertendum est quòd aut talis offerens fecit oblationem de omnibus bonis proprijs sub nomine hæreditatis propriæ, aut sub nomine hæreditatis alterius, quę ad eũ delata erat. Primo casu aduertendum est, quòd talis oblatio non videt valere: quia hæreditas alicuius non potest per ipsum donari donatione inter viuos.l.hæreditas.C.de pac.conuen. vbi non valet pactum quando vice testamenti bona in aliquem transferũtur post mortem. Et per illum tex. dicit Bar.in l.fi.C.de pac.& l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obli.quem communiter omnes Doc. sequuntur quòd si quis donat hæreditatem, & sic per actum inter viuos: talis donatio nullius est valoris: vt l.cùm donationis.C.de transac.quia hæreditas solo testamento conferri potest: vt l.hæreditatem.C.de codicil. Item ꝓbatur, quia speciale est in militibus, vt proprias hæreditates pactionibus conferre valeãt.l.licet.C.de pact.de cuius l.intellectu plenè per Ioan.de Imo.in l.ille autem institutiones.ff.de hæredi.instit. Si ergo speciale est in militibus: ergo in contrarium est ius commune: vt l.j.in fi.ff.ad munici.cum alijs iuribus vulgatis. Accedat[a] etiam ad predicta: quia ex quo per tale pactum, seu talem oblationem auferretur libera testamenti factio ei, qui remanet in seculo: meritò non tenet, vt l.stipulatio hoc modo cõcepta. ff.de ver.oblig.& l.cum duobus.§.idem.ver.si societatem.ff. ꝓ socio. Et hac ratione Doctores communiter concludunt, quòd si faciens testamentum addit clausulam, ꝙ si cõtingat eũ reuocare, ex tunc donat: ꝙ nõ valet, tradit Bar.in d.l. stipulatio hoc modo cõcepta.& Bal.in l.sancimus.C.de testa.& l.ex testamẽto.C.de fideiuss.& in c.j.de feudo dato in vicem legis cõmissoriæ. Ad idem etiã facit quod tradit Io.de Imo.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.vbi dicit, quòd si qs donat oĩa bona post mortem hoc pacto, quòd sit donatio inter viuos: ꝙ nõ valebit, licet aliter nulla sit facta adiectio de futuris: quia ex quo dispositio est vniuersalis & collata in tempus mortis: videtur facta vice testamenti, per præalle.l.hæreditas.C.de pac.conuen. vbi noster casus.& hæc conclusio mihi placet.& ita aliàs ego consului. Vnde fit cõclusio, ꝙ non possunt bona offerri per viã hęreditatis, offerente remanente in seculo. Non obstant prędictis ea quæ dixi s.e.libello decimo, vbi conclusi valere donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, factam ecclesię: quia respondeo ꝙ ibi voluit transferre bona per viam contractus: ꝙ est prohibitum, nec est repugnãs actui qui gerit, hic verò vult transferre hæreditatẽ per viam cõtractus qui repugnat actui qui geritur, vt patet ex supradictis. Secundo casu, quando sub nomine hęreditatis alterius quis facit oblationem hęreditatis alterius quæ ad eum peruenit. Dicendum est ꝙ aut isti sunt creditores ipsius offerentis proprij.& non est dubium ꝙ hospitale nullo modo potest cõueniri, vt de se manifestè patet. Aut sunt creditores illius hæreditatis. & non est dubium ꝙ hospitale, cui oblata est talis hæreditas, tenet illis satisfacere, vt in l.hęreditatem.ff.de do.hereditas enim est nomẽ iuris: & cõtinet in se actiones actiuas & passiuas: vt l.hereditas.& lege, nihil aliud. ff.de ver.sig.nam eo ipso ꝙ offertur hæreditas: tacitè videt agi ꝙ donatarius satisfaciat creditoribus: quia vt dixi, hæreditas intelligitur cum oneribꝰ & emolumentis. facit quod no.in l.si qs seruum.§.fi.cũ l.seq.de leg.ij. Est tamẽ aduertendũ, ꝙ si hospitale, vel alius locus pius, cui huiusmodi oblatio facta esset, nollet sponte ipsis creditoribus satisfacere: non possit hospitale vel alius locus pius conueniri: vt in l.ij.in l.fi.C. de hæredi. vel act.vend.& l.ij.C.de pac.nec precisè cõpelli ad soluendũ ipsis creditoribus: etiã si expressè cõuenisset cũ ipso hospitali de satisfaciendo ipsis creditoribus: cùm hospitale teneat ad factum & sic succedit oblatio ad interesse: vt l.stipulationes nõ diuidũtur.§.Celsus.ff.de ver.obli.& l.si quis ab alio.in fi.de re iud. vnde causatiuè cogetur hospitale, ne teneatur ad interesse, vel per actum præscriptis verbis, vt l.hæreditatem.in fi.ff. de dona.de cuius.l.intellectu ibi per gl.Bar.& Doc.vel etiam ex stipulatu, si stipulatio intercessit: vel etiam ad pœnam si pœna promissa a est, si promissa non adimplerẽtur: vt insti.de ver.obli.§.fi. Est[b] tamen aduertendum, ꝙ licet hospitale non possit cõueniri, sed offerens. Si tamen hospitale conuentum sponte susciperet iudicium, tenetur vtilibus actionibus: nec posset amplius offerẽs conueniri: quia liberat ope exceptionis.& hoc contingit vi taciti pacti.& iste est tex.singularis in l.ij.C.de pac. Notandũ tamen ꝙ si esset fiscus qui offerret dictam hæreditatem hospitali: hospitale tunc deberet conueniri à creditoribus, vt l.j.C. de hæredi.vel act.vendi. Est etiã notandum, quòd si hospitale nollet soluere creditoribus, nec subire iudicium propter qđ ipse offerens conueniretur, & condemnatus solueret aliquid, etiã indebitè: illud repetere potest ab hospitali, vt l.ij.§.solet.ff.de hær. vel act.vendi. quamuis fortè si scienter & sponte solueret, non posset repetere, vt ibi not. Et ad istam materiam videnda sunt quæ latius explicauimus in tit.de hæredi.vel act.vẽd. Sed quoniam superius diximus de oblatione facta sub tali cõceptu verborum, quod intelligit, deducto ære alieno. Quæro nunc, quid si oblatio fuerit facta sub tali conceptione verborum, propter quam nõ intelligatur fieri, deducto ære alieno: puta, si dixerit. Offero omnia mea bona mobilia & immobilia. quo casu, non veniunt etiam futura: nec iura & actiones, vt s. diximus libello viij.q.vj. Vel etiam si dixerit: Offero omnia bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, vt ibi dictum fuit. Et in prædictis b casibus: quia non intelliguntur talia bona oblata esse, deducto ære alieno. Arbitror aliter dicundum, quàm dixerim in superioribus. Distinguo igitur, quòd aut dictus offerens habet alia bona vel iura, præter ea quæ oblata sunt: quibus valet creditoribus satisfacere, aut non. Primo casu, dico ecclesiam vel hospitale à creditoribus offerentis conueniri non posse aliquo modo: quoniam personalis actio non sequitur fundum, imò personã: vt supra dictum fuit.& hoc tenent Doct.in aut. ingressi.C. de sacrosanc.eccle.& tenet glo.in casu fortiori in l. si peculium.§. sed si dominus.ff.de pec.lega. Aut enim ipse offerens, vel eius hæres à creditoribus cõuentus satisfaciet: & nõ est vlterius querendum. Aut non: & tunc in contumaciam non soluentis concedetur tenuta bonorum & iurium, secũdùm formã traditam à iure superius expressam. Secundo verò casu, quando nõ haberet bona, aut alia iura quibus offerens posset creditoribus satisfacere, Doc. etiam eò, ꝙ indistinctè loquunt, ꝙ ecclesia vel hospitale non tenetur talibus creditoribus personalibus: videtur hoc casu idem cõcludere quod in superiori casu proximo. Ego verò arbitror aliter dicendum fore videlicet, quòd aut ipsi creditores volunt conuenire hospitale, vel ecclesiam, cui facta est oblatio, directa actione personali, & nõ possunt: quia vt sępius dictum est, personalis actio non sequitur fundum.& hoc casu procedat cõclusio Doctorum in d.aut. ingressi. Aut ipsi creditores volunt intentare reuocatoriam: quia dicunt dicta bona

a ¶Hæc ratio tolli põt per vnũ, ꝙ ẽt q nihil habet, potest testari. l. si is qui soluẽdo non erat.ff.de hære. insti. Item quia qui donat bona præsentia & futura, aliqd semp dicit habere.l. obligatione gñali cũ.l. se.ff. de pig. facit l.fi.de C. de reuo. donat.per q̃ fundamẽta reddit dubia Doc.Bar.in l. fi.C.de pac.ꝙ donatio omniũ bonorũ inter viuos non valeat: quia tollit liberã testãdi facultatem.

b ¶Ad hanc materiã vide pulchrũ cõsiliũ Pe.de Ancha.in cõsi.v. qđ incipit, ꝓ parte N.viri do.Roberti Mauroceni veneti. vbi q̃rit an qñ paupes Christi instituti, cedũt aut vendunt hæreditatem: an emptor possit conueniri.

alienata in fraudem.& isto casu, subdistinguendum est, ꝙ aut hospitale vel similis locus, talem obligationem recipit ex causa lucratiua, aut ex causa onerosa.[a] Primo casu, tenetur satisfacere creditoribus vsq; ad concurrentem rei valorem: quoniã talia bona præsumit lex fore alienata in fraudem creditorũ. vnde fit reuocatio, seu tenetur hospitale: quatenus bona alienata sufficiunt, vt in l.si quis cum haberet.ff. de his quæ in frau. cre. & quasi per totũ.& in l.ignoti.C.de reuocan.his quæ in frau.cre. & quasi per totum. Est tamen aduertendum: quia posset circa prædicta dubitari. Quid si res oblata ex causa lucratiua esset effecta sacra: vtrum hospitale vel similis locus teneat.& arbitror quòd non: nisi hospitale participasset de fraude, per ea quæ.s. dicta fuerunt lib.xj. Si verò hospitale vel similis locus, non ex causa lucratiua, sed ex causa onerosa oblationẽ recepit. Exemplum, si aliquid dedit in recompensationem rei oblatæ: vel promisit se daturum aliquid annuum, vt facere consueuit. subdistinguendum est, quòd aut hospitale non participauit de fraude: licet alienans fuerit in fraudem, tamen quia dolus ipsius nõ debet hospitali nocere: non tenetur hospitale: vt in d.l.ignoti. & in d.§.hoc edictum.neq; in dubio præsumitur hospitale de fraude participare, vt in iuribus.s.alleg.& in l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba. Posset tamen hoc casu attentari.licet Doct.non tangant quòd hoc procedit, si modo causa onerosa esset compensabilis & conformis oblationi celebratæ: secus si non esset compensabilis: vtputa si pro magna oblatione aliquid paruũ hospitale concederet, vel se daturum annuatim obligaret. arg. no.in aut.vnde si parens.C.de inoffi.testa.& l.si nunquã.C. de reuo.dona.nam ex qualitate negotij, & ex circunstantijs præsumeretur in fraudem facta, & in fraudem recepta. faciunt no. in c.ij.de pœ.lib.vj.& in l.qui dolum.C.de proba.& in l.quoties.§.qui dolo.de proba.cũ si. Et prædicta omnia in prædictis casibus decisa & distincta, habent locum: & multò fortius si facta esset oblatio bonorum mobilium tantũ: vel bonorũ immobilium tantũ: vel bonorum quorundam particulariter, vel singulariter designatorum: & vbicũq; facta sit per verbũ, bonorũ.adiuncta tali qualitate, quòd non intelligant, deducto ęre alieno. Si verò oblationem facit per verbũ, rerum. tunc si obtulit omnes res præsentes & futuras, veniunt iura & actiones, vt dictum fuit s.lib.viij.q.xj. Si verò obtulit res simpliciter, nõ intelligit nisi de præsentibus. dixi s.lib.viij.q.xij. Ista[b] enim est regula, vt ibi dixi, quòd vbicũq; tractatur de translatione dominij, publicatione bonorũ, vel eorum quæ sunt grauis præiudicij, nunquã veniunt bona futura: nec res postea acquisitæ probatur in l.si tibi mandauero.§.is cuius.ff.man.& in c.fœlicis.de pœnis.li.vj. Venirent tamen iura & actiones præsentes, seu pręsentia, per d.l.rei appellatione. Si verò dixisset, res mobiles & immobiles, pręsentes & futuras non venirent iura & actiones. & idem si dixisset, res omnes mobiles & immobiles, quo casu non venirent postea quæsitæ: nec venirent iura & actiones, vt no.Spec.in tit.de fruc.& interesse.§.j.ver.item quærit.& in tit. de ces.actio.in §.j.ver.sed nunquid.& l.Caius.in prin.ff.de leg. ij.& in l.quam tuberonis.§.in peculio.ff.de pecu.& Bald. in c. sciendum.de feu.cog.in vsi.feu.vel si dixisset, res mobiles tantùm: vel res omnes immobiles tantùm: vel res quasdam particulariter designatas. Et in prædictis omnibus casibus, quando offerens locutus fuit per verbum, rerum dicendũ est cùm quæritur, an hospitale creditoribus teneat in omnibꝰ & per omnia prout dictum fuit s.in oblationibus factis propter verbũ, bonorum mobilium & immobiliũ: vel mobiliũ tantùm: vel immobilium tantùm: vel bonorum particulariter designatorum. An sit locus Pauliana, seu reuocatoria, vel non sit locus, & qualiter, & inquãtum, vt plenè superius explicaui.

3 Circa secundùm †Principale membrũ, quãdo quis offert se sine suis, quod fieri potest, vt latius diximus.s.li.viij.q.xxij. Dicendum arbitror ꝙ hospitale, vel alius locus pius non tenetur de debitis contractis ante oblationem, sed debet ipse offerens, cum bona retinuerit, & velle & nolle non amiserit, vt traditur. xxvij. q.ij.c.vt lex continentiæ. tenetur ergo ipse satisfacere: vt ibi colligitur: & probatur ex no.per Ioan.And.in c.per exemptionẽ de priuile.lib.vj.& per no.Ioan.And.Inno.in c.j. de oblig. ad ra.& in aut.causa quæ fit cum monacho.C. de sacrosan. eccle. Et adde ad prædicta quę dicam in libro sequen.in ij.membro.

4 Circa tertium †Membrum principale, quãdo obtulit se & sua, vtrum fiat præiudicium creditoribus personalibus, pro solutione arbitror cõiungenda quæ dicta sunt in j. membro respectu bonorum.& in ij.membro, respectu personæ. & hoc indubitanter dicendũ est, quòd quando oblatio non esset facta vniuersaliter de omnibus bonis præsentibus & futuris, iuribus & actionibus, sed quãdo esset vniuersaliter facta oblatio, ita quòd etiam iura & actiones etiam futuræ venirent in tali oblatione, quamuis fortè de iuris rigore dictum hospitale non posset conueniri, nisi eo modo & forma de quibus.s. dixi in primo membro: quia status istius oblati nõ est omnino mutatus: sicut si obtulisset se alicui regulæ approbatæ, in quo faceret professionem: tamen ex quadam ęquitate videtur hospitale vel talis cõueniri posse vt vniuersalis successor: cùm status talis oblati sit aliqualiter mutatus. faciunt no.per Bar.in aut.ingressi.C.de sacrosan.eccle.& no.in l.ij.C.ad l.iul.de vi pu.no.per Io.And.& d.Do.post Io. de lig. in c.per exemptionem de priui.

a ¶Quæ sit rõ quare quis teneat reuocatoria ex causa lucratiua, & nõ ex causa onerosa, vide Doc.in §. itẽ si quis in fraudem circa gl.j. insti.de actio.

b ¶Adde gl.in l.nõ ad ea.ff.de condi.& demon. quam dicit esse no.Iaso. in l.fi.in princi.in pe.col. circa medium.ff.si cer. pe. adde l.quoties in fi.& ibi gl.& Io. de Imol.ff. de noua.Bal.in l. fin.C. de cõtrahẽ. emp. Bal.ĩ l.j.C.de bo. quæ libe.Bal.in l. iij.C.ad leg.falci.

c ¶Adde gl.Ioan. fabri.& latè Nic. de Neap. in §.itẽ si qs in fraudẽ insti.de act. Bald.in aut.sed iam necesse.C.de don.ante nuptias. Sal.post Bal.in l.si qs post hoc.C.ꝗ bo. pos. Bal.ĩ l.res quę.C. de dona.inter virum & vxo.

¶Libellus decimusquartus.

¶De effectibus oblationum respectu præiudicij creditorum, qui superuenerunt post factam oblationem.

SVMMARIVM.

1 Hospitale non potest conueniri pro bonis, sine persona sibi oblatis.

2 Hospitale an possit cõueniri pro pſona sibi oblata, sine bonis.

QVartodecimo Principali articulo tractãdum est de effectibus oblationis, respectu præiudicij creditorum, qui superuenerunt post factam oblationem. Circa quem arti.arbitror distinguenda tria membra.

¶Primum, quando obtulit bona duntaxat.

¶Secundum, quando obtulit se, & non bona.

¶Tertium, quando obtulit se & bona.

1 Quò Ad j.dicendum est † ꝙ hospitale non põt aliquo modo conueniri, nõ solùm si essent creditores personales, sed etiam si haberent tacitam vel expressam hypothecam: quia cùm bona oblata tempore oblationis nulli essent obnoxia, transiuerunt sine aliquo onere: nec potuit offerẽs postea facto suo pręiudicare hospitali, per regulam, id quod nostrum. & regulam, non debet alteri.de reg.iur.& hoc est de se manifestum ꝙ[c] tamẽ fortè limitandũ est, nisi præsumat facta oblatio ratione delicti cõmittendi, seu post delictum cõmissum: ne fortè bona publicarentur, secundùm tradita per Doc. in l.post contractum.ff.de dona.& secundũ ibi tradita regulandus esset iste casus.

2 Quò Ad ij.membrum† qñ obtulit solùm se & non bona, dicẽdum est ꝙ hospitale, ecclesia, vel alius locus pius, cui facta est talis oblatio, non põt conueniri: si modo talis oblatus fecit contrarium nomine suo proprio ad propriam vtilitatem: nec bona sua aliquo modo deuenerũt ad ipsum hospitale: nec aliquid versum est in vtilitatẽ ipsius hospitalis: quia debitum non solùm oblati, sed nec Prælati obligat ecclesiam.c. j.de depos.xvj.q.vj.c.si Episcopum.& in c.nõ licet. & in reg. delictum personæ.de re.iur.li.vj.debet igit ipse offerens cõueniri: & ipse tenet satisfacere.ideo aũt dixi, si cõtractum fecit nomine proprio: quia secus si noĩe hospitalis: habens à dicto hospitali mandatũ, vel id fecit rõne alicuius officij, quod habet ab ipso loco: quia tunc vigore mandati vel officij posset obligare dictum hospitale, vt tradit per glo.in c. de depo. Exemplũ in hospitali nostro sanctę Mariæ de la scala, in quo cõstituuntur Camerarius & Peregrinarius, quorũ alter recipit deposita indigenarum: alter deposita peregrinorum: nam si tales recipiunt deposita iuxta officium eis deputatum, ecclesia vel hospitale obligatur: aliàs secus nisi aliquid fuerit creditum ipsi oblato de consensu Prælati, seu rectoris & capituli, quo casu, ecclesia teneretur, etiam si nihil lucri reciperet, secundùm do.Ant.& zab.in d.c.j.de depo.per illum tex.& per c.quod quibusdam.de fideiuss. Inn.tamen.in c.j.videt sentire cõtrarium dicens, ꝙ licet fiat depositum in præsentia Prælati & capituli, nõ tenetur ecclesia: nisi aliquod lucrũ ecclesia sit inde sequuta.alleg.l.dicet.§.si filiꝰ. ff.de pecu.quod dictum dicit Ab.sic non ponderatum à Doc. & quòd videt sibi satis nota.nam quòd ecclesia recipit aliquod lucrum, potest dici contractus initus gratia vtriusq;: meritò ecclesia obligari debet, sicut in alijs contractibus. Sed quando fit gratia deponentis: tunc non occurrit ratio, quare ecclesia debeat teneri: saltem cùm sit præueniendum, ad distinctionem rerum immobilium, vel mobilium pretiosarum ex cõtractu Prælati & capituli, non inito ad vtilitatem ecclesiæ, contra.c.sine exceptione.xij.q.ij.& contra rationem.l.præses.C. de transac.& ad d.c.j.de depo.potest responderi, quòd ibi non compellebatur ecclesia, sed canonici, qui poterant compelli ex reditibus eorum

eorum.argu.d.c.j.in fi. quod dictum est satis mirabile. Ex quo ego infero, quòd si contractus fieret gratia solius contrahentis cum ecclesia, non videretur sufficere quòd accesserit consensus Prælati & capituli: nec videretur sufficere quòd per capitulum & Prælatum aliquis esset constitutus officialis, seu procurator ad tales contractus. & sic licet aliquis esset deputatus procurator, vel officialis ad suscipienda deposita, prout fit in hospitali prædicto sanctę Mariæ: ecclesia non obligaretur, si depositum solummodò fieret gratia deponentis tantũ: cuius contrarium tenent communiter Docto. in d.c.j. quod dictum videtur mihi magis ęquum & rationabile: si talis officialis vel procurator sit factus cum solẽnitatibus opportunis. Redeundo igit̃ ad ipsos oblatos dicendum est, quòd ecclesia vel hospitale, vel similis locus obligatur ex cõtractu ipsius oblati: altero ex his interueniẽte: vel quòd sit constitutus ꝓcurator, vel officialis ad illud: vel accesserit consensus prælati & capituli, vel fuerit versum in vtilitatem ecclesiæ seu hospitalis: & quatenus fuit versum in vtilitatem ecclesiæ, vel hospitalis, vt traditur à Doc. in d.c.j.

QUÒ Ad iij. membrum, quando obtulit se & bona sua, Satis clara potest colligi conclusio ex his quę dicta fuerunt in duobus præcedentibus mẽb. nam respectu bonorũ dicẽdum est vt in primo membro: respectu personæ, dicendũ est vt in secundo membro.

¶ Libellus decimusquintus.

¶ De effectibus oblationum respectu præiudicij aliorum, qui non sunt creditores.

SVMMARIVM

1 ☞ Oblatio facta à patre, an præiudicet viuentibus filijs.
2 Filij non agent contra hospitale, cùm pater non omnia bona sua obtulit.
3 Oblatio, an præiudicet filijs futuris.

QVintodecimo Principali libello tractandum est de effectibus ipsarum oblationum respectu præiudicij aliorum, qui non sunt veri creditores, sed possunt prætẽdere aliquod ius respectu rerum oblatarum. Exemplum in eo qui offert bona sua, & habet filios.

¶ Circa quem arti. potest primò dubitari, vtrum talis oblatio valeat in præiudicium filiorum. Et hanc materiam diuido principaliter in duo membra. Primum erit respectu filiorum qui viuunt tempore factæ oblationis. Secundum, de filijs qui post factam oblationem sunt suscepti.

1 Circa primum Membrum quò quærit̃ † vtrũ oblatio facta per parentes habentes filios, præiudicet ipsis filijs viuentibus tempore oblationis Sol. si nos loqueremur de donatione quæ fieret alicui priuato, vel in causam non piam q. prædicta haberet solùm dubitationem inofficiosæ donationis. Verum quia nos loquimur in oblatione quæ fit Deo vel ecclesiæ, hospitali vel loco pio, aut in piam causam, oritur primò dubium, vtrũ propter hanc qualitatem filius excludatur à querela inofficiosæ donationis. In[a] quo dubio omissis opi. sequendo communem opi. dico quòd causa pia non operatur, quòd filius sine causa possit exhæredari, & priuari sua legitima, secundùm no. per Bar. in l.j.C. de sac. eccle. qui enim vult filium exhæredare, & ecclesiam instituere, alium quærat quàm Aug. xvij.q.iiij.c. quicunq;. & pro hoc etiã facit tex. bo. in l. si quis ad declinandam. C. de Epi. & cle. q vult quòd pietas filiorum excedat pietatem loci pij. faciunt etiam no. per Egy. Hosti. Io. And. & Ab. sicu. in c. fi. de post. vbi volunt, quòd quis sit magis obligatus coniunctis, maximè filijs, quàm ecclesiæ: etiam si ab illa recipit beneficium. Ad quod faciunt quæ dixi in tractatu de postu. §. iij. Et pro prædicta conclusione facit optimus tex. xiij.q.ij.c. si quis irascit̃. faciunt etiã no. per Bal. in aut̃. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. Et ad hoc etiã videnda sunt quæ latius dixi in ti. de exhær. li. Posita igitur hac conclusione, quòd filius propter piam causam non possit priuari legitima quò ad decisionem. q. Si pater offert bona sua ecclesiæ vel hospitali, aut alteri pio loco. An præiudicet filijs iam susceptis: & quando, & inquantum, distinguendum est, quòd aut pater obtulit omnia bona sua: aut partem bonorũ. Primo casu, aut obtulit gratis, & sine aliqua remuneratione, vel onere: aut recipit oblationem ex aliqua causa onerosa. Primo casu, quando obtulit gratis, dicendum est quòd filius potest agere querela inofficiosæ donationis, vsq; ad reuocationem legitimę C. de inof. do. per to. tit. & latè in l.j.C. si quid in frau. pa. & tradunt Doct. maximè Bald. in l.j.C. de inoffi. do. vbi singu. dicit, quòd hoc procedit etiam si filij sint heredes patris: quia ex quo istud reperitur inof. factum, & sic quodammodo in fraudem: non potest obijci quòd sint hæredes eius, qui donauit. & sic cõtra factum defuncti non posse venire. per l. regulã. l. cùm à matre. C. de rei vendi. quia hoc est propria actio filij, q uę tendit ad rescindendam patris fraudem. facit l.j.§.j.ff. si quid in fraudem pa. Nec obst. filio iuramentum paternum: quoniam iuramentum ex parte iurantis, est personale: vt in ca. veritatis. de do. & contu. nec etiam filius, quamuis hæres, incideret in pœnam per patrem commissam, si contra fieret, vt no. glo. in l. si patronum. §. si patronum. ff. si quid in frau. pa. vbi vult, quòd quando lex rescindit principalem alienationem, rescindit etiam pœnalem, quæ est accessoria. argumen. l. cùm principalis. ff. de regu. iur. & sic idem in iuramento quod est accessorium ad contractum, vt in l. fi. C. de non nu. pecu. facit etiam: quia licet contractus nullus quandoq; firmetur iuramento, vt in c. cùm contingat. & ibi latissimè per Ioan. de Imo. de iureiuran. & c. quamuis. de pac. lib. vj. & c. licet mulieres. de iureiuran. lib. vj. & per Barto. latè
b in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.[b] non tamen firmat in præiudicium tertij, vt no. d.c. quàmuis. & probatur: quia res inter alios acta & c.c. penul. de re iud. & in rub. & in. C. res inter ali. ac. facit quod no. in fi. §. filius autem. C. de bo. quæ lib. & tradit Ioã. de Imo. in d.c. cùm contingat. de iureiurã. Secundo casu, quando oblatio non fuit facta ex mera liberalitate, sed fortè quia ecclesia vel hospitale in recompensationem dedit aliquam eius[a] possesionem, ad vitam offerentis, longè fortè maioris valoris, quàm id quod offertur, vt quotidie contingit, vel promittit dare aliquid annuum, donec offerens viuit. & hoc casu, si ex his fructibus, vel annuis reditibus: tantum superest, quòd sufficiat ad legitimam filiorum: res est clara. Si verò omnia dilapidasset, arbitror distinguendum, quòd aut id quod hospitale dedit offerenti in recompensationis, erat æquiualens & correspondens bonis oblatis: & hoc casu, ecclesia vel hospitale ad nihil tenetur. facit quod no. glo. in lege prima. C. de inoffic. do. & sentit Barto. post Dy. in l. hæreditarium. ff. de bo. author. iudi. pos. nec potest dici quòd non potuerit pater hæc facere. cùm rei suæ & c, vt l. in re man. C. man. nec est aliquid imputandum eccle. vel hospitali, ex quo dignam tribuit compensationẽ. facit l. nemo prædo. ff. de regu. iur. videtur enim tantundem ab hospitali vel ecclesia abesse, quantum dedit in recõpensationem. argu. l. planè. §. quòd si rememissem. & l. apud iulia. §. si Titius. & l. non amplius. ff. de leg. j. iuncta. l. quia qui pretio. ff. de vsuf. b
Si verò quod traditur ab ecclesia vel hospitali ipsi offerenti, nõ est æquiualens: arbitror aduertendum, vtrum quod traditum est ascendat ad legitimam filiorum, habita recta compensatione omnium hincinde, & eorum quæ traduntur: & fructuum qui recipiuntur ex rebus oblatis. & hoc casu, arbitror hospitale vel similem locum non teneri. argu. eorum quæ statim dicam in seq. casu. aliàs hospitale tenetur. arg. eorum quæ superius dicta sunt.

2 Secundò †Casu principali, quando non obtulit omnia bona, dicendum est quòd filij nõ possunt agere contra hospitale, vel ecclesiam ad reuocandum totum, sed possunt agere duntaxat ad supplementum, quatenus eis deficit ad legitimam, vt d. l j. C. de inofficio. donatio. & ibi glo. opti. & Docto. & fuit sententia Bald. ibidem. & probatur in plurimis. ll. huius titu. Verùm ne videar hic velle examinare tit. illum de inoffic. dona. faciam finem. Et si quæ dubitationes circa materiam prædictam occurrent, recurrendum est ad illum ti. ad ea quæ latè dixi in eodem. c

¶ Sed circa predicta, volo emittere no. q. Pone: pater monachauit aliquam filiam: & in ipsa monachatione aliqua obtulit super altare, quæ vulgares dotem appellant: deinde pater obtulit omnia bona sua hospitali, vel ecclesiæ. An patre decedente, monasterium ex persona filiæ monachatæ possit petere legitimam: & intellige quòd dubium solùm faciat illud quod oblatum est per partem in ipsa monachatione: nec ex eò, quòd filia sit monacha, priuatur successione, aut legitima, vt plenè tractatur in authen. ingressi. & in authen. si qua mulier & in corpore vnde sumitur. C. de sacrosanctis ecclesi. imò quantum ad hoc efficitur melioris conditionis, vt in c. nõ liceat parentibus. xix. q. iij. in qua q. plura possent fieri ar. pro parte negatiua, cõcludentia quòd talia oblata per patrem, non auferant potestatem tollendi legitimam: nec sint in legitima imputanda: nam cùm istud pleno iure non efficiatur filij, sed monasterij. meritò non computatur in legitimam, vt l. cùm scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testamen. sed omitto: quia Barto. tenet contra
c riam sententiam in l.j. §. si parens. ff. si quis à pa. fu. ma. vbi c

[a] ¶ Intellige q̃ quo ad legitimã tãtũ, magis fauet̃ filio, quam piæ causæ, sed testõ cõdito, potius fauet̃ piæ causæ, quàm liberis. ita dicit d. Ale. in l. pactũ quod dotali. ĩ iiij. col. C. de pac. & pleni' in cõs. lxvj. incip. viso testõ ĩ iij. col. in fi. in ij. volu. refert & sequit̃ do. Iaso. l.j. in ij. lect. in v. col. C. de sacrosan. eccle.

[b] ¶ Vide Bar. in cõsil. suo incip. quæ ro, dicit statutum q̃ minor. & de viribus iuramẽti, vide pulchrè p Ia. in §. item si qs postulante. in ij. col. cum duabus seq. insti. de act.

[c] ¶ Vide no. in l. si q̃n. C. de iof. test. & Bal. in l. fin. in xiij. col. C. de dotis ꝓmis. vbi vult q̃ pater teneatur dotare filiã volentem ingredi monasterium.

cõcludit, ꝙ qa in vulgari hoc datũ simpliciter succedit loco dotis, vt etiam sentit idem Barto. in l. titio centũ. §. fin. ff. de condi. & demon. in fin. q. meritò videtur ꝙ non possit reuocari oblatio occasione legitimæ. & eandem sententiam sentit consili. lxv. quod incipit, Facta est. sed latius consil. cix. quod incipit, Narnensis. vbi latius loquitur dicens, ꝙ licet inter monachum et monasterium non contrahatur matrimonium: quia solus Abbas cõtrahit, vt in c. qa propter. de elect. & sic datũ pro muliere nõ possit dici dos: maximè quia saperet symoniã, quæ est prohibita, vt in c. non satis de symo. ꝗuis. non sit vera dos: tamen sortitur naturam illius. & ideò sicut vera dos computatur in legitimam, vt l. qm̃ nouella. C. de inoffi. testa. ita etiam computabitur ista. & hanc etiam sententiam tenet do. Barto. de Saly. in d. l. quoniam. Si tamen prædicta dos non sufficeret ad legitimam, posset agi ad supplementum legitimę, vt d. l. j. C. de inoffi. dona.

3 Circa secũdum †Membrum principale quo quæritur, quid si tempore oblationis offerens non habebat filios, sed illos postea suscepit: a vtrum filij postea nati possunt illam reuocare. Materia[a] est satis ampla: & circa eam plures oriuntur not. quæstiones. Conclusio est, quòd sic, per l. si vnꝗ. C. de reuo. do. & est text. xvij. q. iiij. c. quicunꝗ. sed non intendo materiam prædictam hic tractare: quia esset facere alium tractatum. Sed pro decisione plurimarum quæstionum, quæ circa materiam istam possunt occurrere, videnda sunt quæ latius dicuntur in l. si vnꝗ. C. de reuo. do. & quę latius traduntur per do. Anto. de prato vete. in repe. l. in quartam. ff. ad l. fal. & quæ latè dixi in tit. de reuo. do.

¶ Vnum sufficit hic ponere ad cautelam hospitalis, vel similis loci recipientis huiusmodi oblationes, qđ faciat, quòd offerẽs renunciet dispositiõi: d. l. si nunꝗ. & d. c. quicunꝗ. ꝙ nullo modo intendit reuo. dona. maximè per susceptionem liberorum postea nascendorum: nec etiam propter aliquam quãcũꝗ causam: etiam maiorem. causis expressis, argumento eorum quæ latè dix in Cle. ij. de procu.

a ¶ Vide Ro. in cõsil. xxv. inci. pro decisione eorum & in consi. clxvj. vbi etiam ponit, an per iuramentum quis videať renunciare beneficio d. l. si vnꝗ. vide etiam Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de dona.

¶ Libellus decimussextus.

¶ De effectibus oblationũ respectu vtilitatis ipsorũ offerẽtiũ.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia an teneatur alimentare offerentem sibi.
2 Hospitale an teneatur damnum prestare, cum ei offertur aliquo recepto.

Extodecimo. Prĩcipali loco tractãdum est de effectibus oblationũ, respectu vtilitatis ipsorũ offerentiũ. Circa quam materiam tractabim⁹ de vtilitate respectu offerentium, & eorũ pro quib⁹ offeruntur: siue sint sine peccato: siue in peccato. & tam respectu gratiæ diuinę, quàm alimentorum. & quid iuris quando oblatio esset facta liberaliter vel ex causa. & quid si offertur, aut exponatur infans. Circa primum dicendũ arbitror quòd oblationes ad ipsorum offerentium vtilitatẽ secundùm diuersas species earum, diuersos effectus operantur, nam si quidem oblatio fiat, vt id quod offertur exhibeatur in cultum diuinum, quam oblationem ad sacrificium & holocaustum pertinere dixim⁹. cùm talis dicatur exercere actum latrię per aliquid, quod de rebus exterioribus Deo offertur. quam clarum est esse iustitiæ speciem: consequitur talis offerens tam vtilitatem quàm pars consequi debet ex actu iustitiæ. satisfacit enim diuino precepto: si modo soli Deo, & non dijs offeratur. Nã q imolat dijs occideť. vt habeť Exo. c. xxij. Satisfacit ẽt legi naturę. naturalis em̃ ratio dictat ꝙ alicui subdať ꝓpter defect⁹ quos in seipso sentit: in qbus ab aliquo superiore ĩdiget adiuuari, & dirigi: & iste est ille superior, qui apud omnes dicitur Deus. nam sicut in rebus naturalibus, naturales inferiores subdũtur superioribus: ita etiam naturalis ratio dictat homini secundùm declinationem naturalem: & ei quod est s. hominũ subiectionem, & honorem exibere secũdùm suum modũ. Est autem conueniens modus homini, vt sensibilibus signis vtatur ad aliqua exprimenda: quia ex sensibilibus cognitionem accipit: & ideò ex naturali ratione procedit quòd homo ex quibusdã sensibilibus rebus vtatur offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis & honoris, secundùm similitudinem eorum, q dominis suis aliqua offerũt in recognitionem dominij. ¶ Si ergo tales oblationes fiunt ab his qui sunt sine peccato: cùm per eum modum dicatur offerri Deo odor suauissimus: tales diuinã gratiam cõsequuntur. iuxta illud psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sed de his oblationibus satis: quia vt in principio diximus, non est intẽtionis nostræ de his tractare in hoc opere: nec etiam de effectibus earum oblationum, quas ad primitias & decimas in principio pertinere diximus: quia de his suis locis tractabimus. Si verò fiat oblatio ad finem, vt id qđ offertur, diuino cultui deputetur: vel in vsus ministrorum ecclesiæ aut similium locorum exponatur: nulla tamẽ subsistente necessitate, consequitur præmium liberalitatis, quam exercet: & diuinam gratiam consequitur, si amore Dei illud agat: & si hoc agat in statu gratiæ, alios vberrimos fructus consequitur: vt ex inferioribus colligi potest. Si verò subsistente necessitate ecclesiæ vel ministrorum ibi degentium fiant: cùm talis dicatur misericordia moueri, & per consequens charitatem exercere, consequitur effectus charitatis & misericordiæ, vnde in euangelio Matthæi. c. v. dicitur: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Et si tales oblationes fierent ex necessitate præambulæ obligationis & voti, vel per distributionem incertorum: offerens etiam vtilitatem liberationis cõsequeretur, quam consequiť etiam si tales oblationes faceret, nõ existẽs in statu gratiæ. Insuper si pro redimẽdis peccatis fierẽt per negligentiã cõmissis: liberationẽ seu remissionẽ illorũ peccatorum quis consequeretur: iuxta illud Ezechi. c. vij. vbi dicitur: De negligentia purgate cum paucis. & ibi dicit glos. quòd quàmuis oblatio parua sit, multorum delictorum purgat negligentias. & subdit quòd parua oblatio cum humili mente, & pura dilectione facta, non solùm purgat peccata venialia, sed etiam mortalia. & idem tradit. b. Tho. secunda secundæ. q. lxiij. arti. iij. in ij. ar. in sol. ipsius ij. ar.

¶ Sed nunc circa prædicta quæro, quid si tales oblationes fiant ab his qui sunt in peccato mortali, vtrum prosint eis. Sol. dicendum arbitror, quòd oblationes quæ fiunt pro satisfactiõe obligationis, ad quam quis tenebatur, secundùm ea quæ superius diximus lib. primo & tertio. Tales oblationes prosunt, sicut prodest beneficiato obligato ad dicendum horas canonicas, si illas dicat existens in peccato mortali, secundùm ea quæ tradũtur per Abb. & Ioan. in c. quod quidam. de pœ. & remis. & eorum quæ no. ibi per glo. per no. de pœ. di. iij. c. pe. Reliquæ verò oblationes non videntur prodesse, etiam recepta postea vera pænitentia. vnde datur ver. in d. c. quod quidam. Viuere nõ possunt, quæ mortua nata fuerunt.

¶ Nam cùm Deus non indigeat nostris operibus meritorijs, sed solùm eas agamus propter nos: meritò quò ad hominis vtilitatem Deus non acceptat opera nostra: nisi acceptet operantem: vnde dicitur Gen. c. iiij. & de pœ. di. v. c. j. in fi. Prius respexit Deus ad Abel. & deinde subiungitur: Et ad munera eius. sed Deus non acceptat hominem existentem in peccato mortali: ergo opera existentia in peccato mortali Deo non sunt accepta. sicut dicit Apostolus ad cor. j. c. xiij. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest &c. & ista est communis opi. glo. & Doc. in d. c. quod quidam. & Hostien. in summa in tit. de pœ. & re. §. & an factæ ver. sed pone ꝙ aliquis. Consulo tamen ꝙ licet quis existat in peccato, non abstineat ab huiusmodi oblationibus & cæteris bonis & pijs operibus: quia licet non prosint quò ad vitã ęternam: tamen prosunt ad quinque.

¶ Primò, quia in tali homine, licet existat in peccato, faciente opera charitatis, diabolus & angelus malus non habet tantam potestatem, quantam aliàs haberet, sicut exemplificatur in diabolo de iudæo qui se muniuit signo crucis, propter quod demon nõ potuit illi nocere. & cùm se præsentaret maiori suo, accusauit se in hæc verba: Inueni vas vacuum sed signatum.

¶ Secundò valent quò ad satisfactionem bonorum operum, sicut dicitur de baptismo Ioan. qui nõ valuit ad remissionẽ peccatorum, sed ad satisfactionem & præparationẽ aliorum. de cõse dist. iiij. c. non regenerebantur.

¶ Tertiò ad minus supplicium subeundum, de pœ. dist. in c. si quis aũt nõ habens charitatẽ. & ar. lxxxix. di. ad hæc Deus. de pœ. dist. iiij. §. finis. de cele. mis. cùm Marthæ. xiij. q. ij. c. tẽpus.

¶ Quartò ad corpalẽ ꝓsperitatẽ & diuitias obtinẽdas. đ pœ. di. iij. c. cauẽdũ est & c. reuertimini. xvj. q. j. & c. xxij. q. ij. si qliber.

¶ Quintò ad hoc vt dominus eum respiciat: & vt cor eius ad pœnitentiam citius illustret. de pœni. di. v. vt falsus in fi. nunꝗ tamen valent quò ad vitam ęternam promerendam: quia qui sine charitate est, Deo placere non potest: vt dixi. Nec ob. prædictis quod superius dixi, ꝙ parua oblatio nõ solũ purgat peccata venialia, sed etiam mortalia. & sic videtur prodesse, etiã si fiat ab existente in peccato mortali: etiam quò ad remissionem peccatorũ: quia debes animaduertere, ꝙ ibi dixi, ꝙ parua oblatio cũ humili mẽte & pura dilectione. & sic sensit illa gl. ꝙ fiat ab eo qui nõ sit peccato mortali: quia tunc nõ diceret fieri humili

mili mente & pura dilectione. ¶ Item ponderandum est, quòd illa glo. cum ministerio dicit, purgat. non autē dicit, tollit. quare prodest ad purgationem. & sic pro satisfactione, præcedente pœnitentia. Hæc tamen omnia submitto correctioni & supple tioni ecclesiæ & theologorum.

1 Item quæro †Circa prædicta, vtrum ecclesia vel hospitale, aut similis locus, cui facta est donatio, teneatur alimentare ipsum offerentem. Et est aduertendum quòd ego non loquor de alimentatione respectu oblatiõis, ad quam hospitale vel similis locus teneretur ex sua institutione, vel regula, seu consuetudine: sed loquor, an teneatur tanquam donatarius alere ipsum offerentem, tanquam donatorem. Sol. in donatario propriè glo. in l. condemnatione. ff. de reg. iur. tenet, quòd donatarius non teneatur alimentare donatorem. gloss. not. in l. fi. C. de dona. tenet contrarium. & hoc etiam tenet Cyn. quando donatio consistit in magna quantitate: aliàs tenet primam opin. & hanc opin. sequitur do. m. Abb. Sicu. in c. fina. de dona. pro qua allegat, quia ille qui donat magna, potest æquiparari patri: sed filius tenetur alere patrem: vt l. si quis à liberis. ff. de libe. agno. igitur &c. Ego etiam allego: quia clarum est ꝙ donatio reuocatur, si donatarius inijcit manus in donatorem: vt d. c. fina. sed [a] satis dicitur inijcere manus in donatorem non præstans ei alimenta: vt l. necare. ff. de liberis agno. igitur &c. Et fortè propter hanc causam, quando necessitas esset magna, ita quòd esset locus. l. necare. haberet locũ secunda opinio: etiam si donatio esset in parua quantitate, ita ꝙ posset reuocari donatio propter ingratitudinem: & hęc procedunt, quando quis faceret ex mera liberalitate: sed si aliquis fecerit oblationem non ex mera liberalitate, aut misericordia: sed, aliquo recepto: nullum præmium cõsequitur quò ad Deũ: nisi quatenus maioris fuerit æstimationis & præmij quod obtulit, quàm quod recepit.

2 Sed quæro †Iuxta prædicta: quid si offerens non fecit oblationem liberaliter, sed aliquo recepto: puta, aliquo prædio vel annuo reditu, vel simili: & demum vendicatur, vel occupatur à creditoribus: vtrum hospitale teneatur præstare illud damnum, vel possit reuocare rem datam offerenti in recompensationem. Sol. dic quòd sic: quia ex quo offerens non obseruat fidem hospitali, pari ratione, nec hospitale tenetur fidem illi seruare: vt l. cùm proponas. C. de pac. & not. in ca. iij. & c. sicut. m. de iureiur. Potest ergo tradita reuocare per conditionem ob causam: & hoc expresse tenet Bald. in l. iij. C. de dona. ante nup. faciunt not. in c. iij. de cleri. cõiug. & c. super eo. & c. statuimus. de regu. & in c. ex transmissa. de renun. cũ simi. Et prędicta procedunt in oblationibus, quas quis facit pro se. Si autem quis facit oblationem pro alijs, maximè pro defunctis, vt consequatur aliquod præmium: dicam statim in xvij. principali lib. iuxta fin. ¶ Postremò circa hunc libel. placet subiungere, quòd si aliquis obtulit aliquem infantem vel puerum, qui propriè potius dicitur exponere, quàm offerre, vt patet ex rubri. C. de infanti. exposi. quia licet hoc casu hospitale vel similis locus, vbi quis est expositus, videaṫ pręstitisse alimenta pietatis causa, & ob hoc ab ipso exposito non posset repetere: tamen si aliquis repetit talem expositũ tanquã suum: tenetur restituere alimenta: vt est tex. notabilis in l. j. C. de infanti. expositis.

¶ Libellus decimusseptimus.

¶ De effectibus oblationum respectu eorum, pro quibus fierent.

SVMMARIVM.

1 ☞ Oblationes factæ pro viuis, an prosint illis.
2 Oblationes factæ pro defunctis, quando eis prosint.
3 Oblationes & suffragia facta pro aliquibus defunctis, an illis solis prosit.

Ecimoseptimo Loco principali superest vt tractemus de effectibus oblationum prędictarum, respectu eorum pro quibus fieret. nã superius in quinto principali libello diximꝰ, ꝙ oblationes possunt fieri tam pro se quã ꝓ alijs. vnde stat nunc questio, An si fiant pro alijs, prosint illis. Circa quam materiam arbitror distinguendum, ꝙ aut fiunt ꝓ viuis, aut fiunt pro defunctis.

1 Primo casu †Quando oblationes fiũt pro viuis, subdistinguendum est, ꝙ aut fiunt, vt aliquid detur alteri in recompensationē eius qđ offertur. Et dicendum est ꝙ hospitale, ecclesia, vel alius locus pius tenetur ad dandũ illi alteri quod huic offerenti promisit: maximè si verba sint concepta per eum, qui potest illi alteri acquirere: vel sub tali forma verborum, per quam ex stipulatione alteri facta quęratur obligatio alteri, secundũ ea quę latè tradũtur in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. & insti. de inuti. stipu. §. alteri. vel etiam si [b] offerens stipularetur, vel pacisceretur aliquid dandũ alteri loco pio, vel ecclesię: quo casu, valet stipulatio etiã alteri facta per verba directa: vt dicit Bald. in l. illud. C. de sacr. sanct. eccle. & ita intelligit gl. quæ allega. pro singulari. j. q. vij. in c. quoties cordis oculus. licet quidam illam intelligant simpliciter, volentes quod de iure canonico possit quis alteri stipulari: sed non placet Abba. sicu. in c. si cautio. de fide instr. & hoc etiam sentit Inno. in c. constitutus. super glos. j. de procura. Si tamen talis offerens alteri priuato stipularetur nomine illius: satis esset ꝙ ille ratum haberet, & illi acquireretur, per not. per præfatum Abba. in d. c. si cautio. & in alijs multis iuribus quæ omitto: cùm hoc principaliter pertineat ad aliam materiam: & ideo sub breuibus pertranseo.

¶ Aut oblatio fit ecclesiæ vel hospitali, vel alteri pio loco pro alio ad tollendam fortè aliquam dubitationem, quo ille tenebatur: vel ex voto, vel ex alia simili causa: vt talis obligatus ab illa liberetur. Et hoc casu, ille consequitur effectum liberationis, per l. solutionem & iudicium. ff. de solu. iuncto princ. insti. qui. mo. tol. obl. Aut talis oblatio fit simpliciter & purè ꝓ alio ad nihilum obligato, fortè ad augendam illius gratiam apud Deum, vel ad alium actum spiritualem: & hoc casu, dicerem ꝙ tantum prodest talis oblatio illi tertio, quantum prodesset ipsi offerenti: si pro seipso faceret. habita distinctione, an sit, vel nõ sit in statu gratiæ, secundùm quod superius explicatum &c. in lib. præceden.

2 Secundo †Casu principali, quando oblatio fieret ꝓ defunctis. Aduertendum est ꝙ materia est satis difficilis. & est questio potius Theologis relinquẽda, quã à nobis pertractanda. Quamuis enim clarissimum sit suffragia & oblationes pro mortuis factas salutares esse: vt habetur primo Macha. ca. xij. vbi dicitur. Quod vir fortissimus Iudas collatione facta de xij. milibus dragmis argenti, in suffragijs defunctorum illos misit Hyerosolimam &c. & est tex. xiij. quæstione ij. cap. animæ defunctorum. vbi text. dicit, quod animæ defunctorum quatuor modis soluũtur. Aut oblationibus &c. Et probatur etiam in iuribus statim allegandis. Nec obstat xiij. quæstione secunda, capitu. in præsenti. vbi Hieronymus dicit In præsenti seculo scimus, siue orationibus, siue eleemosynis: & sic orationibus posse nos adiuuari. Cùm autem ante tribus, ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe, rogare posse pro quoquam: sed vnumquemꝗ portare onus suum. nam secundùm Gratianum. xij. quæstio. ij. §. verũ. Ille text. Hieronymi loquitur de impœnitentibus. Mihi tamē legenti dictum text. videbatur aliter intelligi posse: videlicet quòd in ipso tempore mortis reciperet quis mercedem suam. sed tamen non negat Hierony. quod interea post iudiciũ animæ, quod fit in tempore mortis, & tempus vltimæ resurrectionis, oblationes & cætera suffragia non prosint defunctis. Vel secundo modo potest intelligi text. Hierony. de vltimo iudicio proferendo à Christo in vltima resurrectione. Sit ergo indubitata conclusio, quod animabus defunctorum oblationes & suffragia prosunt. Sed quibus defunctis oblationes & similia suffragia prosint: & apud canonistas, & theologos variæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt, quòd talia suffragia tantùm prosunt in purgatorio existentibus. damnatis vero minimè prosunt. Moti primo, quia in inferno nulla est redemptio. Secundo, quia ecclesia non orat nisi pro fidelibus defunctis quod videtur intelligendum de his, qui decesserunt cum vera pœnitentia. Tertio, ꝙ ecclesia non orat pro ciuibus Babylonis: sed duntaxat pro suis: pro quibus solummodo Deum laudat, quando dicit, Sanctus sanctus sanctus &c. quasi dicat, Sanctus pro eis qui regnant in cœlo. Sanctus pro his qui in purgatorio purgantur. Et sanctus pro his qui sunt in via. & sic in hoc mundo. propter quam causam etiam nonnulli dicunt, ꝙ hostia sacrata super altare, diuiditur in tres partes. & sic secundùm hanc opin. oblationes non prosint his, qui sunt in inferno. pro quibus est tex. Hierony. in d. ca. in præsenti. Intelligendo tamen, vt s. intellexit Gratia. Alij vero dicunt, quod tales oblationes, & cætera suffragia prosunt omnibus regeneratiuis: qui dum viuerent, meruerunt ꝙ possent eis talia prodesse post mortem, nulla facta distinctione vtrũ decesserit in peccato mortali, vel non. & hęc opinio fundatur super text. beati Augustini in Enchiridio, & transumptiuè. xiij. q. ij. c. tempus.

a ¶ Adde text. in c. nõ satis. lxxxvj. dist. in c. pasce fame morientē. ea. di. & in c. inter cętera. vbi gl. xxij. q. iiij.

b ¶ Cõtrariã opin. visus est tenere Spe. & Io. An. in tit. de arbitro. §. sequitur. ver. sed pone, cõpromissum. & in titu. de loc. §. nũc aliqua. ver. lxxiiij. clariꝰ Imo. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de ver. obl. vbi videres Ale, qui defendit Bal.

dicit enim ibi Augustinus. Negandum non est defunctorum animas merito suorum viuentium releuari: cùm pro illis sacrificium mediatum offertur: vel eleemosynæ fiunt in ecclesia: sed eis prosunt, qui cũ viuerẽt, hæc sibi (vt post a possint ꝓdesse) meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus vt nõ requirat ista post mortẽ nec tã malus, vt ei ista post mortẽ nõ ꝓsint. ¶ Est verò talis in bono, vt hoc nõ acqrat: & rursus talis in malo, vt nec ei valeat: cũ hæc vita trãsiuerit adiuuari. & post pauca subdit: Cũ sacrificiũ altaris siue quarũcũq; eleemosynarũ ab hominibus proferunt. pro valde bonis actiões gratiarum sunt: pro non valde malis & non valde bonis, propitiationes sunt: pro valde malis etiam si nulla sunt adiumẽta mortuorum: tamen viuorum consolationes sunt. Et sic secundũ aliquos Augustinus videtur velle quòd oblationes & similia suffragia, etiam prosunt his qui sunt in inferno. ¶ Theologi[a] verò dicunt: quamuis Augustinus in dicta authoritate quatuor genera defunctorum distinguere videatur: tria tamen solummodò distinxit. Mediocriter enim bonos, et mediocriter malos ꝓ eodem genere ponit. Quare dicunt, quòd licet secunda opi. sit magis pia: tamen adhæret primæ. eo quòd magis videtur esse catholica. Et pro ista opi. facit tex. prædictus dum dicit, pro nõ valde malis. & non valde bonis. & cætera. & sic hæc duo accipit pro vna specie. facit etiã tex. decimatertia q. ij. c. pro obeũtibus. vbi tex. vult ꝙ pro obeũtibus in peccato, nõ sit orandum: nec oblationes fieri debent. Et hoc etiam videtur expressè cõfirmari per glo. ad Thessalo. iiij. c vbi dicitur. Nolo vos ignorare fratres de dormiẽtibus sicut & cæteri q spẽ nõ habent. vbi dicit glo. Id est qui sine fide operantur per dilectionem, eiusq; sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia. Cuius dum hic essent pignore cauerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes: sed iram. glo. verò in dicto capi. tempus. & gloss. fina. in c. cùm marthę. de celeb. mis. & communiter Doct. canonistę tenent contrarium. volunt enim quòd Augustinus ponat quatuor genera defunctorum concludentes quòd mediocriter boni, sunt species distinctę à mediocriter malis. Et dicit Hugu. quòd opini. theologorum volentium mediocriter bonos & mediocriter malos poni pro vna specie, parũ distat ab hæresi: cùm eundẽ ponat simul & semel, bonũ & malũ esse, quod videtur impossibile: cũ hęc sint incompatibilia argumen. c. maiores. de bapti. nam mediocriter bonus, bonus est: mediocriter malus malus est. ¶ Item quia in igne[b] purgatorio nullus est nisi bonus: quia nullus est ibi qui decesserit in mortali. & pro veniali nullus est malus. vñ dicit Hug. qđ Augustinus posuit quatuor genera defunctorũ. Primi sunt mediocriter mali. & hi damnantur & puniuntur. sed oblationibus & suffragijs ad tempus alleuiantur, vt mitius puniantur. Nec ob. ꝙ in inferno nulla est redemptio: quia hoc est verum. sed tamẽ per hoc nõ sequitur quo minus possit esse pœnę alleuiatio. Nam & in vita beati Brandani legitur quòd in die dominico quieuit Iudas. in die lunæ redijt ad pœnas. Illa tamen authoritas non est authẽ. & etiã Iudas non fuit mediocriter, imò valde malus. nec ob. quòd secundũ ꝑdictam opi. tot possent esse oblatiões, oratiões, & suffragia ꝙ tota pœna tolleret. & sic etiã existẽtibus in inferno, aliqua erit redemptio: quia ad hoc respondet secũdũ gl. in d. c. tẽpus. xiij. q. ij. & in c. cũ marthę. in gl. fi. de ce. mis. nã quãtacũq; pars tollat, puta secũda vel tertia, aut quarta, cẽtesima, seu millesima, nõ tollitur in eadem quantitate: sed in eadẽ proportiõe respectu eius qđ remãsit, vnde etiã si remãsisset sola millesima, per oblatiões & suffragia tolleret millesima millesimæ. & sic de necessitate semper aliquid remaneret. & per cõsequens necessariũ est qđ nulla sit redemptio in inferno. & q̃uis minima pars remaneat: tamen vt dicit Chrisostomus: Grauissimè sunt cùm tales arceantur à conspectu Dei. vnde dicit Augustinus, ꝙ si mali possent, mallent potius in inferno Deũ videre, & in pœnis, quàm pœnis soluti Deum non videre. Vel potest responderi secũdũ aliquos, ꝙ talis alleuiatio nõ est q̃titatiua: sed qualitiua. Vel secundũ alios, nulla est remissio: sed alleuiatio qualiscunq;. Exemplũ ponunt in homine famelico ferente onus grauissimum, cui si detur panis & comedat, non per hoc deponit onus: sed illud facilius fert & famis alleuiatur, seu tollitur. Ad quòd facit illud quod dicitur in euãgelico Lazari, Lucæ c. xvj. non ob. c. pro euntib[9]. quia prędicta authoritas, & omnes similes, quę videntur innuere quòd damnatis non sunt fienda suffragia: quia eis non prosunt. intelligi debet, de valde malis. & ita intelligi debet glo. ad collossenses c. iiij. Sed theologi, vt superius dixi, & magister sententiarum li. iiij. di. xlvij. & Archi. in d. c. tempus. & Ioan. cal. & Do. m. post eum in d. c. tẽpus. tenẽt contrarium concludentes quòd damnatis in inferno non prosint. ad qđ facit xxv. di. §. aliàs ea demum. vbi text. dicit ꝙ damnatus pro peccato mortali, pœna perpetua cruciabitur. Ad idem de pœnis dist. vij. c. fin. Præterea iura quę dicunt, quòd pro decedentibus in peccato mortali non est orandum: non distinguunt inter grauia & leuia. Item responsio dictæ glo. fin. in d. c. cùm marthę. & in d. ca. tempus. non videtur rationabilis: nam si secundum suffragium est tantum & tale, quantum fuit primum: ergo tantam quantitatem pœnæ debet tollere, quantam remouit primum. argu. c. innotuit. de elec. iunctis nota. in l. quæ tota. ff. de rei vendi. Præterea, posita etiam prędicta opin. gloss. pro vera: licet secundũ suffragium & alia non remouerent tantam pœnam, sed quantitatiuã respectu residui: tamen tot possent multiplicari suffragia, quòd pœna quasi non sentiretur. quod videtur sonare in absurdum: cùm damnati in inferno, perpetuò igne cruciari: debẽt, vt dictũ est. vnde concludant ipsi, ꝙ mediocriter mali dicũtur illi, qui decesserunt cum multis venialibus: & sic sunt in purgatorio. Mediocriter boni dicuntur illi, qui decesserunt cum paucis venialibus. vnde suffragia pro mediocriter malis sunt propitiationes. scilicet, quia Deus propitiatur eis ad mitigationem pœnæ. Nam & in purgatorio est pœna tam grauis, quòd excellit omnem pœnam, quam aliquis passus est in hac vita: quantumcunq; etiam crudelicissimum martirium passus sit. de pœni. distin. vij. cap. fina. Sed pro mediocriter bonis, oblatiões & cętera suffragia sunt expiationes: quia cùm decesserunt cum paucis venialibus, pœna expiatur, & purgatur ex huiusmodi suffragijs. Nec placet Archi. aliquo modo, quòd ijdem sunt mediocriter boni, quòd mediocriter mali: quia sequeretur absurdum: quòd idem esset bonus & malus: vt superius dixi. Apparet igitur circa hunc articu. maiores nostros varia sensisse, quare possemus hic dicere cum Hosti. in summa in titu. de pœni. §. quibus. qui dicit, non est mihi copia tanti, vt diffiniã quid præcisè tenendum sit. Cum & Innocẽtius tertius hoc minimè voluerit diffinire: sed disputationi, & discretę relinquerit inuestigationi: vt d. cap. cùm marthæ. in fi. dicit tamen Hostien. quòd celebrior & verior videtur theologorum opin. cui etiam Hugu. in hoc annuere videtur, quòd qui impœnitens finitur, semper plenus iniquitate, semper sine charitate torquetur: vt d. c. fina. de pœ. distin. vij. vnde videtur concludendum, quòd in tali defuncto opera charitatis minimè operentur. Nec obstat qđ dicit Augustinus in d. cap. tempus. ad fin. ibi, pro non valde malis & c. nam quod ibi dicitur intelligendum est de his, qui sunt in purgatorio: quia aut omnino liberantur: aut alleuiatur eorum pœna. & subdit quòd hi qui sunt in purgatorio, diuersis respectibus possunt dici boni & mali. Boni enim sunt: quia saluantur. Mali verò sunt: quia mala sustinent, & sustinebunt quousq; à pœna purgatorij misericorditer liberentur. Sed fortè posset attentari, iudicio meo, quod Augustinus dum dicit de mediocriter bonis, & mediocriter malis, intellexit solummodo de his qui sunt in purgatorio: qui existentes in hoc mundo, peccata mortalia commiserunt. Sed tandem per pœnitentiam & confessionem liberati sunt à culpa: sed non sunt liberati à pœna. & ideo necessarium est vt malorum, seu erratorum suorum in purgatorio purgationem recipiant. Hi enim sunt mediocriter mali, propter peccata mortalia quę commiserunt: & sunt mediocriter boni: quia in via se in hac vita recognouerunt: & confessione ac pœnitentia culpam absterserunt. Vel possemus fortè dicere, ꝙ mediocriter mali dicantur hi, de quibus statim dictũ est. Mediocriter boni dicantur illi, qui decesserunt duntaxat cum venialibus peccatis. His igitur omnibus prosunt oblationes & suffragia. Sed valde malis, vel qui in infidelitate decesserunt, suffragia non prosunt. nec his, qui licet fidem per baptismum acceperunt, decesserunt tamen in peccato mortali absq; pœnitẽtia: ita ꝙ in eis etiã culpa non est deleta. Et quãuis in his maior sit dubitatio: tamen opin. illa ꝙ non prosint, videtur esse magis cõis & catholica: quãuis alia videat magis pia: vt probatur. xiij. q. ij. d. c. pro obeuntibus. & d. c. tẽpus. Dicit tamen ibi Augustinus, ꝙ licet pro valde malis suffragia non sint illis adiumento: tamen viuorum consolationes sunt. Nec ob. id quod legitur de beato Gregorio, quod cũ quodam tempore ante palatium Traiani Imperatoris quondam transiret, recordatus eius clementię, amarissimè flere cœpit: & tandẽ pro eo ante altare sancti Petri flens, orauit dicens donec dormiuit: & ei dormienti vox dicit Traianum precibus eius à pœnis infernalibus liberatum: sed de cætero caueret ne pro aliquo infideli defuncto orare præsumeret. Sed sicut dicunt magistri, Pius & misericors dominus ex aliqua latenti causa animam ipsius reseruauerat extra profundum inferni, precibus beati Gregorij liberandam: nec sunt specialia trahenda ad consequentias. & si quis quęreret de causa, dici potest ꝙ non põt reddi ratio de secretis diuinis. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosor. & c. de tyris. de pœ. dist. iiij. c. si ex bono. Ego etiam cõsidero ꝙ posito

a ¶ Vide. S. Tho. in iiij. sententiarum di. xlv. vide c. qualis. xxv. d. c. non æstimemus. cum seq. xiij. q. ij. vide etiam eundẽ S. Tho. in iiij. q. xxv.

b ¶ Adde quòd in purgatorio non purgant, nisi peccata venialia. c. aliàs. xxij. dist. licet purgatorium post hanc vitam est idẽ locus cũ inferno: & pœna eius excedat oẽs temporales. vide S. Tho. in iiij. dist. xx. ar. j. & xxj. articuli j. & in sum. cõtra genti. l. iiij. q. cxiiij.

posito quòd illis nõ valerent: tamen nobis quoniã incognitum est, vtrum sint damnati: saltem facientes oblationes & cætera suffragia, videntur sibi ipsis faciẽtibus prodesse quò ad plura. de quibus dicam statim in seq. q. Sed pro valde bonis, oblationes orationes, & similia suffragia non sunt facienda. pro talibꝰ enim non est specialiter orandum: quia iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre: vt d. c. tempus. Sed in generali oratione quę fit pro mortuis, intelligitur etiam laudari Deus qui saluauit eos: & gratiarum actiones dicuntur esse. valent tamen huiusmodi suffragia quò ad tres effectus. ¶ Primus est, vt sint gratiarum actiones: vt statim dixi. Refertur enim gratia Deo de merito illi defuncto collato. ¶ Secundus effectus est ad hoc, vt ille sanctus magis glorificetur in terris. ¶ Tertius, vt augmentetur gloria apud Deum tenendo illam opi. ꝙ gloria sanctorũ possit augmentari vsq; ad diem iudicij. & hos tres effectus ponunt Doct. maximè do. meus in d. c. cùm Marthæ.

3 ¶ †Sed circa prædicta queritur, an oblationes & cætera similia suffragia quæ fiunt pro aliquibus defunctis, specialiter prosint illis solùm: an verò omnibus. Pone enim quòd duo homines eiusdem meriti decesserint: vnus diues, pro quo multæ fiũt oblationes: alius pauper, de quo pauci vel nullus specialiter cogitat. Quis eorum primò exibit de purgatorio. Sol. dicit Hug. quòd quàmuis suffragia misericordiarum & psalmorum quæ communiter fiunt, pro omnibus prosint. de consecra. distin. v. cap. mediocriter. Tamen oblationes, orationes, & ieiunia specialiter factæ ꝓ aliquo eidẽ prosunt ꝓ quo specialiter fiunt, & non aliter: & ideò talis citius exibit de purgatorio. Alij verò dicunt quòd cùm isti sint eiusdem meriti, eadem die exibunt: quia hæc opera charitatis sunt illis omnibus communia. vnde is pro quo specialiter fit, non sentit plus alleuiationis quã aliꝰ: quia charitas nihil agit perperam: non inflatur: non quęrit quę sua sunt: sed seipsam communiter omnibus participat, vt inqt Apostolus prima ad corinth. xiij. cap. & habetur latè de pœni. dist. ij. per totum. Et hæc vltima opin. vt dicit Hostien. verior est, & benignior. Quid enim deperit ei pro quo specialiter fiunt, si alij alleuiantur, sicut & ipse alleuiatur: dummodò de alleuiatiõe sua nihil diminuatur? certè nihil. nec debet de hoc esse inuidia: nam inuidia opponitur gaudio quod est interior actus charitatis. Si ergo in charitate fiunt huiusmodi suffragia, debẽt omnibus prodesse qui sunt in charitate. quo fit, vt diues non debeat citius exire, quàm pauper. & hæc opin. mihi placet. limitatur tamen vt etiam dixit Hostien. nisi fortè oblatio vel eleemosyna fieret pro eo, qui tenetur ad restitutionem alicuius quantitatis: quia hoc casu, citius ille pro quo fit restitutio, exibit & alleuiabitur, quàm alter. Alius enim pro quo non fit restitutio, non exibit: nec alleuiabitur ex huiusmodi restitutione: quia restitutio debet esse conformis obligationi. argu. regulæ, non remittitur peccatum. de regu. iur. lib. vj. vnde alij nõ prodest. & si pro alio nullus reperiretur aliquid offerre, pœna ipsiꝰ alleuiabitur ex alijs suffragijs: neq; enim incõueniens est quòd vna pœna commutetur in aliam: vt in c. fina. in fin. de dolo & contuma. cap. ij. de male. l. fina. ff. de in ius vocan. & cap. ad liberandum. deinde & ibi latè scripsi super hoc.

¶ Sed circa prædicta oritur mihi dubium. Quid si oblationes fiant pro aliquo specialiter, qui sit valde malus: qui fortè credebatur decessisse in statu gratię: & decessit sine aliqua pœnitentia & contritione vera: quamuis apparenter pœnituisset. Excẽplo Ser Ciappellecti, de quo per Ioan. Boccatij fabula prima. Iuxta etiam illud: Multa enim corpora mortuorum venerantur in hoc mundo, quorum animæ cruciantur in inferno. vtrũ talia suffragia prosint alijs? So. pium & fortè catholicum est dicere ꝙ sic. tum quia nullum bonum irremuneratum: vt no. in ca. ad liberandum. de iudæ. Item quia huiusmodi suffragia ꝓdessent alijs, si iste pro quo specialiter fiũt nõ fuisset valde malus: licet pro isto specialiter fierent, vt superius diximus: ergo culpa ipsius non debet alijs nocere: maximè attenta pura intentione facientis suffragia. & hoc intelligerem, nisi in suffragio quod consisteret in restitutione eius, ad quod defunctus teneretur: quia quantum ad hoc, alijs non prodesset, per ea quę diximus. Insuper etiam huiusmodi suffragia prosunt his, qui illa faciũt. a per ea quæ statim subijciemus.[a] Est etiam aduertendũ ꝙ non solũ oblationes quę pro alijs fiũt, prosunt illis pro quibꝰ fiũt: sed etiam prosunt his qui illas faciunt. Primò enim prosunt, vt filius defuncti vel heres, qui pro defuncto talia facit, effugiat legis censuram: quoniam ad id faciendum quinq; legibus videtur esse obnoxius. Prima est lex naturæ, secundũ illud Matth. vij. Omnia quęcunq; vultis vt faciant vobis homines &c. Ad idem. ff. de re. iur. l. secundũ naturam. vnde Augustinus xiij. q. ij. c. non æstimemus. dicit Diligentius tñ facit quisq; pro necessarijs suis, quo pro illo fiat similiter à suis. Secũda est lex scripturę. vnde Eccle. c. vij. Mortuo non prohibeas gratiam scilicet, orandi & benefaciendi pro ipso: nam ad hoc es astrictus. Tertia est lex amicitię. Ecclesiastes. c. vj. Si possides amicum, in tentatione posside illum, qui est amicus: & omni tempore dilige. & ipsi clamãt Iob. xix. c. Miseremini mei: miseremini mei: saltem vos amici mei &c. quasi diceret. Quia mundus, & caro, & vitę superbia, de quibus in vita cõfidebamus: & amicos nostros esse credebamus: delinquerunt, & deceperunt nos. Hinc etiam Gregorius. Lex amicitię est, vt qui diligit in prosperitate, diligat & in tribulatione. Quarta est lex iustitiæ. Nam hęreditas cum honore & onere suo transit: & nos nihil habemꝰ nisi à mortuis. Quia iuxta vulgare prouerbium. totum fuit alterius: totum erit alterius: nec isti adhuc remanebunt. Ergo ferendum non est qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contẽnit. C. de cadu. tol. l. j. §. pro secundo. Et si nõ habes aliud à parentibus: tamen genuerunt te ad minus. ergo sicut dicitur Eccle. vij. honora parentes tuos: quia non esses nisi ipsi essent. Item omnes sumus fratres, & secundùm carnem, & secundùm spiritum. ergo ve soli. Et frater qui à fratre iuuatur: quasi ciuitas firma. & ad Eph. v. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, id est habere debuit. xiiij. q. ij. c. non æstimemus. & l. fi. ff. de receptato. quod est, si nõ diligit & ei subueniat: quia qui nõ est mecum, contra me est: vt l. cęlicolarũ. in fi. C. de iudę. a Quinta lex est collatio Iudę quę hoc diffinit. Cùm enĩ Iudas in bello strenuus prohibuisset suis, ꝙ non intenderent spolijs: habita victoria, inuenti sunt quidam de suis mortui, qui contra prohibitionem suam spolijs intenderent. Ipse autem habita collatione cum sapientibus, vtrum pro talibus esset orandũ: & diffinito ꝙ sic: quia esse poterat ꝙ inter flagella contriti essent ante, quàm spiritus exalarẽt: misit. xij. milia dragmas argenti &c. sicut legitur ij. Machabe. xij. Ex prędictis igitur habemus primò quinq; leges, propter quas suffragia prosunt. Secundò valent ad orationem acquirendam: & quęrendam sanctorum expectantium vitam. Nam verisimile est ꝙ animę liberatę orent pro illis, quorum suffragijs sunt adiutę. Isa. quinquagesimoprimo &c. Ibi erit gratiarum actio, & vox laudis. & Psal. Me expectant iusti donec retribuas mihi. scilicet id quod pro me orant, vt cum ipsis veniam. & Apocalipsis. Vindica domine sanguinem nostrum de his qui habitant in terra, id est terris inhabitantes non curant de nobis. & sequitur. Sustinete modicum tempus donec impleatur numerus fratrum vestrorum.

a ¶ Adde ꝙ q suffragia mortuorũ nõ reddunt, fures sunt & sacrilegi & sunt excõmunicandi. c. qui oblationes. xiij. q. ij.

¶ Tertiò valet ad vitandam confusionem quęrelę paternæ & amicorum, dicentium in die iudicij, conqueror de te quòd etiã ea quę pręceperunt, vel debuerunt tibi pręcipere non fecisti. vnde conqueritur pater de malo filio.

¶ Quartò ad bonum exemplũ prębendũ alijs, qui post te venient. d. c. non æstimemus. xiij q. ij. ¶ Quintò ad laborandum pro te ipso. nam qui pro alio orat, pro seipso laborat.

¶ Sextò & vltimò, ad honorandũ illũ pro quo specialiter fiũt suffragia: nam sicut dicitur, alię animę suffragijs participantes, ei pro quo fiunt nõ grauantur: & corã eo portari, siue repręsentari intelliguntur: sicut corã dño ad mensam sedenti: sed postea proportionaliter diuidenti cibaria, vel enxenia aliqua deportãti secundùm Host. in d. §. quę suffragia. in fi.

¶ Libellus decimusoctauus.

¶ De effectibus oblationũ quantum ad virtutem acquisitam.

SVMMARIVM.

1 † Oblationes factę imagini, cui debeant applicari.
2 Oblationes factę imagini profanę cui sint applicandę.
3 Oblatiões factę imagini alicuius sancti, cui debeant applicari.
4 Oblationes factę imagini existenti in aliqua domo, an pertineant domino domus.
5 Oblationes factę imagini, an spectent ad locum imaginis.
6 Oblationes factę alicui sancto, an debeantur ecclesiæ nomini ipsius dicatę.
7 Oblationes quando debeantur ecclesiæ cathedrali.
8 Oblationes quando debeantur Episcopo.
9 Oblationes quando debeantur ecclesię parochiali.
10 Oblationes factę ad altare capellę alicuius ecclesię, ad quem spectent.

Ecimooctauo Principali loco tractandum est de effectibus oblationum, quantum ad virtutem acquisitiuam. Circa quẽ articulũ distinguendum arbitror ꝙ

aut nos loquimur de vtilitate acquisitiua respectu fruct9 spiritualis. qui resultat ex ipsa oblatiōe: & talis fructus acquiritur, tam ipsis offerentibus, quàm illis pro quibus fiunt oblationes. secundùm ea quę latius in superioribus libellis explicata sunt. Aut nos quærimus de effectu acquisitionis respectu ipsarum rerum oblatarum. Et hoc casu dicendum est ꝙ ipsæ res oblatæ quæruntur illi ecclesiæ, vel illi hospitali, vel illis personis ad quarum vtilitatem vel necessitatē fiunt tales oblationes. Quod tamen dixi de personis intelligendum est, si modò ipsis personis, rectoribus, vel administratoribus ecclesiarum, vel aliquorū piorum locorum, ipsarū personarum contēplatione fierent dictæ oblationes: quia tunc acquireretur eis vt superius extitit explicatum. Secus autem si fierent contemplatione ecclesię: quia tūc
a non ipsis personis, sed ecclesiæ, vel hospitali quærerentur. Ista[a] enim est regula, vt quicquid rectori, Prælato, vel administratori, aut alicui datur intuitu ipsi9 cui datur, acquirit ipsi: si est habilis ad acquirendum. sed si intuitu ecclesiæ, hospitalis, vel similis loci: acquiritur illi ecclesiæ, loco, vel hospitali, vt in c. relatū. el j. de testa. Not. glo. xij. q. j. c. res. & xij. q. v. c. fixum. faciunt not. in l. cùm aliquis. C. de dona. & l. annua. §. j. ff. de annu. lega. & in l. socium qui in eo. ff. pro socio. & qđ not. in l. sed si plures. § in arrogato. ff. de vulga. & pupil. Quandocunq; igitur sumus in casu certo, quòd si potius contemplatione ecclesiæ seu loci pij sit donatum, seu oblatū, quam personæ: acquiritur ecclesiæ vel loco pio & ita econuerso. Sed quando sumus in dubio, licet Docto. in relictis & vltimis voluntatibus vario modo distinguant donationem. tamen glo. in ver. nec est. in c. requisiuisti. de testa. dicit, quòd intelligitur factum intuitu amicitiæ ipsius cui fit donatio: & sic videtur inferendum quòd cum oblatio sit donatio in dubio oblatum acquiratur personæ cui fit oblatio. Sed quicquid dicat illa glossa in donatione, de quo dicendum vt latè diximus in titu. per quas personas no. acquiritur. In oblationibus tamen in dubio, cùm ille fiant principaliter Deo, seu ecclesiæ, vel hospitali, aut simili loco, & principaliter fiant propter Deum & animam, & ipsam ecclesiam, seu locum, secundùm ea quæ latius dicta fuerunt in primo libello. concludendum est ꝙ res oblatæ quæruntur ipsi ecclesiæ vel hospitali, aut loco pio. & hoc indubitanter quando fiunt Prælato & orphanotropho, leprosario vel alteri administratori. Sed si fierent vni oblato vel ecōuerso, habendo respectum ad ipsius personam, vel propter consanguinitatem, vel amicitiam, vel ipsius indigentiam: tunc acquirerentur ipsi: nisi aliud haberet status ipsius regulæ. argu. iurium superius allegatorum: & quæ à nonnullis not. & traduntur, & eorum quę traduntur d. c. requisisti. de testa. Ad quę
1 etiam accedant quæ diximus in titu. de lega. ¶ †Sed circa prædicta quæro de quæstione notabili, quam sæpius vidi: videlicet: Cuidam imagini gloriosæ virginis Marię fiunt oblationes: quare dubitatur, cui debeantur huiusmodi oblationes. Circa quam q. Doctores nostri vario modo loquuntur tam in commentarijs, quam in consilijs & disputationibus. Et prædictam q. tangit domi. Anto. in c. pastoralis. de his quę fiunt à Præla. & ibi per do. m. & Io. de Imo. & per do. An. & ꝑ do. m. in rub. de paro. tangit etiā do. Ant. in Cle. per literas. de ꝑben. Et latè hanc quęstionem disputauit Angel. in disputatione quę incipit, refulgenti. Consuluerunt etiam in prędicta materia Pet. de peru. & Gas. de cald. & plures alij. Ego verò pro clariori decisione & intellectu istius quęstionis dico, quòd sex possunt in talibus oblationibus dubitationes haberi, vtrum prędictæ oblationes ad eos pertineant. Primò, dominus domus. Secundò, locus ipse. Tertiò, ecclesia illius nominis, cui9 est imago vel statua. Quartò, ecclesia cathedralis. Quintò, Episcopus. Sextò, ecclesia parochialis. Quorum omnium iura singulariter prosequar.

Sed ante, quàm ad ipsorum examinationem condescendam: postquàm sumus in materia oblationum facta-
2 rum alicui imagini vel statuæ, †Præmitto quòd quandoq; statua vel imago est prophana: vt quia est statua Herculis, lupæ, vel leonis, aut similis hominis, vel animalis non religiosi. Et hoc casu, dicendum est quòd oblationes factę, acquiruntur domino illius imaginis, seu statuæ: & isto modo talis imaginis vel statuę potest esse, vsusfructus, vt dicit tex. in l. statuę & imaginis. ff. de vsufru. & ita potest ille tex. exemplificari & ita exemplificat ibi gloss. & hoc tenet Angel. in d. disputatione, quę decisio mihi placet, pro alleg. text. singu. in l. Caius. ff. de annu. lega. vbi quando aliquid relinquitur, vel donatur rei meæ, videtur mihi relictum vel donatum & ibi hoc not. Barto. quod ego arbitror procedere, siue res oblata sit, & remaneṫ separata ab ipsa imagine. verbi gratia, si lupę offerreṫ corona, iocale, vel quid simile: siue res oblata fieret pars integralis subiectiua, vel prędicamētis ipsius statuæ, vt puta, statuę leonis deficiebat pes, cauda, vel simile membrum: quod per offerentem fuit adiunctum quòd etiam dico procedere si pars adiuncta esset caput: aut esset longè maior pars, quàm reliqua pars, cui talia membra offerrentur. Ex quo præsupponimus quòd istę adiunctiōes fiāt ab aliquo intendente offerre, & sic donare. Nec ob. l. quicquid. ff. de acquiren. re. do. & in l. rem. §. item quocunq;. ff. de rei vendica. vbi text. volunt, quòd quando huiusmodi coniunctiones partis ad partem statuę, vel similis rei fiunt, ferruminatione vel alio simili modo: potest agi ad exhibendum vt separentur: & partes ipsę redire debent ad priores dominos: quia illi text. loquuntur, quando ille qui coniunxit partem parti, non coniunxit animo offerendi vel donandi, quod tamen dixi, quòd tales oblationes quęruntur domino statuę: procedit, nisi consuetudo aliter haberet, per ea quę inferius dicam. & idem dicerem, si voluntas offerentis declarata esset: quòd non acquireretur domino statuę, sed alteri: quia reipub. vel simili: quia tunc domino ipsius stutuę non quęreretur, per ea quę statim dicam. ¶ Quid si offerens aliquid imagini religiosę exprimat, cuius contēplatione faciat talem oblationē: seu cui velit eam quęri.

3 Secundo Loco rediens ad oblationes factas imagini religiosę alicuius sancti. † Pręmitto etiam quòd quando essemus in casu certo, cuius contemplatione offerēs faceret talem oblationem: tunc res oblata illi quęreretur, cuius contemplatione facta esset oblatio, per ea quę in princ. istius li. explicata sunt. quare si fieret contemplatione domini domus, in cuius pariete imago depicta est: eò quòd talis esset pauper: vel quia eas oblationes in certos vsus pios conuertebatur. illius domini efficiuntur. nam rei suę quęlibet est moderator, & arbiter: vt in l. in re mandata. C. manda. In traditionibus enim rerum nostrarum, possumus quam volumus adijcere conditionem: dummodò honestam: vt in l. in traditionibus. ff. de pact. Et ex hoc videtur posse inferri, quòd si consuetudo erat nota offerenti, quòd dominus domus vel parietis, aut loci recipiebat tales oblationes: & conuertebat in necessitates suas, vel in alios certos vsus: quod cùm offerens videatur secūdùm hanc consuetu. cùm offerret, animum habere vt illi quęrātur, per regulam, in obscuris. cum sua materia de reg. iur. lib. vj. Et ex his quę latius dixi in tit. de consue. quia licet offerens expressè non exprimat quòd intendat rem oblatam quęri illi domino: nihilominus illi domino quęreretur. Sed contra hoc videtur fortiter obstare text. x. quęstio. j. cap. hanc consue. vbi talis consuetudo reprobatur. Sed potest responderi quòd ille text. loquitur in oblatis in ecclesia: quę etiam ex consuetudine non licet laicis occupare, sed nos loquimur de oblatis in loco profano: licet imagini religiosę, vel posset dici quòd ille text. loquitur, quando sine causa laici vellent recipere indifferenter oblationes prędictas: secus quando proprias necessitates, vel vt in aliquos pios vsus conuerterent: vel potest dici quòd in terminis nostris hoc non contingit, ratione consuetudinis: sed presumptę voluntatis offerentis. sicut enim offerens potuit offerre ea intentione declarata, vt fieret ipsius domini: vt statim dictum est, ita ipsius intentio videatur declarari per hanc consuetudinem: & per consequens ex intentione sua quęratur illi domino. & sic infertur quòd si daretur ignorentia offerentis, nō posset dominus domus vel parietis ex sola consuetudine fundare intentionem suam. & ita procedat contrarium: vt voluntate offerentis informata, seu declarata consuetudine, hoc procedat, nisi diceretur quòd pręsumptionem prędictam tollere videtur alia vrgentior pręsumptio: quę est in offerentem, quòd sciat talem consuetudinem non valere. per d. c. hanc consuetudinem cùm potius consuetudinis, quàm ignorantia iuris prędicatur: vt de se patet. & no. in ca. j. de consti. lib. vj. quòd admitterem, si talis offerens esset peritus in iure: vel esset alius casus in quo non esset tanta dubitatio, sicut est in terminis nostris, vt ex j. dicendis apparebit: maximè, quia & his non reperimus aliquid expressè dispositum in contrarium. & sic patet, quòd decisio prędicta, quando voluntas offerentis non est aliter declarata, quàm per consuetudinem: non procedit sine dubitatione. Concludo tamen, ꝙ qualitercunq; potest apparere de voluntate offerentis, ꝙ potius quęratur vni, quàm alteri, ꝙ ipsius voluntas seruabitur.

¶ Quid si consuetudo disponit, quòd oblationes factę imagini alicuius sancti, quęrantur potius vni, quàm alteri.

Tertio Pręmittendum est ad declarationem dicendorum, ꝙ quamuis dubium sit, quibus quęrantur prędictę oblationes factę imagini virginis, vel alterius sancti, respectu prędictorum pretendentium ius: tamen si consuetudo prescripta esset quòd potius vni ecclesię quā alteri quęreretur: vt puta potius ecclesię cathedrali, vel ecclesię nominis illius

a ¶ Vide aliquid p Ang. de Arer. in §. sacre. insti. de rerum diui.

illius sancti, quàm parochiali: vel potius Episcopo q̃ ecclesię parochiali. hoc casu indubitáter seruā da esset cōsuetudo quę in talibus valida est: vt text. expressus in c. cùm inter. de ver. sig. & hoc tenēt ibi oēs Doct. facit. c. fi. & quod ibi no. de paroch. indubitanter enim in talibus procedit præscriptio: vt c. ex transmissa. & c. de quarta. de prescript. facit tex. & qđ no. ibi d. M. in c. ij. de sepul. & qđ no. Hostiē. in sum. de sepul. §. an licitū. Host. Io. An. & Doc. in c. certificari. de repu. & qđ dixi de consue. & præscrip. Idem dicendū de priuil. per qđ hoc concederetur. & hoc procedit, qñ consue. esset, vt acquireretur ecclesiæ, vel personę ecclesiasticæ, quæ esset capax quasi possessionis iuriū: sed si cōsue. esset ꝙ q̃reretur personæ prophanæ, vel loco prophano: dicendū est vt statim dixi. his igitur ita explicatis descendo ad examinationem singulorū sex prætendētium ius in dictis oblationibus, de quib⁹ s. præmisimus: videlicet quis prædictorū re existēte dubia, in dictis oblationibus iura vendicet potiora.

¶ Vtrum dictæ oblationes quærantur domino domus, vł parietis vbi depicta est imago sancti, vel statua affixa.

4 Quo ad primum. Videlicet† ad dñm domus, quē diximus posse in rebus taliter oblatis ius prætendere, dicendū, ꝙ pro ipso dño[a] facit l. in rem. §. si quis. ff. de rei vendi. & l. quicquid. ff. de acquirend. re. do. & insti. de rerū diui. §. ex diuerso. in quib⁹ patet ꝙ adiunctū alicui rei, efficitur illius cuius est res, cui aliquid adiungitur: quare si paries & imago, vel statua sunt alicuius priuati: oblationes illi factæ venire & effici debent ipsius, qui pōt ipsum parietē remouere: & ipsam imaginem abradere, & statuam tollere. dūmodò nō faciat in contemptū diuinę maiestatis. insuper & locū ipsum vendere, & alienare, & in aliū vsum trāsferre ad libitū volūtatis suæ: cū non sit locus sacer, nec religiosus. arg. no. per Inno. in c. inter dilectos. de dona. & c. ad hęc. de relig. do. & quia vt dictū est, rei suæ quilibet est moderator & arbiter. Et pro hac etiam parte facit tex. & quod not. Bart. in l. Caius. ff. de an. leg. vbi Bar. dicit arg. illius tex. ꝙ qñ aliquid relinquit̃, vel donatur rei meę: videtur mihi relictum vel donatū. Sed in cōtrarium fortiter ob. quia laicus non potest esse capax horū iurium: nec ipsorum iurium quasi possessionem habere, etiam ex consuetudine: vt d. c. hanc consuetudinem. x. q. j. Item: quia huic laico nihil est oblatū, vel promissum, vel donatum: ergo non potest sibi quæri. C. de dona. l. nec ambigi. Item & tertiò, quia donatio facta imagini gloriosæ Virginis, vel alteri⁹ sancti, videt̃ facta Virgini, seu illi sancto cuius imago depicta est, & quę ipsum repręsentat. quicquid enim actiuè fit & passiuè in repręsentate, intelligit̃ factum in repręsentato: vt C. de fideiuss. l. à tutoribus. C. de rebus cre. l. cùm etiam. ff. de lega. ij. l. Prætor. §. mater. de leg. iij. l. fi. ff. de fideicom. lib. talis. & C. ne. li. sig. sal. in rub. & nigro. & in proprijs terminis de imaginibus & statuis optimè probatur. l. capitulum. §. ad statuas. ff. de pœ. Et no. in l. fina. §. sanè. C. de his qui ad eccle. confu. facit etiam quod no. C. de sta. & ima. in rubro & nigro. & etiā quod no. ff. de acqui. re. do. l. statuas. quare cùm non contemplatione ipsius domini domus, sed contēplatione illius sancti tales oblationes fiant: meritò non quæruntur ipsi domino: quia quod alicui donatur, vel relinquitur contemplatione alterius, videtur donari vel relinqui illi, cuius contemplatione fit, secundùm ea quæ no. in c. requisistis. de testa. & secundū ea quæ latius in prin. istius li. explicata sunt. Ad qđ accedant quę statim dicam in ver. quò ad iij. & quia omne donatū ecclesiæ aut Deo: quia in ecclesia & ipsius Dei imagine, Deus repręsentat̃: & ideò Deo acquiritur: seu illi sancto: vt ibi dicam. Quartò contra ipsum dñm facit, quia ea quæ sunt Deo oblata, non debent in vsus ac dominium laicorum ampli⁹ deputari. xij. q. ij. c. nulli. de consecra. distin. j. cap. ligna. & c. vestimenta. de foro compe. c. conquestus facit l. si quis sepulchri. ff. de reli. & sum. fu. & quod traditur in reg. semel Deo de regu. iur. libr. vj. Item probatur: quia non licet laicis tales oblationes custodire, aut accipere: nec in vsus suos cōuertere: nec de ipsis quicquam dispensare. x. q. j. quia sacerdotes. & c. sanctorum. & c. hanc consuetudinem. facit etiam. c. quamuis. de deci. & istam opi. communiter tenent omnes Doct. ꝙ ad dominum parietis dom⁹ vel loci talis imaginis vel statuæ, huiusmodi oblationes non possint pertinere, qđ mihi placet. Pro qua etiam accedant quæ dicam. j. in ver. quo ad vj.

b Arbitror[b] tamen hoc limitandū, nisi talis dominus esset persona ecclesiastica, vel locus ipse pertineret ad aliquam ecclesiam, vel locum religiosum: quia in casu prædicto, quāuis illa ecclesia non esset ecclesia parochialis, tamen si accessisset consuetudo seu præscriptio, quòd tales oblationes pertinerent ad talem dominum: certè consuetudo esset seruanda. & tunc dominus illius loci, qui est capax illius quasi possessionis, ratione consuetudinis prescriptę, in ipsis oblationibus haberet meliora iura: cùm in talibus possit operari consuetudo: vt superius explicatum est. Sed si dñs domus esset persona prophana: tunc secus est: vt dictum est. Quod tamen procedit in casu dubio: sed in casu certo, seruaremus certum: vt diximus in secundo præsupposito. Prædicta ergo communis conclusio procedit in rebus oblatis separatis ab ipsa imagine, vel statua: quæ non fierēt pars subiectiua, vel integralis illius imaginis vel statuæ. Secus si fierent pars integralis ipsius: vt puta, deficiebat statuæ brachium, pes, vel aliud membrū: & offerens, illud adiunxit: quia tūc talia taliter oblata fiunt domini illius statuæ, vel loci. arg. l. in rem. §. si quis rei. ff. de rei vendi. & ea quæ primo præsupposui.

¶ Vtrum prædictæ oblationes quærātur loco imaginis vel statuæ.

5 Quò ad† secundum Quē diximus prætendere ius in prædictis oblationibus, quem diximus esse locum imaginis vel statuæ, potest figurari exemplū. Si imago esset depicta in aliquo oratorio: vel statua esset posita in aliqua capella de hospitali: vel in aliquo loco sacro, aut religioso. Quo casu, potest dubitari, an quęrantur ipsi loco. & videtur dicendum ꝙ sic: quia relictum aut concessum alicui templo, est ipsius templi: vt in l. seruos ad custodiam. ff. de ali. & cib. leg. facit optimè text. in

c authen. de ecclesiasticis titu. §. si quis[c] autē. vbi concessum oratorio, pertinet ad oratorium. Item facit qđ no. C. de fur. l. si nondū rem tēporalem. & ff. de re. diui. in l. in tantum. §. sacræ. & insti. eod. §. sacræ. Faciunt etiam ea quæ superius deduxi pro domino domus. Sed his non obstantibus, communis opin. est in contrarium. quod probatur expressè per tex. in cap. ex transmissa. de præscript. & per ea quæ dicam. j. de ecclesia parochiali. in ver. quò ad sextum. Hæc tamen opin. recipit duas limitationes, iudicio meo, videlicet, nisi ex mente ipsius offerentis aliud appareret, vel consuetudo aliud haberet, per ea quę superius explicata sunt.

¶ Vtrum prædictæ oblationes quærantur ecclesiæ nomine illius sancti.

6 Quò ad tertium †Quem s. diximus posse ꝑtendere ius in dictis oblationibus, quē diximus esse ecclesiam ędificatam sub nomine illius sancti, cui fiūt oblationes. Exemplum potest figurari in oblationibus quę fiunt imagini gloriosissimę virginis Marię apud cantum de Magalotis in nostra ciuitate Senarum, vtrum pertinere debeant ad ecclesiam cathedralem, non tanquam cathedralem, sed tanquam ędificatam sub nomine gloriosissimę virginis Marię: de quibus oblationibus olim fuit maxima disceptatio inter Episcopum & ecclesiam parochialem sancti Martini, & ipsum dominum do-

d mus in qua imago depicta est.[d] & pro dicta ecclesia sub nomine sancti illi⁹ imaginis ędificata. facit, quia vt sępius dictū est, qñ aliquid vouetur vel offert̃ huiusmodi imaginibus vel statuis, nō cōsideramus ipsam picturā vel imaginē: sed reuerantiā illi⁹ sancti: quia per talem imaginē repręsentatur, vt est

a ¶ Facit in §. si qs autē. in auť. de eccle. tit. col. ix. vbi concessum oratorio pertinet ad oratoriū. facit qđ no. Bal. in authē. hoc ius porrectū. in ij. col. vers. sed hoc quęro. C. de sacrosanct. eccle. quod relictū hospitali constituto authoritate Epi, applicat̃ ipsi hospitali. facit qđ voluit Abb. in c. dilectus. de offic. ordi. in c. j. in notabili. de statu mo. ꝙ si imago alicuius sancti est in pariete monasterij, oblationes sunt monasterij.

b ¶ Et pro hoc facit qđ dicit Abb. in c. pastoralis. in j. co. de his q̃ fiūt à Prelato. vult em̃ ꝙ si celebranti in alteri⁹ eccłia fiūt oblationes, cedūt rectori dictę ecclesię. melius facit quod no. in c. j. de sta. mo. in ca. dilectus. de offi. or. vt s.

c ¶ Vide Petrū de Peru. in canonica sua. ī §. venio. ad quartū capitulū in xvij. Cardi. & Marti. de laude ī l. si nondū. in fi. C. de fur. vbi declarāt illū aliter, q̃ cōiter intelligatur. vide not. ibi Ange. qui infert duo notabilia ex illo. §. j. ꝙ licet regulariter rōne incertitudinis vitiet̃ legatū, nō inspiciendo qs sit pauperior. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tu. fallit in legato ad pias causas ꝑ illū tex. secūdū, ꝙ paria sunt dicere, instituo sanctum Frācīscū, & instituo ecclesiam sancti Francisc.

d ¶ Facit etiā text. in §. œconomos. ī authē. de sancti. Episc. vbi Ange. no. infert. ad q. in terminis. facit gl. in l. lege Iulia peculatus. in princ. ff. ad l. Iul. pec. ꝑ quā d. Alexan. in apostil. ad Bart. infert ad quęstionem hanc in terminis, vide Ioan. An. & Inn. in ca. cū super. de causa pos. et proprieta. vide Ange. in cō sil. ccxxiiij. inci. ī Dei nomine &c.

a ¶Pro hac parte facit quod dicit dominus Lap. in alleg. lxxvj. in vl. col. vbi vult ꝙ si sit legatum eccleſię quæ non reperitur in diœceſi, debetur eccleſię cathe.

b ¶Facit pro iſta parte dictũ Abb. in c. quamuis. de deci. vbi vult ꝙ Epiſcopus non poteſt domino domus, vbi eſt pictura ꝙ de oblationibus diſpenſet ad libitũ hanc partẽ videas plenè comprobatam per Maluitium intra c. oblationum in iiij. dubio in j. ij. & iij. colum.

c ¶Ad idẽ adducitur per Abb. in c. j. in iij. not. de ſta. re. inc. ex trãſmiſſa. in j. not. de preſcrip. & hanc opi. tenet etiam Cardi. in Cle. j. in vj. q. de ſup. neg. Prela. Abb. in c. dilectus. de offi. or. vbi Mar. lau. Io. An. in d. c. ad audiẽtiam. & hãc opi. dicit eſſe cõmunem Troilus maluitius in trac. oblationũ. in iiij. dubio, in vj. col.

tex. de conſe. diſt. ij. c. prelatum. Hinc eſt ꝙ venerabiles imagines, Chriſtiani non appellant Deos, neq; illis ſeruiunt vt dijs: expectant futurum iudicium. ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum, venerantur. de conſe. diſt. iij. c. venerabiles. Per ſignum enim talis imaginis ſignatum repræſentatur. Et hinc eſt quòd ſignum ſaluatoris nõ eſt licitum humi ponere, aut ſculpere, vel pingere, vt in l. vnica. C. ne lice. ſig. ſal. & ideò non licet crucem, aut ſanctorũ imagines, ſeu ſtatuas in aggrauationem ceſſationis in terram proſternere, vt in c. ſi canonici. in fi. de offi. or. libr. vj. cùm ergo oblationes fiant per reſpectum illius ſancti repræſentati per illam imaginem: meritò videntur quæri eccleſiæ ædificatæ ſub nomine illius ſancti. facit tex. in authẽ. de eccle. ti. §. ſi quis aũt. vbi tex. dicit ꝙ ſi aliquis vnum ſanctorum ſcripſit hæredem, aut legatum relinquit: & non ſpecialiter nominauit locum, in quo eſt venerabilis domus illius ſancti, ſed in eodem loco ſeu ciuitate plura inueniantur oratoria illius ſancti, illi potius debetur domui quę pauperior eſt. ſi verò in ciuitate non eſt baſilica illius ſancti, & inueniatur in territorio, illi debebitur. Si autem neq; in territorio reperitur huiuſmodi domus: tunc eccleſię ciuitatis in qua teſtator domicilium habuit legatum debetur. & ſic tex. preal le. videtur concludere ꝙ debeatur eccleſię illius ſancti. Eſt tamen aduertendũ ꝙ, ille tex. loquitur quando non fuit expreſſus certus locus. Sed in terminis noſtris, ponimus oblatiões factas imagini. vel ſtatuæ, q̃ de neceſſitate circunſcribitur loco. Item facit pro prædicta opi. donatum aut oblatum imagini repræſentãti, videtur donatum ſancto repræſentato per illam imaginem: ergo ſicut donatum vel relictum ſeruo, vel filio alicuius contemplatione domini vel patris, efficitur domini vel patris, vt ſ. dictum eſt: ita & in terminis noſtris, oblatum imagini repræſentanti, cùm videatur oblatum ipſi ſancto repræſentato, debet acquiri eccleſiæ illius ſancti. ar. dicti. §. ſi quis autem. in authen. de eccle. ti. & pro hac parte conſuluit domi. Pet. de peru. vt dicam in ſeq. caſu. Sed his non obſtantibus hæc opi. communiter reprobatur: & contra ipſam concludunt ar. & iura quę ſtatim ſubijciã pro eccleſia parochiali, in verſi. quò ad vi. Arbitror tamen hanc communem reprobationem recipere duas limitationes, de quibus in præcedentibus: videlicet niſi de expreſſa intentione ipſius offerentis appareret ꝙ vellet eſſe ipſius eccleſię. Vel niſi cõſuetudo præſcripta eſſet ꝙ acquireretur dictæ eccleſię. vel priuilegium ſuper hoc eſſet conceſſum tali eccleſię. vel niſi fortè talis imago eſſet depicta in ipſamet eccleſia ipſius nominis, ſecundùm aliquos, qđ mihi nõ placet: quia oblationes ſimpliciter factæ in ipſa eccleſia non parochiali, quęruntur eccleſię parochiali fortius oblationes factæ imagini depictę vel ſtatuę exiſtenti in eccleſia eiuſdem nominis, quæruntur eccleſię parochiali.

¶Vtrum dictę oblationes quærantur eccleſię cathedrali.

7 a Quò ad quartum †Quem diximꝰ poſſe[a] pretendere ius in dictis oblationibus, quem diximus eſſe in eccleſiam cathedralem. Videtur primò dicendũ, quòd ipſi eccleſię cathedrali quęrũtur quę dignior eſt, & proprie dicitur eccleſia matrix. c. venerabili. de ver. ſig. Et quia videmus ꝙ quando ſumus in dubio vbi quis debeat ſepeliri, ſepelitur apud eccleſiam cathedralem, ſecundũ ea quę traduntur in Cle. dudũ. §. verũ. de ſepul. & per Pau. & Hoſt. & Inn. in c. nos. eo. ti. maximè qñ in ciuitate illa nõ eſſet alia eccleſia ædificata ſub nomine illius ſancti, cuius imagini oblatio facta eſt: & hoc potiſsimum qñ eccleſia cathedralis eſſet ędificata ſub nomine illiꝰ ſancti. & ita cõſuluit do. Pet. de peru. pro noſtra eccleſia cathedrali ædificata ſub nomine glorioſiſsimę virginis Marię. Quę oblationes ſanctę imagini virginis Marię apud caſſatum de Magalotijs, & alijs ſimilibus imaginibꝰ, debentur eccleſię cathedrali. Sed hęc opi. mihi non placet per ea quæ j. deducam pro eccleſia parochiali niſi aliud appareat de intẽtione offerẽtis vel niſi talis eccleſia præſcripſiſſet ius percipiendi dictas oblationes: vel id haberet ex priuilegio, vt ſuperius dictum eſt.

¶Vtrum prædictę oblationes quærantur Epiſcopo.

8 b Quò ad quintum, †Quem ſupra diximus poſſe[b] prætendere ius in dictis oblationibꝰ, quẽ diximus eſſe Epiſcopum loci. Videtur dicendum ipſum Epiſcopum ſuper dictis oblationibus poſſe ius prætendere: quia vt ſæpius dictum eſt, oblationes factę talibus imaginibus, videntur factæ Deo, & illis ſanctis. & ideò videtur quòd debeant per diœceſanũ capi & adminiſtrari: & in ſuſtentationem pauperum erogari: ſicut cętera bona eccleſiarũ, vel aliorũ templorũ Dei. xij. q. j. c. præcipimꝰ. & c. res eccleſiæ. & c. nulli Epiſcopũ. Simile videmus in bonis alicuius decedentis ab inteſtato: de quibus dubitatur, cui ſint reſtituenda: quia ad Epiſcopi cõſeruationẽ, & diſtributionẽ pertinent: vt in auť. oẽs peregrini. C. communia de ſucceſsionibus faciũt no. per Inno. in c. quia pleriq;. de immu. eccle. neq; enim videť negari poſſe dubitationẽ exortã ad quę tales oblationes pertinere debeant: ergo cura & ſolicitudine Epiſcopi, talia bona videntur pauperibꝰ erogãda. & ꝙ tales oblationes ad Epiſcopũ pertineant. notando colligit d. Ant. in Cle. per literas. de preben. Dicit etiã do. m. in rub. de paro. vidiſſe Io. And. in addi. Spe. allegantẽ pro Epiſcopo. ſed ego nõ memini legiſſe vbi hoc dicat: nec do. m. allegat: licet in rub. de paro. Io. An. in addi. Spe. aliqua dicat in materia oblationũ: nõ tñ alle. pro Epiſcopo quò ad propoſitũ noſtrũ. Gaſ. calde. cõſi. xv. ſub tit. de paro. vult ꝙ tales oblationes nõ pertineãt ad Epiſcopũ: & ſubdit ꝙ Eps de iure debet habere tertiã partem oblationũ: niſi contrariũ habeat conſuetudo, vel priuilegiũ, per no. x. q. j. c. de his. de offi. ordi. c. conquerente. de cenſi. c. cũ olim. Pet. de Peru. in prędicto conſil. dicit, ꝙ ſi tales oblationes acquirantur eccleſię cathedrali: tunc fieri debet ipſarũ diuiſio inter eccleſiã cathedralem, quę habebit medietatem, & Epiſcopũ, qui habebit aliã medietatẽ: vt in c. requiſiſti. de teſta. vbi eſt caſus, ſecundum eũ, qui mihi placet, qñ tales oblationes fierent tam intuitu Epiſcopi, quã eccleſiæ, & ita procedit opi. Hoſti. ibi poſita. Sed in oblationibus quę fierent intuitu eccleſiæ dũtaxat: debetur ſolũmodò quarta. & ita procedat opi. Inno. Vin. & do. m. in d. c. requiſiſti. per no. xij. q. ij. cap. quatuor. & c. conceſſo. Si aũt tales oblationes debentur eccleſię parochiali: tunc Epiſcopus ab eccleſia parochiali poteſt petere canonicã portionem, q̃ de iure cõmuni ſecundũ eũ, eſt quarta: licet ex cõſuetudine poſſit eſſe tertia, vel medietas. d. c. de his. & c. antiquos. x. q. j. xij. q. ij. c. vobis. & c. Vulteranę. & c. cõceſſo. & c. quatuor. Ego hunc arti. canonicæ portionis, an & quanta Epiſcopo debeatur, & parochiali eccleſiæ, hęc omitto: quoniã de illa in tractatu canonicę portionis latius explicabimus. Illud ſolùm adiungẽs, ꝙ ab ipſa eccleſia parochiali debeť canonica portio Epiſcopo: vt traditur c. officij. & c. requiſiſti. de teſta. & tradit do. m. in c. ij. de ſepul. Sed quò ad materiã noſtrã concluſio ſit, ꝙ res oblatæ imagini vel ſtatuæ, non debentur primo loco Epiſcopo: vt etiam patebit ſtatim, niſi cõſuetudo, præſcriptio, aut priuilegium aliud haberet: vel niſi appareret expreſsè ꝙ contemplatione Epiſcopi, oblatio facta eſſet, per ea quæ ſuperius ſunt explicata.

¶Vtrum prædictę oblationes debeantur eccleſię parochiali.

9 Quò ad ſextum, †Quem diximus pretendere ius in dictis oblationibus, quem nos diximus eſſe eccleſiam parochialem, dicendum eſt, ꝙ communis cõcluſio eſt Doc. tales oblationes debentur dictę eccleſię parochiali. hanc opi. tenet do. m. & Io. de Imol. in c. paſtoralis. de his quę fiunt à Prela. Nam eccleſia parochialis fundat intentionem ſuã ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus, cõtingentibus infra parochiã ſuã: vt d. c. paſtoralis. ibi, vt ſingularum eccleſiarũ prouentus. vnde dicit ibi Hoſt. ꝙ oẽs decimę & oblationes q̃ fiunt intra parochiã, cedunt eccleſiæ parochiali. Ad [c] idem inducit do. m. c. ad audientiam. de eccle. ędi. per locũ à ſpeciali. nam ſi oblationes factę capellę vel altari, cedunt parochiali eccleſię, & nõ capellano, vt ibi & infra ſubijciam in ſeq. q. fortius iſtę oblationes factę imagini. & eandẽ opi. tenet do. m. in c. j. de ſucceſ. ab inteſt. & c. qm̃. de deci. & eandem ſententiã ſentit Gaſ. cal de. cõſi. xv. ſub rub. de paroch. Mouentur: quia ſicut Epiſcopus in tota diœceſi ſua fundat intentionẽ ſuã de iure cõmuni ſuper iuribꝰ Epiſcopalibus, vt c. cõquerente. de offi. ordi. ita rector parochialis eccleſię in parochia ſua. c. ad decimas. de reſti. ſpo. lib. vj. & hęc opi. plus mihi placet in caſu dubij. & probatur expreſsè in c. ex tranſmiſſa. de preſcrip. Prędicta tamen procedunt, niſi conſuetudo, preſcriptio, vel priuilegium aliud haberet. Item prędictã cõmunẽ opi. limita, vt procedat in his oblationibus quę ſunt pars integralis, aut ſubiectiua ipſius imaginis vel ſtatuę: ſed ſunt ſeparatę a dicta imagine vel ſtatua. Secus ſi fierent pars ſubiectiua, ſeu integralis ipſius imaginis vel ſtatuę: quia tunc acquireret dño imaginis vel ſtatuę, per tex. in l. ſi rem. §. ſi quis rei. & in §. itẽ quęcunq;. iuncta glo. de rei ven. & in l. quicquid. ff. de acqui. rerũ do. iunctis his quę dixi ſ. in primo pręſuppoſito. Et ſic ex prędictis, Deo duce, quęſtio prędicta, q̃ quotidiana poteſt eſſe, rationabiliter eſt declarata.

10 Vlterius †Quero, cui quęrantur oblationes factę ad altare in capella alicuius eccleſię. Sol. Gaſ. Calde. cõſuluit quòd ſint parochiani, per c. paſtoralis. de his quę fiunt à Prela. & c. ad audientiam. de eccle. ędifi. & c. cùm inter. de verbo. ſignifi. & idem tenent d. Ant. & do. m. in d. cap. paſtoralis. No. etiam do. Domi. in cap. ex tranſmiſſa. de preſump. vbi dicit, ꝙ debent eſſe rectoris, & non capellani inſtituti in il-

la capella vel altari.mouetur,quia matrici ecclesiæ debenť oblationes quę fiunt in ecclesijs,seu capellis suæ parochię,extra corpus ecclesiæ suę:fortius si fiant intra:licet in altari ad qđ alius est institutus. Et hanc etiam opi.sentit Lap.allega.lviij. vbi circa materiam oblationum,ad quas quis tenetur facere ad altare, & ad quas quis necessitatur diebus solennibus,quibus necessitatur audire integram missam,& oblationem facere, secundùm
a ea quæ diximus.s.lib.iij. Quare[a] cùm quilibet teneatur ipsam missam audire in propria parochia:vt cap.ij.de paroch.& per consequens in ea offerre. Ideò si alibi audiat missam,diebus solennibus offerat:non propterea excusatur quominus teneatur ecclesiæ parochiali.vnde tenetur vel mittere quod tenebať offerre:vel alia vice duplam oblationem facere. Concludens etiã quòd si proprius rector parochianus licentiam dederit audiẽdi missam alibi,quod facere potest:vt no.in d.c. ij. Is tamẽ cui concessio facta est,non potest in præiudicium parochialis ecclesiæ alteri offerre. In ecclesia enim, in qua ex licentia audiat missam,non tenetur offerre:sed si vult potest:sed non in præiudicium ecclesiæ parochialis:nam talis licentia tanquam odiosa, restringenda est:vt in regula,odio.de regu.iur.lib.vj.vnde sicut dispensatio super absentia studiorum causa non includit perceptionem fructuum,nisi hoc expressè dicatur:vt in c. tuæ. de cleri.non residen.ita vt hic. Nec debet ius vnius ecclesiæ dare alteri.xvj.q.j.cap.quicunq;.quæ diligẽter sunt notanda.eò maximè,quia quotidie seruatur contrarium, propter ignorãtiam & defectum scientiæ qui est in rectoribus parochialibus: sed saltem deberent ipsi operam dare,vt horum iurium parochialium notitiam haberent.& quod dixi de obligationibus factis ad altare, idem & in alijs oblationibus quæ debentur ecclesiæ parochiali à iure:nisi aliud exprimatur,vel nisi aliud habeat cõsuetudo,quæ hodie quodammodò est vniuersalis:quia factę ecclesijs infra parochiam,communiter sunt rectoris illius ecclesiæ.quæ consuetudo valet,vt dixi in præcedenti quæstione,vel nisi aliud habeat priuilegium,prout habent ecclesię regulariũ: quę ex priuilegio quodãmodò religionis,retinent omnes oblationes factas:etiam si fiant ad altare:vt est text.in c.j.de statu mo.& etiam in c.nimis.de exces.Præla. Item quod dixi, quod oblationes quæ fiunt in parochia,vel intra parochiam alicuius,
b etiam in missa,sunt parochiani:limitatur,[b] nisi Episcopus fuerit ille,qui missam celebrauerit:quia tunc oblationes factę sunt ipsius:etiam si dicat missam in ecclesia parochiali, & sibi offeruntur a proprio parochiano.nam tota sua diœcesis intelligitur parochia sua:vt in c.j.& c.super eo.de rap. & de offic. Archipresby.cap ij.xvj.q.iij.ca.licet in regulari.& ideò sua sunt: nam & omnia sub eius dispositione & dispensatione cõsistũt. x.q.j.c.j.ij.iij.& iiij.hoc tenet Hostiẽ.in tit.de paroch.§.in quibus.ver.quid ergo si Episcopus.& Arch.de consecra.dist.j. c. omnis.Subdit tamen Gas.in dicto consilio, quòd hoc limitandum est,nisi aliud appareat per contrariam consuetudinẽ, quæ seruanda est.ad quod faciunt quæ superius dicta sunt. Item limitat,nisi Episcopus in vno loco nimis longam traheret moram:& nimis frequenter celebraret.arg.c.suggestum. de elect. & de verbo.sig.c.quid per nouale.& prędicta etiam extendit Hostien.ad Archiepiscopos:quod mihi placet. Et est etiam notandum,quòd similiter oblationes factę in consecratione ecclesię,pertinent ad ipsum Episcopum.xviij.q.ij.c.pen.& idem dicendum est de oblationibus factis in consecratione Episcopi:quia debent esse Episcopi,non assistentis:vt not.in c.& si quęstionem.de simo.Sed circa oblationes factas in missis, occurrit notabilis dubitatio. Pone quòd statuto vel consuetudine pręscripta,oblationes quę fiunt die dominico,debent esse Prelati:& quę fiunt in festo principali,debent esse Episcopi.venit festum principale in die dominica,dubitatur nunc,cuius debẽt esse oblationes quę tunc fiunt. Io.de lig.in c.fina.de feri.tangit quęstionem:& si rectè memini,concludit pro Episcopo. eandem quęstionem tangit Guli.de cu.in l.fi.de offic. procon. sed quid dicat,ad pręsens non potui videre. Sed pro Prelato facit, quia quandocunq; simul concurrunt,causa naturalis & accidẽtalis:consideratur naturalis,non accidentalis.l.iij.in princ.ff. de tutel.insti.de rerum diui.§.pauonum.& l.j.C.de cura.furio. Sed in terminis nostris,dies dominicus est naturalis:dies festi est accidentalis.ergo cedunt Prelato:vt d.l.iij.in princi. Sed Bald.ibi format quęstionem hanc,& decidit post Cyn.quòd tales oblationes debeant diuidi isto modo:videlicet,quòd oblatiões quę factę fuerunt contemplatione diei dominicę, cedant Prelato: aliç cedant Episcopo.facit.l.dies festos.C. de fer.non obstant allegata in contrarium:quia loquuntur in re indiuidua:sed nos loquimur in re diuidua:quę opin.videtur mihi iusta & rationabilis:nam quandocunq; causa naturalis & accidentalis compatiuntur adinuicem:vna non tollit aliam:sed simul stant, & concurrunt:vt in omnibus iuribus in quibus concurrit obligatio naturalis & ciuilis.ad quod facit ca.penul.& gloss.de offic.dele ga.& quod ibi dixi. Sed dubium est in cognoscendo quę obligationes dicantur fieri propter diem festum,& q̃ propter diẽ dominicum: & maximè de oblationibus quę fierent à ,pprijs parochianis ad altare,ad quas tenentur,secundùm ea quę latius explicauimus.lib.iij.& aliquid s. tetigimus.nam de oblationi-
a bus quę fierent ab alienis parochianis, non videtur esse dubitatio,quòd tales fieri videntur occasione festi:& similiter multę sunt oblationes quę apertam habent administrationem,quę fiunt ratione festiuitatis. Dubium ergo videtur remanere in oblationibus factis à parochianis. Circa quod videtur mihi dicendum,quòd diuidi debeant per medium,quod ostendo hic. b
In eadem die concurrunt duę qualitates:quia dies dominicus, & dies festiuitatis:& vigore cuiuslibet,parochiani tenentur offerre. Et est aduertendum,quòd ego arbitror quòd teneantur ad oblationem duplicatam:quia ista est regula, quia quandocunq; aliquis debet habere aliquod prẽmium vigore alicuius qualitatis:& duę similes qualitates concurrunt in aliquo, debet habere duplex prẽmium.vnde si statutum concedit Doctoribus collegium tantùm pro Doctoribus: & tantùm promotoribus:promotores qui sunt de collegio, debent habere
c vtrũq; salarium,secundùm Doct.[c] in l.cùm quęstio.C.de lega. per Bar.in l.si seruus communis.ff.de stipula.seruo.& l. Titia. §.qui marthę.ff.de annu.leg.vbi Barto.per illum text.in simili dicit,quòd si testator legat suis fratribus cappam:& priori bibliã.quòd prior debet habere bibliam & cappam.quod etiam tenet Bar.& Io.de Imol.in l.doli.ff.de verb.obli.& Archi.xij. q.v.c.quia Ioan. Quare in terminis nostris ita videtur dicẽdũ: nam cùm istę duę qualitates eadem die concurrant:quę si concurrerent diuersis diebus,tenerentur parochiani duas oblationes facere.ita videtur dicendum,quòd pro eadem die ad duplicatas oblationes teneantur. Quare cùm oblationes diei dominici deberent esse Prelati:& factę die festiuitatis deberent esse Episcopi:per consequens diuidi debent inter Episcopum & Prelatum,pro ęquali portione:nisi oblationes essent proportionatę. c

¶ Vide S. Tho. secũda secũdę,q. lxxxvj. Hosti.in c. causa carpẽsis. de ver.sig.

¶ Vide Doct. in c.ij.de deci.& ĩ c. quãuis.vide cap. Eleutheri⁹.xviij. q.ij.adde Barto. brixiẽ. in suo dictionario,in verbo oblatio. Imo. in cle.fin.in pen. col.ĩ ver.vlterius queritur. de priuilegijs.

¶ Vide Bar.in l.si consultatio.ff. de adopti.& per Io. And.in tit.de instru.edicto.§.nũc verò aliquo. in ver.sed an paupe res.

¶ Reprehẽditur hęc opi.p Troilũ maluitiũ ĩ tract. oblationũ. in vlt. col. quarti dubij.

¶ Reprehenditur etiam hęc opi. in dicto tract. oblationum. in vltimis verbis.

¶ Libellus decimusnonus.

¶ Quid facere debeant vel possint, recipientes oblationes, de ipsis oblationibus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Oblationes,cui sint applicandę vsui.
2 Oblationes factę ad vnum vsum,an possint cõmutari in aliũ.
3 Oblationes factę ad vnum vsum,an authoritate legati de latere,transmutari possint in alium.
4 Oblationes ad vnum vsum factę,an possint in alium transmutari cum offerentis voluntate.
5 Remedium quod detur aduersus modum rebus oblatis adiectum,non implentem.

Ecimonono Principali loco superest vt examine
1 mus† quid fieri debeat de oblationibus receptis. Solu.dicendum arbitror, q̃ aut offerens non expressit quid de re oblata fieri volebat, aut expressit. Primo casu. Aut res oblata est
d orphana,aut sacra. Si[d] est prophana,tunc potest recipiens dispensare illam rem ad libitum:dummodò dispenset in actus licitos & honestos:& sibi non interdictos: ex quo res oblata, est effecta sua & rei suę,vt dictum est,quilibet est moderator & arbiter:vt l.in re mãdata.C.manda.vñ posset dispẽsare in equos, canes,& porcos:vt dicit glo.x.q.j.c.hanc consuetudinẽ. & ibi.
e Hugu.[e] Si verò res oblata esset sacra,non posset recipiens vendere,aut illam alienare,vel ad prophanos vsus conuertere: vt no.glo.x.q.ij.c.hoc ius porrectum.& probatur expressè in regula,qui semel Deo.cum sua materia: de reg.iur.lib.vj.

¶ Vtrum oblata ad vnũ vsum,possint in aliũ transmutari.

2 Secundo Casu principali† quãdo offerens expressit quid fieri volebat de re oblata. Non dubiũ, q̃ non potest recipiens illam conuertere ad alium vsum,quàm expressum. Nam vt superius explicatũ fuit,potest quis in traditione rei suę:ad quam tradendam vel dandam non necessitabatur,adijcere conditionẽ quã vult:dũmodo honestam & licitã:vt l.in traditionibus.ff.de pac.de sepul.c.de his. xviij. q. ij.c. Eleuterius.& illa seruãda est in Cle.ij.de reli.domi.& l. legẽ.C.de pac.& l.legẽ.C.locati.aliàs agi põt contra non seruan

tem vt traditur in d.l.in traditionibus.& dictis iuribus. Donata [a] enim vel relicta ad vnum vsum,non possunt regulariter in alium vsum, etiam pium conuerti, vt tenet glo. Lau. Zenze. & Docto.in d.Cle.ij.de reli.domi.facit de cõsecra.distinc.ij.c.reuera.& quod no.in l.j.C.de rei vxo.actio.Neq; enim debet discooperiri vnum altare vt aliud cooperiatur.de preben.c.cùm causam.de fo.compe.c.ex tenore.C.qui potio.in pig.habe.l.assiduis.authen.nisi rogati.ad trebel.in authen. quo.op.Epi.§.si verò non fecerint.quod procedit etiam si ad hæc accederet authoritas Episcopi,vel cuiuslibet alterius inferioris à sede apostolica vt d.Cle.ij.Sed per sedem apostolicam potest cõmutari in aliũ vsum.per tex.in d.Cle.quia contingit. Nam text.ille loquitur per verbum,largitione.& sic comprehendit etiam oblata inter viuos,& relicta in vltima voluntate,vt dicit ibi glo.vnde non solùm de legatis ad pias causas in certos pios vsus potest disponere,commutando in alium vsum: de quibus etiam probatur in Clemen.dudum.§.fi.de sepul.Sed etiam de donatis inter viuos:quia ipse est insolidùm gubernator vniuersalis ecclesiæ:cuius caput est ecclesia Romana.& ideò ad ipsum tanq; ad caput pertinet ad singula membra alimenta transfundere. ix. q.iij.c. cuncta per mundum.& c.per principalem.facit de exces. prela.Clemen.j.§.præterea.sicut in simili de principe seculari dicimus ff.de admi.re.ad ciui.perti.l.j.

¶Vtrum possint transmutari authoritate legati de latere.

3 **Sed** Circa prædicta dubitari potest† vtrum saltem authoritate legati de latere possit fieri hæc commutatio.Solu.glo.in d.Clemen.ij.de relig.domi.in ver.apostolicæ. tenet q; non.Pro qua'o pi.videnda sunt quę diximus in c.officij.de sen.excõ.xxij.dist.principali articulo iiij. q.prin.primo membro.ver.xxxiiij.Lap.verò prædictam Clemen.allegat in contrariũ quod no.idem Ioan.And.in c.si Abbatem.de elect.lib.vj.& c. authoritate.de priuile.eod.lib.vbi dicit q; aliud est dicere, sedis apostolicæ:aliud romani põtificis:quia appellatione sedis apostolicæ, compreheditur legatus de latere.sed appellatione Romani pontificis,non continetur.vnde cum tex.in d.Clemen.ij. loquatur per verbum,apostolicæ sedis per consequens videtur q; legatus de latere possit hanc commutationẽ facere. Sed hoc non obstaute dicit q; legatus hoc non poterit.quia posse hanc commutationem facere depẽdet à plenitudine potestatis: qua caret legatus.de præben.per literas.& c.dilectus. Nam hoc agitur de eo,contra quod nil aliud est disponere, quàm disponere contra legem,quod sibi principi licitum est:nam dispositiones testatoris factę ad certum vsum,debent pro lege seruari.xiij.q. ij.c.vltima voluntas.in authen.de nup.§.disponat. & ideò nomine apostolicæ sedis,non comprehenditur legatus, sed solus Papa.Quod tamen dicit Pau.procedere, nisi hæres consentiret:quia tunc posset fieri nõ solùm per legatum,sed etiam per Episcopum allegat not.per Ioan.And.post Inno.in c.fi.de testamen.Sed tu aduerte:quia licet Lap.loquatur, quando oblatio esset facta per viam vltimę voluntatis.Quo casu,dico quòd etiam legatus de latere non posset commutare.Ad quod adduco tex.in l.legatum.ff.de administra.rerum ad ciuita. pertinen. vbi tex.vult q; legatum factum per testatorem ad certum vsum non potest in alium vsum conuerti citra Principis authoritatẽ: tamen idem ego arbitror, quando est facta inter viuos: quia tollere ius sum quęsitum, etiam per viam contractus, pertinet ad habentem supremam potestatem,vt traditur per Innocen. & Docto.in c.quę in ecclesiarum.de consti.& nota.in. l.quatenus.C.de præci.impe.offer.Hæc ergo commutatio non potest fieri sine authoritate sedis aposto.vnde authoritate leg. non potest fieri: quia vt patet ex superioribus, istud est de reseruatis Principi.Nam etiam tollere partibus non consentientibus qđ processit per viam cõtractus,esset legem tollere,vt l.legem. C. de pact.& l.legem.C.locati.& in l.in traditionibus.ff.de pact.& ideò legatus nõ potest,vt dictum est.facit tex.& quod ibi no. glo.in ver.sede.in c.si postquàm.de elec.lib.vj.

¶Vtrum voluntate offerentis possit in alium vsum fieri commutatio.

4 **Arbitror** Tamen in hoc esse differentiam,† an per viam vltimæ voluntatis vel contractus, fiat oblatio in certum vsum pium,quia primo casu,etiã accedẽte voluntate hæredis,non potest per inferiorem fieri commutatio in alium vsum.licet contrarium voluerit Lap. & malè secundùm quod tenet Zaba.in Cle.ij.de reli.domi.& Io.de Iero. ibi.& mihi placet cùm non agatur de volũtate hæredis,cui possit renunciare:sed de seruanda voluntate defuncti. facit quod not.Bar.in l.legatum.ff.de vsufru.lega.& l.legatum.ff.de admi. rerum ad ciuita. perti. Quod tamen multipliciter limitandum est Primò si modò tale relictum in illum vsum, potest seruari ad illum vsum,& ad ipsum sufficit. Secus si de facto propter aliquod impedimentum non posset adimpleri in illum vsum:puta,reliquit quod certum oratorium leprosorum, vel hospitale ædificaretur in certo loco: quod non potest ex aliqua causa ibi fieri:vel non sufficit pecunia relicta ad explendũ quod testator voluit.Nam hoc casu,de consensu partium,& authoritate non solùm legati,sed etiam Episcopi potest fieri hęc commutatio:vt no. Inno.c.nos quidem.de testa.no.Barto.in d.l.legatum.ff.de admi.rerum ad ciui.perti.facit.l.fin.ff. de ope.pub. tenet Io.de lig.in d.Cle.ij.de relig.domi.& in Cle.exiui.de ver. signi.in trac.minoricarum.& per Bar.in trac.minoricarũ. libr. ij.dist.ij.c.iij.vnde non potest hæres propter hanc causam repetere relictum:sed debet conuenire & consentire, vt in aliũ piũ vsum & modum commutetur:vt dicta l.legatam.Prædicta tñ procedunt,nisi testator adiecerit,q; si legatum seu relictum non posset adimpleri ad illum vsum,ad quẽ testator reliquit: quòd tunc reuertatur ad hæredem:quia tũc potest hæres repetere:[b] vt l.liberto.§.lucius.& ibi no.Bart.post glo.ff.de annu.lega.& similiter sua voluntate posset tunc in alium vsum commutari. vt statim dicam. Secundò limitarem,si modò commutatio in alium vsum non fieret perpetuò:sed temporaliter ex aliqua iusta causa,& pro hac limitatione allego tex.singu.in l.j.C.de ex pen.ludo.lib.xj.vbi patet,q; relictum factum ciuitati ad certũ vsum,non potest perpetuò deputari ad alium vsum sine licentia Principis:sed cùm licentia præsidis,potest temporaliter cõmutari.Ex causa igitur temporali potest commutari cum authoritate Episcopi & legati:maximè Cardinalis:cũ tales æquiparent Præfecto prætorio:vt not.glo.Bal.in l.j.ff.de offi.præfec.Tertiò limitatur,si testator expressè disponit,quòd authoritate Episcopi,vel ex alterius voluntate:puta,hæredis vel alterius,possit commutari in alium vsum:nã etiam hoc casu, seruanda est voluntas defuncti, prout disposuit respectu modi implendi de relicto per eum facto: postquàm testator voluit q; authoritate inferioris,vel ex voluntate illius posset conuerti in alium vsum:dummodò vsus esset honestus.¶Quartò limitatur,si propter nõ adimpletum modum,relictum redijsset ad hæredem:quia tunc voluntate sua posset fieri commutatio in alium vsum:quamuis testator nihil dixisset. & ratio patet in promptu:quia rei suæ,vt dictum est,quilibet est moderator et arbiter.Et notabis diligenter prædictas nouas limitationes ad dictam Cle.ij.de reli.do.Sed quando per viam contractus fuit facta oblatio in aliquem pium vsum,non est dubium quòd nõ solùm authoritate Episcopi vel legati:sed etiã ex propria voluntate ipsius offerentis,potest fieri commutatio.arg.c.j.de regu.iur.& regulæ,nihil tam natura.ff.de reg.iur.& l.ab emptione.ff.de pac.Sed dubium maius mihi est,vtrum hoc casu ex voluntate hæredis contrahentis possit hæc commutatio fieri: videtur mihi attentari posse,quod sic:quia pacta & conuentiões regulariter reales sunt:& ad hæredem transeunt: vt l.iurisgentium.§.pactorum.& l.tale pactum.ff.de pac.& ideò quod potuit defunctus,potest etiam heres, cui ex contractu defuncti quæsita est oblatio,sicut ipsi defuncto.quod etiam notandum est ad limitationem dictæ Cle.

5 **Qualiter succurratur** † Contra non adimplẽtem modũ adiectum rebus oblatis.Quid autem si per recipientem relictũ vel oblatum conuertendum in certum vsum pium non adimpleatur modus adiectus:quibus remedijs agendum est vt impleatur.Dicendum vt traditur per Barto.in l.quibus diebus.§. terminus.ff.de condi.& demon.& cuius authoritate & diligentia dicendũ,vt traditur in d.Cle.ij.de religio.domi.& de vtroq; latissimè dixi in tractatu de modis & causis adiectis in vltimis voluntatibus & contractibus.

¶Libellus vigesimus.

¶Quales debeant esse qui mittuntur pro oblationibus: & de pœna non mittentium dignos.

Posteriori loco. Quia sępe cõtingit q; non solùm ecclesiæ,hospitale,& loca pia accipiũt oblationes quæ sponte ad ipsorum loca ab offerentibus portantur:sed propter locorum piorum necessitatem, mittuntur aliqui quæstores qui prouincias & ciuitates circueunt,quęrendo,postulãdo,& recipiendo oblatiões & eleemosynas.Quare meritò dubitari potest,quales debeant esse ipsi quæstores.In quo articu. breuiter dicendum est,quòd tales quæstores debent esse viri literati:& veri confratres ipsorum mittentium: ita quòd tanq; veri fratres illius loci,verum signum portent:vt est tex. expressus in

---

a ¶Adde no. verbum, quod dixit Marti. de Lau.in addi.ad Io. And. in c.Eps.de preb. scilicet q; licet voluptuosè viuẽtes de reditibus ecclesiæ peccent,& teneantur ad restitutionem, secũdùm Abb. ibi & Io.de lig. cle.gratię. de rescrip. illud ꝓcedit in fructibus beneficio. secus in oblationibus. nam tenetr distribuere pauperibus quando habet patrimonium vnde honestè viuere potest per glos.in c.illi autẽ. xij.q.j.

b ¶Vide Bald.no. in l.ab eo. C.de fideicõmissis. vbi ponit, quid si qs reliquerit legatũ fratribus ad dicẽdum missas quotidianas:& dixerunt per decẽ annos.postea diuiserunt:an tale legatum possit cõmutari officio Epi in alium piũ vsum.

sus in c. tuarum. de priuileg. Quod est notandum contra istos cerretanos, qui vadunt querendo pro oblationibus & eleemosynis hospitalis sancti Antonij de Vienna. Sancti Spiritus de vrbe. Sanctæ Mariæ de Roncisualle: qui cùm sint veri laici & vxorati: assumunt falsum habitum, & signum illius religionis: & vt plurimum sunt homines illiterati, & pleni mendacijs & collusionibus. & cerretanea facundia non solùm simplices mulierculas, sed etiam imprudentes homines plerunque decipiūt. Atque vt nos studijs liberabilibus operā damus, ita & illi fallacijs & deceptiuæ facundiæ studia sectantur, & colunt: & ille apud eos digniori loco, præstantiori æstimatione habetur, qui dulcibus & mellifluis verbis aptius fallere didicit. Placet facūdia: & vt talium locorum rectores viros literatos & facundos mittant: qui suasionibus & veris argumentis, & rationibus catholicos viros ad oblationes prouocent: in medium deducentes loci indigentiam, atque necessitatem: in quàm pios, necessarios, & misericordes vsus oblationes conuertuntur. Quot, quales, quantos, & quàm vberrimos, & animabus nostris saluberrimos fructus ex ipsis oblationibus offerentes recipiant: sicut ex superioribus à nobis explicatis facillimè deduti possunt. Intelligere enim eos oportet, q orator est vir bonus, dicēdi peritus. Quare huiusmodi quæstores, neque mentiri, neque mendaciū dicere debent. Bonus enim vir præstare debet, ne mētiatur: prudens ne mendaciū dicat. faciunt no. xxij. q. ij. ca. primū & is autē. & c. animaduertendum. & c. is qui. Caueant ergo mittentes huiusmodi quæstores, ne alios quàm eiusdem loci fratres, laicos vel clericos falso eorum signo mittant: quoniam his à quibus ipsos missos esse constiterit, per totam illā prouinciam ad quam missi sunt, per Archiepiscopum debet quæsturæ officium interdici. Ipsi verò quæstores, quos etiam iura quandoq; exhortatores appellant, si laici sunt, excommunicari. Si verò clerici, ab officio & beneficio suspendi debent, vt est text. in d. c. tuarum. de priuilegijs.

¶Hæc ergo sunt integerrime atque pijssime Vrbane, quæ in præsentiarum in materia oblationum mihi Mariano Socino Senensi, literis mandare visum fuit.

REVERENDO IN CHRISTO patri & domino, Domino Ioan. de Agbazaria de Senis, Dignissimo Episcopo Grosseti. D. suo præcolendissimo, Marianus Socinus se plurimum commendat.

Incipit tractatus de uisitatione.

SVMMARIVM.

1 ¶Visitatio quid sit.
Visitatio quasi cicuitio dicitur.
2 Visitatio quotuplex sit: seu quot modis fieri possit.
3 Visitatio quando, & quare inuenta fuerit.
4 Visitationis officium quis exercere possit.
Pontifex summus an visitare possit.
5 Visitandi potestas, an possit delegari.
Visitatores electi in capitulis religiosorū, an visitare possint.
6 Visitandi potestas, an possit quæri præscriptione.
7 Papa an ex præcepto teneatur ad visitandum.
Papa in pectore omnia iura putatur habere.
8 Visitari qui possint à summo pontifice.
Romana ecclesia contra se non confert priuilegia.
9 Loca quæ ab Archidiacono visitari possint.
10 Ecclesiæ seculares & capitula, an possint visitari.
11 Ecclesiæ omnes visitari possunt.
Correctio bona non fit per mulieres.
12 Capellæ visitari possunt.
13 Oratoria, an visitari possint.
14 Hospitalia & alia loca, an possint visitari.
15 Visitatio, an possit recusari.
16 Exempti, an possint ab Episcopo visitari.
17 Visitatio an possit remitti.
18 Visitatio, an censeatur remissa per remissionem seruitiorum.
19 Visitatio, an possit amitti præscriptione, vel consuetudine.
20 Visitatores non admittentes, qua sint actione conueniendi.
21 Visitatio quo tempore fieri possit.
22 Visitatio in quo loco fieri debeat.
23 Visitator quot æquitaturas habere possit.
24 Remedium quod detur aduersus visitatorem subditos onerantem.
25 Visitator quid facere, & qualiter procedere debeat, in visitatione.
26 Visitator ordinarius, quid respectu loci expediendæ visitationis agere debeat.
27 Visitator, quid respectu temporis expediendæ visitationis agere debeat.
28 Visitator, qualiter se habere debeat circa examinationem fiēdam pro reformanda ecclesia.
29 Visitator, qualiter se habere debeat in correctione visitatorū.
30 Visitator, qualiter se habeat circa priuilegia, eleemosynas, & similia.
31 Visitator, quot diebus morari possit apud visitatos.
32 Visitati, qualiter se ad visitatos habere debeant.
33 Procurationum species, quot sint.
24 Procurationem, quis petere possit.
35 Procuratio, à quibus debeatur.
36 Procuratio, de quibus rebus solui debeat.
37 Procuratio, quo iure debeatur.
38 Procuratio, qualis debeatur visitantibus.
39 Procuratio, in quo sit præstanda loco.
40 Procuratio, quanto tempore debeatur.
41 Procuratio, qualiter petatur & formetur.
42 Procuratio, qualiter per visitatorem sit recipienda.
43 Visitatus quibus remedijs ad procurationem soluendam cōpellatur.
44 Procuratio propter quas causas iustè possit denegari.
45 Ecclesia ratione priuilegij, an possit excusari à solutione procurationis.
46 Exemptio, an sit iusta causa procurationis denegandæ.
47 Præscriptio, an excuset à procuratione præstanda.
48 Subditus non potest præscriptione se tueri, ne procurationem prælato visitandi soluere teneatur. & limitatur hoc numero seq.
56 Consuetudo an excuset à procuratione soluenda.
57 Compositio inita, an possit quem eximere à soluenda procuratione.
58 Prælatus quando procurationem possit subditis remittere. & nume. sequen.
62 Commutatio, an excuset à solutione procurationis.
63 Res iudicata, an excuset à procuratione soluenda.
64 Paupertas, an excuset à procuratione præstanda.
65 Sterilitas, an sit iusta procurationis denegandæ causa.
66 Procuratio, an possit denegari si prælatus sine necessitate visitet.
67 Procuratio, quando iustè denegari possit. & nu. sequen.
71 Visitator debitam excedens procurationis, quantitatem, qualiter puniatur.
72 Visitatio quoties, & quando fieri possit. & nu. sequen.
83 Visitationis effectus qui sint.

Irectè me moria teneo (Reuerende in Christo pater: et domine, domine mi præcolendissime) cum iij. calen. Ianuarij tecum in cœna fuissem. Cœna iam cōfecta, partem noctis per varios sermones duximus, quibus tādem intellexi quāta cum charitate, ac paterno amore institueris, quàm primum ecclesiam tuam repeteres Diœcesim totam visitare, qua posses clericorum, atq; populorum tuæ curę commissorum, bellorum confratribus & temporum calamitatibus diu oppressorum saluti consulere: & ecclesiarum reformationi prouidere. Et in ea visitatione pro posse, sacrorum canonum instituta seruare. Quo factū est, vt domum repeteris, post completum somnum cogitare: & experientia repetere cœpi, quantum Prælati, quibus visitandi munus incūbit: tum omittens: tum canonicas constitutiones peruertentes:

non sequentes doctrinam apostoli. quoniam non quæ Iesu Christi:sed quæ sua sunt penitus quærunt. Omnem eorum intentionem atque operationem, & officium ad auaritiam & Idolorum seruitutem conuertunt. Et contra sacrorum canonum præcepta, à recta via delirantes, acriter impudenterque committunt. Quamobrem non vt tibi, qui scientia, doctrina, prudentia, atque bonitate præfulges: & à quo auaritia est penitus aliena: sed vt aliorum, qui aut ignorantia ducuntur: aut malignitate tenentur obcurramus: hoc visitationis opusculum. Primum Senen. demum propter pestem ciuitatem nostram vexatem. Scopeti, inter hos saxosos colles, vepres, & arbores, dulcisonasque Philomenas lugubratum absoluimus: cuius doctrina, tua potissimum grauissima authoritate approbata, ignorantibus lumen claritatis aperietur. Peruersorum verò atque malignantium audacia: quam si fortè non subditorum charitas: non Dei timor: non canonum exhortationes, atque præcepta coercent: saltem grauissimarum pœnarum huiusmodi transgressoribus impositarum, huius doctrinæ cognitione meritò compescetur. fientque hac præceptorũ traditione eruditi: & quæ per eos in visitationis officio seruanda sint, intelligere poterunt: Deoque autore, si illius, atque ecclesiæ debitam vltionem effugere voluerint, obseruabunt. Peruersi verò atque malignantes, si hæc præcepta accuratè legerint: quid vt faciant exoro, impetroque. certo certius teneo, nisi in profundum multorum deuenerint, saltem pœnarum metu, ad rectam atque legitimam visitationis viam declinabunt. Tu igitur, vt visitantes legitimę visitationis doctrinam assumant, & visitati illius vberrimos atque salutiferos fructus consequantur: opusculum ipsum solita humanitate recipies: & receptum emendabis: vt tua amplissima opinione maiorem fidem & authoritatem nãciscatur. Vale. Cæterum, vt præsens visitationis materia per distinctionem clarior reddatur, ipsam in xiij. distinguemus libellos.

¶ Primo ergo libro tractabimus, quid sit visitatio: & vnde dicatur. Et vtrum sit de lege diœcesana, vel de lege Iurisditionis. Secundo, quotuplex sit visitatio: seu quot sint visitationis species. Tertio, quando huiusmodi visitatio fuerit introducta. Quarto, qui sint ad quos visitationis officium pertineat. Quinto, vtrum omnes quibus visitandi officium competit, ad ipsam ex præcepto teneantur. Et hunc per tres principales q. prosequemur. Sexto, qui possint vel debeant visitari: & hunc distinguemus in xv. q. principales. Septimo, quando, seu quo tempore fieri debeat visitatio. Octauo, quo in loco fieri debeat visitatio. Nono, qualiter, & cum quot personis & equitaturis visitatio fieri possit. & hunc prosequemur per tres q. principales. Decimo, qualiter visitator in visitando versari debeat: & quid agere teneatur. Et hunc principaliter distinguemus in tria mẽbra. Et primum membrum in viij. principales q. Vndecimo, qualiter visitati circa visitatorem versari debeant. Et ad quid teneantur. Et hunc distinguemus in xv. principales q. Duodecimo, quoties & quando possit fieri visitatio. & hunc prosequemur per vnam regulam & nouem fallentias. Posteriori libello tractabimus de visitationis effectu.

¶ Primo igitur libro, cùm de visitandi munere, quod prælatis ecclesiasticis incumbit, agendum sit. vt Ciceronis ac maiorum nostrorum præcepta seruemus, de quibus alijs in locis pluries demonstrauimus, tractandum est. Quid sit visitatio. ne super ignoto procedamus. Est ergo aduertendum, quòd visitationis certa ac recta diffinitio dari non potest: nisi distinguatur. quoniam terminus æquiuocus cum pluribus competat, secundùm distinctas rationes. vt philosopho in prædicamentis placuit, diffiniri non potest. Ex eo autem, visitatio terminus æquiuocus esse dignoscitur, quod multipliciter accipi potest. vt in l. quatenus. de reg. iur. & l. quatenus. idem de reg. iur. c. in pręsentia. de proba. & c. illud. de præsumpt. Et enim dubiorum actinum quorum ferè eadem videtur esse natura, vel promiscua, vel multa vicinitate coniuncta, vt in l. nam cauillationis. ff. de verbo. signi. & l. ea est natura. ff. de reg. iur. ex signis fit descriptio. sic testamentum à codicillo per institu. & hæred. distinguitur. C. de testamen. l. nõ codicillum. ff. de iure codi. l. illud. §. tractari. Et donatio causa mortis à simplici donatione per signa dignoscitur. l. Seia. ff. de do. causa mor. Emphyteosis etiam contractus, ab emptione atque locatione signis distinguitur. insti. de loca. §. adeò. Multipliciter autem accipi visitationem clarissimum est, vt ij. lib. clarius demonstrabimus. Verùm, cùm non de qualibet visitatione: sed tantùm de ea ad quam prælati ecclesiastici necessariò tenentur, agendum sit: quãuis nec maiores nostri illam diffinierint: eam tamen arbitror sic satis aptè diffiniri,
1 aut posse describi. † Est igitur visitatio, vt mihi videtur, munus quod prælatus ecclesia, iurisditionem habens in subditis, cùm eorundem visitatorum procuratione per se, vel delegatum, à se annis singulis semel, vel pluries necessariò pro subditorum salute, atque vtilitate & ecclesiarum reformatione, subire tenetur. Munus ponitur vt genus: quoniam vt alijs locis diximus: Omnis bona diffinitio ex genere & differentijs constare debet. Reliqua verò verba ad aliarum visitationum differentiam in diffinitione ponuntur. verba enim illa, Prælatus ecclesiasticus. ponuntur ad differentiam aliarum visitationum, quas faciunt etiam hi qui non sunt prælati. de quibus secundo principali lib. demonstrabimus. verba autem illa. Iurisditionem habens in subditos. ponuntur ex eo: quia ad hoc vt possit huiusmodi visitatio fieri, exigitur ꝙ prælatus qui vult visitare, habeat iurisditionem ordinariam. secundùm ea quæ lib. iiij. q. x. demonstrabimus. Et ad differẽtiam aliarum visitationum quæ fiunt absque iurisdi. ordinaria, vel delegata. Illa autẽ verba quæ sequuntur: Cum subditorum visitatorum procuratione. ponũtur ad differentiam visitationum, quæ fiunt etiam à prælatis non ex necessitate officij: sed ex voluntate & charitate, absque aliqua procuratione. de quibus j. diximus. libr. sequen. & li. xj. Verba autem illa, vel delegatum. ex eo subijciuntur: quoniam ex iustis causis potest quandoque huiusmodi visitatio delegari: vt latius explicabimus. l. iiij. q. xij. Verba autem quæ sequũtur. Semel vel pluries. ponuntur propter ea quæ diximus libro xij. Verbum autem, necessario. adiungitur: quia huiusmodi visitatio est in præcepto. de quo diximus. lib. v. & etiã ponuntur ad differentiam aliarum visitationum, quæ ex voluntate, non ex necessitate fiunt. de quibus in seq. lib. tractabimus. Reliqua verò verba, Primò subditorum salute atque vtilitate, & ecclesiarum reformatione. ponuntur ad denotandum visitationis
2 effectus. de quibus plenius tractabimus. lib. x. & lib. xiij. † Dicitur autem visitatio, quasi circuitio. Et visitator quasi circuẽs. Circuit enim prouinciam, diœcesim, vel locum iurisditioni suę commissum, vt probatur. lxxx. d. c. non debere. iuncta glo. j. Et est no. quòd quidam voluerunt hanc visitationem esse de lege iurisditionis. quod innuere videtur text. in c. cùm venerabilis. de censi. ibidem text. vult, quòd Episcopus habeat visitationem ratione iurisditionis suæ. Nonnulli verò voluerunt, quòd sit de lege diœcesana. quod voluit Hostien. in sum. in ti. de offic. or. §. quid pertinet. ver. lex verò diœcesana. Quę autem pertineat ad legem diœcesanam, & quæ ad l. iuris. & an hæc diuersa sint: non est intentionis nostræ hic tractare. traditur per glo. & Doct. x. q. j. in summa. & in c. conquerente. de offic. ordin. ego latius dixi in tract. de offic. ordi. Sed pro nũc ad intentionem nostram arbitror vtranque opin. sustentari posse. Inquãtum enim prælatus visitando inquirit, instituit, deponit, reformat, prouidet, corrigit, atque punit: ad iuris. pertinere videtur. Inquantum verò à visitatis procurationem recipit: talis receptio de lege diœcesana appellari potest.

¶ Secundo principali libr. tractandum est, quotuplex sit, seu quotupliciter dicatur fieri visitatio.

¶ Circa quod dicendum est, quòd visitatio multipliciter fieri dicitur. Primò, quoniam Deus dicitur nos visitare in morte, iudicando nos. iuxta illud, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. & de hac visitatione dicitur in j. epistola Petri c. v. humiliamini sub potẽti manu Dei, vt nos exaltet in tempore visitationis. Secũdo modo Deus dicitur nos visitare, vt ab hostibus liberet. Vnde Iudi. cap. iiij. in fi. omnes orabant ad dominum vt visitaret populũ suũ. Tertio modo dicitur nos visitare, tẽporale beneficiũ conferẽdo. Genesis. c. xx. visitauit dominus Sarrã, sicut promisit & impleuit: quæ locutus est. Concepitque & peperit filium. Quartò visitat, gratiã cõferendo. eccle. c. xxxiij. Sicut parturiẽs cor tuũ fantasias patietur, nisi ab altissimo emissa fuerit visitatio. Quintò visitat corripiẽdo. Hinc Psal. Visitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum. & Iob c. x. Visitatio tua custodiuit spiritũ meum. Sextò, visitauit nos dñs Iesus Christus naturam nostrã assumendo. vnde Psal. Visita nos dñe in salutari tuo. & Luce. c. ij. Visitauit nos oriens ex alto. secũdùm Archid. xiij. q. ij. §. item Ioseph. in principio. Septimò, dicitur quis alium visitare gaudij causa. Sic sacratissima virgo maria abiens in montana cum festinatione, visitauit Helizabeth. Luc. c. j. Octauò, nonnunquã fit visitatio pro exhibitione operis misericordię. vnde ex misericordia nos visitamꝰ carceratos & infirmos. & de his nõ hic. sed suis locis est intentionis nostræ tractare. Nonò sumitur pro ea visitatione, quã quisꝙ pręlatus, vel aliuscharitatiuę hospitalitatis causa, ecclesias, monasteria, hospitalaria, leprosaria, aut similia visitat locа. facit Cle. ij. versi. nos igitur. de censi. de qua etiam visitationis specie non pertinet principaliter ad indagationem nostrã. Postremò quędã est visitatio, quam Prelatus ex debito officij sui facere tenetur. de qua in hoc tractatu agendum est. & quæ

sit

fit ista, satis supra lib. j. demonstratū extitit. Est tamen aduertēdum, ꝙ Prelatus visitare intelligitur, etiam super confirmandis pueris: aut cōsecrandis ecclesĳs. accedat. c. j. de relig. domi. Siue etiā pro quocūq; alio negotio: vel quod multos tāgat, visitet. x. q. iĳ. c. relatum. & c. nec numerus. & de simo. ca. cùm fit. j. q. j. placuit. secūdùm Innocen. in c. j. de censi. lib. vj. Vel vt Hostiē. & Ioan. mona. ibi tradunt. Si pro salute animarum, vel pro cultu diuino amplificando. Aut pro statu ecclesię in melius reformando, subditos visitet. vt dicto ca. placuit. secus secundùm Innocen. si vadit pro causis expediendis. sicq; videtur concludendum hoc vltimo casu, procurationem minimè deberi. Ceterum pro reconciliatione ecclesiæ Archidia. in dicto ca. j. de censi. libro vj. tenuit procurationem deberi: cuius tamen contrarium tenuit Vincen. in ca. proposuisti. de consecra. ecclesia. vel alta. quem refert idem Archid. de consti. distin. j. c. ecclesĳs. sed nūc omitto: quoniā procurationis materiam. lib. xj. plenius demonstrauimus. Est & alia visitatio, quam facit Papa per vniuersum orbem: id est ecclesiarum vniuersi orbis: singulo anno per Italiam. & singulo biennio vltra montes: & singulo triennio vltra mare per indirectum: quia cum ipse nō possit personaliter accedere: ordinatum est ꝙ Episcopi quarūlibet ecclesiarum veniant ad eum: vt sic intelligat statum ecclesiarum suarum. iuxta not. in ca. ego enim. de iureiurando.

3 ¶ † Tertio libro tractandū est, quādo huiusmodi visitatio fuerit inuenta. circa qđ satis clara responsio patet ex his quæ in prę cedentibus libellis demonstrata sunt. Pro subditorum enim salute & vtilitate, tam locorum quàm clericorum atq; ecclesiarū, monasteriorum, reliquorūq; locorum visitandorum conseruatione & reformatione, tā in capite, quàm membris fuit introducta, per not. in c. cùm Apostolus. de censi. & ca. procurationes. de censi. & c. j. de censi. lib. vj. maximè ibidum tex. dicit: Ne animarum profectus aliquatenus negligatur. facit xviĳ. q. ĳ. c. visitandi. ad quod videnda sunt quæ latius lib. x. q. iiĳ. & q. v. explicauimus. Nec mirum, quoniā in his quæ ad familię gubernationem pertinent, vtilitatem maximam præsentia ac dñi visitatio præstat, vt est apud Philosophum. lib. j. Economicę. vbi refert, ꝙ interrogatus Pindarus, quæ frugens maximè pinguefacerent equum. Oculus, inquit, dñi. Quod autē sterquilinium agrum plurimū pinguefaceret: vestigia, respondit, dñi. Quibus etiam verbis clarè satis demonstratum est, quòd visitatio subditorum salutem, atq; vtilitatē producit, vt ex superioribus atq; inferioribus clarissimè demonstratum apparet.

4 ¶ † Postquàm de causa productiua tractauimus, hoc quarto libro examinandum est, Qui sint, qui visitationis officium valeant exercere. Pro cuius materiæ clariori doctrina, infrascriptas examinabimus quæstiones. Primò de Rom. pontifi. Secundò, de legatis de latere. Tertiò, de legatis missis & natis. Quartò, de legatis & nuncĳs Aposto. sedis. Quintò, de Patriarchis. Sextò, de Archiepiscopis. Septimò, de Episcopis. Octauo, de Archidiaconis, Decanis, & Archipresbyteris. Nonò, de Abbatibus. Decimò, de alĳs inferioribus iurisdi. habentibus. Vndecimò, de capitulo sede vacante. Duodecimò, vtrum visitatio possit delegari. Tertiodecimò, de visitatoribus eligendis in generalibus capitulis religiosorum. Quartodecimò, vtrum visitandi potestas possit quæri præscriptione & consuetudine. Quintoderimò, de his quibus duplici iure visitandi potestas competit. ¶ Primò ergo quæritur de summo Pontifice, vtrum possit visitare, & ad visitandum sit obligatus. Solu. dicendum est quòd sic. Etenim vicem Dei gerit in terris. de translatio. præla. inter corporalia. & c. quanto. & ca. licet. & in c. vt nostrum. §. porrò. vt eccle. benefi. xxj. d. c. pro humani. de homici. lib. vj. xxiiĳ. q. j. c. quoniam. Et ab Iesu Christo humani generis redemptore, dominici gregis curam, atque regendi potestatem acceperit, inquit enim, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Mat. xvj. Io. xiĳ. & xix. d. c. ita dominus. xxj. d. in nouo. & c. quāuis. in d. c. fideliore. ĳ. q. vĳ. Petrus. ix. q. iĳ. aliorū. xxiiĳ. q. j. Rogamus. & c. si Petrus. & c. cùm beatissimus. & c. quia ex sola. & de cō. d. ĳ. c. Si enim, inquit. & rursus: pasce oues meas. Io. c. fin. de elec. c. significasti. & c. fundamenta. de elec. libr. vj. & Petro, insuper & omnibus Apostolis præcepit: Ite, prædicate euangelium omni creaturæ. Mat. vĳ. & quāuis omnibus Apostolis sic imperauerit, pręcipiendo vt retia relaxarent: tamen soli Petro dixit, & successoribus suis, regere, pascere, prædicare, & retia in altū ducere. Quæ omnia ad visitationis officium pertinent, secundùm ea quæ li. j. demonstrata fuerūt. & quę plenius explicabimus li. x. Meritò summus Pōtifex ad visitationē tenetur. Nā & ipse Deꝰ omnipotēs, inquit: Descendam & videbo, vtrū clamorē qui venit ad me, opere compleuerint. gen. xiiĳ. ĳ. q. j. c. Deus omnipotens. Cùm ergo clamor ad Summum Ponti. de gregis sui commissi erroribꝰ peruenerit, descēdere tenetur: & sic inquirere & prouidere, ne grex dominicus sibi commissus pereat. Verùm quia continuò sedes Aposto. maximis curis & sollicitudinibus exagitatur, secūdùm causarum & personarum locorum qualitatē, ac grauissimorum negotiorū varietatem: ea propter pręter hos quos sedes Apo. perpetuos ordinarios prælatos deputauit: plerunque etiam per legatos de latere. Aliquando & per legatos missos, nonnunquam per nuncios suos has visitationes adimplet, secūdùm ea quæ statim subĳciemus. Vel intellige vt s. dictum est in fi. ĳ. libri. Secundo q. vtrū legatus Cardinalis ex officio legationis à sede Apostoli. sibi demandatæ, valeat visitare. Solu. dicendum est quòd sic, per cap. cùm Apostolus. de censi. possuntque huiusmodi visitationis officium, quanuis nihil sit eis de visitationis officio specialiter demandatum, vt seq. q. demonstrabimus. Tertiò quæro vtrum visitationis officium, etiā omnes legati Apostolici, quàmuis non sint de latere, sed missi: aut etiā nati, visitationem facere possint. So. dicendū est ꝙ sic. per c. cùm instantia. & ca. procurationes. de censi. Et ad visitationem tenentur: quoniam legatus dum legationis officio fungitur cleri. atque populi sibi cōmisi, saluti atque ædificationi inuigilare tenetur. ar. l. j. §. quies. ff. de offic. præfect. vig. Nam legatus fidelis, sanitas quandoque appellatur. prouer. capi. xiĳ. Specu. in titu. de offic. le. §. super. ver. illud quoque. in prima parte. Quartò quæro vtrum legati atque nuncĳ Apost. quibus à se. Apost. visitationis officium committitur, visitare debeant. So. dicendum est quòd sic. vt d. c. cùm instantia. & c. prouocationes. de censi. & hoc etiam apparebit ex his quæ in seq. l. q. ĳ. tractabimus. Quintò quæro vtrum visitationis officium exercere possint Patriarchæ & Primates. Sol. tex. est qui probat quòd sic. in ca. ĳ. & in cap. fœlicis. de censi. lib. vj. Sextò quæro vtrum Archiepiscopi visitare possint, & valeant. Solu. dicendum est quòd sic, per d. c. ĳ. & c. clericus. & in ca. cùm Apostolus. & in ca. cùm super. de censi. Septimò quæro de Episcopis. Solu. dicendum est quòd etiam ipsi ad visitationis officium tenentur. vt d. c. cùm Apostolus. & c. procurationes. de censi. & c. si Episcopis. de offi. ordi. lib. vj. vt in iuribus superius alleg. & x. q. j. decernimus. Octauò, quid, an Archidiaconi, Decani, & Archipræsbyteri visitare possint. So. dicendum est quòd sic. Ad istos tamen potius ex consue. præscripta, quàm ex iure cōmuni visitandi potestas pertinet, vt in ca. j. & in ca. mandamus. de offic. Archi. & in c. j. ĳ. iĳ. de offic. Archipresby. & in c. cùm Apostolus. de censi. & d. c. procurationes. Ho. in summa de offic. Archi. §. pe. ver. patet. & ver. dices, quid facies miseri Nonò quæro, vtrum Abb. possit visitare. So. dicendum est quòd sic. vt tradit Host. in summa de censi. §. fi. ver. Item Abbatibus. remittens se ad no. per eum in summa, de sta. mo. & de visitatione probatur in ca. pe. de sta. mo. Decimò quæro generaliter de alĳs prælatis inferioribus, vtrum possint visitationis officium exercere. So. concludendum est generaliter, quòd quicunque prælatus iuris habens ordinarium: potest visitationis officium exercere, vt est tex. in c. j. §. hanc autem. de censi. lib. vj. vbi dum tex. dicit Episcopis, alĳsque prælatis, ordinario iure suos subditos visitantibus. & no. ibi. d. Dominicus, vbi etiam exemplificat glo. de plebanis. debet tamen intelligi de plebanis iuris. habentibus in subditos: quoniam iurisditioni annexa est visitatio. tex. est in c. cùm vene. de censi. & idem tenet D. meus in ca. cùm Apostolus. & in c. cùm vene. & in c. sopitæ. de censibus. & est bonus tex. in c. in singulis. de statu reg. Est ergo concludendum, quòd ad quemlibet ordinarium pertineret visitare subditos & inferiores. ar. l. congruit. ff. de offic. præsi. & x. q. j. decernimus. & d. c. procurationes. tenet Oldr. consil. cciiĳ. Si modò iuris. habeat. vt dictum est. Est tamen aduertendum, quòd quādoque contingit, vt quis in certos nullam iurisdi. habeat: & tamen illos visitare possit. Exemplum patet quando Episcopus exemptos Apo. se. immediatè subiectos, authoritate Apo. visitat. per tex. in Cle. attendentes. §. j. de statu mona. Vndecimò quæro de capitulo sed. vac. vtrum possit visitare diœcesim, sicut Episcopus. Et concludendum est quòd sic: quoniam capitulū se. vac. succedit in iuris. tam temporaliū quàm spiritualiū. per no. c. pe. & fi. de sup. neg. pręla. tenet Do. M. & ibi post eū in c. cùm olim. de accus. Et sic sequitur quòd cùm visitatio sit annexa iurisdi. quòd potest visitare. dixi post d. m. in d. c. cùm olim. & in c. is qui. & in c. cùm olim. de maio. & obe. Sed latius prædictam quæstionem examinaui in materia inquisitionis, in c. qualiter & quando. ĳ. de accu. in vj. prin. arti. q. xvj. & seq. hoc tamen procedit, quādo ipso iure ordinario competeret visitandi potestas. secus si de iure speciali competeret. Exemplū, quando Episcopus exemptos, se. Apo. immediatè subiectos authoritate Aposto. visitat, per tex. in Cle. attendentes. §. j. de sta. mona. tenet Steph. ibi, facit quod tradūt in c. ad abolendam. de

hære.& quod ibi dixi.& idem tenet Lap.dicens quòd Io. An. super hoc ab eo consultus in quæstione facti,idem sibi respondit.& tenet etiã zab.in d.Cle.attendentes.& per eum in c.cùm olim.de ma.& obe.& est no.ꝙ Primates,Archiepiscopi,Episcopi,& similes:& alij qui visitare possunt,& quibus delegãdi vel subdelegandi potestas cõuenit:non solùm per se,sed etiam per delegatos à se cõstitutos,pro parte vel in totũ visitare possint:vt in c.j.de censi.lib.vj. Sed tũc per alios visitare possunt, quando cõmodè,vel absq; difficultate per seipsos visitare non possunt,secundùm ea quæ in seq.q.latius demonstramus.

5 ¶†Duodecimò quæro vtrum huiusmodi visitandi potestas possit delegari.So.dicendum est ꝙ sic:dũmodò ordinarius per se visitationem facere non possit.tex.est iuncta glo.ij.in c.j.de censi.lib.vj.& probatur in c.inter cætera.de offi.ordi.x.q.j. c. Episcopum.& de offi.ordi.lib.vj.c.si Episcopus. & quãuis illi tex.loquantur de Episcopis, tamen ex rationis identitate idẽ est in Archiepiscopis & cæteris prælatis ordinariam iurisf.habẽtibus,secundùm Inn.Ho.Io.An.Io.mo.in d.c.j.& gl.super verbo,impensæ.in c.ij.de censi.lib.vj.Hosti.in sum.in ti.de censi. §.fin.ver.item Episcopus.& mihi placet.per d.c.j.§.hanc autẽ. & quoniã diuersitatis ratio asignari non potest.quãuis Lap. & zab.in Cle.si.§.j.de sta.mo.simpliciter tenent,ꝙ etiã cessante impedimento,ordinarij visitationem delegare possunt.

¶Tertiodecimò quæro de visitatibus eligẽdis in generalibus capitulis religiosorũ, quæ in singulis prouincijs de triennio in triennium celebrãtur,secundùm dispositionem c.in singulis.de sta.mo.vtrum tales possint visitare.So.dicendum est ꝙ prædicti visitatores tenẽtur nõ solùm monachorũ,sed etiã monialiũ monasteria secũdùm prefixã eis formã,nõ tamẽ propria,sed vice Apo.se.visitare debẽt:vt d.c.in singulis.ver.ordinẽtur.&de eorũ potestate vidẽda sunt q̃ in xiiij. q.plenius explicauimus.

6 ¶†Quartodecimò quero vtrum hæc visitandi potestas possit queri prescriptione,seu consuetudine.Sol.dicendum est ꝙ sic. ad quod vidẽda sunt que l.vj.quę.xiiij.ver.iiij.q.& l.xj.q.xiiij. ver.iiij.lib.iij.tractata fuerunt. Quintodecimò quæro vtrũ visitandi potestas possit ex duplici officio alicui competere. So. dicẽdũ est ꝙ sic. Omnibus enim Archiepiscopis qui sunt legati nati,quales sunt Archiepiscopus Eboracen. Cãtuarien.& simi.de quibus.c.j.de offi.le.& c.j.de app.visitandi potestas in prouincia duplici iure, legationis videlicet, ac metropolitano iure competit.vt in c.cùm nuper.& ibi no.d.M.& zab.de cẽsi. & sic bis in anno poterit visitare. Quãtum verò tẽporis interuallum inter vnam & reliquam visitationem interponere debeant,videnda sunt quæ libro vij.explicata fuerunt.

¶Tractauimus superiori libro,qui sint ad quos visitãdi officiũ pertineat:nunc verò hoc quinto libro tractemus,vtrum ad visitandum omnes prædicti ex præcepto teneantur:adeò vt non visitãtes peccatum incurrãt. Circa quam materiam prosequar tres quæstiones principales.Prima erit de Summo põtifice.Secunda,de legatis de latere: & de legatis missis: & de legatis & nuncijs Apo.Tertia,de prælatis inferioribus.

7 ¶†Primò ergo quæro de Summo pontifice,vtrum ex præcepto teneatur ad visitandum:ita vt non visitans peccet.so.dicẽdum est ꝙ sic:quoniã redemptor noster cùm dixit Petro:Pasce oues meas:& rursus,duc retia in altũ.Et Ite & prædicate euãgelium omni creaturæ. de quibus authoritatibus in præcedẽti libro tractauimus, locutus fuit per verbum imperatiui modi. Ergo etiam Summus Pontifex ad prædictam visitationẽ faciendam ex debito officij videtur esse obligatus.ij.q.j.c.si peccauerit.& ibi per Archi. Ad quod accedant quæ latè dixi in c. nouit.de iudi.in materia denunciationis euangelicæ.in v.princ. ar.maximè in ij.q.Et quod de verbis imperatiuis not.in c.nostra.de coha.cle.& mu.& l.cùm pater.§.mando.ff.de le.ij. & in alijs plerisque locis,secundùm quod à nobis latius in ti.de ver. signi.monstratũ fuit. verùm in contrarium facit,quoniã Summus Pontifex solutus legibus esse videtur: quare pro concordia distinguendum arbitror,ꝙ Aut nos loquimur de visitatione statuta à iure positiuo:vt certis temporibus fieri debeat, secundùm quod lib.xij.clarè tractauimus. & ad illam papa non obligatur ex præcepto: eò,ꝙ sit super omne ius positiuum.ca. proposuit.de conces.præben,& c.cùm in nostra.de sepul. & c. j.& ij.de conces.præben.lib.vj.& in c.j.de consti.libr.vj.& ex se notissimum est,nec ligatur propria cõstitutione respectu iuris positiui:quinimò,nec ligatur propria cõstitutione fundata super iure diuino:nisi quò ad mẽtem: sed quò ad verba & formam,ac etiam pœnas adiectas per suam cõstitutionem positiuam:non ligatur.dictum est singulare Io.An.in c. significasti. de fo.compo.quod sequuntur ibi d.M.& Doc.& ego ibi secutus sum in ij.prin.arg.q.j.hinc est ꝙ dicimus,ꝙ papa omnia iura in scrinio pectoris sui cẽsetur habere.c.j.de cõsti.lib.vj.quod vel ex eo dicitur : quia tales constitutiones facere & abrogare, atque illis derogare possit,vt dictũ est,vel etiam propter multitudinem doctissimorum virorum qui debent ei assistere,secundùm quod tradit D.m.in c.cùm ex literis.de resti.in integ. Et sic sequitur,ꝙ quãuis ex mente & iuris diuini præcepto ad visitationem faciendam teneatur:non tamen quò ad formam, & quò ad pœnam à se per suam constitutionem positiuã introductam.Et potissimum,quoniam visitationem prædictam iure ordinario per prælatos inferiores in partem solicitudinis electos,certis temporibus & forma,pro iuris diuini mente adimplẽda,fieri commisit. Aut nos loquimur de visitatione quæ descendit à præcepto iuris diuini , & eius mente,dum dicitur: Ite,prædicate,& Petro pręcipuè dixit:pasce oues meas.& duc retia in altum.& ad talem visitationem obligatur papa ex pręcepto. cui satisfecisse dicitur , ex quò ad illam debitis loco & tempore,ac forma expediendam innumerabiles prælatos præposuit.Arbitror tamen ꝙ si casu contingeret,ꝙ inferiores pręlati,vel essent negligentes : vel propter impotentiam ipsorum prælatorum,& potentiam eorum qui se visitari non permitterent:& fama & clamore de excessibus talium subditorum,siue clerici,siue seculares forent, ad Summum Pontificem deueniret:ꝙ ad eam visitationem faciendam teneretur: vel per se, vel per legatum Apo. qui posset illam sub forma debita adimplere. Et si fortè id non iuuaret:satis dignum atque iustum arbitror,ꝙ etiam per potentiam brachij sui temporalis,ac etiã inuocationem Imperatoris ac Regum,aliorumque Christianitatis Principum,grauissimis pœnis indictis,ad recipiendam visitationem cogerentur.Exemplo omnipotentis, cuius vicem gerit.vt diximus,qui Sodomitas atque Gomoritas grauissimè ac nefandissimè peccantes, visitatores ac Dei nũcios recipere nolentes incendit atque subuertit.vt habetur Gene. ꝙ si negligẽs etiam peccaret equidem mortaliter,vt arbitror:quoniam negligentia in prælato est peccatum mortale.no.glos.& Doc.in c.ea quæ.de offi.Archi.& Ho.in c.inter cætera.de offi.ordi. remittens ad no.in d.c.ea quæ.& ad c.si.de offic.cust.etiam si sit papa.xl.d.ca.si papa.& quasi per totam illam dist.& quod habetur prouer.c.xxx.Qui negligit vitam suã,mortificabitur:quæ conclusio etiam probatur ratione:quoniam negligentia prouenit ex quadam remissione:importat enim defectum debitę solicitudinis.vnde opponitur solicitudini.quod etiam ex ipso nomine apparet.Nam secundùm Isidorum lib. æthymologiarũ, negligens dicitur,quasi non eligens. Quarta cùm negligentia proueniat ex remissione voluntatis,per quam contingit ꝙ ratio nõ solicitatur, vt præcipiat ea quę debeat:vel eo modo quo debet.Siue illud remittatur quod est ad necessitatem salutis: sique ex eo ꝙ à charitate deficiat: mortaliter peccat.vt etiam tradit san.Tho.secunda secundæ.q.liiij.arti.iij. Erit ergo his casibus peccatum mortale etiam in Summo Ponti.si visitationem prædicti gregis sibi commissi facere, vel fieri facere non procurat.Ad quod etiam accedant quæ latè diximus in cap.nouit.de iudi.maximè in v. princip.ar.

¶Secundò quæro de legatis de latere, & alijs qui mittuntur à sede Apost.& de legatis & nuncijs eiusdem,vtrum ex præcepto visitare teneantur.Sol. distinguendum arbitror, ꝙ aut loquimur in legato de latere:& legato misso: quos posse visitare superius demonstrauimus.& hic causam dicendum arbitror,ꝙ si quidem specialis commissio de visitatione sit facta, esset in præcepto:& peccaret si posset adimplere,& nollet:vel negligeret adimplere.ca.ij.de ma.& ob.xj.q.iij.ca.si dominus.& c.requisisti.xiiij.q.j.c.quid præcipitur.Et idem dicendum de delegato & nuncio,cui ab Apo.se.hoc commissum esset. Ceterum si specialiter visitatio non sit commissa, quãuis visitandi potestatem habeat,vt s.demonstratum fuit:tamen si non visitaret, arbitror ipsum non peccare:quoniam nõ reperio iure cautũ,ꝙ hoc casu visitatio sit in præcepto:nisi fortè propter infamiam & clamorem ad eum peruenientem: vel propter negligentiam ordinarij,aut aliam necessariam causam,visitãdi necessitas subesset:quod si intelligerẽt,& nõ facerent, peccarent mortaliter. & ita intelligenda sunt quæ diximus.s.lib.iiij.q.ij.& iij.

¶Tertiò quæro de Primatibus Archiepiscopis, Episcopis, & reliquis prælatis,qui ad visitationis officium ordinario iure tenentur.secũdùm quod supra demonstratum fuit.vtrũ ad prædictam visitationem necessitentur, & non visitantes mortaliter peccent. So. dicendum est ꝙ sic. si quoties à sacris canonibus statutum est:non visitant:etiam quò ad monasteria monialium visitanda, secundùm ea quæ diximus in proximo præce. c.q.ix.& q.xiij.Et hæc tenet glo.in verbo,debuerit. in Cle. attendentes.§.j.de sta.mo.vbi dicit esse in præcepto. & sequuntur ibi Doc. & non solùm ordinarij statutis de iure temporibus:sed etiam quotiescunque intellexerint expedire , visitare tenentur,

tenentur, secundùm ea quę li. xij. demonstrauimus. ad quod faciunt quæ diximus s. de Summo Ponti. & quæ latius diximus in d. li. xij. facit etiam illud Prophe. psalmo lviij. loquentis: visita omnes gentes. tradit Old. consi. ccxxij.

¶ Post tractatus cōpletos, qui sunt qui possint visitare: & an visitatio sit in præcepto, videmus qui possint, vel debeant visitari: hanc autem materiam expediemus per q. infrascriptas. Primò, qui possint vel debeant à Summo Pōtifice visitari. Secundo, qui possint vel debeant visitari à legatis. Tertiò, q possint vel debeant visitari à delegatis. Quartò, qui à Patriarchis, vel Primatibus. Quintò, qui ab Archiepiscopis. Et hic tractatis qualiter volens diœceses suffraganeorum visitare, debet incipere à sua: & illam plenè visitare: & assignatur triplex ratio. Et tractatur, quando dicetur plenè visitasse. Et circa prædicta etiam examinantur quædam q. Et quid si Archiepiscopus & Episcopus eodem tempore concurrant. Sextò, qui ab Episcopis. Septimò, qui possint vel debeant visitari ab inferioribus. Octauò, vtrum omnes ecclesiæ seculares, vel ecclesiarum capellæ possint visitari. Nonò, quid de regularibus. Decimò, quid de capellis. Vndecimò, quid de oratorijs. Duodecimò, quid de hospitalibus, leprosarijs, xedonochijs & alijs pijs locis. Tertiodecimò, vtrum tam laici, quàm clerici possint visitari. Quartodecimò, vtrum sint aliquę causę propter quas possit declinari visitatio: & quę sint illę, per quatuor q. ostēditur. Quintodecimò, quid agendū sit contra eos qui non admittūt visitatores.

8 ¶ † Primò ergo quæro de visitatione Summi Pontificis, q possint vel debeant ab eo, visitari. Sol. dic q potest visitare per se, & per suos legatos, delegatos, & nuncios: totam Christianitatem, & omnes prouincias, & diœceses: quoniam totus mundus respectu ipsius est vna diœcesis: ix. q. iij. cap. per principalem. & ca. cuncta per mundum. Ad quod accedant quæ diximus. s. lib. iiij. in j. q. Secundò quæro, quid de legatis. Solu. dic q siue loquamur de legatis de latere, siue de legatis missis, quos posse visitare supra monstratum fuit, possint totam prouinciam vnam, vel plures eis decretas visitare: alias verò prouincias suæ legationi non commissas, visitare non possint: vt l. j. & l. obseruare. & l. seque. ff. de off. procon. & lega. argu. l. pen. ff. de insti. & l. fi. ff. de iuris. om. iu. & c. ij. in fi. de consti. lib. vj. Sed in prouincia, aut prouincijs sibi decretis, potest visitare: tam populum, quàm clerum: & omnes ecclesias & loca, quas & quæ potest Episcopus, seu alius ordinarius, prout diximus j. q. viij. & tribus seq. Et potest totam prouinciam visitare. ca. cùm nuper. de censi. & ibi D. m. & etiam partem, si illam necessariò duxerunt visitandam. neque enim quantum ad hoc arbitror locum habere. c. j. de censi. libr. vj. in eo quod dicit plenè. Nec ob. tex. in d. ca. j. in fin. in quantum extendit constitutionem illam ad alios: quia ponderandum est quòd licet legatus dicatur habere ordinariam, siue sit delegatus de latere, siue missus. capit. ij. de offic. leg. libro vj. tamen non dicitur illam in suos subditos iure ordinario exercere, prout requirit. d. c. j. in fi. Vnde sic Archiepiscopus potest totam, & partem diœces. suffraganeorum suorū visitare: vt d. c. j. §. j. & statim diximus in v. q. princ. ita & legatus. hoc tamen non arbitror procedere in legato nato: quia talis deberet seruare ordinē metropolitani: ex quo in suos subditos iure ordinario exercet iurisditionem. sed aduertēdum: quia post hanc opi. meam reperi Ho. & Io. de Imo. in d. c. j. formantes. q. vtrum decretalis illa sit seruanda per legatum. & soluunt q non, assignantes triplicem rationem. Prima est: quia legatus gerit vicem papę. xciij. di. c. fi. & xciij. c. j. Secūda: quia maior est Episcopo. de offi. leg. sanè, vt non includitur sub regula generali. de sen. excom. quia periculosum. & ar. c. sedes. de rescri. Tertiò: quia Ro. ecclesia contra se & suos priuilegiare non consueuit. c. cùm instantia. de censi. & sequitur Ioã. An. Sed dicit ibi Io. de Imo. q omnes istæ sunt satis generales. transit tamen cum prędicta opinione: sed dicit ibi. d. Do. q fortè posset teneri contrarium: quia legatus etiam de latere, tenetur constitutionem obseruare: nec potest illam tollere, vt not. glo. in c. fi. de hære. Et q pro ista parte posset induci dictum c. j. in fi. cùm dicit, q ille tex. seruetur ab vniuersis ordinario iure visitantibus. & vtitur verbis illis, etiam Episcopis, quæ dictio, etiam, est implicatiua & ampliatiua, non restrictiua, vt no. in ca. cùm in illis. de prebẽn. lib. vj. Sed his non obstantibus mihi videtur verior opinio secunda, quam per prius cogitaueram quò ad terminos quæstionis nostræ. Tertiò quæro in quos possint delegati & nuncij Apo. visitationem facere. Sol. dicēdum est q duntaxat loca, ecclesias, & personas visitare possunt, quæ in mandatis eorum continentur: quoniam diligenter sunt seruandi fines mandati, vt l. diligenter. ff. man. & in c. cùm dilecta. de rescri. & in c. venerabili. de offi. delega. faciūt no. per Io. An. in c. j. in fin. de censi. lib. vj. qui dicit, q illa decretalis non habet locum in delegatis. quoniã delegatus tenetur seruare formam commissæ delegationis & mandati.

¶ Quartò quæro, quæ loca, & quæ personæ à Primatibus, seu Patriarchis possint vel debeant visitari. So. iura dicunt Patriarchas visitare: sed ad quæ loca, & quas personas eorum iuris. extendatur, non inueni: neque memini me legisse. Arbitror ergo q respectu propriæ diœcesis, cuius est Episcopus. vnde etiam Episcopi quandoque appellantur. vt in c. inferior. xxj. di. in suprascriptis eam potestatem visitandi habebit, quam Episcopus. & sicut Episcopus ad illam tenetur, ita etiã Patriarcha. de quo diximus. q. vj. Respectu verò prouinciarum suffraganeorum suorum, hoc est Archiepiscoporum, qui dicuntur suffraganei sui, vt habetur xcix. d. ca. j. arbitror q eundem ordinem & formam debeat seruare. Primas in visitando prouincias suffraganeorum suorum, & diœceses Episcoporum quarūcunque prouinciarum sibi subiectarum, quam seruare tenentur Archiepiscopi, respectu diœcesum suffraganeorum ipsius. Vnde primò debent propriam diœcesim visitare, secundùm quod statim diximus in q. seq. sicut enim se habent Episcopi ad metropolitanos suos, ita se habent Metropolitani ad Primates, secundùm quod hæc eligi possunt. xcix. di. ca. j. & per totum. & ca. duo simul. ff. de offi. ordi. Et prædicta conclusio probatur per tex. in cap. j. de censi. lib. vj. iuncto fine cum præ. Et quot sint Patriarchæ, & qui maiores, & qui inferiores, tetigi post Ioã. And. in c. antiquo. de priuile. & ipsorū potestate per Spe. in ti. de lega. §. sunt quoque sub re. de dispensatione. & latius dixi in ti. de offic. ord. Quid autem si in visitando cōcurrerent Primas & Archiepiscopus, colligitur ex his quæ diximus in sequē. q. ver. sed quia s. diximus. Quintò quæro, quæ loca, & quæ personæ ab Archiepiscopis visitari possint & debeant. So. dicendum est q potest totam prouinciam visitare. ca. sopitæ. de censi. vnde non solùm suam, sed etiam suffraganeorum suorum diœceses visitare possunt & tenentur. Est tamen aduertendum, q in visitatione per eum fienda, tenentur hunc ordinē seruare. Volens enim prouinciam visitare, prius ecclesiæ suæ capitulum, atque ciuitatem & diœcesim propriam plenè visitare tenetur. Et non solùm, circa maiorum, sed etiam circa minorum ecclesiarum: & non solùm clericorum, sed etiam circa populorum visitationē, debet esse intentus. tex. in c. j. in prin. de censi. lib. vj. Quod autem dixit, q prius suam diœcesim tenetur visitare: procedit, nisi aliud habeat consuetudo specialis. ar. c. j. de offi. or. lib. vj. Sed q. circa prędicta, quare prius suam, quàm suffraganeorum suorum diœcesim visitare tenentur. So. dicēdum est q multiplex potest esse ratio. Prima: quia à capite edenda est ratio. ff. de edē. l. argentarius. Secunda: quia qui vult alios corrigere, prius se & suos corrigere tenetur. iij. q. vij. cap. iudicet. & de sta. regu. c. ea quæ ver. si verò. Nec mirum: quia talis est actus exterior charitatis, vt tradit b. Tho. secunda secundæ. q. xxviij. dixi in ca. nouit. de iudi. meritò secundùm ordinem charitatis debet à se incipere. xiij. q. v. c. si non licet. l. si præses. C. de serui. & aqua. & c. j. & fi. de postu. prælato. & ex prædictis infertur ratio, quare prius debeat capitulum suum totum visitare, quoniam capitulum facit vnum corpus cum illo. ca. nouit. de his quæ fiunt à præl. meritò ergo ab ipso capitulo ex ordine charitatis debet prius inchoare. & tenet Io. An. in di. ca. j. in nouella. & non solùm suam cathedralem prius tenetur visitare ecclesiam: sed etiã matricem: si fortè ibi non est ecclesia cathedralis. tenet Io. An. in d. c. j. in nouel. & sequuntur Doc. quoniam etiam cathedrales ecclesiæ matrices dicuntur. c. j. de præscrip. & ca. venerabili. de ver. sig. & dicitur ecclesia matrix, maior, & baptismalis: quia sicut mater generat: ita illa regenerat per baptismum, vt not. gl. in ver. matricē. Cle. j. de sententia excō. sed quęro an primò debeat visitare propriam ciuita. quàm diœcesim. So. tex. in d. c. j. in prin. videtur velle q sic. ex ordine literæ: cùm primò ponat ciuitatem, vt caput: deinde subijciat, diœcesim. Sed Host. & Io. de Imo. dicit, q talis ordo est seruandus in prouincia quò ad ecclesiam, ciuitatem, & diœcesim metropolitanam. Sed quò ad suffraganeos, si difficultas vel incommoditas sit in dicto ordine seruando, non putant ordinem necessarium. & sequi. Ioã. An. & residet. d. Do. hic. item: quia diximus q debet prius suã diœcesim plenè visitare, quęro quãdo dicitur plenè visitasse. So. dicendum est q tunc dicitur plenè visitasse suam diœcesim, quando nulla parochia remansit non visitata: dummodò commodè visitari possit. vt statim subijciemus, & visitationis causa subsit: quoniam hic omnia ad boni viri arbitrium sunt redigenda. vt dicit gl. in verbo, plenè. in d. c. j. de censi. lib. vj. Et idē voluit ibi Imo. q hic omnia ad boni viri arbitrium essent redigenda. Vnde dixit Ho. non propterea diceretur non facta plena visitatio. ex eo q duæ vel tres ecclesiæ, vel partes remaneant visitandæ. alle. Archi. vij. q. j. §. denique. Et subdit q inspiciēdus,

est mos regionis.ff.de ven.inspi.l.j.§.pe.& sequitur Io. An. in d.ca.j.facit quod statim dicetur. & non solùm tenetur in propria diœcesi visitare ecclesias, & clericos, & omnes ministros deputatos in loco, ecclesia, vel diuino cultui mancipatos: sed etiam laicos. & sic visitatur quodcunque habens beneficium ecclesiasticum, & non curatum, vt d.ca.j.de censi.lib.vj.§.sanè. & vide quæ diximus.q.viij.& etiam laicos totius diœcesis. vt d.c.j.in prin.Sed pone, Archiepiscopus non seruat in visitando dictum ordinem: vtrum processus per eum gestus sit nullus. Sol.Io.mo.in d.c.j.tenet ꝙ sic:quia est ordo substantialis.vnde reddit processum nullum c.cùm dilecta.de rescrip.C.de sen.& inter.omnium iudic.l.prolatam.& subdit ꝙ super nullitate vidit literas dari per cancellariam.Vbi no.ordo non esse substãtialis:tamen à iure debitus:& peteretur seruari:si non seruaretur,possit appellari:aliàs si procederet,teneret processus.de ref. spo.& c.j.de app.faciunt quæ latè dixi in c.j.de ordi.cog.Vlterius quæro, vtrum sufficiat synodum conuocare, & plenè inquirere.& videtur ꝙ sic,vt c.sicut olim.de accusa.& xvj.d.c.quoniam.So.dicendum est contrarium:quia in tam breui tempore non possint singulorum inquisitio fieri.Tum quia ibi non veniũt omnes clerici & laici,qui etiam sunt visitandi.vt infra diximus.q.xviij.Tum quia subijcieda est res oculis.& quia personæ præsentia multum operatur.ff.fini.reg.l. si irruptione. & de offi.dele.c.fi.secundùm glo.ver plenè.d.ca.j.Et idem tenuerunt ibi Inno.Io.mo.Host.Archi.& d.Do.faciunt quæ diximus.j.eo.lib.q.viij.Aduertẽdum tamen:quia quæ de plena visitatione propriæ diœcesis dicta sunt, procedunt si Archiepiscopus commodè, & absque aliqua difficultate accedere ad vnã quãque poterit.Sed si commodè,vel absque aliqua difficultate non possit accedere: puta,propter niues, vel viarum discrimina,aut simile impedimentum: potest de pluribus locis ad vnũ congruum locum clericos & laicos conuocare:ne etiam in ipsis laicis visitatio postponatur.tex.est in ca.j.secundo ru.de censi. lib.vj.iuncta glo.in verbo,difficultate.facit.c.ad audientiam.de eccle.ædi.& l.ij.§.si quis in iudi.ff.si quis cau. Ad quod videnda sunt quæ latissimè dixi in rub.de dila.ar.xviij.q.iiij.Nec sufficit propriam ecclesiam reuocare:sed ire debet ad locum congruum.vt dicit tex.in d.c.j.qui tex.ideò dicit,congruum:quia locus debet esse honestus & communis,& magis propinquus: iuxta possibilitatem.c.accepimus.de fide instru.& c. cùm personæ.de priuil.& secundùm ea quæ latè dixi in rub.de dila. ar. xviij.q.iiij.v.& vj.finita autem plenè visitatione propriꝙ diœcesis,licitum est Archiepiscopo per totam prouinciã, vel eius partem visitationis officium exercere:visitando non solùm ciuitatem & diœceses: sed etiam suffraganeos ,& eorum subditos:& non solùm ecclesias cathedrales:sed etiam alias,& monasteria , & pia loca & cleros , & populos liberè visitare potest. tex.est in c.j.§.deinde.de cẽsi.lib.vj. Et respectu ecclesiarũ visitandarum videnda sunt quæ diximus.j.eo.libr.q.viij.& tribus se.Et de clero & populo diximus.j.eo.li.q.xij. quod procedit, etiam suffraganeis non negligentibus,secundùm glo.super verbo.prouinciam.d.c.j.& c.fi.eo.tit.quãuis Bernardus dixerit,ꝙ solùm suffraganeis negligentibus posset talem visitationem facere,& malè. Quãuis autem Archiepiscopus totam diœcesim suam plenè visitare teneatur,vt s.demonstratum fuit:tamẽ non præcisè arctatur ad visitandam totam prouinciam: sed potest totam,& partem liberè visitare: ex quo tamẽ aliquam de ipsis diœcesibus visitare cœpit ; nunquam postea, siue totam , siue partem eius visitauerit, reuertatur causa visitationis ad illam, prius quàm omnes reliquæ ipsius prouinciæ diœceses in totũ, vel in parte,quas securè visitare poterit: & si de nouo fuerint visitatæ,vt d.c.j.§.ex quo.subdit tamen ibi tex.ꝙ si fortè eadẽ diœcesis,vel aliqua ibi ecclesia plus alijs indiguerit visitari , aliarum visitatione inter missa,ad eandem redire tenetur,si à loci diœcesano requisitus extiterit : vel de omnium, aut maioris partis Episcoporum eiusdem prouinciæ processerit cõsilio,& assensu:ad quos pronos exhibere debet,ne animarum ꝓfectus aliqualiter negligatur . Exigitur ergo ad hoc vt Archiepiscopus,post quàm vnam diœcesim incœpit visitare, & ad aliam transiuit: ad hoc vt sine noua propriæ diœcesis visitatione possit redire ad diœcesim intermissam: ꝙ à diœcesano sit requisitus:& faciat de eius consilio & assensu:quia non sufficit solùm consilium,sed etiam assensus,per c.cùm olim. de arbitris,secundùm Io.An.& ratio potest esse secundùm gl.ibi super verbo, requisitus.quia per exitum videtur renuncisse visitationi illius anni.facit c.quod ad consultationem.de re iudi.Et ideò redire non potest,nisi in altero prædictorum casuum. Si tamen Episcopus non requireret Archiepiscopum, & maior pars suffraganeorum consentiret ipsum redire,posset reuerti.& visitationem complere:etiam diœcesano contradicente,secundùm glo, prædictam.facit.lxvj.di.c.j.& sequitur Host.Archi.& Io.An. in d.c.j.Et no.ꝙ quãuis glo.prædicta assignet dictam rationẽ, quare non possit ex propria voluntate redire ad complẽdam visitationem quam intermisit: tamen etiam præter illam ratio duplex assignari potest.Prima,ne illa diœcesis grauetur,secunda,ne visitatio aliorum negligatur,secũdùm Fran.Vercel. quẽ seq.Io.An.in d.c.j.in nouella.Et prædicta procedunt,quando Archiepiscopus visitans intermisit complere visitationem ex propria voluntate.Secus si ex aliqua necessaria causa intermisit:quia tunc absque noua visitatione propriæ diœcesis,potest ad illam redire:ex quo iure permittente intermisit, secundùm Host. & Io.An.in d.c.j.§.ex quo tamen.Et aduertendum est, quòd ex quo tex.in d.c.j.dicit,quòd ex quo totam suam prouinciam visitauit,potest totam vel partem prouinciæ liberè visitare.quod propter verbum,liberè,positum in tex. potest illã facere contradictione,præscriptione,vel app. non obstãtibus. c.cùm ex officio & c.accedentes.de præscrip.& per c.fi.de censib.lib.vj.& ita tenet glo.in verbo,liberè.in d.c.j. Et ad prædictam materiam videnda sunt quæ j.lib.xij.l.viij.latius explicabimus.Sed quia.s. diximus, ꝙ Archiepiscopus potest omnes diœceses suffraganeorum suorum visitare.& in seq.vij.prin.q. diximus Episcopum posse etiam visitare diœcesim suam :& etiam s.in præsenti.v.q.prin.demonstratum fuit,Dubitari potest,quid si Archiepiscopus eodem tẽpore concurrit cum Episcopo in visitando,vtrum ambo sint admittendi.So.Inno.Ho. Io.mo.Abb.& Arch.dicunt ꝙ ambo admittentur:cùm nõ reperiatur iure prohibitum. & si discordarent in sententia,teneret sententia lata pro reo:nisi in causa fauorabili,secũdùm no. in c.ex literis.de proba.& ea quæ traduntur in c.fi.de re iu. & sequuntur Io.& d.Do.in d.c.j.in nouellis.Et idem arbitror dicendum si concurrerent Primas & Episcopus. Et si concurrerent Primas, Archiepiscopus,& Episcopus:quãuis omnes viderentur admittendi,per ea quæ s.diximus. tamen si in sententia discordarent,staretur maiori parti.lxv.d.cap.j.& ij.ff. de re iu.l.duo ex tribus.& ff.de arb.l.si in tres.§.fi.& l.seq.& l.diem proferre.§.si plures.& ad prædicta etiam videnda sunt quę diximus lib.xj.q.iiij.vbi demonstratum fuit,quid iuris si ecclesia non est sufficiens ambobus.Postremò no.ꝙ post quàm Archiepiscopus semel omnes prouincias siue diœceses visitauerit,licitum est ei,prius tamen suorum suffraganeorũ requisito cõsi. & ipsius diffinitione super hoc habita,coram ipsis quæ in scriptis redigenda est,vt alijs possit esse nota per eundem , potest prouinciarum visitationem reiterare:iuxta modũ superius adnotatum:etiam si non interueniat in hoc suffraganeorum assensus.Tenetur tamen illam prouidentiam adhibere,vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias,eosque cleros & populos prius visitet:quia non fuerant ab eo in temporibus prioribus visitati:nisi sit magis alijs visitatiõis officium opportunũ. tex.est in d.c.j.§.post quàm.de censib.libr.vj. Et quantum ad hoc,an sit alijs visitationis officium opportunũ:stabitur dicto Archiepiscopi,secundùm Inn.Hosti.& Io.mo.quasi velint, ꝙ q.super hoc ei referri non poterit,secundùm Ioã.An.Sed quæ ad intel.l.prædictorum,quando exigatur diffinitio Archiepiscopi.Sol.dicit Hostiẽ.ad hoc vt Archiepiscopus non sit negligens ad concilium congregandũ:cùm aliter suffraganeorũ concilium die feriali haberi non possit:& sine hac diffinitione secundò visitare non potest.Item:quia propter hoc prouidetur Archiepiscopo:quia aliter vix, vel nunquam secundam visitationem facere poterit:nisi concilium celebraret,secundùm Io. An.d.c.j.Tenetur enim Achiepiscopus prouinciale concilium annuatim facere.de accu.c.sicut olim. & ideò dicit de concilio duntaxat:quia hoc casu,non requiritur quod concilium cõsentiat:quia siue concordent,siue discordent,ad Archiepiscopum in hoc pertinet diffinitio:& ipsius diffinitioni stabitur.ca.cùm olim.de arbi.secundùm glo.in verbo,concilio.in d.c.j.Qualiter autem Archiepiscopus debeat diffinire,dicit glo.in ver. diffinitione.ꝙ fiat sub hac forma : Diffinimus procedendum esse ad visitationem prouinciæ nostræ.& à tali diffinitione,cùm sit super executione officij sui,non potest appellari.per c.irrefragabili.de offi.or.& idem tenent Inn.Host.Ioã.mo.& Archi. qui etiam dicunt ꝙ non requiritur quòd hoc fiat causa cognita.& seqtur Io.An.in nouel.& do.M.Sextò principaliter qro quæ, loca,!& quæ personæ ab Episcopis visitari possint & debeant. So.dicendum est quòd Episcopus propriam diœcesim visitare tenetur. Et quãuis Archidiaconus, Decanus, Archipresbyter, vel similes in certa parte diœcesis iurisditionẽ habeant,& visitare possint,secundùm ea quæ diximus in iiij.princi.li. tamen Episcopus totam diœcesim visitare potest,& debet illum ordinem in visitando seruare.vnde primò capitulum suum, & ecclesiam suam, & ciuitatem, & demum diœcesim visitare tenetur.per

tur,per tex.in d.c.j.§.hanc autem.de censi.libr.vj.Quid autem si Episcopus & Archidiaconus,aut similis, simul inuicem concurrant?dicendum vt dixi in quæstione præcedenti.

9 ¶†Septimò quæro,quæ loca possint visitari ab Archidiacono,Decano,Archipresbytero,& similibus quos.s.li.iiij.q.viij. diximus visitandi potestatē habere. Sol.dicendum est, ꝙ cùm tales possint visitare virtute acquisitę iurisditionis in subditos, prout diximus in d.q.viij.& tribus seq.& q.xij.meritò côcludendum ꝙ solùm loca & ecclesias,clerum & populū sibi subiectos visitare possunt.facit l.fina.ff.de iuris.om.iud.& ca.ij.in fi. de constit.lib.vj.Et si episcopus & inferior in visitatione concurrant,dicendum vt patet ex his quæ diximus in præcedenti q.versi.Sed quia supra diximus.

10 ¶†Octauò quæro vtrum omnes ecclesiæ seculares,& ecclesiarum capitula possint visitari.Sol.dicendū est ꝙ sic.& non solū ecclesiæ,sed ecclesiarum capitula.c.j.§.deinde.de censi.lib.vj.& siue ecclesię cathedrales sint,siue inferiores:& siue sint cum cura,siue sine,per text.in c.j.in prin.de censi.lib.vj.dum dicit,maiorum,sed etiā minorū ecclesiarum.& idem probatur in dicto c.j.§.sanè.secūdùm Pe.& Albe.Io.An.& d.Do.ibi,& siue sint ecclesiæ ciuitatis, siue diœcesis.vt in c.venerabilis.de censi.& ibi do.m.refert tamē Host.in c.cùm nuper.de censi.quosdam dicere,quos ipse videtur sequi.ꝙ visitari debent dūtaxat opulentę ecclesię:minutę verò ecclesię nō sunt visitandę regulariter:nisi dūtaxat cū audit aliquid sinistrū,& graue:qa nec possunt recipere Archiepiscopū vel Episcopū visitantes secundū dispositionem.c.cum Apostolis.de censi.Sed zaba.in dicto c. cùm nuper.tenet contrariū:quia debet visitare plures tales ecclesias:& ab omnibus simul vnam tantummodò exigere ꝓcurationem,per c.procurationes.de censi.& c.felicis.de censi.lib. vj.Ad quod tamē videnda sunt quæ diximus in lib.xj.q.viij. ¶Sed quęro quid si duæ vel plures ecclesiæ sint inuicem vnitæ,vtrum omnes debeant visitari? Solu.dicendum est ꝙ sic.& visitans vnam vel plures, quot procurationes recipere debeat, vide quæ diximus libro xj.

11 ¶†Nonò quæro vtrum omnes ecclesiæ possint visitari. So.dicendum est,ꝙ sic;vt est tex.in c.sopitę.& c.venerabilis.de censi.& in c.j.de censi.lib.vj.§.deinde.ibi,monasteria & alia loca religiosa.Est tamen aduertendum,ꝙ si loquimur in monsterijs monialium,visitanda sunt per ordinarios;ea adhibita consideratione ꝙ si sunt exempta,ita vt nulli alij nisi sedi Apost.subiecta esse noscantur.Apostolica authoritate,non exempta verò ordinaria authoritate per ordinarios sunt visitāda.Si verò sunt exempta:non tamen immediatè Apost.sedi.sed alijs inferioribus subiecta:per ipsos inferiores visitantur.tex.est in Cle.attendentes.§.j.de sta.mo.Quare monasteria ordinis Gamaldulen.Cistercien.& similia exempta,non subiecta immediatè se. apost.visitabit superior Prælatus illius ordinis,cui subsunt:si modò subsunt Abbati, vel Prælato masculo. sed si subessent Abbatissæ, Priorissæ seu monasterio monialium: cùm maior prælata vel clausuram exire non debeat,vt in ca.j.de sta.mona. lib.vj.videtur ꝙ talia monasteria possit ordinarius visitare.Sed Archi.in d.c.vt refert glos.super versic.alia in d.Cle.attendentes.de stat.mo.tenet ꝙ illa maior prælata per se visitare nō possit;sed cùm sit iustè impedita,visitabit per alium.x.q.j.Epm.facit c.inter.& c.si Eps.de offi.ordi.lib.vj.Et secundū hoc cessabit officiū ordinarij.& sic residet Io.And.in d.gl. Et idē tenēt Paul.& Steph.sed Guliel.de monte Lau.tenet cōtrarium:quia vix bona correctio potest fieri per mulieres:quia hoc non est officium muliebre,& quia vna parū appretiat aliā,& quia frequenter sunt sociæ criminis.l.fœminæ.ff.de regu.iur.& c.dilectę.de excel.præla.& de coll.deteg.per totum.propter quod videtur secūdùm eū,ꝙ talia monasteria alteri monasterio monialium subiecta,nō debent per Abbatissam vel Priorissam visitari:sed Io.& zab.ibi tenent primā opin.& dicit zaba.ꝙ dictæ rationes parū vrgent.Aduertendū etiam id quod dicimus de monasterijs immediatè subiectis sedi Apo.non habet locū in monasterijs etiam sedi Apo.subiectis:quæ monasteria consueuerunt visitari per visitatores capitulorum prouincialium: sicut est monasterium Blatanen.& similia;quia talia etiā visitabuntur per ordinariū:quia cùm prouisio dictę Cle. Attendentes.sit specialis:vitiat generalem,de qua in ca.in singulis.& ca. sequenti,de sta.mona.

12 ¶†Decimò quæro quid de capellis,vtrū possit visitari.So.dic ꝙ sic,per ea quæ dixi.q.viij.per ea quæ j.dixi in sequē.q.& per ea quæ dixi lib.ix.ver.quid autem de capellanis.vbi diximus, vtrum capellani teneantur ad procurationem.

13 ¶†Vndecimò quæro quid de oratorijs & similibus locis.Sol. tex.in c.fi.de censi.ꝓbat ꝙ nō possint visitari:nec etiā grāmaticę:licet ibi sint oratoria:dummodò priuata.tenet Io.An.c.j. de censi.lib.vj.Aduertendū tamē,quia dicit Inno.ꝙ si in oratorio institueretur sacerdos perpetuus:ꝙ tunc Eps posset oratorium visitare.Refert tamen alios dicere contrariū.& fortè melius:quia quādo locus est priuatus,non est capax intitulationis perpetuæ D.m.in d.c.fi.dicit,ꝙ dictū Inn.potest saluari,quādo oratoriū esset cōstructum authoritate Episcopi: quia posset tunc publicè ibi celebrari, & sacerdos deputari. Et subdit quòd credit,quòd posito quòd proprius Episcopus non possit huiusmodi oratoria visitare,vt d.c.fi.tamen possit ad illa accedere,vt videat quomodo se habeant:& si prꝑter debitam formam cōstructa sint:& an honestè tractentur,secundùm d. M. ad quòd videnda sunt quæ diximus in libr.xj.q.v.ver.non solùm.faciunt etiam quæ diximus in se.q.

14 ¶†Duodecimò quæro,quid de hospitalibus,Xenodochijs,& alijs similibus pijs locis:an visitari possint.so.glo.super ver.loca.in c.j.de censi.lib.vj.tenet quòd sic.Sed Fed.conciuis noster latius tractat consi.xlvj.& D.m.in c.sopitæ.de censi. post Fed. concludendo distinguit tres casus. Primus est,cùm certum est hospitalia esse religiosa,vt puta,authoritate Episcopi fundata: hoc casu,absque dubio visitanda sunt.Et hoc modo potest intelligi.d.glos.super verbo,loca.secundus casus est,quando non constat quòd sint fundata authoritate Episcopi sed habent signa religionis:& ibidem publicè celebratur:& idem:quia pręsumptio est quòd sint religiosa:vt no.Archi.de conse.di.j.c.nemo.tradit do.m.in c.patientibus.de priuile.& ibi dixi. Tertius casus magis dubitabilis.quādo cōstat quòd sunt hospitalia priuata.& sentit Fede.quòd adhuc possunt visitari,ex quo ad pios vsus sunt deputata.loquitur tamen de hospitalibus infectorū, seu leprosorū.facit c.ij.de eccl. ædifi.Sed Do.me.in hoc distinguit,quòd aut viuit ille qui hospitale erexit: & non potest eo inuito visitari:sicut nec domum propriam alicuius priuati visitare potest. Aut ille decessit, & voluit hospitale remanere in suo statu:& tunc superior poterit illud visitare.ar.opti.in auē. de eccle.tit.§.si quis ædificationem.facit quod tra.do.me.in c. inter dilectos.de dona.quæ distinctio mihi placet.

¶Tertiodecimò quæro, vtrum laici & clerici possint visitari: & an laici simul cum clericis visitari valeant.Sol.dicendū est ꝙ tam laici,quàm clerici debent visitari.vt probatur in ca.j. j. de censi.lib.vj.& ibi tenent Doc.ibi dum tex.dicit,nec circa clericorum tantum,sed etiam circa populorum visitationem procures esse intentus.facit quod diximus libr.x.q.iij.& iiij. Sed aduertendum:quia Io.An.in c.fi.de censi.& post eum zab.videtur velle quòd per prælatos ecclesiasticos non debeant visitari, nisi loca ecclesiastica: & familiæ ecclesiasticæ. Vnde infert, quòd cùm mercenarij & similes,qui habitant cum personis ecclesiasticis,non censeantur de familia ecclesiarum.c.peremptis. & c.fi.de priuil.libr.vj.meritò non debent visitari. ergo longè minus populi:& puri laici debent posse visitari.& pro hoc etiā facit:quia si aliud diceremus,sequeretur quòd prælati ecclesiastici iurisditionem in laicos vsurpare viderentur.quod fieri nō debet.c.nouit.de iud.& d.c.quoniam.xcvj.d.c.cùm ad verum. Quare timore.d.cōtrarij dixit Io.An.post Fran.Vercel.in d.c. j.de censi.lib.vj.in nouel.quòd inquantum text.in d.c.j.loquitur de populis visitandis. intelligi debet, respectu criminum ecclesiasti.pro quibus corrigendis visitando poterit etiam cōtra laicos inquirere:aliàs secus.Sed dicit ibi Ioan.de Imo. quòd imò poterit inquirere de omni crimine: cùm hoc fiat extraiudicialiter per modum fori pœnitentialis: & non per viam fori contentiosi.per no.in c.quatenus.& ca.nos inter.de purg.cano. Sed do.Do in c.j.distinguit,quòd aut prælatus ecclesias visitādo vult inquirere contra laicos,ad finem imponēdæ pœnæ pro crimine:& procedit dictum Fran.& Io.An.quòd ista via visitationis non sequitur naturam fori pœnitētialis omnino.quod probat tex.d.c.j.§.notoria.vbi patet quòd imponit pœnā pro delicto,quam non imponit forus pœnitentialis: qui nō habet se præcisè contra delicta:sed consultiuè vt in ca.Matthæus. de symo.hoc etiam probat tex.in d.c.j.§.quòd si de aliquibus.vbi se reperit infamatum de crimine,denunciat suo ordinario. Et sic procedit etiam quòd ex foro pœnitentiali posset ipse pœnitentiam imponere.vt patet in c.fi.de censi.lib.vj.ergo patet quòd via visitationis valde differt à via fori pœnitentialis. Aut vult visitando inquirere ad finem pœnitentiæ imponendæ:& ad hunc effectum potest visitare etiam laicos:& ita procedat opin.Io.de Imo.& sic loquuntur iura per eum alleg.facit tex.x.q.j.ca.placuit.vbi patet quòd de homicidio,& alijs peccatis mortalibus,prælatus eccle.se intromittit:etiam contra laicos.Aduertendum tamen dico,quòd quamuis laici per prælatos ecclesiasticos visitari valeant:non tamen debet simul clerū & populum,sed separatim visitare:quoniam talium iura separata sunt.xij.q.j.c.duo.nec promiscuis actibus officia sunt tur-

banda.C.de teſta.l.cõſulta.Sigillatim enim facta inquiſitio me
lius & accuratius procedit.de accuſa.c.inquiſitionis.§.tertiæ.
facit quod diximus lib.x.q.iij.quod tamen procedit, niſi qua-
litas negotij aliud expoſcat.argu.c.j.§.ſanè.de cenſib.libr.vj.&
ibi hoc tenet glo.ſuper verbo,populos.

15 ¶†Quartodecimò quæro, vtrum poſsit recuſari viſitatio . &
vtrũ ſint aliquæ cauſæ propter quas poſsit declinari viſitatio.
& pro clariori doctrina, proſequar infraſcriptas, quæſtiones.
Prima,vtrum per exemptionem ſubditi poſsint declinare viſi-
tationem. Secũda,vtrum viſitatio ſpecialiter remitti poſsit per
illam ad quem pertinet ius viſitandi. Tertia vtrum per remiſ-
ſionem ſeruitiorum videatur remiſſa viſitatio. Quarta, vtrũ a-
mitti poſsit præſcriptione vel conſuetudine.

16 ¶†Primò igitur quæro, vtrũ exẽpti virtute exemptionis poſ
ſint effugere viſitationẽ Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, vel ſimi-
lium in quorũ diœceſi & prouincia, & iuriſditione, monaſteria
ſita ſunt. Sol.dicẽdum eſt ꝙ ſi priuilegium exemptionis à Sũ-
mo Pontifice cõceſſum expreſsè loqtur de viſitatione: deciſio
eſt clara, ꝙ virtute talis priuilegij exemptus poſſet ſe excuſare
à viſitatione.arg.c.cûm viſitantia.de cenſibus.& c. cùm perſo-
næ.de priuile.lib.vj.& eorum quæ j.ſubijciam, Si verò priuile-
gium nihil de viſitatione exprimeret, diſtinguẽdum arbitror,
ꝙ aut exemptio nõ eſt vniuerſalis, & ſimplex: ſed ad quoſdam
caſus limitata: & in terminis ſuis duntaxat ſeruanda eſt, & ad
limitandos terminos reſtringenda: non autem in præiudicium
ordinarij extẽdenda.ar.l.ij.§.meritò.§.ſi quid à Principe.ff.ne
quid in loco pub.& c.quãuis.de reſcrip.lib.vj. Et quia limitata
cõceſsio limitatum parit effectum: vt in l.cãcellauerat.ff.de his
quæ in frau.cre.& c.licet.de deci.& l.cùm pater.§. dulciſsimis.
ff.de leg.ij.cum alijs vul.& quia ex ſeparatis non fit illatio, cap.
quod ad tranſlationẽ.de offi.dele.& l.naturaliter.§.nihil cõmu
ne.ff.de acqui.poſ.c.ſtatutũ.c.cõſtitutio.de ele.li.vj.& quia pri
uilegia ſunt ſtrictiſsimè interpretãda & reſtrigẽda.c.j.& ij. de
fil.presby.lib.vj.de vſu pal.ca.ex tuarum. Si verò priuilegium
exẽptionis ſit ſimpliciter & vniuerſaliter conceſſum: arbitror,
quòd eccleſiæ, monaſteria, vel loca huiuſmodi exemptionem
habẽtia, viſitari nõ poſsint.ar.c.cùm perſonæ.de priuile.lib.vj.
& no.in c.venerabili.& c.cùm inſtãtia.de cenſi.Idẽ etiam arbí-
tror, ſi eccleſię, monaſteria, vel loca aliqua eſſent exempta à iu-
riſd.prælati, aliàs ſui: quoniã viſitatio eſt annexa iuriſditioni: vt
in c.j.§.hanc autem.de cenſi.lib.vj.vbi dum tex.dicit, Epiſco-
pis, alijsque prælatis ordinario iure &c.dixi.ſ.artic.iiij.q.xij.&
hoc etiã probatur ex his quæ dicam in ſe.q. Prædicta tamẽ ar-
bitror limitãda quò ad viſitationem ordinariorum: ſecus quò
ad viſitationem legatorũ Apo.ſe.per ea quę diximus in lib.xj.
q.xiiij.ver.ij.legitima cauſa.inſuper prædicta procedũt ea ad-
hibita moderatione, de qua diximus lib.vj.q.ix. Sed iuxta ma
teriam prædictæ q.quęro, Epiſcopus Aduenieñſis. Abbatem &
monaſteria, id eſt monachos ſancti Martini diœceſis ſui mo-
nuit, vt ſe pararent ad viſitationem & procurationem: Abbas
& monaſteriũ ſe exemptos fore affirmant: atq; id coram Epi-
ſcopo, vel alio cõpetenti iudice ſe incõtinenti probaturos offe-
rebant. Cumq; Abbas intelligeret Epiſcopũ ad cenſuræ ſenten
tiam fulminandam paratum: ad ſedẽ Apo. iſta cauſa inſerta ap
¶ Item vtrum sciat, vel credat, vel fama sit aleatorẽ esse de vi. & ho. cle. c. clerici. de exces. Præla. c. inter dilectos. vel blasfemium. c. ij. de male. cum si. Vel vsurarium. xlvij. di. c. non licet. & c. seq. de vsu. c. prætereà. Vel coniuratorem seu conspiratorem. xj. q. j. c. coniurationum. & c. seq. de re iud. c. cũ I. & A. de iud. c. exhibita. Vel alienatorem rerum ecclesiasticarum. xij. q. j. c. monemus. & tribus seq. de reb. ec. non ali. c. si quis presbyterum. Vel obligare de pig. c. j. & ij. de epi. & cle. l. sancimus. in prin. Vel male administrantẽ, aut res ecclesiasticas dilapidantem, vel consummantem. vel male disponentẽ. xxxviij. di. c. de Syracusane. de simo. c. licet Hely. iij. q. ij. c. quia ea. de acc. c. fin. de offi. deleg. c. venerabilis. Item an sciat, vel credat, vel fama sit quod sacrista, thesaurarius, vel custos vasa vel vestimenta, & alias res vel ormenta ecclesiæ: puta libros, vel alia diuino cultui dedicata bene saluauerit, & si aliqua de immobilibus, vel mobilibus diminuta sint: & per quem, & quare, & quando, & quàliter. de offi. sacri. c. j. de offi. cust. c. j. xxv. di. c. perlectis. xxj. di. c. cleros. Item an sciat, vel credat, vel fama sit, quod officia diuina de die & de nocte horis competentibus solenniter celebranda omittantur. Et vtrum in singulis ecclesiis mos ecclesię diœcesanæ, vel metropolitanæ in diuinis seruetur officiis. de cele. miss. c. j. & c. dolentes. xij. di. c. de his. de conse. distin. ij. c. institutis. Et vtrum intersint exequiis mortuorum: & an ecclesias, eucharistiam reliquias, sacrum fontem baptismi, cœmiteria, & alia huiusmodi nitidè & cautè retineat. de custo. eucha. c. j. & ij. de reli. & ve. san. de celeb. mis. c. cùm Marthę. in ru. & c. sanè. Qualiter baptizent, vel pœnitentias iniungant, & vtrũ ad huiusmodi facienda diligentes, vel negligentes sint. Et an aliqui propter negligentiam sine baptismo, vel pœnitentia decesserint. de baptis. c. j. de conse. di. iiij. c. de cathecuminis. c. ne quid absit. de pœni. & re. c. fi. xvj. q. vj. c. si quis presbyter. & c. seq. Item vtrum sciat, vel fama sit aliquem esse in ciuitate, vel diœcesi hæreticum, vel de hæresi suspectum, vel conuenticulas per tales fieri: vel an sciant domum, prædium, vel antrum, vel locũ vbi conueniant. Vel vtrum sciat, vel fama sit aliquem esse receptatorem, vel fautorem, vel credentem defensorem aut laudatorem, vel vice eorum ministrantem eis, quæ ad victum, vel vestitum & alia necessaria. de hære. c. excõmunicamus. el. j. §. credentes. & ver. si aduersus. & c. seq. in prin. C. de sum. tri. l. ij. & iij. C. de epis. & cle. l. conuenticulas. xxx. d. si quis. & c. seq. C. de hære. l. cuncti. l. Arriani. & l. seq. & auth. credentes. xxxv. q. vj. c. episcopus in synodo. & chorum honestè & cum honestis vestibus intrent, & honestè stent, & an dormiant in dormitorio communi: & comedant in communi mensa. de vi. & ho. cle. c. quoniam. cum suis concor. Et in summa inquirat de singulis, quæ ad honestam vitam clericorum pertinent: ad quod videnda quæ traduntur, ne cle. vel mo. c. j. xxiiij. distinct. his er go. cum si. & per summistas in titu. de vi. & ho. cle. Et si fuerint regulares seu monachi, visitator interrogare debet non solùm de his quæ superius dicta sunt, inquantum ipsis adaptari possunt, sed etiam de his quæ ad eorum regulam pertinent secundùm ea, quæ traduntur in titu. de reg. & de sta. mo. & per summistas in prædictis titulis. Et hęc seruanda sunt ab ordinariis visitantibus monasteria & loca monachorum. Visitatores verò deputati à capitulis generalibus, quæ in singulis prouinciis de triennio in triennium celebrari debent, secundũ ea quę s. diximus in v. prin. ar. ver. sunt alij ad quos visitandum studere debent corrigere. & reformare quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quòd si rectorẽ loci ab administratione agnouerint penitus amouendum, denuncient episcopo proprio, vt amouere procuret: quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apo. sedis examen, vt est tex. in c. in singulis. ver. ordinentur de sta. mo. Vel latius per ipsos seruari debent quæ habentur in c. ea quæ. de sta. mo. vbi tex. sic formaliter instruit. Porrò cùm visitatores secundùm statutum generalis concilij ordinati à generali Abbatum consilio processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monachorum, & obseruantiis regularibus diligenter inquirant: & tam in spiritualibus quàm in temporalibus corrigant & reformẽt quæ viderint corrigenda: ita tamen quod monachos delinquẽtes per Abbatem loci corrigi faciant, eisque iniungi pœnitentiã salutarem iuxta beati Benedicti regulam & Apostolica instituta. Ipsi etiam visitatores monachos, quos contumaces inuenerint & rebelles, iuxta modum culpæ vice sedis Apo. regulari censura percellant absque personarum delectu non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiam amicorũ. quoniam ouem morbidam eiicient ab ouili, ne inficiat sanas oues. Si verò Abbates iuxta visitatorum mandata & instituta seipsis siue monachis inuenti fuerint negligentes, proclametur & corripiantur, & ita puniantur publicè in c. generali quod pœna eorum sit aliis in exemplum. Quod si Abbas non exẽptus fuerit à visitatoribus nimis negligens & remissus inuentus, id loci diœcesano denuncietur sine mora: & per illum detur ei fidelis & prouidus coadiutor vsque ad c. generale. Si autẽ dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs meritò admonendus per diœcesanum, postquàm hoc sibi à visitatoribus denũciatũ fuerit, amoueatur absque iudiciorum strepitu à regimine Abbatiæ ac monasterio: prouideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate prouisum. Quòd si forsitan episcopus hoc adimplere noluerit, vel neglexerit, visitatores vel præsidentes in capitulo generali defectum episcopi Apo. se non differant intimari, quæ etiam in exemptos Abbates seruari præcipiantur depositione ipsorum Apo. se. reseruata, ita vt Abbate qui amouendus videbitur, interim per visitatores, vel in capitulo præsidẽtes ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. illorum autem excessus & alia, quæ visa fuerint intimanda capitulo præsidentes nobis denuncient per fideles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione Abbatum iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur facultates & expensæ. Sequentes autem visitatores perquirant ipsorum visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias & excessus referant sequenti capitulo generali, vt iuxta culpam publicè debitam pœnam portent. Idem etiam de Abbatibus præsidentibus generali capitulo obseruari præcipiantur, hæc formaliter continentur in d. capitu. ea quæ. de statu monachorum. quæ ideò hic formaliter inserui eò, quòd frequenter visitatoribus Decretales non sunt in promptu. Cęterum de his satis: & ad inquisitionem & examinationẽ quã ordinarius visitator facere debet, reditum faciens, addendum est, quòd ad visitatorem pertinet examinare ecclesiarum rectores, maximè rurales & parochiales: & quibus cura animarum incumbit & cura diuinorum officiorum & scientia de missæ celebratione: de baptismo iniungendo: si baptismalis est ecclesia. Item de pœnitentia, de extrema vnctione, qualiter dicatur diuinum officium, & de similibus cognoui ego, & cognosco presbyterũ, qui plebanus fuit ecclesiæ baptismalis: qui nedum quod missam sciret celebrare, aut prædicta sibi incumbentia expedire, sed vix primas literas, quas alphabetũ vocamus, aut psalterium legere sciebat, dedecus summũ & intolerabile episcopi illius, qui talem ad sacerdotalem ordinem ordinauit.

¶ Quiquidem episcopus si fas esset dicere, profecto ex hoc solo meruisset non solum deponi, sed incabiari. Intelligat etiam visitator quilibet maximam illam quæstionem, quæ fuit inter illos tres rurales rectores, ex quibus duo ad contentionem venientes: quorum vnus in consecratione eucharistiæ fore dicendum affirmabat: hoc est corpus meus: eo quod si corpus meum diceretur, discordantia foret: alter vero afferebat ad prædictam incongruitatem tolerandam, hoc est

corpus meum. Ad eam ergo quæstionem decidendam com-
muni consensu tertium ruralem : rectorem quem doctiorem
reputabant, in arbitrum elegerunt: qui proposita sibi quæstio-
ne, & allegationibus vtriusq; partis auditis interlocutus est, se
semper in causæ quæstione dubitasse, ob eamque causam in lo
cum dictorū verborum dixisse semper vnū pater noster: quo
fit, vt maximè dolendum verendumque sit de tam crassa supi-
naq; ruditate. ¶ De prædictis autem & aliis quæ ad Prælatos,
canonicos parochiales, & clericos atq; religiosos pertinent, si-
cut visitatoris diligentia atq; prudentia viderit expedire iuxta
datam sibi à Deo prouidentiam diligenter intendat, hæc autē
non solū à clericis, sed etiam à laicis inquirere debet. Et si qui-
dem visitator tales Prælatos canonicos reperiret bene agere
& legitimè viuere, gratias agat Deo. x. q. j. placuit. Si vero ali-
quod sinistrū de aliquo èx clericis audiat, eos instruat: nec de-
bet res incognitas illis imputare. lxxxvj. d. c. si quid vero. de sy
mo. c. licet Hely. quia facilis est qui de facili credit. xj. q. iij. ca.
in cunctis. & no. l. sicut. C. de fide instru. Neq; debet esse nimis
credulus, vt traditur per Barto. & Angel. in l. j. §. fecisse. ff. de
eo per quem fac. erit. credulitas enim quæ causatur ab eo, quod
quis à leuibus & fortè paucis audiuit, damnabilis est, & facilis
& leuis, ac temeraria dicitur. no. glo. ij. in c. inquisitione. de sen
ten. excom. Sed debet esse probabilis, quæ ex veris signis ha-
beatur: & per quæ signa, & quos gradus quis ad probabilem
credulitatem inducatur latè dixi in repe. c. fin. de iureiur. in iij.
prin. art. Nam cū in cæteris, tum vel maximè vt j. officiorum, si
rectè memini, Ciceronis sententia declarat ab his, qui iudica-
turi sunt, fugiendum est ne incognita pro cognitis habeant,
hisq; temerè assentiant. Nec debet Prelatus in infamia subdito
rum. de accu. c. licet. xcvj. d. c. in scripturis. sicut quidam faciunt
publicè dicentes populo, dum visitant: Si quis aliquid sciat de
Prælato, rectore, aut clericis, dicat mihi. Et ego si sic faciam, &
puniam. Nam vt plurimum laici clericis sunt infesti. ij. q. vij. c.
laicos. Imo laicorum accusatio in clericos audiri non debet. de
accu. c. sicut & c. seq. vnde cum aliquibus de electis bonis pru-
dentibus, & honestis atq; fide dignis iure de parochia inquire
re debet. Nec debet passim recipere chartulas, quas frequēter
rustici contra suos rectores clanculum offerunt. xj. q. j. sacerdo
tibus. vidi ego & presens fui cùm ad collectores quidam be-
neficiatus venisset, & se tanquam pauperem commendasset, in
terea socius illius, qui tanq; suus amicus cum illo venerat, clam
schedulam in manibus vnius ex collectoribus posuit, in qua
amplas illius facultates narrabat, subiungendo nonnullos cō-
tractus illicitos atq; fœneraticios prefatum beneficiatū fecisse.
Sed si visitator fortè id probabiliter credit, debet ab illo qui
hoc dicit, quærere, an talis sit de illo excessu publicè diffama-
tus. Et si respondent ꝙ nō, ei imponat silentium. ij. q. j. c. si pec-
cauerit. de iudi. nouiter. Si verò dixerit quod sic, quærat quali-
ter scit. Si dicit quod audiuit: quærat à quibus, & à quot. Nā
propter dicta paucorum non debet dici infamatus. de accu. c.
inquisitionis. ad finem. Quærat etiam à quibus audiuit, vtrum
à maliuolis, vel maledicis, vel incolis, vel vilibus: quo casu non
procederetur contra talem, ad quam materiam videnda sunt
quæ latissimè dixi in c. qualiter. de accu. ar. ix. xiij. & pluribus
sequentibus vsq; ad xlv. q. huiusmodi autem inquisitio quæ
fit per prælatum visitantem, vocatur præparatoria & non solē
nis, & ideo nulla in ea fit coactio, aut iuramenti exactio: quo-
niam regulariter talis visitator nō habet iurisditionē in puniē-
do: vt c. j. §. sanè. de censi. lib. vj. Quod procedit respectu archi-
episcopi visitantis in aliqua diœcesi, qui non potest in aliena
diœcesi punire, nisi crimina notoria: vt d. §. sanc. ibi notoria. Si
tamen archiepiscopus aut episcopus propriam diœcesim aut
alius quicunq; Prælatus proprios subditos visitaret, in quos
iurisditionem & visitandi ius haberet, arbitror ꝙ visitator de-
beat secundùm hanc distinctionem hunc modum seruare, vide
licet aut enim talis visitator facta diligenti inquisitione & exa
minatione omnia ad clericos & personas visitatas spectantia
benè, honestè, ac legitimè acta intelligit, & gratias Deo agat,
vt s. diximus. & talis visitator laudabit & exhortabitur, vt pro
cedant de virtute in virtutem, virtus enim laudata crescit. Si ve
ro aliter inuenit. Aut delicta sunt notoria, aut non. Primo casu
corrigere debet pœnam pro illis debitam infligendo: vt d. c. j.
§. sanè. ibi notoria. Et quid si dubium sit, vtrum etiam sint no
toria dicemus in v. q. Debita autem pœna dicetur, quæ est à ca
none instituta, nisi fortè ex causa fieret commutatio. Sunt au-
tem legitimæ commutationis causæ septem, de quibus latissi-
mè dixi in c. licet. de pœnis. & pluribus etiam causis aggrauan
tibus & alleuiantibus traditur per beatum Tho. secunda secun
dæ. q. clxiiij. ar. j. ij. iij. & iiij.

¶ Secundo casu quando delicta non sunt notoria subdistin-
guo, ꝙ aut orta est infamia, sed non tanta per quam possit per-
ueniri ad solennem inquisitionem. Aut talis est orta infamia,
per quam legitimè ad solennem inquisitionem deueniri po-
test. ¶ Primo casu arbitror ꝙ siue sit episcopus, siue archiepi-
scopus etiam diœceses suffraganeorum visitans, siue alius qui-
cunq; ordinarius visitator, ꝙ hunc modū seruare debeat: quia
si penitus ignarum rectorem reperiat, illum priuabit. Si tamen
ignarū non crassè, sed leui ignorantia reperiret, ipsum instruet,
vel mandabit sibi quod ad magistrum per quem instruatur, ac
cedat. Si verò de aliis excessibus infamatum inueniret, vocabit
eum, & narrabit sibi quæ de ipso delata sunt : & acriter corri-
get subiungendo aliquam legitimam causam, propter quam
sibi tunc circa pœnam infligendam gratiam faciat comminā-
do, ꝙ diligenter animaduertat: ne aliàs tales excessus commit-
tat, ꝙ si secus fecerit, acriter puniet: & ostendat ei quandā beni
gnitatem, quæ potissimum in correctione adhibenda est, cùm
correctio ad actum exteriorem charitatis & iustitiæ pertineat
secūdū ea, quę latè tradita sunt in c. nouit. de iud. in iij. prin. art.
¶ Secundo vero casu quando infamia orta est, talis per quam
legitimè ad solennem inquisitionē perueniri possit & debeat,
Si visitator sit archiepiscopus, vel alius qui visitet subditos me-
diatos & non immediatos, ordinarij immediatos ipsorum infir
matorum vt super his solenniter inquirant, denunciabit, si vi-
derit expedire. tex. est in d. c. j. §. sanè. ver. quòd si de aliquibus.
de censi. libro vj. Et vtrum episcopus vel alius ordinarius, cui
hoc denunciatur, teneatur ad hanc denunciationem inquirere
in seq. q. plenius tractabimus. Si verò talis visitatus sit subdi-
tus immediatus visitatoris, quo ad correctionem & pœnā im
ponendam, illum ad se vocabit dicens ei. Deus omnipotens vt
nos à præcipitandæ sententiæ prolatione compesceret, cùm o-
mnia subditorum mala essent sibi nota & manifesta, non ta-
men voluit audita iudicare, nisi prius cognosceret quæ dicebā
tur. vnde ait, descendam mittendo angelos meos, & videbo
vtrum clamorem, qui venit ad me, operę compleuerint, vt sciā
scilicet tanq; iudex. ij. quæstio. j. Deus omnipotens. Cùm er-
go omnis Christi actio nostra sit instructio. xxij. q. j. exemplū
de elect. c. significasti. ipsum exemplum quantum adest possi-
bilitas intēdo imitari. licet ergo multa sinistra pluries, & à plu
ribus mihi sint fide dignis & idoneis personis nunciata, quæ
vrgente conscientia vlterius nequeo dissimulare: ea tamen di-
uino ductus exemplo non ad plenum credo, nec me mouent
ad condemnandum, nisi mihi prius de ipsis clara pròbatione
constiterit. Quamuis enim ille villicus de quo in Euangelio le
gitur, fuisset apud Dominum diffamatus, quasi ipsius bona
dissipasset. Lucę xvj. tamen illi accersito Dominus dixit, quid
audio de te? redde rationem villicationis tuæ. iam enim nō po-
teris villicare probata scilicet villicatione, vt hic omnia pro-
bantur. d. capitu. Deus. & in capitu. qualiter. ij. de accusa. de
postu. Præla. capitu. j. in princip. xcvj. distinct. si quid vero. de
simonia. capitu. licet Hely. de collu. dete. capitu. hic autem. &
ideo super his volo inquirere veritatem. Et sic solennem fa-
ciat inquisitionem. vt tradit Specu. in titu. de inquisi. §. nunc
tractemus, versicu. hac ergo via ad quod videnda sunt, quæ la-
tissimè dixi in dicto capitu. qualiter. ij. de accusa. xj. princip.
articu, quæst. xj. & multis sequen. Et in prædicta inquisitio-
ne, quæ fit ad corrigendum & puniendum, exiget inquisitor
iuramentum, vt voluit gloss. super versicu. coactis. capitu. j. §.
sanè, de censibus lib. vj. & dixi latius in dicto capitu. qualiter.
Et sic ex prædictis patet latè expeditum primum membrum
de visitatione clericorum, & personarum ecclesiarum, & loco-
rū eorundē. Expedita ergo examinatione & diligenti inquisi
tione clericorum, & laicorum ecclesiasticorum, quam visitator
prima die sui aduentus de sero faciendam supra diximus, de-
bet visitator populi visitationem facere, quam sic facere de-
bet. Sequenti enim die de mane plebi, & populo vocato præ-
dicabit verbum Dei, dicendo fidem, & articulos fidei, & vitia
mortalia detestando tam in temporalibus quàm in spiritua-
libus propter maximum illorum periculum, & sic meritò illa
fugiant, & ab illis abstineant. Et quod quisque sibi fieri nol-
let, non faciat alteri : & quòd resurrectionem expectent, &
quod diem iudicij timeant. Et vt se continuè in bonis operi-
bus exerceant. x. quæstio. j. c. placuit. Ioan. And. & do. Domi.
capitu. j. §. deinde. de censibus. lib. vj. Ego arbitror quod vti-
lius esset, si expedita de sero clericorum visitatione superes-
set tempus, quod inquireret quæ in populo essent reforman-
da & corrigenda : vt statim dicam. Si autem hoc de sero fa-
cere non posset, sequenti die summo manę illud adimple-
at, proposito enim verbo Dei, secundùm quod suprà dixi-
mus, Prælatus visitans à clericis, etiam laicis honestis, bo-
næ famæ, catholicis & Dei timorosis, quos poterit, ad id
vocatis

vocatis inquirere debet de vita, conuerſatione, & moribus laicorum, vtrum diligenter, & cõgruis, & debitis horis & diebus veniant ad eccleſiam: & diuinis officijs interſint. de homicid. c. Ioãnes. Et an ſemel cõfiteãtur in anno, & euchariſtiam ſumãt in Paſcha. de pe. & remiſ. c. omnis. & de conſe. diſ. v. & ſi nõ. & c. frequẽtius. Et vtrum ſint aliqui inceſtuoſa cõiunctione matrimoniali coniuncti. iij. q. v. c. conſanguineorum. & hodie tales ſi ſcienter contraxerunt, ſunt excõmunicati ipſo iure. Cle. eos qui. de conſangui. & affini. Vel vtrum ſint aliqui occultas conuenticulas celebrantes. de hære. l. cũ ex iniuncto. C. de epiſ. & cleri. l. conuenticulas. Vel qui nouũ ordinem aut religionẽ inueniant, vel habitum nouæ religionis aſſumant. c. fi. de reli. domi. & in c. j. de relig. domi. lib. vj. Et in hoc frequenter vidi Epiſcopos errare, qui talia corrigere, inquirere, & extirpare negligunt. quo fit, vt frequenter ex talibus permaximi atq; periculoſi generentur errores. Inſuper inquirat, ſi ſint ibi aliqui ſcelerati vel adulteri. de offic. ordi. ca. j. vel blaſphemi. c. j. de maleſi. vel hæreti. aut fautores hæreticorum &c. vt ſ. diximus de clericis. vel vſuras ſeu baratarias prauas exercentes: vel ſacrilegi. de vſu. c. quoniam. xiiij. q. iiij. c. quicũq;. & per totũ. Aut ſolennes ferias non ſeruantes. c. fi. de fer. & per totum. Aut decimas & primitias ſoluere tardantes, vel denegantes. de decimis, per totum, & ſic de ſimilibus. Et ſi aliqua delicta notoria inuenerint, quæ ad eccleſiaſticam duntaxat cognitionẽ pertineant, illa debitis pœnis vindicabit, ſecundùm quod de clericis ſupra diximus. Et idem ſi ſint miſti fori de quibus late dixi in c. cũ ſit generale. de foro competen. in quibus locus eſt præuentioni, vt ibi tetigi. Sed latiſsimè dixi in c. propoſuiſti. de foro cõpeten. Si vero ſint delicta fori dũtaxat ſecularis, arbitror quod non poterit ſe impedire, quamuis notoria ſint: quia de talibus nec immediatam, nec mediatam habet iuriſ. Quãuis enim Archiepiſcopus viſitans poſsit notoria delicta clericorum corrigere: tamen hoc poteſt ex eo: quia ſuper illis poteſt notari ordinariorum negligentia, quã Archiepiſcopus poteſt & tenetur ſupplere: vt dicit text. in cap. j. §. ſanè. de conſti. lib. vj. quod non contingit in terminis prædictis, eo quòd ad ſuperiorem ſecularem pertinet ſupplere negligentiam ſecularis inferioris. & non ad eccleſiaſticum: ſi modo ſuperiorem ſecularem recognoſcit. Secus ſi non recognoſcat, ſecũdùm ea quę latè diximus in c. licet ex ſuſcepto. de foro compe. Eo autem caſu quo ſuperiorem eccleſiaſticum cognoſcit, qui illius inferioris negligentiã ſupplere poteſt, idem arbitror q̃d debeat denunciare tam ordinario quã ſuperiori. Sed quomodo hoc faciet, cùm poſſet exinde ſequi mors, aut membri mutilatio: & ſic talis incideret in irregularitatem, vt l. diſtin. c. clericum. & c. de his clericis. & c. ſicut dignum. & c. penul. de homicidio. vbi bene dixi in c. ad audientiam. de homi. in vij. princi. arti. reſpon. quòd denunciabit ſub proteſtatione, de qua in c. ij. de pœnis. lib. vj. & vt dixi in d. c. ad audientiam. in vj. arti. princi. in iiij. membro, q. iij. Si verò ſolum de talibus delictis laboret infamia, ſi ſint delicta dũtaxat ad forum eccleſiaſticũ pertinentia, illa denunciabit Prælato ordinario, vt per eam contra tales infamatos inquirat. Si vero ſunt delicta miſti fori: tunc ſi tales infamati ſunt ſibi immediatè ſubiecti: quia fortè eſt Epiſcopus, qui alienam viſitat diœceſim, vel ſimilia, tunc prælatis ordinarijs locorum, vt ſuper his ſolenniter inquirant, denunciabit, ſi viderit expedire. Sed vtrum denunciabit etiam ſeculari poteſtati ejiciendum, vt ſupra diximus. Et idem faciet ſi aliquem reperiret infamatum ſolum de crimine temporali ſeu ſeculari. Si verò reperiret aliquem infamatum, ſed infamia non eſt tanta, quòd poſsit ex ea fieri ſolennis inquiſitio: tunc formam quam ſupra de clericis tradimus, ſeruabit. facta autem huiuſmodi examinatione & diligenti inquiſitione, faciliter intelligere poterit, quæ ſint quæ prædicanda ad populum, repræhendere, corrigere, & reformare debeat. Sermones enim vt phyloſophus Cicero, & Quintilianus in libris de oratoria inſtructione tradunt perſonis, rebus, tempori & loco ſunt adaptandi. & ad idem text. xlj. diſt. cap. ſit rector. de officio ordina. ca. quoniam. in quibus dicitur, quòd prædicator debet ſe conformare intelligentiæ eorum, quibus prædicat. Vnde licet ſit archiepiſcopus, vel Epiſcopus viſitans, ad quem officiũ prædicandi principaliter pertinet. de officio ordinar. capit. inter cætera. debet conſiderare qualis ſit: & ſi ſit groſsis aut ruſticis prædicaturus. non debet ad pompam de his quæ ad ſubtiles theologiæ quæſtiones pertinent, prædicare. Sed iuxta diligentiam eorum ſecundùm habitam ex examinatione informationem reprehendere, corrigere, & deteſtari: & in bonum exhortari debebit. Et conſideret diligenter, quòd in prædicatore potius vita quã ſcientia ſit attendenda. prædicator enim plus proficit exemplo boni operis, quàm doctrina. Vnde Seneca: Lõgum eſt ire per pręcepta: breue & efficax per exempla. Et Greg. dicit: Cuius vita diſpicitur, reſtat vt prædicatio eius contemnatur. iij. q. vij. c. porrò. xl. di. c. multi. vbi bonus tex. Poſtremò conſulo Prælatis viſitãtibus, vt in qualibet eccleſia faciant confici duos libros in mẽbranis, ſi fieri poteſt, cum ipſius Prælati & notarij ſui ſubſcriptione, & ſigillo ſuo authentico ſigillatos. In quorum altero ſcribantur omnia bona immobilia ipſius eccleſiæ per loca, vocabula, & confines: & quantitatem per numerum ſtariorum, vel perticarum, aut aliam menſuram, ſecundùm varias locorum conſuetudines. Et deinde ſcribatur inuentarium rerum immobilium, & ſe mouentium. In altero verò ſcribantur omnia prædia decimata, & quantitas ad quam ſubditi tenentur. Et de anno in anno ſcribantur ſoluentes, vt ſic eorum qui ſoluerint, vel non ſoluerint, certitudo habeatur.

29 ¶ † Quintò quæro qualiter viſitator ſe debeat habere in iuriſdictione exercenda pro reformatione, & correctione viſitatorum, & contra impedientes viſitationem. Solu. in primis dicẽdum eſt, quòd quilibet, cui viſitandi poteſtas conceditur, etiã ſi viſitet illos, qui nõ ſunt ſibi immediatè ſubiecti, quales ſunt ſubditi ſuffraganeorum ſuorum, poteſt compellere viſitatos: quia ſi non daretur ſibi coactio, & clericus nollet viſitari, fruſtratoria eſſet ipſius iuriſdictio, & viſitandi poteſtas. de offic. deleg. c. ex literis. Vnde Archiepiſcopus viſitans etiam ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, poterit compellere venire, & reſpondere. Et in his quæ viſitationis officium reſpiciunt, obedire tenebuntur: quia cui committitur principale, committitur etiam acceſſorium. capitu. de cauſis & capitu. prudentiam. de offic. deleg. ſecundùm Ioan. And. & domi. Domi. in d. capitu. j. de cenſi. lib. vj. & ſimiliter poteſt viſitator, etiam ſi ſit Archiepiſcopus, punire impedientes nuncios conuocantes viſitatos ſecundùm Io. And. in c. Romana de pœni. lib. vj. Et idẽ arbitror dicendum contra omnes qualitercunq; viſitationem indebitè impedientes per eandem rationem, & per ea quæ ſtatim dicta ſunt. Quantum vero ad iuriſdictionem iudicialem ſimpliciter exercendam attinet, quidam volunt vt Ioan. de Imol. in c. j. de cenſi. lib. vj. quod talis viſitator non poſsit procedere iudicialiter per viam fori contentioſi, ſed extraiudicialiter per modum fori pœnitentialis per c. quatenus &c. nos inter. de pur. cano. Et hoc etiam videtur probari per text. in d. c. j. vbi præcipitur conuocatio populi ſimpliciter: cùm tamẽ clarum ſit iudicem eccleſiaſticum non poſſe laicos punire per viã fori contentioſi, niſi delicta ſint eccleſiaſtica. Sed de hoc dicendum vt dixi. ſ. li. vj. q. xiij. vbi diximus, ꝙ poteſt pœnam etiã imponere. Eſt ergo dicẽdum, ꝙ ſi delicta ſunt notoria, poteſt vel denunciare ſuo ordinario immediato, vt inquirat vel ipſe inquirere & punire, ſi eſt ordinarius immediatus, ſecundũ q̃d ſ. dixi. Notoria verò delicta quæ examinatione non egent vt d. c. j. & c. quoniam. de filijs preſby. & c. euidentia. de accu. Poteſt etiam archiepiſcopus prouinciam viſitãs debita pœna punire. optimè facit c. j. de pœnis. lib. vj. & per hunc modum ego intelligo quod tradit Hoſt. in ſum. in titu. de offic. ordi. §. quid pertinet ad officium. ver. viſitabit autem epiſcopus. vbi dicit, ꝙ ſi viderit aliquos amouẽdos, ipſos debet amouere. de reſcr. c. cùm dilectus filius. & quod ibi tradunt doc. Si enim crimen amotione ſeu priuatione dignum, non eſſet notorium, ſed ſola laboraret infamia, ſeruanda eſſent quæ dicta ſunt in pręcedenti. q. Et ſi fortè dubium ſit archiepiſcopo, an crimina ſint notoria, cùm ſolum in hoc videatur cognoſcere, au ſua ſit iuriſ. puniendi &c. Archid. vero in c. j. dicit quòd notorium ibi dicitur, cuius teſtis eſt populus. alle. lxj. diſt. c. in ſacerdotibus. in fi. xxv. q. iij. quod ſcripſi in prin. & illius criminis populum teſtem eſſe. Et ſi crimen ſit notum maiori parti tantùm. alleg. enim ij. quæſt. j. c. de manifeſta. & de coha. cle. & mu. c. veſtra. Nam in notorio non requiritur alia probatio. Et in tali ordo iuris eſt iuris ordinem non ſeruare ſecundùm Hoſtien. & Io. And. in dicto capitu. j. dixi latè in d. c. in noſtra. quæſt. xxiiij. Sed in criminibus non notorijs & de quibus ſola laborat infamia, non poteſt Archiepiſcopus, vt dixi, procedere etiam per viam ſolennis inquiſitionis: ſed denunciare debet ordinario, vt inquirat: & ad talem denunciationem archiepiſcopi, vel ſimilis tenebitur epiſcopus, vel ſimilis inquirere. ij. quęſt. v. cap. auditum. & c. omnibus. & ſi epiſcopus nollet inquirere, poterit tunc archiepiſcopus eius negligẽtiã ſupplere. arg. ix. q. iij. c. cùm ſumus. & c. ſeq. Alij dicunt quod propter eius negligentiam hæc cognitio ad archiepiſcopum non deuoluitur: quia in canonibus nõ eſt hoc expreſſum ſecundũ Inn. propter hoc allegat Archi. x. q. iij. c. quia cognouimus. xviij. di. c. hoc tantũ. xxv. q. ij. c. amputato. & quod not. in c. Romana. de ſup. negli. præla. ſuper gl. quod hic tenet. Nec ob. ſi dicatur quòd ſecũdũ hoc crimina remanebunt impunita, contra no. in cap. vt famę.

de sen.exc.& l.ita vulneratus.in fi.ff.ad l.Aquil. quia respondeo quòd archiepis compellat epm quòd inquirat, & puniat: quod potest ratione pacti negligentiæ.xxiiij.di.c. quorundã. xij.di.c.de his.in fi.alle.etiam no.per Inno.& Host.de cle.non resi.c.ex tuæ.Nec ob.c.fi.de censi.lib.vj. quia non loquitur de correptione simpliciter,sed de visitatione secundũ Archi. quẽ refert & sequitur Ioan.An.in d.c.j.de censibus.lib.vj.Quamuis autem archieps visitans prouinciã nõ possit exercere iurisdictionẽ fori contentiosi,nisi puniendo crimina notoria,vt dictum est,vel propter impedientem visitationem:tamen potest confessionem subditorum suffraganeorũ audire, ac absoluere confitentes,& ipsis pœnitentias iniũgere salutares:vt est tex. in c.fi.de censi.lib.vj.sed quãuis hoc possit, non tñ tales ordinare:vt no.in c.cũ nullus.primo rñso.de tẽp.ord.lib.vj. secundũ Io.An.in d.c.fi.de censi.lib.vj.Et dicit Lap. Ab. ibi quod etiam in talibus non põt dare literas comendatitias ad ordinẽ. Sed an possit cũ talibus dispensare, traditur in c. ad extirpandas.de filijs presby.Est tamen aduertendũ,ꝙ ea quæ ab archiepiscopis & ordinarijs visitantibus secundũ quods.diximus, sunt seruãda saluis semper super hoc rationibus & approbatis religiosorum consuetudinibus,& regularibꝰ institutis:vt dicit tex.in c.j.in fi.de censi.lib.vj.vnde licet notoria ipsorũ religiosorum crimina suo iure possit punire,quia notatur negligentia Abbatis vel epi:vt d.c.j.§.notoria.xj.q.j.c. de persona. nisi consuetudo esset in contrariũ.de exces.Præla.c.ita quorundã. tamen primo loco nõ corriget religiosos,quorũ correctio primo loco pertinet ad Abbatẽ de offi.ordi.c.quanto. secundùm Io.An.in d.c.j.prope fi.Et subdit Io.An.ꝙ tales religiosi sint corrigendi secundũ regulam cũ misericordia tñ, vnde nõ sunt passi more latronum in grauem carcerẽ detrudendi secundùm morem prauæ cõsuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdã ecclesijs inoleuit.de reg.iur.c.ea quæ.in rub.hoc vt accepi,seruant Cartusienses qui in talibus sunt crudelissimi indebitè deuiantes à præcepto misericordiæ supradictæ.Et quãuis ad Abbatẽ spectet correctio,si tamen est nimis grauis,de consilio cõuentus.i.capituli sui tẽperanda est.de ap.c.reprehensibilis.§.fi. de his quæ fiunt à præla.c.nouit.& c.ea noscitur. In visitationibus ergo religiosorum statuta,& cõsuetudines, & eorũ correctiones si modo rationabiles & approbatæ sint, sunt seruandæ,secundùm Ioan.And. eorum etiam priuilegia prout diximus in seq.q.sed latius tradidimus lib.xj.q.vj. versi. visitantibus autem monasteria.

30 ¶†Sextò quæro,qualiter visitator se debeat habere circa reliqua,vt circa priuilegia,eleemosynas & si.Sol.dicẽdũ est,ꝙ non debet visitator priuilegia loci visitati, maximè religiosorum violare:vt in c.j.in fi.de censi.lib.vj.& in cle.ij.de cẽsi.Et quãtum ad hoc dicit ibi Paul. ꝙ priuilegia religionis sunt, ꝙ intra monasterium per superuenientes non comedantur carnes: ad quod videnda sunt quæ latius diximus lib.xj.q.vj.ver. visitantibus autem monasteria. Et quamuis ipsi visitatores possint fragmenta,quæ de ipsorum eporum & suorum familiariũ mẽsis colliguntur,per ipsorum eporum eleemosynarios ibi pauperibus erogare,vt vult text.in cle.ij.pe.rñ. de censi.Panes tamen integros qui de mensa leuantur,vel capones integros,vel similes epulas intactas non potest præfatus eleemosynarius inuitis monachis pauperibus erogare, vt probatur à cõtrario sensu.d.cle.ij.& voluit glo.ibi super verbo,fragmenta.& quãuis tex.loquitur de epis visitantibus, & monachis visitatis:tamen idem arbitror de alijs visitantibus ecclesijs visitatis propter rationis identitatem.Et quod dictum est de fragmentis, procedit siue talia fragmenta tollantur de mẽsa visitatoris, seu familiarium suorum:vt voluit glo.ibi super verbo,familiariũ. & sequuntur doct.Item procedit siue procuratio fiat visitatori ex debito,siue gratuito: quia illa talia vtroq; casu videntur donata,vt dicit glo.super ver.colliguntur.in d.cle.ij. & sequũtur doct.Sed aduertendum:quia ista ratio videtur concludere ꝙ etiam de integris possit fieri eleemosyna: cùm illa videãtur donata.& si diceretur,videntur donata,quæ ab eis comeduntᷣ, non reliqua:tunc nec fragmenta viderentur posse erogari.Vnde dici potest,quod prædicta ratio non procedit,& quòd non omnium quæ à maioribus &c.l.non omniũ.ff.de legi. & quia sic placuit &c.vj.q.j.scriptũ.cũ si. Vel fortè dici potest, quòd quantum ad ea quæ integra sunt,res quodammodo dicitur integra:quo ad fracta secus. Vtrum autem de talibus fragmentis possit fieri eleemosyna per visitatorem seu eius eleemosynarium,alibi quam in monasterio? glo.pe.in d.cle.ij. tenet quod non inuitis monachis sumpto arg.à contrario sensu,dum dicit ibidem.& sequuntur doc.facit secundùm Ioan. de Imol.in c. cũ apostolica.de his quæ fi.à Præla.ad quod etiã allego quod dicimus de legato facto pauperibus: quia intelligitur de pauperibus illius loci,& non alterius:vt traditur in l.si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.& per Bal.& doc.in l.id quod pauperibus.e.ti.¶Septimò quæro,qualiter visitator se debeat habere circa cibos?Solutio,dic vt diximus.lib.xj.q.ij.

31 ¶†Septimò quæro,quot diebus visitator possit moram trahere apud visitatos.Solu. dicendum vt diximus lib.xj.q.ij.Et sic ex prædictis expeditum est primum membrum de his, qui iure ordinario visitãt.¶Circa ij.memb.principale de his,qui delegata potestate visitant,quod fieri potest secundũ ea quę diximus.li.iiij.q.xiiij.dicendum arbitror,ꝙ aut visitatio simplex delegatur,& hoc casu arbitror,quòd debeant seruare,quæ seruare tenebatur ipse delegans,si visitaret: cuius vices circa visitandi actum delegatus gerit.Aut data est certa forma circa visitationem fiendam,& illa seruanda est.c.cùm dilecta.de rescr. & c.venerabili.de offi.dele.dummodo delegans sic committẽdi potestatẽ habuerit,aliàs secus.c.quod autẽ.de iurepa. Et vltimum tenet Io. An.c.j.§.hanc autem.de censi.lib.vj.& sequẽdo.Do.facit quia nemo plus iuris &c. vt in re. nemo plus.de reg.iur.lib.vj.tetigi supra li.vj.q.iij.¶Circa iij. principale mẽbrum de le.aduertendum est quòd Ioan.An.Io. Mo. in c.j.de censi.lib.vj. Quærunt, vtrũ legatus teneatur seruare formam ibi positam.& Sol. quod non & assignant triplicem rationẽ. Prima quia vices Papæ gerit.xciij.d.c.fina.& xciij.d.c.j.Secũda quia maior est episcopo de offi.dele.c.sanè. qui non includit sub clausula generali.de sen.excom.quia periculosum.arg. de rescrip.c.sedes.Tertia quia Romana ecclesia contra se & cõtra suos in dubio non intelligitur priuilegiare de censi.c.cùm instantia.Sed dicit Ioan.de Imol. ꝙ istæ rationes sunt satis generales:transit tamen sine alia discussione.Sed do. Do.in d.c.j. §.hanc autem.dicit fortè posse teneri contrarium.Nam etiam legatus de latere.seruare tenetur iura communia:nec illa tollere potest not.glo.iij.c.fin.de hære. Et pro prædicta parte potest induci prædictus.§.hanc autem.inquantum dicit, ꝙ seruetur ab vniuersis ordinario iure visitantibus. ergo cõpetit etiã legatis:quia & ipsi ordinarij sunt.c.ij.de offic.leg.lib.vj.& addit.de episcopis per dictionem etiam quæ est implicatiua, & ampliatiua non restrictiua in c.nullus.§.j.de præben.lib.vj. secundùm d.Do.& mihi placet.facit tex.opti.l.etiam partis. & l.& hoc modo.ff.de leg.j.Item quia legatus in legatione sua cõcurrit cum quolibet ordinario siue ille sit Abbas, siue sit episcopus,archiepiscopus, vel Primas,siue etiam sit cõsul,vel pro consul tradi.Spe.in titu.de leg.§. nunc ostendendum.§. legatus ergo quicunq;,& ff.de offi.procon.l.si in aliam.§.fin.ff. de offi.præsi.l.ex omnibus. & l.seq.dixi in c.j. de officio lega. & probatur expressè in c.ij.& fina.de officio leg.lib.vj.

Expleto lib.x. in quo tractatum est, qualiter visitator in visitando versari debeat, hoc lib. xj. tractandum est,qualiter visitati se debeant habere circa visitatorem, quæ quidem materia cæteris est difficilior: quoniam huic materiæ procurationis tractatus adiungitur: quare pro clariori ipsius doctrina prosequar infrascriptas quęstiones.Prima generalis qualiter visitati se debet habere circa visitatorẽ. Secũda, qa inter alia visitati suos visitatores procurare debẽt, tractabimus quid sit procuratio. Tertia, quot sint procurationum species. Quarta,quis possit procurationem petere: & an debeatur.Quinta,à quibus procuratio debeatur.Sexta, in quibus rebus procuratio debeatur.Septima,propter quas causas & quo iure procuratio debeatur.Octaua,quanta,& qualis visitantibus.Nona,in quo loco procuratio sit præstanda.Decima, pro quanto tempore, seu pro quot diebus procuratio debeatᷣ.Vndecima, qualiter procuratio petatur,& de forma libelli.Duodecima,qualiter per visitatorem procuratio sit recipienda. Tertiadecima, qualiter, & quibus remedijs visitatus possit compelli ad procurationem soluendam. Quartadecima, propter quas causas iustè & legitimè procuratio denegari possit,& ista subdiuiditur in decimatertia quæstio.Quintadecima,de pœna visitatoris transgredientis debitæ procurationis exactionem.

32 ¶†Primò ergo quæro, qualiter visitati se generaliter debeant habere circa visitatores.Solu. dicendum arbitror quòd visitati visitatorum suorum accessum gratiosissimum habere debẽt: & honore,& reuerentia, seu honorificentia quæ vtrunq; importat, grata fronte illum recipere vt dicit domi. M. in capitu.his quæ. de maio & obe. Et etiam cum pauore. hoc enim reuerentiæ verbum importat:vt not.Archidiaco. & post eum Ioan.And.in capitu.secundo, de offic. delega.libr. vj. facit ix. quæst.iij.per singulas. & per Archid.ij. quæstio.vij. cápi. sicut tales.Etenim pro correctione & reformatione ecclesiarum & personarum locorum visitatorum visitant: quorum alterum ad charitatem, alterum ad iustitiam noscitur pertinere. Vnde

Vnde non debet visitator ad visitationem accedere, vt quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt, quærat. & secundùm quod diximus lib. præcedenti quæstio. j. ergo ex charitate debent visitare. dicitur enim primò ad Corint. c. xiiij. Charitas quæ non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. insuper etiam à iustitia procedit secundùm ea quę lib. præcen. quæstio. j. latius pertractabimus. Cùm honore ergo recipiendus est visitator qui honor vt etiam dicit beatus Thomas secunda secundæ. q. cxxxj. articu. j. importat quandam reuerentiam ipsi visitatori exhibendam in testimonio excellentiæ suæ quæ data est sibi à Deo, vt ex ea aliis præsit. verbis autem & factis honorandus est visitator. verbis eum dicendo hunc: Re. D. V. aduentum summo cū desiderio expectabamus: annuit Deus votis nostris. Vel breuius vt quidam dicunt: Beneueneritis re. ac præcolen. pater & domine. vel cum adiectione alia propria & conuenienti. Memini cùm apud balneas Petrioli agerē, & ad collationem balnealem: quæ vino optimo cæterisq; opulenter expediri solet, pro parte domini Leonardi Aretini per Bertum Antonij conciuem nostrum de sero, vt sequenti mane ad ipsos conuenirē, fuisse inuitatus. Post expeditas sequenti diluculo operas balneales illos conuenisse arbitratus alios quamplurimos vt fieri assolet, ab illis similiter inuitatos, eo quod & à magnifica cōmunitate nostra, & à quamplurimis ciuibus varias optimi vini ac optimarum confectionum multiplices species: & multa marzapania, vt vulgari nostro vtar, recepisset: cùm vero neminem præter me inuitatum intelligerem, de hoc in primis longè maiori deinde admiratione ductus: quandoquidem talia parata erant, quæ rusticana hospitalitati merito dedecori fuissent venit in mentem, vt ab illis hanc ex industria facerem interrogationem. Placet equidem huc loci nos ambos conuenisse, vt scientia vestra doctior fiam. erat profecto Leonardus & Latinarum & Græcarum peritissimus, suaq; latria atq; aurea eloquentia omnes qui à quingentis annis citra fuerint superabat. Bertus etiam in nostra repub. eloquentissimus habebatur. Ambo tamen omnium auarissimi. hanc ego ab illis interrogationem feci. vtimur frequenter aduenientibus aliquibus hoc vocabulo, beneueneritis, optarem scire vtrum aliud verbum huic intentioni proprius reddi possit. Cùm verò illi & saluete, & valete, in medium deduxissent: disputatione facta nullum prędictorum de nouo aduenientibus conuenire communi iudicio conclusum est. Leonardus tandem inquit, nullum equidem pro nunc verbum habeo magis proprium quàm beneueneritis. Ego autem immediatè subiunxi, Benestenteritis. Suppressi tamen quoad potui N. & inde discessi, & cùm ad prandium ad quod à Reuerendiss. Cardinali Cęsarino Prælato scientia atq; prudentia præstantissimo, qui contra Teucros diem clausit extremum, inusitatus fueram, venissem. Et completo quasi prandio simul cum reliquis surrexit reuerendis. dominus Cardinalis. Pro beneueneritis ergo quo breui vocabulo illi doctissimi viri nullum magis breue ac proprium inuenisse asseruerunt, tantorum virorum authoritate suffulti. Beneueneritis vocabulo vti possunt visitati: verum ita deinde agant, vt facta verbis correspondeant, ne fortè vt mihi contigit, malè stenteritis verbum conueniat. Non tamen intelligat quispiam intentionis nostræ esse, vt illis immoderatas procurationes exhibeant secūdùm eam quam j. in viij q. doctrinam ostēdem⁹. Non solùm autem verbis, sed factis & signis honorem & reuerentiam exhibere debent secundùm diuersarum regionum varias consuetudines, vt inquit Ioan. Andr. & Host. in c. his quæ. de maio. & obed. Communis tamen obseruantia est, vt visitatus genuflexus visitatoris manus osculetur. His verò peractis villicationis suæ tenetur visitatus rationem reddere, quam de facili reddet si quæ sibi incumbunt, adimpleuerit, vitam ergo ita agat, vt laudatus cum gratiarum actione visitator ab eo recedat, vt s. demonstrauimus. Debet enim illius monita modestè recipere, & correctionem cum patientia supportare, & ipsius pręceptis iustis & honestis pariter obedire. xj. q. iij. c. si dominus. & in cap. Iulianus. de tempo. ordi. cap. ad aures. & l. dilectus. ff. quæ senten. sine appel. rescind. iiij. distinc. c. vlti. de maio. & obed. c. si quis venerit. & c. illud. secundùm Hostiē. in summa in titu. de offic. ordi. §. quid pertinet ad officium. versi cu. visitabit. Tenetur insuper visitatus visitatori procurare secundùm eam quam j. in viij. quęstio. formam demōstrauimus. Finita tandem visitatione gratias quas poterit aget: quoniam post religionem quam debitum cultum Deo impendimus, & pietatem qua colimus parentes, & obseruantiam qua colimus personas dignitate præcellentes est gratia siue gratitudo habēda quæ benefactoribus gratiam recompensant tradit beatus Thomas secunda secundæ. quæstio. cvj. articu. j. Secundò quęritur: quia diximus quod visitatus tenetur ad procurationem. Quid sit procuratio. Solut. quantum ad terminos nostros attinet, videlicet de procuratione quæ debetur ratione visitationis incūbentis prælato ex officio debito. Arbitror quod procuratio ita possit describi, videlicet quod est præstatio quædam ad quam tenentur visitati visitationis causa prælatis ex debito officij pro correctione morum, & reformatione ecclesiarum tam in capite q̄ in membris per se vel per alios legitimè visitatis debito loco, & tempore in cibariis, aut pecunia canonicè prouidenda. Verbū pręstatio ponitur vt genus. Verilla visitationis causa ponunt ad differentiam visitationis quæ ex charitate fit & aliorum visitationum. de quibus diximus s. li. ij. verba aūt illa debito loco ponunt propter illa quæ diximus j. q. viij. Verba aūt illa & tēpore possi. propter ea quę diximus j. eo. li. q. ix. verba aūt illa quæ in cibariis aut pecunia canonicè prouidenda subiunguntur propter illa quæ diximus j. eo. lib. q. vj. & viij.

33 ¶ † Tertiò quero quot sint procurationum species. Sol. dic q̄d plures sunt species. Quædam est procuratio quæ præstatur visitationis causa Prelato ex debito officij sui visitanti vel eius mandato visitanti: & de ista in pręsentiarum agitur. Quædam est quæ debetur legatis nunciis Apostolicæ sedis non visitationis causa, sed ex alia. ¶ Quædam quæ debetur ex consuetudine, vel præscriptione, vel ex pacto in fundatione vel consecratione apposito de quibus in c. quanto. & c. procurationes. & c. cùm super glo. Host. & Zaba. & do. me. de censi. & in c. accedētibus. de priuile. xviij. q. ij. Eleutherius tradit glo. super verb. visitationis. c. j. de censi. li. vj. & per Henric. in c. cùm ex officij. de præscript. Quædam est quæ fit ex charitate, vt cle. ij. versi. nos er 30. de censi.

34 ¶ † Quartò quero quis procurationē petere possit: & sic quęritur cui sit soluenda. Solu. dicendum est q̄ omnibus prælatis qui ex debito officij visitāt, debetur procuratio. c. cùm Apostolus. & c. procurationes. de cēsi. & c. j. & ij. de cēsi. li. vj. & cle. j. & ij. eo. ti. & in aliis iuribus infra allegādis maximè in sequē. q. & quomodo episcopus possit exigere procurationem cùm propter hęc onera videantur sibi attributi reditus episcopatus, ibi videbimus. Item debetur delegato ad visitandum misso ex eo quod prælatus necessario impedimento sit impeditus: non em̄ debetur deleganti seu mittenti, & per mediam personam visitanti, sed ipsi in propria persona visitanti, vt no. glo. in ver. impenso. c. ij. de censi. lib. vj. tex. in c. si eps. de offi. ordi. lib. vj. Idē tenet glo. versi. personali. c. iij. de censi. li. vj. facit quod dixim⁹ li. iiij. q. iiij. Legatis etiam Aposto. se. visitantibus debetur procuratio. c. procurationes. & ibi not. do. meus. Host. & zaba. ibi dicunt quod debentur procurationes siue sint legati de latere siue sint legati missi. ad idem tex. c. cùm nuper. & ibi not. & c. cū instantia. de censi. ad idem c. ij. de offic. deleg. lib. vj. & quod diximus lib. iiij. q. ij & iij. Nunciis etiam Aposto. sedis visitantibus debet procuratio. c. cū instantia. & p̄curationes. de cēsi. ¶ Et idem fortè dicendum est de nuntiis quos per prouinciā in casu necessarij impedimēti mitteret archieps visitationis cā, vt traditur per zaba. in c. procurationes. de censi. in summa. ego arbitror quod omnibus ordinario iure personaliter visitātibus siue suo siue alieno iure in casibus permissis legitimè visitantibus debeatur procuratio: cùm in omnibus eadem ratio & causa subsit, de quibus diximus j. eo. libr. q. vij. Nota tamen quòd quāuis visitatoribus sit procurādum: tamen familiares eorum nihil possunt ratione eorum officij à visitatis exigere, vt in c. j. de censi. lib. vj. vnde coquus episcopi vel archiepiscopi visitantis: aut scriptor vel sigillator aut similis non potest aliquid exigere, vt dicit gloss. super verbo, officij. in c. j. de censibus. lib. vj. & idem tenuit Hostien. qui allegat de symo. c. j. & j. q. ij. sicut epm. & in authen. vt iud. sine quoquo suffra. §. hæc omnia. & §. sicut. colum. ij. ¶ Et hoc verum si petatur ratione visitationis. vnde dicit Hostien. quod text. non intendit damnare clericum si faciat literas & aliquid habet pro labore. articu. xj. q. ij. c. charitatem. & c. ecclesiasticum. Et idem tenet Ioan. Mo. nisi de publico reciperet salarium. quo casu stipendiis suis debet esse contentus. xxiij. q. iiij. c. militaret. & sequen. Ioan. Andr. in dicto c. j. Sed q. circa prædicta quid si Archiepiscopus vel Episcopus concurrant in visitatione: & ecclesia nō sufficiat vtriq; quis præferetur. cui procurabitur? Solu. dicunt Inno. Hostien. Ioan. Mo. Abb. & Archi. in c. j. de censib. lib. vj. quod admittitur primò veniens, & illi procurabitur. ff. de iudic. l. qui prior. de foro compe. proposuisti. cum concordātiis. facit l. si ex plagiis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. Si verò cōcurrūt nec apparet quis prior. licet videatur Epm præferendum eo quod sibi specialius cura inest. x. q. j. c. regenda. cum simili. tñ plus placet prędictis

doctoribus. Archiepiſcopum preferēdum.xj.q.iij.c.qui reſiſtit & not.de præſcript.c.cùm ex officij.ſuper gloſſ.penulti.quaſi caſus Archiepiſcopi ſit ſpecialis contra iuris regulam.ff.de regu.iur.l.j.facit c.ſi à ſede.de preben.libro vj.Si verò concurrat Epiſcopus cum prælato ſibi ſubiecto, ad quem etiam ſpectat viſitatio dicit Archid.preferendum epiſcopum,niſi obſtaret conſuetudo alleg.quod not.Innocen.in c.In lateranen. de præben.& ſequi. Ioan.And.&.d.domi.in c.j.de cenſi.libr.vj. q.v.verſicu.ſed quia.ſ.diximus.

35 ¶†Quintò principaliter quæro, à quibus procuratio debeatur.Solutio dicēdum quòd debetur ſolùm à locis viſitatis.tex.eſt in cap.j.de cenſi.libr.vj.& probatur in c.ij. Gof.& Zaba.c.cum inſtantia de cenſi.Et aduerte:quia Specu.in titu.de leg.§.supereſt.verſicu.illud quoq; vult quod nec legatis,aut nuncijs apo.ſe.debeantur procurationes.niſi perſonaliter viſitent.contrarium tamen videntur velle docto.in c.procurationes de cenſibus volentes quòd legatis & nuncijs Apo.ſe.debeatur procuratio,etiam ſi non viſitent:quia procuratio datur illis non ratione viſitationis,ſed quia ſubeunt onera aliorum.c.ij.de offic.lega.libr.vj.& ſequitur do.me.d.c. procurationes.allega.c. cum inſtantia de cenſi.& c.Ego N.de iureiuran.Ego arbitror quòd vtraq; opi.poſsit ſaluari per diſtin.aut enim loquimur de procuratione debita ratione viſitationis,& procedat opi.Specul. Aut de alia procuratione & procedit ſecunda opi.ad prædicta tamen videnda ſunt,quæ infra eod.lib.q.vij.ver.& predicta ꝓcedunt.Et loca viſitata intelliguntur ſiue ſint illa,quæ perſonaliter viſitat;ſiue illa quę ad viſitationem vocat vt dicit gloſſ. ſuper ver.viſitatus.c.j.de cenſi.libro vj.faciunt quæ diximus.ſ.libro viij.& idem tenent Innocen.& Hoſtien.& ſequunť.Ioan. And.& do.Do.d.c.j. Item loca viſitata intelliguntur ſiue pro ſalute animarum,aut cultu diuino ampliando,vel pro ſtatu eccleſiæ in melius reformando. Aut pro cōfirmandis pueris, aut conſecrandis eccleſijs viſitatio celebretur.quid autem ſi viſitet pro reconciliatione eccleſiæ? Archi.c.j.de cenſi.libro vj.tenuit procurationem non deberi.alleg.ad hoc opi.Vin.& idem tenuit in c.propoſuiſti.de conſe.eccle.vel alta.quem refert idem Archi.de con.d.j.eccleſijs.Ad quod etiam alleg.not.per Vin. Lau.& Gof.in c.cùm ab omni.de vita & ho.cle.Idem tamen Archi.x.q.iij.c.cauendum. alleg.opi.contrarias & non firmauit.Ioan.in c.propoſuiſti recitat opi.aliorum qui tenent, quòd Epiſcopus procurabitur expenſis illius,qui violauit eccleſiam. argumen.c.fin.de iniurijs & c.ſi canonici.§.penul.de offic.ordi. libro vj.Et ſi non apparet,quis fuerit, vel non ſit ſoluendo,recurritur ad ſtatutum vel conſuetudinem loci, ſecundùm quam determinabitur quibus teneatur.facit.ix.q.iij.c.conqueſtus.Et his deficientibus parochiani cum rectore contribuent. fa.not. capitulo primo. de ec.ędi.Et ſi ſoluendo non ſint, Epiſcopus gratis hoc faciet.j.q.ij.placuit.&.x.q.iij.cauendum.ſecundùm Archi.ibi facit ad hoc vltimum quod dicam.j.q.viij.ver.vnde notandum.Et prædictam opi.tenet Io.de lig.in Cle.j.de cele.miſ.& placet do.meo ī d.c.propoſuiſti. de cōſe.eccl.vel alta.& hāc opi.tenuit Innocen.in c.cōquerente.de offi.ordi. dicens ꝙ Epiſcopus debet hoc facere ſuis expēſis:quia ꝓpť hoc & ſimilia recipit reditus Epiſcopales.Nec obſt.c.cùm ſit romana. de ſimo.quia loquitur in cōſecratione,ſecundùm Vin.in c.ſicut olim.de accuſa.vbi dicit quòd non debetur procuratio.niſi in caſibus à iure expreſsis.et idem ſentit in.d.c.propoſuiſti.qđ eſt ſingulare ſecundùm Zab.ibi pro hoc,quia cùm in certis caſibus ius exprimat procurationem deberi,videtur in alijs prohibere argu.c.nonne.de preſcript.& l.cùm pretor.ff.de iudi.Subdit tamen ꝙ prælati hoc nolunt ſeruare. Sed quoties ex aliqua cauſa accidit eos egredi ad aliquam eccleſiam,volunt procurari.& ſic ſecundùm predictam opi. procuratio non debetur.& idem tenuit ibi Guil.de monte Lau.in cle.frequens. de exceſ.prela.d.Do.in c.j.de cenſi.lib.vj.dicit quòd ſi rectè predictę opi.inſpiciantur per illas nō decidere,vtrum procuratio debeatur,ſed ſolùm quis debeat procurare.Sed hoc dictum ſatis rn̄de:quia diſputantes à quo ſit procurandum, preſupponunt procurationē deberi.vnde placet mihi qđ debeatur:quia eadē eſt ratio,ꝙ debeať pro reconciliatiōe ſicut pro cōſecratiōe vt etiā dicit ipſe do.Domini.& ſatis equa eſt diſtinctio p̄dicta. & ab omnibus eccleſijs viſitatio debetur. Et ſi ſint plures eadē die viſitatæ ab omnibus pro virili portiōe debeť.vt diximus.j. q.viij.ver.hoc eodē libr.Et debetur talis procuratio nō ſolùm ab eccleſijs inferioribus viſitatis,ſed etiam ab eccleſijs ciuitatis ipſius Epiſcopi vel Archiepiſcopi,ſi illas viſitant vt in c.venerabili.de cenſi.& per gl.j.allegatur ratio dubitandi in illo text. videbatur enim ꝙ non eſſet ꝓcurandus,ſicut in ſimili dicimus ꝙ qñ iudex proficiſciť extra domiciliū.cōputat ea q̄ domi expendiſſet vt in c.cùm ab omni.de vit. & ho.cle. Sed ratio decidendi in cōtrarium ꝙ debeatur procuratio,vt d.c.venerabili. fuit quia in procuratione non conſideratur intereſſe,ſed vel officij rōne,vel in ſignum ſubiectionis datur,vt diximus.q.vij.j.eo.lib.quæ ratio vendicat ſibi locum tā in eccleſijs ciuitatis q̄ diœceſis.Ad quod addendū ꝙ diximus j.eo.li.q.vij.ver.eſt tn̄ aduertendū.Et nō ſolū ab eccleſijs debetur huiuſmodi procuratio,ſed etiam ab oratorijs ſi modo ſint oratoria quæ habeant populum & curam:quia tunc ſunt viſitāda. & per conſequēs procuratio quæ eſt annexa viſitationi præſtāda.x.q.j.placuit. & c.epiſcopum.& per Innoc.de offi.Archid.c.fina.Idem etiā ſi non haberet populum,nec curam animarum:eſſet tamen in tali oratorio ordinatum quòd certa perſona vel aliqua de certis debeat ſibi ſeruire:quia etiam hoc caſu poterit Epiſcopus viſitare,& ratione viſitationis procurationem recipere:cùm talis locus ſit ſacer, & in poteſtate ipſius,& certa perſona ſit ibi viſitanda.ar.c.de xenodochijs.de reli.do.& c.ad hæc.eo.tit.de conſe.diſtinct.j.c.clericos.Secus autem ſi non habet populum neq; curam:neq; aliquis eſt ibi ordinatus authoritate ordinarij ad celebrandum continuè & ordinariè.Sed eſt ordinatus vt eſſet ibi locus ad ordinandum tantùm:& quod quilibet qui vellet poſſet ibi orare: quia tunc cùm non eſſet ibi quòd viſitari poſſet ratione oratorij,nec etiam per conſequens exinde procurationis nomine quæ eſt annexa viſitationi, vt dictum eſt aliquid debetur.c.cùm venerabili.de cenſi.& c.fina.eo.titu.& ar. c.cùm ceſſante.de appel.ſecundùm Vincen.Goff.Innocen.Hoſtien.Ioan.And.Henri.Boich,& zaba.d.c.ſi.de cenſi.& Gulel. de monte lau.ſuper ver.fundatione.& zenze.ſuper ver.conſtitutum.in cle.quia contingit.de relig.do. ¶Quid autem de capellis eccleſiarum collegiatarum.vtrum ab eis debeať procuratio.Lapus Abb.alleg.zo.dicit quòd etiam ab illis procuratio debetur.Et non ſolū ab eccleſijs ſecularibus,ſed etiam à monaſterijs debetur procuratio.Nam talia monaſteria poſſunt viſitari vt dictum eſt ſ.lib.vj.q.ix.ergo viſitati debent procurationem habere.Et hoc ꝓcedit etiā in archiepiſcopo viſitante prouinciam:quia poteſt procurationem à monaſterijs viſitatis exigere.c.ſopitæ.de cenſi.vnde licet monaſteria ſint exempta à lege diœceſana,vt in c.dilectus.& quod ibi no.de offi.ordi.tenētur tamen ad procurationem preſtandam ratione viſitationis. Ex quo infertur quòd falſa eſt theorica dicentiū quòd ea quæ conſiſtunt in dando ſunt de lege diœceſana.Nam procuratio conſiſtit in dando:& tamen monaſteria ad illa tenentur, licet ſint exempta à lege diœceſana:tenet dom.meus in d.c.ſopitæ. latius per eum in c.j.de regula.Et vide quod latius diximus ſ. q.j.verſicu.eſt notandum.Sicut ergo Epiſcopo debetur procuratio ab omnibus eccleſijs diœceſis ſuæ ratione viſitationis: ita etiam Archiepiſcopo ab omnibus eccleſijs ſuæ prouinciæ. Nec ob.c.luminoſo.vbi videtur probari quòd procuratio nō debeatur à monaſterio:qa reſpōdet ꝙ ille tex.loquitur de monaſterio exempto,vt dicit glo.antepen.d.c.ſopitæ.& idem Inno.ſed Hoſtien.dicit ꝙ illud quod dicitur in d.c.ſopitæ. dum dicit procurationem deberi de iure cōmuni, debet intelligi ꝙ de iure communi fundatur,ſed conſuetudine adiuuatur.nam ius commune non eſt ſuper hoc expreſſum, niſi in hoc caſu quo Epiſcopus negligat ſecundùm Hoſtien.ſed verior & cōmunis eſt precedens opinio:quia de iure communi Archiepiſcopus viſitat eccleſias & monaſteria totius prouinciæ.c.j.et ſi. de cenſib.lib.vj.faciunt quæ dixi ſ.lib.iij.& lib.vj.q.ix.in ſumma ego arbitror concludi poſſe ꝙ procuratio iſta debeatur ab omnibus eccleſijs legitimè,& à legitimo viſitatore viſitatis:dūmodò non excuſentur propter paupertatem vel ex alia legitima cauſa,ſecundùm quod j.ſubijciemus.Sed vtrum debeatur à laicis viſitatis.glo.in verſi.laico.c.j.de cenſi.libr.vj.dicit quòd non,per not.per gloſſ.x.q.j.c.placuit.idem etiam tenet Hoſt. & Ioan.Mo.ſed Archid.contra alleg.no.per Inno.& Hoſtiē. de offi.ordi.c.inter cętera.& x.q.iij.c.cauendum.vbi idem tenet dicens quòd vna die erit cum clericis:ſequenti die cum laicis.de quo dixi ſ.lib.x.& ſic ſumptibus laicorum,& idem not. x.q.j.ca.placuit.nec eſt mirum,ſi vbi ſeminat ſpiritualia,metat carnalia,xiij.q.ij.§.ij.& ſic reſidet Ioan.And.in d.c.j.de cenſ. lib.vj.Et dicit ibi Ioan.de Imo.quod fortè iſta opin.eſt verior de iure:tamē credit quòd in practica non ſeruaretur propter authoritatem glo.& aliorum ſecundū eum d.Do.etiā ibi dicit ꝙ iſta pars eſt verior de iure:& eā dicit probari optimè ꝑ text. in d.c.cauendū.& idem tenet Paulus in quodā ſuo conſi.quod incipit quędam monaſteria.per c.cauendum.Contraria etiam opi.procedit de conſuetudine ſcđm quā laici non ſoluunt: & ſic etiam dicit glo.predicta in d.ver.laicos.dicens ꝙ ſic eſt cōſuetudo. Sed pone, aliqui ex pacto teneantur ad ſolutionem onerum

onerum Episcopalium, vtrum teneantur ad solutionem procurationum legatorum Aposto.sedis.gl.super versi.episcopalia.clemen.j.de censi. tenet quod nõ per illum text.qui prædicta ponit vt diuersa: & sic de vno ad aliud non differtur.c.cùm venerabilem.qui fil.sint legi.cum aliis vulg.& idem tenet Gul. de monte Lau.in d.cle.j. dicens quòd licet in assignanda congrua portione sit ordinatum quòd vicarij de sua portione soluant iura episcopalia: non tamen tenentur soluere procurationes legatorum cùm nõ includantur sub viribus episcopalibus tanq; maius sub minori.de maio.& obed.c.cùm inferior.de offic.deleg.c.studuisti.Notandũ tamẽ quod legati nõ coguntur recipere procurationem per cõmunes ministros ecclesiarũ visitatarũ, aut à cõmunibus ministris totius cleri.Sed potest nũc ab vno prælato nunc ab alio procurationẽ exigere, vt est tex. in c.cũ instãtia.§.sanè.de censi.& no.do.meus & grauatus ab aliis recurabit.de quo dicã in q.viij.Sed Hostiẽ.in d.§.sanè.& zab.post dicit quod dũ tex.ibi dicit: Nec ꝑ cõmune ministros. debet intelligi quòd à ministris nõ tenetur procurationẽ recipere, sed per suos ministros se possunt procurare: quod intelligit zaba.dũmodo nõ petatur procuratio ab eo qui per se nõ sufficit.quo casu debet alij coniungi.vt in c.procurationes.de censi.dicam in q.vij.

36 ¶ †Sextò quęro in quibus rebus solui debeat procuratio.Solu. tex.c.ij.de censi.li.vj.vult ꝙ procuratio debeat præstari in victualibus non in pecuniis, aut aliis muneribus quas à volentibus recipere nõ possunt.ad idem text.in c.cùm Apostolus.de censi.Et dicit tex.in c.j.de censi.lib.vj.procurationes autem recipiant secundùm quod est in canonibus constitutũ.Et habent canones x.q.iij.c.relatũ.de censi.c.cùm Apostolus.& c.cũ nuper.Et subdit tex.in c.j.nullam tñ pecuniã ipse vel aliquis de familia &c.Sed in victualibus expensas recipiat moderatas. Et appellatione familiæ continetur siue sit laicus siue clericus siue pedester, siue equester scd̃m Hostien.Ioan.And.d.c.j.Ideo autem visitantes pecuniã recipere nõ debent: quia sicut verè philosophantes illam despiciunt.ff.de vaca.mune.l.in honoribus. xij.q.ij.c.Socrates.aliàs & verius c.crates fortius visitantes.Itẽ quia vt dicit Host.ciuilis sapientia pretio nũmario inhonestari nõ debet.ff.de variis & extraor.cog.l.j.§.est quidẽ.ergo multò minus canonica vituperanda: quæ tamen acerbè clericorum auaritiam reprehendit.de censi.c.ex parte.& c.ea quæ.de deci. c.j.de offi.ordi.c.irrefragabili.ad finem.Et prædictas etiam rationes posuerunt Ioan Mo.& Cardi.in c.j.de censi.li.vj.& sequen.Ioan.And.c.j.de censi.li.vj.Nec cõsuetudo in cõtrarium visitantes defenderet: qa ex quo per se.Apo.reprobata est xj. d.c.quis nesciat.xj.d.c.j.& ij.præscribi nõ potest.c.fin.de consuet.scd̃m Ioan.Andr.d.c.j.& seq.do.Domini. Et eisdem rationibus po ssemus fortè dicere prohibita esse visitantibus & familię suæ quæcunq; munera etiam sponte oblata recipere.Et ne videatur quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt quęrere, vt dicit text.in d.c.j.quibus etiã addo aliam rõnem: quoniã inter quatuor quæ humanũ iudiciũ peruertunt, de quibus xj.q.iij.c.quatuor potissimũ munera corrũpunt. Et nullum est officiũ tam sanctum neq; tam solenne quod auaritia cõminuere atq; violare nõ soleat.Tullius in oratione pro Milone. Munera enim & dona excecant sapientes: & subuertunt verba iustorũ. Exodi c.xxiij.Et Psal.xxv. In quorum manibus iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus.& Eccle.c.xx. Encenia & dona excęcant oculos iudicum.Inde illud Gualterij de castiliono: Munus enim à norma recti distorquet acumẽ iudicis: & tetra voluit caligine mentem.Et alibi venditur arbitrium dum viuitur ex alieno.Sumptus pane tuo vescere liber eris. Et Hẽricus Sammareñ.libr.j.parte ij. Deuiat à vero corruptus munere iudex.Falsidicumq; facit impia gazapium.Visitans ergo prædicta atq; illam Ciceronis lib.de offi.sententiã mente repetat.Inquit enim, Caput autem in omni procuratione muneris publici est vt omnis etiam minima auaritiæ fugiatur suspicio. Vtinam inquit Caius Samnius ad illa tẽpora me fortuna seruasset, quibus Romani recipere dona cœpissent: Nõ enim essem passus eos diutius imperare.Et si fortè munera ipsa aliquando iudicis animum penitus nõ corrumpunt, saltem placant.iuxta illud Nasonis: Munera crede mihi placant hominesq; deosq;. Placatur donis Iuppiter ipse datis.Abstinere ergo debent prælati, & quicunq; iudices à muneribus & donis, etiam pro iustitia administrãda.Sunt enim nõnulli qui per vias rectas verẽtes corrumpere exquisitã adhibent fraudem dicentes quòd nullo modo esset intentionis eorum quòd iudex iniustitiam faceret. verum si iustitiam foueant, & iustitia mediante, & non aliter sententiam profert, tantam dabit pecuniam.Caueant iudices à talibus atq; illos exterminent & confundant.Cõsiderare enim debent quòd nullo recepto præmio iustitiam administrare tenetur.c.cùm ab omni.de vita & ho.cleri.xj.q.iij.c.ꝗ rectè.xiiij. q.v.c.non sanè.& quod tradit in l.ij.ff.de condit.ob turp.causam.& l.venales.C.quando prouoc.non est necess.ij.q.vj.c.fi. versi.venales.Qui enim rectè iudicat & pręmium remunerationis expectat fraudem in Deũ perpetrat: quia iustitiã quam gratis impartiri debet acceptione pecunię vendit, vt d.c.qui rectè.talia enim munera soli.i.iustitię obstant.vnde Valerius lib. iiij.de abstinentia sic inquit: Alexander cognomen inuict.assecutus continentiam Diogenis amici vincere nõ potuit.ad quẽ cùm ad solem accessisset hortaretur vt si qua præstari sibi vellet, indicaret.Mox inquit de cętero velim à sole non obstes.In his ergo ita euagatus sum: quia non possum continere atq; de clericis & pręlatis ecclesiasticis quòd tanta auaritia teneantur, satis dignè admirari auarissimum esse clericorum genus prædicta gloss.super versicu.maioris.c.si pluribus.de præben.libr. vj.c.nonnulli.de cler.non resid.c.auaritię.de electio.Ioan.An in c.peruenit.de censib.Res profecto penitus admiranda, habui ego socios mirum in modum liberales qui post assumptũ clericatum & ampla obtenta beneficia in tantam auaritiam deuenerunt, vt non mingerent ne biberent. Res profecto penitus vituperanda atq; detestanda cùm intelligant aut saltem intelligere debeant auaritiam hominum mentes obcecare, vt dicit gloss.dicto cap.auaritię.crimenq; seuum appellari, vt inquit textus in c.ita quorundam.de Iudæis & omnium malorum radicem esse, vt inquit Apostolus ad Thimo.c.vj.text.in authẽ. vt iudi.sine quoquo suffrag.§.cogitatio.versic.fina.col.iij.no. gloss.c.iiij.de constitu. Tale ergo tam tetrum atq; detestabile vitium fugere debent clerici, & potissimum pręlati, maximè dum iudicio & correctioni ac morum reformationi incũbunt, & ab omnibus muneribus etiam spontè & pro iustitia oblatis abstinere vt viuant. Inquit enim Salomon prouerb.c.xv. qui odit munera viuet.Secus enim agentibus per contrarium euenit iuxta illud Isay.c.xxxiij.veh qui iustificat impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufert ab eo. Postremò vt breuibus concludam post vna Boetio libr.j.de phi.consolatione sic libet quemlibet visitatorem exortari. Tu quoq; si vis tramite recto carpere callem gaudia pelle. Pelle timorem, speciesq; fugato: nec dolor assit. Nubila mens est vinctaq; frenis, hæc vbi regnant.Sed de his satis & merito propter causas s.in medium deductas abstinere.Et ex quo quęcunq; munera recipere prohibentur.dicto c.j.& j.q.j.capit.sunt nonnulli.pariter & dona recipere fortius prohibiti intelliguntur, secundùm Ioan.And. in dicto c.j.de censi.lib.vj.per text.in l.inter donum.ff.de verbo.signific.Et quamuis esculenta & poculenta videantur posse recipere secundùm Hostien.ar.l.solent.ff.de offic.proconsu. in fin.& eorum quę traduntur in c.statutum.§.insuper.de renuncia.libro vj.tamen subdit hostien.quòd mens literę. dicto cap.dum dicit quodcunq; munus.Innuit contrariũ.Ioan.Mo. dicit quòd non videt quomodo isti possunt vti esculentis, & poculentis: cùm in victualibus procurationem recipiant. Sed possit esse si visitator aliquod excellens encenium portaret vltra omnes expensas.gloss.tamen in versicu.munera.in ca.ij.de censib.lib.vj.recitat opin.Garza.qui dixit se credere quòd modicum esculentũ & poculentũ possunt recipere, si nõ sit verisimile quod recipientem moueat vel donantem pauperiorem faciat.ar.c.& si quæstiones.de symo.& ff.de offic.præsid.l.plebiscito.quia talia non trahuntur ad munera.ff.de offi.procon. l.solent.ad fin.facit.c.fina.de dona.inter virum & vxorem.Ioan.And.dicit quòd putat periculosum quòd victualia portanda recipiat, sed victualia ibi cõsumenda quantũ cũ excellentia recipere nõ est periculosum, vt ad pœnas obligent.de qbus dicitur j.eo.li.q.xv.Et prędictã distin.Io.An.dicit do.Domi. ꝙ credit verã per rõnem tex.d.c.j.qui prohibẽt.vt euitet penitus quãlibet fraudẽ: qa ex quo prohibuerat recipere pecuniam potuisset fieri fraus vt darent encenia ad domũ portanda; puta capones, perdices, casei, vel fiaschi, vt dicit Ioan.And.c.j.de censi. lib.vj.Sed si dantur encenia quę ibidem comedunt nõ põt esse fraus respectu visitãtis cũ à visitatis victualia recipere deberet. Nec ob.tex.d.c.j.q loquit vniuersaliter per dictionẽ quocũq;. & qualitercũq;.& sic quãlibet rẽ & quẽlibet modũ videt ꝓhibere; quia rñdet quod qñ l.loquit per verba generalia vel vniuersalia.& ponit rõnem quę est apta restringere sensum verborum vniuersaliũ.debent illa verba restringi ad intellectũ rõnis positę in l.qa rõ.l.est illa quæ dicitur lex.i.cõsuetudo.de verbo. sig.c.intelligentia.Credit tñ do Domi.hoc verũ qñ recipit ꝓcurationẽ in victualibus, sed si acciperet in pecunia, in caseis.c. iij.de censi.li.vj.non credit quod possit tutè recipere: quia possit fieri fraus, videlicet ꝙ assignata pecunia, esculenta, & poculenta reciperent scd̃m do.Domi.est tñ aduertendum ꝙ quãuis olim visitatores procurationem dũtaxat in victualibus, & nõ

in pecunia recipere possent, vt dictum est: tamen per Decretalem Bonifacij octaui quæ incipit, felicis. de censi. lib. vj. sancitũ est vt Patriarchę Archiepiscopi Episcopi, & alij quibus ex officio competit visitare à volentibus ecclesiarum, & locorum visitatorum rectoribus, seu personis pecuniam recipe valeant p sumptibus moderatis faciendis in victualibus diebus, quibus visitationis officium impenditur. Fuit autem prædicta prouisio facta propter multa incõmoda atq; dispendia quę propter antiquas constitutiones disponentes quòd tantũ in victualib9 procurationes recipientur tam à personis visitantibus q̃ locis & ecclesijs visitatis quotidie proueniebant. ¶ Quid enim si visitatus præsbyter ruralis qui fortè nõ nisi vnũ gausape & vnũ manutergiũ: & vnicum habet lectulũ, q̃uo procurabit, & q̃uo hospitabitur epm, cũ fortè nec domus sufficiat, posito quod in reliquis abundaret: & q̃uo eps in vili loco mãebit? Vtilis ergo & quodammodo necessaria fuit prædicta prouisio. Nec obst. quod posint portari victualia ad locum cõpetentẽ: quia talis delatio posset esse valde onerosa, vt dicit Io. And. in d. c. felicis. Et no. quòd in electione visitatorũ est vtrum velint procurare in victualibus, an in pecunia, vt patet ex illo tex. dum dicit volentibus. Vel verius dicendum est q in recipienda pecunia p victualibus debeat concurrere vtriusq; cõsensus & visitatoris & visitati. Nec ex eo quod aliquãdo visitator, & visitatus fuerint pacti de soluẽda pro victualibus pecunia, successores ligãtur, vt visitator vel visitatus in noua visitatione pecuniam inuitus soluere aut recipere cõpellat scd̃m Io. And. in d. c. felicis. Et est aduertendũ quod non solũ possunt conueniri de pecunia numerata, sed etiã in quibuscũq; aridis & liquidis, vt frumento, ordeo, vino, pullis, & similibus: dũmodo seruet moderamẽ. de quo in d. c. felicis. verum qa olim per huiusmodi Decretales non erat taxata certa quãtitas hodie per constitutionẽ extraua. Benedicti quę incipit vas electionis, secundũ diuersitatem prouinciarũ & locorum quãtitas est taxata: cuius constitutionis verba lege in loco suo. ¶ Cùm autẽ in victualibus procuratio fiet, dicendũ quòd victualium appella. cõtinet esus potus & stramenta, & omnia hmõi ad viuendum necessaria. ff. de verbo. significatio. l. verbo victus. ff. de ali. & ciba. lega. l. legatis. §. Itẽ calciarum. Et hęc non videntur remissa. si de omnibus alimentis transactum sit nisi specificent. ff. de transact. l. cũ hi. §. eum qui transigit. Cauere tñ debet visitator ne vltra facultates grauet ecclesias. c. cũ Apostolus. & c. sopitę. de censi. vnde dicit Hostien. ad epm: Considera ne similia et mella fastidias qui natus est in paupere domo, & tugurio rusticano &c. xxv. d. c. ecce princeps. & caue ne de te dicatur solus episcopus icũbit domui. & c. xciij. d. c. diaconi. vltra mediũ, scd̃m Io. And. in c. j. de censi. li. vj. Et ad prædicta vide glo. super verb. prouidere. c. si eps de offi ordi. & glo. x. q. ij. c. epos. & gl. xxxj. d. c. omnino. & tex. in l. fi. §. j. C. de his qui ad eccle. confu. & text. in l. verbo victus. cũ seq. ff. de verb. sig. vbi tex. dicit quod cõtinent q̃ esui potuiq; cultui corporis queq; ad vtendum viuendũq; homini necessaria sunt. & vestis secundũ Labeonem & cæteræ quibus viuendi curandive corporis gratia vtimur. Et tradunt Io. An. Gof. & doct. in c. cùm secundũ. de præben. vbi etiam dicit Io. de Imo. post docto. quòd ad cõsiderandum prædicta considerari debet qualitas debentis recipere quæ fit vt plerisq; episcopis mihi cognitis potius bos q̃ perdices aut capones sint præparãdi. Insuper quantitas vel facultas debentis pręstare & qualitatis consuetudo regionis. not. gloss. in ver. successionis. in d. c. cũ secundũ. facit quod tradit in l. cũ alimenta. ff. de alimen. & cib. leg. & l. pe. §. j. ff. de vsu & habi. lega.

¶ Visitantibus autem monasteria si victualia procuranda sunt, nõ coarctantur visitatorũ cibis se conformare, sed cibi debitas procurationes de iure cõmuni cõsuetudine priuilegio vel alio iure speciali: puta pacto vel honore tempore fundationis impositę in domibus ipsorũ monasteriorũ: extra tamen septa si quis locus fuerit ad hoc aptus. alioquin infra septa ipsa: nõ tamem infra portam quam regularem appellant carnium pro cõgruentia temporis si voluerint priuilegio nõ obstante quęcũq; cibaria ministrare debent, vt est tex. in cle. ij. versic. ipsis autem. de censi. & ideo dicit in domibus eorum priuatorũ vel ecclesiarum, etiam si domus essent ad hoc aptæ nisi prælatis ipsis consentientibus procurari, secundũ glo. super versi. ipsorum. in d. cle. ij. Est tamen aduertendũ quòd si extra portam regularem nõ est aliquis locus aptus ad pcurandũ prælatis quòd poterit hoc casu ratione necessitatis infra portã regularẽ procurari secundùm gloss. super verb. regularẽ. in dicta clemen. ij. alleg. ca. consilium. de obser. ie. vbi propter necessitatem est licitum carnes tempore à iure cõmuni prohibito comedere: ergo eadem ratione dicto loco licitum esse illas comedere. arg. sumpto de tempore ad locum quod validius est. ff. si cert. peta. l. vinum. ff. de tritic. l. fina. c. de causis. de offic. deleg. c. j. de plus pet. & probatur de regu. iur. c. quod non est. Et ad id quod dictum est de necessitate videnda sunt quæ latè & notabiliter scripsi in ca. si quis propter. de furtis. secundũ glos. super verb. regularem. in cle. ij. de censib. Stat ergo in voluntate visitatorum, vtrum velint tempore congruo de carnibus procurari. Prædicta tamen sunt vera in religiosis nõ priuilegiatis. Subdit tamen quòd etiã si essent priuilegiati fatẽdum dici posse quòd cũ priuilegiũ religiosorum nõ tollat intra portã, quòd tunc prælati secundùm formã priuilegij debebunt esse contenti cibis regularibus quãdo procurabuntur intra talem portam scd̃m gloss. prędictam. Quod tamen dictum est intra talem portam comedi carnes, procedit vbi religiosi non haberẽt priuilegiũ quod consueuit esse secundũ zenxe. quòd superueniẽtes in monasterio nõ comedant carnes, sed dispositioni regulæ relinquantur secundũ Gul. quod tamen ego intelligo secũdùm pręcedentẽ limitationem glo. Sed ad omnia dubia fugienda, & tollendum scãdalũ honestum est quòd visitator declinet ad monasteria eo tempore quo carnes non comeduntur, videlicet vj. & vij. feria, vt sic eisdem vtantur cibarijs quibus monachi. Sed cùm nõ vult tali tempore declinare, & non vult cibarijs regularibus vesci nõ potest cogi. facit xl. d. c. non coguntur. secundũ gloss. super verbo, voluerint. in clemen. ij. de censib. dixi s. Nec debet visitator exquirere cibaria, aut epulas nimium sumptuosas, vt c. cũ Apostolus. de censi. de quo ibi per gloss. ad quod vide quod dixi j. eo. lib. q. viij. post princip. Nec pro soluenda procuratione possunt ornamenta alienari vel pignorari. de quo j. dixi in q. viij. ver. & aduerte. quia non debet rector. Et prædicta procedunt in procuratione debita visitantibus ex officio cis incumbente. Sed si charitatiuè hospitalitatis causa ad monasteria venerit, su pradicta victualia gratiosè recipiãt, quę charitatis gratia eis fuerũt ministrata tex. est in cle. ij. de censi. ver. nos ergo.

37 ¶ Septimò quæro propter quas causas & quo iure procuratio debeatur. Solut. dicendum est quòd plures sunt rationes & causę propter quas huiusmodi procurationes debentur. Prima: quia naturæ consonũ est illos non recusare onera qui eorũ cõmoda cõplectuntur, vt est tex. in cle. j. in prin. de censi. & probatur in reg. scd̃m naturã. ff. de reg. iu. & in regula, is qui sentit onus. de regu. iur. lib. vj. vnde dicit lex, non est qui lucrum amplectitur ferendus &c. l. j. §. pro secundo. in fine. C. de cad. tol. Secunda: quia qui in vno grauatur debet in alio releuari. l. cum qui. in princip. ff. de iureiuran. & in ca. ij. de parochijs. Tertia ratio colligitur ex decisione c. cùm instantia. de censi. quod cùm visitator pro ipsis visitatis laboret: sequitur vt ab illis subsidiũ reportet. Quarta ratio sit ex quo visitans seminat spiritualia, conueniẽs est vt temporalia metat, vt in cap. cùm ex officij. de præscrip. & in c. felicis. prope fi. de censi. libr. vj. scd̃m Host. in c. venerabili. de censi. & zab. ibi. Quinta ratio: quia datur ratione officij, & in signum subiectionis. vt no. do. me. in c. procurationes. & c. venerabili. de censib. Sexta ratio vt facilius prælati inducantur ad visitationem sicut videmus in canonicis quib9 quotidianæ dantur distributiones propter interessentiam diuinorum, licet de iure teneantur ad diuina officia. c. j. de cleric. non resid. libro sexto. secundùm domi. meum in dicto ca. procurationes. Septima ratio est quę colligitur ex cap. cùm instantia. de censib. videlicet quod datur propter solicitudinem quã prælatus gerit visitando & prouidendo ecclesijs. ex quo infert Goffred. & post eum zaba. ibi, quòd cessante visitatione procuratio non debetur. de quo statim subijciam. Octaua ratio est: quia dicitur visitando quodammodo militare: & nemo suis stipendijs militare debet. xij. q̃o. ij. charitatem. Aposto. ad Corinth. c. ix. de præscriptio. c. cùm ex officij. & ibi tradit do. meus. Nona ratio: quia datur ne visitatio negligatur, vt refet Io an. And. post Innoc. & do. me. in c. cùm ex officij. de pręscrip. quia procuratio annexa est visitationi. c. cũ venerabilis. de sen. & ibi zaba. & in c. venerabili. eod. titu. Et ex prędictis infertur quòd cessante visitatione visitanti non debetur procuratio, secundũ Gof. in c. cũ instantia. de censi. & probatur in c. procurationes. eo. ti. & ibi tenent doc. do. me. & zaba. & probatur in c. ij. de censi. lib. vj. ibi dum tex. dicit procurationem sibi ratiõe visitationis debitam. & c. felicis. de censi. lib. vj. ibi locis personaliter visitatis. & c. si episcopus. de offic. ordi. lib. vj. tenet Ioã. An. in addi. Specul. in tit. de censi. in vltima addi. vbi subdit q prędicta non esset dubia q. do. Thomę de Piperato de Marchione Montisferrati qui debebat habere ab vniuersitate cuiusdam castri quolibet anno duas albergarias: cùm verò per quinquennium stetisset quibus non iuit ad castrum prędictũ nec procurationes recepisset: quęrebatur vtrum posit petere ęstimationem illarũ albergariarum. Et prędicta quęstio etiam posset esse vtilis canonistis in procuratione quæ debetur prę-

lato

lato ex conſtitutione vel ex pacto ſecundùm c.quanto.de cen
ſibus.de quo ſtatim ſubijciam.tenuit Tho.quòd nō poſsit &
maximè illa ratione: quia tacitè videtur actum inter partes il-
las albergarias præſtari ſi Marchio ad caſtrum iuerit. facit c.cū
venerabilis.de cenſibus.vel cùm ad eccleſiam ipſam acceſſerit.
Et quod tacitè agitur pro expreſſo habetur.ff.ſi cer.pet.l.cùm
quid.ff.de ſeruitu.l.ſicuti.ff.de ope.lib.l.quatenus.circa finē.Et
mentem ponderamus.de elect.c.ſi poſtq̄.§.j.lib.vj.cum con-
cordan.Item quia aliàs eſſet in poteſtate Marchionis nō eūdo
ad caſtrum recipere aliud pro alio,videlicet ęſtimationem pro
albergaria:& hoc licet cōmuni conſenſu fieri poſsit vni: tamē
ſoli parti non licet.ff.de arbit.l.ſi quis rem.facit C.de contra-
hen.empt.in l.in vendentis.Item notabilis eſſet inæqualitas ꝙ
creditor à debitore inuito reciperet aliud ꝓ alio quod debitū
inuito creditori.ſolui non poſſet.ff.ſi cer.pet.l.ij.§.mutuum da
tum datur.in fi.ff.de ſol.l.eum à quo.ſeruetur ergo æqualitas.
C.de fruct.& lit.expen.l.fina.& ne liceat actori &c.vt in regu
la,non liceat.lib.vj.& ſic Ioan.And.in dicta addi.& mihi pla-
cet.Et prædicta procedunt in procuratione debita de iure cō-
muni, vt Archiepiſcopo, Epiſcopo,& ſimilibus qui procura-
ri non debent,niſi perſonaliter viſitent. Si tamen fuerint impe
diti, quia nō poſsint perſonaliter viſitare,& propter hoc per
alios viſitent:tunc illi viſitatores procurabuntur,vt legitur &
not.de offic.ordi.c.inter cætera.& in cap.ſi epiſcopus.de offi.
ordin.libro.vj.Prędicta tamen non procedunt in legatis, ſed
in illis diſtinguendum eſt quòd aut loquimur de legatis de la-
tere:aut de alijs legatis, puta miſsis vel natis.Primo caſu dicen
dum eſt quòd recipere debent procurationem,licet perſonali-
ter non viſitent, vt in c.procurationes.§.hoc adhibito modera
mine.de cenſibus.Secundo caſu cùm loquimur de legatis miſ-
ſis,vel natis:& iſti non recipient procurationem niſi perſona
liter viſitent, vt dicto cap.procurationes.j.reſpon.tenet Spec.
in titu.de lega.§.ſupereſt.verſicu.illud non eſt omittendum.&
hæc eſt vna differentia inter legatos de latere, & alios de alijs
differentijs not.c.j.de offic.leg.li.vj. Et hoc procedit quando
legatus vult colligere procurationes per totam prouinciam ſi
bi commiſſam. Aliàs quicunq; legatus ſit miſſus,vel natus ſiue
nuncius qui in aliquo loco habeat moram trahere,poteſt pro
curationem exigere, vt d.c.procurationes.& c.cùm inſtantia.
de cenſibus.quia in eis habet locum ratio quæ tangitur dicto
c.procurationes.ergo eidem Innocen.c.tua.de conſang.& affi.
cum alijs iuribus vulgatis.Et idem tenet Specul.dicto verſicu.
illud non eſt omittendum.dicens quòd ſi oportet in vno lo-
co neceſſariam moram trahere,moderatas recipiet procuratio
nes ab alijs eccleſijs vel perſonis quæ nondum fuerunt de ſuis
procurationibus aggrauatis,& ſecundùm prædictam diſtin-
ctionem intelligo dictum domini mei in dicto cap.procuratio
nes.qui dicit quod legatis etiam nuncijs debetur ꝓcuratio, li-
cet non viſitent:quia procuratio non dat̃ illis principaliter ra-
tione viſitationis,ſed quia ſubeunt onera aliorum.c ij.de offi.
leg.libro vj.facit c.cùm inſtantia.de cenſibus.& c.ego N.deiu
reiur.de Archiepiſcopo ſi pro negotio totius prouincię opor
teat ipſum in aliquo loco moram trahere eſt continuè procu-
randum c.j.de cenſi.lib.vj.iuncta gloſ.j.verſicu.viſitatur tenet
Hoſt.Ioan.And.in dicto c.procurationes.quia eadem eſt ratio
in ipſo quę in legato.ergo idem ius,vt dictum eſt.Nec obſtat
ſi diceretur quod licet vbi eadem ſit ratio iuris cōmunis, idem
ius eſſe cenſeatur.non tamen vbi eſt eadem ratio priuilegij ibi
idem debet cenſeri priuilegiū niſi à principe impetret̃.de pri-
uileg.c.ſanè.quia reſponderi poteſt quod illud procedit in pri
uilegio non clauſo in corpore iuris,ſecus ſi clauſum in corpo-
re iuris,ſecundùm Hoſt.Ioan.And.Sed dicit Henric.Bohic.di
cto c,procurationes.quod tutius eſt & maximè hodie ꝙ non
ratione viſitationis à locis vicinis, vt dicit tex.in c,procuratio-
nes,ſed potius ratione cōmunis honoris procurationes à tota
prouincia cōiter exigātur,ra.c.in ſingulis.de ſtatu reg.& de ꝓ-
curat.c.cùm pro cauſa.ſaluo eo quod dicitur in d.c.procuratio
nes.verſi.& cū aliquæ.Si verò procuratio nō eſt debita de iure
cōmuni,ſed fortè ex onere appoſito in fundatione eccleſię, vel
cōſue.vel priuilegio,vel cōpoſitione legitimè facta hoc caſu di
ſtinguendum eſt ꝙ aut debetur illi qui nō habet viſitationem,
ſed tantū procurationē:& tunc procurari debebit,licet nō viſi
tet:qa nō poteſt ex fundatione.patet xviij.q.ij.c.Eleutherius.
de cenſi.c.præterea.& c.ſopitæ.& c.cùm venerabilis.& c.q̄to.
xviij.q.ij.c.ſeruitiū.cle.j.de cenſi.& ibi gl.ſuꝑ verſic.ſpeciali.&
Gul.etiā ex cōſuetudine qñq; debet̃ archidiacono. de priuile-
gio habet̃ xvj.q.j.c.poſſeſsiones.de exceſ.prela.c.accedētibus.
de immu.eccle.De cōpoſitione patet in d.c.quāto.ſcd̄m Gul.
& Io.de Imo.in cle.j.de cenſi.ad qd̄ vidēda quæ diximus j.eo.
lib.q.xiiij.verſi.iiij.quæro.ibi,v.lib. Aut eſt debita tali qui etiā
habet ibi viſitationem:& tunc procurari non debebit:niſi viſi
tet d.c.procurationes.j.reſponſo vbi denegatur procuratio ha
bentibus viſitationē,& ipſam nō exercētibus:ergo multò for
tius ipſam habentibus de iure ſpeciali cū ius cōmune magis de
beat ampliari,quā ſpeciale.ff.de condi.& demon.l.mulieri &
Titio.Et in authen.de nō alie.aut permu.reb.ecc.§.quia verò.
col.ij.ſcd̄m Hēri.in d.c.procurationes.& ferè omnia prędicta
tradunt̃ per Hoſt.in ſumma in tit.de offi.archi.§.quid ſit eius
officiū.ver.ſed nunquid plures.& vide etiā ad prædicta quæ
dixi j.eo.arti.q.v.in prin.ſed & ſatis dicuntur loca viſitari, ita
vt debeatur procuratio ſiue perſonaliter viſitet,ſiue ex cauſa le
gitima ad locum cōgruum pro viſitatione cōuocat, vt dicit gl.
ſuper verſi.viſitat.c.j.de cenſi.lib.vj.vt dixi eo.arti.q.v.in prin.
Et ex prædictis colligit̃ quo iure debeatur procuratio. Qñq;
enim debetur de iure communi. Quandoq; ex onere appoſi-
to in fundatione eccleſiæ.Quādoq; ex conſuetudine vel priui-
legio.Quādoq; ex cōpoſitione legitimè facta.Eſt tn̄ aduerten
dum quòd q̄uis procuratio debita ratione viſitationis ſolum-
modo viſitātibus regulariter debeatur, vt dictū eſt:nón tamen
debetur propter viſitationis,aut conſuetudinis aut ſimilis cau-
ſæ actū,ſed pro labore vię,& ex cauſis ſupra poſitis,& ex iuri-
bus ibi alleg.vt probatur in c.j.de cenſibus.libro ſexto.Et quā
uis in propria ciuitate viſitando vel conſecrando laboret:debe
tur tamen ſibi procuratio.vt no.Goffred.in ſumma in titu.de
ſymonia.§.ſunt autem.verſicu.minus autem.per c.ſtatuimus.
j.q.j.vbi hoc idem not.Archid.tenet Henri.Bohic.in cap.cùm
Apoſtolus.de cenſib.& hoc vltimum vide quod dixi ſ.eo.lib.
q.v.verſicu.
38 ¶†Octauò quæro quāta & qualis debeat̃ viſitantibus ꝓcura-
tio.Sol.dicendū eſt ꝙ procuratio debet eſſe honeſta,modeſta,
ſeu moderata, vt in c.cū inſtantia.de cenſi.Ne breuis hora lon-
go tempore quæſita conſumat, vt ibi ſingulariter dicit gloſſ.
iij.in dicto c.cùm inſtantia.Quod illud ſemper obſeruandum
eſt, vt ſecundùm facultates eccleſiarum procuratio exhibea-
tur.x.q.iij.c.inter cætera.& c.fina.& c.cùm Apoſtolus.& c.ex
parte.& c.cùm nuꝑ.de cenſibus.Si enim tenuis eſt ac parua ex
traordinario auxilio ſeruanda eſt.C.no.vect.l.j. Imò à paupe-
re nō debet exigere.j.q.ij.c.placuit.quia nec iudex exigit à pau
peribus ſportulas.in aut̃.de man.prin.§.ſit tibi.Nec tenuis vitę
homines ſub aductu officialium iniurijs affici debēt.ff.de offi.
præſi.l.illicitas.§.ij.facit ca.ea quæ.de cenſi. Et ſic concludit ꝙ
legatis dabitur lex ad bibendum ne rubētibus buccis prædicēt
ieiuniorū doctrinā.vt dicit Io.And.xxxv.di. faſtidiat.xij.q.ij.
gloria Epi.bonis tn̄ & delicatis cibis veſci debēt, vt d.c.nō co-
gā.& melioribus q̄ dicit gl.in c.cū inſtātia.quæ eſt iij.quā ſ.al
legaui.Nec ſuper barbas pauperum comeſſationes ſiue conui
uia extraordinaria frequentent. Nam ſpecies furti eſt velle de
alieno largiri.ff.de furtis.l.ſi pignori.§.fi.nam qui offert ſacrifi-
cium dè ſubſtantia pauperis eſt ſimilis illi qui victimat filium
in conſpectu patris xiiij.q.v.immolans.j.q.j.nō eſt putāda.ſe-
cundū Spe.in d.ver.illud ergo nō eſt omittēdū.Io. An.in c.ꝓ
curationes.de cēſi. dicit ꝙ curia legatis cardinalibus taxat in iti
nerando florenos.xl.pro die.in prouincia verò ſibi decreta nō
fit taxatio,ſed recipiūt xxv.partē reddituū:& tradit Io.And.
in addi.Spe.d.ver.illud. Ex prædictis pōt ſumi vniuerſalis do-
ctrina ꝙ procuratiōes debēt præſtari ſcd̄m qualitatē viſitantis
ſcd̄m qualitatem temporis ſecundùm conſuetudinem loci:&
ſi ibi nō appareat ſcd̄m conſuetudinē proximorū locorū.c.ſu
per eo.de cenſi.& ſcd̄m quātitatē reddituū illorū qui illas præ
ſtare tenētur:ſcd̄m ergo prædictas cōſuetudines debet eſſe mo
derata & modeſta.Nec enim luxuria cuiuſq; in expenſis ſequē
da eſt ſemper.de damno infecto.l.ex damni.Et cauere debet à
ſumptuoſis epulis, vt c.cùm Apoſtolus.de cenſibus,& ibi vi-
de glo.vnde Seneca epiſtola v.inquit: Sicut deſiderare res deli
catas luxuriæ eſt:ita vſitatas & nō magno parabiles fugere de
mentię eſt.Narrat Valerius lib.ij.c.iiij.Duronium remotum à
ſenatu;quia legem limitantem conuiuia abrogauerat.Debet au
tem ipſa præſtari procuratio, vt nulla eccleſia nulluſq; prelatus
vltra facultates proprias prægrauetur.text. eſt & ibi not.do.
meus in c.cùm inſtantia.de cenſibus.& vide ibi gloſſ. Præſta-
ri tamen debet integra & non per partes: ſicut nec opera li-
berti.l.libertus.qui ſerui.vendi.& Ioan.And.& Henri. Quod
dictum non video qualiter poſsit procedere in cibarijs niſi di
ceres ꝙ ſi vna eccleſia nō ſufficeret propter qd̄ plures ad inui
cem conueniant, vt ſtatim dicam : non poteſt præſtari ꝓcura-
tio ab vna eccleſia,ſed omnes ſimul debent integram procura-
tionem pręſtare,vel poſſet procedere ſi fortè procuratio eſſet
præſtanda in quātitate.Et quāuis longo tēpore minor debito

procuratio præstita esset:non tamen præiudicaret visitanti,quo minus integram exigere possit.vt no.Specu.in titu.de censi.§.fin.versicu.fin. Et Henri.in c.cùm ad quorundam.in fine de excessi.Prelato.Nec obstat l.aduersus.& l.quis.C.de vsuris.quoniam secundùm Specu.illud procedit in odium vsurarum. vnde not.est quòd si vna ecclesia potest integram procurationem soluere,illam soluat.Si verò propter paupertatem non potest integram procurationem soluere:tunc duæ,vel plures ecclesiæ coniunguntur . simile habetur Exodi cap.c.& in vj.& vij.feria Dominicæ passionis.vbi dicitur, quòd si minor fuerit numerus personarum, qui non sufficiat ad vescendum agnum,assumat,sibi vicinū,qui iuxta numerum personarum sufficiat ad esum agni.Vnde si procuratio ascendit ad.xl.& vna non potest nisi.xx.soluere,coniungitur ecclesia æqualis sibi,& sic facient integram procurationem. Si verò procuratio ascenderet ad.xxx.& vna ecclesia non esset potens nisi in .x. adiungetur sibi alia ecclesia,si est potens in.xx.vel duæ aliæ,si quælibet est potens in.x.caueat tamē rector, quòd nihil fraudis committat. nec aliquid confingat,si non vult peccatum inobedientiæ incurrere ,vt patet in eo quod legitur & not.in c.cum instantia . de censibus.Dicebant tamen quidam , quos refert & etiam videtur sequi Hostien.quòd Archiepiscopus visitabit tantùm ecclesias opulentas,pauperes verò cùm aliquid de istis sinistrum audiet.Sed prædicta opin.non est vera vt dixi s.libr.vj.quæ. viij.vnde dicit Zaba.quòd plures tales ecclesias visitabit eadem die,& ab omnibus exiget vnam tantùm procurationem , vt in c. procurationes . de censibus &.c.felicis.de censi.libro vj.& idem etiam tenet in c.cùm instantia.eodem titu.Ad idem facit quod not.Archi.in c.j.de censi.lib.vj.vbi reprobans opi.Hostien.qui innuit,quòd si locus non sufficit ad procurationem episcopi,est iusta causa non accedendi,& sic non visitandi.Sed Archid.tenet contrarium,vt dixi: quia licet ecclesiæ sint pauperes:tamen sunt visitandæ & omnes cōtribuent per c.cùm instantia.& c.procurationes.de censibus.Et ad hoc vide quæ dixi.s.libro.viij.Idem tenet Spec.in tit.de legato.§.superest.versiculo illud quoque non est omittendum.Fiat autem contributio iuxta possibilitatem , & facultatem cuiusque ecclesiæ pro sua virili portione.argumen.Clemētinę ij.de censi. & ibi notat Ioan.de Imol.& probatur optimè in c. conquerente. de offic. ordi.ibi nisi quantum pensatis facultatibus.Quare si vna plus alia facultatibus abundat:plus contribuet.& si æqualiter abundāt,æqualiter contribuent.Et si æqualitas non seruaretur, possent subditę licitè conqueri.facit quod habetur in l.j. & in l. q se grauatis.C.de censi. & per ea quæ libro xj. tenet domi. Anto.in d.c.cōquerente.Qui dicit se aliàs de facto sic consuluisse. & sequitur ibi Ioan.de Imol.Et si ecclesia visitata esset omnino pauper,ita quòd nihil ad procurationem posset contribuere, debet prælatus suis sumptibus visitare.not.glo.in d.c.procurationes & Ioan.And.& docto.in d.c.conquerente.de offic. or.p c.licet.de censi. & Steph.in Clemē.j.de censi.Licet ergo teneatur semel in anno visitare, & etiā posset pluries visitare maximè exigente necessitate, vt dixi.j.libr.xij.non tamē poterit procurationem recipere etiam à volente:sed eo casu suis expensis visitabit.x.q.iij.c. cauendum.j.q.ij.placuit.xviij. q.ij.c. visitandi.in fin.& c.cùm Apostolus.in princip.& fine tenent Fon. Vin.Ber.Hostien.& Ioan.And. in c.cùm apostolus.& Lau.& Rof.prout ipse not.in libellis iuris canonici rubri.de procurationibus.§.illud quæritur.& Ioan.Goff.Vin.&.Hostien.in c. cū instantia.de censi.& Ioan.& Hostien.in c.venerabili.eod.titu.Ioan.Andre.& Henri.in d.c.procurationes.& Archi.cap. j.in princip.de censi.libro vj.Et quòd suis sumptibus dicto casu teneatur visitare,tenet etiam dominus meus in c. venerabilis.de censi.& c.cùm instantia.eodem tit.Zab.in c.cùm nuper. in fin.& c.procurationes.in fin.eod.titu.& Lapus Abb.& do. Do.c.fina.de censi.libro vj.faciunt quæ dixi.j.eod.libr.q.xiiij. versicu.x.q.suis ergo stipendijs in casu prædicto debet prelatus visitare:vt dicit glo.fina.c.venerabilis.de censi.argumen.x. q.iij.c.cauendum.&.xviij.q.j.c.nam nunc.& per gloss.c. cùm instantia.de censi.& tenet etiam Archi.c.j.de censi.libro vj.qa ad hoc sunt sibi reditus episcopales deputati.c. cùm ab omni. de vita & ho.cle.dixi.s.libro viij.Nec obstat de offi. ordi.c.cōquerente . vbi dicitur,q nomine procurationis nō potest amplius exigi, quàm pensatis facultatibus moderate possunt exhibere. Et sic videtur innuere, quòd aliquid debeant conferre . Sed dicit Archi.capi.j.de censi.libro vj. quòd si ecclesia est penitùs impotens,nihil contribuet.sic loquitur cap.placuit j.q.ij.aut non est penitus impotens : quia potest aliquid procurare,sed non integer:quia semper debet haberi ratio,ne ministri ecclesię egeant.facit.ff.de regu.iur.l.in condemnatione. & ne fraudentur alimentis.ff.de cessio.bono.l.qui bonis.dicit enim Archid.in c.cùm instantia.& c.procurationes.de censib. non obstat:quia quo ad contributionē non loquuntur de prælatis visitantibus,sed de legatis & nuncijs.imò cap.procurationes.facit contra eum pretermissis episcopis de quibus pretermiserat contributionem promittit solis legatis & nuncijs . art. xxv.d.c.qualis.& sequitur Ioan.And.c.j.de censi.lib.vj.Et aduertendum:quia non debet rector ecclesię pro soluendis procurationibus ornamenta ecclesiastica alienare,nec etiam pignorare,vt dicit tex.in c.cùm Apostolus.de censibus.& ibi docto. ad quod videndum c.j.de pig.& cle.si beneficiorū. de decimis. ¶Sed pone ecclesia visitata dicit se impotentem,visitans dicit eam potentem:cui credetur aut quis tenetur probare? Solut. Hostien.in c.procurationes.distinguit quod aut euidenter cōstat quòd est potens secundùm communem famam.ff.de fund. instru.l.cùm de lanionis.§.Asinam.& ff.qui satisda.cog.l.si verò.§.j.& tūc compellitur procurare.Aut euidēter liquet quòd eget:& tunc nō cogetur.ar.c.Odoardus.de solut.Aut dubitatur : & tunc potest prelatus si vult exigere iuramentum quòd veritatem dicet,& stabit dicto suo.ar.c.fi.de iureiurand.potest etiam ipsum excommunicare si suspectum habet sub hac conditione si in fraudem vel falso asserat se impotentem.argum.c. preterea.de appellatio.& sic relinquent eum conscientiæ suæ. de iureiuran.c.mulieres.scdm Hostien.d.c.procurationes. quē ibi sequuntur Ioan. And.& zab. & do.me.& Henr.q autem possit sic excommunicari,facit de sentē. excommuni. c.sacro. versi.quid si talis.& quod not.Abbas ibi super versi. dubitari de illo quem iudex excōicat : quia non soluit illud in quo est condemnatus qui dicit quod non habet vnde soluat : cum tamen fama sit quòd sit diues.& soluēdo.Similiter no.Host.in sum.de postul.§.quid pertinet.sub §.quid si clericus.& Spe.in titu.de aduoc.§.j.versi.sed nunquid cogi.Et ad id quod dictū est quis teneatur probare ecclesiā esse non soluendo,seu ecclesiam non sufficere:vide gloss.& docto.in c . quoniam.de vi.& ho.cle.& ibi per Ioā.de Imol.& do.meū in c.j.de præsum. & per Iac.de Are.& Nico.l.paupertas.de excu.tuto. & l.si constante.& per Bar.& mod.ff.sol.matri.& l.vbi C.de iure dot.& qđ latè scripsimus in ti.de procura.Sed quero quid si vna ecclesia soluit pro pluribus ecclesijs,secundū quod s.diximus qualiter concipiet libellum contra aliam ecclesiam. Solut.dic quòd poterit libellum hoc modo concipere.¶Coram vobis Reuerēde in Chisto P.& domino domino Ioanne de Aghazaria de Sena dignissimo Episcopo Grosseti propono ego M.Plebarius plebis sanctæ Mariæ de Campagnitico diœcesis Grosseti pro me,& A.B.C.D.E.quorum procurator sum contra G. H.I.&c. quod cùm de anno M.ccccl v. Iacobus Piccininus cū gentibus suis inuasisset territoriū Senense, & inter alias diœceses,diœcesim Grossetanam.Beatissimus in Christo pater Calistus tertius piè ac iustè cōsiderās fidelitatē et obedientiā quā Senenses ad Romanam ecclesiam , sedemque Apostolicam habuerunt.& quòd semper fuit, & est, & erit quasi quædam ſepes patrimonio beati Petri , & Romanæ curiæ intēdens optimi pastoris more Senensium indemnitati prouidere cum gentibus suis quas ad Senensium defensionem transmisit simul cum ipsis gentibus Reuerendissimum in Christo Patri & dominum dominum Episcopum nouariensem misit legatum. ¶Quare ijdē per grossetanā diœcesim transeunt,ego & prædicti A.B.C.D.E.procurationem exhibuimus in qua exposuimus decem modios frumenti , centum Bariles vini , decem vitulos,viginti castrata quadraginta edos,centum paria caponum,quinquaginta modios ordei : & in ouis,piscibus , caseo, & pluribus alijs debitis procurationibus necessarijs exposuimus florenos viginti:quę procuratio erat ab omnibus clericis vestræ diœcesis exhibenda.Quare tam nomine meo quàm prædictorum rectorū peto per vos & vestram sententiā ipsos G.H.I.&c.& quemlibet eorum condemnari ad conferendum debitam ratā,iuxta ecclesiarum suarum facultatem vestro arbitrio declarandam & æstimandam:& ipsos sic condēnatos &c. hęc forma iustificat ex his quæ superius dicta sunt & per Specul.titu.de censi.in princip.Ad quod etiam videnda quę latissimè scripsi.c.ij.de libel.obla.xij.princip.articu.per totum , sed maxime xv.q.princip.& sequen.Nec licet visitanti nisi vnam procurationem recipere vna die siue vnum locum visitauerit, siue plura : etiam si locus quilibet visitationi ab illo satisfaceret ad procurationem integrè persoluendam:cùm eidem sufficere debeat vt temporalia metat à locis personaliter visitatis pro diebus quibus eis spiritualia subministrat.text.est c.felicis. versicu.adijcientes.de censibus.lib.vj.& gloss.etiam penul.vbi assignat rationem:quia alias possit prælatus totam ciuitatem vna

vna die visitare: & tot procurationes recipere quot ibi essent ecclesiæ quod esset absurdũ. Et ideo numerus procurationum non debet excedere numerum dierum, vt d.c.felicis.& c.procurationes.de censi.& no.gl.super ver.vno die.cle.ij.de censi. Et quia cùm visitatio sit principale,& procuratio accessorium visitationi vnius diei: plurium dierum procuratio accedere nõ debet: quoniam accessorium suo principali maius esse nõ debet.not.Ioan.And.do.Domini.dicto c.felicis. Nec ab vna ecclesia potest plures procurationes recipere: nisi indiguerit visitari pluribus diebus,& fuerit visitata x.q.iij.c.inter cætera.do. Domi.c.felicis.de censibus.lib.vj. Et si prælatus qui duplici iure potest visitare: puta tanq̃ archiepiscopus,& tanq̃ legatus, diximus s.lib.iiij.in fi.si visitat eundm locum diuerso iure plures potest procurationes recipere, vt probatur in c.cùm nup. de censibus. quod intelligo quando secundam visitationem fecit ex causa: vt etiam ibi not.do.me.aliàs si confestim primam visitationem fecit: secunda videtur esse de superfluo & nõ nisi vnica videtur deberi procuratio secundùm zaba.dicto ca.cùm nuper.facit l.qui bis idem.ff.de verbo.obligat. Et eo casu quo duplex procuratio debetur si simplex procuratio soluatur, nec aliud exprimitur, intelligitur soluta nomine legationis cũ minus possit resisti legato quàm Archiepiscopo: & solutio præsumitur facta in duriorem causam.l.in his.in princip.ff.de solut.secundùm zaba.in c.cùm nuper.de censibus.ego dico hoc verum: habita tamen distinctione & consideratione de qua in l.j.ij.& iij.ff.de solutio. Sed circa prædictam quæstionem cùm s.lib.v.dixerimus quòd potest contingere quòd eadem ecclesia visitabitur per Primatem, & per Archiepiscopum dupliciiure, videlicet iure metropolitico. Item: quia sit legatus natus: & etiam per episcopum,& per Archidiaconum, aut Abbatem: & per prædictos etiam quandoq̃ potest reiterari, vt diximus infra lib.xij.& hoc preter visitationem quam faciunt legati & nuncij Apostolicæ sedis. quomodo poterit ecclesia tot sufficere ad procurandum? Solut.dicendum vt xij. libro latius tractauimus. Sed circa prædictam quæstionem vtrum vltra debitas & modestas procurationes per Archiepiscopos episcopos & similes visitatores aliquid exigi possit locus visitatis: & dicendum est quod non. Vnde non possunt eligere expensas quas in eundo ad locum illum visitandum fecissent: nec etiam vecturas equorũ conductorum, aut emendam equorum mortuorum aut vestium destructarum aut amissarum, aut pro ferraturis ipsorum equorum, & nedum quid exigere: & sic ab inuitis extorquere non possint: imò nec à volentibus prędicta aut aliquid aliud recipere debent text.est in c.ij.de cẽsibus, lib.vj. Sed idem Innocen.in c.procurationes.tenuit contrarium, vt dicit Gharzias quod sequuntur Hostien.& Gulel. quos refert gl.super ver.pecuniam.in d.c.ij.de censi.libr.vj.& sic Inn.videt̃ fuisse sibijpsi contrarius. Sed pro concordia & solutione vtriusq̃ opin.potest distingui ex mente docto. Quòd aut nos loquimur in legatis & nuncijs Apo.qui veniunt propter vtilitatem loci: & hoc casu procedit opinio Inn.in c.procurationes.& ita in veritate intellexit Inn.vt dicit Ioan And. quia illa opinio posita est super illa parte quæ loquit̃ de legatis & nuncijs Apo.sedis.& hoc fuit quod fecit errare Gharziã &c. Aut loquimur in archiepiscopis, epis & similibus visitantibus ex debito officij sui.& procedit prima: quia nec pro ferraturis equorum aut similibus aliquid exigere: aut volentibus visitatis recipere possint. Pro prima opi. Innocen.superius alleg.quam etiam sequutus fuit Archi.facit c.si episcopus.de offi.ordi.lib.vj. Hæc tamen opinio procedit, nisi esset talis indigẽtia in eo qui debet visitare per quam impediretur visitatio, & sic potest saluari glo.pręalleg.super verli.pecuniam.dum dicit si indigeant scd̃m Ioan.An.ibi in nouel.facit c.quod nõ est.de regu.iur.& quod dixi latè in c.si quis propter.de furtis. Nec etiam esculenta & poculenta Archiepiscopi, aut episcopi, et similes vltra ꝓcurationẽ recipere possunt scd̃m ea quę diximus s.eo.lib.q.vj.

39 ¶†Nonò quęro in quo loco procuratio pręstanda sit. Solu.dicendum ꝙ si loquimur de procuratione pręstanda ratione visitationis, debet præstari in loco visitato. facit cle.ij.de cẽsi. faciũt no.in l.fi.ff.de triti.& l.vinũ.ff.si cer.pe.& q̃ dixi in c.dilecti.de fo.cõpe.in ij.prin.art.j.q.in prin.& hoc ꝓcedit vbi ad locũ visitandũ accedunt. Sed si ex causa rõnabili ad aliũ locũ visitãs visitandos vocaret, scd̃m ea quæ lib.viij.diximus: tũc eo loco ꝓcuratio exhibẽda foret: in quo visitãs visitationẽ expediret. Et si fortè eadẽ die plura loca visitaret, clarum est quòd si fit procuratio pręstabitur in victualibus in loco vbi agit eo tempore quo victualia, vel pro prandio, vel pro cœna et equis sunt pręstanda. Et quando declinant ad seculares in refectorio simul cum prælato,& alijs clericis illius loci præstari poterit, sed cùm declinant ad regulã res seruãda est.cle.ij.de censi.& q̃d traditũ fuit s.eo.li.q.vj. Si verò cõuenit de ꝓcuratione præstãda in pecunia poterit vbiq̃ pręstari tã à secularibus q̃ à religiosis. Si tñ ad monasteria diuerteret, seruanda sunt quę diximus.s.eo.li.q.vj.ver.visitantibus autem monasteria. Et prædicta procedunt vt diximus in procurationibus quæ rõne visitationis debent̃. Procurationes verò legatis debitè præstandę sunt in loco vbi legati agũt: & legatis de latere etiã extra ꝓuinciã illis decreta procurationes sunt ministrandæ, vt voluit gl.pe.c.cùm instantia.de censi.& zaba.ibi & Host.& post eum Spe.in tit.de leg. §.superest.ver.illud quoq̃ nõ est omittendum.ibi, Item legato de latere. Sed de hac procuratione omittamus: quia ad præsentem materiã nõ pertinet.

40 ¶†Decimò quero pro quanto tempore, seu pro quot diebus debeatur procuratio. Solu.videtur dicendũ ꝙ pro vno tantũ die debeatur.x.q̃o.iij.c.inter cætera.& c.felicis.ver.adijcientes. de censi.lib.vj. Inn.in c.j.de censibus.lib.vj.in vers.visitatis.dicit ꝙ si pluribus diebus oportet visitantem in vna ecclesia intendere semper procurabitur.x.q.j.placuit.nam si in d.c.j.cõceditur Archiepiscopo redire ante primam procurationẽ non cõpletam.c.fin.de censi.lib.vj,& iterum procurabitur: fortius scd̃m eum licet manere,& visitationem perficere. Nec obstat j.q.iij.inter cætera.qa intelligitur cùm vna die potest visitatio expediri. Nec est malignandum cõtra iura secundùm Inn.allegat Hostien.x.viij.q.ij.c.visitandum.& c.nõ semel. Alij stantes in c.inter cætera. dicunt ꝙ c.placuit. est correctum, sed præcedens dictum cõmuniter tenetur. Et ad c.felicis.respõdet Ioan. And.in d.c.j.de censibus.lib.vj.quod nõ dicitur quòd vna sola die debeant procurari, sed quòd pro vna die solùm vnam ꝓcurationem debet habere etiam si plures visitat eadem die. Dicit etiam ꝙ visitator communiter trahet moram in vna ecclesia per vnã diem,& partẽ alterius diei. Nam scd̃m aliquos postq̃ stetit per vnam diem in vno loco die sequenti prędicat ad populum,& vadat ad vicinam ecclesiam ad prandium. Alij verò dicunt quòd procuratio incipit in cœna & finit in prãdio die sequenti: & sic sunt duo dies,& ista est cõmunis opinio Ioan. And.Hostien.do.Anto.& do.me.in c.cũ Apostolus. de cen. & Ioan. And.post Hostien.in c.j.de censi.lib.vj.& Hostien.in sum.in titu.de offi.archid.§.penul.ver.patet.per c.visitandi.& c.nõ semel.xviij.q.ij.& Ioan.And.in c.iij.de censib.lib.vj.licet Vincen.c.cõquerente.de offi.ord.dicat ꝙ in hmõi visitationibus assiduis eps episcopalẽ procurationem nõ recipiet, nisi semel in anno per c.inter cętera.x.q.iij.& malè scd̃m Henr. Sed põt breuibus concludi quòd siue vnam siue plures eadem die ecclesias visitet,& visitans in victualibus sit procurandus ꝓcurabitur pro debito tempore, quo prandium & cœna ministrãdæ sunt. Et si in vno loco reperiret se hora prandij, ibi procurabitur si hora cœnæ ibi cœna ꝓcurabitur: & si erit ieiunium, ibi pro ieiunij obseruatione cõcedendum,& si post ad alium locũ vel plura loca diuerteret in quibus propter ieiunium nõ procuraretur debent illa loca ecclesię quæ visitata sunt procuratio ni cõtribuere. Et idem dico de ecclesijs visitatis eadẽ die anteq̃ ad locum vbi ieiunium soluitur visitator diuertat: quia & ipse pro facultatibus cõtribuere tenentur.& si plures dies necessarium est moram trahere pro omnibus illis diebus scd̃m qualitem dierum in procurationibus prouidebitur: argu. dictorum iurium. Si verò de pecunia conuenirent, arbitror habendam considerationem temporis moræ tractæ in loco occasione visitationis necessitate. Illud etiam subiungo ꝙ si dies ieiunij occurreret, non esset tanta pecunia ęstimanda, quanta si bis in die procuratio esset pręstanda: quia pecunia succedat ex compositione in locum victualium, vt diximus s.eo.lib.q.vj.ver.est tamen aduertendum. Et ideo pecunia tanquã subrogata in locũ alterius debet illius naturam sapere, vt l.& si quis cum.§.qui in iuriarum.ff.si quis cau.& c.maiores.de baptis. Esset tamen habenda ratio equorum & illorum qui nõ tenentur ieiunare, & in nullo casuum prędictorum ecclesia visitata est vltra debitũ grauanda secundùm Ioan.Andr.in c.j.de censi.lib.vj.per c.sopitæ.de cen. Et siue procuratio pręstetur in victualibus, visitatio debetur,& præstari debet.& hoc clarum in pecunia procuranda seruandũ arbitror: quia vt dixi subrogatum in locum victualium quãuis scd̃m opinionẽ quorundã: videtur dicendũ ꝙ debent̃ collectiones fructuũ in fine anni.ad quod vidẽda quæ sunt supra lib.vij.tractata.

41 ¶†Vndecimò quæro qualiter procuratio petatur,& de forma libelli. Sol.distinguendum arbitror duo membra. Primum de legatis & nuncijs Apo.se. Secundũ de ordinarijs visitatoribus, quibus procuratio de iure communi debetur.

¶Circa primũ membrũ dicendũ ꝙ qñ legati aut nũcij Apost. se.trãseuntes aliquid postulabũt si ipsi pręsentes vel vicini sint

debent facere copiam literarum suarum. Si verò sunt absentes illarum trãscriptionem authentico sigillo sigillatum ostendere tenetur alioquin nullus tenetur eis in aliquo respondere. Sed si ostenderint debet eis numero personarum & equorum in literis comprehenso iuxta tempus quo eos morari contigerit, competenter prouideri: duntamen illi tradant suas patentes literas continentes quid, quantum, & quando receperint ab eisdem quæ literæ locorum ordinarijs assignentur. Et si absentes per procuratorem, aut nũcium procurationem exegerint, soluentes debent transumptum literarum sub sigillo authentico retinere: & sic sub aliquorum testimonio soluere, nec petere procurationem, nisi ab illis quorum dioeceses transitum fecerint: nisi fortè alicubi contigerit eos moram trahere, vel nisi aliqua dioecesis propter tempus moræ inibi factæ nimis in procurationibus sit grauata. Et hoc obtineret in legatis quibus in aliqua ꝓuincia plenè legationis officium non est commissum, vt in constitu. Alexandri. iiij. Solent autem legati & nuncij, sed Apos. literas super suis procurationibus mitte sub hac forma.

¶ Ludouicus domini Papæ nuncius vel Apost. sed. legatus E. Episcopo Senensi salutem in domino Iesu Christo. Cùm pro negotijs Apostoli. sedis in tali prouincia amplius commorari non oporteat, & etiam receptarum procurationum tempus cõpletum sit deuenimus ad præsens pro tot futuris mẽsibus die primo Maij in cupiendis procurationes ordinatas recipere facta igitur de concilio peritorum distributione æquali ecclesijs ciuitatis & dioecesis vestræ tot libras pro dicto tempore duximus imponendas. Quo circa imponendi ac proportionabiliter exigendi per vos vel alium dictam summam cum moderatis ac necessarijs expensis, pro exactiõe huiusmodi faciendis ab ecclesijs vel ecclesiasticis personis exemptis, & nõ exemptis ciuitatis vel dioecesis vestrę secundùm vniuscuiusq; ecclesię & loci facultates, prout soluere consuetum est, authoritate nobis in hac parte commissa paternitati vestræ præsentium authoritate plenam committimus potestatem. Nos verò ex nũc cõtradictores quoslibet & rebelles, si legitima monitione præmissa per vos de portione sibi legitimè imposita in pręfixo eis termino satisfacere contempserint in his scriptis excõmunicationis vinculo innodamus: et eorum ecclesias ecclesiastico supponimus interdicto quarum sententiarum denunciationem et publicationem & prædictorum: etiam si necesse fuerit absolutionem & interdicti relaxationem post cõdignam satisfactionem vobis tenore præsentium duximus committendas pecuniam ipsam nobis intra decẽ dies à præsentatione præsentium computãdos omni excusatione & dilatione cessantibus p aliquẽ vestrum certũ & fidelẽ nunciũ transmissuri. Porro vrgẽte nos viarum difficultate cogimur ex nunc vos monere & insuper in his scriptis excõicationis in vos & in ecclesiam vestrã interdicti sententias proferre si moram vel difficultatem aliquam in pręmissis adhibueritis & pręmissa adimplere cotempseritis vel si hac occcasione aliquid vltra summam supradictam a subditis vestris duxeritis extorquendũ scituri ꝙ super præsentatione præsentium literarum fidem eorũ dabimus portitori. De impositione autem prædictarum literarum necnon de Apostolico mandato necessarium est ꝙ nuncij faciant fidẽ, vt s. dictum est. Nuncij quoq; & legati viatores ad instar formæ pręd ictas suas literas hoc modo formabunt.

¶ Ioanni de Aghazaria episcopo Grosseti M. domini nostri Papæ, nuncius, salutẽ. literas Apost. nos recepisse noueritis in hac forma Calixtus Episcopus &c. veniẽs ergo ad talem locũ pro executione iniuncti nobis mandati, vel transiens per talẽ locũ pro sumptibus tot dierũ quibus ibi morã traximus à P. procuratore ciuitatis Grosseti dante atq; soluente pro clero ipsius ciuitatis & dioecesis quinquaginta ducatos. Cùm itaq; in partes onus diuisum & proportionaliter impositum facilius supportetur &c. vsq; ibi pecuniam ipsam &c. scd͂m Spe. in ti. de legato. §. superest. ver. item quando nũcij &c. & ver. solent autẽ legati. Et hęc procedunt in legatis & nuncijs petentibus procurationẽ, sed cõmissi eis mandati & oneris quod ex legatione subeũt, scd͂m qđ diximus s. eo. lib. q. vij. ver. pręd icta aũt nõ procedũt. Si verò à prædictis petenda esset procuratio ratiõe visitationis põt formari libellus scd͂m modũ de quo dicetur in sequenti membro. Circa secundũ membrum de ordinarijs qui de iure cõmuni volunt petere procurationem qualiter formare debeant libellum. dic quòd sub hac forma: Corã vobis &c. Propono ego B. procurator archiepiscopi cõtra Abbatem & conuentum monasterij sancti Mariani quòd cùm dictus Archiepiscopus consueuerit recipere ab omnibus monasterijs suæ prouinciæ procurationem quæ debetur ratione visitationis: tam rõne iuris cõmunis quàm præscriptæ consuetudinis. Idem Abbas & conuentus procurationem dicto Archiepiscopo irrationabiliter soluere cõtradicit. Quare peto ipsum ad procurationem soluendam cogi: & ad id sentẽtialiter cõdemnari. c. sopitæ. de censi. & c. j. de censi. lib. vj. scd͂m Spec. in tit. de cẽ. ver. vel sit libellus &c. Sed prædicta forma est satis inepta iudicio meo: ideo arbitror ꝙ aptior forma sit quòd facta narratione debita prout facti contingentia euenit, deductis causis cum narratione per quas concludatur, procurationem ratione visitationis debitam, & nõ solutam petit agens sententia eius coram quo agitur illum ad procurationem denegatam vel nõ solutam in totum vel in partem cõdemnari, & condemnatum cogi: & compelli sacrorum canonum remedijs opportunis, ad quod videnda sunt quæ latius diximus in c. ij. de libel. oblat. in xij. artic. princip.

42 ¶ † Duodecimò quæro qualiter procuratio per visitatorem sit recipienda. Sol. dic quod recipienda est benignè, & cum humanitate & gratiarum actione, vt est tex. in c. Apostolus. de cẽsibus. vbi tex. dicit nec sumptuosas epulas quærant, sed cũ gratiarum actione recipiant, quod honestè ac cõpetenter illis fuerit procuratũ. Scribitur enim ad Colocen. j. c. vlti. In omnibus gratias agite. Quãuis enim visitator recipiat à visitatis debitũ quodammodo necessarium. tamen ex affectu procurantiũ maximè forte vltra quàm teneantur: quia opiparè procurãt trãsit in beneficiũ, vt voluit Seneca lib. iij. de beneficijs tradit beatus Thomas secũda secundæ q.

43 ¶ † Tertiodecimò quæro qualiter & quibus remedijs visitatus possit cõpelli ad procurationem soluendam. Sol. dicendũ, arbitror ꝙ visitator põt intentare viam ordinariam porrigendo libellum coram habente ad id iurisdictionẽ per quem petat condemnari & cogi scd͂m ea quę supra diximus q. xj. Potest etiã per sententias censuræ excõmunicationis interdicti & suspensionis compellere denegantes debitã soluere procurationem. vt est tex. & ibi no. doct. c. cũ nuper. de censi. & ad prædicta videnda sunt quæ diximus s. li. vj. q. xx. & etiam quę tradita sunt s. eod. lib. q. xj.

44 ¶ † Quartodecimò quæro ꝑpter quas causas iustè ac legitimè ꝓcuratio denegari possit. Solu. dicendũ qđ causę possunt esse plures. verũ vt aptius declarentur, prosequar istas q̃ones. Prima vtrũ rõne priuilegij. Secũda vtrũ ratione exẽptionis. Tertia vtrũ ratione pręscriptionis. Quarta vtrũ rõne cõsuetudinis. Quinta vtrũ ratiõe cõpositionis vel pacti. Sexta vtrũ rõne cõmutationis. Septima vtrũ propter rem iudicatã. Octaua vtrũ propter paupertatem. Nona vtrum propter sterilitatem. Decima vtrũ ꝑpter nõ instantem necessitatem. Vndecima vtrum ex eo ꝙ visitator debitum modum excedit. Duodecima quid si subditus ex aliqua causa de quibus supra denegaret visitationem, vel nollet procurare vltra debitum modum excõmunicaretur, vtrum sententia teneret. Quartadecima vtrũ ecclesia possit se defendere à præstatione procurationis: quia dicit se indebitè soluisse.

45 ¶ † Primò quæritur vtrum ratione priuilegij ecclesia excusetur à solutione procurationis. Solu. dicendum est quòd sic si expressè conceditur ne aliqua ecclesia monasterium vel locus teneatur ad procurationem, vt in c. cùm instantia. & ibi docto. de censib. Et est text. in clemen. j. de censi. & not. gloss. super ver. alui. c. cùm ex officij. de pręscrip. Sed circa hoc quæro de no. et quotidiana q. Papa cocessit priuilegium cuidam monasterio, vt non teneretur ad procurationem legatorum: etiam si in literis eorundem dicatur, vt tam non est exempti quàm exempti ad hoc onus nisi de ipso indulto concesso monasterio fiat mẽtio de verbo ad verbum. Demum Papa concessit legato, vt possit exigere procurationem à quibuscunq; personis etiam exemptis quãuis talia sint priuilegia quod de eis sit fienda mẽtio de verbo ad verbum, quæ voluit in his literis haberi pro expensis. Quæritur nunquid per has literas legatorum sit derogatum illi priuilegio. questio est satis dubia in qua Federic. cõsilio ccxxv. tenuit primum priuilegium non esse sublatum per secundas literas: quia de priuilegio debet fieri mentio ad hoc vt illi derogetur, vt in c. veniens. de pręscript. Et plenè not. xxv. q. ij. in summa. & in cap. j. de pręscriptio. nec sufficit mentio generalis, sed requiritur specifica, vt in ca. ij. de dolo & contuma. Item si diceremus oppositum priuilegium esset inutile cùm Papa semper concedit plenissimas literas legatis & nuncijs. Sed tamen idem Federic. tenuit contrarium, vt patet consilio xlvj. mouetur: quia per verba generalia plenissimè reuocantur omnia priuilegia, statuta, & consuetudines, vt est bonus tex. in clementi. dudum. prope finem de sepult. Item si diceremus contrarium indirectè diminueretur potestas Papæ. nam cùm priuilegia consistant in facto, & Papa non habeat omnium memoriam, impossibile foret quòd de omnibus huiusmodi priuilegijs faceret mentionẽ de verbo ad verbũ. & satis debet esse

esse, ꝙ apparet de intentione sua velle talia priuilegia reuocare. Concludit ergo quòd tam in hac materia quàm in alia debemus semper considerare clausulas primi & secundi priuilegij, & secũdum eorum vim iudicare, vel pro priuilegio, vel pro reuocatione. & hanc vltimam opi. sequitur do. me. in c. cum instã tia. de cen. Ista materia iudicio meo indigeret latiori discussiõe: sed quia principaliter pertinet ad ti. de priuilegijs vel etiam de rescriptis: ideo omitto. Ad prędictam tamen materiam videnda sunt quę traduntur per Dyn. & Ioan. And. in rub. quod semel. de reg. iur. lib. vj. & per Bart. & legistas in l. si quis in prin. ff. de lega. iij. & per Bar. in l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. vbi singulariter voluit, quòd specialis dicitur fieri reuocatio, quando dicitur, non obstante aliqua lege, de qua oporteret fieri mẽtionem specialiter faciunt etiam quę traduntur per Bar. in l. humanum. C. de legi. & per Iac. But. l. de quibus ff. de legi. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de legi. & per Anch. in repe. c. j. de cõstitu. xiiij. q. prin. versi. quęro iuxta prędictam quæstionem. & alias plurimas remissiões potest quis videre in his quę de clausula non obstante, in titu. de consti. & de rescriptis latissimè diximus.

46 ¶ † Secundò quæro, vtrum exemptio tribuat iustã causam denegandi procurationem. ꝙuis de procuratione nullam faciat mentionem. Sol. dicendum est, quòd sic, ꝙuis monasterium aut locus sit exemptus à iurisdictione episcopali: & de procuratione nulla sit facta mentio, dummodo exemptio sit generalis seu vniuersalis à iurisdictione seu ordinarij. Secus si esset limitata ad certas species, in quibus non comprehenderetur visitatio & procuratio: ad quod videnda sunt quę diximus s. lib. vij. q. xiiij. in prin. & ita intelligi debet glo. fi. c. venerabili. de censi. & c. cũ instantia. eo. tit. Sed iuxta hoc. quæro. vtrũ ecclesia sit exempta generaliter, & vniuersaliter, seu simpliciter à iurisdictione sui ordinarij, vtrum prosit quo ad soluendas procurationes legatorum sedis Apo. aliàs autã etiam exempti tenerentur ad tale onus cùm nec contra tales procurationes curat præscriptio. de præscrip. c. accedente. Nec obstat prædi ctis c. cum instantia. de censi. quia secundùm Pau. de leaza. in d. Clementi. j. debet intelligi secundùm prædicta videlicet, de exempto exemptiõe speciali etiam à procuratione legatorum, vt innuit litera in d. cle. j. dum dicit quòd non credimus. Nam bene scit Papa, quòd à iurisdictione episcopali multæ ecclesiæ sunt exemptæ: sed ab absolutione procurationis legatorum nõ credit aliquam exemptam per priuilegium. Et idem tenet zenze. & Stepha in d. Clemen. & idem zab. in d. Clemen. j. in iiij. oppo. & gloss. ij. in c. cum instantia. de censi. Mouetur: quia ecclesia Romana non solet aliquem priuilegiare contra se. argu. l. iubemus nullam. C. de sacrosanc. eccle. Nec Imperator. l. competit. C. de præscrip. xxx. anno. quinimo dicit ibi Ioan. Andr. se non credere quòd papa possit aliquem priuilegiare, ne teneatur venire ad eum, vel quod per eum non possit excommunicari quod do. meus ibi habet pro indubitato. quia cùm Papa locum Dei teneat in terra. c. ij. de transa. prela. non debet posse aliquem eximere à sua potestate: quia per hoc eximeretur à potestate Dei. Nec contra supremam potestatem papæ valet prę scriptio. vt not. Inno. in c. bonę. ij. de postu. prela. Et ex prædictis infert do. meus in d. c. cum instantia & ex illo tex. dum dicit quòd non credimus ꝙ contra priuilegium indultum super exemptione à procuratione est præsumptio falsitatis. & quòd nõ emanauerit à curia Romana facit c. cum instantia ibi. quod non. c. credimus. & in glos. de censi. vnde expectanda esset secunda iussio. facit quod no. c. ij. de testi. Sed aduertendum: quia propter prædictam rationem intelligo hoc procedere tam in legatis de latere, quàm in legatis missis. Sed in legatis natis arbitror distinguendum ꝙ ecclesia est exempta ab omni iurisd. ordinaria: & tunc arbitror ꝙ non potest visitare, nec procurationem exigere non solum episcopus, sed nec Archiepiscopus, aut primas, aut legatus natus: quia omnes sunt ordinarij, licet aliqui immediatè, aliqui mediatè. & quia facilius debet intelligi sublata ab ordinario mediato quàm ab ordinario immediato. ar. c. de offi. iud. lib. vj. & c. Romana. de appel. lib. vj. & c. j. de pœni. & remis. lib. vj. cum si. Si vero ecclesia eximeretur à iuris. episcopali, aut legati nati: qa ex separatis non fit illatio, c. quod ad translationem. de off. leg. & l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. cum alijs iuribus vulgatis. Nec ob. quod statim dictum fuit: quia illa exemptio erat generalis ab omni iuris. ordinaria, ista autem est limi. ergo &c. secundùm ea quæ tradita sunt libr. vj. q. xiiij. in princip. Est tamen aduertendum ꝙ post hanc meam imaginationẽ reperi q. formatã per Lau. in Cle. j. de censi. lib. vj. Vtrum ecclesia exempta à iuribus episcopalibus, intelligitur exẽpta à procuratione. Archi. arguit quòd nõ: quia sub minori non continetur maius. ar. c. studuisti. de offic. deleg. c. cùm inferior. de maio. & obe. In contrarium arguit: qa Archiepiscopus quantũ ad ea quæ sunt ordinis, nõ habet plus ꝙ episcopus. Quinimo nec Papa plus habet. pro quo remittit ad not. per se in suo sacramẽtali in ti. de cor. episcopali. facit quia episcopus nõ est propriè dignitas, sed dignitatis culmẽ. de prę ben. c. venerabilis. & c. cùm olim. lx. d. c. si p ordina. c. ij. de prębend. lib. vj. hinc videmus quòd papa seipsum in literis appellat episcopũ. Concludit ergo quòd etiã à procuratione Archiepi intelligitur exempta. Vnde fortè dici posset. quod aut ecclesia vel monasteriũ eximitur à iuris. epali. & habet locũ quòd. s. dixi. aut à iuribus epalibus, & tunc habet locum opinio Laud. Et est aduertendũ circa prędicta, quod priuilegium exemptionis non extenditur ad ecclesias postea quæsitas. vt est text. in cle. j. in fine de censibus. quod procedit secũdùm Paulum, etiã si priuilegium exẽptionis expressè loqueretur etiã de ecclesijs acquirendis. Sed cõmuniter reprobatur, vt dicit zab. in d. cle. ij. in iij. opp. q. vij.

47 ¶ † Tertiò quæro vtrũ ratione pręscriptionis ecclesia seu monasteriũ posset se defendere à prędstanda procuratione. Vin. in c. cùm ex officij. de præscri. distinguit ꝙ aut procuratio non fuit petita, & videtur remissa: & post præsumptã remissionem potest inferior illam præscribere, sicut post priuilegiũ. de priuileg. c. cùm olim. Sed prædicta opi. non placet domino meo ibi: quia est contra tex. d. c. cùm ex officij. Dicebant enim illi Abbas & prior ꝙ non ab eis fuisset petita: & tamen nõ profuit nec tanta remissio vel præscriptio. imo dicit quòd qui nihil soluit, non potest se tueri præscriptione: secus si aliquid soluit ꝙuis modicum. ar. c. ex parte. de censibus. Ioan. And. c. fi. de censi. lib. vj. refert idem etiã tenuisse Inno. in quadam extrauaganti, quæ incipit venerabilibus. vbi concludit quod procuratio ex toto præscribi non potest. Sed quota sit: quia ius quo disponitur, vt aliqua detur procuratio, est publicum authoritate & vtilitate, sicut ius quod disponit de visitatione & correctione. Et hoc ne negligatur visitatio. Et not. bene hanc rationem de qua dixi. s. eod. libr. q. vij. versic. x. ratio. Consuetudo autem contra ius publicum authoritate & vtilitate nihil valet, nisi inducatur expresso consensu Papæ, vel tacita interueniente iusta causa. allegat. xij. d. non consuetudinẽ. & quod ibi no. ad quod videnda quę not. in c. fin. de consuetu. Et puto quòd si consuetudo est rationabilis, tollit tale ius publicum: licet non interueniat consensus Papę expressus vel tacitus: vt dicit gloss. no. iij. d. §. legis. & viij. distin. c. frustra. Satis enim habetur consensus Papæ ex dispositione. c. fi. de consuetu. vnde permittit generalem consuetudinem contra ius positiuum, si est rationabilis & præscripta. Sed in casu nostro ꝙ nihil detur pro procuratione non potest esse rationabile, vt patet ex supradictis, & ex his quæ dixi in vij. quæstione ius autem quod disponit de integra procuratione, est vtilitate priuatum. ideò pacto & consuetudine potest tolli eam moderando secundùm Innocent. in loco præalleg. alleg. x. quęstio. iij. relatum Ioan. And. in d. c. relatum. pro primo membro Innocen. quod ex toto præscribi non possit. allegat illum text. & quota possit præscribi, inducit. c. cùm olim. de censi. & eod. titul. c. felicis. lib. vj. Et quod no. glos. in c. quicunq;. xvij. quæstio. vij. quę dicit quòd in quantitate cathedratici currit præscriptio, non autem in totum. hanc tamẽ opi. non firmat ibi Ioan. Andr. ¶ Dominus meus dicit se dubitare vtrum ratio negligendi, quam Innocent. reddit de tota procuratione, locum habeat etiam in parte: quia vidẽs visitator quod de suo habeat impendere in procurando, se abstinebit à visitãdo. d. Ant. d. c. si diligenti. dicit se putare ꝙ de iure sit vera opinio Inno. dicit etiam valere præscriptionem in modo procurandi. de exces. Prela. c. sanè. & Spec. in titu. de legato. §. superest. ver. illud quoq;. Sed do. m. in d. c. cùm ex officij. putat quòd nec in totum, nec in partem valeat præscriptio, quemadmodũ nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi. Vnde primò ponderandus est text. dum dicit quòd contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur, non currit præscriptio: sed ratione visitationis debetur integra procuratio pro se, & suis secundùm numerum taxatum in c. cùm apostolus. de censi. ergo præscriptio non procedit etiam in parte: quia subtrahẽdo partem, subtraheretur debitum. ar. eius quod legitur & not. in l. quidam ex. ff. si cer. pet. Item mouetur per similitudinem quam facit text. d. c. cùm ex officij. dum dicit sicut visitatio non potest aliquo modo præscribi &c. vnde ponderanda sunt illa verba, aliquo modo, sicut visitatio non potest in totum vel in partem præscribi, ita nec procuratio illi annexa. vt hic & in c. translato. de consti. Præterea licet arguere de parte quo ad totum, quando eadem est ratio in vtroq;. l. quæ de tota. ff. de rei ven. & c. pastoralis. §. item cùm totum. de offic. dele. Sed visitatio ita leuiter negligeretur dando modicum, sicut nil dando: quia de modico non curatur. in c. & si quæstiones. de simo. ergo &c. dixi in c. de appellationibus. de appella.

Item.tex.d.c.cũm ex officij.indiſtinctè prohibet præſcriptionem contra procurationẽ;nec habemus tex.in contrariũ. ergo pro opinione magiſtrorum non debemus à verbis literæ recedere.ar.in c.ſolitæ.de maio.& obedi.& xix.d.c.ſi Romanorũ. ¶Ego ſatis dubito de prædicta deci.do.mei,nec etiam placet
48 opinio Vincen.Inno.Io.And.& do.Ant.†arbitror enim dicẽdum eſſe ꝙ regula ſit ꝙ ſubditus non poſsit ſe defendere præſcriptione,quominus prælato ſuo viſitanti procurationẽ ſoluere non teneatur,per tex.in c.cũ inſtantia.de cenſi.vbi tex.vult, ꝙ contra procurationẽ debitam non currat præſcriptio etiam longiſsimi temporis.tenet Spec.in tit.de leg.§.ſupereſt ver. illud quoq; non eſt omittẽdum,per d.c.cum inſtantia.Et Hoſti. in ſumma in §.de cenſi.§.ex qua cauſa per c.cùm venerabilis. & c.cùm nuper.eo.tit.Et hanc opinionem tenet Lau.& ſequit̃ Ioan.de Imo.in cle.j.de cenſi.Et hoc facit opinio illorũ qui voluerunt præſcriptionẽ non tolli procurationẽ,quod videt̃ procedere non ſolùm reſpectu totius procurationis,ſed etiã reſpectu partis quò ad quantitatem.Quia licet epiſcopus multis vicibus receperit minorem quantitatem debito: non tamen obligatur minorem recipere,vt voluit Specul.in titu.de cenſibus. ver.ſi.dixi ſ.lib.xj.q.vij.& hoc idem voluit.do.me.vt patet ex ſupradictis.Eſt tamen aduertendũ quod do.meus loquitur in præſcriptione.& Spec.dicit ſi multis vicibus.ſed de hoc ſtatim ſubijciam.Prædicta tamen regula videtur multipliciter limitãda.
49 ¶†Primò modo ſi loquamur reſpectu ſolutionis.ſecus reſpectu modi procurãdi:puta quod potius procuraretur in pecunia ꝙ̃ in victualibus,vel econtra.& ſic de ſimilibus. hæc fuit originalis opinio Spec.in tit.de lega.§.ſupereſt.ver.illud quoq;.loquitur tamen ſub dubio fortè alleg.c.ſanè.de exceſ. præla. In contrarium allegat.c.quãto.de cenſi.ſed ille tex. vt dicit Io. And.facit contra & pro,ſecũdùm varias lecturas.Sed do. Ant. vt patet ex ſupradictis in modo procurãdi tenet præſcriptiõi locũ eſſe:pro quo faciunt quæ dicta ſunt in ſeq.q.limi.ij.quod indubitanter procederet quando eſſet præſcriptio tanti temporis cuius in contrariũ memoria nõ exiſtit: vt ſtatim ſubijciam.
50 ¶†Secundò limitatur ſi ex præſcriptione defraudaretur viſitator debita procuratione.ſecus ſi non defraudaretur: ſed alius damnificaretur. Exemplum:ſi præſcriptio habet ꝙ quædã eccleſiæ non ſoluunt procurationem : ſed tamen procurationem ipſam ad quam ex debito tenerentur,ſoluant aliæ eccleſiæ, ſeu reliquus clerus. Et ſic valet præſcriptio quòd certa pars cleri ſoluat integram procurationem omnium eccleſiarũ.hanc opi. tenet Io.de lig.in c.accedentes.de procur.quod dictum eſt notabile. Sed domi.me.dicit in d. c. cum inſtantia. quod videtur eſſe contra illum text.dum dicit ꝙ nulla perſona debet eſſe excuſata ab hoc onere.& remittit ad no.per ſe in d.c. accedentes. mihi placet prædicta limitatio & ad text.c.cum inſtantia. Reſpon.ꝙ effectualiter perſona non excuſatur, ex quo alius ſoluit pro eo.Nec poſſum conſiderare rationem , quare hoc non poſsit præſcriptione induci.facit quod dicã in ij.mẽbro prin.
51 ¶†Tertiò limitatur,ſi non ſubditus vellet ſe defendere præſcriptione aduerſus ſuum viſitatorem:ſecus ſi alius prælatus diceret ſe præſcripſiſſe ius viſitandi illo loco:& per conſequens ſibi deberi procurationem. & diceret ſe præſcripſiſſe per viam excluſiuam:vnde ſubditus poſſet opponere ꝙ non competeret viſitatio.& ſi ſic eſſet nec procuratio,quæ non competit niſi viſitanti , ſecundùm ea quæ diximus ſ.hoc eodem lib. q.vij. verſi.ex prædictis infertur.poteſt enim prædicto modo viſitatio præſcribi.Et de vtroq; videlicet tam de viſitatione quàm de procuratione ꝙ alius poſsit hoc ius præſcribere eſt text.apertus in c.cùm ex officij.de præſcript.tenet Hoſtien.in ſumma in titu.de cenſi.§.ex qua cum.vide quæ diximus libr.vj. quæſtio. xiiij.ver.quarto quæro.
52 ¶†Quartò limita,ſi modo loquamur in ſimplici præſcriptione longi vel longiſsimi temporis &c.ſecus in præſcriptione tanti temporis,cuius in contrarium memoria non exiſtat: quoniam præſcriptio prædicta habet vim tituli,& conſtituti ſeu priuilegij.c.j.de præſcripti.lib.vj.& lib.j.in fin.& l.hoc iure.§ ductus aquæ.ff.de aqua quo.& æſti.c.ſuper quibuſdam.de verb. ſigni. in quæſt.vij.c.hoc quippe.& l.ſi arbiter.ff. de proba. Et Ioan. Andre.c.cum Apoſtolica.de his quæ fiunt à præla. Ioan.Mo. c.ij.de præſcript.lib.vj.Bald.in quæſtione quæ incipit Apuleius.ad quod videnda ſunt,quæ latius ſcripſi.c.ſi. de dilati. xxij. prin.argu.quæſtio.iiij.prope finem.
¶Sed priuilegio poteſt competere,vt quis non teneatur procurare,vt diximus.ſ.in j.& ij.q.huius.xiiij.q.princi. Et prædictam limitationem arbitror procedere ſiue loquamur de modo procurandi,ſiue quod alius ſoluat,ſiue de parte quotidiana procurationis,ſiue etiam de integra procuratione. ex quo, vt dixi,talis præſcriptio habet inſtar priuilegij : & ꝓdicta omnia poſſunt ex priuilegio competere , vt diximus. Aduertendum tamen:quia contra prædicta fortiter videtur obſtare.c.venerabili.de cenſi.vbi tex.vult quòd procurationi non præſcribitur ꝙ̃uis ſubditus nunꝗ̃ fuerit viſitatus.vt patet ex text. ibi dum dicitur,procurationem hactenus non ſoluerunt.Solu. arbitror poſſe multipliciter reſponderi.¶Primò ꝙ dictio illa hactenus, debeat reſtrĩgi ad tempus longum,vel longiſsimum,quod nõ habet inſtar conſtituti & priuilegij.Secundo modo poteſt reſponderi ꝙ ſi aliquis alleg.præſcriptionẽ,& fundet ſe ſuper ſola præſcriptione:licet ſit tanti temporis,in cuius contrarium memoria non exiſtat.Sed aduerte:quia in præſcriptione iſta tanti temporis,cuius in contrarium memoria non exiſtit, non videtur neceſſarium allegare titulum per præalleg.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo.& æſtiua.& d.c.ſuper quibuſdam.de verb.ſigni.Sed poteſt ad hoc reſponderi,quod illud procedit in actibus,in quibus aliquid agitur poſito ꝙ non ſit neceſſaria tituli allegatio.Secus quando præſumptio allegaretur nullo dato actu poſitiuo,ſed ſola patientia aut negligentia interueniente:quia tunc eſt neceſſaria tituli allegatio. & maximè quando res eſt grauis præiudicij de quo per Bar.in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſu.& per Cy.Pet.& doc.in l.ſi certis annis.C.de pac. ¶Tertiò modo poteſt reſponderi ꝙ c.vene.procedit,quando quis allegaret præſcriptionẽ prædictam ſolùm contra procurationem,& permitteret ſe viſitari:quia admiſſa viſitatione tenetur ſoluere procurationem.cùm viſitationi ſit annexa procuratio per ea quæ latius dicta ſunt ſ.eo.lib.q.vij.&c.
53 ¶†Quintò limitatur,ſi modo loquamur in procuratione debita ratione viſitationis:ſecus ſi deberetur ratione conſuetudinis vel inſtitutionis:quia tunc poteſt præſcribi etiam longiſsimo tempore ſecũdùm Gul.in Cle.j.de cenſi.Mouetur per not.per glo.ſi.in c.accedentes de præſcri.& ſequitur zenze. ſuper ver. conſuetudine.in Cle.ij.de cenſi.per not.d.c.accedentes. & c.cũ ex officij de præſcripti.Et recitando ſequitur Io.de Imo. in d. cle.ij.& mihi placet.Et idem arbitror,ſi ex priuilegio, vel conuentu ſeu cõpoſitione deberetur non ratione viſitationis , per ea quę diximus.ſ.eo.lib.q.vij.ibi,ſi vero procuratio non eſt debita.no.Hoſt.in ſumma in tit.de cenſibus.§.ex qua cauſa.
54 ¶†Sextò limitatur,ſi modo eſſet procuratio quæ deberetur ratione viſitationis,& de iure communi:ſecus ſi conſuetudine. Exemplum ſi eſſet Abbas,vel Archi.cui ex conſuetudine cõpeteret viſitatio & procuratio ſecundũ Gul.& Ioan.de Imol. in do.Clementi.j.de cenſi.per not.in c. cùm ex officij.de præſcrip.& mihi placet.Et idẽ arbitror ſi priuilegio,præſcriptione, vel alio iure ſpeciali competeret viſitatio & procuratio , tum quia facilius tollitur ius ſpeciale quàm commune , tuetur per not.per gloſ.in authen.qua in prouincia.C. vbi de cri. agi op. & in authentica.vt omnes obe.iudi.prouin.§.ſi igitur. & gloſ. l.ij.§.omnes.ff.de iud.& in auẽ.vt iud.ſine quoquo ſuf.§.quod autẽ.col.ij.tum quia res de facili reddit ad naturã ſuam. xxxv. d.c.ab exordio.& l.ſi vnus.ff.de pac.cum ſi.& ſi pro prædict. deci.facit quod not.gloſſ.ſuper ver.legitima.in Cle.j.de cenſi.
55 ¶†Septimò poteſt limitari ſi modo prædicta præſcriptio eſſet ſuper tota:ſecus ſi ſuper parte,dummodo eſſet ſuper tali parte quòd veriſimiliter non impediretur viſitatio, per ea quæ ſuperius dicta ſunt.& quę dicta ſunt infrà.quęſtio.vij.in ij. limitatione.
56 ¶†Quartò quęro,vtrum quis poſsit ſe tueri conſuetudine aduerſus procurationem.Sol.do.me.& doc.idem videntur velle de conſuetudine quod de præſcriptione,& velle zab.poſt Stepha.in Cle.j.& ij.de cenſi.& exemplificat Steph.& poſt eum zab.in oratorijs priuatis per c.ſi.de cenſibus.quod exemplum nõ videtur mihi eſſe bonum:quoniam oratoria priuata de iure non videntur viſitanda:ad quod videnda quæ diximus li. vij. quęſtio.xj.Ego arbitror quòd conſuetudine poſsit queri:quia ſi poteſt queri viſitandi poteſtas,vt dixi ſ.art.vij.quęſtio.xiiij. verſi.iiij.q.ergo & procurandi,cùm procuratio ſit annexa procu.viſitationi,vt ſæpius dictum eſt.& acceſſoria ad viſitationẽ. ergo &c.ar.reg.acceſſorium de reg.iur.li.vj.& maximè in caſibus in quibus.ſ.diximus poſſe reduci præſcriptione, qui tamen caſus poſsint adaptari ad terminos conſuetudinis.Prædicta tamen concluſio procedit,quando alius prælatus præſcriberet procurationem per viam abdicatiuam ab alio Prælato: quia tunc poteſt ſubditus ſublata poteſtate viſitandi,& procurandi ab vno virtute conſuetudinis,cuius vigore alius prælat⁹ præſcripſit per viam abdicatiuam. Si verò quæſiuiſſet conſuetudine præſcripta per viam accumulatiuam, vt quandoq; contingit in Archidiaconis & ſi.ſecundũ quod ſ.diximus: tũc nec
57 quæſtio,nec deciſio procederet.¶†Quintò quęritur vtrũ compoſitione inita poſſet quis ſe defendere à ſolutione procurationis.exemplum ſi prælatus per compoſitionem remittit procurationem

rationem recipiendam. Sol. Innoc. in c. cùm ex officij. de præscri. tenet quòd sic, cùm in iure priuato temporalitate consistit. vij. q. j. c. quàm periculosum. sed tacitè remitti non potest secūdum eum, idest multo tempore non recipiendo procurationē, cùm non præscribatur contra ipsam vt d. c. cùm ex officij. Procuratio enim debetur accessoriè per visitationem: quia visitatione retenta tenetur accessorium videlicet procuratio. Sed visitationem & correctionem quæ consistunt in iure publico, etiam expressè non potest superior remittere secundùm Innoc. Ad hoc alleg. quod legitur & no. in c. si diligenti. de fo. compe. do. me. alleg. c. cum venerabili. & quod ibi no. de censi. & l. legatus. ff. de offi. præsi. Idem quòd non posset procuratiò expressè remitti, tenuit Vin. in d. c. cùm ex officij. nisi remissio fiat ꝑ vim. j. q. iij. quæsitū vel precario. l. malè agitur. C. de præscr. xxx. an. Ho. autem tenet contrariū: quia est iuris publici sicut ipsa visitatio, cui est annexa. arg. c. translato. de consti. Inno. in extrauaganti quæ incipit, venerabilibus. magis strictè locutus fuit. nā tenuit quòd pacto potest remitti in parte non etiam in totum. per c. relatum. x. q. iij. d. Ant. d. c. cùm ex officij. dicit quòd opi. Inno. vt non possit expressè remitti, est vera in remissione temporali ad præiudiciū prælati: non autem ad perpetuam ad præiudicium successoris. art. c. ij. de preca. & c. de cætero. de trāsac. domi. me. in d. c. cùm ex officij distinguit quod aut q. nunquid possit prælatus anno quolibet, dum visitat, remittere hāc procurationem. & dicit ꝙ sic & expressè, & tacitè non petendo. ar. opti. in c. fi. xij. q. ij. in d. c. periculosum. & c. ad Apostolicā. de regula. cùm ex hoc non lędātur iudicia publica. Aut quæritur nunquid possit illam remittere se obligando ad eam nō petendo pro futuro tempore: et indubiè dicit quòd nō, nec respectu sui, nec respectu suorū successorum: quia ea ratio quæ militat vt non possit præscribi, de qua dictū est, militat vt non possit pro futuro tēpore remitti. Si enim hoc esset remissibile per prælatum, fortius esset præscriptibile: quia iuris authoritate remitteretur. ar. in l. alienationis verbo. ff. de verb. sig. ratio enim annexionis & iuris publici. & ne visitatio negligatur ex defectu procurationis militat contra remissionem siue contra præscriptionem. ar. c. si diligenti. de fo. cōpe. Et tantò fortius quantò in remissione non interuenit iuris authoritas: nec aliquis fauor publicus versatur, qui versatur in præscriptione l. j. ff. de præscri. iuxta ea quæ tradit. do. me. in ru. de præscri. Hinc est ꝙ bona ecclesiæ possunt præscribi: vt per totum titu. de præscri. quæ tamen per prælatum alienari seu remitti non possunt. x. q. ij. sine exceptione. Et quod nō valeat remissio seu etiam cōpositio, quod fortius est, alleg. glo. no. in Cle. ij. de censi. in ver. compositiones. fatetur tamen secundū quod dicit illa glo. ꝙ super modo procurandi, & super numero procurandorū poterit interuenire compositio. ar. c. cùm Apostolus. de censi. de trāsact. & c. statuimus. de decimis. ex multiplici. quod tamen intelligo, vt fiat ita & taliter quod indirectè procuratio non tollatur, nec visitatio debita negligatur. Quid enim si interuenisset compositio vt procuraretur episcopus cum vno clerico? certè paria sunt nil dare, vel ita modicum, quòd ex modicitate euidenter negligeretur visitatio, per ea quæ superius in præcedenti. q. demonstrata sunt. argu. optimum in lege. si quis antea. ff. de acquir. posses. vbi dicitur quod conductio seu locatio facta pro vno nummo, nullius momenti est. & sic limitat do. me. illā glo. & quod legitur & no. x. q. iij. c. relatum. mihi ex toto non placent prædicta. Vnde arbitror dici posse clarius & breuius loquendo ꝙ regulariter talis procuratio per prælatum remitti non potest, per iura ad hoc superius alleg. hæc regula recipit plures fallentias siue limitationes.

58 ¶ † Primò si simpliciter remitteret non solū pro præsenti tpe, sed etiam pro futuro: secus si loqueremur de remissione quę fieret quolibet anno per prælatū visitantem secundū quod s. dictum fuit per do. me. ¶ † Secūdò limitatur, si modò fieret com-
59 positio seu remissio simpliciter: secus si fieret super modo procurandi, vel numero procurandorū per præalle. glo. not. super ver. cōpositiones. in d. Cle. ij. de censi. & ibi Pau. de zab. & idē etiam voluit. glo. super ver. legitima. in Cle. j. de censi. & idē voluit Gul. ibi dicens ꝙ remissio & compositio potest excusare à tanto, non à toto. alle. no. in c. conquerente. de offi. ord. qa quatuor sunt iura episcopalia, quæ episcopus etiā si velit, non pōt à se abdicare in totū, videlicet Visitatio, Correctio. Procuratio & Cathedraticū: cùm ista contineanť sub episcopali imperio, quod non pōt episcopus à se abdicare seu abijcere. ff. de offic. præsi. l. legatus. ff. de pac. l. ius agnationis. facit quod no. de dona. c. pasto. & ista fuit originalis opi. Hosti. in sum. in tit. de offic. ord. §. quod pertinet. ver. & no. quantumcunq;. & Lau. cle. j. de censi. & ibi per zab. Et prædicta procedunt, si modo talis cōpositio fiat cessante fraude secundùm Io. Gof. Ber. & Host. c. cùm ex officij. de præscrip. & Pau. Ste. Ioan. de Imol. in Cle. ij. de censi. Placet tamen in hoc limitatio do. me. si modo remissio seu compositio fiat in quātitate, & numero, & modo discreto. ita quòd verisimiliter propter eam non tolleretur seu retardaretur debita visitatio. facit quod dixi. q. v. limitatione. j.

60 ¶ † Tertiò limitatur, si modo esset procuratio, quæ deberetur de iure communi. secus si deberetur ex cōpositione, priuilegio præscriptione, vel consuetudine non proprio Prælato, sed alteri. & fieret compositio vel remissio procurationis speciali iure quæsita, per quam rediremus ad debitam iuris cōmunis dispositionem: quia tunc valeret etiam super toto, etiam si fieret talis compositio, vel remissio per solum pręlatum ad hoc allego tex. sing. in c. j. iuncto c. fi. de pac. lib. vj. & quod tradit singulariter conciuis noster Fede. de Senis consil. lxxxix. faciunt quæ dicta sunt. s. q. v. in v. & vj. limitatione tenet Pau. & post eum zaba. in cle. ij. de censi. facit Cle. ij. de decimis. Et quia contra eā præscribitur not. Inno. in c. cùm ex officij. de pręscri. facit c. ve-
61 nerabilis. & quod ibi no. de censi. ¶ † Quartò limitatur, si modo loquamur de cōpositione, quam faciunt ordinarij, quibus de iure communi communi competit ius visitandi & procurationis exigendi: secus si compositio seu remissio fiat à lega. Apo. se. secundùm Gul. in Cle. j. de censi. quod tamen procedit secūdùm eum in remissione expressa: secus si sit tacita. alle. de arbi. c. cum tempore. & quia honor qui impenditur legatis, est honor pape. xcvij. dist. c. nobilissimus. de offic. lega. c. cùm olim. Et est no. quod per remissionem seruitiorum non intelligitur remissa procuratio. tex. est & ibi traditur per doc. in c. cùm ve-
62 nerabilis. de censi. ¶ † Sextò quæro, vtrum subditus excusetur à procuratione ratione commutationis. Sol. Hostien. in c. cùm ex officij. de præscrip. tenet quòd possit fieri commutatio vt pro procuratione recipiatur pecunia annuatim per c. relatū x. q. iij. dummodo fraus excludatur. ar. l. præsens. C. de transact. Hosti. verò dicit quòd in c. relatum. statutū fuit ad tempus ex causa: nec ibidem conuentio confirmatur. do. meus remittit ad id, quod hodie habetur in c. exigit & c. felicis. de censi. libr. vj. concludens quòd potest prælatus recipere pecuniam à volentibus pro procuratione sibi debita, non autem ab inuitis. imò prælatus ab inuitis extorquens incurrit pœnas, de quibus in d.
63 c. exigit. ¶ † Septimò quæro, vtrum res iudicata tribuat legitimam causam denegandi procurationem. Sol. glos. super ver. legitimam in Cle. j. de censi. tenet quòd sic per. c. cùm inter. de re iud. & per no. per glo. fi. in c. cùm ex officij. de præscri. vbi gl. hoc idem tenet. vnde si inter aliquē prælatum volentē visitare & procurari, ortum fuit litigium, & sententia lata contra pręlatum, quæ transiuit in rem iudicatam, huiusmodi res iudicata iustam tribuit causam denegandi procurationē: quod tenet Gul. si sententia sit obtenta virtute priuilegij papalis: secus si occasione consuetudinis præscriptæ, quod dictum intelligendum. secundùm ea quæ diximus. s. ver. iiij. q. vtrum ratione præscri-
64 ptionis & quæstionis seq. ¶ † Octauò quæro, vtrū paupertas tribuat legitimā causam denegandi procurationem. Sol. dicendum est quod sic secūdùm Pau. & zab. Clemen. j. de censi. per text. x. questione. tertia. cauendum. & c. cùm apostolus. & c. cum instantia. de censi. quia inanis est actio & c. de restit. spo. c. olim. ij. ff. de dolo. l. namis. de solu. c. Odoardus. & quia impotentiā visitati supplere debet visitās suis sumptibus. Ad quod videnda sunt quæ diximus. s. lib. xj. q. v. & q. viij. ver. vnde no-
65 tandum. ¶ † Nonò quæro, vtrum propter sterilitatem ecclesiæ habeat legitimā causam denegādi procurationē. So. Lau. tenuit quòd sic. x. q. j. relatū. & sequitur ibi Arch. in gl. fi. Dicūt tamē quòd sequēti anno soluet duas procuratiōes, dummodo absq; grauamine ecclesiæ possit. ar. ff. locati. l. si vno. tenet Henr. c. cū Apostolus. de cēsi. Ego pro primo dicto allego, quod dicitur in q. præce. quod tū arbitrarer limitandū, nisi præcedēs annus fuisset adeo abundās, ꝙ nō obstāte sterilitate sequētis anni absq; grauamine ecclesiæ posset procurare. Pro secundo dicto faciunt, quæ traduntur in c. propter sterilitatē de locato. & l. licet C. locati. & ibi per Bal. facit etiā quod tradiť per d. me. in c. pro
66 hibemus & c. quanto. de cēsi. ¶ † Decimò quærò, vtrū ecclesia legitimā habeat excusatiōnē denegandi procurationem, si prælatus suus illam visitet non instante necessitate. Sol. dicendum arbitror quòd aut loquimur de visitatione, ad quam prælatus annis singulis tenetur secundùm ea quæ diximus libr. iiij. v. & seq. & hoc casu ecclesia tenetur, quàmuis fortè ipsa nulla indigeret visitatione. Aut loquimur de visitatione, quam prælatus vellet reiterare vltra visitationem ad quam obligatur, vt dictum est: & tunc cùm illam solummodo debeat facere instante necessitate, vt diximus in præced. lib. & hoc casu dicendum arbitror, quòd ecclesia non teneatur procurare per ea quæ ibi diximus.

67 ¶ † Vndecimò quęro vtrum sit iusta causa denegãdi procurationem, si visitator debitum modum excedat? Solu. dicendum est quòd sic, vt est tex. c. sane. & c. cùm ad quorũdam. de exces. prela. tenet Specu. in titu. de leg. §. superest. versi. illud quoque non est omittendum.

68 ¶ † Duodecimò quæro, quid si subditus ex aliqua causa legitima, de quibus supra, denegaret visitationem, vel nollet procurare vltra debitum modum à iure dispositum. & propter hoc excommunicaretur, vel interdiceretur, aut suspenderetur, vtrũ sententia valeret. Solu. dicendum est. vt latè traditum fuit supra lib. vj. q. xiiij. ver. sed iuxta materiam. Potest tamen dicere ꝙ si excommunicaretur, aut alia sententia innodaretur ex eo: quia visitatus denegaret procurare vltra legitimum numerum euectionum & personarum, sententia indubitanter esset nulla, per text. in dicto c. cùm ad quorundam. Si verò propter alias causas, recurrendum est ad theoricas traditas in dicto versicu. Sed iuxta materiam.

69 ¶ † Tertiodecimò quæro, vtrũ ecclesiæ & monasteria, & loca ciuitatis visitanda possint, se excusare à tali præstatione procurationum. Sol. dicendum est quòd non, secundùm ea quę diximus eo. lib. q. v. versi. & debetur talis procuratio.

70 ¶ † Quartodecimò quæro, vtrum ecclesia possit se defendere à solutione procurationis eo quod alleget se indebitè soluisse procurationem. Sed glos. in ver. legitima. cle. j. de censi. dicit ꝙ non, nisi aliud probetur: quia de mente dictæ Cle. j. videtur ꝙ possidens sit tuendus in sua possessione, donec probetur indebita alle. c. peruenit. de censi. de elect. c. quærelam. ad fi. & qđ ibi no. de offi. or. c. duo simul. in ij. gl. idem etiam tenet Pau. in d. Cle. j. & Ste. ibi facit qđ habetur in c. j. vt lit. pen. & per totũ.

71 ¶ † Quintodecimò quæro, de pœna visitatoris transgredientis debitam procurationis exactionẽ. So. text. in c. procuratores. in fine de censi. dicit. Qui autem cõtra hoc venire tentauerit. & quod acceperit, reddet & ecclesiæ quã taliter aggrauauit & tãtundem impendat. & per illam cõstitutionẽ tria prohibentur.

¶ Primum ꝙ procuratio non reciperetur, nisi à locis visitatis ĩtelligitur de procuratione ratione visitationis debita.

¶ Secũdũ ꝙ solùm in victualibus procurationem reciperent.

¶ Tertium, ꝙ visitantes, vel familiares numera nõ recipient. verũ pœna contra facientibus non erat opposita. vnde prędicta etiam pœna adiecta fuit confirmata per Inn. in c. j. de cẽsi. lib. vj. §. procurationis. vbi tex. dicit, procurationes autem recipiat secundũ qđ est in canonibus constitutũ nullam tamen pecuniam ipse, vel aliquis de familia occasione alicuius beneficij. aut consuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine: sed in victualibus expensas recipiat moderatas. Caueat insuper, ꝙ nec ipse vel quisꝗ suorum aliquod munus, quodcunꝗ sit, & qualitercũꝗ offerać, pręsumat recipere, ꝙ si fuerit contra pręsumptum recipiens maledictionem incurrat, à qua nunꝗ nisi duplum restituat, liberetur. volumus enim in his in fraudẽ quãlibet penitus euitari vt d. c. j. Et dicebat Hostien. in sum. de cen. §. quibus est dandũ ver. quid si recipiat qđ recipiens contra prędictã cõstitutionẽ, & postea celebrans, antequã pœniteat, iudicium sibi manducat & bibit: sicut dicimus de cõstituto in quolibet peccato mortali. de cohabi. cle. & mul. c. fin. de conse. dist. ij. c. quotidie. accesserunt. c. pro dilectis. Sed hodie alia est imposita pœna per Gregorium x, in c. ij. de censi. li. vj. & fuit vtilis talis pœnæ adiectio; quia non omnia deducuntur in iudicium. de præben. c. cùm iam dudum. vnde sola prohibitio non videbać sufficere vnde Macrobi⁹ super somnio Scipionis ad fin. si inqt. Inter leges illa dicitur imperfecta, in qua nulla deuiãtibus pœna sancitur multorum maledictionem illam quasi aquam bibẽtium secundũ Gul. & Io. And. in d. c. ij. facit quod not. gloss. in de offi. or. & prædicta pœna fuit cõformata & aucta per Grego. x. in c. ij. de censi. lib. vj. vbi text. formaliter dicit. Statuentes vt vniuersi & singuli qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitum exigeret pecuniam, vel etiam à volente recipere: aut alias cõstõnem ipsam recipiendo munera sine visitationis officio nõ impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare pręsumpserit duplum eius, qđ receperit ecclesiæ à qua id receptum fuerit intra mensem reddere teneatur. Alioquin extunc Patriarchæ archiepiscopi duplum ipsum vltra prædictum tempus restituere differentes ingressum sibi ecclesiæ interdictum. Inferiores verò ab officio & beneficio nouerint se suspensos, quousꝗ de duplo huiusmodi grauatis ecclesijs plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione liberalitate seu gratia valitura text. est in d. c. ij. Et est mirabilis & casus singularis: in quo non possum rem meam, vel mihi debitam remittere, cùm nihil sit tam naturale ꝗ voluntate dñi rem suam in alium trãsferri. insti. de rerum diui. §. partialitatis. Et cùm rei suæ quilibet est moderator & arbiter. l. in re man data. C. manda. Et similis casus in quo non sufficit remissio. not. in c. statutum. §. si quid autem. de rescrip. lib. vj. quos tex. & maximè vltimum naturè & diligenter debent ponderare visitatores & ipsas constitutiones obseruare, ne in tam graues pœnas incidant.

¶ Circa prædictas tamen constitutiones primò notandum est quòd in prædictas pœnas incurrit recipiens duntaxat: vt patet ex. d. c. j. ibi recipiens maledictionem. & in d. c. ij. ibi, exigere pecuniam &c. & ibi recipiendo, & ibi receperint. Vnde dicerem ꝙ licet visitans teneatur pro familia sua. arg. lxxxvj. di. c. amputatis. & c. generali. §. fina. de elec. lib. vj. tenet glo. super ver. teneatur. d. c. j. de censi. lib. vj. tamen arbitror quòd non teneatur visitans ad prędictam pœnam, sed solùm recipiens. nisi etiam visitans fraudem ad id commiserit: quoniam pœna suos debet tenere authores. c. quę sint. de his quæ fiunt à præla. l. sancimus. C. de pœnis. Arbitror tamen ꝙ familiaris, cui conueniret pœna prædicti capi. secundi, ad illam teneatur. Si verò non conueniret, incurrant pœnam maledictionis. de qua in dicto capi. primo.

¶ Secundò notandum quòd in dicto duplo inest simplum. est enim hoc regulare: quia si lex vel statutum imponat pœnam per nomina multiplicatiua duplum, triplum, quadruplum, excepto furto, semper in duplo inest simplum. tex. est in l. mulier C. de sponsa. & ibi Barto. & Bald. in l. hoc edicto. ff. de publi. in sti. vi bo. rap. §. fi. inst. de actio. §. sic itaꝗ. & Barto. in l. sanctio. de pœnis. cum si.

¶ Tertiò nota. quod si tempore quo Patriarchis Archiepis epis interdictus est ingressus ecclesię &c. celebrarent in ecclesia in suo officio sicut prius, irregulares efficerentur per c. is qui. de senten. excom. lib. vj. & etiam si interim morerentur non sepelirentur in cœmiterio secundùm gl. super verbo, interdictum. in c. ij. de censi. lib. vj.

¶ Quartò not. ꝙ alij inferiores qui secundùm prædictam constitutionem d. c. ij. pœnam suspensionis ab officio et beneficio incurrunt, si interim celebrarent vt prius, sunt irregulares: nec possunt ab alio, ꝗ à Papa absolui. c. j. de reiud. libr. vj. & c. j. de sen. excom. lib. vj. tenet glo. super ver. suspensos. d. c. ij.

¶ Quintò not. quòd quàmuis tex. prædicti velint restitutio. fieri ecclesijs: tamen satis est si fiat restitutio prælatis, seu rectoribus ecclesiarum, secundùm Gul. & Ioan. And. in d. c. ij. vnde ex ponetur ecclesijs, id est earum rectoribus probatur. vj. q. j. scire debes.

¶ Sextò notandũ, quod visitantes & alij qui in prædictas pœnas inciderunt, facta restitutione statim sunt absoluti sine alia sententia. lxxx. d. c. si qui. cum suis concordantijs. de sponsa. c. non est. tenet glo. pe. d. c. ij de censi. lib. vj

¶ Septimò no. quòd illud quod dictum est de pecunia non recipienda, est hodie limitatum per c. felicis. de censi. libro vj. ad quod videnda sunt quæ diximus. s̃. hic eo. lib. q. vij. versi. est tamen aduertendũ. Sed cõtra prædicta inquantum dicitur ꝙ talis indebitè exigens tenetur ad duplum op. quia imò videtur ꝙ teneatur ad quadruplum. xviij. d. c. quoniam quidem. Sol. glo. fi. in d. c. procurationes soluit quod ibi loquitur de exenijs. & hanc solutionem tenet Host. in summa in tit. de censi. §. quibus. ver. si exenijs. quæ solutio non procedit per alle. c. j. in fi. de censi. lib. vj. vbi etiam loquitur de exenijs, dum dicit, munera: & tamen satis est quod reddat duplum. Host. dicit quòd etiam in exenijs satis est ꝙ reddat duplum. Et ad cõtrarium respondetur, quòd potest intelligi, quòd quando per vim vel per concussionẽ aliquid est extortum. vt in auć. vt iu. sine quo. suf. §. si ergo in fin. & §. si necessitatis. in fi. facit quod not. in c. quoniam. in glo. fin. Hæc tamen sol. communiter non placet Doc. quia continet diuinationem. vnde datur tertia sol. videlicet quòd ibi loquitur in alio casu, videlicet quando Archiepiscopus episcopo accedente ad conciliũ prouinciale de his quę secum defert, aufert. & hanc solutionem communiter tenent Doc. in d. c. procurationes. & ibi do. Ant. & do. me. zab.

¶ Octauò not. quòd exigens vltra taxatum numerum, suspenditur ex constitutione Benedicti ab officio & beneficio, secundùm Lap. Abb. allega. xxxvij.

¶ Nonò notandum quòd pœnæ dictæ non habent locum in visitantibus monasteria non seruantibus constitutionem Cle. ij. de censi. vnde dicit gloss. super vers. religiosi. Quicunꝗ religiosi frequenter conqueruntur, quòd constitutiones editæ cõtra eos, sunt pœnales. & figurat ibi gloss. plura exempla. constitutiones verò contra alios in eorum fauorem editæ non sunt pœnales. Ego arbitror quòd respectu pœnarũ de quibus in c. j. & ij. de censi. lib. vj. ita teneantur visitatores monasteriorum sicut aliarum ecclesiarum: sed ideò in d. Cle. ij. non adijcitur alia pœna: quia loquitur de his, qui debitas recipiunt procurationes, vt

nes.vt patet ibi, procurationes debitas. Sed non seruant constitutionem illam in reliquis. Similiter etiam non habet locum in visitatoribus monasteriorum qui eligũtur in c.generali prouinciali ipsorum monasteriorum. de quibus in c.ea quæ. de sta. mona. qui si constitutionem illam transgrediuntur, puniuntur pœna ibi statuta. de qua diximus lib.x.q.xiiij.versi. Et hęc seruanda sunt.

72 ¶†Duodecimo lib. principali tractandum est quoties, & quãdo possit fieri visitatio. Circa quod dicendum est secundũ aliquos, quòd singulis annis semel, si causa subest.x.q.iij.c. relatũ. & c.cauendũ. Sed si necessitas non subest de triennio in triennium.per.c. Archidiaconis.de offi. Archi. Sed cõmunis opinio est ꝙ quilibet Prælatus, cui visitandi officium de iure cõmuni incumbit, semel in anno potest visitare.ff.tex.est in c.conquerente.de offi.ord.& ibi glos.x.q.iij.c.decernimus.& c. episcopum.& c.placuit.& de hære.c.excommunicantis.el.j.§.adducimus.de offi. Archi.c.mandamus.& ibi glo.tenent Gof.Ioã. & Philip.in c.cùm venerabi.de censi.& glo.ij.in c.si episcopus.de offi.or.lib.vj. Archi.xviij.q.ij.c.visitandi. Hosti.in sum.in titu. de censi.§.quibus.& §.qualiter.ver.sed quoties.& in ti.de offi. Archi.§.quod sit eius offi.ver.visitabit.& Archi.in c.fi.in j. gl. de censi.libr.vj. & Henri. bohic.in c.cùm Apostolus.de censi. & monasteria monialium annis singulis visitanda sunt.tex. est in Cle.attendentes.de sta.mo. prædicta tamen regula plures recipit limitationes.

73 ¶†Primò limi.si necessaria, vel alia legitima causa visitandi subesset: quia tunc non solùm bis, sed pluries posset visitare. probatur c.mandamus.de offi. Archi.ibi, nisi fortè talis causa emerserit, propter quam episcopum oporteat præfatas ecclesias sæpius visitare.xviij.q.ij.c.visitandi & c.non semel.& per quę iura idem tenet glo.ij.in c.si episcopus.de offi.or.li.vj.x.q.j.c. regenda.& sic plures debentur procurationes.tenet glo.versi. annua in c.conquerente.de offi.ord.& d.c.mandamus. & glos.c. cùm venerabilis.de censi. Et debet intelligi secundùm glo.prędictas.& d.c.cùm venerabilis.dum dicit bis in anno: quia intelligitur si instante necessitate, secũdùm vnum intellectum, quẽ sequitur Zab. Vel potest responderi ad illum text.vt diximus in seq.fal. Vel aliter & iij.vt diximus in iij.fal. Vel aliter & iiij. vt diximus in vij.fallen. Idem tenet Hosti.in summa de censi. §.quibus est danda.& in summa in tit.de offic. Archi.§. quod sit officium.ver.patet ex præmissis.tenet Ioan.in c. episcopũ. & Archi.ibi in glo.adde & huiusmodi visitationibus. Io. Lau. & Archi.in d.c.visitandi, xviij.q.ij.& Inno.& Arch.c.j.de cẽsi. lib.vj.super ver.visitat.& Io. And.ibi in nouella & Henr. in d. c.cùm apostolus. Et hæc fallentia procedit etiam in monasterijs monialiũ exemptarũ, quę p ordinarios authoritate Apo. visitantur secundũ dispositionẽ Cle.fi.de statu mo. & hoc tenet glo.in d.Cle.fi.in prin.super ver.annis singulis. sequit̃ Pau. ad text. illum dum dicit, annis singulis. Respon. quòd respicit consuetã & regularẽ visitationem, quæ fit etiam sine causa, nõ tamen prohibet iteratam, si causa subesset. Potest ergo monasteria & loca exempta toties visitare authoritate Apostolica, quoties posset iure ordinario visitare loca non exempta, cùm ponatur sub eo. præcepto.ar.c.translato.de constitu. In contrarium tamen facit: quia cessante dispositione d. Cle.ij. ordinarius nullo modo possit visitare loca exempta. Ergo cùm concedatur quod annis singulis visitet, videtur quòd tantùm semel. Sed tamen plus placet præcedens opinio: tum quia non dicit semel tantùm: tum quia vna & eadem determinatio determinãs duo determinabilia debet pariformiter determinare.l.ꝗ̃uis.& l. hæreditatis.ff.de impu.& alijs substi.c.maiores.de bapt.xv.q.vij. c.& hoc dicimus. Cùm ergo dicta dictio annis singulis, respicit non exempta & exempta: ergo sicut subiecta ex causa potest pluries visitare: ita etiam exempta: & maximè monasteria in plus teneri videntur quo ad visitationem.

74 ¶†Secũdò fallit si hoc cõpetit ex onere in fundatione ecclesiæ adhibito, vt possit bis vel pluries visitari & procurari.ar. text. xviij.q.ij.c. Eleuterius.& est tex.secundũ vnum intel.quẽ tenet glo.fi.in fi.in d.c.cùm venerabi.de censi.& hunc intel.tenet ibi do.me.licet zab.dicit ꝙ continet diuinationem.facit.c.quanto. de censi.& c.pręterea.de iure patro.tradit Hen.bohic in c.cùm Apostolus.de censi.& zab.Cle.fi.de statu mo.

75 ¶†Tertiò fal.si potestas pluries visitandi & procurandi competeret ex speciali consuetudine præscripta.tex.est secundùm vnum intellectum in d.c.cùm venerabilis. quem tenet Hosti. ibi, qui dicit ꝙ illa Decretalis loquitur secundùm consuetudinẽ quarundam ecclesiarum, in quibus episcopi procurationem recipiunt bis in anno: vnde dicitur in talibus ecclesijs vulgariter ꝙ episcopus habet procurationem cum fœno, & cum herba. hoc est semel in hyeme, & semel in æstate: vnde potest habere vnam procurationem de iure communi, & aliam de consuetudine præscripta.facit Cle.ij.versi.ipsis autẽ.de censi.& idem tenet etiam Hostien.in summa in tit.de censi.ver.quibus est dãda.in fi.& Henri.c.cùm Apostolus.

76 ¶†Quartò fallit, si ex priuilegio competeret potestas eodem anno pluries visitandi.facit de priuile.c.pastoralis & c. porro. & Cle.ij.§.ipsis autẽ.de censi. Item quia si hoc potest facere cõsuetudine, vt dixi in præcedẽ.fal.fortius hoc potest priuilegiũ Papæ, vt in extrauaganti Ioannis.xxij.quæ incipit, Suscepti.facit lxiij.dist.c.in synodo.& c. Adrianus secundùm Henri.in d. c.cùm Apostolus.

77 ¶†Quintò fallit in Archidiacono, qui non semel in anno: sed de triennio in triennium vnam debet facere visitationẽ, & vnã procurationem.c.j.de offi. Archi.& Host.in summa in titu. de offi. Archi.§.quod sit officium.ver.patet ex pręmissis ꝙ ad minus de triennio in triennium debeat visitare per d.c.j. Sed ad plus semel in anno: nisi causa emerserit, propter quam habeat sæpius visitare.& ita procedat.c.mandamus.de offi. Arch. Vel secundùm glos.in d.c.j.possumus distinguere, quod aut loquimur de visitatione propriè parochiæ ipsius Archidiaconi: & illam semel in anno iure ordinario tenetur visitare. ita loquitur c.mandamus. Aut loquimur de visitatione fienda de tota diœcesi ad mandatum episcopi propter ipsius impedimentum.& tunc de triennio in triennium.& sic loquitur.d.c.j.

78 ¶†Sextò fallit si diuerso iure vellet visitare: quia tunc põt bis visitare exemplum in illo, qui est Archiepiscopus & legatus natus: qui tanꝗ̃ Archiepiscopus potest semel visitare in vno anno: & tanꝗ̃ legatus potest eodem anno secundam facere visitationem: & duplicem recipiet procurationem.text. est in c. cùm nuper.de censi.& hoc tenet zab.ibi.facit c.cùm olim. de re iudic. Quod tamen procedit secundùm zab.quando ex causa sic visitaret: aliàs si post primam visitationem confestim facit secundam: videtur esse de superfluo. Quod procedit in dubio, vt arbitror, alias posset cõtingere causa propter quam etiã eo iure posset immediatè reiterare visitationem. Et sic facta duplici visitatione legitimè vna tamen duntaxat simpliciter soluta sit procuratio in dubio secundùm Vincen. potius intelligitur soluta nomine legationis, cùm minus possit resisti legato quàm Archiepiscopo. & solutio præsumitur facta in causam duriorem.ff.de solu.l.in his.in prin.secundùm Vin in d.c. cùm nuper.& seq.ibi zab.

79 ¶†Septimò fallit in Archiepiscopo, qui potest reiterare etiam eodem anno visitationem diœcesum suffraganeorum suorum. per text.in c.j.§.postquàm.de censi. libro vj. vbi text.formaliter dicit: Postquàm autem omnes diœceses prouinciæ suæ visitauerit, licitum sit ei postea, prius tamen suffraganeorum suorum requisito concilio, videlicet in concilio prouinciali: vt dicit ibi glo.& ipsius diffinitione super hoc habita corã eis, quæ in his scriptis redigi volumus, vt possit alijs esse nota visitationem per eundem reiterare prouinciam iuxta modum superius annotatum, etiam si non interueniat in hoc suffraganeorum assensus illam semper prouinciam adhibendo, vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias eosq́ʒ cleros & populos prius visitet, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati: nisi magis sit alijs visitationis officium opportunum. vt d.§. postꝗ̃.ad quorum intellectum videnda sunt, quæ latissimè dicta fuerant s. in vj.prin.libr.quæstio.v. Et prædicta procedunt etiam nulla data suffraganeorũ negligentia: vt in c.fin. de censi.& latius dictum fuit in d.q.v.

80 ¶†Octauò fallit vt arbitror, si Archiepiscopus iure metropolitico semel visitasset prouinciã suam: & demũ data regula suffraganeorũ suorum, vel alicuius suffraganei sui vellet iterum visitando negligentiam illorũ supplere: nec in hac visitatione arbitror necessarium esse seruare formã.c.j. de censi. lib.vj. videlicet vt incipiat à sua diœcesi: quoniã primam visitationem facit iure suo ordinario. hanc autẽ propter negligentiã suffraganei, quã supplere tenetur.ix.q.iij.c.cùm simus.de sent. excom.c.per tuas.de app.c.qua fronte.& in auẽ.de eccle.tit.§. si quis autem.& §.seq.col.ix.not.glo.in c.pastoralis.de offi.ordi. Nam in hac visitatione cessat ratio cessandæ formæ. de qua in d.c.j.de censi.li.vj. Et quia non esset conueniens propter negligentiam suffraganei grauare propriam diœcesim Archiepiscopi iterata eodem anno visitatione, vt in reg.non debet alteri.ff.de reg.iur.cum sua materia. Ex prædictis rationibus idẽ ego arbitror, quando fortè instantia necessitatis iteratam suffraganeorum suorum, vel alterius eorum vellet facere visitationem, vigore cuius necessitatis superius diximus annuatam visitationem reiterare posse: in his tamẽ maturius cogitandũ est,

81 quoniã à doctoribus non tanguntur. ¶†Nonò fallit in visitationibus monasteriorũ, quæ etiam ab eodem ordinario pluries in anno possunt visitari. vt est tex. in c.cũ venerabilis. de censi.

ſecundùm Ioan. Vincen. & Goſ. qui dicunt quòd monaſteria
plus in hoc tenentur, quarum eccleſiæ ſubſunt epiſcopo vtraq;
lege diœceſana & iuriſditionis. Monaſteria verò non ſubſunt
lege diœceſana, ſed iuriſ. tantùm: vt legitur & not. in c. dilectis.
& c. conquerente. de offi. ordi. Vnde cùm monaſteria in hoc al
leuientur, grauantur in alio, vt ſeruari debeant canones, qui tra
dunt monaſteria ſæpius viſitari. xviij. q. ij. c. non ſemel. & c. vi-
ſitandi. Nec obſtat quòd text. in c. venerabilis. loquatur de ec-
cleſia & non de monaſterio: quia poteſt reſponderi, quia ſecũ-
dùm Ioan. Andre. vt patet in antiqua eccleſia, illa erat canoni-
corum regularium. Et prædictam opiñ. tenet Henri. in c. cùm
Apoſtolus. Eſt tamen aduertendum quòd text. in Cle. fin. de
ſta. mo. dicit quòd annis ſingulis debeant viſitari, & non dicit,
ſæpius. ergo ſolùm vna viſitatio fieri debet. Et hoc tenet glo.
ibi ſuper verbo, annis ſingulis. dicens quòd ſolummodò poteſt
reiterari, ſi neceſsitas ſuberit, & ſic videtur quod ſufficiat annua vi-
ſitatio, niſi diceretur quòd ille tex. loquitur ſolùm in monaſte-
rijs monialium, non autem de monaſterijs monachorum. Vn-
de in monaſterijs monialiũ correcti ſunt canones antiqui, qui
dicebant ſæpius viſitanda. in monaſterijs verò monachorum
incorrecti remaneant, vt ſæpius ſint viſitanda. Fortè dici poſ-
ſet quod iure ordinario & regulariter ſicut eccleſiæ ſeculares, & cle
rici non ſunt niſi ſemel viſitãdi: ita nec monaſteria per iura no
uiſsima quæ ſimpliciter diſponunt de annua viſitatione, niſi
alia ſubſit cauſa ſpiritualis, propter quam iteratò poſsit fieri vi
ſitatio, ſecundùm quod in fallentijs hic inſertis explicauimus.
& ad hoc videnda quæ diximus in fi. primæ fallentiæ,

82 ¶ † Decimò fallit, ſi prælatus ordinatus vellet ſæpius eodẽ an-
no viſitare abſq; eo quod aliquam procurationem inde recipiat,
vel aliud grauamen inferat ſecundùm Henri. bohic in c. cùm
Apoſtolus. in princip. de cenſib. quoniam ex talibus procura
tionibus ſalus cleri, & populi, & vtilitas, & informatio eccle-
ſiarum, & non grauamen eccleſię procuratur. & ita dicit poſſe
intelligi. xviij. q. ij. c. viſitandi. in prin. & mihi placet. Cæterum
cùm ſ. dixerimus, quod eadem eccleſia poteſt viſitari à legato de la
tere, & legato miſſo, & legato nato, & Primate, Archiepiſco-
po, & epiſcopo: & quandoq; ab Archidiacono, Abbate, et nũ
cio ſedis Apo. & alijs de quibus diximus. ſ. arti. v. & non ſolũ
ſemel, ſed ex varijs cauſis pluries. Poſſet quiſpiam dicere, quid
faciet miſer rector eccleſiæ. Nam Archipreſbyter viſitat. c. j. ij.
iij. de licentia Archiepiſcopi cum duobus equis. Et Decanus
cum duobus, & Archidiaconus cum quinq;, vel ſeptem equis,
epiſcopus cum xx. vel xxx. Archiepiſcopus cum xl. vel l. & ſi
militer Patriarcha. Cardinalis cum xxv. ſecundùm ea quæ la-
tius diximus ſ. lib. ix. Quare ſi omnes hi eodem anno, etiam ſe
mel ad eandem eccleſiam declinauerint, cito certè ad examina
tionem extremæ virtutis. i. facultatis eccleſia deueniret. Et lon
gi temporis vicium breuis hora conſumeret, quod eſt cõtra iu
ra x. q. iij. c. inter cætera. ante medium. de cenſi. c. cùm Apoſto-
lus. Ad huiuſmodi abſurdum euitandum varij varia dixerunt,
quorum opinio. refert Hoſti. in ſum. in titu. de offic. Archi. §.
quid ſit eius officium. verſic. ſed diceres, quid faceres. Sed illas
ego referre omitto: quia cõmuniter reprobantur, & ſunt omni
no falſæ: vnde dicit Hoſti. in d. loco ſe putare quod ius non debet
calumniari: neq; verba captari: ſed qua mente quid conſtitua-
tur, animaduertere conuenit. ff. ad exhi. l. pe. Putat ergo quòd
ad hoc vt eccleſia Dei ſanctius regatur, crimina purgentur, &
virtutes inſerantur, plures viſitatores ſunt admittendi. argu. ff.
de no. oper. nun. l. nam reipublicæ. & l. prece. §. ſi. Sicut ergo ſe
ptem cohortes conſtitutę ſunt propoſitis eis tribunis, & ſuper
omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilũ appellatur, vt vrbs
ab incendijs defenderetur. ff. de offi. præfec. vigi. l. iij. Sic multò
fortius cauendæ ſunt eccleſiæ Dei ab incendijs ſpiritualibus.
Vnde ad hæc incendia euitanda inferiores conſtituti ſunt pro
poſitis eis epiſcopis & Archiepiſcopis: & ſuper omnes ſum-
mus Pontifex proponitur: quare omnes ad prædictum effe-
ctum viſitabunt. Sed aduertendum, quoniam per prædicta nõ
videtur tolli ſupradictum abſurdum: quare dicẽdum arbitror
quod ſi propter neceſsitatem eccleſiæ totiens reiteratur viſitatio,
ſibi imputet eccleſia, quæ talem cauſam præbuit. hoc ſentit glo.
ſuper verbo annua. in c. conquerente. de offi. ord. vnde damnũ
quod ſua culpa ſentit & c. vt in reg. damnum. de regu. iur. li. vj.
Si verò eccleſia nullam viſitationi cauſam præbuit & pluries vi
ſitaretur nec poſſet tot viſitatores procurare: tunc vel facta cõ
tributione, vel proprijs ſumptibus viſitantis, talis viſitatio fiet
ſecundùm ea, quæ diximus. ſ. lib. xj. q. xiiij. verſ. vnde notandũ.
Et ſemper habenda eſt ratio, ne miniſtri eccleſiæ egeant: vt ibi
diximus. faciunt ad prædicta quæ traduntur per Hoſt. & Ioã.
Andr. de offi. Archi. c. mandamus. & Lap. Abb. poſt Io. Añd.
in c. fi. de cenſi. lib. vj. qui dicunt quod impotentiam viſitati viſitãs
ſuis ſumptibus ſupplere teneatur.

83 ¶ † Poſtremo loco tractandum eſt de effectibus, qui producũ-
tur ex viſitatione. Circa quod dicendum eſt quod varij, multipli-
ces, ſanctiſsimi, neceſſarij, & vtiles fructus ex viſitatione oriun
tur & producuntur. Per eum namq; prælati præceptis canoni-
cis atq; diuinis ſatiſfacere intelligunt, ita vt canonicè viſitantes,
& viſitationem legitimè expedientes, non poſsint de neglig ẽ-
tia reprehendi. de quibus aliquid lib. iij. explicauimus. Inſurgit
etiam animarum ſalus tam clericorum quàm laicorum per ex-
hortationem, correptionem, & reformationem. Et ipſarum ec
cleſiarum vtilitas ac reformatio, ſecundùm ea quæ latiſsimè de
monſtrata ſunt lib. x. per totum. ſed potiſsimum q. j. ij. iij. & v.
& ex ea fructus vberrimi & ſalutiferi referũtur: qui nunq; per
eunt. vt dicit tex. in c. procurationes. de cenſi. per viſitationem
itaq; eccleſia Dei ſanctius regitur, crimina purgantur, virtutes
inſeruntur: ſecundùm quod & præcedẽti, & alijs ſuperioribus
libris latius explicata fuerunt.

¶ Hæc enim ſunt Reuerende domine, do. Ioannes de Aghaza
ria Groſſeti epiſcope, quæ inter hos ſaxeos montes &
colles ſuperioribus longioribusq; noctibus circa
viſitationis materiam mihi Mariano Soci
no Senenſi literis mandare viſum
fuit. Tu vale, & emenda: &
me commenda-
tum habe.

¶ Explicit tractatus de viſitatione domini Mariani Socini.

Marianus Socinus.

DOCTISSIMA MARIAni Socini Seneñ. I. V. Luminis clarissimi repetitio, super c. Ad audientiam. de homicidio. nunc typis hisce nostris elegantissimis recens impressa atque examussim, expurgata, feliciter occipit.

SVMMARIVM.

1 Clericus familiam propriam licitè potest corrigere.
2 Irregularis in dubio præsumitur quis.
3 Magister, seu præceptor qualiter animo docendi præsumatur castigasse.
4 Irregularitas quid sit.
5 Irregularitas vnde dicatur.
6 Irregularitas quo fuerit introducta iure.
7 Irregularitatis species quot sint.
8 Irregularitatem quis incurrere possit.
9 Infideles an possint in irregularitatem incidere.
10 Furiosus quare irregularitatem incurrere nequeat.
11 Furor qualiter probetur.
12 Infans committens homicidium, an incurrat irregularitatem.
13 Puer quando doli capax dicatur.
14 Dormiens an incurrat irregularitatem propter homicidium.
15 Ebrius an incurrat irregularitatem propter homicidium.
16 Prodigus an incurrat irregularitatem.
17 Fœmina vtrum incurrat irregularitatem.
18 Irregularitas qua de causa fuerit instituta.
19 Irregularitas quare, & qualiter, & quibus casibus contrahatur.
20 Bigamus est irregularis.
21 Irregularitas qualiter incurratur ob defectum corporis.
22 Irregularitas qualiter incurratur propter inobedientiam.
23 Suspensus ab officio est irregularis.
24 Fornicator notorius an sit irregularis.
25 Irregularitatem an incurrat audiens diuina in loco interdicto.
26 Celebrans in loco interdicto, an sit irregularis.
27 Sepeliens excommunicatum, an incurrat irregularitatem.
28 Excommunicatus baptizans an efficiatur irregularis.
29 Interficiens hominē mediante iustitia, an efficiatur irregularis.
30 Clericus scribens aliquid in causa sanguinis, an efficiatur irregularis.
31 Chirurgus an sit irregularis.
32 Infirmum etiam moriturum reuoluens vt citius moriatur an incurrat irregularitatem.
33 Irregularis an dicatur is, qui ita parcè vixit ꝙ vitā sibi ademit.
34 Homicidium fortuitum committens, an efficiatur irregularis.
35 Interficiens inuadentem se, an sit irregularis.
36 Occidens alium qualiter probabit hoc ad defensionem necessariam fecisse.
37 Petrus an incurrerit irregularitatem, dum auriculam abscidit seruo Pontificis.
38 Clericus interficiens prædones se detinentes, an incurrat irregularitatem.
39 Bannitus interficiens aggressorem, an efficiatur irregularis.
40 Celebrans interficiens aggressorem suum, an sit irregularis.
41 Irregularitas an incurratur ex qualibet mutilatione.
42 Fratres minores se defendentes, an incurrant irregularitatem.
43 Interficiens mortaliter vulneratum, an efficiatur irregularis.
44 Mulier interficiens fœtum proprium an efficiatur irregularis.
45 Latronem percutiens, an efficiatur irregularis.
46 Interficientes simul aliquem, an omnes efficiantur irregulares.
47 Clericus percutiēs in aliquo conflictu, an efficiatur irregularis.
48 Interficiens vel mutilans fœminam, an sit irregularis.
49 Occasionem dans homicidio vel mutilationi, an incurrat irregularitatem.
50 Clericus an efficiatur irregularis, si eius consanguinei in rixa, quam mouit, aliquem interficiant.
51 Clericus an irregularis efficiatur, si fur, quem penes alium dimisit, ligatum, interficiatur.
52 Furem indicans an efficiatur irregularis.
53 Clericus tradens furem officiali citra sanguinem puniendum, an sit irregularis.
54 Clericus non valens debitū suum sine sanguinis effusione consequi, an possit iudicis officium implorare.
55 Clericus accusans de furto cum protestatione, an sit irregularis si morti tradatur.
56 Princeps legem condens, qua morti traduntur delinquentes, an sit irregularis.
57 Inquisitor fidei pronuncians quem hereticum, ex quo mors sequitur, an sit irregularis.
58 Clericus pulsans campanam ad condemnationem alicuius damnati ad mortem, an sit irregularis.
59 Irregularis an, & qn̄ efficiatur, præstās opem, auxiliū, vel fauorē.
60 Arma ministrās homicidium facturo, an sit irregularis.
61 Associans aliquem homicidiū commissurum, an sit irregularis.
62 Portans ligna ad comburendos hæreticos, an sit irregularis.
63 Irregularitas qualiter incurratur propter iussum.
64 Mandans an irregularis efficiatur, si mandatarius occidatur.
65 Syndicus vniuersitatis accusans de crimine, ad quod mors sequitur, an irregularis efficiatur.
66 Consilium ab ope differt.
67 Suggerere quid sit: quid instigare: & quid monere. & nu. seq.
70 Consulens homicidium, an sit irregularis.
71 Consulens castrum furtiuè capi, an sit irregularis.
72 Irregularis an quis efficiatur ex consilio. & nu. seq.
83 Irregularis an efficiatur is, cuius negligentia, vel desidia homicidium committitur.
84 Irregularis an efficiatur is, qui tractatum ei in cuius mortem scit conspiratum, non reuelauit.
85 Consensus est in idem plurium tacitus sensus.
86 Irregularis an efficiatur quis per solum consensum.
87 Peccata occulta an inducant irregularitatem.
88 Effectus irregularitatis qui sint: & nu. sequentibus.
94 Libellus qualiter sit in materia irregularitatis formandus.
95 Irregularitas qualiter tolli possit.
96 Dispensatio vna an possit plures delere irregularitates.
97 Irregularitas an tollatur per ingressum religionis.

D audientiam. Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam quam debuit. h. d. secūdò ibi: quia verò.
1 ¶ † Nota primò ꝙ clericus licitè potest corrigere familiam propriam, dummodo moderatè corrigat. correctio enim debet esse leuis & moderata: vt l. sed & si. §. si magister. & l. se. ff. ad l. aquil. vnde dicit text. quòd doctrina magistri debet esse humilis: vt c. humilis: de ma. & obedi. xxiij. quæstio. v. c. j. in fine. vbi vide tex. not. Leuis enim castigatio reuerentiam exhibet castiganti. Nimia vero asperitas nec correctionem recipit, nec salutem: vt tex. no. in c. cùm beatus. xlv. dist. Debet enim esse admista misericordia cum disciplina xlv. dist. c. discipulum. vnde non est mirum, si nimia seuitia ascribitur culpæ: vt d. §. si magister. Sed si ex leui & moderata correctione superuenerit, casus non imputatur corrigenti: vt c. j. & c. cum voluntate. j. de sent. excom. ¶ Secūdò not. tex. ibi aliquādiu pro his q̄ dixi s̄. e. c. p̄sbyterū.
2 ¶ † Tertiò no. ibi: quod cùm in dubijs. ꝙ in dubio potius iudicandum est quem esse irregularem. nam vbi agitur de materia peccati ad pœnitentiam, iudicamus potius peccatum subesse: quod notabile examinatur in glo. ij. & sic facit iste text. secundùm do. me. contra Inno. hic qui dicit ꝙ cùm irregularitas sit de iure positiuo, nō debet iudex in dubio reputare aliquē irregularem: quia pœnę moliēdæ sunt. de pœ. di. j. §. pœnę. & in regula in pœnis. de regu. iur. li. vj. & l. præses. & l. si de interpretatione. ff. de pœ. quæ dicta an sint vera. j. latius examinabo.
¶ Glo. j. in prin. quærit & sol. deinde format contrariū & sol. in eadem ibi: leuiter. dic not. ex ista glo. ꝙ leuiter debet fieri castigatio, si fit cum cingulo. quod verū dicit Io. An. si cingulū erat molle. Ego arbitror ex dictis Doc. hincinde collectis considerandam qualitatē eius, qui corrigitur. & sic in hoc versabitur arbitriū iudicis. an. s. qui corrigitur sit sanus, vel robustus: aut sit tenellus puer, vel infirmus: quia tunc castigatio quæ esset leuis, in robusto, diceretur grauis in infirmo vel tenello. hoc probatur in l. qua actione. §. si quis seruum. ff. ad l. Aquil. Idem tenet Archi. xxiij. q. v. c. j. super glo. & Inno. in c. cùm in magistrum. de elect. item præsumitur leuis, vel magna castigatio ex genere instrumenti, cum quo quis castigat. Si verò cum cingulo esset gladius non remouendo illum, esset in culpa: & incideret in irregularitatem casu superueniente, vt hic. Si verò castigauit cum claua, malleo, vel cultello vel si. tunc præsumitur dolus vt c. significasti. in fin. infrà eodem & lege prima §. sed si claua. & ibi per Iacob. de Aretj. post gloss. ff. ad l. Cor. de sic. item arbitror

cõsiderandum in qua parte corporis magister, vel dominus
verberauit. nam si cum baculo verberaret manum dando pal-
matam, non diceretur excedere modum debitum. secus si cum
baculo percuteret caput immoderatè. item arbitror consideran
dum tempus an, s. sit aer sanus vel pestiferus. vnde ĩ hoc, vt dixi
3 multum operabitur iudicis arbitrium. ¶ † Qualiter aũt probet̃
quòd magister, vel præceptor, vel similes castigauerit animo do
cendi, seu monendi. Barto. consulendo dixit, quòd pręsumitur
factum animo docẽdi, eo ipso ꝙ reperitur qđ tempore, quo eũ
percussit, eum monebat, vel docebat vt discipulum, vel corrige
bat vt famulum. facit quod not. in l. iij. ff. de do. inter vi. vbi di
citur ꝙ illud qđ fit tempore ludi præsumitur factum causa lu-
di. facit l. sed & si quæcunq̃. §. si magister. ff. ad l. Aquil. de sic.
siue igitur fecerit eum corrigendo de delicto siue gratia disci-
plinandi, vel instruendi eum, appellatur correctio, vel castiga-
tio, per. c. presbyterũ. s̃. eo. & in d. c. j. & c. cùm voluntate. de sen
ten. excom. Quem not. pro modo & practica probandi, ꝙ cor
rigendi animo fecerit. nam qualitas illa, ꝙ animo corrigendi fe
cerit, non percipitur aliquo sensu corporeo: sed tamen proba-
tur eo ipso ꝙ eum tunc docebat vt discipulum. & ita consuluit
Bart. quæ no. perpetuò. ¶ Aduerte etiam: quia ex genere instru
menti cum quo quis verberat quem, præsumitur dolus: & qđ
animo interficiendi fecerit. nam facit ad ea, quæ dicam j. eod. c.
significasti. el ij. Item aduerte secundùm Bal. in d. §. si magister.
ꝙ licet quis commiserit culpam excedẽdo modum debitę cor
rectionis: tamen nõ punit̃ pœna. l. Cor. de sic. sed extra ordinẽ
scđm arbitrium iudicis: nisi ita excesserit modum, ꝙ ex genere
instrumenti, & ex modo verberãdi pręsumatur dolus. & ꝙ ani
mo interficiendi fecerit: qa tunc puniret̃ pœna d. l. cor. vt l. j. §.
diuus. & l. diui. & l. in lege cornelia. ff. ad l. Cor. de sic. facit qđ
dixi in c. sicut dignũ. s̃. eo. & qđ dicam in d. c. significasti. el. ij. j.
eo. ¶ Quæ aũt sit ratio, ꝙ magister, dominus, & si. possunt leui
ter corrigere & emendare, non autem immoderatè, dic secun-
dùm Augu. in libr. de vita clericorum. & transumptiuè. xlv. di-
stin. c. cùm beatus, qa dum nimia seruat̃ humilitas, regendi fran-
gitur authoritas. Vnde Salomon in prouerbijs. Percute filium
tuum virga & liberabis eum à morte. xlv. di. Salomon. Corre-
ctio enim est actus charitatis. & ideo permissa. vt dicit. b. Tho. se
cũda secundę. q. xxxiij. Imò videt̃ in p̃cepto: qa oẽs debemus
esse in charitate. alias enim qui nõ corrigit cũ potest, & ex offi-
cio tenetur, videtur esse in culpa & delicto: aut peccato cõsenti
re. vide q̃ dixi in c. Iudęos. s̃. de iud. & aliud in c. ij. de hęre. ¶ In
ea. glos. in fi. dic de hoc articulo vt dixi in c. presbyterum. s̃. eo.
& c. pręce. ¶ Glo. ij. fortificat tex. allegando plura generalia si-
milia, dic vt in ea. ¶ Gloss. fin. format. q. & solu. in fin. dic secun
dùm Io. And. post Vin. quòd in contrarium facit l. di. miror.
vbi ecclesia non dispensat cum homicida. Solu. dic quòd ibi lo-
quitur de homicida voluntario: hic de casuali. dixi. s̃. eod. c. sus
cepimus. & vide quæ dicam j. eod. in materia irregularitatis
in. ix. q. principali. & subdit hic Hostien. quòd in sacris solus
Papa dispensat. in minoribus verò potest Episcopus. proba-
tur hic in tex. dum dicit poteris cõcedere, vt in minoribus &c.
& latius dicam in. d. ix. q.

¶ Postremò. Doct. hic tractãt materiã irregularitatis per. xvj.
q. & vltra: nõ tamẽ p modũ doctrinę: quã ob cãm ĩstitui hic ma
teriam ipsam irregularitatis vtilẽ & quotidianã per modum
doctrinabilem, sub quã breuiori compendio potero expedirę.
In qua materia principaliter examinabimus infrascriptas. q.

¶ Primò quid sit irregularitas.

¶ Secundò vnde dicatur.

¶ Tertiò quo iure fuerit introducta.

¶ Quartò quotmodis sumat̃, seu accipiat̃: seu quot sint ei⁹ spẽs,

¶ Quintò qui sint, qui in irregularitatem incurrere possunt.

¶ Sextò quę fuerit causa inducendæ irregularitatis.

¶ Septimò qualiter, & quibus casibus contrahat̃ irregularitas.

¶ Octauò de eius effectu.

¶ Nonò qualiter contra irregularem formetur libellus.

¶ Decimò & vltimò qualiter irregularitas remoueat̃. Igitur se
quendo ordinem.

4 ¶ † Primò quęro, quid sit irregularitas. Circa quod dic, ꝙ irre-
gularitas est nota, seu impedimentum canonicum ex facto, seu
defectu proueniens, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordi
nes promoueri, & in eisdem ministrare. Ita describit Specu. in
titu. de lega. §. iuxta. in princip. & etiam quasi simili modo de-
scribit Archi. & Ioan. Andre. in c. j. de regu. iur. libro vj. & Ho
stien. in c. ij. de cle. excu. mi. Ego verò prędictę descriptioni ar
bitror addendum, dum dicit, canonicum videlicet, seu diuinum.
Item arbitror addendum dum dicit, ex defectu proueniens. s. à
natura vel existenter & quare hæc addantur, colligitur ex his
quæ dicam. j. in iij. quęstio. principa. & in vj.

¶ Dicitur autem idẽ quod infamia vt j. de pur. can. c. accedens.
ij. q. iij. §. notandũ. l. furti. §. qui alieno. & l. seq. ff. de infa. p Ioã.
And. in c. fi. de sorti. vel dicitur nota, hoc est quædã cicatrix. ff.
de ser. fugi. l. ij. vnde irregularitas est cicatrix criminis vel defe-
ctus lxj. dist. in sacerdotibus in finę. vnde sanitas. s. pœnitentiæ
post vulnus, s. peccati sine cicatrice, s. irregularitatis esse non po
test. j. q. j. ventũ est. ideò autem dictũ est in descriptione, quod
est impedimentũ canonicũ: quoniã irregularitas ortũ habuit à
iure canonico secundùm Spec. Io. Andr. & Inno. sed mihi hoc
non placet simpliciter: quia etiã habuit ortum à iure diuino &
veteri testamento de quo letius dicã, j. in iij. quęstio. principali.
¶ Quare autẽ in descriptione ponantur illa verba, videlicet ex
facto & ex euentu, colligitur ex his quæ dicam. j. in vj. q. princi
pali. Et quare ponant̃ illa vltima verba, videlicet qua quis pro
hibetur &c. colligitur ex his quæ dicã j. in viij. q. princ. Alio tñ
modo describũt Matth. & Gul. in cle. si furiosus. eo. ti. videlicet
ꝙ est impedimentũ seu repulsio diuini officij, quæ ipso iure in
infligitur occisori per c. ij. de test. or. sed ista descriptio est defe
ctiua. Primò quia irregularitas impedit nedum executionẽ ordi
nis, sed etiã promotionẽ ad illum. Secũdo quia infligitur nõ so
lum occisori, sed etiã mutilatori. de quibus dicã in vj. & vij. q.
Lapus etiã aliter describit in d. cle. neq̃ ꝙ est impedimentũ ca
nonicũ proueniẽs ex violatione cẽsuræ ecclesiasticę, vel ex alia
notabili inobediẽtia. Addit etiã alia verba superflua. sed nõ pla
cent: quia nõ solùm clericus efficitur irregularis: sed etiã laicus.
vt dicetur. j. in vj. & vij. q. principali. est etiã in alijs defectiua.
¶ Vnde arbitror, ꝙ melius describatur hoc modo: videlicet
quod est ius impeditiuũ promotionis, vel executionis ordinis
iure canonico, vel diuino introductũ propter aliquẽ defectum
notam inobedientiã, factum, vel negligentiam. & qualiter prę
dicta verba ponãtur, collige ex his quæ dicam j. in iiij. q. prin-
5 cipali. vj. vij. & viij. ¶ † Secundò principaliter quæro vnde di-
catur irregularitas. sol. dic ꝙ dicitur ab in quod est sine: & regu
la: vnde irregulare. i. contra regulã ecclesiæ natus, vel factus: si-
ue propter defectũ suum, siue propter factũ sit extra ecclesiã
positus. vt dictum est quo ad potestatem passiuam promouẽ-
di vel administrandi in ordinibus ecclesiasticis. vide Spec. in d.
§. iuxta ver. dicitur. Et dic secundum Lapũ ꝙ non dicitur quis
irregularis: quia secundum regulã Apostoli prohibeatur: sed
tunc dicitur extra regulam aliorum: sed irregularis est qui ab
illa est eiectus ad quam non reducitur, nisi mediante dispensa-
tione. secundum not. per Archi. in c. is qui. de sent. excom. libr.
vj. & dic de hoc vt latius dicam j. eo. c. in x. & vlti. q. prin.
¶ Tertiò principaliter quæro, quo iure fuerit introducta irre-
gularitas. solu. Inno. hic dicit quòd à iure positiuo. Idem tenet
Spe. in titu. de leg. §. iuxta. ver. nunquid. iiij. & ver. generaliter.
Idem Lau. & Ioan. de Imol. in d. cle. furiosus. eo. tit. & proba-
tur. ij. q. vij. §. item daniel. facit quod traditur in c. nisi cum pri-
dem §. personæ s̃. de renun. Ex quibus infertur ꝙ irregularitas
non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis. Idem Io. And.
in addi. Spe. in d. §. iusta. & ver. generaliter. quoniã pœnæ sunt
restringendæ non relaxandæ. de pœ. di. j. §. pœnæ. & in regula
in pœnis. de reg. iur. lib. vj. & l. præses. & l. si de interpretatiõe.
ff. de pœnis et est bo. tex. ad principale propositum in c. is qui.
de sent. excom. libr. vj. Et ex prædictis videtur inferri ꝙ iudex
in dubio debet potius iudicare quem non esse irregularem, q̃
econtra. Sed dicit Do. meus hic quod neutrum dictum sibi pla
cet. nam irregularitas, quæ causatur ex homicidio voluntario,
fuit inducta à iure diuino: quando Deus dixit ad Dauid: non
ædificabis mihi templum: quia vir sanguinis es. de conseq. di. j.
c. j. in princip. facit etiam tex. in c. j. coniuncta suprascriptione
secundum vnum intellectum. s̃. eo. & quod no. glo. in c. sicut di
gnum. s̃. c. vnde secundùm eum licet dictũ Inno. soleat allegari
pro singulari: tñ non procedit indistinctè: vnde in hoc secũdo
art. D. me. ita distinguit, videlicet quod aut quærim⁹ quò ad im
ponendam pœnam propter irregularitatẽ quò ad forũ cõten-
tiosum & tũc in dubio debet quis potius iudicari nõ Irregula
lis, quàm econtra. Ita procedat dictum Innoc. Specul. & Ioan.
Andre. aut agitur in foro pœnitentiali ad pœnitentiam impo
nendam. & in dubio debet potius reputari irregularis. quoniã
in foro pœnitentiali tutior pars est eligenda: licet durior vi-
deatur. facit d. c. significasti. el secundo j. eod. facit d. c. significa.
Idem etiam est quotiescunq̃ de aliquo alio dicto dubitaretur:
quia quò ad pœnitentiam potius in dubio iudicamus subesse
peccatum, quàm non: vt c. iuuenis. suprà de spon. & vide glos.
no. s̃. de scrupti. c. j. quoniam bonarum mentium est timere cul
pam, etiam vbi culpa non est v. di. c. ad eius verò concubitum.
& c. ij. de obser. ieiu. idem est vbi agitur in foro, quasi pœniten
tiali: vt puta quia nõ agitur ꝓpriè ad pœnã: sed vt abstineat à
ministerio altaris: vel vt abstineat à contractu matrimonij, vel
ab ali-

ab alio actu, in quo exercendo poſſet ſubeſſe peccatum: quia tunc debemus interpretari in tutiorem partem, vt dictum eſt: & probatur hic in tex.noſtro.& d.c.ſignificaſti.& d c.iuuenis. Facit quod no.Inno.in c.cùm tu.de teſti.¶ Sed tu aduerte: quia contra primum dictum Do.me.facit quoniam Moiſes fuit vir ſanguinis.xxiij.q.iij.c.nõ inferenda.& tamen ædificauit eccleſiam Deo: vt d.c.j.in prin.de conſe.di.j.& fuit ſacerdos vt probatur: quia ipſe in veteri teſtõ elegit ſacerdotes, & illos vnxit, quod facere non potuiſſet: niſi ipſe fuiſſet ſacerdos: ergo de iure diuino non erat irregularitas. Itē probatur quod in veteri teſtamento homicidæ poterant eſſe ſacerdotes: & ſacerdotes homicidæ.ij.q.vij.§.his ita.§.item cùm Balaam.& refert glo.xxj. diſt.in ſumma.& glo.in d.c.j.de conſe.diſt.j.in princ. præterea Paulus qui beatum Stephanum lapidantibus opem, ſeu miniſterium præbebat electus eſt à dño.l.di.§.econtra.ſed Spe.in d. §.iuxta.verſi.nunquid ergo.dicit quod irregularitas Pauli fuit abolita per baptiſmum.quid ergo dicēdum? Spe.in d.ver.dicit ꝙ in veteri teſtamento prædicti, & alij homicidæ excuſati ſunt vt c.gaudemus.§.verum.ſ.de diuort.xxiij.q.iiij.ſi non licet.& q.viij.c.homicid.a.Diuina enim facta, & maximè veteris teſtamenti ſunt amittenda.non in exemplum noſtræ actionis trahenda.ij.q.vij.§.item cùm Balaam.ver.item cùm Dauid.iiij.q. iij.§.ſed obijcitur.xxij.q.iij.c.ſi quis per teſtamentum.vel poſſumus dicere ſecundùm glo.ſuper verbo, prohibitus.in d.c.j.de conſe.di.j.quòd in veteri teſtamento ante præceptum factum Dauid propter homicidium, non efficiebatur quis irregularis: ſed ideò fuit factum dictum præceptum primitus Dauid: quia ipſe fuit præfigurator noui teſtamenti.xxij.q.j.§.quod autem. & ideò in figura ipſius dictum eſt, non ædificabis mihi tēplum &c. Eſt ergo concluſio ex prædictis ꝙ in veteri teſtamento nõ inducebatur irregularitas propter homicidium, vſq; ad Dauid, in quo fuit inducta propter figurationem noui teſtamenti. Eſt inſuper aduertendum: quia non ſolùm propter homicidium in veteri teſtamento in perſona Dauid fuit inducta irregularitas, ſed etiā propter alia fuerūt inductæ irregularitates.erant tñ tēporales & non perpetuæ. Nam qñ quis eijciebatur extra caſtra ex eo ꝙ tetigerat morticiniū.vna aūt ſola irregularitas videtur fuiſſe ppetua, videlicet qñ Summus ſacerdos debet habere virginem, & nõ repudiatam.de quo per Hoſt.in c.ſanè.de cle.coniug.& vide in Leuitico c.xxj.ſed iſtud nõ erat propter defectū ſacri.ſed quia illo modo nõ potuiſſet eſſe hortator viduitatis, ſecundùm Spe.in d.§.iuxta.ver.defectus ſacramentorū. Aduertendū etiam eſt: quia vt tractatur in Leuitico, vt refert Spe.in d. §.ver.itē.& in veteri quædam inueniuntur irregularitates, quæ impediebant panes Dño offerri, & acceſſum miniſterij altaris. quæ figuraliter intellectæ etiā in nouo repellūt, vt cæcus, i.ignorātia.claud9, i.infirmitas mētis. Habens paruū naſum, i.indiſcretio. Itē habens grādē, vel totū naſum, i.immoderata diſcretionis ſubtilitas. Habens fractū pedē, i.alienatio ad bona. Itē, mancus vel gibbus, i.peruerſitas. Itē lippus, i.depſsio ingenij. Item habens albugem in oculo, i.abrogantia. Item habens ſcabiem, i.luxuria. Item ponderoſus, i.immunda cogitatio. Item habens petiginem in corpore, i.auaritia. vide de his clariorē expoſitionem xlix.di.c.hinc.& ratio prædictorum eſt: quia indignū eſt
7 Deo offerre ꝙ homo dedignatur.xlix.di.c.ſi.¶ †Quartò principaliter quæro, quot modis accipiatur irregularitas: ſeu quot ſunt irregularitatis ſpecies. Sol.dic ſecundùm Inn.in c.niſi cùm pridē.§.perſonæ.ſ.de renun.quem ſequitur Spe.in d.§.iuxta. ver.ſumitur.ꝙ quædā accipitur pro defectibus, qui ſunt in homine ſine peccato: puta, quia eſt bigamus vel maritus corruptę, ſ.viduæ, vel illegitimus, vel ſimi.vt d.c.niſi.l.di.non confidat.& liiij.di.per totum.potes etiam addere exemplū de officiali, qui ex officio quod ſibi incumbit, mediante iuſtitia aliquem interemit.de quo j.vij.q.princ.¶ Secundo modo ſumitur pro irregularitate perſonæ, propter quam omnis homo prohibetur ordinari, vel etiam celebrare, vel adminiſtrare in iam ſuſcepto ordine ſiue diſpēſatione Papę, ſiue patiatur defectū ſine peccato, ſiue grande commiſerit peccatum.& de his tractatur in c.dilectus filius.de temp.ord.& per Spec.in tit.de le.§.nunc de epoſcopū.nõ ergo dicitur irregularitas: quia ſecundùm regulam Apoſtoli, ordinari prohibetur: ſed talis eſt extra regulam aliorū. Nā cùm generaliter epi poſſunt cū omnibus diſpenſare, niſi ſit eis ſpecialiter prohibitū vt d.c.dilectus.& per Spec.in d.§.ver.his igitur.& ſeq.cùm prædictis tñ ſpecialiter diſpenſare prohibentur. Papa verò cum omnibus diſpenſare poteſt. ſed de hoc articulo diſpenſationis latius dicam j.x.q.princ. ¶ Tertio modo dicuntur irregulares omnes illi, qui non poſſunt remanere in ſuſceptis ordinibus, nec promoueri ad maiores etiā peracta pœnitentia ſine Papæ diſpenſatione: vel Prælatorum inferiorum. de quibus not.in c.dilectus.& per Spec.in d.§.iuxta.verſi.ſunt quoq;.& d.§.nunc de epiſcoporū. Lau.verò in cle.j.eo.tit.dicit ꝙ irregularitatis tres ſunt ſpecies.vna quæ prouenit ex inciſione ſeu deformitate proprij corporis.& de hac de cler.egro.per totum. Alia quæ prouenit ex deformitate alieni corporis, & hæc eſt triplex: quædam prouenit ex morte, quædam ex mutilatione: quædam ex ſimplici iniectione cum animo occidendi. de primis duabus tractatur hic in tit.noſtro de alia tractatur de pœ.diſt.j.c.periculoſę. Sed tu dic ſecundùm Car.zab.in cle.prędicta.quòd hæc vltima non inducit irregularitatem, quæ indigeat diſpenſatione Apoſtolica.imò dicit glo.j.e.c.ſi aliquis. ꝙ hæc non eſt irregularitas.licet glo.in d.c.periculoſę.contrarium dicat & malè.vt ibi per Archid.& hoc quo ad irregularitatem maiorem. Eſt tñ quædam irregularitas, quæ incurritur pro peccato mortali: quod etiam tenet gloſ.in d.c.ſi aliquis.j.e.& probatur xxv.di.§.criminis.¶ Ego verò dico ꝙ quædam eſt ſpēs irregularitatis, quæ prouenit hoī ſine peccato: quædam cū peccato.¶ Prima ſubdiuiditur: quia quædam prouenit à natura: & quædam ex euentu. A natura ſi habet aliquas deformitates ex his, quæ dixi in præce.q.circa irregularitates, quæ reperiuntur fuiſſe in veteri teſtamento, ex euentu: puta, ſi eſt effectus cęcus carēs manu, pede, vel alio membro. Secunda irregularitas, quæ cum peccato prouenit ſimiliter ſubdiuiditur in plures ſpecies: quia quædam prouenit ex violatione cenſuræ eccleſiaſticæ, vel notabili inobedientia, vel alia ſimili nota: quædam prouenit ex facto proprio: quædam ex mādato: quædā ex conſilio: quędā ex defenſione: quædā ex negligentia: quædā ex ratihabitione, vel conſenſu.de quibus omnibus latiſsimè videbimus j.in vij. q.prin. Poteſt dari alia diuiſio: videlicet, quòd quædā eſt irregularitas, per quam quis impeditur ordines ſuſcepere: non tñ deijcitur à iā ſuſceptis.xv.q.j.c.ſi.in ſi.quædā verò & promouēdū impedit, & promotum deijcit.facit ad prædicta, quod tractatur.l.diſ.c.de ijs.& ſ.e.c.ſicut dignum.& de hac dicam in viij.q.
8 princi.¶ †Quintò principaliter quæro, qui ſint, qui poſsint in irregularitatem incurrere. So.arbitror dicendum quòd aut nos querimus pro irregularitate, quæ prouenit homini ſine peccato.& in iſtam omnes poſſunt incurrere: ſiue ſint infantes, ſiue alij ſimiles.nam infans natus cum corporis deformitate notabili, vel ex euentu ſectus, ſeu mutilatus irregularis eſt: vt ſ.de cor. vici.per to.& facit quod dixi in pręced.q.& hoc eſt verum de irregularitate, quę prouenit à natura, vel ex euentu ſine peccato prȩter intentionem ſeu conſenſum. Aut querimus de irregularitate, quę prouenit ex peccato propter conſenſum, ſeu voluntatem: vt puta, propter homicidium, negligentiam, opem cauſam, mandatum, conſilium, vel quid ſimi.vel propter inobedientiam, vel violationē eccleſiaſticę cenſurę, vel aliam ſimilem cauſam: tunc ad hoc vt quis incidat in irregularitatem, requiritur ꝙ ſit ſanę mentis: & intelligat quid agit: aliâs non efficeretur irregularis: vt ſtatim dicam extra ſubijciendo? omnes igitur ſanę mentis, & qui doli capaces ſunt, in prędictam irregularitatem poſſunt incurrere: ſiue ſint Chriſtiani, ſiue infideles. nam & propter homicidium commiſſum ante baptiſmum contrahitur irregularitas.facit quod dixi ſ.e.c.presbyterum. Quidam tamen dicunt quòd propter homicidium commiſſum ante baptiſmum: ſiue illud ſit commiſſum ex voluntate, ſiue ex officio non efficitur quis irregularis, per text.xxvj.diſt.c.deinde.& lj. di.c.aliquantos.& hoc tenet Lap. Mouetur, quia irregularitas fuit inducta à iure poſitiuo.lj.diſtin.c.ſi quis.& hoc dicit procedere ſiue homicidium fuerit commiſſum cum peccato, ſiue ſine: vnde dicit ꝙ talis poſt baptiſmum poteſt omnino promoueri.facit quod no.glo.& Archid.xxvj.diſt.c.deinde Hoſtien. in ſum.eod.titul.§.qua pœna.verſi.quid ergo. hanc etiam ſententiam ſequitur zab.in d.clemen.j.q.xij.mouetur per text.l.diſt. c.ſi quis viduam.& lj.diſtinct.c.j.& c.ſi quis poſt.à contrario. maximè quia non reperitur in l.diuina quòd propter homicidium incurratur irregularitas.& finaliter ſubdit huic opinio. tanquam ęquiori ſtandum, ſaltem in ambiguitate opinionum. vt fiat in pœnis mitior interpretatio. per regulam in pœnis. de regul.iur.libr.vj.cum ſimili. Innocen.verò & Cal.in c.gaudemus.ſ.de diuor.tenent quòd ſaltem cõtrahatur, ſi homicidium eſt commiſſum cum peccato: ſecus ſi ſine peccato.¶ Sed Do. me.ibidem tenet idem etiam ſine peccato.& de hoc dixi ſ.eo. c.presbyterum. Hec queſtio videtur ſatis dubia.mihi tñ plus placet quòd ſi homicidiū eſt commiſſum cum peccato, contrahatur irregularitas: quoniam fruſtra quęreretur vtrum per baptiſmum tolleretur, niſi contracta reperiretur, cùm priuatio habitum preſupponat: vt c.ad diſſoluendum.de deſpon.impu.& l.decem.ff.de verbo.obliga.& eſt bo.text.in materia noſtra in d.c.deinde.xxj.diſt.vbi tex.dicit quòd peccatum non eſt inter peccata ſolui non debet.& hoc tenet Hoſti.in d.verſic.quid ergo.licet allegetur in contrarium per Lap.& malè. Et maximè

moueor:quia quò ad pœnitẽtiam,vt dictũ eſt,vel ad quaſi pœnitentiam,vt quis poſsit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, vel promoueri,vbi eſſet vel ſtaret in peccato: vbi aliâs prohibitus eſſet,potius præſumimus & iudicamus quem irregularẽ in dubio,q̃ non,vt dixi ſ.in iij.q. princ.non obſt. dictum Lapi:quia non eſt verum ſimpliciter ꝙ irregularitas fuerit ſolùm inducta à iure poſitiuo,vt dixi in d.iij.q.princ.nec obſt.glo.in d.c.deinde.quia glo.ibi ſentit contrariam opi.dum dicit ꝙ ſi aliquis mille occidiſſet:omnis infamia, & irregularitas contracta ante baptiſmum tollitur per baptiſmum.ſentit ergo ibi glo.expreſsè, quod propter homicidium commiſſum ante baptiſmum contrahatur irregularitas.non obſt.dictum Hoſt.in §. qua pœna. verſic.quid ergo.quia vt dixi,Hoſt. ibi tenet ꝙ ſi homicidium ſit commiſſum cum peccato:irregularitas contracta ex illo tollatur per baptiſmum.& ſic tenet expreſsè contrarium eius, ad quod allegatur.non obſt.c.ſi quis viduam.l.diſt. per quod mouetur Car.zab.quia dum tex.ibi dicit quod ſi fuit homicida ante baptiſmum, ſecuto baptiſmo non prohibetur promoueri: quia hoc fateor cùm per baptiſmum tollatur omnis irregularitas cauſata peccato : quoniam tollitur peccatum, & omnis ſequela peccati,vt d.c.deinde.xxvj.diſt.& eodem modo põt reſponderi ad c.j.& ad c.ſi quis poſt.l.di. Nec ob.vltimum dictũ zab.quod huic opinioni tanq̃ ęquiori ſtandum ſit : quia penitus &c.quoniam illud verum quò ad pœnam fori contentioſi. non autem quò ad pœnam fori pœnitentialis : vel quaſi,in quo ſecurior via eligenda eſt,vt dixi ſ.eod.in iij.q.princ. Eſt tamen maius dubium,ſi homicidium fuiſſet commiſſum ante baptiſmum ſine peccato:vt puta ab officiali mediante iuſtitia : vt di-
9 cam in d.x.q.princip.¶†Eſt igitur concluſio ꝙ etiam infideles poſſunt incidere in irregularitatem,ſi ex voluntate vel cũ peccato committerent.Et ex prædictis infertur, primò ꝙ furioſus non incidit in irregularitatem homicidium committendo.text. eſt in clemen.j.de homi.Et idem arbitror de mentecapto: quia
10 eſt ratio.¶†Sed quæro circa hunc articulum de ratione:quare furioſus non incidat in irregularitatẽ?Sol.dic quòd illud, quod fit à furioſo,perinde reputatur acſi caſu contingeret ſine facto hominis.ff.de admini.tuto.l.fin.in fin.& probatur in l.ſed & ſi quæcunq;.§.ij.ff.ad legem Aquil.vbi tex.dicit ꝙ illud quod furioſus perinde eſt,ac ſi à quadrupede,vel tegula per ſe cadente factum eſſet.talem enim infelicitas facti excuſat.ff.ad l.Corne. de ſica.& ſatis dicitur puniri furore ſuo,vt l.diuus.ff.de off.pręſi.& l.pe.§.fi.ff.ad leg.Pompe.de parrici.nec afflicto addenda eſt afflictio.vij.q.j.cùm percuſsio.de cle.ægro.c.pe.de Epiſ.audi.l.tam dementis.omnes igitur actus qui intellectũ requirunt, aut conſenſum furioſo & mente capto interdicti intelliguntur. & vide plura exempla ad prædictas per glo.ij.eo.titu.in Cle.j. ¶Secundò quæro in quo furioſo, ſeu mente capto prædicta habeat locum. Solut.dic ꝙ habent locum, ſiue ſit furioſus vel mentecaptus,qui laborent continuo furore, vel dementia:ſiue habeant dilucida interualla:dummodò homicidium fuerit commiſſum tempore dementiæ,vel furoris.ita dicit glo.ij.in princ. & bene in d.Clemen.j.facit l.quæ de tota.ff.de rei ven.arguendo de parte temporis quo ad partem. Item quia eadem eſt ratio in vtriſq; propter carentiam intellectus, & mentis exilium. ¶Eſt tamen aduertendum:quoniam(vt à Platone ſcriptũ eſt) furoris ſpecies duæ ſunt:vna ex humanis proueniens morbis: & hæc eſt mala & deteſtanda : & de hac loquitur materia noſtra. Alia verò prouenit ex diuina mentis alienatione:cuius diuini furoris quatuor ſunt ſpecies, videlicet vaticinium, myſterium poëſis,& amor:quibus quatuor totidem deos pręeſſe veteres putauêre:nam vaticinium Apollini myſterium Dionyſio poëſim Muſis, amorem Veneri tribuebant. & talis furor non excuſaret.¶Tertiò quęro,quid ſi aliquis culpa ſua incidit in furorem:& demum furioſus exiſtẽs commiſit homicidiũ:vtrum efficiatur irregularis.quidã quod ſic per c.ſi quis inſaniens. xv. q.j.quod etiam ſequitur Lau.in Cle.eod.titul.Sed glo.xv.q.j.in ſum.& d.c.ſi quis inſaniens. dicit hoc non eſſe admittendum: quia ſatis furore ſuo punitur, vt ſ. dixi. & ita videtur tenere Gratia.xv.q.j.§.fin.Ego verò ita ſaluarem vtranq; opin.ꝙ aut exiſtens ſanus mente cognoſcebat,quod ſi certum quid comedebat,efficeretur furioſus tali furore ꝙ ipſe nihil aliud quæreret,quàm homines interficere, vel mutilare. & hoc per experientiã frequenter cognouerat.& tamen illud comedit : & tũc arbitror ꝙ teneretur:quia quoties culpa præcedit caſum ordinatũ ad illã culpam,etiam per caſum,quis efficitur irregularis, vt ſ.eo.c.presbyterum.& c.ſuſcepimus.& hic cũ infinitis ſimi. ¶Quartò quæro quis arctetur ad probandũ,an dicens factum tempore furoris:an verò dicens factum tempore ſanæ mentis? Sol.Pau.& Stepha.dicunt ꝙ ille qui allegat furorem:quoniam quilibet præſumitur ſanæ mentis,ſi tamen diceretur ꝙ aliquando fuit furioſus, ei qui nunc dicit non furioſum, incũbit onus probandi.iij.q.ix.c.iudicas.vbi hoc tenet glo.& gloſſ.in c.fi.ſ. de ſucceſ.ab inteſt.facit regula ſemel malus.de regu.iur.lib.vj. & quod ibi dicit Dy.vbi dicit quòd accidens contrarium naturæ,vel præter naturam,tollit effectũ præſumptionis ipſius naturæ.quod tamen procedit in accidenti durabili ſaltem aptitudine.aliâs non præſumitur perſeueratio contra naturam ipſius accidentis,ſecundùm no.per Innoc.Compo.& Abb.in c.cùm inter canonicos.ſ.de elect.& videtur ſequi Car. Flo.& Bart.in l.nec codicillos.C.de codicil.& bonus text.in c.filij.de hære.li. vj.& c.ſicut tenor.de regularibus.Sed aduerte:quia gloſſ.in c. Gonſaldus.xvij.q.j.tenet quod ei incumbit onus probãdi, qui aſſeuerat ſanam mentem,ſiue furentem,aut mentis exilium.per l.ei.ff.de proba.& in regula l.ij. C.eo.ti.Idem etiam tenet Bartol.in l.is poteſt.verſicu.expediti.ff.de acquiren.hæred. ¶Ego in hoc articulo non intendo inſiſtere : quia non eſt principalis noſter articulus : ideò dic vt per gloſſ.& Doct.in d.iuribus.tetigi in c.dilectus.de ſponſa.q.xv.
11 ¶†Quintò quæro qualiter probetur furor.Sol.Paul.in Cle.j.e. tit.remittit ad not,xv.q.ij.c.Gonſaldus.& xlvj.diſt.c.j. & fi. de ſucceſ.ab inteſt.Stephanus dicit ꝙ probatur ex dictis factis & geſtis per l.quidam in ſuo.ff.de condi.inſti.& ff.de tut.& cura.da.ab his.l.is qui.§.fin.xlvj.di.c.j.verbi gratia:ſi iuſsit oſſa projici in mari:vel ſi projicit lapides,per text.in l.ij.C.de iudę.Iſta ſimiliter non eſt principalis materia noſtra,ſed tituli, vt proba. Ideò de ea dic vt tractatur in dictis iuribus.& per Arch. xxiij. q.viij.c.conuenior.in verbo ſcripturæ.& per Ioan.Andre.in c. vel non eſt compos.de tempo. ordi. & de ſucceſ.ab inteſt.c.fi. ſuper glo.& vide bon.gloſ.in verbo ſtultiſsimum.Inſtit.quod cum eo.& xciij.di.c.legitimus.¶Aduerte tamen : quia ſi probatur quòd ante illum actum erat furioſus, præſumitur etiam tunc in actu fuiſſe.facit quod dixi in præcedenti q. niſi probaretur contrarium,quod verum dicit d. Flo.in d.l.v.§.iniuriam. ff.ad leg.Aquil.ſi furor probatur de proximo pręceſsiſſe:ſecus ſi ex interuallo:quia cùm furor ſaltem accidentalis ſolo tractu temporis poſsit mutari,non præſumitur, niſi probetur.facit l. ſed & milites.ff.de excu.tut.maximè ſi probatũ eſt, quod medio tẽpore fuerit qualitas furori contraria.& hoc ſcire eſt multum vtile propter difficilem probationem furoris . non enim creditur teſtibus, niſi reddant cauſam dicti ſui : vt per Innoc. & Doct.in c.cùm cauſam.ſ.de teſti.Sicut & quando teſtes volunt probare priuationẽ ſenſus,& intellectus in aliquo,vt not. in l.teſtium.C.de teſti.¶Sextò quæro,quid ſi vna pars probat furorem,& altera ſanã mentem:quæ probatio præualeat. Dome.in c.fin.ſ.de ſucceſ.ab inteſt.remittit ad no.per Do.in c. ſuper hoc.de renun.& l.nec codicillos. C.de codicil. dic ergo vt
12 ibi.¶†Septimò quæro,qd de infante, vtrum per homicidium incidat in irregularitatem.ſol.dic ꝙ non,vt in Cle.j.eo.tit.hunc enim excuſat innocentia conſilij,vt l.infans.ff.ad l. Corn.de ſicar.facit:quia talis ætas,quicquid videt,ignorat, vt l.j. C.de fal. & vide quod not.in l.quod infans.ff.de rei vendi. & l.ſed & ſi quæcunq;.§.pen.ff.ad l.Aquil.cùm ſimi. hinc eſt ꝙ infans non contrahit ſponſalia.vt in c.j.in princ.de ſponſa.libr. vj.nec per conſequens cauſatur publica honeſtas,vt ibi.& c.literas. & ca. acceſsit.de deſpon.impub.Sed contra prædicta opponitur de opin.Hoſti.in c.j.de delict.puero.vbi dicit ꝙ puer etiam non doli capax,ſi projiciẽdo gladium alium occidit,vel mutilat,incurrit in irregularitatem.ſol.dic quòd opin. Hoſtien.reprobatur in d.Cle.j.& vide ibi gloſſ.iij.quæ latius hoc declarat, quam bene notat.¶Octauò quæro quis dicatur infans ſol.dic vt no. gl.iij.in d.Cle.j.ſ.ꝙ ille qui eſt minor ſeptennio.& probatur in l.ſi infanti.C.de iure delib.& c.j.de deſpon.impub.lib.vj.Idem videtur tenere gloſ.in ver.infantula.xxxj.q.ij.c.j. dicit tñ ibi ꝙ etiã poteſt capi pro maiore ſeptennio ſecundùm ſubiectã materiã,nec circ.ad quod etiã vide gl.& tex.xxviij.di.c.j. & vide extrauag.Io.xxij.& ex prædictis inferunt Doct.ꝙ doli capax
13 ex homicidio, vel mutilatione incurrit in irregularitatẽ. ¶†Nono quæro,qñ puer dicatur doli capax.ſol.dicit zenze.in d.Cle. j.quòd ille qui eſt proximus pubertati.ff.de do.excep.l. apud Celſum.§.quæ in tutore.proximus aũt pubertati dicitur,quando magis appropinquatur pubertati,q̃ infantię. & ſic maſculus in x.anno cũ dimidio,dicitur proximus pubertati:fœmina vero in nono anno.dimidiantur eñ tpa inter infantilẽ ętatẽ, & pubertatẽ.& hoc etiã voluit gl.Inſti.de inuti.ſtipu.§.pupillus. & gl.Inſti.de ob.quę ex quaſi deli.naſ.§.in ſumma.In contrariũ tñ facit,quod no.gl.in l.nõ tãtùm.de excu.tut.& c.cõtinebatur.& c.atteſtationes.ſ.de deſpon.impu.vbi dicitur quòd proximus pubertati dicitur ille,qui eſt proximus per ſex menſes: propter quã cauſam do.Ant.in prędicto c.atteſtationes . dicit hoc eſſe arbitrio iudicis relinquendũ:ex quo non eſt tp̃s determinatum.

minatū. pro quo facit l. j. ff. de iu. deli. & quod dixi in c. presbyterum. §. e. ¶ Sed tu aduerte: quoniam iudicio meo Doct. in hoc videtur errare: quoniā nihil dicūt de ętate, quæ est intermedia inter infantilem ætatē, & ætatē proximā pubertati. dicūt enī ꝙ infans non tenetur: & quòd infantia durat vsq; ad septenium. & demum subdunt ꝙ proximus pubertati incidit in irregularitatem. de puero ergo nouem annorū, si cōmittat homicidium, nihil dicunt. Vnde arbitror dicendum ꝙ vsq; ad septimū annum nullo modo infans possit incidere in irregularitatem: nec admitteretur ꝙ esset doli capax. Post septennium verò in casu certi staremus certo: vt puta, si probaretur ꝙ esset puer nihil intelligens: qm̄ licet esset xv. vel xviij. annorum, non incideret in irregularitatem propter defectum intellectus. ar. d. Cle. j. & rationis ipsius, & eorum quæ s. dixi. Si verò probaretur ꝙ immediatè post septēnium incœpit aliquid sapere, vel intelligere: licet intellectus non præsumetur firmus. si tamen cognosceret quod agere malum esset vel bonum, arbitrarer ipsum incidere in irregularitatem: licet non esset proximus pubertati: quia talis puer potest peccare, & peccata deferre: vt c. j. de delict. puer. Sed in casu dubij maior est dubitatio: quoniam tex. in d. Cle. j. videtur velle à contrario sensu ꝙ post septennium qs incidat in irregularitatē. facit text. in d. c. vnico. de despon. impub. lib. vj. qui expressè vult ꝙ post septennium possint contrahi sponsalia, cùm maiores septem annis videantur habere aliquem sensum. ¶ Aduerte tñ, quia vt s. dixi pupillum doli capacem non incidere in irregularitatem propter homicidium, vel mutilationem. videtur verum, si sit homicidium cōmissum, vel mutilatio cōmissa in faciēdo. secus videtur dicendum, si esset homicidium cōmissum ex negligentia, vt puta, quia cùm potuisset obuiare homicidio clamando, vel quid simile faciendo, neglexit. nā posito ꝙ ex tali negligentia quis incideret in irregularitatem. de quo dicam i. in vij. q. prin. tamen pupillus licet doli capax, non videtur in illam incidere: quoniā pupillus vel minor licet doli capax, non obligatur, nec punitur propter delictum cōmissum per negligentiam, vt l. j. C. in quib. cau. in integ. rest. non est ne. & l. ij. C. si aduer. delict. & l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Ad quod etiam facit l. Fulcinius. §. adeò. ad finem. ff. ex quibus cau. in pos. ea. & hoc arguendo tenent Ang. & Bal. & sequitur Do. Ludo. Ponta. in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. Hoc tñ apud me non procedit sine dubio: quoniā licet prædicta iura, & prefati Docto. velint ꝙ pupillus etiam doli capax non obligatur, nec puniatur ex delicto commisso per negligentiā: tamen non valet arg. ergo non efficitur irregularis: quoniā non valet argu. qs non debet puniri ex homicidio. ergo ex illo homicidio non incurrit irregularitatem. tolle instantiam in officiali, qui ex debito officij iustitia mediante aliquem interfecit. nam talis non punitur de tali homicidio: & tamen incidit in irregularitatem: vt dicam in d. c. vij. q. prin. cogita: sed contra ea quæ s. dixi ꝙ ad hoc, vt puer obligetur, requiritur ꝙ sit doli capax. opponitur de c. j. de reg. libr. vj. vbi licet pupil. doli capax ingrediatur monasterium: tñ potest qn̄q; ante pubertatem illud exire. Sol. dicit zenze. ꝙ speciale est in religione. contrarium tamen tenet glos. in c. cùm vtrum de regula. in ver. recipiunt. Car. Flo. dicit ibidē ꝙ primū dictū est verius: quia quis non obligatur ante pubertatem. ¶ Tu dic clarius secundùm do. me. ꝙ contrarium procedit quo ad ingressum religionis, vbi ætas nō prouenit ex discretione. sed requiritur præcisè determinatus numerus annorū vt in d. c. j. & c. ad nostram. & c. postulasti. de regula. ¶ Secūdò opponitur, & videtur ꝙ etiam infans obligetur, qn̄ si baptizans factus maior cogitur fidē seruare vt c. contra Christianos. de hę re. li. vj. Sol. secundùm Laud. illud est speciale in fauorem fidei: & propter naturam baptismi, quo quis per annū obligatur de

14 conse. di. iiij. c. nihil. & c. cùm propriū. xlv. di. c. deinde. ¶ † Decimò quæro qd de dormiente, an incurrat in irregularitatē propter homicidium, vel mutilationem cōmissam in somnijs. sol. dic quòd non. tex. est in d. Cle. j. e. ti. Gul. ponebat exemplū de quodā socio suo Anglico: qui dormiendo Pisis in ecclesia sancti Benedicti prope annū, accessit in somnijs ad filiā cuiusdam alibi existentē. & ibi puerū interfecit: & dormiēs ad lectū rediuit. Ego habui Bononiæ vicinā puellā, quæ in somnijs surrexit. & panē fecit Obosiardoni. o. o. o. ¶ Vndecimò q̄ro, quæ sit rō quare dormiēs nō incurrat irregularitatē. So. dicit Lau. ꝙ ratio est: quia furioso ęquiparatur, vt c. maiores. de baptis. & quoniā somnus reddit hominē planè amētē: vñ quod agit, perinde est ac si casu contingeret. vide quod dixi in c. dilectus. de spon. q. x. in fi. ¶ Duodecimò quæro, vtrum si præcessit voluntas occidendi ante dormitionē, dormiens incurrat irregularitatē. & vr̄ dicendū, ꝙ sic per c. presbyterum. §. eo. vj di. c. testm̄. Paul. tenet contrarium dicens ꝙ aliud est, qn̄ ex facto voluntatis scienter perpetrato immediatè casuale sequitur homicidiū, vt d. c. presbyterum. Aliud quando sequitur ex facto omnino casuali: quia tunc perinde est, ac si lignum vel tegula per se cadens occidisset. ff. ad l. Aqui. l. sed & si quæcūq;. §. ij. & dixi s. in ij. q. huius quintæ q. prin. ¶ Ego verò arbitror dicendū, quod aut iste sciebat ꝙ erat solitus in nocte dormiendo surgere, & se armare, dormiētes secū percutere. & nihilominus non adhibita diligentia remouendi arma, dormiens cū socijs aliquē interfecit. arbitror eū irregularē propter culpā suā, quæ casum præcessit. facit quod dixi s. q. iij. huius v. q. principalis. Sed contra ea quę dixi s. videlicet ꝙ infans, furiosus, & dormiens non incidunt in irregularitatem. opponitur de his quæ no. per Gratia. xv. q. j. in fin. vbi videtur velle ꝙ tales incidant in irregularitatem quò ad ordines suscipiendos: licet illā non incurrant quò ad susceptos. Sol. dic ꝙ dicta opi. Gratiani est improbata per d. Cle. j. e. ti. &

15 hoc tenet ibi glo. in verbo negatiuam, & bene. ¶ † Tertiodecimò quæro, quid de ebrio: an incidat in irregularitatē, si existens ebrius aliquem interfecit. quidā ꝙ non: & ꝙ ex hoc non erit irregularis, per ca. sanè. & ca. inebriauerunt. xv. q. j. ¶ Ego in hoc art. dubito: licet Doct. faciliter transeant. dubiū aūt insurgit ex his, quæ latissimè dixi in c. si cōstiterit. de accu. quod autē ebrius cōmittendo homicidiū non incurrat irregularitatē, faciunt prędicta iura. & facit dictum Aristo. secundo Ethi. vbi dicit, in ebrietate oportet veniam habere. Aliter tñ videtur tenere ipse in iij. Ethi. vbi dicit ꝙ ebrius meretur duplices maledictiones. & per consequens ebrietas videtur aggrauare peccatū potius, q̄ alleuiare: quia peccatum non excusatur propter peccatū l. nunq; plura. ff. de priua. delict. ergo peccatum commissum per ebrietatem, nō excusatur à peccato ebrietatis. Tertiò hoc probatur, qm̄ si per concupiscentiam quis cōmitteret homicidium teneretur, & esset irregularis: nec per concupiscentiam excusaretur: vt patet: ergo nec per ebrietatē secūdùm quod dicit philosophus vij. Ethi. sicut ratio hominis ligatur per ebrietatē, ita & per concupiscentiam. Vnde distinguo ꝙ aut ipse non dedit operam, vt inebriaretur: sed fortè deceptus fuit: quia alius immiscuit sal, vel simile. vel nō cognoscebat illius vini potestatē: & tunc dicerem ꝙ non sit aliqua pœna puniēdus: nec efficitur irregularis. Aut dedit operam, vt inebriaretur. & arbitror ipm incidere in irregularitatē. videtur enim actus sequens occisionis voluntarius, si sciebat ꝙ in ebrietate existens solitus erat, quasi vt furiosus homines percutere & mutilare: cùm dabat operam rei illicitæ, s. ebrietati, vt c. à crapula. de vi. & ho. cle. faciunt quæ dixi s. in ij. iij. & xij. q huius v. q. prin. Item ad prædicta adduco tex. expressum iudicio meo in l. omne delictum. ff. de re mili. quia miles cælestis militiæ, & miles armatæ militiæ videtur ęquiparari: vt l. miles. & ibi no. ff. de re iud. Sed miles armatæ militiæ propter ebrietatē à militia remouetur, vt d. l. oē delictū. §. pe. ergo & fortius miles cælestis militię. vt est clericus, debet deponi ab altaris ministerio. & p cōsequēs vr̄ in irregularitatē incidere. & hanc meā distinctionē & cōclusionē vide in d. c. si cōstiterit.

16 ¶ † Quartodecimò quæro circa hanc q. v. quid de eo, cui est interdictum bonis: an incidat in irregularitatem: hoc est, vtrum prodigus postq; ei est interdictum bonis, incidat in irregularitatem. gl. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. vr̄ velle ꝙ prodigus delinquēdo non obligetur. pro qua facit l. is cui bonis. ff. de ver. ob. vbi tex. vr̄ æquiparare prodigum furioso. quod etiam probatur in l. furiosi. ff. de re. iu. & l. Fulcinius. §. adeò ad finem. ff. ex quib. cau. in poss. ea. sed Fran. Accur. in d. l. si quis in tantam. expressè tenet, ꝙ prodigus delinquendo obligetur. & sequitur Bart. in d. l. is cui bonis. & probatur, quia lex æquiparat prodigum adulto habenti curatorem, vt l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. ¶ Ego arbitror nullam esse dubitationem ꝙ si cōmisit homicidium faciendo, incidat in irregularitatē. sed si negligendo, tunc non incidat in irregularitatē. dicam i. in d. vij. q. prin. Bal. & Ang. in d. l. is cui bonis. & sequitur do. Lud. Pōta. volunt ꝙ licet prodigus obligetur ex delicto commisso faciendo: non tamen obligatur ex delicto ꝙ resultat propter negligentiam. nam cùm ipse æquiparetur pupillo doli capaci: vt l. impuberem. ff. de furt. & l. pupillum. ff. de reg. iur. cum si. sequitur ꝙ sicut talis pupillus non obligatur ex delicto resultante ex negligentia, vt dixi in ix. q. huius quintæ q. princi. ergo &c. & proximus pubertati committendo homicidium, vel multitudo efficitur irregularis, vt dixi s. in ix. q. huius v. q. princ. ergo &c. Chi non ha non po esser prodigo.

17 ¶ † Quintodecimò quæro, vtrum fœmina incurrat irregularitatem propter homicidium, vel mutilationem. hanc similiter q. vt præcedentem non reperio tactam per Doct. & videtur primò dicendum ꝙ sic. nam mulier propter homicidium tenetur pœna l. Corne. de sicar. sicut vir. nam tex. dicit ꝙ ille tenetur pœna l. prædictæ. qui hominem occiderit. & sic comprehenditur tam fœmina, quam vir, vt l. j. ff. de ver. sig. & l. si quis id quod. ff. de

iurif.omi.ud.& plenè dixi in Cle.j.de elect.& probatur in c.si aliquis s̃.e.cùm tex.loquatur per verbum aliquis. quod vtrũq; sexum comprehendit, vt d.iuribus. ¶Sed aduerte, quia in hac quæstione dubium facit effectus irregularitatis, qui videtur esse ad impediendum promotionem ad ordines, vel promotum administrare in susceptis: qui effectus non videtur posse cadere in mulierem, cùm ipsa ordinari nõ possit, vt dicit Arch. xxxij. di.c.presbyter.nec ordinata characterem recipiat, & sic frustra quærimus, an possit incidere in irregularitatem, cùm lex nihil frustra debeat agere, vt l.ꝗ Labeo.ff.de Carbo.edict.& c.commissa.de elect.lib.vj.In contrarium tamen videtur esse text.in c.diaconissam.xxvij.q.j.vbi tex.videtur velle ꝗ mulier possit ordinari in diaconissam.ad idem etiam facit l.nulla.& auť. diaconissa.C.de epi.& cle.vbi text.expressè dicit ꝗ diaconissa nõ potest ordinari, quæ minor sit annis xl.& in auť.de san.Epi.§. presbyterum.& ad idem xxxij.di.præsbyter.ibi dum dicit suscepti ordinis presbyteram suam.ergo videtur ꝗ mulier possit esse presbyter.Sed contrarium tenet Gof.in sum.in titu. de æta.& qualita.§.quid de muliere. vbi tenet ꝗ mulier non recipiat ordinis characterem sexu impediente, & constitutione ecclesiæ.pro qua opi.facit tex.in c.sacratas.& c.mulier.xxiij. dis. & xxxiij.q.v.c.mulierem.hanc etiam sententiam tenent Ioan. And,in nouel.j.de pœ.& re.tenet Ambro.contra captafugias. vbi dicit ꝗ illud quod quidam dicũt, fœminam in diaconissam ordinari, est falsum, Præterea in sacro requiritur res & signum, vt c.cùm Marthæ.vers.distinguendum.s̃.de cele.mis.sed in sexu non potest figurari aliqua præeminẽtia gradus, cùm habeat statum subiectionis: vt scribit Apostolus ad Thimo. dum dicit: mulieri docere non permitto: nec in virum dominari: quia cùm præcepto malè fuerit vsa, fuit subiecta. Gene.iij.ca. & est tex.in c.hæc imago.& c.mulierem.& c.si.xxxiij.q.v.Cùm igitur sit sub viri potestate, non recipit characterem ordinis, qui præeminentiam significat. Ad hoc etiam facit, quoniam clerici debent portare coronam: quod non licet mulieri. vt dicit Apostolus ad Corinť.c.j.& xxx.di.c.ij.nec ob. d.c.diaconissa.& §. presbyterum.quia dicta iura non loquuntur de ordine, sed de quadam benedictione, quæ super ea infundebatur, ex qua cõsequebatur aliquod officium spirituale, fortè legendi ad matutinum: quod non licet alijs non benedictis. non obst.c. presbyter.xxxij.di.quia ibi nõ dicitur presbytera ex ordine, sed quasi presbyteri socia.& ex his vt s̃.dixi videtur inferendum ꝗ mulier non possit incidere in irregularitatem, nisi fortè diceres ꝗ imò potest ratione prædictæ benedictionis, vt tradit gloss.in c. diaconissa.& est tex.in d.c.indennitatibus.§.j.de electio.lib.vj. de qua benedictione dixi in c.meminimus.s̃.de accusa. sed hoc non admitto. ¶Sextodecimò quæro, vtrum Hermaphroditus possit incidere in irregularitatem. Doct.hoc non tangunt. Ego arbitror dicendum ꝗ aut magis incalescit in sexu masculino: & arbitror quòd possit: quia de eo iudicamus, vt de masculo. l. quæritur.ff.de sta.ho.iij.q.iij.§.item Hermaphroditus.ff.de testi.l.repetundarum.§.fin.quid autem si magis in vno, ꝗ̃ in alio incalescat? Docto.in dictis iuribus, & Host.in sum.in ti. de test. ver.quid de Hermaphrodito.dicit quod ad hoc probandũ, statur eius assertioni & electioni: ex quo deinde iudicamus, an possit in irregularitatem incidere, vel non.

18 ¶†Sexto principaliter quæro, quæ fuerit causa & ratio instituendæ irregularitatis.Solut. dicit Lau.in d.Cle.j.e.ti.ꝗ horror & scandalum inde oriens.nam abhominabile est quòd qui intinxit sanguinem humanum, offerat sanguinem, & hostiam immaculatam, vel aliud officium Christo.xxiij.q. v.imaginẽ Dei, quæ est homo, vt c.ij.s̃.eo. quæ ratio cessat in muliere, quæ non est facta ad imaginem Dei, sed hominis.xxiij.q . v.c. hæc imago.& hanc opi.sequitur etiam do.Car.Flo.in d.Clemen.quæ tamen mihi non placet, primò quia est defectiua: quoniam loquitur solùm de irregularitate respectu homicidij: sed & alijs plurimis modis committuntur irregularitates, vt dixi s̃. in iij. q.prin.igitur &c.Secundò non placet in eo quòd videtur velle interficientem fœminam non incidere in irregularitatem: quoniam esset contra infinita iura. vide xxiij.q.v.§.si homicidium coniuncta.l.hominis.ff.de verb.sig.& quæ dixi in Clemen.j.de elect.Tertiò quia Dauid fuit prohibitus ædificare templum: quia vir sanguinis erat, vt dixi s̃.in iij.q.princ. non autem dixit quia virum vel fœminam interfecisti. Arbitror igitur ꝗ causa & ratio inductiua irregularitatis fuit horror. & quoniam indignum est Deo offerre quod homo dedignatur.xlix. dist.c.fin.

19 ¶†Septimò principaliter quæro, qualiter, & quibus casibus cõtrahatur irregularitas. Solut.ego arbitror in hac q.ita procedendum. Nam cùm irregularitas contrahatur quandoq; ex defectibus, qui sunt in homine sine peccato: quandoq; ex deformitate proprij corporis: quandoq; ex inobedientia, siue violatione censuræ ecclesiasticæ. quandoq; verò prouenit ex homicidio seu mutilatione, vt dixi s̃.in iij.q.princi. Ideò prædicta secundùm prædictum ordinem examinabimus: licet Spec.in d.§.iuxta.& Ho.in sum.eo.tit.§.qua pœna.aliter procedant. ¶Primò ergo quæro qualiter, & quibus casibus ex defectibus, qui sunt in homine, sine peccato contrahatur irregularitas.sol.primò dic quòd ex defectu natalium: quoniam nisi illegitimum non est culpa, sed defectus.lvj.dist.nasci.& de pur.cano.c.accedens. quoniam non legitimè natus non potest ordinari .lvj. dist.per totum.& s̃.de fil.presby.per totum.& si ordinatur, nõ potest promoueri ad beneficia cum cura: vel ad dignitates cũ cura, & sine cura.s̃.de fil.presby.c.j.& c.nimis.s̃.de electio.c.in cunctis.& c.innotuit.tales enim ordinati prohibentur. Primò propter hominis excellentiam.Secundò propter detestationẽ paterni criminis.Tertiò propter timorem paternæ incontinentiæ.vide Host.in sum.in tit.de fil.presby.circa fin.c.ij.vide glo. in c.ij.de fi.presby.lib.vj.vbi latius loquitur.& subdit ibi Ioan. Andr.in nouel. quartam rationem, quæ ex prædictis infertur: videlicet, ne scandalizentur illi, inter quos promoueretur.

20 ¶†Secundò propter bigamiam: quia irregularis est: nec potest ordinari propter sacramenti defectum: non autem propter culpam.s̃.de biga.per totum.xxv.dist.per totum. quoniam Christus nõ duas, sed vnam tantùm ecclesiam sibi copulauit. xxvj. q.accusatus.& cap.qui sine.Qualiter contrahatur bigamia: & quot sint eius species, vide Hosti.in tit.de biga.§. quot species. Tertiò ratione seruitutis.seruitus enim defectus est, non culpa, vt plurimum requiritur.non potest seruus ordinari.xliij.di.c.j. ij.& iij.& c.consuluit.s̃.de ser.non ordi.per totum. & ratio est duplex: videlicet, vtilitas seruilis: & dignitas clericalis.xliij.di. c.admittuntur. Alia est, ne contingat vituperari propter reuocationem in seruitutem, vt s̃.de ser.non or.c.j. ¶Quintò ratione defectus scientiæ, seu prudentiæ.tales enim irregulares sunt xxxiij.di.præcipitamus.xxxvj.di.c.illiteratos.literis enim carens sacris non potest præesse officijs, vt ibi. ¶Sextò ratione ætatis videtur causari quædam irregularitas: hoc est prohibitio promouendi ad ordines: vt s̃.de æta.& qualita.per totum.xl-

21 vj.dist.in singulis.¶†Primò igitur circa hoc quæro, qualiter, & quibus casibus ex deformitate proprij corporis incidatur in irregularitatem.sol.hoc satis colligere potes ex his, quæ dixi s̃.in iij.q.princ.versic.aduertendum. quæ licet s̃.moraliter exposita sint, vt ibi dixi: tamen quædam ex his seruantur ad literam, quædam non.& de his tractatur s̃.latius de corpo.viti.per to. tales enim ordinari non possunt, vt ibi.& xxxiiij.di.c. præcipimus, xxxvj.c.ei.lv.dist.c.pœnitentes.cum simi.& ratio est: quia defectus corporalis vitium animi attestatur.xlviij.distinct.c.hinc etenim.Sed aduerte: quia Innoc.videtur velle in c. presbyterũ. s̃.de cleri.ægro.ꝗ corpore vitiatus non sit irregularis, per text. ibi: dum dicit, prohibemus.quod etiam ex eo patet secundùm Hostien.ibi: quia talis vitiatus potest exercere, quæ prius poterat, præter expressè prohibita. Ego arbitror ꝗ vitium seu deformitas corporis faciat quem irregularem quò ad ordines suscipiendos, vt in iuribus s̃.alleg.Si verò vitium, vel deformitas superuenit post susceptos ordines, tunc in tantum censetur irregularitas, inquantum reperitur propter illud vitium corporis inhabilitatus ad exercitium alicuius ordinis, & ita limito quod dicit do.meus cap.ij.s̃.de cleri. ægro. ¶Secundò quæro, vtrum percussus lepra, sit irregularis.solu.dic ꝗ sic, si in scandalum generatur.talis enim non promouetur. imò promotus nõ administrat: sed datur ei coadiutor.vij.q.j.c. cùm percussio.& de cle.ægro.c.pen.& tenet Specul.in titul.de locato.in d.§.iu-

22 xta.versic.item percussor.o cancioneta mia. ¶Tertiò quæro, qualiter quis per violationem censuræ, seu inobedientiam efficiatur irregularis. Solut.dic ꝗ pluribus modis. Primò: quia si excommunicatus maiori excommunicatione siue à iure siue ab homine durante illa excommunicatione scienter celebrat, efficitur irregularis: & deponendus est.xj.q.iij.c.si qui.& seq.& c.de illis.& c.latores.de cler.excom.mi.secus si ignoranter.vt c. Apostolicæ.de cler.excom.mini.& tenet Ioan.And.in c. si celebrat.de cleri.excom.mi. Si verò dubitanter, probabitur de sua excommunicatione: præsertim quando conscius est de culpa sua, per quam iustè potuit excommunicari . nescius tamen se exponit discrimini, & celebrat, cùm sit excommunicatus, est irregularis, vt d.c. Apostolicæ.& crassa dicitur ignorantia in talibus, si citatus peremptoriè neciuit, nec misit.& sic excommunicatus celebrat: licet nihil sciat de excommunicatione, & vide Spe.in d.§.iuxta.ver.vt autem in hac materia. Sed dicit ibi Io. And.ꝗ hoc vltimum dictum de citato est valde durũ: cùm talis citatus potuisset etiã nõ excõicari, vt c.cõsuluit.de offi. dele. & c.prout.de do.& cõtu.de quo latissimè dixi in Cle. j . de do. & contu.vel alia pœna puniri, secũdùm quod plura sunt prodita

dita remedia præter excõicationem cõtra contumacẽ. de quibus in c. quoniam. §. vt lit. non conte. per glo. vj. in c. ij. de cõfes. lib. vj. per Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. Sed vtrum clericus talis excõicatus ministrans in celebratione, scienter, efficiatur irregularis. Quidã ꝙ sic, vt dicit Spe. in d. ver. vt aũt. per c. ij. de apo. hoc tñ nõ placet Ioã. And. in addi. Spec. vbi dicit ꝙ etiã interpretatio consuetudinis hoc non recipit. ad quod etiam adducit c. is qui primo respon. de sen. excom. li. vj. nec ob. prædictum c. ij. de apo. propter diuersitatem rationis: quoniam præstans ministerium rebaptizati, dicitur quasi Christum crucifigere. de consec. di. iiij. c. ꝗuis. In quo etiam punitur ignorantia rebaptizati, vt ibi. quod secus est in ignoranter excommunicato celebrante vt s. dixi. ¶ Quid aũt iuris sit, si ligatus minori excommunicatione propter participationem, celebret, an efficiatur irregularis? dic ꝙ nõ: licet grauiter peccet. imò si medio tempore: scilicet, postꝗ̃ communicauit excommunicato celebrauit, bene poterit sine Papæ dispensatione celebrare, vt s. de cle. excõ. mi. c. fin. & xj. q. iij. c. si qs pšbyter. & se.

23 ¶ † Secundò fit irregularis suspensus ab officio, celebrando. xj. q. iij. si quis Eps damnatus. & c. si quis Episcopus in consilio secundùm quosdam, quod est verum, si in contemptũ clauium celebrauit. & ita loquuntur illi canones. Idem etiam dicendum est in suspenso à diuinis celebrante: quoniam est irregularis, vt c. cùm æterni. de reg. iur. lib. vj. & c. cùm medicinalis. in fi. de sen. excom. lib. vj. Suspensus autem à beneficio tantùm non efficitur irregularis celebrando: quia nullo iure cauetur, vt c. cùm in cunctis. §. clericis. & c. statuimus. §. fi. s. de elect. & c. quia diuersitatem. de concess. præben. ¶ Et aduerte: quia circa hanc materiã vtrum suspensus celebrando incidat in irregularitatem? Spe. in d. §. iuxta. ponit multa & satis incomposita. Tu dic post do. m. in d. c. si celebrat. quibusdam additis, capiendo veras conclusiones Doct. ꝙ multiplex est suspensio à diuinis. nam quidã sunt suspensi à diuinis tãtùm quò ad Deum: vt sunt cõstituti in peccato: quia peccato durante non dñt se immiscere diuinis participando, vt c. fi. de coha. cle. & mulie. & isti celebrando non efficiuntur irregulares: quia iure non cauetur, vt d. c. is qui. de sent. exc. lib. vj. & ratio est: quia directo non est eis officium interdictum ipso iure: sed peccant celebrando. Vnde cùm sint à Deo suspensi solùm quò ad se propter peccatum, & non à canone, nisi per approbationem. quod patet: quia quãdo celebrare volunt, absoluuntur à sacerdote proprio: tñ pñt postea celebrare, vt c. nup. de sen. exc. secũdùm Inn. & Host. dicit tñ Host. quod ꝑdicti celebrando non efficiũtur irregulares, nisi in his casibus, in quibus executio post pœnitentiam impeditur, vt c. nisi cùm pridem. §. post conscientiam. s. de renun. ¶ Quidã sunt suspẽsi à Deo, & à canone, vt qñ Canon suspendit quem propter peccatum suum. Quidam sunt suspensi à Deo, & ab homine, vt qñ propter peccatum homo, vt iudex suspendit quẽ: & ipsius suspensionis duplex est species. nam quædã est suspensio maior, & quædam minor. Suspensio minor est, quæ priuat quem participatione sacrorum tantùm, vt est illa excõicatio minor, quæ contrahitur ex participatione cũ excõicato. Idẽ esset, si iudex excõicaret quem minori excõicatione, vt c. engeldrudã. iij. q. iiij. licet illa non sit in vsu inꝗ̃tum fertur ab homine. Suspẽsio maior interdicit officium seu exercitium: vt quia iudex, vel canon suspendit quem propter peccatũ ab officio. suspensus minori siue à canone, siue ab homine, non incurrit irregularitatem propter rationem supradictam: & potest eligere & exercere ea quæ sunt iurisdictionis. ¶ De suspensione verò maiori aduerte: quia quædam suspensio fit propter delictum: quædam propter defectũ: & ꝗdã propter infamiã. suspẽsus maiori propter delictum efficitur irregularis celebrando: quia exercet officium sibi interdictum. iste est casus. c. j. de sen. excom. lib. vj. & ibi per Io. An. & hæc est cois conclusio: licet quidam teneant cõtrariũ. Suspẽsus verò propter defectũ: puta, quia illegitimus, vel quia patitur defectũ in corpore, propter quẽ promoueri prohibetur. & celebrando non efficitur irregularis, sed peccat: quia non directò sibi interdicta ptãs executionis officij: & iure non cauetur ꝙ talis efficiatur irregularis. & hoc dicit Io. An. probari per stilũ curiæ: quia qñ dispensat cũ talibus, non facit mentionẽ de irregularitate. lvj. di. c. Apostolica. & c. Cenomanẽsem. s. de fil. presby. c. veniens. & c. peruenit. & quasi per to. tit. Suspẽsus verò propter infamiã, quia directò à superiore est sibi interdictũ officiũ: efficitur irregularis celebrãdo, vt d. c. j. de sen. excõ. li. vj. sed si nõ directè: vt quia interdicitur, ꝙ notoriè criminosi non debeãt celebrare propter infamiã, & odiũ quod oritur in populo. & iste sic celebrãdo nõ incurrit irregularitatem: quia directè nõ est suspẽsus à iure, vel à canone. sed est ꝗdã prohibitio pro-

24 pter scandalũ euitãdũ. ¶ † Et ex his infertur notabilis quæstio: nunquid notorius fornicator celebrãdo efficiatur irregularis. Inn. hic ꝙ non. & c. sicut. de coha. cle. & mu. & c. tãta. de exces. Præla. Sed Io. An. & Host. tenẽt cõtrariũ per not. in c. cũ æterni. de re iud. lib. vj. & tota difficultas consistit in vidẽdo, an notorius fornicator sit suspensus à canone in pœnam: an verò sit illa suspensio indirecta: vt quia alij prohibentur ab eo audire diuina, vt facilius resipiscat. & de hoc articulo dic, vt plenius per do. me. in d. c. nostra. de coha. cle. & mulie. ¶ Aduerte tñ: quia in omnibus casibus, in quibus dixi suspensionẽ simpliciter inducere irregularitatem, si suspensus celebrat, habet locũ siue suspẽsio sit simplex, siue ad tẽpus. verbi gratia, si suspensus quousꝗ̃ satisfacias, vel pœniteas, vel vsꝗ̃ ad annum, vel ad tempus: licet hæc duo vltima in alijs differant, secundùm quod singulariter tradidit Inn. & Io. An. in c. bonæ. in ver. suspensionis de æta. & quali. Quidam tñ volunt contrarium: videlicet ꝙ tales interim celebrando non efficiũtur irregulares: quia talis nõ dicitur propriè suspensio canonis, sed Dei: ideò statim post pœnitentiam legitimam celebrare possunt. lxxxj. di. c. si qui sunt presbyteri. in prin. & etiam prius celebrantes non sunt irregulares secundùm no. in c. sicut. de coha. cle. & muli. Inn. verò tenet primam sententiam, quod tales sunt irregulares interim celebrãdo. ar. ij. q. v. c. presbyter. s. de rescrip. c. dilectus. & de exce. c. Apostolicæ. & hanc opi. videtur sequi Io. Andr. in d. c. si celebrat. de cle. exc. mi. & in d. c. sicut. ¶ Tertiò fit ille, qui nõ seruat, sed violat interdictũ ecclesiæ celebrãdo in loco interdicto, vt j. de exces. Præla. c. tanta. in fi. & c. postulasti. de cle. exc. mi. §. quidam tñ tenebant cõtrarium. vnde super hoc olim erant opi. variæ, vt dicit Spe. in d. §. iuxta. ver. quæritur vtrum is qui. de quibus etiam tractatur in d. c. tanta. sed hodie istud est determinatum in c. is qui. §. j. de sen. excom. lib. vj. qui tex. expressè vult ꝙ scienter celebrans in loco interdicto efficiatur irregularis, nisi sit priuilegiatus in hoc, vel à iure sibi hoc fuerit cõcessum, vt ibi dicit tex. Si ergo quis ignoranter in loco interdicto celebraret, non efficeretur irregularis, nisi ignorantia esset crassa, aut supina, vt d. c. Apostolicæ. de cleri. excom. mi. tenet gl. in d. c. is qui. in versicu. scienter. Idem etiam est, si persona esset interdicta, & celebraret vt d. c. tãta. quia interdictus simpliciter, vel respectu loci est suspensus, vt d. c. is qui. de sen. excom. lib. vj. si ergo celebrat, efficitur irregularis, vt s. dixi. & probatur in c. j. de re iudica. lib. vj. ¶ Quartò circa prædicta quæro, vtrum aliter celebrando dicatur quis violare interdictum, & sic incurrere irregularitatẽ. Sol. dic post Inn. & Doct. in d. c. tanta. ꝙ illi dicuntur prædicto modo violare interdictum, qui exercent aliquid deputatum alicui ordini ecclesiastico. hoc facientes tanꝗ̃ clerici: siue illud faciant tanquam sacerdotes, siue tanquam clerici inferiores: vt tractatur in c. ij. de cle. excom. mi. Vnde si diaconus dicit Euãgelium tanꝗ̃ diaconus, vel subdiaconus dicit Epistolam tãquam subdiaconus, vel acolitus exercet officium suum vt acolitus, efficiũtur irregulares, vt d. c. ij. de cler. exc. mi. secus vbi exercent aliqd non deputatum certo ordini ecclesiastico, vt cantare responsalia, dicere psalmos, & si non tamen principaliter officiãdo in ecclesia: sed tanquam quilibet alius laicus: quia tunc non efficerentur irregulares. Idem etiam dicendum est de benedicente mensam. ar. xliiij. dist. c. fin. quoniam talis benedictio non est deputata certo ordini ecclesiastico. Idem secundùm Docto. maximè domi. me. dicendum est, si exerceretur aliud, quod esset deputatum certo ordini, sed ex consuetudine exerceretur indistinctè, per quencunꝗ̃, etiam nõ ordinatum, vt est in Epistola, quę ex cõsuetudine cõi dicitur sine apparatu, etiã per quẽcũꝗ̃. Vnde licet suspensus vel excommunicatus, vel interdictus sine apparatu: vt alius quilibet diceret Epistolam, non efficeretur irregularis. Idem si exercet ea quæ sunt iurisdictionis, vt absoluere vel excommunicare: dummodò non absolueret vt sacerdos cum solennitate. de qua in c. à nobis. el ij. de sen. excom. & idem in illis tribus quæ non fierent tanꝗ̃ ab ordinato ratione illius ordinis. & idem etiam in alijs dicendum est, si essent aliqua quæ essent ordini deputata. & tamen per consuetudinem

25 exerceretur. ¶ † Quintò quæro circa prædicta, quid de audiente diuina in loco interdicto: an incurrat irregularitatem? Solut. dic secundùm Doct. post Host. in d. c. tanta. quod aut quis audit diuina authorizando, vt quia Prælatus præcepit celebrare. & tũc efficitur irregularis: quia talis ingerit se diuinis: & violat interdictum. facit text. in d. c. tãta. dum dicit violauit. & vide bo. gl. in Clemen. j. de priui. vnde cauere debet Prælatus, ne tempore excommunicationis vel suspensionis faciat celebrari coram se: aut etiam intersit celebrationi: quia tunc videtur authorizare secũdùm do. me. ¶ Sextò quæro, quid si aliquis celebrat excommunicato. an per hoc incurrat irregularitatem. so. Spe. in d. §. iuxta. ver. sed quæritur. tenet ꝙ non: quia talis non est suspensus nec ab homine, nec à iure. sed est censendus sicut ille, qui participat cum excommunicato in oratione, qui tantùm minorem

excõicationem incurrit.xj.q.iij.c.excõicatus. vnde non eſt irregularis: vt c.ſi celebrat.de cle.ex.& quare ſit maior pœna celebrantis in loco interdicto,q̃ celebrantis excõicato. dic vt not. in d.c.tanta.¶ Aduerte tñ:quia quod ſ̃. dictum fuit ꝙ celebrãs excõicato non efficitur irregularis:fallit ſecũdùm aliquos, ſi tales fuiſſent excõicati à Papa:quia tunc celebrans efficeretur irregularis.hoc videtur ſequi Spe.in §.iuxta.ver.quod autẽ dixi, per c.ſignificauit.j.de ſen.exc.ſed tu dic ꝙ veritas huius fallentiæ pendet ab intellectu illius c.ſignificauit. nam ibi ponuntur quatuor lecturæ:illa tamen videtur eſſe communior ꝙ ad hoc, vt ex participatione cum excõicatis quis incurrat irregularitatem,requirũtur illa,quæ ibi narrantur in tex.videlicet ꝙ ſit clericus.Item ꝙ ſcienter.Item ꝙ ſpontè. Item ꝙ ille fuit excõicatus à Papa.Item ꝙ participet in diuinis officijs. Inſuper etiam nominatim interdicti celebrantes fiunt irregulares.xj.q . iij . ſi Epiſcopus in conſi.& c.ſi quis Epiſcopus damnatus.

Prælatus debet se opponere pro defendẽdis positionibus & libertate ecclesiæ. nã & per hoc beatus Thomas fuit martyrizatus. & dicit Hosti. ꝙ debet se armis defendere, vt c. dilecto. de sen. excom. lib. vj. ¶ Aduerte tamen: quia in clerico nõ est dubium quòd efficitur irregularis: quia licet debeat defendere bona & res: non tamen debet ad seua procedere hoc est, ad mortem vel mutilationem vt c. ij. & c. suscepimus. s. eo. & tractatur per do. me. in c. ij. s. de vi. & hone. cle. Sed in laico maius est dubium per ea quæ dicta fuerunt in dictis iuribus: cùm laico liceat pro defensione rerum suarum, si aliter illas amitteret, hominem interficere, vt in dictis iuribus quod nõ licet clerico. durum tamẽ esset dicere, & aliquid attentare contra opi. à tot docto approbatam. & pro communi opi. facit: quia licet iudex pro defensione iustitiæ interficiat malefactorẽ: tamẽ efficitur irregularis. ¶ Vigesimonono quæro: quid si non occidit vel mutilat: sed ad sanguinis effusionem procedit se non defendendo: an incidat in irregularitatem. sol. dic quod sic. facit c. sententiam. s. ne cleri. vel mona. j. de rapto. c. in Archiepiscopatu. j. de sen. excõmuni. cùm illorum. versi. vos tamen. contrarium tenet Lap. per hanc literam, quæ tantùm ponit hæc duo. ad contrarium tamen non respondet. tu dic ꝙ c. sententiam. facit pro. & debet intelligi ꝙ clericus non procedat ad sententiam sanguinis vnde procedat mors vel mutilatio. Ad ca. in Archiepiscopatu dic ꝙ etiam facit pro ibi: mortem vel detruncationem. Ad c. cum illorum. dic ꝙ id qđ ibi dicitur de sanguinis effusione, consideratur ad effectũ inferendi excessum esse enormem, non ad inferandam irregularitatem: & per hoc non procedit quod dicit Landu. de illo qui se vulnerauit, & ex imperitia medici ex illo vulnere obiit dicit enim quòd est irregularis: quod non est verum: quia non dedit causam immediatem irregularitati. pro hoc qđ dixi s. in viij. q. huius articuli.

¶ Trigesimò quæro. Pone quòd in vna domo sunt plures, & vnus proiecit lapidem, & prætereuntem occidit: nec constat quis homicidium commisit. soluit Mattæ. referendo quod not. xxiij. q. fi. c. si quatuor. & Spe. eo. tit. versi. pone quòd nullus teneatur. Archi. tñ s. de elec. c. cupientes. in gl. non debet, dicit hoc procedere in casu premisso, cùm non omnes deliquerint: quia tunc sanctius est nocentem impunitum relinquere, quã innocẽtẽ cõdemnare ff. de pœ. l. absentem. s. de simo. licet Hely. Sive rò constat, ꝙ omnes deliquerunt: sed non æqualiter: quia oẽs percusserunt, sed vnus occidit, & tunc omnes tenentur de occiso. xxiij. q. fi. c. si. ff. ad l. aquil. l. item mela. §. si plures. & c. signi. el ij. j. eodem.

41 ¶ † Trigesimoprimò quæro an ex qualibet mutilatione quis efficiatur irregularis. sol. dicit Land. quòd non, vt in d. Cle. j. sed solùm efficitur irregularis propter mutilationem alicuius membri principalis per c. j. j. de cle. pugnã. in duel. l v. di. c. si euangelica. xxiij. q. fi. c. si quatuor. & ideò si aliquis mutilat alteri digitum, non videtur propter hoc irregularis. facit c. j. & fi. s. de cor po. vitia. & hoc probatur quoniam digitus non est membrum sed officium mẽbri, vt ff. de sta. homi. l. non sunt liberi. gl. & tex. de edili. edic. l. idẽ Offilius. & per Bal. in repe. l. data opera. C. qui accu. non pos. col. xxj.

¶ In cõtrariũ tñ facit qa eadẽ ratione deberemus dicere ꝙ nec lingua, nec oculi sunt membra: qa sunt partes capitis: & officium capitis pstãt qđ tñ venit cõtra l. is qui lingua. ff. de edil. edi. Bar. circa hunc ar. in l. publicorũ. circa fi. ff. de publi. iud. dicit ꝙ membrum dicitᷣ quasi corporis pars. & ita refert dicere Vgu. grãmaticũ in libro, quẽ scripsit de ver. signi in verbo mentior. & hoc modo assumendo, membrũ est qualibet particula corporis, sicut quilibet lapis est pars domus, vt l. si finita. §. ex hoc edicto. ver. sed si plures. ff. de dam. infe. Ita ꝙ in proposito mẽbra appellantᷣ, q̃ habent diuersa officia, pedes ad ãbulandũ: manus ad palpandũ: & sic de singulis. Alia verò q̃ adiuuant officium mẽbri, propriè appellantᷣ officia nõ mẽbra. probatᷣ in auc. sed nouo iure. C. de ser. fu. vbi manus appellatᷣ mẽbrum: pdicta vera sunt scdm eũ, nisi de mẽte disponẽtis aliud apparet. verbi gratia, dicit statutũ ꝙ si quis abscinderit alicui mẽbrum, simile mẽbrũ abscindatᷣ ei. nã si aliquis abscindit digitũ, debet similiter digitus sibi abscindi ex relatiõe qualitatis. ar. l. nonnũq̃. ff. ad treb. Sed tu formalius potes cõtrarium rñdere iudicio meo ꝙ oculus nõ dicitur officiũ capitis nec auris tanq̃ membri: q̃m caput nõ est propriè membrũ: sed est caput à quo cætera mẽbra descendunt. xj. di. c. nõ decet. & c. nõ liceat. s. de prescrip. in quibus dicitᷣ ꝙ nõ licet mẽbris à capite recedere. & sic arg. Bar. nõ habet obstare. Sed redeũdo ad principalem materiã: ꝙ propriũ dicatᷣ mẽbrũ, dic ꝙ illud dicitᷣ qđ in corpore nostro habet propriam & distinctam operationẽ per seipsum: vt tenet Aristo. in iiij. methaphisice. & per Bal. in d. repe. l. data opera. col. xxj. & per l. capita. §. pe. ff. de pœnis. & tenet Bal. in c. j. de no. for. fideli. & l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. exempla possunt poni in manu, oculo, pede, lingua, ore, naso, & simi. facit l. is qui seruum. ff. de sica. idem tenet Bal. in d. repe. l. data opera. Itẽ infert ex prædictis ꝙ mamilla mulieris est membrum, cùm habeat officium proprium & distinctum: sed mamilla hominis non: vt per Bal. in d. repet. & etiam dicit ibi Bald. no. col. xx. ꝙ quando lex vel statutum facit mentionem de amputatione membri, si aliud non exprimitur, intelligitur de manu, vt in auc. vt nulli iudi. §. penult. Item ex prædictis infert, ꝙ appellatione membri nõ comprehenditur dens: quia non habet officium proprium & distinctum per se. hoc tenet Inno. in c. significauit. de corpo. vitia. & gl. in c. exposuisti. eo. ti. facit text. & ibi Bar. & Mar. Silimani. ff. de ædil. edict. l. cui dens.

¶ Quid autem de membro? dic ꝙ potest duobus modis accipi vno modo pro pilis, vt l. Item Labeonẽ. §. generaliter. ff. de iniur. & hoc modo sumendo certum est, quod non est mẽbrum: quia pili licet capiti adhæreant & cruri: tamen re vera sunt qđ separatum à corpore: & nullam habent operationem in eo. ¶ Secundo modo accipitur pro mento, vt tractatur de pace tenen. c. j. §. si quis aliquem. colla. x. & similiter non est membrũ: quia non habet distinctam operationem in corpore nostro: & hoc tenet Bal. in d. l. publicorum. Subdit tamen, ꝙ licet non sit membrum instrumentale: tamen est membrum formale: quia dat formam corpori. & sine illa parte corpus esset deforme & imperfectum. facit quod habetur in l. in rem. §. j. ff. de rei ven. & idem dicit ibi Bal. de labijs: quia labia sunt ianua linguæ, gutturis, & palati. ¶ Idem tamen Bal. in d. repe. l. data opera. dicit de barba prout de mento accipitur, cogitandum esse. ¶ Et ex prædictis infert Ang. in d. l. publicorum. quod si aliquis accusatur ex eo ꝙ percussit T. in barba, cùm barba accipiatur dupliciter: quod licet ruditer seu simpliciter probata sit accusatio: nõ condemnabitur vt percussor in facie. & ita dicit Ang. fuisse determinatum Perusij in q. de facto ipso aduocato existente. ¶ Trigesimosecundò quæro: si aliquis mutilauit aliquem manu arida, vel alio membro arido, an incidat in irregularitatem? Bal. in d. l. publicorum. videtur tenere quod nõ: quoniam membrum aridum non dicitur propriè membrum, cùm non habeat vitam membri: sed si est sterile, & habet viam: tunc bene dicitur membrum, sicut dicitur mulier licet sterilis: vt l. quæritur. §. sed de sterilitate. ff. de ædil. edict. ad quod facit quod not. idẽ Bal. in auc. sed nouo iure. C. de ser. fugi. ¶ Sed ego arbitror in hoc dicendũ contrarium, per c. sicut vrgeri. j. q. j. vbi tex. dicit ꝙ licet manus arida sit sine sanguine, & inefficax: tñ verũ est mẽbrũ: vide quę dixi in c. sicut Iudæi. de Iudæ. ¶ Trigesimotertiò quæro. Quidã nõ mutilauit, sed debilitauit aliquẽ aliquo mẽbro: vtputa propter incisionem mẽbrorũ, an efficiatur irregularis. do. me. in c. j. s. de cle. pug. in duel. tangit & non soluit: sed remittit se ad not. in Cle. eo. tit. & quod no. j. q. j. sicut vrgeri. Sed aduerte: quia in d. Cle. non reperio hanc q. decisam aut formaliter tactam: sed solùm vtrũ propter sanguinis effusionẽ incidat quis in irregularitatẽ? de quo dixi in q. præcedẽ. Arbitror tñ ꝙ talis nõ incidat in irregularitatẽ: quia Cle. j. eo. ti. videtur solùm cõsiderare occisionẽ, vel mẽbri mutilationem: sed hic non est mutilatio. igitur &c. nã licet membrũ sit debilitatũ, remanet tñ membrũ, vt dixi in q. præced. & ideò efficitur irregularis. ar. eorum quæ dixi.

42 ¶ † Trigesimoquartò quæro: quia s. pluries dixi ꝙ defendendo se quis non incidit in irregularitatem: an hoc liceat fratribus minoribus vel prædicatoribus: ita vt se defendentes cum moderamine inculpatæ tutelæ, non incidant in irregularitatem? & videtur dicendum ꝙ sic: quia vim vi repellere omnibus licet, vt l. vt vim. ff. de iust. & iu. ¶ In contrariũ tamen facit præceptũ Euangelicũ, quod vult ꝙ si quis percusserit te in maxillã, debes aliã porrigere. & si voluerit tollere tunicam, debes tradere pallium. Matth. in Cle. j. eo. ti. soluit ꝙ cuilibet liceat, dũmõ incõtinenti & cũ moderamine inculpatæ tutelæ: quia talis non facit animo vlciscẽdi: sed defendẽdi se. ꝙ verũ dicit, nisi per votũ se obligauerit in oppositũ: refertur tñ quosdam dicere ꝙ nõ repercutere est præceptũ pfectionis: sed in pfectis est cõsiliũ. Qui aũt pfecti dicãtur, dicit se nõ inuenisse determinatũ: refert etiam quod no. Hug. j. di. ius naturale. vbi dicit ꝙ mortaliter peccat ille, qui repcutit siue sit impfectus, siue sit perfectus. nisi hoc faciat iudicis authoritate: & debet potius mortẽ pati, q̃ inferre. ar. xxxiij. q. v. c. ita ne. Deus enim inquit mihi vindictã, & ego retribuã. vt Aps ad Corint. c. xij. nõ vos defendẽtes charissimi. vt d. gl. in c. suscepimus. in ver. iacturã. s. e. & ad illud quod dictũ est ꝙ vim vi licet repellere, exponit Hug. i. pmittitur: qa nõ punitur per legẽ. licet repellere, i. remouere nõ percutiẽdo: sed opponẽdo aliquod obstaculũ. dicit tñ Matt. ꝙ hæc opi. est nimis dura. & in hoc residet do. Cardi. Flo. in d. Cle. j. mihi non placet vllo mõ d. opi. quia etiã posito ꝙ votũ intercessisset nõ interficiẽdi,

nõ extenditur ad hunc casum : qnimo si aliquis expsse voueret
se non defendere,etiam si interficeretur, eo casu quo posset se
defendere.dico q tale votum tanq temerarium non obligaret.
nam ista est regula q quandocunq aliquid vouetur,vel promit
titur quo facto vel non facto solus corpalis vel spiritualis amit
titur,vel peccatum mortale incurritur, non est seruandum vo-
tum sicut nec promissum pactum nec iuramentum,nec pręce-
ptum,nec consuetudo nec lex nec aliud si.vinculum.xxij.q.iiij.
§.fi.& c.inter cętera.& s̃.de iureiu.c.quanto.nec obst.dictum il
lud q si quis percusserit maxilam &c.quia intelligo in proprijs
terminis quod leuem offensionem non tendentẽ ad occisionẽ
vel mutilationem debet qs cum patientia ferre.& aliam maxil-
lam prębere.nec ob.quod dicitur mihi vindictam & ego retri-
buam.quia illud est verũ q nõ debet fieri vindicta quantacũq
sit offensio.sed tueri ac defendendo defendere vitã authoritas
iã dicta nõ prohibet.aliud em̃ est vindicta:& aliud defensio:vt
patet.Ad authoritatẽ Apostoli r̃ndeo cũ dicit:nõ vos defendẽ
tes &c.quia intelligitur qñ aliter,quàm se defendendo euadere
poterat.& hoc est quod subditur.sed date locũ irę. Vel secũdũ
posset intelligi:non vos defendentes à martyrio Iesu Christi.
¶ Vnde ego dico q & fratribus minoribus pręedicatoribus, &
cuiuscũq perfectionis sint:licet defendere se moderatè tñ : vt
dictum est.ad quod etiã dicẽdũ moueor per tex.in d.Cle.j.quę
indistinctè loquitur.¶ Itẽ secũdo moueor: quia si licet occide-
re defendẽdo necessario patrem, aut matrem, vel sociũ, vt dixi
s̃.q.xviij.fortius licet occidere defendendo se:quia omnis ordi
nata charitas incipit à seipso.nec votum hanc ordinatam cha-
ritatem videtur remouere.Pręterea maius peccatũ videtur esse
fornicatio q̃ homicidiũ.quod videtur probari text.l. vt vim.
ff.de iusti.& iur.cum sua materia coniuncta.l.palam , §.non est
ignoscendum.ff.de ritu nup.licet propter virginitatem conser
uandã nõ est licitũ seipsum perimere,vt not.in c.ex parte. el ij.
& ibi per Gof.& Doct.s̃.de sepul.& xxiij.q.v.c.si nõ licet. vbi
hoc concludit Augu.vbi plus subdit q nõ debet qs se perime
re,vt citius cõsequatur vitã æternã:sed qui põt se defendere,&
non defendit,dicitur se interficere,vt dicam j. in arti.de homic.
commisso per negligentiam.ergo &c.¶ Præterea concludunt
Doct.quod si qs fuit falsò confessus cõmisisse aliquod delictũ
propter quod ad mortẽ cõdẽnatur : quod si non reuocat illam
cõfessionẽ ante mortẽ,moritur in peccato mortali dãnatus, vt
dicit do.me.in d.c.ex parte.& tractatur in c.j.s̃.de testi.cog. Et
adde quæ dixi s̃.in xij.& xxvij.q.huius arti.Sit ergo conclusio
in hac materia,quòd omnibus indifferenter est permissa neces-
43 saria defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ. ¶ † Trigesi-
moquintò quæro.Quidam erat mortiferè vulneratus:interfe-
ci eum,an efficiar irregularis.sol, dico quòd sic.arg. eorum quæ
dixi s̃.ix.& x.q.huius articuli.& vide quod no.Bal.in l.ita vul-
neratus.in fi.ff.ad l.Aquil.vbi narrat de illo aduocato qui consu
luit consanguineos eius,qui aliũ mortiferè vulnerauerat,& erat
captus,vt vulneratũ interficerent.ad hoc vt captus euaderet à
pœna.l.Cor.de sica.per l.item Mela. §.Celsus.ff.ad l.Aqui.sed
dicit ipse q tale consilium non pręcedit, qñ est certũ q vulne-
ratus sit omnino ex vulnere moriturus.d.l. ita vulneratus. sed
qñ esset dubiũ.d.§.Celsus.& subdit q talis aduocatus pro mer
44 cede sua esset furchis suspendendus. ¶ † Trigesimosextò quæ-
ro de ea muliere quæ interfecit fœtũ propriũ, seu puerperiũ in
corpore.vtrũ sit irregularis? solutio huius quæstionis satis põt
colligi s̃.eo.c.si aliquis.& ex his quæ traduntur in c.sicut. j.eod.
Tractat Spec.in tit.de iudi.deleg.§.iuxta versi.itẽ qui homini.
vbi dicit q si partus erat viuificatus.quod quando sit,dixi in c.
si aliquis.s̃.eod.talis efficitur irregularis.facit quod no.in dictis
iuribus.& ij.q.v.c.consuluisti.& sic loquitur,q dedit mulieri ad
bibendum,ne conciperet,vel homini,ne generaret,vel aliquid
simile fecerit,non est irregularis cùm non sit ibi nec homicidiũ
nec mutilatio.licet grauiter peccet,vt dixi in d.c.si aliquis.¶ Itẽ
irregularis dicitur mulier,si dubitat an puerperium esset viuifi
catum vel non:nec aliquid certi potest apparere.argu. tex.no-
stri,& intellige de ea irregularitate,quæ potest cadere in fœmi-
nam,de qua dixi s̃.in v.q.princi.in xv.q. ¶ Idem dicendum est
de eo qui dedit causam abortiui,& de medico.omnes enim effi
ciuntur irregulares:si certum est q partus esset viuificatus : vel
est dubium.¶ Prædicta tamen procedunt,quando talis interfe
ctio puerperij sit facta à volente.secus si casualiter,vt puta, ma
ritus,vel frater,vel cognatus ludebat,vel tripudiebat ludo per-
misso & leui:tamen secutus est inde abortus.nam hoc casu effi
citur irregularis,vt no.Doct.Io.An.d.Ant.& do.me.in d.c. si-
cut.j.e.¶ Sed circa prædicta posset dubitari,qd si aliquis inter-
fecit hominem monstruosum:an fiat irregularis? sol . Bald.in l.
quod dicitur.ff.de liber.& posthu.videtur in simi.determinare
quòd sic per illum text. quia satis est q habeat spiritum & ani-
mam.Faciunt etiam prædicta q licet Angel. & Ioan. de Imol.
ibi quando habent plura,vel pauciora membra, quàm debent.
secus si habeat caput animalis bruti:quia tunc non est homo,vt
l.sunt liberi.ff.de stat.homi.& quod ibi not.per glo. & Docto.
45 ¶ † Trigesimoseptimò quæro.Percussi furem vel latronem,vel
similem,non tamen letaliter vulneraui.aduenerunt alij, & simi-
liter percusserunt:an sim irregularis? Solut.dic q si non feci ani
mo occidendi quòd videtur q nõ sim irregularis.arg.c.signifi-
casti.el ij. j.eodem.sed si feci animo occidendi, licet ex vulnere
non fuerit letaliter vulneratus,videor effici irregularis.argumẽ-
tum à contrario sensu.d.c.significasti.& tenet ibi glo.ij.& Spe.
in titu.de iudice delegat.§.iuxta.versi.illud etiam not.& Hosti.
in summa huius titu.§.qua pœna.versic.illud aũt certum.¶ In-
nocen.ibi dicit,quod si quis habuit animum occidendi,& pro-
cessit ad actum,licet non letaliter percusserit,sed percussus in-
terijt, ex aliorum percussionibus q homicida est censendus.
¶ Hostien. tamen ibi dicit q hoc est verum ad hoc, vt volun-
tas possit imputare ei inquantum potuit eum liberare à morte,
& non liberauit,per no.in c.sicut.§.illi.s̃.eod.& c. Petrus.j.eo.
& in hoc residet do.Anto.in c.significasti.sed hoc non placet
Domi. me. qui dicit q dicta restrictio non congruit illi literæ:
vbi non ponderatur,an ille clericus potuisset illum liberare vel
non.& est verisimile quod non potuisset, ex quo illi parochia-
ni fecerunt insultum subitaneum. Sed Papa ibi ponderauit,an
habuerit animum occidendi,& ideò concludit Do. me. quòd
si habuit animum occidendi & vna cum alijs percussit : licet
percussio sua non fuerit mortifera:quòd tamen est irregularis:
quia præstitit opem homicidio.pro quo textus apertus. xxiij.
q.fin.c.fina.ad idem allegat c.sicut dignum.s̃.eodem.§.fina.vbi
clerici fuerunt depositi pro homicidio:quia pręstiterunt opem
dando consilium,vel veniendo cum armis. ¶ Ego verò arbi-
tror q posito q habuerit animum occidendi, nec letaliter vul-
nerauit:si tamen excessit modum debitæ defensionis rerum ni
mis seue percutiendo,vel vulnerando:vt quia acriter percussit
in capite: vnde ille stupefactus est,propter quod fuga illius est
retardata.& sic superuenientes illum interfecerunt. & hoc casu
indubitanter arbitror, quod talis sit irregularis : tamen quia
fuit inculpatum:quia dedit causam.facit quod dicam j.in artic.
de causa seu occasione. secus si non habuit animum occidendi,
& non fuit in culpa.& non præstitit opem, vel consilium, vel
non mandauit.Ita intelligo d.c.significasti.Si verò habuit ani-
mum occidendi, adhuc arbitror quòd si prius ipso occurrit &
vulnerauit,non tamen seuè,aut modum excedendo. deinde dis
cessit,nec aliquam causam dedit,propter quam alij superueniẽ
tes vulnerauerint & interfecerint.certè nõ video, quare iste de-
beat dici irregularis.quoniã animus interficiendi non facit quẽ
irregularem:quoniam irregularitas ratione homicidij non con-
trahitur sola voluntate,nisi homo actu occidatur,aut mandato
ope vel cõsilio &c.vt dicam in fine huius articuli.& facit quod
dixi s̃.q.xix.nec ob.tex.in d.c.significasti.à cõtrario sensu dum
dicit, & si pcussor volũtatẽ nõ habuerit occidẽdi quasi sentiat
q secus esset si habuisset animũ occidendi:quia nõ sumitur ar
gumentum à contrario sensu propter prædictas rationes : &
quia esset contra regulam irregularitatis .Sed si ipse vna cum
alijs venisset,& vulnerasset animo interficiendi : quia venien-
do cum alijs, videtur dedisse opem,vt dixi s̃.tunc erit irregula-
ris.& ita potest sumi argumentum à contrario sensu in d. c. si-
gnificasti.aliâs mirabilis esset decisio.d.cap.& prædicta proce-
dunt, quando esset clarum, quod ex vulnere ipsius clerici vel
ipsius primi percutientis non fuisset mortuus. secus si esset du-
bium,ex quo vulnere esset mortuus:quia tunc indubitanter es
set irregularis non habita distinctione,an habuerit animum oc
46 cidendi vel non vt d.c.significasti. ¶ † Trigesimooctauò quæ-
ro,quid si vnus à pluribus fuit vulneratus nec aliquod vulnus
per se sufficiens ad mortem, sed omnia simul iuncta mortem
inflixerunt:an aliquis vel omnes sint irregulares? solu. dic q o-
mnes.text.est.xxiij.q.fin.c.final.& sic patet q ea quæ dixi in
præcedenti q.procedit quando est certũ quòd vulnus sit mor-
tale.& hoc tenet etiam Hostien.in c.significasti.el ij. j.eo. & d.
An.& do.ibi qui allegant no.per Bar.in l.fi.ff.ad l.Cor.de sicar.
& ad hanc q.considerantur ea quæ dicam in sequenti q.¶ Tri-
gesimononò quæro:aliquis in rixa reperitur interfectus:igno-
ratur quis eum interfecit : an omnes qui in rixa interuenerunt,
sint irregulares:& ad hanc q.vide quæ dixi s̃.q.xxx.Io.xliij.di.
c.quiescamus.& xj.q.iij.c. nolite. & in q.sua quæ incipit.qnq
erãt.arguit pro & cõtra:& tãdẽ decidit q oẽs sint irregulares.
& hoc etiã tenuit Gof.in c.significasti.el ij. j.e.& Brixi.& Spe.
in tit.de iudice deleg.§.iuxta.vers.quid si in rixa.mouentur per
c.fi.xxiij.q.fi. & l.item Mela.§.sed si plures . ff.ad l. Aquil.facit
quod dixi in q.præcedenti.¶ Sed Guli.Naso.tenuit contrariũ,
dicens

dicens neminem tanquam irregularem esserepellendum. ar.c.
petitio.j.eo.& c.sig.facit etiã quia in pœnis benignior &c. Itẽ
facit quia ratione dubietatis superflua & vitiosa tolerãtur xiij.
q.ij.c.nõ ęstimemus.& xiiij.q.v.c.deniq;.& quia sanctius est in
nocentem &c.Archi.in d.c.nolite.simpliciter refert opi.tamen
potius adhereretur primæ opi.Hosti.in d.c.signi.dicit hoc rẽlin
quendum propriç consciæ singulorum.idem concludit finali-
ter in summa huius ti.§.qua pœna.ver.sed nunquid omnes ꝑ
quo facit d.c.petitio.j.eo.& Io.And.in c.signi.in glo.sua quæ
incipit arg.ad q.dicit qđ miratur de Inno.dictæ decre.signi.au-
thore, qui noluit d.q.determinare.nam in antiqua sua decreta
li decisa posteà per Gre.in hac compilatione sub illo& j.conti-
nebantur hæc verba. Vtrum de illis sit simile sentiendum,quo-
rum vnus sed quis omnino nescitur,homicidium perpetrauit,
si forsan ad sacros ordines recipiendos pręsentetur: vtrũ oẽs
sint pariter repellendi,cùm discerni non posit,qui debeãt cul-
pabiles iudicari diligens inuæstigator aduertat.hæc sunt verba
formalia.hic tamen casus vt dicit Io. And.est valde diuersus à
casu d.c.significasti.Item dicit Io. And. qđ miratur de Grego.
compilatore qui decidens literam illam non declarauit hoc du-
bium:sed sciẽter in compilatione hoc omisit.Item miratur de
Bonifacio,qui etiam scienter voluit hoc dubium relinquere nõ
ponendo in compilatione.vj. extrauagantem,quę attribueba-
tur Gregorio.q̃ incipiebat,nullũ.quam glo.allegat Hosti.in ti.
de tempo.ordi.per quam fuit motus in d.c.sig.ad tenendum
opi.suam & etiã refert Ioan.And.in addi.Spe.in d. ver.quid si
in rixa.Et si bonifacius putabat illam extrauagantem iniquam
debebat formare contrarium concludit tamen Io.And.in d.c.
signi.ꝙ nisi appareat de culpa omnium distincta licet vnus so
lus occiderit,tamen ex quo non constat,omnes repelluntur. Si
verò non constat de multis ꝙ saltem vnus ex illis fuit qui inter
fecit,omnes admittuntur.facit qđ no.gl.in ver.qui culpabiles.
in c cupientes.§.cæterum.de elec.lib.vj.& placet hæc opi.do.
Anto.in c.signi.& mihi & vide Spe.eo.titu.ver.pone quatuor.
Et adde quæ dicã in seq.q.& pro ista sententia etiam facit ex-
pressè tex.noster:quia in dubijs securior pars &c. ¶ Aduerte
tamen quia pro opi.Hosti.facit qđ hic ponit Inn.& Io.And.
tradit pro regula hic quasi in fine, qui dicit ꝙ licet in dubio qs
debeat se putare irregularem:tamen iudex non debet illum re
putare irregularem.Et ideò possumus dicere ꝙ aut nos loqui-
mur respectu iudicis.& vera sit opi.Gul.aut respectu fori pœ
nitentialis,& tunc stabimus opi. Hosti.quia in his quæ perti-
nent ad pœnitentiam,stamus pœnitenti,vnde si ipse scit ꝙ nõ
percusserit nullo modo debet putari irregularis. Sed si aliquo
modo dubitat,debet consuli sibi,vt se irregularem reputet per
tex.nostrum.s̃.de simo.c.Mattheus. & arg.eorum quę dixi su-
47 pra in iij.q.prin.& c.fi.de his qui fili.occid. ¶ † Quadragesimò
quæro:clericus percutit in aliquo cõflictu,vbi plures fuerũt in
terfecti ab alijs tñ:an sit irregularis. So. Do.in d.c.petitio.j.eo.
dicũt ꝙ ex sola percusiõe nõ est irregularis per illũ tex.qui est
valde no.quia ibi quærebat clericus,& fatebatur se percusisse:
& Papa respondet solùm de occisione.& sic vult ꝙ ex sola per
cusione non efficiatur irregularis. ¶ Sed contra hoc oppo.de
c.sicut.§.fi.s̃.eo.& qđ not.l.dist.c.si quis viduã.sed d.decisio &
tex.in d.c.petitio debet intelligi secundũ Inn.quãdo quis inter
uenit in bello iusto.de quo in c.sicut.de iureiu. & c.sententiam.
s̃.ne cle.vel mona.secus si bellũ esset iniustũ:quia tũc qualiter-
cũq; clericus præstitisset opẽ,vel consiliũ,efficeref irregularis:
licet homicidium per alios sit commissum. Et ex hoc infertur
ꝙ si clerici vadunt cum pugnantibus,vt eos audaciores reddãt
vel timorem inimicis inferãt in bello iniusto,efficiuntur irregu
lares.de quo dicam j.in articulo de ope & auxilio.& hoc etiam
tenet Ioan.And.& cõmuniter Docto.

¶ Sed contra prędicta oppo.de c.iij.j.de cleri.percuss. vbi ille
clericus nõ percusit.& tñ sibi imponitur pœnitentia & tamẽ
erat pro parte illorum qui violentiã repellebant.& sic iustè sol.
aduerte quia d.c.habet plures intellectus. Primus est ꝙ ibi in-
teruenit dispensatio:& sic de iure communi erat irregularis.&
secundùm hũc intellectum fortiter ob.ille tex.sed posset intel
ligi,ꝙ ibi excesit modum,fortè inanimando alios ad occiden-
dum.sed hic intellectus continet diuinationem & prædictum
intellectum tenuit Ia.antiquus Doctor.& tangit Spec.in d.§.
iuxa.versi.sed nunquid clerici.

¶ Si verò c.petitio.intelligaf simpliciter,& ꝙ ex dispẽsatiõe ꝓ
cesit ob.decisioni.de qua s̃.& est cõtra c.dilecto.de sent.excõ.
lib.vj.& ideò dictus intellect⁹ cõmuniter reprobaf.maximè p
do.m.in d.c.iij.Ali⁹ intellect⁹ est,ꝙ placet do m.qđ ibi non fuit
effectus irregularis:sed pœnitentia imponif ad cautelam.& sic
nõ cõtradicit decisioni,de qua s̃. Et posset fortè & tertio dic ꝙ
illa pœnitẽti ĩponif:qa aliqualiter excesit modũ ꝓijciẽdo la-
pides,& ex prædictis patet esse reprobata opi.Spec.in d.§.iu-
xta.versic.potest etiam dici ꝙ clericus qui dicit ꝙ clericus qui
cũ armis vel sine interest bello iusto, vel iniusto, in quo aliqui
sunt interfecti,est irregularis:licet ipse non occiderit.l.dist.c.si
quis post.xvj.q.iij.c.porrò.xxiij.q.fin.ca.quicunq; ex clero.j.
q.j.c.fin.nam ex prædictis expresè reprobatur d.opi.Sed ad-
uerte,quia contra d.c.petitio.induco d.c.iij.de cle.percus.etiam
aliter:videlicet,quia text.dicit ibi : sed aliquem non percusit.
quasi sentiat à cõtrario,quod secus esset,si percusisset:quia fuif
set effectus irregularis.quod est contra ea quæ s̃.dixi.sol.arbi-
tror posse dici,quod ibi narratur quod de facto contingit,non
ꝙ dẽat ibi sumi ar.à cõtrario sensu.adde quę dixi s̃.q.xxxvij.
48 ¶ † Quadragesimoprimò quæro vtrum interficiens vel muti-
lans fœminam sit irregularis. quidam dicunt ꝙ non : quia est
animal imperfectum.secũdô quia non fuit facta ad imaginem
Dei sicut homo.in c.ij.s̃.eod.sed ad imaginem hominis.xxxiij.
q.v.hæc imago.& hanc opi.videtur sequi Car.Flo.in d.Cle.j.e.
ti.Ego credo contrariam sententiã esse verisimam:circa quod
vide quod dixi s̃.in vj.q.princ. ¶ Vltimò circa hunc articulum
homicidij facto proprio commisi,seu irregularitatis respectu
homicidij:collige duas regulas. ¶ Prima est quòd ratione homi
cidij vel mutilationis nunq̃ contrahitur irregularitas sola vo-
luntate,nisi homo actualiter occidat,vel mutilet s̃.e.c.sicut.§.j.
xj.q.j.c.si quis verò.& ponit Spe.in e.ti.de iudi.c.dilecto.§.iu-
xta.ver.item dico.Lex enim promotionis factum requirit,non
voluntatem.xv.q.j.c.fi.Host.in c.signi.el ij.j.eo.& ibi doct.vel
nisi causam p̃stet homicidio,vel mutilationi prout statim subij
ciemus. ¶ Secunda regula est,quod si facto proprio quis com
misit homicidium casuale,vel mutilationem,& adhibuit diligẽ-
tiam quam potuit,& debuit:& dabat operam rei licitæ:vt pu-
ta pulsando campanas,cecidit tintinabulum:vel reficiendo ec-
clesiam,cecidit lapis vel lignum,& aliquem interfecit:clamauit
tñ cùm videret cadere,caue,caue.nam hoc casu in nullo impu-
tatur ei,si casus fortuitos non præuidit.& secundùm prædicta
intellige.c.dilectus filius.c.ex literis.el ij.c.signi.el j.c.Io.& c.fi.
j.eod.Et ex his habes expeditum hunc primum articulum.

¶ Resumo nunc ex ordine articulum, quando quis homicidio
dedit causam aut occasionem.& quoniam hoc potest contin-
gere multipliciter : videlicet,ope,auxilio,& fauore,mandato,
iussu,seu præcepto, consilio,seu persuasione, seu suggestione.
Idcirco singulas species prosequamur,quibus expeditis videbi
mus de homicidio,quod cõmittitur per negligentiam:& tãdẽ
de homicidio quod cõmittitur per consensum,vel ratihabitio-
nem.& aduerte,quia ad hoc, vt per ordinẽ hæc materia posit
allegari & inueniri,prosequar quæstiones per quotas cõiũgen
do sequẽtes cũ præcedẽtibus. Redeũtes igitur ad homicidium
quod per cãm,vel occasionẽ cõmittitur,anteq; descẽdamus ad
49 species. ¶ † Quadragesimosecũdò quæro gñaliter vtrũ ille qui
cãm,vel occasionẽ dedit homicidio,vel mutilationi,sit irregula
ris? sol.dic ꝙ sic,si cãm dedit ex volũtate.probatur in c.presby
terũ.c.suscepimus.& c.de cætero.s̃.e.& j.eo.c.Petrus.à cõtra-
rio & probatur ex pluribus casibus,quos statim narrabo:quia
qui cãm dãni dat,dãnũ dedisse vr̃.l.di.c.studeat.j.de iniu.c.fi.
& aduerte:quia cũ hoc vocabulũ cã,accipiatur multis modis,
excludã prius modos,qui ad propositũ nõ pertinent.Nã cau-
saq,ñq;,ponitur pro iudiciali conflictu certarũ personarũ,vt c.
forus.ver.causam.de ver.sig.Q̃nq; cã,idem est ꝙ vltima volun
tas.l.item veniunt.in prin.ff.de peti.hæred.q̃nq; prospectio.ff.
de transact.l.qui cũ tutoribus.§.ei qui.q̃nq; ponitur pro titulo.
vt l.nec vllã.in princ.ff.de peti.hæred.q̃nq; pro honore, vt l.si
debitor.ff.de distra.pig.q̃nq; pro fructu,vt l si mater.C.de in-
sti.& substi.q̃nq; pro cõtractu.vt Instit.quib.mo.tol.ob.§.est
aũt.& de lib.ob.c.fi.& c.j.de plus peti.q̃nq; pro actione.l.fi.ff.
qui satis.cog.q̃nq; pro intentione,vt tractatur in c.sicut.s̃.de re
iud.& tex.& glo.in c.cũ dilecti.s̃.de accu.& hos modos ponit
Ho.& post eũ Io.An.& d.Ant.in d.c.dilecti.in glo.sup verbo
ex cã.q̃nq; etiã ponitur pro mõ,seu forma, vt cũ dico, lego v-
xori quæ eius cã parata sunt.l.qntus.ff.de ar.leg.q̃nq; ponitur
pro exẽplificatione facti,vt l.si ex plagijs.§.in cliuo.ff.ad l.A-
quil.ibi ius positũ est in cã agendi:hoc est exemplo facti.& se-
cundùm has significationes quibus sumitur vocabulum causa,
talis cã non pertinet ad propositũ nostrũ:q̃nq; sumitur cã pro
impulsu aliqd faciendi,vt dicit Io.Mo.in c.fi.de iur.cal.libr.vj.
& ita sumitur in l.j.§.sexum.ff.de postu. vnde differẽtia est in-
ter rationẽ & causam:quia ratio est gerendorum ordo ex cã ve
niẽtiũ:vnde põt esse cã sine ratiõe, vt in c.j.de sponsa.cũ si.sed
rõ nõ põt esse sine cã.& hoc mõ satis ad propositũ pertinet,
Sed clarius ad propositũ debes scire ꝙ causæ dñr quatuor,effi-
ciẽs,materialis,formalis & finalis,de qbus per Doct.s̃.in prin.
Decretaliũ.dixi in prin.Cle.Vel secũdũ dialecticos potes dice-

re,ꝙ causę sunt duę,vna fiendi,alia essendi.prima pertinet ad efficientē & finalē:secunda ad materialē & formalē. de qbus per Io.An.in j.gl.decre.redeundo igitur ad propositū, quando ex proposito seu intentione quis præstitit causam homicidio, vel mutilationi:& efficitur irregularis, vt dictis iuribus.& j.dicam. siue prestiterit causam efficientem vt puta mandato, precepto seu iussu.siue materialem: vt puta, ministrando arma, vel ducēdo hominē per viam,in qua sciebat esse inimicos suos capitales vel formalē:puta,instruendo, vel informando, consulendo, vel quid simile,vt modus daretur homicidio.vel finalem: vt puta, per premij cōstitutionem ad homicidium committendum. & licet predictę causę aliter possint sumi: tñ in presenti materia placuit predicto modo ad materiā adaptare.& hęc vt dixi,procedunt,quando ex proposito & voluntate,homicidio vel mutilationi causam prestitit:dummodò effectualiter homicidium, vel mutilatio secuta sit cum declaratione tñ,quā statim ponam in seq.Si verò preter intentionem homicidium commissum sit causa à te prestita, debes distinguere ꝙ aut qui dabat operā rei licitę & non efficitur irregularis:quia si talis non tenetur, ex facto proprio committens homicidium, multominus ex homicidio commisso per aliū.aut quis dabat operā rei illicitę:& tūc tenetur siue causa sit proxima, seu remota:dummodo ordinata ad homicidium, vel mutilationem, vt puta mandaui tibi vt verberares P.ita tamen ꝙ non interficeres, vel mutilares. certè si interfecisti, efficior irregularis, vt c.fi.eo.ti.lib.vj.& probatur in c.Petrus.j.eo.à contrario.secus aūt si non esset ordinata ad homicidium, vt puta, faciebat quis taxillos ad ludum.in quo ludo conuenientes adinuicē se interfecerunt.nā licet secūdùm cōem opi.ars faciendorum taxillorum sit prohibita:tñ non est ad homicidium ordinata.nā etiam si dedissem causam proximam homicidio, sed non ordinatam, nō tenerer.puta, feci fenestrā, per quam tu te præcipitasti,& obijsti.& vt dixi, procedit si non ea intentione feci, vt te precipitares.& vide, quæ dixi in c.presbyterum.& c.de cetero.s̄.eo.Remotio igitur vel proximitas causæ non multum operantur:sed operatur intentio, & ꝙ cā sit ad homicidiū ordinata. Sed verū est ꝙ in ordinatis procedit illud generale dictū, quicquid est causa causati: vt l.manumissiones. & l.ex hoc.ff.de iusti.& iu.l.di.c.studebat.s̄.e.c.si aliquis.& c.sicut.& s̄.de testi.c.sicut.xxx.q.ij.c.de nuptiis.quia nihil interest, an qs occidat, vel morti p̄stat cām, vt l.nihil interest.ff.ad l.Cor. de sicar.ff.de offi.Præsid.l.illicitas.§.sicuti.j.q.j.c.placuit.ff.ad l. Aquil.qui occidit.& c.fi.j.de iniur.cum simil. Et hæc notabis, quia satis sicco pede & ineptè Doct.in hac materia loquuntur. Et hæc procedunt respectu materiæ nr̄æ de gn̄e.sed vt melius hæc intelligi possint, prosequar plures casus per species: qui tñ ex prædictis regulis satis faciliter deciduntur,& alij similes.

50 ¶ †Quadragesimotertiò quæro:clericus illicitę exercebat rixā: superuenerunt consanguinei, vel amici clerici:& præter voluntatem dicti clerici interfecerunt illum.an clericus sit irregularis? So.Doct.concludunt quod sic,in c.Petrus.j.eo.& ibi dominus Anto.& Do.me.per illum tex. qui dicit ꝙ ideò ibi excusatur, quia non dedit causam vel occasionem.nam culpa hic præcedit casum.facit c.signi.el.j.j.e.& l.j.§.cùm arietes.ff.si quadru. pau. fe.dic.& C.de adulter.l.quoniam Alex.& C. ad l.Iul.de vi publica.l.qm̄ multa.& s̄.e.c.presbyterū.& c.de cetero. ¶ Cauere igitur debet clericus, ne sit rixosus, vel litigius.xlvj.di. per totum.secus si causa esset remota, vel propinqua,& iusta.vt puta, quia se defendebat:quia tunc non esset irregularis.xxxiij.q. v. cùm homo.& no.s̄.eo.c.de cætero.& dixi in præcedenti quæstione.¶ Et ideò prædicta decisio procedit, quando cōsanguinei vel amici mei superuenientes, illum interfecerunt.secus si superuenerunt inimici illius,& eum occidissent.facit qđ not.in c. significasti.el ij.j.e.& tenet.do.me.in d.c.Petrus.& ratio diuersitatis sit:quia hoc casu homicidiū non fuit commissum intuitu clerici, sed primo casu sic. hoc tamen arbitror limitandum, nisi ipse ea intentione id fecisset:quia tūc secuta interfectione esset irregularis.aduerte tamen, quia glo.ij.xxiij.q.viij.in c.fina.dicit quòd si clerico cum alio rixante superueniunt fratres clerici, & interficiunt alium præter & contra voluntatem clerici ꝙ clericus non efficitur irregularis.ar.j.q.iij.c.quia præsulatus.j.de cleri.percuss.c.pe.hoc tamen nō videtur esse sine dubio, si ipse clericus fuit causa aggressuræ. per no.in c.fi.eo.tit.lib.vj.

51 ¶ †Quadragesimoquartò quæro:clericus cœpit furem, & ligauit,& dimisit ipsum ligatum penes alium:qui timens ne solueret illum, interfecit:an clericus sit irregularis? sol.dic ꝙ si iste fuit in aliqua culpa: vt puta, quia robustum dimisit penes debilem, vel duos penes vnum, vel minus bene ligauit, & non est dubium ꝙ est irregularis, vt c.suscepimus.s̄.eo.& hoc procedit siue custos interfecerit: siue fuerit interfectus. Sed si non fuit in aliqua culpa, quæ possit imputari: vt quia propter aliquā causam iustam retinuit:quia noluit fortè eum expellere, ne videretur à circunstantibus.& sic ipse fur infamaretur, certè nullo modo esset irregularis.adde quæ dixi in c.suscepimus.s̄.e.

¶ Quadragesimoquintò quæro:clericus ex eo quòd non probauit intentionem suam in iudicio ad purgandū conscientiam suam, vel ad probandam veritatem non valens esse in duello dedit pugilem, vel ab alio prouocatus pugilem dedit, qui alium interfecit: vel ab alio fuit interfectus:an sit irregularis? sol.dic ꝙ sic, vt in c.ij.j.de cle.pug.in duel. & ratio est : quia fuit in culpa rem prohibitam attentando:& causam dedit homicidio.

¶ Quadragesimosextò quæro:aliquis tenet Vrsum, vel Leonē, vel Ceruum, qui aliquem interfecit:an sit irregularis? sol. quidā dicunt ꝙ sic:quia potest imputari sibi : quia tenuit tale animal. ar.l.dist.c.hi qui arborem.& c.sæpe.alij tenent contrarium, dūmodò talis non fuerit in lata culpa.ar. ff.si qua.pau.fe.dica.l.ij. & fi.& hoc tenet Io.And.in vlti.q.& d. Ant.& Spec. in tit.de iud.deleg.§.iuxta.ver.quid si aliquis. Sit ergo conclusio, quòd si talia animalia tenebat, quæ consueuerunt nocere, vt Vrsum Leonem,& Aprū:& illa non tenuit ligata debito modo:ꝙ efficitur irregularis.aliâs secus.vide glo.xxiij.q.v.c. de occidendis.

¶ Quadragesimoseptimò quæro. Clericus viso latrone clamauit, vt caperetur: vel simpliciter clamauit ꝙ ibi erat latro. accurrentes illum interficiunt.an sit irregularis? sol. Inn.in c.significasti el ij.j.eo.dicit ꝙ si hoc fecit, vt ille moreretur est irregularis. sed ad hoc tantùm vt caperetur, non est irregularis. Idē tenet Inn.in c.olim.el j.de resti.spo. ¶ Host.dicit ꝙ cùm lex promotionis non consistat in voluntate, sed in facto, vt in c.fin.xv.q. fi.& dixi s̄.in regula quam dedi post.xlj.q.quod talis simpliciter est irregularis.& hanc opi.finaliter tenet etiam ibi Inno.qui in hoc articulo fuit sibi contrarius dicens ꝙ si clamauit ad latrones, vel capite, capite: vel alio modo quo possit intelligi, quòd dicto vel facto suo, vel ex negligētia homicidiū perpetratū est irregularis:nisi hoc fecerit ob periculū corporis sui:quia tūc non esset irregularis, vt puta, si clamauit, succurrite.& ratio est:quia talis nō intendit in alterius mortē, sed ad sui liberationem:& in hoc nō fuit in culpa.facit quod no.Io.An.post Inn. in c.olim. el j.de resti.spol.in gl.in verbo, duxeritis.quæ incipit, quo hoc liquet.& j.de pœ.c.ꝙ in dubijs. ¶ Itē quia ꝙ qs ob tutelā corporis sui fecit, rectè fecisse vr̄.& dixi s̄.xiij.q . & sequentibus. ¶ Et propter dictā rōnē, qdā tenēt primā sentētiā Inn. mouentur:quia melius est alium liberare à peccato, ꝙ̄ seipsum à morte corporali.cùm ergo sic clamādo liberet animam volētis furari, vel eū occidere nō debet esse irregularis. ¶ Sed dicit Io. And.& bene ꝙ hoc est falsum:quia secundùm hoc sequeretur, quòd si qs clamauit post furē cū rebus furtiuis fugientē,& ad clamorē suū alij insequētes ipm̄ cœperūt:ex qua captura ille postea esset occisus, ꝙ talis nō esset irregularis:quia sic clamando animā eius à morte liberaret:quia restituit ablatū:& sic dimittitur peccatū.& tñ hoc est falsum, vt no.in c.de cætero. s̄.eo.& in hanc sentētiā etiā residet Io.An.& do.Ant.& eandē quasi sentētiam tenet Spe.in d.§.iuxta.ver.qd si cùm velles.& d.Ant.in c.olim. el j.de resti.spolia.Sed do.me.in d.c. signifi.dicit ꝙ hæc decisio nō est sine dubio, posito ꝙ clamās rō esset auidus vel intēderet ad mortem, sed tantùm ad cōseruationem sui aut rerum suarū. & profectò non est sine dubio, per ea, quæ dicam in seq.q. & pro contraria sententia facit.c.Prælatis.de homi.lib.vj.

52 ¶ †Quadragesimooctauò quæro:quid si iudex vel officialis insequitur furem vel malefactorem : & quærit à te, an videris illum.tu verò sciens ꝙ ille quæritur ad mortem, indicas eum : an sis irregularis? sol.do.Spe.in d.§.vers.quid si iudex.quod si per tuam responsionem fur est inuentus & occisus ꝙ es irregularis. secus si nesciebas, vel suspicatus fuisti, quòd ad mortem quæreretur, vel ad pœnam sanguinis.

¶ Quadragesimononò quęro:quid si ille sciuit illum furem ad mortem quæri:qui non poterat fugere nisi per alteram de duabus vijs:& sciens quod per alteram fugerat, dixit per hanc non fugit.an sit irregularis?& vr̄ quòd non:quia non indicauit eū. In cōtrariū facit:quia dicēdo per hāc nō trāsiuit, implicat illum per aliā trāsiuisse.ar.c.nonne.de presumpt. Sed aduerte:quia si penitus esset ignarus, nō efficeretur irregularis: vt puta, si tutor, vel artifex certus ꝙ ibi nō transiuit, rñdet illum per illam viam non transiuisse:quia huic non potest aliqua culpa imputari, vt no.Io.An.in addi.Spe.ver.quid si iudex.tutius est ergo tacere, vel querentem ambiguis verbis eludere.dicendo, nunquid ego sum custos illius, vel alio simili modo.de pœni.dist.j . §. ex his ita ꝙ.ver.deniqꝫ.xliij.di.c.mandantis.in fi.& si ibi non erat, nisi vnica via, per quam ille transiuerat.& officialis instat ꝙ debeat dicere, an pertransiuerit:non debet mendacium dicere.sed exēplo beati Francisci possunt eludere hoc modo dicēdo, hac non transiuit, tangendo sibi manicam.

Quadragesimo

¶ Quinquagesimò quæro: clericus non valens aliter recuperare res suas, tenet furem, ne fugiat cum rebus suis, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res suas recuperandas, an fiat irregularis. sol. quidam dicunt, quòd licet fur posteà puniatur pœna mortis vel mutilatiõis, non fit irregularis, dũmodo intentio detinentis non fuerit ad mortem, vel mutilationem. & hoc tenet Specu. in titu. de iudi. dele. §. iuxta. versi. item si clericus. & d. Do. in c. ij. eod. tit. lib. vj. quod facit contra communem opi. de quo dixi s. q. xlvij. & dicam in seq.

53 ¶ † Quinquagesimoprimò quæro: quid si cleric⁹ tradit officiali furem, petens quòd eum puniat citra sanguinis effusionem: an fiat irregularis. sol. licet officialis occidat, vel mutilet, nõ fit propter hoc irregularis: nec etiam nocet illi, si a conuicendum furem tradiderit intersignia. & idem si simpliciter deponit querelam de iniuriantibus sic & ecclesiæ suę, quàmuis tales vix absq; sanguinis effusione valeant coherceri. j. eo. c. tua nos. §. ad vltimum. & c. postulasti. & xxiij. q. iiij. c. Maximian⁹. & questio. v. c. j. & c. vnũ. & c. pœna. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. j. & hęc vera: quando nõ intenderet ad mortem. nec hoc in animo gereret: quia fortè expressè instabat, vt circa sanguinis effusionem castigaretur. j. de rap. c. in Archiepiscopatu, vel in exilium mitteretur. s. de iudic. c. cùm non ab homine. j. de verb. signi. c. nouimus. vel in perpetuum carcerem detruderetur. s. de hæreticis. ca. excommunicamus. el. ij. de apo. c. à nobis. xxiij. q. v. c. non vos. ¶ Et ex prędictis infertur, quòd clericus expellens latronem de ecclesia, de quo in c. sicut. el. j. xvij. q. iiij. qui per sacerdotem extrahendus est vt eadẽ. q. c. diffiniuit. nõ fit irregularis: quia non dicitur morti tradere, sed lex. xxiij. q. v. c. cùm homo iustè. et hoc tenet Archi. in d. c. diffiniuit. quod apud me satis est dubium per ea, quæ dixi. s. in. ij. iij. & iiij. q. de officiali qui mediante iustitia condemnat ad mortẽ, & ideò intelligo dictam decisionem, quando nullo modo expellens intenderet ad mortẽ, vel mutilationem. Et ex prędictis infertur, quòd ciuiliter agens contra furem non est irregularis: licet iudex causa probata illũ interficiat ex officio. vt not. in c. postulasti. j. eod. quod intelligo, si modo non intendit ad mortem per illam viã. Absit enim quòd ea, quæ propter bonum facimus, si præter volũtatem nostram alicui male contingat, debeat nobis imputari. xxiij. quęstio. v. de occidendis. ver. absit. Et ex prædictis etiam sequitur, quòd si aliquis procurauit aliquem capi per officialem occasione alicuius delicti, propter quod certum erat illum nõ ꝙ condemnari ad mortẽ, vel mẽbri mutilationẽ debere nõ efficiř irregularis: licet iudex illum punierit pœna mortis vel mutilationis ex eo, quia inuenit illum culpabilem aliis criminibus tali pœna dignis. si modo ille nec credidit, nec cogitauit hoc posse contingere. & hoc tenet Specu. in d. §. iuxta. versicu. quid si clericus. & Host. in sum. eod. titu. §. qua pœna. versicu. verum circa hãc. Et ex prędictis fortius infertur, quòd non est irregularis clericus, à quo iudex secularis aufert furem per ipsum captum: & ipsum suspendit. hoc tenet glo. xviij. q. j. ¶ Aduerte tamen: qa in omnibus prædictis casibus vtilis est protestatio, quòd non intendit ad pœnam sanguinis secundùm formam c. ij. eod. titu.

54 libro vj. de qua statim dicam in se. q. ¶ † Quinquagesimosecundò quæro: quid si clericus certissimè scit, quòd non potest consequi debitum suum sine sanguinis effusione: vtrum possit sine metu irregularitatis implorare officiũ iudicis secularis. Vin. in c. postula. j. eod. tenet quòd non: imò quod potius debet dimittere decimas & premitias. argumen. c. ij. & c. suscepimus. s. eo. Ioã. Andre. in d. c. postulasti. dicit tenendum esse quod hodie habeř in. c. ij. eod. titu. libro vj. quasi velit dicere, quod si pręmittit protestationem, non imputatur clerico si iudex secularis posteà illum damnet pœna mortis, vel mutilationis. & sic videtur sentire, quòd etiam si clericus esset certus, quòd iudex secularis illi imponet pœnam mortis, non tamẽ tenetur desistere à petitione iustitię. & hoc tenet do. me. in. d. c. postulasti. quod dicit notandum ad intellectum. d. c. ij. & dicit hoc esse satis rationabile. quia aliàs daretur materia spoliandi clericos bonis suis.

55 ¶ † Quinquagesimotertiò quæro: quid si clericus accusat, vel dicat: accuso talẽ de tali furto, & protesteř ꝙ non intẽdit ad vindictã, an sit irregularis, si iudex illum postea cõdẽnet ad mortẽ. sol. Ioã. an. in c. ij. eo. ti. libr. vj. dicit ꝙ cautè facit clericus, si potius dicat, cõqueror quã accuso & sic seruenř verba tex. d. c. ij. facit qđ no. ij. q. vij. c. laicos. & se. in fi. in glos. per c. nullus. el. ij. xj. q. j. & per id qđ no. Inn. in c. cũ p. s. de accu. Putat tamen Ioan. an. ꝙ licet dicat, accuso. & ꝓtesteř, ꝙ nõ efficiař irregularis. nã & querela inofficiosi testamẽti dicit accusatio. C. de inoffi. test. l. parẽtibus. & l. in arenã. & sequiř. d. me. facit etiã, qa largo modo denũciator potest dici accusator. vt c. ij. & ibi dixi. s. de accu. ¶ Quinquagesimòquartò q̃ro: quid si ex consuetudine, vel statuto ꝓ homicidio, vel simili delicto Abbas, vel pręlat⁹ debeat hr̃e pœnã pecuniariã. vtrũ Abbas cũ protestatione accusando ꝙ non intendit ad pœnam sanguinis, sed duntaxat intendit cõsequi pœnã pecuniariam, an efficiatur irregularis, si iudex illum accusatum interficit? so. Archid. xxiij. q. v. c. si nos. dicit ꝙ non: quia licet delictum sit publicũ: tñ agitur quasi ciuiliter. ar. c. referente de delict. quæ s. de ordi. cogni. cùm dilectus. nec prohibetur Abbas agere ad pœnã ciuilẽ imponẽdã, vt j. de purga. vulg. c. dilecti. nec est ordini Abbatis, vel dignitati cõtrarium, vt j. e. c. postulasti. ff. de bo. libe. l. qui cùm maior. secũdùm Vin. & est tex. in d. c. ij. & no. xxiij. q. iij. c. Maximianus. & tenet Do. me.

56 in c. ij. in fi. eo. ti. lib. vj. ¶ † Quinquagesimoquintò quæro: aliqs Princeps, vel dñs fecit legẽ, cuius authoritate homines tradũtur morti: an sit irregularis? So. quidã ꝙ nõ & sequitur Arch. xxiij. q. v. c. offi. quia talis nõ animaduertit in certã personã: nec etiã voluit hominem in suã constitutionem incidere, cùm eam promulgauerit, sed tantùm propter bonũ publicũ hoc fecit, vt homines à delictis abstraherentur. facit quod no. glo. iij. d. c. fin. & quod leg. & nota. xxiij. q. fi. c. pessimã. & xxiij. q. v. c. de occidẽdis. ver. absit enim. & idem tenet Io. An. in c. j. j. de sagi. in glo. &c. ¶ Quinquagesimosextò quæro: syndicus alicuius vniuersitatis accusat de crimine publico, propter quod imponitur pœna mortis: an omnes de vniuersitate sint irregulares? Aduerte, licet hæc satis congruè possit hic adaptari ratione causæ, quam dederunt hic mandantes: tamen magis cõgruè adaptatur ad articulum de mandato. ideò dic vt dicam in q. de mandante.

57 ¶ † Quinquagesimoseptimò quæro: Eps & inquisitor hæreticę prauitatis pronũciauerunt quem hæreticum, scientes ꝙ statim post pronũciationem ille morti traderetur: an sint irregulares? sol. Arch. xxiij. q. viij. in gl. summæ. tenet quod non. facit xxiij. q. viij. c. legi. & xxiij. q. v. c. si audieris. Idem tenet Spe. in tit. de iudice deleg. §. iuxta. §. porrò. in fin. ¶ Quinquagesimooctauò quæro Episcopus damnauit aliquem ad perpetuum carcerem: moritur carceratus: an sit irregularis. & videtur dicẽdũ ꝙ non. quia iste videtur naturaliter mori: quia videtur euenire iudicio Dei, vt Institu. de cap. diminu. §. j. In contrarium facit, quia ille qui moritur in carcere, videtur mortuus in cruciatu. ff. de custo. reo. l. j. hæc formaliter dicit Bal. in l. j. C. de his qui à non do. manu. & aliter non soluit. Tu verò dic quòd aut Episcopus adeò exasperauit carcerem: vel attentauit vitam quòd verisimiliter mors erat de proximo futura: & efficitur irregularis: si carceratus propter hoc moritur: aliàs secus. hoc sentit Domi. me. in ca. penul. s. de apo. & ibi dixi. No. do. Ant. & Do. me. c. iij. j. de crimi. fal. Ioan. de lig. Clemen. j. de pœni. & remis. tenet Bald. in l. de pecoribus. in fin. C. ad legem Aquiliam.

58 ¶ † Quinquagesimononò quero, clericus pulsauit campanam ad condemnationem alicuius damnati ad mortem, vel mutilationem. vel pulsauit tubam, vt communiter fit in Italia, an fiat irregularis. sol. Ioan. Andr. in c. Ioannes. in fi. j. eo. & do. Anto. ibi tenent quòd sic. secus si pulsasset ad captionem furis. vel ad auxilium suum: quia fortè erat obsessus. vide quæ dixi s. in xlvij. q. ¶ Sexagesimò quero, quid de officialibus, militibus, notariis, biruariis, & aliis qui capiunt malefactores, qui damnantur ad mortem. an sint irregulares. vide quæ dixi s. q. iij. iiij. & v. & in proximis precedẽtibus q. ¶ Sexagesimoprimò quæro. Quidam licitè tenebat cultellum in manu: alius insiluit in eum, & vulnus letale recepit: an iste sit irregularis. sol. Archi. l. distinct. c. quia tenet quòd non. & mihi placet. si modo ille illum cultellum in manu non tenebat, vt alter se in illum impellendo interficeret. & ratio descendit ex his quæ dixi in præcedentibus q. ¶ Sexagesimosecundò quero. Titius impellit S. in medium. an si aliquis moritur prędictorum, alii sint irregulares. Hugu. l. distinct. c. sæpe. dicit quòd sic. ¶ Tu verò pro decisione istius q. recurre ad ea quę dixi suprà in regulis generalibus huius articuli de eo, qui pręstitit causam. in q. xlij. nam qualitercunq; quis tendit in mortem, vel mutilationem, efficitur irregularis: vel si preter intentionem contingit, & fuit in culpa, dando operam rei illicitę: & culpa erat ordinata ad causam. & ex prędictis poteris decidere plures alias similes quęstiones.

¶ Visis igitur regulis generalibus circa articulum eorum qui causam pręstiterunt homicidio vel mutilationi, & pluribus casibus specialibus. Videamus specificè alios articulos, quibus qs dicitur homicidio causam pręstare. & assumamus primò articulum de ope, auxilio, seu fauore, prosequendo ordinem quę-

59 stionum. ¶ † Sexagesimotertiò igitur quero, quis fiat irregularis ex eo, quia pręstitit opem, fauorẽ, vel auxilium. circa quam q. ante omnia aduertendum, quòd hęc tria synonimè capiũtur. vt tractatur in l. is qui opem. & l. in furti §. qui ope. & ibi per Bar. ff. de fur. & sicut dignum. s. e. & per Bar. in l. iiij. ff. ad l. Iul. maie. cum si. & ideò pro omnibus dictis verbis vtar verbo. auxilio. Et ad omnium dicendorum claram intelligentiam debes

scire ꝙ quandoq; prohibetur quis præstare auxilium:non contemplatione certi actus,sed simpliciter.quandoq; verò prohibetur contemplatione certi actus. Primo casu, potes figurare exemplum.dictat statutum ꝙ quicunq; dederit opem,vel auxilium bannito:puniatur in tantum.vel ꝙ nullus præstet auxiliũ hæretico, vt c.excommunicamus.el j.§.de hæreti.& hoc modo auxilium sumitur multum latè pro quolibet adiutorio, seu fauore.siue quis pecuniam mutuet.siue alimenta tradat. siue patrocinium præstet.vel simile,quod ad eius vtilitatem pertineat l.iiij.post principium.ff.ad l.Iul.maie.& in d.c.excommunicamus.& licet hoc non pertineat principaliter ad materiam nostram:quia tamẽ articulus est pulcher & quotidianus,& sumus in materia auxilij,& vt intelligamus quidditatem terminorum & differentias,dic ꝙ cùm quæritur,an quis ex tali auxilio teneatur,dic ꝙ aut quis à superiore implorat per viam supplicationis aliquam gratiam pro ipso bannito,vel hæretico:vt puta,ne postꝙ abiurauit,detrudatur in perpetuum carcerem:& hoc est licitum.facit l.si fuerit.ff.de reb.dub.& l.metalliũ.& l.diui.ff.de pœ.Hoc tamen fallit in eo qui esset damnificatus pro crimine læsæ maiestatis.& idem quoties statutum expressè hoc prohiberet.Quãdoq; verò præstatur auxilium, defendẽdo per viam iustitiæ coram superiore:vt quia petit quis cassari bannum, allegans aliquam iustitiæ causam.& an hoc casu si succũbat, debeat puniri.vide Inn.in c.solet.de sen.ex.in vj. Quandoq; præstatur auxilium extra iudicium,vt mittendo pecuniam:præstãdo necessaria ad victum:vel quid simile.& tunc nõ est dubium ꝙ puniatur,vt d.l.iiij.ff.ad l.Iul. maie.& vide Bart.ad prædicta in l.in furti.§.ope.ff.de fur.¶Secundo casu quando prohibetur præstari auxilium contemplatione alicuius certi actus:vt puta,homicidio vel mutilationi,vt c.sicut.§.eo.& circa hoc dic ꝙ auxilium potest præstari ante factum:& sic ante homicidium,vt associare aliquem ad homicidium perpetrandum,vt c.j.versic.illi autem.§.eo.arma præstando,seu ministrando,vt c.sententiam.§.ne cle.vel mo.& l.si pignore.§.qui ferramenta.ff.de fur. item scalas accommodando,vt ingrediatur ad occidendũ,vt d.§.qui ferramenta,vel præbendo domũ in qua se occultent interfectores.l.qui domũ.ff.ad l.Iul.de adulte.vel sarcinas aut paramenta recipiendo,vt d.c.sicut.ver.hi quoq;. Quandoq; verò põt præstari in ipso actu assistendo,s.homicidio,quo facilius possit cõmitti ad terrorẽ eius,qui occiditur:& ad defensionem occidentium,vt d.c.sicut.versi.illi etiam.& l.raptores.C.de raptu virgi. Quandoq; præstatur auxilium post homicidiũ,vt puta ad euadendum occisorem.de hoc dicam j.¶In primis autem duobus casibus dico ꝙ qualitercunq; quis præstiterit auxilium scienter si homicidium inde secutum sit:ex intentione efficitur irregularis,vt d.c.sicut.licet vno casu sit leuior culpa,ꝙ alio : & facilius dispensetur,vt dicam j.in x.q.prin. Si verò præter intẽtionẽ & voluntatem præparauit quis arma,vt defenderetur patria : vel mutuauit pecuniam pro defensione patriæ,qua conducti sunt stipendiarij qui homicidia perpetrati sunt ; & hoc casu, distinguerem,prout §.distinxi.q.xlj.videlicet an præstans daret operam rei illicitæ & apertæ & ordinatæ ad homicidiũ vel mutilationem.& tunc sit irregularis:aliâs secus.nã omnis ille qui præstat auxilium de homicidio,dicitur causam præstare : licet non ecõtrà.Cæterum,vt quosdam casus specialius attingamus,subijciam quasdam speciales quæstiones prosequendo ordinẽ quæstionum:& secundùm ipsarum determinationẽ potius etiã de-
60 terminare,& qualificare quæ dicta sunt.¶†Quæro igitur sexagesimoquartò,aliquis in bello ministrauit arma:illi quibus ministrata sunt,cõmiserunt homicidiũ,vel mutilationem.an ministrans sit irregularis.So.si bellum est iniustum,non est dubium ꝙ talis est irregularis ; licet secutum fuerit homicidium præter intentionẽ;quia sufficit culpa,& causa ordinata ad homicidiũ. & hoc est verũ,si arma essent talia quæ essent apta ad occidendum:secus si omnino fuissent inepta.Sed dubium est magnum si bellum est iustum.gl.iij.in c.ita quorundã.§.de iudæ.simpliciter tenet ꝙ sit irregularis.gl.verò in c.quod in dubijs.j.de pœ. dicit ꝙ in bello iusto,licet clericis hortari bellantes.& quasi idẽ sentit glo.in ver.prodire.ij.q.vij.c.sciscitaris.Inn.& Hosti.in c. pe.j.e.tenet ꝙ qualitercunq; auxilio suo mors secuta sit, etiam in bello iusto:clericus sit irregularis.idem tenet Spec.in d.tit.de iudi.dele.§.iuxta.ver.item clericus.& potest etiam dici per tex. l.j.di.c.si quis post.xvj.q.iij.c.porrò.xxiij.q.c.quicunq; ex clero.j.q.j.c fi.hanc etiam opi.tenet Ray.in sum.huius titu.Io.An. in c.dilecto.de sen.excom.lib.vj.tenet ꝙ non licet arma ministrare.Spec.verò in d.§.iuxta.ver.quid si clericus in bello.dicit ꝙ si talis nõ intendit ꝙ balistarius aliquem interficiat,vel interficere velit:sed solùm inimicos terreat,vel se,siue sua defendat, vel recuperet:talis non est irregularis:licet ille aliquem interficiat,pro eo quod aduersarius noluit aliena dimittere:vel ab oppugnando desistere:& eodem modo dicit nõ esse irregularem illum,qui in bello iusto prepositus est exercitui,vt sumptus faciat:& contracta disponat:si fortè pręcipiat lãceas vel sagittas emi,vel ministrari.vel si hortatur ad currendum post hostes:vt illis prędа,vel captiui auferantur.licet inde mors sequatur:dũmodo ipse nullo modo intendat ad mortem. Archid.xxiij.q. viij.c.fi.refert opi.& tandem in effectu videtur sequi d.vlt.opi. Io.An.post Inn.latius assumit hunc articulum in d.c.sententiã. primò recitata d.vlt.opi.dicit ꝙ talis qui prędicta intentione arma ministrauit,non est irregularis. Assignat rationem:quia ille qui balistam,vel arma parauit, aut ministrauit : non commisit homicidium facto proprio:nec consilio,nec mandato, vel voluntate:quia illum occidi non voluit:ergo non est homicida.l. di.c.si quis viduam.j.eod.c.signi.el ij.de cle.pug.c.j.& ij.multò ergo minus,si tradidit arma non pugnanti : quę tãtùm credidit recipi ab illo ad sui defensionem.allegat etiam not.per Hostiẽ. in c.ita quorundam.§.de iud.Io.And.dicit super gl.iij.ꝙ in non pugnantibus,quibus clericus arma ministrat,quos credit petere ad defensionem,diligenter plura sunt consideranda.causa, s. petitionis armorum,& personarum qualitates:quibus consideratis, poterit quis faciliter arbitrari. an tradens arma sit dignus pœnitentia:vel an sit irregularis:quia nunquam,secundùm Io. And.licet clerico in bello quantuncunq; iusto ministerium,vel consilium ad mortem prębere. j.de pœ.c.quod in dubijs.facit quod le.& not.in c.ex multa.in fi.de voto.nec etiam ad sui defensionem licet ministrare:alioquin ministrans est homicida & irregularis dicitur:quia dat operam rei illicitè, ministrando arma ad bellum:& quia non adhibet omnem diligentiam quam potest,ne fiat homicidium : sed ipsum procurat potius perpetrari:& causam propinquam prębet.argu.tex.nostri.& c.cùm Ioannes.& c.fin.j.e.Subdit etiam Ioan.An.in d.c. sententiam. ꝙ istis balistarijs & similibus,qui quasi continuò sunt viri sanguinei, prohibitũ est parare balistas, vel sagittas etiam in iusto bello:sicut prohibitum est pręesse:vt d.c.sententiam.ensem verò & lanceam eis parare non est prohibitum. nec obstat quòd ille qui scribit sententiam sanguinis, reputetur irregularis.d.c. sententiam.vt dixi §.in v.q.huius ar.quia respondeo ꝙ ille qui scribit sententiam sanguinis, intendit ad occidendum. & ideò ꝙuis non pręstet consilium vel auxilium, censetur tamen irregularis:sed in casu prędicto intendit se & sua defendere, & recuperare:nec intendit ad occidendum. vnde si mors inde sequitur,non est imputandũ se defendẽti:sed duricię aduersariorum vt c.postulasti.j.e.& hoc in effectu voluit etiam Inn. in d.c.sententiam.dicit tamen ibi quòd si aliquis prępo natur bello, quòd non sit directè ad occidendum:sed ad sua defendenda vel recuperanda ꝙ hoc liceret.vt no.in c.olim.de rest.spolia.Tutius est secundùm Hosti.ꝙ nulli bello prępo natur,acies,& similia ordinãdo.¶Ego arbitror ꝙ si bellum sit iniustum,& mors inde secuta sit ex auxilio alicuius,qualitercunq;:quòd talis sit irregularis.Si verò sit iustum.dic quòd aut est necessarium pro defensione personarum:aut rerum.si personarum,nullo modo efficitur irregularis.& hoc casu,etiam & proprio facto committens homicidium non efficitur irregularis. vt dixi §.in xiij.& xviij.q. ergo non efficitur irregularis ille qui tenetur defendere:si pręstat auxiliũ.¶Secundo casu,quãdo pro defensione rerũ, dic ꝙ nõ licet ministrare arma intendendo ad mortẽ : quia tũc si per auxilium suum in ministrando & parando fuit secutum homicidiũ,efficeretur irregularis.secus si certum est ꝙ non esset secutum homicidium:vt puta,quia non erant arma apta ad occidẽdum:quia tunc ministrator non esset irregularis. quia lex promotionis,factum,non intentionem requirit,vt sepius dixi.nisi fortè ex auxilio taliter pręstito per alium fuerit commissum homicidium:licet non per illum cui arma fuerũt ministrata.ita ꝙ ipse fuerit causa:& causa sua fuerit ordinata ad causatum : licet per causam mediatam.In administratione tamen armorum limita,nisi essent talia,quę nisi ad occidendum sunt apta, vt Bombarda,balista,& similia.propter quod posset dici esse in culpa. nisi fortè ipse ad terrorem talia prępa rasset cùm protestatione ne proijcerent versus homines.Item debet prius si potest,ante quam ministret,dirimere bellum:quia nõ dirimendo si posset, efficeretur irregularis:quia tunc esset in culpa. Et ita intelligo quod dicit beatus Tho.secunda secundę q.xl.arti.ij.qui dicit,ꝙ authoritate superioris potest clericus iustè pugnantibus suis exhortationibus subuenire.sicut in veteri lege mãdabatur, deuteronomi ca.xx.vbi mandabatur quòd sacerdotes sacris tubis in bellis ejcerent.Si quis autem clericus interesset bello,non vt pręesset viris sanguineis:sed vt respondeat militibus,sumptus ministret.tractatus teneat:sententias proferat:& negotia cõtra disponat:hoc licet. vt tenet Spe.in d.§.iuxta.versic.clericus.vbi narrat se pręfuisse talibus negotijs peragẽdis in exercitu.quod mihi

mihi placet.si bellum est iustum. Et ita quotidie videmus legatos Apostolicos præesse. qui tamen propter peccata nostra, & abusiones, & nepharia tempora hodierna, non solùm prędictis incumbūt: sed omnibus sæuis, nepharijs, & scelestibus. vide ad prædicta glo. xxiij. q. iij. c. Maximianus. & glo. l. distinct. c. miror. & xxxiij. distinct. c. fi.

61 ¶ †Sexagesimoquintò quæro. Quidam associauit sciēter illum qui ibat ad interficiendum aliquem: tñ super homicidio committendo non habuerunt aliqua verba: vel si habuerunt, associans illi dissuasit: cui tamen associatus noluit acquiescere. vnde associans timens de ipso, ipsum associauit ad hoc, vt si necessitas incūberet, ipsum defenderet: an sequuto homicidio vel mutilatione, associans sit irregularis. sol. Doct. in c. sicut. s. eo. dicunt ꝙ sic. idem Host. in sum. eo. tit. §. qua pœna. ver. quis vadat. per not. in d. c. sicut. ver. illi. & ver. fi. idem tenet Spec. in tit. de iudice deleg. ver. quid si aliquis vadit. & hoc indubitanter verum, si associās intenderet ad mortem. secus si in nulla fuit culpa: quia associauit causa pacificandi, vel ex alia iusta causa: nam licet hoc casu aliquod robur crescat sociato: quia timor aduersario incutitur: non tamen efficitur irregularis. hoc probatur in c. prębyterū. à cōtrario. s. eo. & tenent Inno. Io. And. & Doct. in c. petitio. j. eo. facit. xxiij. q. v. c. de occidēdis. ver. absit enim ꝙ ea &c.

¶ Sexagesimosextò quæro, quid de aduocato, procuratore, & similibus: quorum patrocinio agendo vel defendendo, sequutum est homicidium vel mutilatio. hæc q. posset hic optimè adaptari. sed dic vt dixi s. eo. articu. q. ij. iij. & iiij.

62 ¶ †Sexagesimoseptimò quæro, vtrum ille qui propter habendam indulgentiam portat ligna ad comburēdos hæreticos, fiat irregularis. sol. Spec. in d. §. iuxta. ver. quid de ijs qui propter. tenet quòd sic. si ligna combusserunt hæreticum. idem tenet Ioā. Andr. in c. sicut. s. eo. Et ex prædictis habes expeditū hunc articulum de irregularitate, in quam quis incidit ratione auxilij, opis, & fauoris præstiti. ¶ Superest igitur vt veniamus ad articulum de irregularitate commissa præcepto, iussu, seu mandato. & vt sequamur ordinem quæstionum.

63 ¶ †Sexagesimooctauò quæro, qualiter quis incidat in irregularitatem propter præceptum, iussum, seu mandatum. & circa hanc q. aduertendum est, ꝙ licet præcipere & iubere idē videantur importare: quia vtrunq; necessitatem importat. vt statim dicam. tamen inter hæc duo, & mandatum est differentia: quia iussus & præceptum important necessitatem, vt l. j. & ibi gl. ff. quod iussu. & ff. quod cum eo. l. j. & l. si mandato. Sed mandatū non semper importat necessitatem. & tractatur in d. l. j. & per Bald. in l. j. C. quomodo & quando iudex. & not. gl. in regula, ratihabitio. de reg. iur. lib. vj. Et not. etiam, ꝙ hæc semper pręcedere debent: videlicet, præceptum, iussus, & mandatum, vt notatur in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. nec sufficit ꝙ incontinenti sequatur, vt ibi tractatur. secus in cōsensu & ratihabitione. de quibus j. subijciam. q. xcj. Est aūt præceptum quod quid faciēdum, vel nō faciēdum decernit. Est enim quod imperare & iuberare. & cōponitur ex præ, & capio, secundùm Papiam: quia iussu principis capitur. vel dicit à præcipio, quasi præ alijs capere. vel dicitur quasi præcellētis cœptum, i. captū: quia à solo superiore capit. facit xxxij. q. j. c. integritas. xxiij. q. v. c. si dicat. & si est iustū, obligat semper, & ad semper. vnde dicimus præcepta legis &c. vide ad prædicta de conse. dist. j. c. præceptum. Quandoq; tamen ponitur pro monere: vt no. glo. fi. xij. q. j. c. ij. facit. xxviij. q. j. c. sic enim. & hoc est ratione subiectæ materiæ: sicut etiā dicimus in verbis imperatiuis, & in verbo, debet. quæ quandoq; propter subiectam materiam non important necessitatem, vt dixi post glo. in ver. debet. in c. si vir. j. de adulte. tractatur in c. j. s. de despon. impu. per legistas in l. iij. C. de pign. ¶ Sed redeundo ad principalem materiam nostram dico, ꝙ qualitercunq; ex mandato, præcepto vel iussu commissum sit homicidiū, vel mutilatio: præcipiens, vel mandans efficitur irregularis, vt c. sicut. s. & c. fi. j. de cle. pugnan. in duel. & c. si quis viduam. l. dist. & probatur ex alijs particularibus q. j. dicendis: quod tamen intellige & declara, vt j. in illis subijciam.

¶ Sexagesimonò quæro, aliquis dominus mandauit T. vt S. occideret, vel mutilaret: & ille executus est mandatū: an sit irregularis? so. hoc non videtur esse dubium, ꝙ sic, respectu mandantis. an autem mandatarius. dic vt dixi s. q. xxv.

¶ Septuagesimò quæro, mandauit quis Titio vt Seium vulneraret: postea sibi prohibuit expresse ꝙ non occideret, vel mutilaret: an fiat irregularis, si postea secutum est homicidiū vel mutilatio. sol. text. est expressus hodie ꝙ sic in c. fi. eo. tit. lib. vj. & ratio est: quia ille mandando fuit in culpa. debuit enim hæc cogitare euenire posse: & verisimiliter. & præterea mandatū fuit illicitum: & casus est ordinatus ad causam: ergo efficitur irregularis: vt dixi s. in articulo de causa, in regulis generalibus q. xlj. & probat in c. continebat. s. eo. facit. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.

64 ¶ †Septuagesimoprimò quęro. quid si mandatarius in casu prædicto non occidat, sed occidatur: an mandans sit irregularis. Io. And. in c. fi. j. eo. dicit, ꝙ quicquid dicant Innoc. & Hostien. in consulente, mandans est irregularis. & hoc mihi placet, per rationes quas allegaui in præcedenti q. quæ vendicat sibi locum hic. & sequitur d. Do. fortius ergo idem dicendum est in eo qui simpliciter mandauit homicidiū cōmitti, si mādatarius occidat.

¶ Septuagesimosecundò quæro. Mandauit Titius Seio vt occideret P. de die: Seius occidit illum P. de nocte: an sit irregularis? so. ex præcedentibus sequitur. quinimò, & talis in foro contentioso teneretur de homicidio. Et idem in eo qui cōcessit arma, vt quis interficeret T. post depositum officium. licet ille interfecerit durante officio, vt dicit notabiliter Bartol. in l. is qui opem. ff. de fur. vbi tractat, an si alteratur qualitas pœnæ: quia grauius punitur homicidium de nocte, quàm de die. an grauius puniatur interficiens officialem, quàm priuatum: an mandans debeat puniri de interfecto, cùm illa conditione, vel sine: & concludit ꝙ debeat puniri, ac si mandasset interfici de nocte, vel officialem.

¶ Septuagesimotertiò quęro: Mandauit T. Seio vt interficeret M. deinde reuocauit mandatū: non obstante reuocatione Seius interfecit M. an mandans sit irregularis? so. Spe. in tit. de leg. §. iuxta. ver. idem quoq;. & se. dicit ꝙ si mandator demum cōtrarium mandauit: non efficitur irregularis, per c. j. j. de reg. iur. Idē etiam dicit si mandatarius scit, ꝙ mandator fecit pacem eum occidendo xxij. q. j. c. omne. ꝙ vel parentelam secum cōtraxit, vt c. ij. s. de despon. impu. licet mandator hoc non significauerit mandatario: quia certus certiorari non debet, vt l. j. ff. de ac. empt. & c. cùm inter vniuersas s. de elect. & idem Ioan. Andr. hic in vj. q. per not. in j. iij. §. fi. cum l. se. ff. de admi. tu. ¶ In contrarium tñ facit quod dicam. j. de reuocante cōsilium. q. lxxviij. ¶ Vide ad hac quæstionem quod dixi j. de senten. excommu. c. peruenit. ix. princ. arti. q. viij. & q. ix.

¶ Septuagesimoquartò quæro, quid si mandatarius, qui interfecit, iuratus & examinatus deposuit, ꝙ propter præceptū vel mandatum non interfecit: sed propria voluntate. an mandans sit irregularis? so. dicit Ioan. And. ꝙ si famosum sit ꝙ illud mandatum vel scandalum sit exinde suscitatum: nō est ei credendū. argu. c. ex literis. j. eodem. si verò sit occultum: tunc mandans debet sequi conscientiam suam. ar. c. exhibita. §. j. & c. petitio. j. eo. In dubio tamen debet abstinere. & adde ad hanc materiam quæ plenissimè dixi in cle. j. de renun. & vide Bal. in c. j. de pa. iu. fir. ¶ Vide ad hanc materiam quę dicit Bal. post Ia. bu. de eo qui mandauit fieri maleficium, per illū qui alias sine mandato erat facturus. tetigi de cita. ar. xxxiiij. q. ij. ¶ Septuagesimoquintò quæro. Iudex ecclesiasticus vel prælatus præcepit iudici seculari, vt puniret malefactorē: an sit irregularis? so. glo. fi. xv. q. vj. c. ij. arguit quòd non, per illum tex. & per tex. xxiij. q. iiij. & q. v. c. relegentes. & q. viij. c. vt pridem. ¶ In contrarium tamē allegat. xxiij. q. viij. c. in quibus. & ibi Archi. tenet primā opi. & dicit quòd Hug. & Lau. eam firmant, per. c. si quis viduam. l. di. sed fortè hoc limitandū est, si modo mandatum sit generale de puniendo omnes malefactores: secus si speciale, vt puniret Titium de homicidio, sacrilegio, vel simili: ex quo omnino mors sit futura. facit quod dixi. s. q. lv. hoc tamen non est sine dubio, si mandatum esset simplex, vt puniret Titiū, nō adiecta certa pœna: secus si vt suspenderet, vel decapitaret.

65 ¶ †Septuagesimosextò quæro. Syndicus ab vniuersitate cōstitutus accusat de crimine publico ex mādato vniuersitatis: propter quam accusationē sequitur condemnatio ad mortem. an omnes de vniuersitate sint irregulares. sol. Ioan. And. in c. dilectus. el. ij. s. de simo. dicit, quòd quæstio prædicta nō procedit: nam syndicus non accusat nomine vniuersitatis, sed proprio: & ad vtilitatē vniuersitatis, sicut tutor nomine proprio ad vtilitatem pupilli. de quo articulo latius ibi dixi. & tractatur per Cy. & Doc. in l. ij. C. de accu. & per Bart. in l. ij. ff. eo. Subdit tamen Ioan. And. quòd si syndicus admitteretur nomine vniuersitatis staret remedium. c. ij. e. ti. lib. vj. quasi sentiat, quòd sine illa protestatione si vniuersitas intenderet ad mortē omnes sunt irregulares. Ego arbitror hæc intelligenda, secūdùm declarationes & limitationes præcedentiū quæstionum. ¶ Item dico hoc verum si apparet quòd omnes de vniuersitate cōsenserint. & q̄q̄ vniuersitas sit opus fictum & imaginatum: licet communicato consilio delinquat: non videantur delinquere singuli de vniuersitate, secūdùm ea quæ dixi in d. c. dilectus. in. ij. q. tñ omnes singulares cōsentientes, quorum vota possunt secerni propter eorum volūtatē ad homicidiū, & ex eo quia causam dederūt: sunt irregulares. ar. eorum quæ dixi in d. c. dilectus. in vl. q. incidit tamen decisio huius quæstionis in dubitationē, de qua dixi

s.q.xxix.&.q.xxx.vnde dicerem ꝙ eo casu quo sine protesta tione,& mãdato,& accusatione inde secuta, propter quã dãnatus fuit ad mortem, vel mutilationem, efficerentur irregulares omnes illi, quorum vota possent secerni ad eam intentionẽ. Si verò nõ possunt secerni, dicamus ꝙ omnes sint irregulares: qa in dubio quis potius debet iudicari irregularis: vt hic. vel possumus dicere ꝙ hoc relinquẽdum sit conscientię vniuscuiusq; secundùm varias opiniones, quas retuli in d.q.xxxix.

¶ Et ex his ideò vtilis esset cautela, ꝙ vniuersitas in cõstitutione syndici protestaretur secundùm formam c.ij.eo.ti.lib.vj.

¶ Et ex his habes expeditum hunc atticulum de mandato præcepto,& iussu.

¶ Sequitur nũc ex ordine vt videamus de irregularitate, quę cõmittitur cõsilio, persuasione, suggestione, instigatione, vel monitione alicuius. prosequendo igitur ordinem quæstionum

¶ Septuagesimoseptimò quæro qualiter quis in prædictis casibus fiat irregularis.

66 ¶ † Et aduerte: quia consiliũ differt ab ope, stricto sumpto vocabulo. l.in furti.§.ope. de fur.& l.sæpe.ff.de verb.sing. licet largo modo ille qui dat cõsilium, dicatur præstare opem. l.qui seruo.§.idem pomponius.ff.de furt. vnde in plus se habet opem ferri, quàm consilium pręstare: quia omnis ille qui consulit, opem ferri: sed nõ ecõtrà. est autẽ consiliũ quædam probabilis persuasio debito tempore alij insinuata, secundũ Bald.in l.j.C. de manumis. vindic. licet ibi loquatur de cõsilio quod requirit ad substantiam, seu formã alicuius actus. de quo etiam per Bar. in l.j.§.si plures.ff.de exercit. tamen & hoc pertineret ad materiã nostrã. sed melius dicit Oldr. in suo cõsi.xliij. Quod incipit, Episcopus senio. vbi dicit, quòd cõsilium videtur præsupponere quãdam mutuã deliberationem: ideo inter absentes nõ congruit.ff.de arbi.l.si vnus.§.fi.& hoc consiliũ debet præcedere deliberatio: qa quecũq; animi destinatione peragẽda sunt, non nisi certa & vera scientia perfici debent. l.quæcũq;.ff.de regu.iur. debet igitur consiliũ habere deliberationem, cuius duæ sunt partes, secundũ Aristo. in v. Ethicorũ, quarũ prima est eubolia: hoc est bona consiliatio. altera, custodia: hoc est bona cõsideratio, seu cõiecturatio. Potest se habere dupliciter. vno modo, prout quis in se deliberat & deliberando eligit. Alio modo prout quia alteri consulit vt aliquid faciat. vt sentit Bart. in l.sæpe.ff.de verbo.signi.& Ioan. And. in cap. cùm olim.s.de arbit. & in secunda specie est materia nostra.

¶ Item aduerte: quia cõsiliũ potest esse malũ: vt l.j.§.persuadere.ff.de seruo corrupto. probatur in l.consilij.ff.de reg.iur. vnde est antiquo prouerbio. Malũ consiliũ consultori pessimũ. quod vnde habuerit originem, dixi in glo. in verb. consiliarios. in cle.j. de foro compe. sicut dicimus in dolo. quia quidã bonus, & quidã malus, vt in rub. cõiuncta. l.j.§.non fuit.ff.de do. Persuadere autem est de aliqua re auditori fidem facere, seu præbere, vt not. in d.§.persuadere. Vnde Cicero ad Herenniũ. Si audaciter fuerit persuasus. hoc est si omnino fidem fecerit. gloss. tamen in verbo, inflãmasse. in c.sicut.s.eod. dicit ꝙ persuadere est idem ꝙ inflãmare: sed debet intelligi verbis, aut rationibus. Et vide tex. in d.§.persuadere. ꝙ plus est persuadere, quàm cõpellere, cogere, seu mandare. Et ideo quãdoq; persuadens plus punitur, quàm faciens. vt no. l.di. miror. facit lxxxj.dis.c.tanta.

¶ Aduerte: quia qui persuadet non dicitur mandare, l.j.§.pomponius.el ij. in versi. si verò.ff.deposi.& vide ad prædicta Dy. in regula, scienti, de regu.iur.lib.vj.

67 ¶ † Surgere verò est insinuare, subministrare, subijcere. vel dic ꝙ surgere est suadere seu quasi latenter cõsulere: & propriè cã decipiendi, vel nocendi illi cui suggeritur: & etiã alteri. hoc tradit Archid. lxxj.dis.c.primates. facit c.sicut. versi. si verò.s.eo. licet quãdoq; accipiatur in bonã partẽ, vt in euangelio Ioã.xiiij. c. Ille surgeret vobis omnia. ita sumitur in d.c. Primates.& vij.q.j.ca.j. de decimis.c.suggestum. cum similibus.

68 ¶ Instigare verò est animũ incitare ad iram, seu latratũ. vnde propriè non pertinet, nisi respectu patientis ad canes. vnde Terentius: Tu verbis instiga.

69 ¶ † Mouere propriè sumitur in bonã partem: & est maiorũ seu æqualium. ¶ Persuasio verò, seu suasio etiam inferiorum: largo tamen vocabulo etiam accipimus in malã partem. vt si monet quis aliquem, quem modũ debet tenere in homine interficiendo.& est idem quod instruere & docere.

¶ Est igitur aduertendũ, ꝙ licet prędicta ita differre videãtur: tamen quantũ ad casum nostrũ dicendũ est, ꝙ oẽs prędicti qui cõsuluerũt, suggesserũt homicidiũ cõmittendũ, fiunt irregulares: homicidio vel mutilatione inde sequuta l.dist.c.si quis viduam.& c.sicut.s.eod.& probatur ex infra dicendis.

70 ¶ † Septuagesimooctauò igitur quęro. cõsuluit quis vel suasit homicidiũ cõmittendũ: sed ex interuallo: an consulens vel suadens sit irregularis. sol. dicit ꝙ sic, licet tempore perpetrati homicidij consulens sit in amicitia cũ occiso: nisi consulens tempestiuè reuocasset consilium, & denunciauerit illi qui debebat interfici, vt sibi caueret. argu.ff.mand.l.si mandasset.& ff.ad macedo.& l.si tamẽ.§.si filius.& l.j.ff.quod iussu.& s.de procur. c.mãdato.& c.ex insinuatione. de rescrip.c.ex parte. secũdùm Inno. hic. Facit quod not. Ludo. ponta. in l.post dotem.ff.solu. matri. dixi de procu.§.xij.ver. Dicit tamen Inno. ꝙ ad hanc denũciationem non adstringitur consulens, si firmiter & probabiliter credi derat, ꝙ is cui cõsuleret acquiescat renouationi consilij.& sequitur hic Ioan. Andr. in v.q. dicit tamen ꝙ tunc efficitur consul irregularis, si consiliarius fuit motus ex cõsilio: secus si non fuit motus ex consilio. facit quod no. in c.cùm I.& A. de re iudi.& hoc dicit verum. maximè ꝙ reuocato consilio non tenetur, si intra certum tempus mandauit homicidiũ committendum: deinde reuocauit consilium: & tamen ille post illud tempus commisit homicidium. ar.no. in c.de illis.s.de sponsa.& sequitur etiam hoc do. An. hic. ¶ Sed quæro, quæ sit ratio ꝙ in mandato de occidendo sufficit simplex reuocatio absq; notificatione, vt dixi s.in q.xxiij.& hic si dubitat, non sufficit simplex consilij reuocatio? sol. dicunt hic Doct. ꝙ mandatum fit gratia mandantis tantùm. Ideo nõ est præsumendum ꝙ mandatarius non acquiescat reuocationi: sed consilium, suasio, seu suggestio fit gratia eius, cui consulitur. ꝙ vt plurimũ fit rationibus vrgentibus.& ideo non ita de facili persuadetur contrarium.& ideo non sufficit sola dissuasio, sed requiritur ꝙ certificent illum, qui occidi debebat: si eum remordet conscientia.& hæc est communis sententia. quam etiã sequitur hic Ioan. And. do. Ant.& do. me.& Bar. in l.non solùm mandato.ff.de nupt. dixi in Cle.j. de renun. Debet tamen esse cautus iste qui denunciat, seu immittat hoc occidendo: vt non propalet illum qui debebat interficere. ar.xlvj.distinct.c.clericus & ij.q.j.c.si peccauerit.

¶ Septuagesimononò quæro, vtrum ille qui consuluit non directè homicidium, sed quodammodo indirectè, vt puta: quia suasit iactum machinæ vel bombardæ: vel ad faciendum insultum ad castrum capiendum: an sit irregularis, si aliquis inde moriatur. sol. Inno. hic dicit ꝙ sic: quia occasionem verisimilem & propinquam dedit homicidio: quia talia non cõsueuerunt sine occasione. imò homicidium est talibus valde propinquũ: ergo imputatur. ar. not. in c.de cætero.& c.continebatur.s.eo. maximè, quia hoc non est officium clerici, vel volentis in præsbyterum promoueri. facit quod not. in c.suscepimus.s.eo.& c.fi. de postu.& sequitur hic Host. Ioan. And. do. Anto.& do. me.

71 ¶ † Octuagesimò quæro, vtrum ille qui consulit ꝙ castrum furtiuè vel proditoriè capiatur sit irregularis, si inde homicidium vel mutilatio committatur. sol. quidam dicunt ꝙ non. nisi esset verisimile ꝙ hoc nõ posset fieri absq; homicidio. alij dicunt & fortè melius, secundùm Inno. ꝙ si talis consulat opus illicitum, erit irregularis: etiam si casu sequatur mors, vt in iuribus allegatis in præcedenti q. facit. c.fi.eo.tit.lib.vj.& quod dixi.s.q.lxx. & sequitur Ioan. Andr. hic in ij.q. ¶ Ego arbitror posse distingui, ꝙ aut bellum erat iustũ: & hoc modo licet furtiuè vel proditoriè aliquid consultatur, non dicitur res illicita: sed dolus bonus, vt l.j.§.ij.ff.de do.& ideo si præter intentionem & verisimilitudinem secutum est homicidium: non efficeretur irregularis. ar. eorũ quæ s. pluries dicta sunt.& ita procedat j.opi. aliàs procedat.ij.

¶ Octuagesimoprimò quęro. Aliquis consuluit vt malefactor caperetur: qui captus, damnatus est ad mortem: an sit irregularis illo occiso. solu. Inno. hic dicit ꝙ non. si præter intentionem suã sequatur illius occisio. ar.c.fi.j.eo. secus si directè consuluisset in mortem. facit c.sententiam.s.ne cleri. vel mona.& hoc tenet hic Ioan. Andr. in iij.q.& dicam j.

¶ Octuagesimosecundò quæro. Officialis capto malefactore quærit ab aliquo, quid facere debeat de illo: ille respõdet, talem morte puniendum vel mutilandum: hoc consilio motus officialis, illum suspendi facit: an consulens sit irregularis? solu. Raymun. tenuit ꝙ sic: quia consulens consuluit super casu, qui de facto tunc erat. ar.c.ex literis.j.de excessi. Præla. contrarium tamen videtur tenere glo. in d.c.ex literis.& glo. in c.fi.iij.distinc. & Goffre. in c.clerici.s.ne cleri. vel mona. ¶ Tu verò distingue ex mente Hostien. in d.c.ex literis.& Ioan. And. in d.c.clerici. s.ne cleri. vel mona.& in d.c.ex literis.& Spe. in d.§.iuxta. ver. quid si iudex. ꝙ aut non imminet casus in facto de præsenti, aut imminet. Primo casu, Gof. Ioan. And. Arch.& do. me. tenent ꝙ non sit irregularis: quia potest in genere respõdere. lex dicit. sic dicit. arg. xxiij.q.v.c.j.& v.q.vj.c.dilatori. Spe. verò in dicto loco dicit, ꝙ si clericus respondet quem morte puniendum generaliter pro tali crimine,& iudex sequutus sit suam responsionem, vnum taliter delinquentem damnat ad mortem: ꝙ si respondens

spondens erat iurisconsul tus: aut Doctor qui consultus consue uit talibus respondere: & tunc aut iste errauit in apicibus iuris, vbi sunt variæ Doct.opi. & respondet secundùm suam opi. in qua etiam periti errassent: & non efficitur irregularis. duntamē exprimit quòd super hoc variæ sunt opiniones. Aut errauit per crassam & supinam ignorantiā: quia nullus in illo articulo dubitasset: & est irregularis: quia fuit iure consultus. Si verò non est iurecōsultus. sed simpliciter dicat ꝙ de hoc sentiat, nec pręsumere debet ꝙ iudex suam sequatur opinionem: nō efficitur irregularis: ex quo nō respōdet ad casum qui de facto pendeat. ¶ Secundo casu, quando crimen in facto de præsenti imminet puniendum: efficitur irregularis, siue ex generali, siue ex speciali responsione sequatur homicidium. secus si ex sua responsione nō sequeretur homicidium: quia fortè iudex erat dispositus ad illum decapitādum: & iste fuit interrogatus à quodam alio, quæ pœna imponatur pro tali delicto: & respondet ꝙ capitalis. nam hic non efficitur irregularis: quia homicidium nō fuit sequutū suo consilio, secūdùm dominū meum in d.c.ex literis.

72 ¶ † Octuagesimotertiò quæro, officialis alicuius Episcopi habentis iurisditionem temporalem quærit ab Episcopo, quid agendū sit de aliquo crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis. Sol. dic ꝙ debet respondere, ꝙ ad ipsum nō pertinet de talibus respondere: sed ꝙ alios peritos debeat consulere super hoc. ar. c. ex literis. de exces. prela. potest tamen secūdùm quosdam, dicere ꝙ puniat secūdū quod iura volūt. duntn̄ nō exprimat de pœna sanguinis. ar. c. omnis. ij. di. facit qđ dixi. s̄. lv. q.

73 ¶ † Octuagesimoquartò quæro, quidam volenti liberare homi nem à morte retraxit illum, consulendo ne liberaretur: an sit talis consulens irregularis. sol. Spe. in tit. de leg. §. iuxta. ver. quid si cum velles. tenet ꝙ sic, per c. si quis viduam l. distin. & de pœ. distinct. j. c. periculosè.

74 ¶ † Octuagesimoquintò quero, aliquis interrogatus an captus esset à morte liberan. respōdit, malum est ꝙ euadat impunitus: an sit irregularis si postea condemnetur ad mortem. so. Specu. in d. §. iuxta. in ver. quid si Episcopus. dicit ꝙ sic. & idem tenet Do. m. post Docto. in d. c. ex literis. de exces. Præla. secundùm vnum intellectum.

75 ¶ † Octuagesimosextò, quæro. quid si cōsanguinei vel amici alicuius offensi quærunt consilium à consanguineo, fortè clerico, de vindicando offensam: quia dicūt ꝙ volunt interficere offensorem, qui tamen noluit consulere, sed tacuit: an efficiatur irregularis si mors inde sequatur. dic vt dicam j. in q. xcv.

76 ¶ † Octuagesimoseptimò quæro. Aliquis timens interfici vult aufugere: ego dixi ꝙ non timeret: & promisi fidem & securitatem: vnde propter persuasionem meam & fidem promissam, non fugit: propter quam causam interfectus est in eo loco, in quo interfici timebat: an fiat irregularis? sol. dic ꝙ sic. secundùm quosdam, nisi promittens haberet quasi probabilem & certam securitatem posse firmiter adimplere quod promisit: vtputa, quia habebat in illos, de quibus iste dubitabat, dominium: aut patriam potestatem: aut erant sibi tali amicitia, cōsanguinitate, vel affinitate coniuncti, ꝙ potuit eos à tali proposito reuocare. Si verò non habebat probabilem credulitatem, & sicut fuit in culpa ita temerariè promittendo. vel fuit in negligentia proxima dolo: efficitur irregularis: vt tenet Specu. in d. §. iuxta. versi. quid si aliquis mori. & bene.

77 ¶ † Octuagesimooctauò quæro, cōtra hospitium Episcopi fit improuisus insultus: Episcopus qui intus est, & timet de sua & suorum morte, consulit suis vt assumant balistas & arma, dicēs, defendatis vos & nos: illi sic faciūt. & plura homicidia hincinde perpetrata sunt. an sit irregularis? sol. Host. hic dicit ꝙ si iste timebat de persona sua & suorū, licitè fecit. facit quod dixi s̄. q. xiij. & q. xviij. & quod statim dicā in seq. q. facit c. delicto. eo. titu. lib. vj. & c. ij. §. fin. s̄. eo. & homicidia sunt imputanda duritiei insultantium: vt c. postu. j. eo. Si verò pro rebus conseruandis tantùm consuluit: debuit potius ipsas exponere. vide quæ dixi in q. xviij. tutius tamen est secundùm Ioan. And. hic. in xj. q. ꝙ non faciat expressam mentionem de balistis. Facit quod dixi s̄. q. lxiij. & q. xcix. & j. de sagitta. c. j. nam hoc casu, non imputabitur sibi: quàmuis hi quibus in genere consuluit vt sumerent arma, sumpserint balistas: quia multa licent in genere, quæ non licent in specie j. eo. c. postu. & s̄. de iurepa. c. ex literis. Facit quod dixi s̄. q. octuagesimasecunda.

78 ¶ † Octuagesimononò quæro. Quidam consuluit seu persuasit alicui ꝙ pro patria sua, vel suo iure, aut proximi defendendo, sumat arma, & se periculo exponat: & in illo conflictu aliquis est interfectus: an sit irregularis? sol. dic ꝙ non, etiam si mortuus esset ille cui consultū fuit. ar. xxiij. q. iij. c. pro membris. & c. seq. & q. viij. c. igitur & c. conuenio. & c. hortatur secundùm Inno. hic, quem sequitur Ioan. And. ix. q. & gl. in c. quod in dubijs. j. de pœnis. Facit quod dixi s̄. q. xviij. & q. lxiij. Idē Archi. xxiij. q. viij. in summa. & hoc verum, nisi ille sciret talem omnino moriturum: quia tunc fieret irregularis. idem no. Spe. in d. §. iuxta. versi. porrò si quis.

79 ¶ † Nonagesimo quæro, quid si aliquis alicui consulat ꝙ se indubitāter exponat morti pro amore Iesu Christi, vel pro fide: vel pro libertate ecclesiæ: an talis cōsulens sit irregularis? sol. dic ꝙ talis nō est irregularis: etiā si postea ille moriatur: cùm Christus pro nobis mortuus fuerit: & ei teneamur rependere vicē, prout fecerant sancti martyres.

80 ¶ † Nonagesimoprimò quæro, quidam consuluit alicui vt aliū occideret: ipse verò aggrediens ab aggresso occiditur: an consulens sit irregularis. sol. quidam dicunt ꝙ sic: quia dedit operā consilio illiciti operis. vnde quicquid mali culpa vel casu inde sequutum est, sibi debet imputari: vt c. continebatur. & c. suscepimus. s̄. eo. potuit enim considerare, ꝙ etiā ab illo poterat occidi. & sic est irregularis l. dist. c. hi qui. & c. pe. Alij tenent cōtrariam sententiā: quia iste nullum consilium dedit in mortē istius interfecti: imo eū mori nolebat: quia si hoc intendisset: sine dubio esset irregularis, vt d. c. hi qui. & c. sępe. & j. eo. c. significasti. secus si non consuluit fraudulenter: quia licet consilium fuit malum, & magnæ negligentiæ, non tamen fuit ad mortem ipsius: quia consiliū debet intelligi, vt cautè ageret. sed si excitaret aliquem ad occidendū aliquem in loco vbi instaret periculū mortis: fieret irregularis: etiam siis cui consuluit occideretur. semper apparet ꝙ non fuit diligens, nec bonum dedit consiliū, ex quo ille qui recipit, fuit interfectus. respōdetur ꝙ fines mandati diligenter sunt seruandi. in c. cùm dilecta. s̄. de rescriptis. l. diligenter. ff. mandati. & ideo si non cauit sibi vt debuit, & fines mandati excessit: sibi imputet. maximè cùm excedendo non videat fecisse consilio illius. & hoc tenet hic Inno. & ad literam Ioan. And. in vij. q. ver. quid si Titius. & Spec. in titu. de leg. §. iuxta. ver. quid si aliquis. Sed Ioan. And. ibi in addi. tenet, ꝙ simpliciter consulens sit irregularis, per c. fin. eo. titu. lib. vj. & hoc mihi plus placet. In mandante verò quid iuris sit, dixi s̄. in q. lxxj.

81 ¶ † Nonagesimosecundò quæro. Aliquis consuluit alicui vt se proijceret in mare, vel præcipitaret per fenestrā: & ille hoc facto moritur: an suggerens sit irregularis. so. Innocē. dicit ꝙ sic, per c. si quis viduam. quinquagesima distinct.

82 ¶ † Nonagesimotertiò quæro: pone, rusticus erat super asinum, & volebat transire flumen: & cū esset in medio fluminis, asinus incœpit nolle ire: nec ante nec retro. sicut asina Balaam, vt secūda q. vij. §. item cùm Balaam. & sequenti. clericus verò vnà cum alijs qa aqua crescebat, clamauit ad illū vt descenderet de asino, ne periret: credens verisimiliter eum euadere posse: ille verò ad eorum clamorem descendens submersus est: an pręsbyter & alij sint irregulares? solutio dic ꝙ non. absit enim vt ea quæ propter bonum facimus & c. xxiij. q. v. c. de occidendis. ver. absit. hoc tenet Spec. in d. §. iuxta. ver. sed pone, rusticus.

¶ Nonagesimoquarto & vltimò quæro, quid de medico qui suasit abortum mulieri prægnanti. sol. collige ex his quæ dixi s̄. xxxvj. q. ¶ Adde tamen ad prædicta quæ dicam in c. nuper. j. de senten. excom. vnum distinguamus circa consiliū, vtrum ille vel esset facturus vel non, ad hoc vt consulens teneatur vel non teneatur ex consilio. de quo ibi per Do. me. ¶ Et ex his habes expeditum hunc articulum de consilio persua. & c. ¶ Sequitur nunc ex ordine vt videamus de irregularitate commissa ex homicidio commisso per negligētiam, desidiam, seu incuriā: vnde sequendo ordinem quæstionum.

83 ¶ † Nonagesimoquintò quęro, vtrum ille cuius negligentia seu desidia, commissum est homicidiū vel mutilatio, sit irregularis. circa quod videndum est ꝙ negligentia dicitur priuatio diligentiæ, vt dicit Bar. in suo consilio quod incipit, Charissimè domine. vnde sicut diligentia mater est virtutū in suo opere lxxxiij. distinct. c. nihil. ita negligentia est nouerca eruditionis, vt d. c. nihil. & ideo semper sonat in vitium, vt not. Ioan. Andr. post Archi. in ij. de reb. ec. non alienan. lib. vj. & est peccatū mortale, vt c. ea quæ. s̄. de offic. Arch. dixi in c. ij. s̄. de accusa. in tertio not. & eius mater, vt plurimū est securitas, vt inquit Grego. in moralibus. & facit l. nec supina. ff. de iur. & fac. ignor. Desidia verò quasi pro eodem ponitur. dicitur enim quasi deorsum cadens. incuria verò dicitur quasi sine cura. & sic sine diligētia. & sic quasi pro eodē ponit̄ cum negligentia. nam curiosus idē est quod diligens, vnde cura dicitur quasi cor vrens, vt not. Arch. in c. j. de fi. præsbytero. lib. vj. inde descēdit beneficium curatū, ¶ Vtrum ergo ille cuius negligētia cōmissum est homicidium sit irregularis? dic ꝙ sic: quia talis qui negligit, cùm potest subuenire vitæ alterius, dicitur occidere. lxxxiij. distinct. c. pasce. & ibi lxxxvij. distin. c. si. lxxv. dist. c. si quis abscidit. ff. de li. agno. l. necare. facit. ff. de remi. l. omne delictum. §. qui pręponit. xj. q.

iij.c.non solùm.xij.q.ij.c.aurium.l.distinct. cõtingit.xlvij. dist.
c.sicut.& xv.q.vij.§.ij.& ratio est, quia facientis culpã procul-
dubio habet,qui potest corrigere & negligit emẽdare: nec ca-
ret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit
obuiare.lxxxvj.distinct.c.facientis.& c.sicut.s̈.eod.idem tenet
Spec.in d.§.iuxta.ver,quid si potui.Facit c.quantũ.j.de senten.
excom.& c.delicto.de sent.excõ.lib.vj.Et faciũt notabilia ver
ba clarissimi & eloquẽtissimi oratoris F.philelphi sic dicentis.
¶Non minus peccat prohibere crimen,qui valens musat pro-
hibere,quàm qui dirus insontem præmit & fatigat.Et hoc est
verum,siue dolosè negligat obuiare homicidio , siue ex culpa:
nec obstat ꝙ quidam voluerunt,quos sequitur Do. me.in d.c.
quanto.vbi voluit,ꝙ si culpa quis negligit obuiare verberatio
ni clerici,non efficiatur excommunicatus;quia respõdeo ꝙ ibi
requiritur dolus ad hoc, vt sit excõmunicatus propter violen-
tam manuum iniectionem in clericũ: vt c.si quis suadẽte.xvij.
q.iiij.sed in casu nostro,sufficit sola culpa, vt c.pręsbyterum.&
c.continebatur.& c.suscepimus.s̈.e.&.s̈.sæpius dictũ est.vnde
secus dicerem si non sint in aliqua culpa,vt puta,quia videbat
nimis magnum periculum subesse circa personam suam,si vo-
luisset obuiare vel nõ videbat posse obuiare,quin alterum occi
deret:quia tunc non esset irregularis:nec diceretur negligere:
quia tunc dicitur negligere,cùm potest obuiare & nõ obuiat.
vt d.c.facientis.Et quis illud dicitur posse quod de iure vel ho
nestè potest.xxij.q.ij.c.faciat.& gl.in verbo,potest.in cle.sępe.
de verbo.signi.& l.filius.ff.de condi.insti.& per glos.in c.si eo
tempore.de rescrip.lib.vj.& l,nepos proculo.ff.de verb.signi.
& quod commodè possumus : vt in dictis iuribus no.Pau.in
cle.j.de præben.& in cle.causam.de elect.& quòd si timore: vt
no.glos.pe.in c.quia propter.s̈.de elect.per c.bonæ memoriæ
maguntinus.de ele.& quod sine difficultate.no.glo.insti.de ac.
§.pœnales.xxxv.dist.c.ab exordio.& ideò non dicimur posse
quod per extraordinarium remediũ possumus.not.Inno.in c.
pastoralis.de cau.pos.& proprie.& Lap.in regula,semel.de re
gu.iur.lib.vj.& no.in l.apud iul.in fi.ff.de leg.j.& ideò talis nõ
dicitur negligere:& per consequens non est irregularis.& pr
dicta adde ad ea quæ dixi.s̈.q.xviij.
¶Nonagesimosextò quæro aliquis petijt à me consiliũ de in-
terficiendo aliquem:ego non consului,sed neglixi contradice
re:an sim irregularis.so.Inno.hic tenet quòd sic.ar.c.Mattheus
de simo.Idem tenet hic Ioã.Andr.& do.Ant.secus si exprefsè
prohiberem.ar.c.sicut nobis.s̈.de simo.s̈.eo.c.Petrus.&.j.q.iiij.
c.quia pręsulatus.dummodo ex corde hoc faciat.Alioquin in
conspectu Dei tenetur,si tacitè consentit homicidio : quia lex
promotionis non solùm in facto consistit:sed in facto & in
animo.xv.q.j.c.fi.&.q,vj.c.j,
84 ¶†Nonagesimoseptimò quæro vtrum ille qui nõ reuelat tra-
ctatum ei,in cuius mortem scit cõspiratum esse, sit irregularis
secuta morte.sol.glo.fi. j.e.c.Petrus.sentit quòd non facit:quia
talis non videtur cõmisisse homicidium facto,mandato,consi-
lio,vel defensione.l.dist,c.si quis viduam.&.d.c.Petrus.& hoc
est verum,si prohibuit.facit quod dixi in præcedenti q.& hoc
est verum,si credidit,vel credere debuit quòd per suam prohi
bitionem illi non perpetrarent homicidium:aliàs secus .Alij ve
rò tenent indistinctè quòd non tenetur reuelare: sed satis sit
prohibuisse.Spe.in tit.de le.§.iuxta.ver.quid si amici. & Inno.
in d.c.Petrus.& ibi Io.And.& Do.m.distinguunt, ꝙ aut quis
dolosè reuelauit,aut non dolosè.primo casu,est irregularis.ar.c,
quanto.j.de senten.excom.aliàs secus Do.m.consuluit,ꝙ reue
let.nam propter opiniones,de quibus.s̈.iudicaretur irregularis.
arg.tex.nostri.dico tamen ꝙ debet esse cautus , ne prodat illos
qui coniurarunt.& adde quæ dixi s̈.q.lxxiij.& lxxix.& pręd
cta procedunt,quando nõ fuerunt propalata sacerdoti in con-
fessione:nam tunc nullo modo debet manifestare : etiam si iu-
rasset dicere veritatem : quia illud non scit vt sacerdos, sed vt
Deus,vt c.si sacerdos.de offi.ordi.
¶Nonagesimooctauò quæro,aliquis vult te interficere nisi ei-
dem aliquam pecuniæ quãtitatem:an tenear dare ad hoc,vt li-
berem te à morte:& si nõ dedero, an sim irregularis si te inter-
ficit ille.sol.glo.lxxxiij.distinct.c.j.arguit ꝙ sic,per illum text.
lxxxvj.distinct.c.non satis.in princ.faciunt iura quæ allegaui s̈.
in princ.istius articuli negligentiæ.Refert tamen glo.quosdam
dicere,ꝙ soli pręlati ad hoc tenentur.xij.q.ij.c.gloria.xvj.q.j.c.
fi.alij dicunt quòd quilibet tenetur redimere vitam alterius.&
hoc videtur mihi tutius. prouideat ergo si potest aliter , quàm
dando pecuniam.& si non potest aliter,det illam.
¶Nonagesimononò quæro, quid si negligẽtia est commissa in
malè ligando vrsum vel leonem.dic vt dixi s̈.q.xlvij.
¶Centesimò,posset hic adiũgi quęstio de eo qui adhibuit pre-
sentiam homicidio. cuius q. decisio satis colligi põt ex his quæ
s̈.dixi in articu.de ope & auxilio q.lxiij.& seq.quia quis debet
abstinere:& maximè clericus,si aliquo modo per sui præsentiã
auxilium,vel causam præstare posset homicidio vel mutilatio-
ni:secus si ex sola curialitate interesset.vide Specu.in d.§.iuxta.
ver.quid si Episcopus.& D.m.in c.ex literis.j.de exces.præla.
¶Postremo loco superest vt attingamus de irregularitate quæ
contrahitur ex homicidio commisso consensu , collaudatione,
85 seu ratihabitione.¶†Est autem consensus in idem plurium pla-
citus sensus l.j.ff.de pact. tradit Ioan. Andr. in c.cùm olim.de
arbi.& vide glo. mag.in fi.in c.j.de reb. eccle. non alienan.lib.
vj.quæ dicit,ꝙ consensus & collaudatio est multorũ voluntas,
ad quos res pertinet,simul iuncta.& aduerte:quia cõsensus po
test præcedere actum,interuenire in actu,& subsequi post actũ:
nisi consensus requiratur de forma : quia tũc semper debet in-
teruenire in actu:& quando hoc sit,vide not. Doct.per Inno.
in c.cùm consuetudinis.s̈.de consue.& per glo.in c.edoceri.de
rescrip. gl.in c.j.de procur.in c.causam.de iud.in c.cùm vos.de
his quæ fi.à Pręla.per glo.in c.j.de reb.ecc.non alienã.per Bar.
in l.j.§.si plures.in repeti.ff.de exerci. & l.si quis mihi bona.§.
iussum.ff.de acquir.hæred.& in regula,ratam.de reg. iur.lib.vj.
Bald.in l.fi.C.ad Maced.cum si.videlicet,quando ante actũ,vel
in ipso actu non est articulus noster: sed satis est dictum in ar-
ticulis præcedentibus.Solùm ergo hoc examinabimus, quãdo
consensus subsequitur actum:sicut & ratihabitio, quæ semper
adhibetur post actum:vt in dicta regula,ratihabitio.sed redeun
do ad propositum nostrum.
86 ¶†Centesimoprimò quæro,vtrũ per talem consensum & col-
laudationem efficiatur quis irregularis.verbi gratia , commisisti
homicidium me ignorante,nec causam præbẽte: dico ꝙ placet
mihi illud homicidium per te commissum: vel illud collaudo:
an sim irregularis.sol.Spec.in d.tit.§.iuxta.ver.sed quid si agen
ti.primò videtur tenere ꝙ sic.nam ratihabitio retrotrahitur:&
mandato comparatur,vt in dicta regula, rati.l.j.§.quoties.ff.de
vi & vi ar.& de elect.c.pe.cum si. Quod enim quis nõ pronun
ciat in ore,sed in corde:audit Deus: & voluntas pro opere po-
nitur xiiij.q.j.§.si ago.hoc idem tenet Hosti. in sum.§.qua pœ-
na.ver.quid ergo si placet.vbi dicit hoc verum, si talis gauderet
de morte illius:secus si gaudet malefactorem punitũ esse.xxiij.
q.v.in c.reos licet doleat de morte personæ. & compatiatur fi-
guræ Dei,& tristatur ꝙ taliter deliquerit propter quod imago
Dei ita punita sit.ar.c.ij.s̈.eo.& C.de pœnis.l.si quis in metallũ.
j.de senten.excommu.c.vt famæ. & sequitur ibi Specu. subdit
tamen ꝙ in dubio relinquitur conscientiæ suæ quam intentio-
nem habuerit j.eo.c.exhibita.s̈.de iureiur.c.mulieri.xxxiij.dist.
c.habuisse. de æta.& quali.c.ad aures.sed tandem dicit,ꝙ credit
ꝙ per solam ratihabitionem,siue placentiam non fiat quis irre
gularis.vbi nullus consensus,vel exhortatio,vel cooperatio,vel
preces pręcesserint:nec eius nomine factũ.ar.ff.mand.l.si verò.
§.si post.pactum enim quod sola voluntate committitur, sola
voluntate cõtraria aboletur: quia nihil tam naturale &c.l.nihil.
ff.de regu.iur.& hoc videtur sequi Ioan.And.in addi. qui alle-
gat,quod in simili notatur in c.is cui.secundo responso.de sent.
excom.lib.vj. vbi per solam ratihabitionem iniectionis violen
tæ manus in clericum,non incidit quis in excommunicationẽ:
nisi illa iniectio fuerit facta nomine ratũ habentis, & videntur
etiam sequi Ioan.And.& do.Anto.in c.postulasti.j.eo.qui sim
pliciter allegauit dictum Specu. & hoc mihi placet.nam si non
fuit suo nomine gestum,deficit factum quod requirit lex pro-
motionis xv.q.j.c.j.
87 ¶†Vltimò quæro circa hanc vij.q. vtrum peccata , seu delicta
quæ aliàs inducunt irregularitatem, illam inducãt si sint occul-
ta.sol.glo.in c.nisi.§.personæ.s̈.de renun.colligit ꝙ sic.quod ve
rum dicit ibi Gof.si sit tale peccatũ de quo nõ sit peracta pœ-
nitentia,vt c.fi.de temp.ord.Host.dixit ꝙ peccatum occultum
non inducit irregularitatem,in qua requiratur pręlati dispensa
tio.Inducitur ergo irregularitas;sed sufficit sacerdotis dispensa
tio in confessione,cum contritione & pœnitẽtia. Et ex his co-
piosè & ordinatè habes expeditam hanc septimam quæstio-
nem principa.
88 ¶†Octauò principaliter quæro de effectib9 irregularitatis, cir
ca quam quæstionem aduertendum est, ꝙ satis videtur esse in-
tricata.in ea tamen procedam vt clarius potero. & aduertendũ
est ꝙ tres principales possunt insurgere effectus. Primus,impe-
ditiuus promotionis ad ordines. Secundus,administrationis in
receptis ordinibus impeditiuus. Tertius,depositiuus ab officio
ordinum.& quoniam vt s̈.vidisti in vij.q.principali. & in v.q.
plurimis modis, & ex diuersis quis incurrit irregularitatem.
& plures sunt eius species.idcirco assumendo aliquas,
89 ¶†Primò quæro,quis sit effectus irregularitatis quæ prouenit
homini ex defectibus,qui in eo sunt sine facto & pacto suo: &
circa

circa irregularitatem prouenientem ex defectu natalium.dic ꝙ effectus est promotionis impeditiuus, vt s.de fil.præsbyte.per totum tetigi.s.in princ.vij.q.vbi posui plures rationes.

90 ¶ † Secundò quæro, quis sit effectus irregularitatis prouenientis ex bigamia.sol.similiter dic, ꝙ est promotionis ad ordines impeditiuus xxij.distinct.c.proposuisti.xxvj.distin.c.vna.ver.biga.de quo latius de bigamis per totū.& per Hostien. in sum. in tit.de big.§.fi.& l.distinc.c.ex pœnitentibus.& c.quicunq;.& c.confundat. Item si prius habuisset ordines non solùm per bigamiam postea sequentem:sed etiam per simplex matrimonium impediretur administrare in illis ordinibus.sed in bigamo plus est, si rectè memini, quia amittit omne priuilegiū clericale.

91 ¶ † Tertiò quæro, quæ sit irregularitas quæ contrahitur ex deformitate proprij corporis.sol.dic simile, quod est impeditiua promotionis ad ordines lv.distinct.c.pœnitentes.xliij.distinc.c.mittatur.& c.vsq; xxxiiij.distinct.c.præcipimus.xxxvj.dist.c.illiteratus.& de his latius s.de corpo. vitia. per totū.sed propter hanc deformitatem non impeditur quis administrare in susceptis ordinibus:nisi sit talis deformitas, seu tale vitium corporis quod inhabilitauerit illum talem ordinem exercere, vt c.præsbyterum. de clerico ægro. dixi s.in princip.vij.principalis.versi.secundò quæro.

92 ¶ † Quartò quæro, quis sit effectus irregularitatis contractæ ex violatione censuræ.sol.dic ꝙ effectus, vt tales impediātur promoueri j.de fur.c.fi.& quæ sint delicta impedientia ordinationem, vide xxxiij.distinct.c.maritum.& xxxiiij.distinct.c.præcipimus.& vide generalius à xxj.distinct. vsq; ad l.distinct.& ab.lxxxj.distinct. vsq; ad xc. nam vt dicit Apostolus ad Thimotæum.lib.j.c.v.oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non violentū, non percussorem, sed modestum:non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene prepositum, non neophitum, quæ omnes qualitates extenduntur ad alios clericos:licet Apostolus loquatur de Episcopo.lxxxj.distinct.c.Apostolus xxxiiij.distinct.c.cognoscamus.& Hostiē. in sum.de temp.or.§.& cui. Esset etiam difficile vnumquodq; delictum & defectum, secūdùm enumerationem quam feci, & secundum quem, vel quod quis incidit in irregularitatē, & defectibus singulorum. esset enim quasi reuoluere totum corpus iuris.& ideo pro effectibus, recurrēdum est ad titulos speciales pro quibus criminibus quis sit deponendus, vide lxxxj.distin.c.j.& c.Maximianus.& xxiij.q.ij.c.si quis per capillum.& tex. in c.præterea.de iurepat.xxxix.distinc.c.Petrus.de coha.cle.& mulie.c.sicut gl.pe.xxxv.distinct.c.pe.gl.quinquagesima dist.c.si Episcopus.& c.si quis præsbyter. & gl.j.q.j.c.presentium.& gl.j.lxxxij.distinct.& glo.in c.fi.j.de cleri.pugnan. in duel.& magistra.xj.q.ii.in sum.& glo.xxiij.q.iij.non in perpetuā.xxxj.q.j.c.non debet glo .in c.vt clericorum.de vita & ho.cle. Inno.in c.ex tenore.& c.pe.de temp.ordi. per Pau.in Cle.j.de offic.ord. ¶ De inducentibus autem suspensionem, vide aliquid in dictis iuribus.& vide gl.xxxij.distinct.c.nullus.gl.& Doct. in c.accusatus.s.de simo.per Innocē. in c.tanta.eo.titu.per glo.& Docto.in c.ex tuarum.& c.inter de purga.canoni.& latissimè de vtroq; per do.Anto.& Do.me. in c.at si clerici.in prin. s.de iud.Sed quantum ad propositū attinet, ponit ibi do.Ant.& Do.m.ꝙ omne delictum cum irregularitate, dignum est depositione, per not.per Inno.in c.nisi cùm pridē.de renū.& aliquid per Inno.in c.cùm nostris.de conces.præben. Et adde ad hanc materiā quæ dixi s.in iiij.q.principali.& quod tractatur in c.dilectus.de tempo.ordi.& per Spe.in tit.de legato.§.nunc de Episcoporum. Item nota ꝙ irregularis propter crimina nō solùm deponitur ab officio sacerdotali, sed ab omni officio cuiuscunq; ordinis, vt c.præsbyterum.& ibi notaui.& c.de cætero.& ibi dixi.s.eo.Item not.ꝙ irregularitas non priuat quē beneficio ipso iure.text.est & ibi do.Anto.in c.nisi cum pridem. in j.parte super.iij.gl.s.de renun.Inno.in c.cùm nostris.de concess.præben.& in c.si celebrat.de cler.excō.mi.in addi. per Inn.& vide etiam ad hanc materiam Hostien.in sum.in titu. de cle. excom.mini.

93 ¶ † Quintò quero de effectu irregularitatis quæ contrahitur ex homicidio.sol.dic ꝙ illa non solùm impedit effectum promotionis & administrationis:& non solùm in susceptis ordinibus remanere, sed ad maiores ascendere:& non solum ante peractā pœnitentiam, sed etiam post peractam pœnitētiam, nisi interueniat dispensatio Papæ:vel inferiorū, secundùm diuersas qualitates homicidiorum:& maiores vel minores culpas, secūdùm quod colligitur in c.sicut.s.eo.& ea quæ dixi in vij.q.principali, in articulo de homicidio, & secundùm ꝙ tractatur in c.dilectus.de tempo.ordi.& per Specu. in titu. de legato.§.nunc de Episcoporū.& §.iuxta.ver.sunt quoq;. dicam in x.q.principali.talis tamē qualitercūq; sit irregularis, non pōt etiā in minoribus ministrare do.Ma.post Inno.in c.ij.j.de cle.pug. in duel.

¶ Et hoc arbitror verum.licet Specu.in d.§.iuxta.versicu.item quandoque.dicat quòd aliquis est irregularis, vt non promoueatur:sed non vt ministret in susceptis. in c.cōtinebatur.in fi. s.eo.& in tex.nostro in fi.quod ego intelligo respectu facilioris dispensationis, quantū ad Episcopū dicam in q.principali.

¶ Et ex his habes expeditam octauam quæstionē principalē.

94 ¶ † Nonò principaliter quæro, qualiter in hac materia irregularitatis sit formandus libellus.sol.dic, iste articulus satis difficilis propter varios casus, qui varias requirunt rationes, & varias conclusiones propter varios effectus : sed sufficiat vnam formam exempli gratia posuisse:quæ erit ista coram vobis reuerendo in Christo patre & domino.d.Carolo dignissimo Episcopo Senensi Franciscus Tadæus &c.dicit & exponit, ꝙ Sempronius clericus de anno præsenti M cccccx.de mense iunij interfecit Titium, seu vulnerauit super platea sancti Martini in ciuitate Senarum.vel quid simile commisit, propter quod incidit in irregularitatem:quare petit per vos & vestram sentētiam dictum S.priuari, seu priuandum esse decerni beneficio suo:vel deponi ab officio seu ordinibus suis:vel degradari, seu administratione ordinum interdici.loquendo seu petendo vnum vel alterum, secundùm quod viderit expedire & prædicta dicit & petit omni meliori modo &c. facit c.cùm non ab homine.s.de iud. & c.sicut dignum.s.eo.l.distinct.c.clericum qui paganum.c.si Episcopus.& seq.

95 ¶ † Decimò & vltimò quero, qualiter tollatur irregularitas.sol. quatuor modos reperi, quibus tollitur. Primus, per baptismū. Secundus, est per dispensationē.Tertius, per ingressum religionis. Quartus per pœnitentiam.& ideo hanc decimam q.principalem examinabimus per quatuor principales q.

¶ Primò, igitur quæro principaliter, vtrū irregularitas tollatur per baptismum.sol.dic vt dixi s.c.præsbyterum.

¶ Secundò principaliter quæro, vtrū irregularitas tollatur per dispensationem.hæc quæstio est satis difficilis.arbitror tamē in ea distinguendum esse ꝙ aut dispēsatio est publicè facta super irregularitate manifesta, seu occulta, per sacerdotē in foro pœnitentiali.& hoc secundum membrū venit examinandū quarta & vlt.q.Circa primum dic, ꝙ per dispensationē tollitur irregularitas, si dispensatio tenet & facta sit super irregularitate, ab habente potestatem cum solēnitatibus requisitis. ratio est:quia dispensatio hoc sonat. est enim iuris relaxatio j.q.vij.§.nisi rigor.& hoc probatur: quia dispensatio facit licitum, quod erat aliàs illicitum, vt not.glo.in ver.licere.in c.dudum.de elect.probatur etiam in l.ij.in fi.& l.queris.& l.sed si hac.§.patronum in fi.ff.de in ius voc.nec ille cum quo dispensatum est, potest vlterius accusari, vt latè dixi in c.de his.in v.membro.s.de accu. Sed hic insurgit dubium, quis possit dispensare cum irregulari.circa quod distingue, ꝙ aut nos loquimur in irregulari.contracta ex homicidio:aut in irregularitate contracta ex alijs causis, vel culpis de quibus dixi s.in vij.q.princ. primo casu subdistingue, ꝙ aut loquimur in homi.volunt.aut casuali. si voluntario, similiter subdistingue, ꝙ aut homicidium iniustè, aut iustitia mediante.si iniustè, aut nos loquimur in dispensatione quò ad ordines: aut in dispensatione quò ad beneficia.primo casu, glo.magna in c.sicut.s.eo.sentit ꝙ cum homicida volūtario, quò ad ordines, etiam Papa non possit dispensare. ¶ Idem videtur tenere Spe. in titu.de lega.§.nunc breuiter.ver.quinto.vbi dicit, ꝙ non potest dispensare cum homicida voluntario, vt possit ministrare etiam in officio altaris, quantuncunq; post peractam pœnitentiam in c.fin.de tempo. ordi.l.distinct.c.miror.j.q.vij.c.si quis omnem.j.de exces.Prelato.c.ex literis.s.de accusa.c.inquisitionis.& in c.j.s.eo. ¶ Idem etiam tenet Specu.in d.ti.§.iuxta.ver. quando autem, & per quem.& ver.curia Romana. pro qua gl. facit : quia irregularitas causata ex homicidio videt̄ inducta de iure diuino, vt dixi s.in iij.q.principali.sed Papa non dispensat contra legem diuinam.xxv.q.iij.c.sunt quidam. si ergo ab altaris ministerio remouetur, per l.diuinam, fortius à celebratione. d.c.miror.etiam si interfecerit paganum l.distinct.c.clericum.

¶ Hostien.tamen & communiter Doct. tenent contrarium in d.c.sicut.vbi voluit quòd Papa possit dispensare cum homicida voluntario:& ad iura quæ volunt, vel videntur velle quòd cum homicida voluntario non dispensetur.respondent, quòd debent referri ad difficultatem : hoc est quòd de difficili Papa dispensat:si tamē vult, potest:quia videtur sibi hoc permissum à lege diuina.facit c.proposuit. de conces. præben. Nam & in veteri testamento reperitur quòd fuit dispensatum cum nepote Aaron, qui vocatus fuit phinees, qui duplex commiserat homicidium:& postea fuit permissus ministrare diuina.

¶ Item Paulus Apostolus fuit homicida:& tamē diuina mini-

strauit, vnde iura præsumũt ꝙ vicarius Dei etiã hoc posſit cau ſa ſubſiſtente. facit quod not. Inno. in c. quod ſup his. ſ. de vo. & Archi. hic tenet. xxiiij. q. viij. c. occi di. facit c. inter corporalia. ſ. de transla. prela. & c. ſignifi. j. e. & idẽ tenet hic D. m. & in ca. ſicut. ſ. eo. ti. pro hac ſententia facit quod tradit do. Domi. in c. is qui. in prin. de ſen. excõ. lib. vj. qui dicit poſt Inno. in c. cũ pridem. §. perſonæ. de renũ. ꝙ Papa poteſt diſpenſare cũ omni irregulari. ¶ Ex prædictis ſequitur ꝙ inferior à Papa nõ poteſt diſpenſare cum homicida voluntario quo ad ordines. quod intellige, ſcilicet vt promoueri poſsit.

¶ Sed dubium eſt, an Epus poſsit diſpenſare, vt clericus qui poſt ſuſceptos ordines cõmiſit voluntariũ homicidiũ, poſsit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Circa quod dic ꝙ in ſacris nõ eſt dubiũ ꝙ nõ poteſt, vt c. cõtinebatur. ſ. e. & probatur in ca. ij. j. de cler. pugnã. in duel. ibi, nõ debet &c. Et ſic probat ille tex. ꝙ in minoribus ordinibus reſpectu adminiſtrationis poteſt Epiſcopus ſuo iure diſpenſare. & hoc tenet Hoſti. Io. An. & d. Anto. in d. c. ij. mouentur per no. in d. c. præsbyterum. & c. cõtinebatur. in fi. ſ. eo. & per tex. noſtrum in fi.

¶ Sed tu aduerte, quia prædicti tex. loquũtur in homicidio caſuali nõ volũtario, in quo nõ eſt tanta culpa, vt de ſe patet. Itẽ in caſuali poteſt eſſe magna culpa, minor, leuis, & leuiſsima, vt in dictis iuribus. facit in ſimili. c. ſicut. ſ. e. nõ obſtat text. in c. ij. de cler. pugnã. in duel. quia ibi dũ text. facit mentionẽ de ſacris ordinibus. poteſt ſumi largè pro quolibet ordine, etiã minore: nam & largè quilibet ordo minor eſt ſacer, vt notatur in c. clericus ſi tonſurã. & ibi per Do. m. ſ. de vita & hone. cler. licet maiores cõiter ꝓpter excellentiã appellent ſacri, vt no. gl. in ſumma. xxxiij. diſtin. & pro hac ſentẽtia, ꝙ nõ poſsit Epus diſpenſare. facit tex. in c. j. j. de cler. pugnã. in duel. vt tex. videtur indiſtinctè prohibere diſpenſationẽ Epo. quãdo volũtariè cõmiſſum fuit homicidium, vel membrorum mutilatio.

¶ Sed volens tenere primã opin. poſſet reſpondere, ꝙ ille tex. intelligitur quãtũ ad promotionẽ. & prædictã ſecundã opin. ꝙ nõ poſsit Epiſcopus diſpenſare, tenet D. m. hic. & in d. c. ij.

¶ Sed aduerte, qa poſſemus ſaluare opi. Doc. in homicidio voluntario cõmiſſo mediante iuſtitia, vt ſaltẽ poſsit Eps diſpenſare quò ad adminiſtrationẽ ſuſceptorũ ordinũ mino. vt ſtatim dicã. ¶ Et hæc ꝓcedunt quò ad ordines: ſed quantũ ad beneficiũ, an poſsit diſpẽſare cũ homicida volũtario, vt poſsit beneficium retinere. dic ꝙ papa poteſt: quia in eis habet abſolutam poteſtatẽ, vt c. ꝓpoſuit. de cõceſ. præben. ¶ Sed in Epo dicẽdũ eſt ꝙ nõ poteſt diſpẽſare quò ad curatũ beneficiũ. ar. c. fin. ſ. de fil. presbyt. ſed quo ad beneficiũ ſimplex, poteſt etiã Eps diſpẽſare, ſecundũ Gof. & Hoſti. in d. c. ij. de cleri. pugnã. in duel. nec ob. ꝙ ille tex, nihil dicat de Epo, ſed ſimpliciter loquatur, quia reſpondeo ꝙ imo poteſtas, de qua ibi. debet intelligi conceſſa Epo, & nõ inferiori prælato: niſi aliud exprimatur.

¶ Et adde quæ ſtatim generalius dicã de potentia Eporũ circa poteſtatẽ diſpenſandi. Idẽ etiã tenet Spec. in ti. de le. §. nunc de Epiſcoporum. verſi. ix. & verſi. xxx.

¶ Secũdo caſu cũ queritur de homicidio voluntario cõmiſſo iuſtitia mediãte. fortius dicendũ eſt ꝙ papa poſsit diſpenſare: & ſimiliter Eps hoc caſu in oĩbus caſibus, in quibus põt propter homicidiũ cõmiſſum iniur. ar. prædictorũ. facit quod no. Spec. in tit. de leg. §. nunc breuiter. ver. v. & quod no. lj. diſ. c. aliquãtos. & hoc caſu poſſet ſaluari opi. Hoſti. & aliorũ qui volunt ꝙ Eps poſsit diſpenſare ꝙ homicida volũtarius poſsit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. & prædicta procedũt, ſiue quis proprio facto cõmiſerit homicidiũ, vel cauſam, vel occaſionem dederit, iuſſerit, preceperit, opem auxiliũ preſtiterit, ſecũdũ qđ dixi ſ. in vij. q. facit d. c. j. & ij. de cleri. pugnã. in duel. & c. ſicut. ſ. eo. l. diſt. c. ſi quis viduã. hoc etiã ſentit Spec. in tit. de leg. §. iuxta. verſi. quid de his. vbi dicit ꝙ cum his qui portauerunt ligna, vt hæretici cõburerentur, non diſpenſat niſi papa: ſed debet intelligi vt s. dixi. ¶ Si verò loquimur in homicidio caſuali, quod culpa ſit cõmiſſum. Cùm aliás nunquã homicida incidat in irregularitatem. dicendũ eſt, ꝙ cum tali irregulari nõ diſpenſat etiã niſi Papa quò ad hoc vt poſ. promoueri ad ordines. ſed quò ad hoc vt poſsit in ſuſceptis miniſtrare, dic & in ſacris non poteſt niſi Papa. In minoribus, non eſt dubium ꝙ Eps poteſt diſpenſare: vt hic in tex. noſtro. & c. cõtinebatur. ſ. e. tenet Specu. in d. §. iuxta. prope finẽ. Et quantũ ad beneficiũ ſimplex, poteſt: quia ſi poteſt in voluntario, fortius debet poſſe in caſuali. hoc tenet Hoſti. in c. ij. j. de cler. pugnan. in duel. & Io. An. ibi dixi in c. præsbyterum. & ca. ſeq. ſ. eo.

¶ Secundo membro principali videlicet. quis poſsit in alijs irregularitatibus diſpenſare. diffuſa, ampla, intricata, & longiſsima eſſet materia: & occuparet vltra xxx. lectiões: & eſſet quaſi reuoluere totum corpus iuris: ſed reſpectu diſpẽſationis fiendæ per Papam, dic vt latius tractatur per Specu. in tit. de leg. §. nũc breuiter. per totum, & latius vide in tractatu meo de diſpẽſationibus. §. v. in j. principali arti. & de concilij poteſtate. circa diſpenſationem, vide ibi in iij. arti. principali. ¶ De poteſtate verò legatorũ, vide per Spec. in titu. de leg. §. conſequenter. ver. item legatus. & ver. generaliter. & latius per me in d. tract. ver. j. principali arti. v. §. de Patriarcharum verò & Archiepiſcoporũ poteſtate, vide Specu. in d. titu. §. nunc de Epiſcoporum poteſtate, vide etiam in d. §. nũc de Epiſcoporum. & latius per me in d. §. v. ar. iiij. vj. & vij. ¶ In quo ar. inter alia ſume illam regulam generalem, ꝙ in omnibus caſibus in quibus quis poteſt legem & conſtitutionem cõdere, & iuriſdictionem habet, poteſt pariter diſpenſare. Iſta enim, iudicio meo, procedunt à pari. quod probatur. diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, vtilitate ſeu neceſsitate penſata, vt per Spec. in tit. de leg. §. j. per Inno. in c. dilectus. de temp. ord. j. q. vij. §. pro tempore. & §. niſi rigor. Archi. in c. licet. de elect. lib. vj. Ioan. Andr. in regula, ſemel. de reg. iur. lib. vj. & in procemio vj. in verbo, diſpenſari Do. m. in c. diuerſis. de clericis coniuga. Si ergo eſt relaxatio iuris: ergo id debet hoc poſſe, qui poteſt illud ius relaxare, per regulam primã, de reg. iur. & regulam, nihil eſt tam naturale. ff. de reg. iur. ¶ Et aduerte vt dixi: quia in materia iſta variæ fuerunt opi. vide Spec. d. §. nunc de Epiſcoporum. & me in d. vij. arti. & vide Do. m. in c. at ſi clerici. ſ. de iud. vide glo. quæ tenet ꝙ Epiſcopus poſsit diſpenſare vbicunque à iure permiſſa eſt diſpenſatio. in c. quiſquis. de elect. & in d. c. at ſi clerici. Inno. in d. c. dilectus. de tẽp. ordi. vbi Ioan. cal. latiſsimè tractauit hunc ar. & vide gl. fi. in c. in quibuſdam. j. de pœnis. & glo. in c. excommunicamus. ſ. de hære. & are. xxviij. d. c. quando. ſuper glo. Ioan. Andr. in c. j. ne præla. vi. ſu. gl. pe. j. q. vij. §. pro tempore glo. l. diſtin. in ſumma & c. miror. ¶ Sed quæro iuxta prædicta, vtrũ eo caſu quo permittitur diſpenſatio cum irregulari, illa ſit debita, adeo ꝙ non peccet ſuperior non diſpenſando. glo. l. diſtinct. c. vt conſtituatur. dicit ꝙ eſt debita, ſi ſubeſt iuſta cauſa. vt ibi, & xlv. diſtinct. c. licet. j. q. vij. diſpenſationes. xj. q. iij. c. plerũq;. xxiij. q. j. c. noli. in fi. & l. diſt. c. cõſiderandũ. eſt enim diſpẽſatio quædam miſericordia, vt hic. ſed quilibet tenetur eſſe miſericors. lxxxvj. diſt. c. non ſatis. xlv. diſtinct. c. diſciplina. in princi. & c. omnis. Idem tenet gl. in c. domino ſancto. l. diſtinct. per illũ tex. & ar. xxiiij. d. c. fraternitatis. & ſentit glo. j. in fi. l. diſtinct. c. miror. & idem Hoſtien. in c. ij. j. de cle. pugnan. in duel. ſi modò talis ſit corrigibilis: aliàs ſecus: quia non debet ſuperior pati iſtum mendicare in opprobrium cleri: ex quo corrigibilis eſt xciij. diſtin. c. diaconi. facit quod no. in diſtinct. c. vt conſtitueretur. quod tamen dictum Hoſtien. non placet Do. m. in d. c. ij. nam dicit ipſe pro homicidio, vel alio grauiſsimo crimine, debet quis deponi & detrudi perpetuò in monaſterio ad agẽdam pœnitentiam. j. de pœ. c. tuæ. ceſſat ratio, ne cogatur mendicare in opprobriũ cler. cùm in monaſterio prouideatur omnibus de victualibus c. nouimus. de verb. ſignifi. Et ideo concludit ꝙ talis diſpenſatio eſt omnino gratioſa. facit text. in d. c. ij. dum dicit. miſericorditer. ergo ſuperior nõ peccat non diſpenſando. Ego dicerem quòd vbi ſubeſſet iuſta & legitima cauſa diſpenſandi, vel quia maxima verteretur vtilitas eccleſiæ, vel magnum ſcandalum, vel alia ſimilis cauſa vrgens, ꝙ tunc ſuperior cogeretur diſpẽſare: quia alias peccaret: quia debet ſemper potius inclinare ad miſericordiam. xc. d. c. fi. j. de ſorti. c. ij. C. de iud. l. placuit. quia præceptũ miſericordiæ eſt omnibus commune. d. c. notis & d. c. diſciplina. & ad hoc poſſet implorari officium ſuperioris. & ſentit gl. in d. c. vt conſtitueretur. & expreſsius voluit gl. l. q. vij. c. exigũt ar. c. nullus. de iure pat. & hoc caſu diceretur debita, & ius continere. facit quod not. Archi. in c. licet canon. de elec. lib. vj. & hoc reperio tenuiſſe Do. m. in c. at ſi clerici. ſ. de adult. licet prius hæc præcogitaſſem. ¶ Quandoq; verò nõ ſubeſt vrgens neceſsitas vel vtilitas eccleſiæ, vel ſimilis cauſa: ſed ſolùm vtilitas perſonæ: vt quia eſt bonæ conditionis: & lapſu quodam errauit: & multum eſt contritus & dolens de exceſſu ſuo: & hoc caſu erit in poteſtate Prælati, nec peccando aut amittẽdo. & hoc modo potеſt intelligi d. §. de adult. dum dicit, poteſt. quod verbũ eſt facultatis. l. ſæpe. ff. de offi. præſi. & l. non quicquid. ff. de iudic. Et idem dicendum vbicunq; hinc inde ſubeunt rationes diſpẽſandi & non diſpenſandi. & hoc caſu diſpenſatio dicitur propriè gratia. ¶ Si verò non ſubeſt cauſa, peccat diſpenſator, vt not. Innocen. in c. cùm ad monaſterium. de ſta. re. j. q. vij. §. ſi illa. no. Spec. in tit. de lega. §. nunc breuiter. ver. & not. & not. do. Anto. in d. §. de adulte. quia non diſpenſator, ſed diſsipator dicetur. ¶ Item quæro, eo caſu quo poteſt Epiſcopus diſpenſare, an requiratur conſenſus capituli? gl. tenet ꝙ non, in c. cum ex eo. de elect. lib. vj. vbi dicit, ꝙ communiter obſeruatur. Idem tenet gl. l. diſtinct. c. ex pœnitentibus. ¶ Sed Archi. ibi tenet cõtrarium. & dicit

& dicit Do.m.in c.j.de fi.præsby.lib.vj.Specu.in titu.de lega-to.§.generaliter.ver.debet autem.videtur concludere, ꝙ non requiratur nisi de honestate. Ioan.de Imol.in d.c.cùm ex eo.dicit ꝙ prima opi.procedit de consuetudine. secunda de iuris rigore.& idem ibi dicit Do.& hanc tenet Do.m.in d.§.de adult. licet do. Anto.teneat ibi contrarium.sed opi.do.mei mihi plus placet.vide ibi eum.

96 ¶†Vltimò quæro, vtrum si vnus ex pluribus causis seu criminibus in plures inciderit irregularitates, sufficiat vna dispensatio:an requirantur plures.sol. Vin.in c.testimonium.de testi.& Ioan. And.hic sentit, ꝙ sufficiat vna.dicit enim ibi in casu simili, ꝙ si testis fuit emendatus per dispensationẽ, dispensatio prodest quò ad omnes, tam ciuiles quàm criminales causas, per no. in c.ex tuæ. & in c.fin. de schisma. & hæc idem videtur tenere Archi.ij.q.vij.c.clericus.quod ego arbitror verum, si dispensatio fuit simplex & generalis, & proprio motu facta:non autem ad partis petitionem.vel si fuit facta ad partis petitionem, fuit facta petitio generalis per partẽ:non exprimendo aliquas irregularitates:sed simpliciter petendo secũ dispensari super omnibus qualitatibus, cuiuscunqꝫ generis forent.ar.l.ij.C.de aboli. & quod notatur in l.sub prætextu.C.de transact. secus si non fuit simpliciter facta, sed aliqua irregularitas solùm fuit expressa:quia tunc valebit solũ super illa.facit l.j.§.si plura.ff.ad Turpil.& l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de no.ope.nuncia. Idem dicendum si præcessit petitio dispensationis sub certa specie irregularitatis, & fuerit dispensatum:quia tunc generalis dispensatio restringeretur ad causam expressam: quia species præcedẽs restringit sequens, vt tractatur in c.sedes.s̃.de rescrip.in Cle.nõ põt.de procurator. in l.fi.§.cui dulcia.ff.de vino tritic. oleoque legato.Facit l.age cum ge.& l.si de certa.C.de transac.& quod tractatur in c.j.s̃.de trãsact.¶Idem si postulans expresisset aliquam, vel aliquas irregularitates clausula generali adiecta:quia tunc refertur solùm ad expressa.ar.not.in d.c.sedes. vel saltem non ad maiores, nisi fortè expressa fuisset clausula illa, & si longè maiores essent expresis. sed fortè in dispensatione super irregularitate, in qua quis potest prouidere sibi, adeo cõponat petitionem, ꝙ non videatur subreptitia:hoc nõ sufficeret, vide quod dixi in simili in d.Cle.nõ potest.Sunt igitur ponderanda verba dispensationis.& vide quod dicunt Doct. de bannito pluribus bannis, an sufficiat vnica absolutio, per Cyn. Iaco. de Areti.Bald.in l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de no.oper.nuncia.& de excommunicato pluribus excommunicationibus, an sufficiat vnica absolutio, vide Docto. & ibi dicam in cap.cùm pro causa.j.de senten.excommu.

97 ¶†Tertiò quæro vtrum per ingressum religionis tollatur irregularitas.sol.text.facit ꝙ sic:quia in ipso ingressu omnia crimina videntur extincta, in auc.de mona.in princ.col.j.tenet Gof. in rub.viij.in fi.facit de pœ.distinct.j.§.his authoritatibus asseritur.prope princ.de fi.præsby.c.j.Specu.in titu.de reo.ver.sed nunquid pro commissis.vbi hoc tenet quò ad Deum. & Ioan. Andr.ibi in addi.dicit, & quò ad ecclesiam, per d.§.his authoritatibus.in glo.ar.quæ coll.xxxiij.q.ij.c.admonere.& §.scripturæ.de voto.glo.fi.in c.ij.s̃.de aposta.ponit duas opi. prima est, quòd irregularitas quæ insurgit ex proprio delicto, non tollitur:sed fauore religionis cum tali dispensat, per c.j.j.de eo qui furti.ordi.rece.aut est irregularitas quę nõ insurgit ex proprio delicto:& tunc tollitur per ingressum religionis.ita ꝙ sine dispensatione põt promoueri ad ordines, vt in contrarijs.sed non ad dignitatem sine dispẽsatione.j.de pœ.c.in quibusdam. & c. j.s̃.de fil.præsby.secunda opi.glo.est, ꝙ nullo casu tollatur: sed solùm conceditur potestas dispensandi, tam in secundo casu, quàm in primo.do.Anto. dicit tenendam primam opi. sed secundam tenet glos.lvj.distinct.in c.j.Specu.in titu.de leg.§.iuxta.ver.potest etiam dici.dicit, ꝙ cum irregulari propter homicidium potest dispensari per Episcopum, secundùm quosdam, ad subdiaconatum, si transiuit ad religionem:sed securius est, secundùm eum, hoc fieri per solum Papam. remittit tamẽ ad no. in d.c.ij.de aposta.glo.xix.q.fi.c.pœni. arguit per illum tex. ꝙ per ingressum religionis tollatur.vult enim ibi text. ꝙ pater filium factum monachũ non potest exhæredare:licet prius commiserit ingratitudinem.allegat auc. de monachis.in princ. vbi dicit, ꝙ monachus abstergit omnem maculam. In contrarium allegat c.priscis.liij.distinct.c.ij.Lau. & Archi. ibi remittunt se ad not. per gloss. in d.c.ij.de aposta.Do.m.in d.c.ij.dicit, quòd in hac materia non potest dari certa doctrina: quia in quibusdã tollitur per ingressum religionis: in quibusdam non.concludit tamen quòd fauore religionis mitius agitur cũ irregulari.vnde concludit ꝙ tantùm in casibus à iure expresis tollitur irregularitas per ingressum religionis : cùm non habeamus canones loquentes contrarium. nam c.j.de fil. præsby. loquitur in casu suo:nec tollitur irregularitas in totum:imò nec beneficium potest quandoqꝫ habere, vt d.c.in quibusdam.de pœ.

¶Ego verò facio in hoc istas conclusiones.

¶Prima, quòd irregularitas proueniẽs alicui ex defectu seu deformitate personæ, non tollitur per ingressum religionis : nec cum tali fauore religionis facilius dispensatur.huius conclusionis ratio de se patet:quia non minus est mancus post ingressum religionis, quàm ante.

¶Secunda conclusio, irregularitas causata ex delicto vel peccato occulto, tollitur per ingressum religionis.& vitæ probitatẽ: nisi sit causata ex homicidio vel mutilatione.prima pars huius conclusionis probatur per text.in auc.de monachis.in prin. & ratio est:quia cũ talis sit irregularis quò ad se, non quò ad alios: satis est quò ad se pœnitentiam egisse.facit quod dicam in sequen.quæstio.ad idem facit quod not.in c.testimonium. in gl. s̃.de testi.secunda pars cõclusionis probatur : quia homicidium vel mutilatio est tale delictum, quod etiam post peractam pœnitentiam impedit ordinis executionem, vt s̃.dixi.& in c.inquisitionis.s̃.de accusa.

¶Tertia conclusio. irregularitas contracta ex tali delicto vel culpa, quam ius aliqua ratione induxit: quæ ratio cessat & tollitur per ingressum religionis : tollitur etiam irregularitas.hæc probatur in c.j.de fi.præsby.lvj.distinct.c.j.nam potissima ratio, quare illegitimus non potest promoueri, est propter dubiũ paterni criminis: quæ ratio videtur cessare in eo facto monacho.facit c.cùm cessante.s̃.de appel.

¶Quarta conclusio sit irregularitas publica cuius inducendæ ratione non tollit ingressus religionis: per ingressum religionis non tollitur : in ea tamen ingressus religionis operatur, vt facilius cum tali valeat dispensari.hæc conclusio probatur in d.c.ij. de aposta.& c.j.de eo qui fur. or. rece. & c.præses.lj.distinct.j. tamen pars huius conclusionis fallit in omnibus casibus, in quibus aliud in iure reperitur expressum.

¶Quartò quæro, vtrum per pœnitentiam tollatur irregularitas.sol. Archi.post Hug.l.distinct.c.miror.dicit, quòd licet pœnitentia absorbeat peccatum:in pristinum tamen statum nõ reformat:de pœn.distinct.ij.c.quid vult.j.q.vij.c.si quis.xv.q.v. c.præsbyter.in princ. pœnitentia enim non est modus tollendæ irregularitatis, quantuncunqꝫ esset, etiã si tanta esset, quanta fuit latronis, qui statim transcendit ad gloriã:licet enim quantuncunqꝫ sit contritio, nõ tamen sufficit ad tollendam pœnam temporalem, prout est irregularitas. ¶Ego dicerem prædicta procedere, quando irregularitas esset publica : secus si occulta: quia tunc arbitror quòd tollatur per pœnitẽtiam.ita potest intelligi.ca.domino sancto.l.distinc.facit:quia quò ad Deum, iste est tutus.Item quò ad ecclesiam:quia ecclesia nõ iudicat de occultis.in c.sicut.el ij.s̃.de simo.quando tamen dixi de irregularitate occulta. Arbitror quòd habeat locum, quando non esset commissa ex homicidio vel mutilatione.& ratio est : quia hæc impedit ordinem, etiam post peractam pœnitentiam.Idẽ ergo dicendum in alijs quæ post paractam pœnitentiam impedirent ordinis executionem. ¶Et ex his, Deo duce, habetis expeditã hanc materiam irregularitatis.¶In qua si vera sunt quæ scripta sunt, cum canonum statuta omnes ligẽt, & ab omnibus debeãt obseruari, vt c.j.de consti. necessaria sequitur conclusio, quòd vnusquisqꝫ sit irregularis.

¶Finis, laus Deo omnipotenti.

¶Finit solennis ac perutilis & aurea repetitio.c.ad audientiam. de homicidio.edita & repetita ab excellentissimo legum monarcha Mariano Socino. diligenter emendata & sumpta à proprio originali.Cum aliquibus additionibus per eum adiectis. & in locis suis insertis.

FINIS.

SOLENNIS ET VTILIS REPETITIO C.FRATERNITATIS.DE TESTIBUS, VTRIVSQUE IURIS INTERPRÆTIS DOMINI MARIANI SOCINI DE SENIS.

SVMMARIVM.

FRaternitatis. In causa appellationis super nouis capitulis tantũ, testes noui & veteres produci possunt. h. d. Diuiditur in duas partes. quia primò poniẽ bimẽbris cõsultatio. & secundum membrum ponitur ibi. Et an testibus.secundo responso.ibi,tibi duximus.& responsionis declaratio ibi,receptis prius &c.¶†Nota primò ꝙ renunciatio productionis testium facta in principali causa non extenditur ad causam appellationis:& ideo noua capitula & noui testes possunt produci in causa appellationis. de quo effectu renunciationis dic,vt dicam in c.cùm venissent.j.eo.¶Secundò nota,ꝙ secundùm latam significationẽ, omnia quæ post datum libellum in ea proponuntur,dicuntur emergere ad causam:& sic etiã incidentia dicuntur venire.de quo in c.supra,de ordi.cog. & in l. quod iussi.ff.de re iudi.per Ioan.de Imo. dixi in c.qualiter.el j.
2 j.de accusa.post glo.primam. ¶†Tertiò nota arg. pro & contra.ꝙ causa principalis & appellationis dicuntur diuersæ. facit iste text.pro:inquantum refert istas, vt diuersas:& inquantum licet renunciatio noceat in causa principali,non tamen nocet in causa appellationis.In contrarium facit:quia sicut in principali causa inde obstante publicatione poterunt testes produci super nouis capitulis : ita in causa appellationis.veritas est , ꝙ est eadẽ causa,vt in rubro & nigro:ne liceat in vna eademque causa.sed diuersæ sunt instantiæ:vt in l.properandum.C.de iudi.in c.ex ratione.j.de appellatio.dixi in c.veniens.j.de accusatio.
¶Nota quartò vbi variatur instantia de causa principali ad causam appellationis,possunt etiam ijdem testes de nouo produci super nouis capitulis,vel directò cõtrarijs de quo j.¶No.quintò,ꝙ vbi duplici interrogationi potest satisfieri per vnicam responsionem,non est separatim respondendum:sed sufficit vnica responsio.ad idem c.prudentia.de offi.deleg. quod facit pro his qui habent cõsulere : vt licet plura sint proposita quæsita, si ad duo vel plura sufficit vna responsio,vna respõsione vtanẽ. ¶Nota sextò ꝙ idem testis potest in eadem causa contra eundem pluries produci.de quo hic in glo.secunda. ¶Nota septimò ꝙ licet testis productus iurauerit in causa principali,si iterũ producatur in causa appellationis , debet iterum iurare. quod dicit verum Ioan.de Imo.qñ iurauit dicere veritatẽ super articulis:secus si super articulis & tota causa. de quo dicam j.eo.c. tuis.¶Not.octauò text.pro illa regula,ꝙ in causa appellationis non oppositũ opponam;& non probatũ probabo. ¶Not.vltimò ex fine ibi , prius ab ipsis &c.ꝙ testis debet prius iurare: & postea deponere.quid autem si primò deponeret, & postea iuraret.dic vt dicam in c.tuis.j.eo.¶In glo.prima in fin.dic, ꝙ potest ponderari renunciatio quò ad hoc, vt nõ possint in causa principali testes amplius produci . secus in causa appellationis.& de effectu renũciationis: & qualiter per eam excludatur potestas producendorum testium. dic vt dicam in c. cùm venissent.j.eo.¶Glo.ij.opponit & soluit.¶In fi.dic, hæc solutio communiter reprobatur:& communiter tenetur,ꝙ productus semel in testem potest repelli:si propter malum non verum tulit testimonium contra eundem: de quo articulo dic latius vt in iuribus hic in glo. allegatis : & vt dixi in d.c.meminimus, per Barto.in l.post legatum.ff.de his quib.vt indig. & per Spe.eo. tit.§.j.ver.item quod in alia.¶Glo.pe.in prin. sentit contrariũ, ꝙ super nouis articulis non possint testes produci in causa appellationis : quia iudex appellationis non habet se impedire de nouis quæstionibus:cùm habeat sententiare,bene vel malè appellatum ij.q.vj.in fi.Glo.huius timore dicit,ꝙ text. non debet intelligi de nouis omnino:sed de dependẽtibus. deinde gl. subdit,ꝙ etiam super talibus possunt produci testes in causa principali,publicatis attestationibus.deinde gl. opponit ad tex.de eo quod sentit à cõtrario.ꝙ super antiquis articulis in causa appellationis nõ possunt testes produci.& soluit. ¶In ea.ibi,dependentibus ex veteribus : sentit ergo glos. ꝙ articuli possunt esse omnino noui.Item & alij noui: sed nõ omnino. de quibus dicam j.in secũdo articulo principali, & in quinto & septimo. ¶In ea.ibi,principali causa.dic de hoc , & de sequenti cõtrario, vt dicam j.in decimo articulo principali. ¶Glo.fi.prosequitur formam iuramenti præstandi à teste. ¶In fin.dic, habes igitur ex glo.quinq; principalia capitula super quibus testis debet iurare.Ioan.And.addit sextum. videlicet, ꝙ secretum tenebit dictum suum vsq; ad publicationem : sed tu dic de hoc vt dicam in c.tuis.j.eo.¶Expeditis glossis quò ad literalem eorum intellectum,debés scire ꝙ Ioan.Andr.quasi per modum repetitionis huius c.materiam solenniter est prosecutus:ex eo quod fuit primũ c.quod Paduę legerit.vnde cum ampla dote voluit eam transmittere ad nuptias,vt dicit Cy.in l.j.C.de sum.tri. Et quoniam materia ista est quotidiana & vtilissima,& intricatè tradita per Doctores:ideo vt ipsam ordinatã & distinctam habeas, prosequar infrascriptos duodecim principales articulos.
¶Primus erit,quid sit articulus,seu positio.
¶Secundus,quot sint articulorum species,& quales.
¶Tertius, quæ sit ratio quare prohibentur recipi testes super eisdem articulis,seu directò contrarijs:& quo iure fuerit introducta.
¶Quartus , an sola publicatio sufficiat ad impediendum productionem testium super dictis articulis. An etiã sufficiat didicisse testificata.Et qualiter quis dicatur testificata didicisse.
¶Quintus,an super nouis omnino capitulis possint produci.
¶Sextus,an possint produci super omnino antiquis,
¶Septimus,an super dependentibus vel similibus.
¶Octauus,an super directò contrarijs.
¶Nonus,an super indirectè contrarijs.
¶Decimus,vtrum ea quæ dicta sunt de causa principali, quòd testes non possunt produci post publicationem vel didicita testificata,habeant locum etiam in causa appellationis.
¶Vndecimus versabitur circa examinationem casuum,in quibus specialiter testes possunt produci post publicationem : vbi aliàs regulariter post publicationem non possent.
¶Duodecimus, quid agere debeant partes si iudex admitteret articulos vel testes,qui non sint admittendi,secundùm regulas prædictas.
3 ¶†Circa primum dicendũ est, ꝙ articulus multipliciter sumiẽ, vt tradiẽ per Io.And.in c.præsentiũ.eo.ti.lib.vj.in nouella.sed quantũ ad propositũ attinet, dicitur articulus pars intentionis actoris,quam actor probare intẽd.t.de quo vide gl. super ver. articulis

articulis in d.c.præsentium. Et idem dicerem de reo, ad fundandam intentionē suam super exceptione.& vide etiam Io. And. in c.cùm Christus.j.de hæreticis.quandoq; tamē potest comprehendere totam causam: vt probatur in c.j.de rescrip.lib.vj.

4 ¶†Positio verò dicitur breuis formula verborū continens mētem proponētis ad veritatem eliciendam concepta, vt per glo. in c.j.de confes.li.vj.& ideò hæc duo videntur esse synonima, videtur tamen positio in plus se habere: eò, quòd plures potest continere articulos, vt est tex.in c.præsentium.ibi, super quolibet articulo: super qualibet positione contento,& patet etiam ex prædicta descriptione positionis. ¶Item & capitulum quādo synonimè accipitur pro articulo & positione, vt est tex.hic, & in c.causam.& c.per tuas.j.eo.& tunc dicitur capitulum eò, q distinguit articulum ab articulo, vt dictis iuribus, sicut in simili dicimus, quando distinguit clausulā à clausula, vt in c.olim. j.de ver.sig.vel materiam à materia, vt in c.inter alia.& c.quod in dubijs.j.de sent.excom.&c.& sic contingit regulariter in allegationibus decretalium. ¶Item articulus appellatur quādoq; intentio, vel assertio: vt in c.ex parte.s.eo.& vj.q.si.c.actor.& per Spe.in tit.de teste.§.nunc videndum.in principio.circa secūdum articulum principalem, videlicet, quot sint species articulorum, licet iudicio meo, possent dici plures, quàm quinq;, vt ex.j.dicendis apparebit.tamen pro nunc dicamus, prout dicit Bar.in l.per hanc.C.de temp.app.& in auc.at qui semel.C.de proba.qui quinq;.quidam enim dicuntur omnino noui: quidā omnino antiqui: quidam dependentes seu inclusi: quidam directè contrarij, quidam indirectè cōtrarij. ¶Nouus articulus dicitur secūdùm Bar.in d.l.qui nec respicit, nec coadiuuat propositā actionem.& idem de exceptione ex parte rei: quia omnis exceptio dicitur noua: & sic articulus super ea, qui vel quæ nō respicit aliquo modo actionē propositam respectu alterius exceptionis, vel nouus dicitur ille, qui nec explicitè nec implicitè comprehendebatur in prioribus ad necessitatē facti, seu probationem actionis, exemplum, petebam à te æquum,& feci articulum de equo: nunc peto falconē vel decretū,& super hoc articulum facio,& hoc ponit Spec.eo.ti.§.satis vtiliter.vers.illud autem notandum. ¶Ego verò arbitror dici posse, q aliquis articulus dicitur nouus omnino, tam respectu originalis facti causæ vel principij, vel substantiæ seu rei petitæ, quàm respectu qualitatis, seu modi agendi: ita q nullo modo ex aliqua prædictarum considerationū includebatur, vel dependebat ab alijs, vt in dicto exemplo de equo & falcone. ¶Item dici potest nouus articulus, non respectu originalis facti, sed respectu diuersæ qualitatis agendi. Et etiam effectus consequendi: nam debes scire, q omnis causa quæ agitatur, vt dicit Bal.fundatur in tribus: iure, causa, & actione, vnde potest esse articulus respectu nouæ rei quæ deducitur: & sic erit nouus hoc respectu: sed non respectu eiusdem facti à quo vtrumq; traxit originem.verbi gratia: agebam condictione furtiua ad rem subtractam: & nunc facio articulos ad pœnam dupli: nam respectu rei quæ petitur, & qualitatis seu variati modi agendi, est nouus articulus: sed respectu eiusdem principij seu originis ex facto insurgentis, quo fuit furtum: non est omnino nouus. ¶Est enim aduertendum q ex contractu facto, vel delicto commisso, aut simili fonte oritur obligatio.ex obligatione verò oritur actio, vt l.licet.§. ea obligatio.ff.de procur.quare sicut ex eodem facto, contractu, vel delicto possunt oriri plures obligationes: ita ex ipsis diuersis obligationibus diuersæ oriuntur actiones. ¶Exemplum: succidisti arbores: ego egi contra te de arboribus succisis ex lege xij.tabularum, siue ex lege Aquilia: volo deducere postea articulos ad intētionem actionis, quod vi aut clam.quæ etiam ex eodem facto oritur.certè articulus dicitur nouus, respectu qualitatis actionis.l.duobus.§.colonus.ff.de iureiur.sed non omnino respectu sui principij,& ideò ex tali respectu latè quodammodò potest appellare dependens. ¶Idem exemplum potest figurari, si pro succisis arboribus egi prius actione locati,& nunc volo formare articulos super accusatione arborum furtim cæsarum.l.si merces.ff.locati.vel si egi pro rebus per vim ablatis, vi bonorum raptorum: & postea volo deducere articulos ad intentionem furti manifesti: vt insti.vi bono.rapto.in prin.ff.eo.l.j.in prin.xiiij.q.v.c.pœnale.& hoc vltimum voluit Spe.eo.titu.§.satis vtiliter.vers.illud autem notandum. qui etiam addit, quòd etiam nouus articulus dicitur, quando quis super re litigiosa impetrat priuilegium, per c.fina.s.vt lite penden.& c.causa.j.eo.& secundùm istos modos non intelligitur text.noster dum dicit, super nouis.vt dicam.j.in quinto principali articu.& breuiter conclude, quòd vbicunq; ex varietate rei vel causæ, aut actione, seu personæ vel alterius similis qualitatis, super actione porrecta per actorem, non habet locum exceptio rei iudicatæ ex articulo quem actor de nouo producit: talis articulus dicitur nouus & impertinens, vt etiam latius apparebit per exempla quæ ponam in v.articulo.vbi etiam ponam exempla de reo.

5 ¶†Secunda principalis species articulorū est, q quidam articuli dicuntur antiqui,& isti dicuntur per cōtrarium ad nouos.vnde secundùm Bart.cognitis nouis, datur cognitio istorum antiquorum per contrarium.insti.de his qui sunt sui vel alie.iur.in princ.vnde dicuntur antiqui, secundùm Barto.& dominum meum, qui explicitè vel implicitè continebantur in primis ad necessitatem facti, seu probationis: sed mihi hoc non placet.Si assumimus antiquū per cōtrariū ad nouum, eo modo quo dictum fuit in præcedēti specie, nam per hunc modum omnino antiquum, de quo querimus, dicerē illum articulum qui formaliter idem cōtinet, quod primus productus in causa principali, vt puta, si fecissem articulū q Titius possedit per annos.xx. talem fundum: & super hoc eodē articulo ego vellem producere testes, publicatis attestationibus in eadē causa, vel in causa appellationis: sed si implicitè vel explicitè non in totū formaliter cōtineretur, sed in parte: vel adderetur, vel detraheretur, vel alio modo simili mutaretur: tūc non potest dici omnino antiquus, sed iudicio meo, potest dici mistus & dependens: quia in eo quod aliquid additur vel detrahitur ab alio articulo iam producto, potest dici nouus.l.ius ciuile.de iusti.& iure.& ibi per glo. & Doc.inquantum verò continet aliquid quod in antiquo cōtinebatur, potest dici antiquus.facit tex.in c.preterea.el primo. s.de transf.ibi dum dicit, nouam vel maiorem percipiant.& in Cle.j.de supple.negli.Præla.ibi, nouas imponant, aut veteres augeant.& de his dicetur in sequen.specie.

6 ¶†Tertia principalis species, q quidam articuli non dicūtur omnino noui: nec omnino antiqui: sed sunt dependentes ab antiquis, vt hic dicit gl.super ver.nouis.vel quia sub antiquis inclusi sunt in totum, vel in parte: seu quia ex illis oriuntur.verbi gratia, ex titulo oritur titularis traditio: ex traditione orit possessio: & ex vtroq; orit bona fides: & ex prędictis oritur præscriptio: & ex præscriptione cōpleta oritur dominiū, vel effectus dominij: & inde nascitur rei vēdicatio ad agēdum,& rē petēdam: vt no.in l.vendicatio.C.de pig.& possessori oritur exceptio præscriptionis.Si igitur ad probādam præscriptionē feci articulum præscriptionis, deinde volo facere articulum de titulo, aut cōtinuata possessione, dicor articulum dependentē seu mistū facere.similiter etiam secūdùm Bar.in d.l.per hanc.ex cōfectione testamēti oritur testamētū: vt l.cū antiquitas.C.de test. & ex hoc originē trahit cōfirmatio per mortē testatoris,& ex cōfirmatione postea orit hęreditatis aditio: vt no.in l.omniū. C.de testa.vnde si prius feci articulū antiquū, q sum hęres talis ex tali testamēto: & publicatis attestationibus volo facere vnū articulū, q testator mortuus est: dicitur articulus depēdens, vel inclusus, tales enim articuli nō dicūtur oīno noui: quia nō differūt ab antiquis, re seu causa, actione, aut persona: sed quo adiuuant intētionē propositæ actionis, seu productorū articulorū: vel quò ad facti necessitatē: vel quò ad iuris probationē,& qd importēt hæc verba dicā.j.in septimo principali articulo.Itē nō dicūtur oīno antiqui: quia, vt dixi in præcedēti specie, aliquid additur vel detrahitur ab antiquis, ad coadiuuādū intētionē agentis & sic quia expressè vel tacitè assumit de materia in primo articulo inclusa, adeo q exceptio rei iudicatæ referri potest ad vtrūq;, vt clarius apparebit in dicto septimo articulo.

7 ¶†Quarta species articulorū est: quia quidam sunt directè contrarij: & isti assumūt naturā, vt verbum sonat: quia cōtrarij sunt ad priores.exemplum, feci prius articulum q es legitimus: tu verò post publicationem vis facere articulum q non es legitimus, vel feci articulum q fuisti præsens: tu verò vis facere q fuisti absens, vel feci articulum q contractus fuit sponte celebratus: vel quod es furiosus: tu vis facere q contractus fuit gestus per metum, vel quòd es sanæ mentis.

¶Quinta species est, quia quidam dicuntur indirectè contrarij,& isti sunt articuli qui non directè aut immediatè repugnāt: sed discurrendo, per media necessaria reducuntur ad contrarietatem, seu repugnantiam, exemplum.Si fecisti articulum q tali die Senis existens matrimonium contraxisti cum B.vel q Titius interfecit, aut vulnerauit P.ego verò facio articulum q ea die tu & Titius fuistis Mediolani: nam impossibile est per medium discursum considerando distantiam, q eadem die tu fueris Senis & Mediolani, vt hæc probantur in l.optimam.C. de contrahen.vel commit.stip.& in c.ex tenore.j.eo. ¶Vel secundùm aliquos, potest poni exemplum, si dico me dominum vel possessorem talis rei in totum: tu verò articulas q tu es dominus, vel possessor eiusdem rei in totū: nam isti articuli sunt indirectè contrarij, quod ostenditur per discursum medij sumpti ex regula iuris, quæ vult quòd duo non possint insolidum

possidere.l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.pos.nec etiam essent domini in solidum: vt l.si vt certo.§.si duobus.ff.commo.& idē si posuissem me possidere in totum: vel dominū in totum: & tu postea poneres te possidere, & te dominum esse in parte.

8 ¶†Circa tertium principalem articulum, quæ fuerit ratio prohibitionis quare testes nō possunt produci post publicatas attestationes, debes scire, prout reperi in hac materia dixisse quēdam notabilem doctorē, cuius nomen ignoro, ꝙ vbi agitur de termino exclusiuo facultatis probādi, super quo disputatur ꝙ prima facie omnis terminus excludēs hanc facultatē, vt tēdens ad recludendā viam veritatis lucidādę, quæ magis est proxima Deo, dicitur odiosus: & odiosus debet esse cuilibet homini naturali & iusto: & quicūq; sit talis terminus diciẽ procedere ex iure positiuo sic disponēte, propter aliquam qualitatē ad bonum publicū & cōmune: non autē dicitur procedere à ratione naturali: quia præcludere viam ad aperiendā viam veritati, iniquum est, vt manifestè de se patet, & hinc est ꝙ quotidie dicimus, ꝙ non est angustāda probationis facultas, vt in extrauag. Bonifacij octaui quæ incipit, debet, quare nec iure digestorū nec C. reperitur, ꝙ publicatio testium, de qua hic, loquitur esset adinuenta, & haberet præcludere viam productioni testium.

¶Nec ob.l.repeti.ff.de quæstio.& quod ibi no.per gl.& Doc. quia illa loquitur de repetitione eorūdem testium: & sic etiam vno modo potest intelligi.l.produci.ff.eo.& vide etiam quod traditur in l.si.ff.eo.¶Nec etiam dici potest, ꝙ iure C. hoc fuerit inductū, per l.in offerēdis.& l.eos.C.de appel.& per l.hanc.& l.ampliorem.C.de temp.app.ex eo ꝙ cùm hoc permittant in causa appellationis, vt producantur noui articuli, videantur prohibere in causa principali; quia nō est verum ꝙ ea de causa permittant: sed illud dicunt vt remoueant obstaculum sentētiæ latæ, quæ iustè videbatur lata quò ad iudicē, ex his quæ didicerat in principali causa, quare cōcluditur, ꝙ primum ius de hac materia disponens, fuit ius authenticorū, vt in auē.eo.ti.§.quia verò.vnde sumpta est auth.at qui semel.C.de proba.vbi etiam tex.non loquitur de publicationibus: vt j.dicā in seq.art.sed solùm statuit ꝙ didicitis testificatis per se, vel per alium, nō possunt testes produci super eisdem articulis, super quibus testes deposuerāt, & ratio huius nouæ dispositionis fuit; quia cogitauit lex ꝙ pars videns se nō probasse, timens succūbere: ad hoc, vt prouideat ne succūbat, ꝙ subornabit testes: vel corrūpet: vt cōtra veritatē deponant. quæ quidem dispositio videtur fuisse rigorosa: vt propter vnam talem præsumptionē homines boni & iusti repellantur à lucidanda veritate, & proprio iure priuētur, sed fortè fuit hoc statutū propter prauam tunc, & cōmunē litigātium peruersam naturā: qui frequētissimè talibus subornationis operam dabant, propter quod nō modicū publica lædebatur vtilitas, & sic videtur ꝙ solus timor subornationis & corruptionis fuerit causa huius noui iuris, hoc etiam dicitur expressè in Cle.ij.eo.ti.¶Sed dicit hic Io.And.ꝙ si hæc solùm ratio esset vera, nullus admitteretur ad probandū: etiam nō publicatis attestationibus, nec didicitis: cùm etiam ante hanc sciētiam vel publicationē possint testes subornari.in c.sicut.s̄.eo.& j.eo.c.ex tenore.& in c.quia verisimile.j.de præsump.tamē hoc falsissimū est: quia admittitur quis nedum ad primā, sed ad secūdam, tertiam, & quartā productionē, secūdùm ea quæ dixi s̄.eo.c.in causis. præterea, si prædicta ratio subornationis esset sola propter didicita testificata: vt d.§.quia verò.sequeretur ꝙ si testes producti nihil dixerunt super articulis, super quibus deposuerunt: ex eo ꝙ tunc pars non potest instrui ex dictis testium iam receptorum: & sic non possit alios testes subornare: deberet posse etiam super eisdem articulis alios testes de nouo producere. quod similiter est falsum. vnde dicit Io.And.ꝙ illa non fuit sola ratio: sed etiam alia, videlicet vt detur aliquis terminus, ne in infinitū liceat testes producere, ex qua ratione cōcludi videtur, ꝙ licet post publicationem non detur percunctatio, aut ꝙ quis testificata didicerit: tamen non erit sibi licitum vlterius testes producere super articulis antiquis, de quo dicam in seqūēti quarto principali articulo.& sequitur Domi.meus hic.& in c.series.j.eo.vbi addit etiam aliam rationem: videlicet, vt sit litium finis, & quia consentiens publicationi tacitè videtur renunciare productioni testium: cùm sciat hunc esse terminum exclusiuum, ego verò arbitror ꝙ illa fuerit potissima ratio subornationis, videlicet, & corruptionis timor: vt dicit tex. in dicta Cle.ij.& subdam in sequēti articulo.¶Nec obstat primum arg.Io.An.quia non est tantus timor subornationis ante publicationem: cùm sit spes probationis futuræ, quantus est post publicationē & scientiam testificatorum.facit l.qui cum maior §.si libertus.ff.de bo.liber.nec ob.secunda ratio: quia finis imponitur: & per instantiam causæ eius peremptionē per sententiam, & etiam per refrenationem multiplicatarum productionum, secundùm quod dixi in c.in causis.s̄.eo.¶Nec obstat tertia ratio Domini mei: quia istud est de quo quærimus: videlicet, vtrum publicatio sit terminus exclusiuus, & sic ratio domini mei esset eadem cum dicto, & hæc faciunt etiam ad dicenda in quarto sequenti articulo.

9 ¶†Circa quartum principalem articulum, an sola publicatio, vel sola testificatorum scientia, vel vtrumq; præcludat viam productioni testium. aduertendum est, quòd iura canonica in hac materia vt primum ad excludendum hanc testium productionem, ponderant publicationem: vt in c.intimauit.in c.causam.in c.de testibus.in c.cùm venissent.& c.ex tenore.cum si.j.eod. Et ista est communis locutio glo.& Docto.vtriusq; iuris. sed in contrarium sunt tex.in authen.eo.titu.§.quia verò. qui solùm ponderare videtur quòd quis didicerit testificata: seu percunctatus fuerit per lecturam suam, aut aliam cognitionem & scientiam per se, vel alium habitum.facit c.constitutus.el ij.in glo.j.eod.vbi glos.firmat quòd exigatur scientia testificatorum, & ad idem quod traditur in c.veniens.& in c. cùm in tua.& in c.vltra tertiam.& in c.constitutus.el primo. iuncta glo.j.eodem. exigit enim ibi glo.attestationes esse depositas penes eum, qui vult testes producere, & sic ex didicitis testificatis verè vel præsumptiuè excludatur à noua productione testium super eisdem articulis.¶Sed tu aduerte, vt intelligamus istum difficilem articulum, quòd licet publicum & publicatio sumatur multis modis. de quo per glo.& Ioan.de Imo.in rub.& l.j.ff.de publi.iudi.dixi in c.veniens.j.de accusa. ¶Tamen quantum attinet ad materiam nostram testium potes dicere, secundùm aliquos, excludendo, quòd primus casus minus est dubius, & quòd quædam est publicatio dictorum, seu attestationum, quæ fit à solis testibus, videlicet quia testis deposuit apertè extra iudicium, interrogatus aperuit parti ea quæ in iudicio testificatus est, & hæc publicatio non impedit aliorum testium productiones, secundùm Docto.in c.vltra tertiam.j.eodem. quia non potest pars per vocem volatilem plenè instrui, vt dicatur subornationi locus. facit capitu.cum personæ.j.eodem.de priuileg. Item quia possibile est, & de facili contingit, quòd testis vt parti complaceat, ei falsum referet. de hoc tamen latius.j.in distinctione mea secundo membro principali, quando quis dicatur didicisse testificata, quędam est publicatio quæ habetur à parte tempore testimonij prolati per testes: vt quia erat præsens dum testis deposuit, & idem dicendum est per rationem proximè assignatam. de quo dic vt dicam.j.in dicto secundo membro principali. quædam est publicatio quæ fit à notario qui examinauit testes, ex eo quòd pandit parti testificata: & idem quod in duobus præcedentibus casibus, secundùm Docto.in c.series.j.eo.de quo dicam in dicto membro.¶Quædam est publicatio quæ fit à partibus: & hæc potest esse duplex, quædam verbalis: vt quia dicunt partes probatum esse, vel non esse probatum.& idem, nisi aliter probetur percunctatio attestationum. quædam est publicatio inter partes deliberata: vt quia disputant inquirendo veritatē super dictis testium: & sic habetur scientia attestationum per disputationem, & talis excludit facultatē producendi testes.d.§.quia verò.in auē.eo.tit. quædam est publicatio quam facit iudex inter partes iudicialiter: quando citatis partibus iudex dicit, quòd vult publicare attestationes: & pro publicatis vult haberi, vt in ca.ex tenore.j.eod.& hæc publicatio attestationum ita describitur. quòd est, attestationum secretè depositarum solennis & deliberata per iudicem partibus facta extensio: nam vt dixi in capi.in nomine.s̄.eod. testes debent recipi secretè.& quando deuentum est quasi ad finem litis, ita quòd partes nolunt, seu non possunt alios testes producere, fit attestationum publicatio sub hac forma, tali die ad partium instantiam talis iudex in causa vertente inter tales, attestationes ipsarum partium publicauit & aperuit: & pro publicatis & apertis haberi voluit & mandauit: & commisit mihi notario causæ &c. vt copiam faciam vtrique parti eam petenti. vt dicit Spec.eod. tit.§.satis vtiliter in versi.publicatio aut.& prædictam publicationem notarius debet in actibus scribere cum testium subscriptione. Et an talis publicatio sit de substantia ordinis iudiciarij, ita quòd eius omissio vitiet processum. vide in cap.cùm I.& A.j.de re iudica.& per glo.& Docto.in l.prolatam.C.de sentē.¶Et circa hanc publicationem, vtrum excludat potestatem producendorum testium, dic quòd aut ista publicatio est indiscreta: quia dicunt partes, domine Iudex non publicetis attestationes: quia adhuc volumus alios testes producere. iudex tamen indiscretè publicat: & talis publicatio non impedit nouam testium productionem. in ca.series.j.eo.secundùm vnum intellectum. hoc etiam vult Io.An.in cle ij.eo.titu.idem voluit Bart.in auē.at qui semel.C.de proba. quando publicatio esset facta

facta die feriata.idem etiam dicit Bal.in l.iurisiurãdi.C.eo.quã-do talis publicatio nõ esset facta coram testibus,& intellige de aliis testibus,quàm de illis qui deposuerunt,& hanc sentẽtiam, ꝙ publicatio indiscretè facta,non noceat partibus,tenet etiam Pau.in d.Cle.ij.& etiam Io.de Imo.ibi,& hic.sed Gul.de mõte laudunio dicit in d.Cle.ij.quòd licet publicatio non sit rite facta,si tamen pars didicit testificata,præcluditur sibi via producendorum testium:aliàs si non didicit, vera sit opin.præcedens.¶ Sed zenzeli.ibi dicit, quòd aut publicatio est facta ad instantiam producentis:& tunc est sibi præclusa via propter præsumptionem timoris periculi subornationis: licet non sit rite facta,aliter autem,nec sibi nec alteri parti nocebit.sed idem zenzeli. posteadicit generalius, quòd licet publicatio non sit rite facta : tamen præcluditur via nouæ testium productionis illi qui didicit testificata : etiam si ad eius instantiam non fuerit facta publicatio,per dictum.§.quia verò.

¶ Sed Io.de lig.in dicta Clemen.indistinctè tenet, quòd talis publicatio non noceat partibus:ex eo,quia dicta Clem.secunda requirit expresse quòd testes sint ritè publicati.Nec obs.timor subornationis propter didicisse testificata : quia non præsumitur quòd pars producat animo subornatiuo : ex quo publicatio non tenuit.Mouetur etiam,quia aliàs nihil operaretur verbum,ritè,positum in dicta Clemen.ij. vel secundùm eum, potest dici quòd quando publicatio non est ritè facta, poterit iteratò fieri productio:non vt dicatur iterato fieri examinatio: sed ad hoc vt suppleatur id,quod non est ritè factum.arg.not. in c.j.& c.fina.s.de sacramento non iteran.Bertrandus in dicta Clementi.secunda voluit,quòd si pars contradicit publicationi,admittatur noua productio,si pars non didicit testificata:secus si tacuit,aut publicationi consensit.¶ Ioan.de fantu.ibi refert Ioan.de ligna. quòd dum legeret.c.constituti.j.eodem.ita distinxit,quòd aliquando fit attestationum publicatio per iudicem solùm verbaliter : vt quia iudex pronunciat quòd habeantur pro publicatis:& possunt de nouo produci : & si opponitur de publicatione,replicabitur quòd non fuerit ritè facta.¶ Aliquando verò publicatio non fuit simpliciter verbalis, sed facta per recitationem attestationum : & talis impedit vlteriorem productionẽ:licet non fuerit ritè facta,& fortè potuit moueri illa ratione : quia in primo casu non debet præstare impedimẽtum,quod de iure non sortitur effectum.regula,non præstat.li.vj.Sed in secundo casu,non solùm habet obstare publicatio:sed attestationum sciẽtia:vt in d.§.quia verò.quædam est publicatio discreta,solennis,& rite facta,partibus præsentibus & cõsentientibus,& in hac est maximum dubium,nisi clarum esset quòd partes testificata didicerint:in quo casu omnes concordant,quòd præcludatur via producẽdorum testium,sed quando clarum esset quòd partes non didicissent testificata: in hoc est maior & ardua dubitatio:& variæ sunt & glo.& Doc. sententiæ.de variis opinionibus glossatorum dixi.s.in prin.illius quarti articuli.Doc.etiam hic sunt varii Inn.& Host.in c. vltra tertiam.j.eo.distinguunt inter solennem publicationem à iudice factam:& hæc repellat & viam præcludat:& non solennem,& in hoc concludunt,ꝙ necessarium sit ꝙ partes didicerint testificata,& ideò consulunt,ꝙ quam primum facta est talis publicatio, debeant partes abstinere à percunctatione attestationum: quod vltimum facit ad id quod dixi in præcedenti specie publicationis,& sic concludunt ꝙ sola publicatio rite facta,sit terminus exclusiuus nouæ productionis,& hoc sequitur hic Ioã.And.motus,quia sola ratio subornationis non fuit sola causa excludendi testes, quando etiam non didicitis testificatis,nec facta publicatione potuerit testes quos producit subornare:& sic nullus deberet admitti ad testium productionẽ propter suspicionem subornationis,quod est falsum,sed de hoc dic vt dixi in præcedenti articulo. concludit ergo quòd sola publicatio sit terminus exclusiuus.& hanc opin.apertius firmat in c.constitutus.el iij.j.eod.& etiam eam sequitur in Cle.ij.eo.titu.& sentit in addi.Spec.eodem titu.§.satis vtiliter.versi.quid si sint publicatæ.& sequuntur hanc opi.etiam Barto.& Bal.in dicta authen.at qui semel.& Ioan.de Imo.hic,& Bald.Laudu. verò.& zenze.in d.Clemẽ.ij.tenent contrarium dicentes,quòd licet publicatio sit solenniter facta:tamen si adhuc attestationes ostenderentur clausæ,admitteretur productio noua,& hoc etiã tenet Spec.in d.versic.quid si sint.licet referat Cle.contrarium pronunciasse.sed primam opi.tenet zaba.in d.Clemen.ij.quia ex quo publicatio est facta volentibus partibus,vel scientibus & non contradicentibus:hæc est quædam interlocutoria : quæ quò ad ipsas partes transit in rem iudicatam.in c.significauerunt.j.eodem. & tacitè videntur partes renunciasse productioni,per text.nostrum.& c.de testibus.j.eod.quod dicit esse verũ, nisi iudex ipsam interlocutoriam reuocaret,per l.quod iussit.de re iudi.& c.cùm cessante.de appella.quod an posit fa-cere, & qualiter,dicam.j.in xij.principali articulo.Domi.An. post multa hic concludit, quòd si certum est partes non didicisse testificata:& sic hoc posit probari,quòd ex sola publicatione non impedietur pars alios testes producere,per tex.in d. §.quia verò.fatetur tamen quòd præsumptio est contra partẽ, quòd didicerit testificata:ex quo publicatio facta est, & ita respondet ad iura quæ ponderant publicationem,videlicet,quòd eam ponderant propter præsumptionem quæ insurgit, quòd didicerit testificata.¶ Domi.meus hic tenet contrariam sententiam:& sic tenet opinio.communem Inno.Hostien.& Io.An. Mouetur : quia ex quo pars acquieuit publicationi, videtur tacitè renunciare productionibus fiendis: & sic licet non sit timor subornationis : ex quo certum est quòd pars didicit testificata:tamen subest alia causa exclusa, videlicet, renunciationis tacitæ.argu.eorum quæ not.glo.in c.j.de elec.lib.vj.de eo qui g erit actum,qui solet fieri post lit.contesta.vt habeatur pro lit. contesta.quò ad excludendas dilatorias.de quo in c.si duobus. j.de appella.& per Ioan.And.in c.cùm M.s.de constitu.dixi in dicta Cle.ij.de causa posses.& proprie.facit etiam, secundùm eum:quia sola renunciatio expressa sine scientia testificatorum, inducit hanc prohibitionem : vt in c.de testib.j.eod.ergo & tacita renunciatio quæ insurgit ex publicatione, debet hoc inducere : cùm tacitum æquipraretur expresso.l.cùm quid.si cert. peta.¶ Item mouetur:quia iura canonica communiter ponunt publicationem pro termino exclusiuo productionis testium: nec solus timor subornationis fuit causa inductiua istius exclusionis : sed vt esset aliquis litium finis : vt dixi.s. in præcedenti articulo : vnde non debebat pars consentire publicationi, si intendebat alios testes producere, fatetur tamen quòd vbi superuenisset causa verisimiliter non cogitata tempore consensus præstiti in publicatione, quòd petendo nouam dilationem poterit admitti : sicut ex causa admitteretur post dilationem secundùm not.in l.oratione.& l.fina.de feriis.maximè cùm non sit timendum de subornatione: ex quo certum est testificata non fuisse didicita. vide ergo quàm variæ sint Doctorum & glossatorum sententiæ.

¶ Ego verò in hoc articulo sic arbitror distinguendum, vt ante omnia faciamus duo membra principalia.Primum, quid tenendum sit de iure,quando sola fuit facta publicatio.

¶ Secundum,quid iuris quando sine publicatione partes didicerunt testificata.¶ Quo ad primum membrum de publicatione adhuc facio duo membra.Primum, an sola publicatio excludat de iure ciuili.¶ Secundum,quid tenendum sit de iure canonico. Quò ad primum, an de iure ciuili sola publicatio sit terminus exclusiuus : debes animaduertere, vt intelligas fundamentum,quòd tenere intendo quòd de iure digestorum aut C.non reperitur iste terminus publicationis,tanquam exclusiuus nouæ productionis:sed potius videbatur concedi potestas probandi,& producendi vsq; ad sententiam : vel donec etiam renunciatum est expresse vel tacitè per transcursum dilationum concessarum ad probandum, aut testes producendum: nec distinguebatur, an esset nouum capitulum,vel noua exceptio,vel articulus participans de antiquo : vt probatur ex no. in l.peremptorias.C.senten.rescind. non pos. & hoc clarum quando non contingebat repetitio eorundem testium.dixi s. in præcedenti articulo. & tangam.j.in xj.principali articulo fallen.& quòd posint produci testes vsque ad sententiam, de iure ciuili videtur etiam probari in l.fi.C.eo.titu.facit etiam l. per hanc.C.de tempo.app.vbi videtur hoc esse licitum in causa appellationis, quanto non minus in principali.intelligendo illam l.cùm si.vt dixi in præcedenti articulo.¶ In hoc tamen quod dixi de appellatione, venit latior examinatio. de qua dicam,in x.articulo principali.¶ Vnde aduertendum est,quòd de iure ciuili text.in d.§.quia verò.videtur solùm ponderare, quòd quis didicerit testificata, & hunc rigorem induxit ius ciuile, vt præcluderet viam subornationi testium : quia visis attestationibus, partes prouocatæ videntes se deficere in eo quod probandum erat, subornabant testes ne succumberent. & sic text.in d.§.quia verò.ponderauit solam percunctationẽ ibi dum dicit,vt conclusérint,& excepta fuerint testimonia.& ibi dũ tex.dicit,vt pote suspicione habita,ne fortè relictis,quidem prioribus & dudum manifestis &c.verùm Doctores interpretãtes vsi sunt his verbis & terminis,publicatis attestationibus,vt patet in glo.in d.l.per hanc.& in c.seq.cũ multis similibus.fuerũt ergo hæc prius verba magistralia: quibus forte vsi fuerũt Doc.ex eo,quia publicatio ipsarũ attestationũ videtur esse signũ significans,ꝙ partes didicerint testificata : quoniam antequã aperiãtur,cùm testes secretè recipi debeãt,nõ est præsumptio scientiæ:sed per aperturã pãdũtur,& mãdantur ad vidẽdũ

testificata:non autē fuerunt vsi ex hoc:quia publicatio simpli
citer debeat excludere,si testificata nō sint didicita:& sic videt
concludendū,ꝙ de iure ciuili sola publicatio non sufficit,si cō-
stat ꝙ testificata non sint didicita:ne præcludatur via ad testes
producendos.pro hac sententia faciunt ea quæ dixi s̈.in præ-
cedenti articu.quilibet enim bonus vir ac iustus iudex conari
debet,ne veritas occultetur.& cuncta rimari diligenter,vt iu-
stitiam faciat.xx.q.v.c.iudicātem.cùm ipsius iudicium debeat
regulari ad instar diuini iudicij:& sic adhęrere veritati & natu
rali rationi.& in c.vnico.j.de eccle.benefi.& in c.j.de re iudi.li.
vj.nam vt dicit Aristo.j.Ethicorū,Vero omnia consonant.&
ideò dicit text.rerum veritas latere non potest.l,j.C.si vt se ab
hæred.absti.cū ergo nō reperiatur aliquis tex.qui de iure,fforū,
aut C.velit ꝙ publicatio sit terminus exclusiuus:nec §.quia ve
rò.in authen.eod.tit.loquatur in publicatione,sed solùm quan-
do datur scientia testificatorū:meritò text.ille qui ponit scien
tiam testificatorū pro termino exclusiuo,nō debet extendi ad
publicationem solam.tum quia text.ille est correctiuus : tum
quia talis extensio fieret contra ius diuinū & naturale:& con
tra regulam generalem quæ vult,ꝙ probationum copia nō est
angustanda.vt dixi supra in princip.huius articuli.& not.in l.
quoniam.C.de hære.& sic potius ille text.est restringendus.
maximè cùm etiam de iure ffforum.& C.non reperiatur quòd
publicatio,vel scientia testificatorū impediret nouam produ-
ctionem aliorum testium:nec etiam reperiatur ꝙ intra primā
vel secūdam,aut vlteriorem dilationem concessam nō possent
fieri plures productiones,quàm tres aut quatuor:imò contra-
rium reperitur.probatur in l.officium.ff.de rei ven.& in l.ex-
† ceptionem.C.de proba.& in l.siquidem.C.de exceptio.in qui
bus dicitur ꝙ reus probat post quàm actor probauit:sed an a-
ctor probauerit,non poterat videri,nisi viderent testificata:er-
go post publicationē attestationū productarū per actorē, po-
test probari contrariū.Et quāuis glos.magna in dicto §.quia
verò.det plures solutiones:quarum vna est,ꝙ illa iura loquūtur
in probationibus fiēdis per instrumenta:tamen ista est diuina-
tio:& cōtra illos text.qui loquuntur indistinctę. Alia solutio,
quòd loquuntur quando pars non didicit testificata,quę solu-
tio licet sit vera in se,vt j.dicam.tamen est contra illos tex.qui
præsupponūt quòd reus cognouerit ꝓbationem actoris. Alia
solu.est Iaco.Aret.Bart.& Cyn.quòd loquūtur quando fieret
productio super nouo articulo . quę solutio etiam non placet:
quia text.nihil dicunt de hoc:& loquuntur indefinitę:& pro-
pterea concludunt,ꝙ admittatur reus ad probandum directè
contrariū,qđ hodie nō est licitum.de quo dicā in viij.articu.
principali.Et si probatur directè contrariū,erat licitū reo post
publicatas attestationes:ergo debebat esse licitū actori fortifi-
care probationē suā:vt in regula,nō debet licere.de reg.iur.lib.
vj.& ideò melior videtur alia solutio,quā ponit alia glos.ꝙ di-
cta iura corrigātur per §.quia verò.& sic cū ille text.sit corre-
ctiuus,restringēdus est,vt solū vendicet sibi locū quādo didici
ta sunt testificata:maximè,quia ratio motiua illius cōstitutio-
nis est timor subornationis:quę cessat,quādo partes nō didice
rant testificata.& hanc opi.sentit gl.vt s̈ dixi in ij.solutione.&
Bar.etiā in d.§.quia verò.videtur inclinare in hanc sniam.licet
nō loquat multū clarè.pro qua facit c.veniēs.& c.cū in tua.&
c.cōstitutus.& c.cū venissent.& c.pe.j.e.& ęquitas.ne quis ꝓ-
ter paruum errorem excludatur à probatione veritatis.
¶ Nec ob.ratio Io.An.ꝙ debuit esse aliqs finis in ꝓducendis
testibus:vt s̈.tetigi.ideò iura alijs remedijs in hoc ꝓuiderūt vi
delicet,cursu dilationū.effrenatione multitudinis,testiū produ
ctione,sciētia testificatorū,renūciatione & perēptione instātię.
¶ Quare vt hæc materia per cōclusiones habeat,subijcio istas
cōclusiones.¶ Prima igit sit hęc,testibus nō rite receptis,licet
publicatio sit rite facta,& partes didicerint testificata : ipsi idē
testes & alij recipi & produci possunt:etiā super eisdē articu-
lis,& directò cōtrarijs.& hæc cōclusio procedit tam de iure ci-
uili,quā canonico.probatur autē hęc cōclusio per tex.à cōtra-
rio sensu in Cle.ij.e.tit.Itē ꝓbatur in d.§.quia verò.dū dicit,vt
concluserint & excepta fuerint testimonia.& sic intelligit ille
tex.de testimonijs rite receptis.quia ꝓpriè testis nō dicit rece-
ptus,si nō rite.& sic sine debita forma receptus est.ar.c.qa ꝓ-
pter.s̈.de elec.in c.maiores.de baptis.j.q.j.c.retrahe.& in l.quo-
ties.s̈.qui satis.cog.cū si.& ideò nō solùm alij,sed etiā ipsi idē
testes possunt ꝓduci:quia cùm nō valeat eorū depositio,nec
sit quid imputet parti : nō debet pati dānum ꝓpter errorē vel
culpā alterius,vt in regula,nō debet alteri.ff.eo.tit.cū si.quādo
autē dicatur testis non rite receptus.ponit gloss.in ver.rite.in
dicta Clemen.ij.duo exempla,videlicet,quia à non iudice re-
cepti,vel lite non contestata . tu potes etiam addere quando
deposuerunt non iurati,vel non fuerūt diligenter interrogati,
prout erant interrogandi , secundùm interrogatoria vtriusq;
partis,vel si alia solennitate omissa fuerūt recepti:quia hoc im-
portat verbum,rite:vt l.non putauit.§.nō quæris.ff.de contra-
tab.& in l.ij.& ibi Bar.ff.de inof.testa.& per Bart.in l.lecta.ff.
si cer.pet.tradit do.Anto.in c.cùm secūdùm.s̈.de temp.ordi.&
ratio,quare testes possunt iterū produci,potest etiam assignari:
quia dicta testium non rite receptorū non probātur:vt in c.in
nomine.s̈.eo.ergo nō debent præstare impedimētum &c.re-
gula,non præstat.li.vj.quod limitat zenzeli.in d.Cle.ij.nisi ad
partis instātiam sint publicati.quod nō placet ibi do.Anto.ar-
gu.simpliciter sumpto ex illa Cle.à cōtrario.facit c.cùm causa.
j.eo.& sequitur etiam Pau.ibi,qui tamē ponit aliam limitatio-
nem,quādo receptio esset funditus nulla.secus si esset aliqua,li-
cet ope exceptionis posset repelli & irritari:quia imputare de-
bet sibi pars quæ non excipit:vt in c.licet.s̈.de proba.idem re-
perio tenuisse Barto.in authen.de testib.§.quia verò.
10 ¶†Secunda cōclusio sit,licet testes fuerint,vel sint rite recepti:
si tamē non sunt rite publicati,& pars quæ vult producere te-
stes non didicit testificata : admittitur ad nouam productionē
aliorū testium:etiam super eisdē articulis , & directò cōtrarijs,
hæc cōclusio probatur argumēto à cōtrario sensu dictæ Cle.ij.
tam in dicto q; in ratione ibi assignata:nā dicit ibi tex.testibus
rite receptis ac publicatis.& gl.& Doc.subintelligūt etiam ri-
te.l.publicatis.ergo à contrario:secus si non rite sint publicati.
¶ Item quia tex.ibi assignat rationem propter timorem sub-
ornationis.quę ratio cessat in casu nostro,& secūdùm istas duas
conclusiones potest intelligi opin.Ioan.And.Barto.Pa.& Io.
de Imo.& aliorum qui voluerunt,quòd publicatio non rite fa-
cta non impediat,& procedit hæc conclusio tam de iure ciuili
quàm canonico : sed maximè de iure ciuili , vt patebit ex his
quæ dicentur in vij.& ix.conclusione:quando autem testes di
cantur non rite publicati,posui varias opi.Doctorum.
11 ¶† Tertia cōclusio sit,si testes sint rite recepti:licet non sint rite
publicati:& licet pars non didicerit testificata,nō admittitur re
gulariter ad productionē seu receptionē eorundem testium: si
omissa solēnitas publicationis nō habet inficere receptionem.
hæc cōclusio probatur : quia sicut nō facta publicatione adhuc
ijdem testes iam recepti,nō possent regulariter repeti,secūdùm
no.in l.repeti.ff.de quæstio.& in l.produci.ff.eo.ita nec hoc ca-
su,cùm paria sint nō esse factā publicationē,vel nulliter esse fa-
ctā,& procedit hæc cōclusio tam de iure ciuili q; canonico.de
iure ciuili.quia.§.quia verò.ponderat receptionē,& ꝙ pars di-
dicerit testificata,nō autē publicationē,vt sæpius dictū est , de
iure autē canonico attēditur etiam timor subornationis,vnde
licet tex.dicat,receptis,& glo.& Doc.subaudiant rite : tamen
attenditur ratio postea ibi posita de timore subornationis , vt
dicam in sequenti conclusione.¶ Et ex prædicta cōclusione in-
fertur correlarium,ꝙ quando publicatio non rite facta haberet
inficere receptionem testium,& pars non didicisset testificata:
possunt etiam ijdem testes de nouo produci,hoc correlarium
probatur ex his quæ dixi.s̈.maximè in prima conclusione:ar-
gumento a fortiori,& sic patet quòd procedit vtroq; iure.
12 ¶†Quarta conclusio sit:licet publicatio testium vel attestatio-
num non sit rite facta:si tamen receptio fuit rite facta:pars quę
didicit testificata,regulariter non potest etiam alios testes pro-
ducere super eisdem articulis,vel directò contrarijs : siue fuerit
facta talis publicatio parte volente , siue ea inuita : dummodò
publicationis omissæ rectitudo,seu solēnitas,testium receptio-
nem non habeat inficere , & secundùm hanc conclusionem
possunt saluari opin.zenze.s̈.positæ:maximè secunda. ¶ Hæc
conclusio probatur ex ratione dictæ Clemen.ij.& etiam dicti
§.quia verò.in quibus ponderatur timor subornationis, quòd
sit causa,quare post didicita testificata testes non admittantur:
nec ponderatur ibi sola publicatio.Item probatur ratione:quia
aut probatur.& certum est ꝙ prius percunctauerat testificata,
& clarum est ꝙ non poterat alios producere:vt d.§.quia ve-
rò.& d.authen.at qui semel.ergo non potest conqueri de pu-
blicatione non rite facta,aut iste ante publicationem non per-
cunctauerat:sed percunctauit post.& tunc,aut eo volente fa-
cta fuit publicatio:& imputatur sibi publicatio & percuncta-
tio,aut eo inuito fuit facta,& imputari potest sibi percūctatio:
cùm nouerit ꝙ illa esset causa propter quā præcluderetur pote-
stas testium producendorū.nec obstat ꝙ tex.Cle.ij.iuncta gl.
super ver.publicatis.requirat ꝙ publicatio sit rite facta,& sic à
cōtrario.secus si non esset rite facta.¶ Quia potest respondere
ꝙ ad verbum,publicatis.non debet subaudiri vel repeti verbū,
rite.sed posito ꝙ deberet repeti:tamen argumentum à contra-
rio sensu sumendū est ex tota oratione,nō ex parte,hoc modo,
videlicet,testibus rite receptis ac rite publicatis.ergo à contra-
rio sensu , non rite receptis & publicatis possunt produci alij
testes.

testes.preterea ratio legis quę est anima ipsius legis & ductrix, ponderat timorem subornationis propter didicisse testificata. ergo cùm in casu nostro adsit iste timor, debet habere locum dispositio, vt in iuribus vulgatis. ¶ Est tamen aduertēdum circa prædicta, ꝙ posset probabiliter dubitari, vtrum dicatur non rite facta receptio, si aliquis vnam aut duas fecit productiones testium: & cùm ad hoc non essent omnes examinati, iudex publicauit attestationes parte contradicente, an hoc casu posit pars quæ didicit testificata, alios producere. & breuiter dicerē, ꝙ potest. ex eo, quia tales testes non sunt rite recepti, & sic sumus in terminis primæ conclusionis, quod etiam probatur hoc modo, si receptio & examinatio non sunt rite factæ, possunt testes produci de nouo, non obstante ꝙ pars didicerit testificata, vt dixi in prima conclusione, sed talis receptio fuit huiusmodi: ergo talis productio fieri potest. minor probatur: quia idem iuris est de parte quò ad partem, quod est de toto quò ad totū. l.quæ de tota.ff.de rei vēd.& in c.prudentiam.§.j.s̄.de offi.dele.cum si. Sed si vnus testis non fuisset examinatus super omnibus capitulis, & interrogatus, non dicitur fuisse rite receptus: ergo fortius quando in nulla parte fuit examinatus: nam si ratione partis omissæ quis dicitur non rite receptus: fortius si in toto omittatur, cùm in toto, & quælibet pars cōtineatur. l.si quis cùm totum.ff.de excep.rei iud.& in l.in toto.ff.de reg.iur.cum simi. nam à quo remouetur totum, remouetur & quælibet eius pars. facit.l.si causa cognita.C.de transac.& quod no.in l.j.in fi. ff.de suis & legi.per Bald.in l.reos.C.de accu.& in repe.l.cùm mulier.ff.sol.matr. consequentia autem de se est manifesta. nec ob.tex.in §.quia verò.vers.illud.in auť.eo.ti.& in d.auť.at qui semel.in quibus videtur sufficere, quòd quis didicerit testificata post primam productionem testium, & receptionē: ad hoc, vt excludatur à productione aliorū. ergo si recepti sunt omnes testes primo loco producti, licet non sint recepti & examinati secundo producti, non debent amplius alij produci, posito ꝙ pars didicerit testificata: quia respondeo, ꝙ ille tex. vult ꝙ quis excludatur propter didicisse testificata: quando omnes testes producti in prima productione sunt examinati: si vna sola fuit facta productio. Item requirit examinationem & receptionē omnium testium secūdo loco productorum. Sed si omnes adhuc non sunt recepti & examinati: dico ꝙ si ipse per se percunctauerit testificata, non admittitur ad producendum alios: sed iam producti bene examinantur, nec hoc ibi negatur: licet nō procedat sine dubio, & si diceres quarto etiam producti nō debent examinari: cùm sit timor subornationis. Respondeo ꝙ post quàm alij, quos produxit, sunt adhuc examinādi: non est tantus timor, quātus esset si omnes essent examinati: quia quādo omnes sunt examinati, pars quæ didicit testificata, si videret se non probasse, induceret alios per corruptelam: sed si omnes examinati non sunt, potest confidere in reliquis, maximè quia postꝗ produxit, præsumptio est ꝙ produxerit tanꝗ informatos & scientiam habentes de eo, de quo quæritur, sed in non productis, præsumptio est per contrarium. Et si diceres, quare ergo non impeditur saltem productio aliorum, sicut in dicto vers.illud.& in auť.at qui semel? Respōdeo, quia in illis iuribus ipse solùm percunctando attestationes, & sic fuit in culpa: & ideò est ꝙ sibi imputetur. Et præterea ibi omnes testes fuit percunctatus: quia omnes deposuerant. quod patet ex tex. dum dicit, testificationes tractauerit, aut aduersario &c. vnde non erat aliqua species in reliquis qui non deposuerant: & ideò maior præsumptio est contra eum, ꝙ maiorem diligentiam ponet in

subornando alios, sed quando adhuc non erant examinati o-
mnes, erat spes in reliquis, & in casu nostro, cùm iudex publi-
cauerit: & non rite: non fuit pars sola in culpa, sed etiam iudex.
¶ Et ex prædictis possumus inferre aliam quintam conclusio-
nem notabilem, ꝙ licet facta prima aut secunda testium produ-
ctione, & receptione omnium testium productorum, si pars at
testationes percunctauerit, non admittitur ad tertiam produ-
ctionem: si tamen pars percūctata fuerit ante omnium testium
productorum receptionem, saltem iam productorum, fieri po
terit examinatio, hæc conclusio probatur ex his quę dicta sunt
s̄. Item quia cum tex.in d.§.quia verò.& similes sint correcti-
ui: vt s̄.ostensum est.& sic debeant strictè interpretari, sequitur
ꝙ cùm loquantur quando pars testificationes tractauerit, debet
intelligi de omnibus: qa indefinita æquipollet vniuersali, quod
denotant verba ibi posita, si rectè ponderentur, maximè quia
cùm dicunt, vti testium alia productione non possunt, sentiūt
ꝙ testibus productis vti possunt: vt s.examinētur, & recipiantur. quinimo satis iuridicè videtur attētari posse ꝙ in casu prędicto: videlicet, quando ante examinationem omnium testium iam productorum quis fortè fuerit percūctatus attestationes, possit etiam alios testes producere ratione prædicta, & quia nō omnes iam productos percunctatus est, cùm adhuc non sint examinati: & quia non est tantus timor subornationis, postꝗ alij adhuc restant examinandi: & quia dicta iura sunt correctiua, & sic ex prædictis potes inferre sextam conclusionem.

12 ¶ † Septima conclusio sit, facta testium receptione rite, & publicatione rite & solenniter, quādo certū est partes didicisse testificata: non possunt testes regulariter produci super eisdē articulis, vel directò contrarijs, tam de iure ciuili quàm canonico. hæc cōclusio probatur ex dicto §.quia verò.& in d.auť.at qui semel.& in Cle.ij.eo.ti. ideò autem dixi, regulariter: quia multi sunt casus speciales in quibus possunt testes recipi & produci. de quibus dicam in xj.articulo principali.

14 ¶ † Octaua cōclusio sit, rite facta testiū receptione & publicatione, quādo certū est partes nō didicisse testificata: possunt testes de iure ciuili regulariter, nisi aliud obsistat, de nouo produci in causa principali: etiā super eisdē articulis, vel directò cōtrarijs, hæc cōclusio probatur à cessante timore subornationis, & ex his quæ dicta sunt.s̄.nā cū s̄.probatū fuerit ꝙ ius ciuile digestorū & C.nō cōsiderat publicationē. nec etiā ꝙ pars didicerit testificata, nec etiā triplicatā aut quadruplicatā productionē iam factā, ad excludēdas alias productiones: cū prædictis nō obstātib⁹ si pars esset intra primā dilationē, vel aliā: iuri dicēte ius authēticorū poterāt testes de nouo produci: & solùm iudex poterat effrenatā multitudinē moderari: vt in l.j.ff.e.ti. sequitur ꝙ cū iure antiquorū nō pōderetur publicatio, sed solū quādo pars didicisset testificata: aut tres essent factæ productiones & receptiones, ꝙ alia productio nō cōcederetur, & per cōsequens tex. dictæ authēticæ sic exorbitās & correctiuus, nō debet extēdi ad casum nostrū, quādo nō sumus in quarta dilatione, & pars nō didicit testificata, vnde poterūt alij testes de nouo produci: quāuis ijdem testes iam examinati nō posint repeti: nisi secūdùm id quod traditur in l.produci.ff.e.& dicetur in c.cùm causam.el ij.& in c.cōstitutis.el iij.j.eo.& vt traditur in l.repeti.ff.de quæstio. Et hæc cōclusio, iudicio meo, indubitāter procedit de iure ciuili. licet cōmunis opi. sit in cōtrariū quò ad causam principalē, sed de iure canonico maius est dubiū: & talis dubitatio solùm descēdit: quia iura canonica vidētur pōderare publicationē tanꝗ terminū exclusiuū productionis testium, sicut ad eundē finē ponderāt renunciationē: vt in c.causamꝗ.el ij.& in c.intimauit.& in c.de testibus.& in c.cùm venissent.& in c. ex tenore.j.eo.cū si. Et ideò videtur ꝙ facta publicatione non posint regulariter de iure canonico alij testes produci in causa principali: sicut nec possunt post renunciationē: maximè quia secūdùm rationes domini mei, & Io.An. solus timor subornationis nō cōsideratur ad impediēdos testes, sed & aliæ sunt rationes, secūdùm quod.s̄.dixi.post eos.& hæc est cōmunis sententia. ¶ Sed his nō obstātibus, ego arbitror in casu prędicto idē etiā cōcludendū esse de iure canonico. Moueor: quia nō data triplicitate productionū, ponderari videtur solus timor subornationis: vt in d.Cle.ij.e.ti. facit tex.in c.cōstitutus.el j.j.eo.ti.in fi. vbi tex. dicit. attestationibus apud eū dispositis sit cōtentus. & gl. dicit ibi: quia eo ipso ꝙ testes fuerūt apud eū depositi, nō possunt alij produci: quia præsumitur didicisse testificata, & sic pōderat solam sciētiam testificatorū. facit.j.eo.c.vltra tertiam. & in c.cùm in tua.in fi.j.eo. Et hanc opinionē sensit glo. fi.in fi.in c.constitutus.el iij.j.eo. ¶ Non obstant iura.s̄.in cōtrarium allegata. quia respōdeo ꝙ illa procedūt in casu dubij, de quo dicetur in sequēti cōclusione. Sed nos ponimus rem certā, quādo scilicet certū est partes, vel partē nō didicisse testificata. quo casu, fortius ex æquitate canonica debet admitti, quàm de rigore iuris ciuilis: vt veritas habeatur, & ne probationū facultas depereat, vt sæpius.s̄.dictum est. maximè cùm nullus reperiatur text. loquens de publicatione, qui dicat ꝙ licet pars non didicerit testificata, nō admittatur, sed ideò iura canonica ponderauerunt publicationē: quia post publicationem præsumptio est ꝙ pars didicerit testificata; quam præsumptionē tollit incertitudo in cōtrarium. ¶ Ad quod faciunt argumenta & rationes quas.s̄.deduxi in prin.ad fundandas istas cōclusiones, & quod statim dicam in rationibus sequētis decimæ conclusionis, per gl.in c.statutū.in ver.numerādum.de præb.lib.vj.cū si.& hæc opi. est iustior, æquior, & sanctior, intellexi tamē ꝙ cōmuniter seruatur cōtrariū. Ego tamē nunquā vidi seruari cōtrariū, quādo pars probaret se nō didicisse testificata: quicquid sit, tū vbi nō probaretur talis stylus & cōsuetudo: arbitror ꝙ tam in foro seculari, ꝗ ecclesiastico, facta probatione ꝙ pars non didicisset testificata: indubitāter admitterē eam ad alios testes producendos: nisi aliud obstaret quàm publicatio, & sic ex prędictis potest inferri hæc nona conclusio: videlicet, ¶ Quamuis dubium sit de iure canonico, vtrum rite receptis & publicatis attestationibus, testes posint de nouo produci super eisdem

articulis,vel directò contrarijs:quando certum est partes non didicisse testificata:tamen pars affirmatiua etiam de iure canonico videtur æquior & verior.& hanc sequitur hic do.Anto.

15 ¶†Decima cõclusio sit.facta testium receptione & publicatione rite, quando dubium esset, vtrum pars didicerit testificata: æquum videtur esse, vt nisi aliud obsistat,possint de iure ciuili testes produci:etiã super eisdem articulis,vel directò cõtrarijs, delato prius iuramẽto parti volẽti producere:ꝙ nec per se,nec per alium didicerit testificata.& secũdùm formã.c.vltra tertiã. j.eo.¶Hæc cõclusio probatur:quia licet post publicationẽ suspicio sit & præsumptio,ꝙ pars didicerit testificata:tamẽ postquàm sumus in dubio,talis suspicio tollitur prædicto iuramẽto.& aduerte:quia intelligo ꝙ sumus in dubio, fortè quia pars quę vult de nouo producere aliquid,probat per ꝙ iudex inducitur in dubietatẽ,an pars didicerit testificata, sed tamẽ hoc nõ plenè probat.hoc dico:quia præsumptio magna est cõtra ipsam partẽ post publicationẽ ꝙ didicerit testificata,vt docet experientia,sed quãdo nihil probaret in cõtrariũ,videtur esse maius dubium, vnde poteris cogitare . articuli tamẽ & rationes satis adstringũt ad idem,vnde redeundo ad probationẽ conclusionis dico,ꝙ prædicta cõclusio probatur ex idẽtitate rationis inductiuæ iuramẽti sup cõcessione quartæ productionis. de qua in d.§.quia verò.& in auc.at qui semel.& c.vltra tertiam. j.eo. ibi enim propter tres iam cõcessas & admissas productiones, & quartæ productionis postulationẽ contra ipsum petentem, erat præsumptio scientiæ testificatorũ:sicut quarto in dictis iuribus ad purgãdam talem suspicionẽ defertur iuramentum sub illa forma,quo delato,propter purgatã suspicionem admittitur quis ad quartã productionẽ:vt dixi in c.in causis.s̃.eod.ita debet hæc pars delato iuramẽto ad hãc productionẽ admitti,nec obstat si diceres,ꝙ cùm illa sita sint correctiua, non debent extendi ex identitate rationis:quia respondeo ꝙ tunc non deberent extendi,quãdo eadẽ vel maior correctio induceretur:sed secus est in casu nostro,quãdo ex extẽsione, quam facimus,redimus ad ius cõmune antiquũ,& ad ius naturale & diuinũ,quo casu,latissima sit interpretatio:quia res de facili reuertitur ad naturã suam.ad quod vide glo.sing.in ver.numerãdum.in c.statutum.de præb.lib.vj.& quod tradit Fed.de Senis consi.lxxxix. & quod no.in c.j.iuncto.c.fi.de pactis.lib.vj.& per glo.fin.in Cle.sæpe.de verb.sig.ad quod etiam vide plura alia iura & authoritates quas allegaui in c.significasti.s̃.de foro cõpe.in vij. q.vj.principalis articuli.ver.tertio vero casu.¶Et ex prædictis rationibus rectè cõsideratis,videtur etiã cõcludendũ esse ꝙ idẽ sit de iure canonico,ad quod faciunt etiã rationes assignatæ ad præcedentẽ nouã cõclusionẽ de iure canonico : quãuis propter opiniones videatur esse aliqualiter maior dubitatio : & sic ex prædictis patet , an sola publicatio excludat quem à potestate producendorum testium,tam de iure ciuili quàm canonico.

¶Circa secundum membrum principale videlicet,an sola sciẽtia testificatorum etiam ante publicationem excludat quem à potestate producendorum testium.Io.An.hic tenet ꝙ sic.& in c.constitutus in præsentia.j.eo.& Bar.in d.§.quia verò.& in d. auc.at qui semel.& ita communiter hic & vbiq; tenent Docto. ¶Ego verò arbitror in hoc dicendum, vt patet ex his quæ dixi in præcedentibus conclusionibus.Ex quibus patet ꝙ nõ est simpliciter verum,ꝙ licet quis didicerit testificata,non admittatur ad aliam productionem.pone enim ꝙ testes non essent rite recepti: vel ꝙ omnes adhuc non essent recepti:vel ꝙ non didicerint testificata omnium:nam his casibus concludendum est: vt s̃.dixi.Sed si iam producti in prima , vel secunda, aut tertia productione essent rite recepti:& probaretur ꝙ pars didicerit testificata per se,vel alium,secundùm formam.c.vltra tertiam. j.eo.& d.§.quia verò,etiam si nõn esset facta nisi vnica productio:ad aliam productionẽ non admitteretur,vt in dictis iuribus.¶Et est aduertendum circa prædicta , ꝙ in casibus in quibus dixi ꝙ quis impeditur de nouo producere ,si didicit testificata:impeditur quis non solùm si didicit testificata suorum testium:sed etiam si didicisset attestationes partis aduersæ , vt tenet Inno.& Doc.communiter in c.pe.j.eo.& probatur in d. §.quia verò.& tenet glo.in d.auc.at qui semel.licet quidam teneant contrarium,vt refert Inno.in d.c.pe.sed plus placet prę cedens opi.quam etiam fuit secutus in dicta Clemen.ij.eo.titu.

16 ¶†Sed circa prædicta quęro qualiter quis probet ꝙ non didicit testificata.Sol.Doctores hic communiter ponunt vnũ modum: videlicet, quando attestationes repeiuntur adhuc sigillatæ:etiam si reperirentur penes partem:dummodò sint sigillatæ: vt d.c.constitutus.j.eo.Et idem dicẽdum si probatur ꝙ publicatio fuit facta per iudicem solo verbo,non realiter:ita ꝙ nõ fuerit data realis facultas partibus,vt attestationes percunctentur,vt traditur in d.Cle.ij.vel si probatur ꝙ pars quæ nunc voluit producere,fuit ab sens continuò:nec aliquem habebat procuratorem, vel aduocatum.Et idem etiam arbitrarer,si pars aduersa fateretur ꝙ post publicationem semper attestationes fuerunt penes eam.¶†Secundò quæro,qualiter dicatur quis didicisse testificata.Solu.Bart.in d.authen.at qui semel.dicit ꝙ probatur,probando quòd habuit librum attestationum penes se. pro quo est tex.in d.c.constitutus.in fin.intelligendo tamen si sunt dissigillatæ,vt dixi,etiam si penes eum reperirentur fuisse depositæ iudicis authoritate.d.c.constitutus.Item secundùm Bart.probaretur eum subtraxisse:vel quid simile fecisse , vel si probaretur quòd audiuerit legi per notarium , quod intellige in idiomate quod clarè possit intelligi per ipsam partem , & idem si per procuratorem,vel aduocatum . secus si transcursoriè legi audiuisset,vel esset persona simplex,rudis,aut agrestis: quia tunc non diceretur didicisse testificata , per text.in dicto §.quia verò.dum text.dicit,percunctatus fuerit &c.quod verbum etiam reperitur in c.pe.j.eo.& importat diligentem perscrutationem:quoniam dictio,per,auget , & perfectionem significat.l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.sig.in c.significasti.s̃. de electio.& in c.si constiterit.j.de accusatio.

¶Ego verò in hoc articulo distinguo principaliter sex membra.

¶Primum est,quando didicit testificata ex seipso.

¶Secundum,quando didicit à testibus.

¶Tertium,quando didicit testificata à notario.

¶Quartum,quando didicit ab aduersario.

¶Quintum,quando didicit testificata à iudice.

¶Sextum,quando didicit testificata ab alio extraneo.

18 ¶†Circa primum membrum quando quis dicatur didicisse testificata ex seipso.aduerte , quia hoc potest contingere tribus modis.vno,quando ipse præsens fuit testium examinationi,& hoc casu,videtur dicendum ꝙ satis dicatur didicisse testificata: vt amplius admitti nõ debeat ad nouam testium productionẽ super eisdem articulis,etiam ante publicationẽ : ita singulariter tenet glo.in versi.præsenti.ij.q.j.c.in primis per tex.nostrũ.& in d.§.quia verò.& in d.auc.at qui semel.& etiam per not.hic. ¶Sed Vincẽ.in c.series.j.eo.vt refert ibi do.meus in sexta lectura videtur tenere contrarium,concludit enim ꝙ ex eo quòd quis fuerit præsens in ipsa testium examinatione , non tamen excluditur à facultate producendorũ.& hoc dictum etiam referunt Doc.in c.in nostra.s̃.eo.& in c.venerabilis.j.eo.vbi hoc idem sentit do.meus.& ita etiam hic reperio quosdam moderniores sentire:quia non potest pars sentire modico discursu,& solo volatili verbo percipere , & scire testificata.¶Ego arbitror dicendum esse,quòd si pars est persona valde instructa & docta,& sit negotium quod percipiatur modico discursu:verbi gratia,si feci articulum quòd mutuaui tibi.x. florenos : vel quid simile,& testis deponit verum esse;quia fuit præsens, vel nihil scire:nam cùm hoc modico discursu percipiatur:satis intelligitur didicisse testificata,& hoc modo procedat opinio gl. in d.c.in primis.sed si non esset persona docta,aut res quæ modico discursu perciperetur : tunc vera sit secunda opin.quid enim si fuerunt examinati testes in latino sermone : & pars erat vulgaris , vel quid si in alio idiomatè incognito ipsi parti fuerunt examinati ? certè non intelligetur didicisse testificata: cùm nec in præsentia ipsius dicatur aliud gestum,per text.in l. coram.ff.de verbo.sig.& in l.diem proferre.§.coram.ff.de arbi. & quod not.in l.j.in princ.ff.de verbo.obli.vel quid si pars est rudis & agrestis:& negotiũ est tale quod non percipiatur modico discursu,vt plerumq; contingit in multis,in quibus Doc. iterum atq; iterum legentes dubitant ? non est dubium ꝙ non dicetur testificata didicisse.

¶Secundo modo potest contingere, si pars legisset testificata existentia penes notarium:nam distinguerẽ quòd aut perfunctoriè legit:aut maturè percunctatus est.primo casu , si res est quæ modico discursu parcipiatur : didicisse intelligeretur. secus si esset negotium quod non perciperetur modico discursu,si verò præmaturè percunctatus esset legendo & præmeditando , & persona esset multum docta : tunc tanquam scientiam habens, excludetur à tali facultate producendorum testium.

¶Tertio modo potest contingere ex eo quòd pars ipsa subtraxisset attestationes : vel aliàs penes se dissigillatæ reperiuntur & apertæ :tunc enim præsumptiuè probatur attestationes didicisse,per text.in c.constitutus.j.eod.& est bonus tex. in l.non est ferendus.ff.de transactio.quod tamen videtur limitandum , secundùm singularem limitationem Bald. quam ponit.in l.fin.ff.quemadmo.testa.ape. videlicet, si modo ipsæ originales attestationes reperiantur penes ipsum:vel copia ipsarum originalium data per notarium , qui examinauit:secus si pars

pars habuisset copiam manu alterius notarij vel personæ:quia tunc propter hoc nō excludetur à facultate producendorū testium,& ad hoc dicēdum mouetur per illum tex.qui vult, ꝙ testamētum dicatur apertū,quādo originale est apertum:secus si exemplatū.qđ dictū sequitur etiam Io.de Imo.¶Sed tu aduerte:quia licet hoc dictū sit peregrinū:tamē videtur esse satis dubium:& semel vidi illud de facto.& allegabatur ꝙ lex illa fin. nō probabat ex eo,quia cùm requireretur ad substātiam illius tituli apertū & publicatū esse testamētum:& aliud sit testamētū:& aliud copia vel exēplatū; vt in c.j.j.de fide instr.& quod no.in auť.si quis in aliquo.C.de eden.meritò non cōcludit ad casum nostrū,in quo nō requiritur apertura vel publicatio:sed sufficit testificatorum sciētia.Præterea Bal.sentit ꝙ secus est si pars habuisset copiā à notario,qui examinauit.cuius tamē cōtrariū cōcluditilla.l.fi.quò ad terminos publicationis testamēti.cogitabis.¶Item aduerte:quia quod.s̄.dixi, ꝙ ex eo ꝙ pars subtraxerit,aut penes se habuerit attestationes:intelligatur sciuisse testificata,arbitror limitandū, nisi pars ipsa cōtrariū probaret,videlicet se nō didicisse:poterit probare, probādo ꝙ eo ipso ꝙ subtraxerit,aut penes se subtraxerit,immediatè deposuit penes alium:vel posuit in capsa,aut quid simile, & probaret per duos testes idoneos,qui ab actu subtractionis vel receptionis semper fuerūt secū:qui etiam deponūt ꝙ nunquā legit: & percunctata fuit ipsa pars attestationes:& quod nō potuisset legere, aut percunctasse quò minus ipsi vidissent.ad quod facit quod.s̄.dixi de attestationibus depositis penes partē sigillatis,& satis hoc natura etiā edocet.¶Et prædictis patet quid tenēdum sit de visione exempli dictorū testium,an per solā visionē exempli præcludatur via.in quo Bal.in l.fin.C.quēad.testa.ape.videtur sentire ꝙ non,per illum tex.nō tamē se firmat. intelligi enim debet & declarari secundùm prædicta.

19 ¶†Circa secūdum membrum quādo non à se,sed ab ipsis testibus,qui deposuerunt, didicit testificata:an impediatur de nouo producere.glo.in d.§.quia verò.in auť.eo.tit.videtur tenere ꝙ sic,per illū tex.& idem videtur sentire Bar.ibi.& etiā in auť.at qui semel.C.de proba.& per tex.dū dicit,testificata tractauerit.& dū vult ꝙ siue à se,siue ab alio,siue ab aduersario hoc sciuerit.Inn.tamē in c.pe.j.eo.Doc.etiā hoc cōmuniter videtur tenere,ꝙ licet pars hoc sciuerit à testibus:nō tamē præcludať via productioni de nouo fiēdæ:nā cùm hoc nō prohibeatur aliquo iure:ergo videtur permissum:vt l.j.ff.eo.dixi in c.j.s̄.eo.Itē nec ratione timoris subornationis hoc debet prohiberi:cùm ipsius subornationis timor cesset:quia per viuā vocē testis nō potuit bene instrui.facit c.cùm personæ.de priui.li.vj.pro quo dicto ego etiā adduco:quia nō videť sufficere ꝙ pars sine lectura mētaliter didicerit:sed requiri videtur ꝙ oculo corporali viderit & legerit,per præallegatū.§.quia verò.& per præallegatā auť. at qui semel.qui tex.vidētur requirere partē legisse, tractasse, & percūctasse:quę omnia denotāt actū naturalē facti:nō mētalem,per tex.in l.j.§.sed si leg.ff.de his quę in testa.delē.vbi traditur,ꝙ licet ex his quæ præcedūt & sequūtur media, possunt intelligi mētaliter:tamē nisi visu corporali legi valeāt,nō debēt legi.ad idē facit.c.inter dilectos.de fide instr.& quod no.Inn. in c.P.& G.s̄.de offi.dele.Itē pro hac decisione allegat Host. rationē:quia potest esse ꝙ testis refert falsum.in c.inquisitionis. §.fi.j.de accu.vel quia vult parti cōplacere:vel se ab ea subtrahere,vt quotidie docet experiētia,vel quia nō bene recordatur. Et ad tex.qui vidētur facere in cōtrariū.videlicet,ad §.quia verò.cū si.respōdet Inn.ꝙ loquūtur quādo pars nō solùm didicit testificata,sed etiā facultati producēdorū testiū renūciauit. hæc respōsio mihi nō placet:quia diuinat,& est cōtra illa iura,& ipsorū rationē.¶Sed aduerte: quia Bart.in d.§.quia verò.licet finaliter videatur tenere cōtrariā opi.Inno.tamē in prin.videť sequi prædictā opi.Inn.do.Anto.hic tenet cōtra Bar.& idē Io. de Imo.in c.series.in fi.j.eo.sed fortè possit concordari vtraq; opinio isto modo,ꝙ si testes,qui testificata retulerūt parti,sunt docti,& multū amici,& fideles ,& veridici, & erat negotium quod nō exigebat nouū discursum , vel quid simile:ꝙ hoc casu vera sit opi.gl.& Bar.nam verisimile est ꝙ pars inducetur ad nouā productionē,& ad subornationē.nec ob.quod s̄.dixi de l.j.§.fi.ff.de his quæ in testa.delē.quia nō est verū,ꝙ in casu nostro requiratur corporalis lectura , aut percūctatio ipsius partis,quod patet ex sola disputatione habita per partē cū aduersario:& per percunctationē aduocati vel procuratoris diciť ipsa pars didicisse testificata:adeò ꝙ excludatur à facultate producēdorū testium:vt d.§.quia verò. Si verò esset negotium quod non perciperetur modico discursu:& testes non essent multū docti:tunc procedit opin.Inno.Host.& do.Anto.Et intellige quod supra dixi,quando per scientiam talem habitam à testibus excludatur: quòd tunc excluditur, quando scientiam habuit ab omnibus testibus qui deposuerunt:& qui iam producti erant.secus si eam habuisset ab aliquibus,secundùm ea quæ latius dixi in articulo publicationis,in quarta conclusione,in fi. & in conclusione quinta.

20 ¶†Circa tertium membrum principale, quid tenendum sit si pars didicit à notario,qui examinauit testes Docto.in c.series. j.eod.videntur velle quòd hoc non obstante admittantur ad nouam productionem,& etiam tenent hic quidam:ego tamen hoc intelligerem procedere, quando notarius perfunctoriè, aut verbo volatili retulisset attestationes , & non esset multum doctus:vel esset talis qualitatis quòd ei non deberet fides adhiberi : maximè si esset res quæ modico discursu non perciperetur,secus si non perfunctoriè, sed maturè & præmeditatè facta esset relatio per notarium:& notarius esset fidelis , & talis cui pars deberet fidem adhibere: & maximè,si pars cū ipso notario disputationem assumpsisset: vel esset res quæ modico discursu perciperetur.

21 ¶†Circa quartum membrum principale, quando pars didicit ab aduersario dicendum est,secundùm quod colligitur ex textu dicti.§.quia verò.& dictæ authenticæ,at qui semel.quòd aut pars verbaliter didicit ab aduersario: quia aduersarius dicit probatum esse,vel non probatum: & hoc casu,non impeditur in noua productione,aut inter partes assumitur disputatio deliberata,inquirendo meditatiuè & subtiliter perscrutādo super dictis & attestationibus receptis:ita ꝙ per ipsam disputationem habetur scientia testificatorum : & talis disputatio excludit à facultate aliorum testium producēdorum.d. §.quia verò. ibi aduersario faciente disputationem &c.

22 ¶†Circa quintum membrum principale, quādo à iudice pars didicit testificata,an excludatur.dicendum arbitror quasi in omnibus,vt dixi in tertio membro de notario, nisi ꝙ in iudice præsumptio est maioris scientiæ & doctrinæ: & sic ꝙ melius cognoscat,an testes probent vel non probent,quare attendendæ sunt qualitates:an perfunctoriè iudex loquutus fuerit: & an sit talis cui pars ratione amicitiæ suæ fidelitatis eiusdem iudicis,licet in hoc infidelitate vtatur, credatur.Item considerari debet,an referat quid testes dixerint:& an pars sit docta,si fortè est negotium quod non percipiatur modico discursu,an verò iudex simpliciter asseruerit & firmauerit testes probare, vel non probare: tam respectu testium productorum per ipsam partem, videlicet ꝙ non probant: vt ipse alios producat, quàm productorum per partem aduersam , vt probent ad hoc , vt pars cui loquitur,probet.contrarium facit quod supra dixi in princip.istius articuli de scientia testificatorum.& quod statim subdam.

23 ¶†Circa sextum & vltimū membrum quādo pars didicit ab extraneo, videtur mihi cōcludendum,ꝙ nō excludatur à noua testium productione:nisi aliud probetur:quia nō est præsumptio ꝙ extraneus magis sit informatus de attestationibus, ꝗ̄ ipsæ partes principales:cùm testes secretè recipi debeant,vt dixi in c.ij.s̄.eod.sed si probaretur ꝙ extraneus qui retulit parti probatū esse,vel non probatū,legisset attestationes:aut eas tractasset,vel percunctatus esset,vel subtraxisset: tunc ponderandum esset & aduertēdū qualis esset iste extraneus:an esset doctus,& talis qualitatis cui pars verisimiliter credere debeat,vt puta,si est aduocatus vel procurator suus:& tunc indubitanter excluderetur à noua productione,vt est tex.in d.§.quia verò. ibi dū tex.dicit,neq; aliquis aduocatorū eius.& in d.auť.at qui semel.vbi tex.dicit,vel aliquis aduocatorū eius,vel alius pro eo agens.facit etiā tex.in c.pe.j.eo.ibi,neq; per alium &c.secus si esset talis,cui nō deberet verisimiliter credere, vel non est multū doctus:vel dicit se simpliciter legisse attestationes: nō autē percunctasse,vel legi audiuisse,vel se fuisse præsentē examinationi:nā tunc non excluderetur,quod clarè patet:quia propter talem præsentiam & perfunctoriam lecturam,si nō sit talis res quæ modico discursu percipiať:pars ipsa principalis,quæ præsens fuit,vel percunctoriè legit,non excluditur,vt dixi s̄.in primo mēbro.Et in summa,in omnibus prædictis sex mēbris cōcludendū arbitror,ꝙ qualitercūq; plenè probetur ꝙ pars quæ vult nouā facere testium productionē,verè didicerit testificata: vel per se,vel alium,excludetur à noua productione,propter timorē subornationis & corruptionis testium,intelligēdo tamē, declarādo,& limitādo secūdùm ea quæ dixi in articulo publicationis in prima,secūda,tertia,quarta,& quinta cōclusionibus & similibus,secus si verè nō probaretur ꝙ pars didicerit testificata:quia tunc non excluditur. Et sic patet ꝙ in hac materia plurimū versatur iudicātis arbitriū,sicuti regulare est in materia testium,quanta & quibus testibus sit fides adhibenda.l.iij. §.tu magis.ff.eo.& ideò requirit iudicem prudentem & bonum:non asinum plumbeum:aut iudicem pannosum : o vero

Bu.dipãno,o mazachane,prout ſunt multi caſtra porcelle qui vadunt quotidie pro aſſeſſoribus:nihil ſcientiæ aut doctrinæ, & minus prudẽtiæ aut diſcretionis habẽtes.& q̃d peius eſt,nõ verentur ad magnificas ciuitates accedere:cùm potius porcis, aut pecudibus legẽ dare deberent,quàm hominibus iura adminiſtrare.ſit tamẽ prudens etiã pars,vel partis aduocatus,vel ꝓcurator,vt animaduertat ad ea quæ dicta ſunt ſupra ad probandum ſcientiã teſtificatorũ,vt faciat articulos aptos ad probandam qualitatẽ alterius partis,quã aſſerit didiciſſe:& teſtiũ,& notarij,& iudicis,& extranei à q̃bus aſſerit didiciſſe;& de eorũ fidelitate & ſcientia,amicitia,& ſimilibus qualitatibus;& qualiter diſputationẽ aſſumpſerit cũ aduerſario,& de qualitate ipſius rei,ꝙ ſit res quæ modico diſcurſu percipiat̃ &c. volẽs autẽ probare cõtrariũ,cõtrario modo faciat poſitiones & articulos.

¶ Inſuper arbitror aduertendũ circa prædicta, ꝙ in caſibus in quibus ſ̃.dixi ꝙ ſi pars verè ſciuit teſtificata ab alio,excluditur à noua ꝓductione.nam fortè non eſſet incõueniens hoc limitare,ſi modo illud per partẽ aduerſam doloſè fuiſſet ſuggeſtũ ad hoc,vt pars aduerſa prçcluderet viã nouç productioni.nam hoc caſu,nõ videtur quis excludẽdus à noua ꝓductione ne dolus & fraus aduerſario patrocinent̃,vt in c.ſedes.de reſcri.cũ ſi.

¶ Inſuper etiam ad declarationẽ prædictorũ aduerte ad illud quod ſupra dixi,ꝙ teſtificatorũ ſcientia excludit à noua productione:nõ ſolùm reſpectu ſuorũ teſtiũ,ſed etiã reſpectu ſcientiç teſtiũ aduerſarij.quod etiã voluit Bar.in d.§.quia verò.in aut̃.eo.ti.Ex his,Deo duce,habes expeditũ hunc quartũ difficillimum & intricatiſsimum articulum principalem.

¶ Circa quintũ principalẽ articulũ,an ſuper nouis oĩno articulis in caſibus in quibus dixi ſ̃.publicationẽ,vel teſtificatorum ſcientiã præcludere viã,poſsint teſtes produci nõ obſtante tali publicationç & ſcientia:& dicẽdum eſt ꝙ non.quia cũ nõ debeat quis admitti ad probandũ,quod probatũ nõ releuat.vt in c.cùm cõtingat.de offi.deleg.& in l.ad probationẽ. C.de proba.ſequit̃ ꝙ cũ tales articuli oĩno noui,nõ ſunt ad cauſam pertinentes:iudex debet illos reijcere.vt no.in l.per hanc.C.de tẽpo.appel.& eſt bonus tex.in c.cũ Ioannes.j.de fide inſtru.Excluditur ergo quis ab hac ꝓductione,nõ ex vi publicatiõis aut ſcientiæ:ſed ꝓpter regulã prædictã:quia impertinẽtia nõ patrocinãtur neq; actori,neq; reo:imò nõ debet pati iudex vt ponantur in actis:quia nõ poſſunt tranſire in vigorẽ iudicij.ff.de iureiur.l.ſi duo patroni. & ff.de peti.hære.l.ſi quis libertatẽ.§.ſi & hoc tenent hic cõiter Doc.& procedit hæc concluſio,nõ ſolùm in oĩno nouis reſpectu originalis facti primò deducti:aut reſpectu diuerſç rei petitç & deductç nunc:quàm prius deductum eſſet:ſed etiã reſpectu variati modi agẽdi.vt ſi primò petebam equũ ex cauſa emptionis:nunc peto ex cauſa donationis,vel alia ſi'i,vel qualitercũq; cõtingere poſſet,ꝙ exceptio rei iudicatç ſup primis articulis,nõ haberet obſtare ĩ caſu nouorũ articulorũ:etiam ſi ſolam mutaret perſonã,ſecũdùm do.Anto. hic.vt quia quis dicebat ſe emiſſe equũ à Titio,quem dicebat ad ſe pertinere.& poſtea dicit ſe emiſſe à Sempronio.quod exẽplum do.Anto.poteſt procedere quãdo exceptio rei iudicatç reſpectu emptionis factç Titio,non haberet obſtare,reſpectu emptionis poſtea celebratç à Sempronio deductæ poſtea in ſecundis articulis.vtputa,quia dictum equũ petebam vt ad me ſpectãtem:ex hac ſola cauſa,quia emi à Titio.ſecus ſi ſimpliciter petijſſem,tanquã ſimpliciter ad me ſpectantem:quia tunc tales articuli videntur admittẽdi.vt dicam in vij.articulo principali.Et generaliter in omnibus nouis articulis, prout appellaui nouos,ſecũdùm primam ſpeciem articulorum.de quo diximus in primo caſu ſecũdi principalis articuli.dicendum quòd admittuntur,tanquã impertinentes.& hoc etiam tenent Bart. & Bald.in dicta l.per hanc,Et ſingulariter dicit Bald.ibi,quòd actor poſt lit.conte.nõ poteſt proſequi qualitatem nõ intentatam in libello.nam cùm litis conteſtatio fiat ſuper edita actione,vt l.edita.C.de edendo. Et fiat ex voluntate vtriuſq; partis, ſcilicet actoris & rei;ſolus actor non poteſt alterare lit.conteſta.Et procedunt prædicta non ſolùm reſpectu actoris,vt dictum eſt,ſed etiam reſpectu rei conuenti. Exemplum,agebatur contra vnum poſſeſſorio recuperandæ:ipſe excepit quòd ſibi licitum fuit ſpoliare:& ſic fecit articulum.deinde facit nouum articulum in quo dicit ſe dominum : & per hoc non teneri reſtituere.nam talis articulus non admittitur:quia nõ iuuat reum,vt in ca.in literis.ſ̃.de reſtitutio.ſpoliato.vel ſi primò à reo petebatur equus : & ipſe opponit denuo pactum de nõ petendo ſuper libro,vel falcone.vel ſi reus prius oppoſuit vnã exceptionem: & nunc opponit vnam nouam exceptionem, quæ ei de nouo ſuperuenit:& eſt talis quæ de ſui natura,licet de nouo ſuperuenerit,nõ poteſt opponi.de quo vide latè per Barto.in l.j.ff.de exceptio.& per Bald.in dicta l.per hanc. C. de tempo.appel.& ſic ex prædictis habes expeditum quintum principalem articulum.

¶ Circa ſextum,an ſuper antiquis articulis omnino poſsint teſtes de nouo produci poſt ſcientiam teſtificatorum,vel publicationem in caſibus in quibus dixi publicationem vel ſcientiam præcludere viam , dicendum eſt ꝙ regulariter teſtes non poſſunt produci ſuper talibus articulis:ſiue loquamur de teſtibus iam productis & receptis,ſiue de alijs qui de nouo producerentur,& hæc eſt communis concluſio Doctorum hic & in d.l.per hanc.& in d.§.quia verò.in aut̃.eo.ti.& in d.aut̃.at qui ſemel.C.de proba.in d.Cle.ij.eod.ti. ideò autem dixi,regulariter.quia hoc fallit in pluribus caſibus,de quibus dicam j.in xj. articulo principali.

¶ Circa ſeptimum principalem articulum, an ſuper dependẽtibus ſeu incluſis poſsint teſtes de nouo produci, difficultas eſt maxima:& materia ſubtilis & difficilis;id eſt bene attẽdenda, ſed in ea difficultate pro clariori doctrina, poſt do.Ant.& do. meũ & Bar.in d.aut̃.& Ang.in d.§.quia verò.& etiam ex mẽte Io.An.hic diſtingue,ꝙ quidam ſunt articuli qui cõtinentur in primis nõ expreſsè ſeu explicitè,ſed de neceſsitate eorũ quæ proponebantur:& hoc poteſt dupliciter cõtingere,vno modo quãtum ad neceſsitatem probationis iuris & facti:alio modo quò ad neceſsitatem facti tantùm , quidam verò ſunt articuli, qui ſub præcedentibus non cõtinentur de neceſsitate:ſed ſe habent taliter ꝙ poſſunt comprehẽdi & non cõprehendi.quò ad primum,quãdo comprehenduntur ad neceſsitatẽ probationis iuris & facti,poteſt figurari exemplũ,quãdo quis prius articulatur in prçſcriptione quæ de neceſsitate requirit ad probationẽ iuris & facti,titulũ & poſſeſsionẽ.l. ſiuç poſ.& l.Celſus.ff. de vſuca.& in l.nullo.ff.de rei vend.nã ſi articulor ꝙ præſcripſi rem quam poſſedi per decem annos:ſeu ꝙ præſcripſi rem longo tẽpore:licet in articulo explicitè non fuerit facta mentio de titulo:tamen tacitè ſubintelligebatur quò ad factum,& neceſſitatem probandi ; quia aliàs præſcriptio longi temporis non procedit.facit quod tradit Inno.in c.dudum ſ̃.de elec.& Archi.x.q.iij.c.quia cognouimus.vbi dicit,ꝙ ex ſola allegata prçſcriptione videtur includi titulus & bona fides,& hoc caſu, nõ admitteretur quis ad nouum articulum de titulo, probandum per teſtes poſt publicationem,vel ſcientiam teſtificatorũ:quia ſatis poteſt dici antiquus articulus.& hoc etiam tenent hic Inno.& Ioã.And.& Doc.ſ̃.allegati.Et per prædicta etiam dicerem,ꝙ ſi primò articulaui de præſcriptione longi temporis,& etiam articulaui de titulo habito à Seio , ꝙ ſi poſt publicationem vel ſcientiam teſtificatorum facio articulum,ꝙ emi à Mçuio:iſte articulus non debet admitti,ex eo,quia in primo articulo præſcriptionis continebatur titulus à quocunq; habitus eſſet:& ideò iſte articulus,tanquam incluſus ſub antiquo ex neceſsitate probandi iuris & facti , non debet admitti. Et prædicta exempla procedunt tam in actore agente quàm in reo excipiente de præſcriptione.Et idem dicerẽ ſi articulaui prius de præſcriptione:nũc volo articulare de poſſeſsione . Nã ad hoc vt articulus non dicatur antiquus,ſed potius nouus,ita ꝙ poſſit de nouo admitti : neceſſe eſt ꝙ nihil habeat de materia primi.quod ad ponẽdum ſubſtantiam primi articuli , ſupponeretur neceſsitati probandi , quod nunc ponitur in alijs articulis: nam articulus primus totam ſubſtantiam continens,cùm ſit indiuiduus,quamlibet eius partem ſupponit neceſsitati probandi,vnde per partem,quamuis minimam,deficientem ad probationẽ primi,quæ ſubijciebatur neceſsitati probandi ad integrã ſubſtantiam primã,quæ pars eſſet minima,poſt publicatas atteſtationes & ſcientiam teſtificatorũ deducitur de nouo in articulo,vel articulis:vt illam partem probet:non admittetur propter ſubornationis timorẽ.nec ob.ꝙ ſuper nouis articulis poſſunt teſtes produci,non obſtante publicatione vel ſciẽtia teſtificatorũ,& prædicti de titulo & poſſeſsione videantur eſſe noui:ex eo,quia ſi primò articulatum eſt de præſcriptione longi tẽporis,& nunç articulor de poſitione,vel de titulo : ſi articulor de poſitione , ab eo detrahitur titulus qui includebatur in articulo primo de præſcriptione,& ſi articulor ſolùm de titulo,detrahitur ab hoc nouo articulo articulus de poſſeſsione,qui includebatur ſub primo articulo præſcriptionis,& ſic videtur quòd debeat dici nouus articulus : & per conſequens admittẽdus,per regulam quæ vult,ꝙ quotieſcunq; aliquid additur ad antiquum,vel detrahitur ab antiquo,dicitur nouum:vt in l.ius ciuile.ff.de iuſtitia & iure.nam hic non accipimus nouum articulum illo modo , ſed accipimus nouum per reſpectum , quòd nil habeat ex materia primi : vel primorum articulorum , quòd ſupponatur neceſsitati probandi iuris & facti : ita quòd non poſsit pars inſtrui ex illis ad ſubornandos teſtes : aliàs autem ſi poſſet pars inſtrui propter aliquid quod includebatur

batur in primis sub necessitate probandi iuris vel facti: dici
tur potius antiquus q̃ nouus. ¶ Et aduerte: quia cum ministe
rio dixi de præscriptione longi temporis: quia si simpliciter ar
ticulatus essem de præscriptione longissimi temporis, deinde
post publicatas attestationes, vel scientiam testificatorum arti-
culassem de titulo: iste articulus esset nouus & impertinens ad
priorem articulum: quia non supponitur necessitati probandi
respectu primi: cùm ad prescriptionem longissimi temporis
non exigatur titulus, vt in l.malè agitur. C.de prescri. lon. tem
po. Et hoc intellige, quando similiter agebam ad rem mihi re-
stituandam. tanq̃ ad me pertinentem ex prescriptione longis-
simi tẽporis super qua petitione ex tali cā intẽtata ꝑut intẽtata
est, intelligitur esse lis cõtestata: sec⁹ si simpliciter egissem ad rẽ
tanq̃ ad me pertinentem iure dominij vel quasi: nam si prius
articulatus fuissem de p̃scriptione longissimi tẽporis, possum
tñ postea articulari de ti. quia licet iste articulus sit impertinẽs
ad articulũ prio.ẽ ꝑpter rationẽ preallegatã: tñ nõ est imperti-
nẽs ad cãm principaliter intentatam. facit qđ dicã j. de articulis
diuersis ad probandũ titulum à diuersis, & pluribus habitum.
¶ Item aduerte: qa si prius simpliciter articulatus essem de pre
scriptione, nec dixissem longi temporis, vel longissimi: tunc ve
rò volo articulari de ti. maius est dubium: qa (vt dictum est) ad
p̃scriptionẽ longi temporis inerat titulus. sed ad prescriptionẽ
longissimi non erat necessarius: & sic non includebatur in pri
mis: sed videtur dicendũ ꝙ talis articulus de titu. non admitta-
tur quia aut ipse agens intelligebat de prescriptione longi tem
poris: & tunc excludit debet qa in tali articulo includebatur ti.
per ea quæ s̃. dixi. aut de p̃scriptione longissimi temporis &
tunc videtur excludendus ab articulo de titulo: quia videtur im
pertinens per ea quæ s̃. dixi, cogitabis. ¶ Arbitror tñ ꝙ in hoc
considerandum sit fundamentum petitionis intentatę. nam si
simpliciter actor egit ad rem, tanquam ad se pertinentem. præ-
dicti articuli non videntur omnino excludendi ad inuicem. nã
ille qui sic agit rei vendicatione, vel publiciana, videtur omne
ius reducere per quod possit in dicta causa obtinere. & ideò li-
cet prius articulatus esset de præscriptione longissimi tempo-
ris, vel de præscriptione simpliciter: potest postea articulari de
titulo. nam articulus præscriptionis longissimæ non habet
obstare: quia non includit titulũ ad necessitatẽ probãdi ipsius
articuli. Item licet articulatus sit simpliciter de præscriptione,
cuius talis articulus possit intelligi de prescriptione longissimi
temporis sequitur ꝙ iste nouus articulus de ti. nõ includebatur
in antiquo de necessitate: secus si fuisset articulatus de præscri-
ptiõe longi tẽporis, per ea quę s̃. dixi. ¶ Et in omnibus p̃dictis
casibus qualitercũqꝫ sit factus articulus de prescriptione, siue
longi temporis, siue longissimi, siue simpliciter: non possum
postea articulari de possessione: quia iste articulus omnino in
cludebatur sub quolibet dictorum articulorum præscriptio-
nis similiter etiam & per contrarium arbitror, si primum arti-
culum feci de possessione, aut de titulo ꝙ si nunc volo articula-
ri de prescriptione longi temporis ꝙ talis articulus dicatur an-
tiquus, non nouus: & sic non debeat admitti. nam licet videa-
tur nouus eo respectu: quia sit additio ad antiquum, nam vbi
prius solùm articulatus fuerã de solo titulo, vel de sola posses-
sione, nunc articulor de vtroqꝫ. & sic videtur ꝙ ratione isti⁹ ad
iunctionis seu additamenti, debeat dici nouus per dictam l. ius
ciuile. cum simili. quia respondeo vt s̃. dixi, quòd nouus non ac
cipitur hic isto modo: sed secundùm ea quæ s̃. dixi, vt nihil ha-
beat de primo qđ supponatur necessitati probandi iuris & fa-
cti. & ideò cùm in prioribus articulis articulatus fuerim de pos
sessione, aut de solo titulo, qui mihi probandus incũbebat ad
intentionem meam: quia aliàs non fuissem admissus, vt suprà
dixi, & maximè in quinto principali articulo. si nunc facio ar
ticulum de prescriptione longi temporis, quæ necessariò inclu
dit possessionem & titulum: sequitur quòd in hoc articulo cõ-
tinetur antiquus, qui supponebatur necessitati probandi: &
pars potuit instrui ad subornandos testes, vt nunc deponẽtes
super præscriptione longi temporis, deponunt super titulo
vel possessione. titulus vel possessio ĩ primis minimè probati
fuerunt. secus si nunc articulariter de prescriptione longissimi
temporis: & prius solùm fuissem articulatus de titulo, per ea
quæ s̃. dicta sunt.

¶ Secundo casu principali primi membri, de articulis qui com-
prehenduntur sub antiquis de necessitate facti, non tamen cõ-
prehenduntur de necessitate probationis, dicendum est, quòd
tales articuli dicuntur noui: & admittuntur post publicatas at
testationes, & scientiam testificatorum. exemplum primus ar-
ticulus continet quòd mutuaui tibi centum: vel vendidi tibi do
mum. de necessitate facti inest tempus: quia mutuum celebra-
tum, vel venditio facta præsupponũt aliquod tempus quo ce-
lebratæ fuerunt: non tamen inest de necessitate probationis:
quia mutuum & venditio possunt probari absqꝫ tempore: vt
in l. testium. C. eo. & in aut. de testibus. §. & licet dudũ. Et ideò
si post publicatas attestationes, vel scientiam testificatorum fa
cio articulum de tempore: talis articulus est admittendus tam
in causa principali, quàm appellationis: vt probatur in c. ex te
nore. j. eo. secundũ vnum intellectum. & sentit hic Host. Inno.
Io. An. do. Ant. & moderniores. & Bar. in d. l. per hanc. no. Ioã.
de Imo. in c. cùm causam. de testi. in quarto notabili. quod ego
arbitror limitandum, si modò non intendo probare solũ qua-
litatem tẽporis: ex eo quòd contractus deductus in primo arti
culo fuit probatus. vnde contractus repetitur in secundo, non
animo probandi illud: sed animo probandi qualitatem tẽpo-
ris: vt puta: quia fortè aduersarius produxit, vel probauit etiam
titulum emptionis vel alium similem: & tu vis nunc articulari
de tempore, vt probes temporis anterioritatem. secus si con-
tractus deductus in priori articulo non esset probatus. nam tũc
adijciendo tempus, videtur adijcere solùm ad hoc, vt videatur
fecisse nouum articulum, & sic vt per quandam fraudem ipse
probet contractum, qui non fuit probatus in primis articulis:
nam iste articulus non admittetur, iudicio meo, propter timo-
rem subornationis.

¶ Et ex prædictis ego facio vnam regulam, quòd quotiescũqꝫ
illud quod deductum est in primis articulis, & quod suppone
batur necessitati probandi iuris & facti: plenè probatum est, si
fiat nouus articulus qui includebatur in primis sub dicta neces
sitate probandi: & aliqua qualitas additur ad istum nouum ar-
ticulum: quòd iste articulus semper est admittendus: si non sit
impertinens respectu additæ qualitatis. ratio est in promptu:
quia cùm sint probati priores articuli, cessat omnis subornatio
nis suspicio.

¶ Et ex prędictis infertur ad decisionẽ huius quęstionis. Pone,
Titius primò articulatus est ꝙ vendidit domũ Sempronio: de-
mum quia publicatis testibus, vel habita scientia testificatorũ
opponitur, ꝙ ille Titius erat minor tempore venditionis. vn-
de ipse Titius nunc de nouo articulatur, ꝙ tẽpore contractus
celebratę venditionis erat maior: certè iste articulus admitteret.

¶ Et idem in simili materia.

¶ Quid si ad probandum ingressum religionis, fecit quis arti-
culum quòd Titius ingressus est tale monasterium, & ꝓbauit
deinde: quia publicatis attestationibus excipitur, quòd erat mi
nor, & sic inhabilis ad professionem. facit articulatum ꝙ tem-
pore talis ingressus, Titius erat maior. licet enim tales articuli
videantur antiqui, tanquam inclusi sub antiquis ad necessita-
tem probationis: quia ad concludendum venditionem validã,
& ingressum validum, & in vendente, & in ingrediente requi-
ritur maior ætas. & sic secundus articulus ponens de legitimi-
tate ætatis in aliquo percipiat de materia inclusa in primo arti
culo: tamen in contrarium est veritas: quia licet participet de
natura primi: non tamen participat de ea, prout præsupponitur
necessitati probandi, sed tantum prout supposita de se. nã qui-
libet presumitur habilis ætate ad actum exercendum: ex quo
illum exercet: nisi de contrario constet. & sic dicenti eũ inhabi
lem, incumbit onus probandi: vt in l. ab ea parte. ff. de proba-
tionibus. vel saltem ab ipso principio articulanti de ingressu,
vel venditione non incumbebat onus probandi ætatem: nisi
exciperetur de ætate illegitima, secundùm quod hęc tradũtur
in c. in præsentia. s̃. de probationibus. facit etiã capitulum, cùm
Ioannes. s̃. de fide instrumento.

¶ Ex quibus patet ꝙ probare validitatem contractus, vel reli
gionis ingressum ex ætate legitima, non subijciebatur necessi-
tati probãdi quò ad effectũ necessariũ: & ideò tales articuli de
legitima ætate non dicuntur antiqui: sed noui. & hoc voluerũt
hic Inno. Io. And. & Doct. cõmuniter. & adde etiã ea quę dicã
j. in alijs exemplis ad declarationem prędictorum.

¶ Quidam verò & tertiò sunt articuli, qui non cõprehendũtur
de necessitate sub prioribus articulis poterant tñ cõprehendi,
& etiam non comprehendi: vt sunt qualitates, quę possunt ad-
esse & abesse circa contractũ: vt l. pacta conuenta. de cõtrahẽ.
emptione. & super istis potest fieri noua productio: vt in c. ve
niens. j. eo. & latius apparebit ex exemplis j. subijciendis.

¶ Et ex prædictis deciduntur multæ quæstiones.

¶ Prima. Pone, habebam rem tuam prius obligatam: quã post-
ea obligasti alteri. deinde tertio loco obligasti iterum mihi, ex
debito priori. Egi contra te actione hypothecaria, & pro tunc
articulum feci de obligatione innouata. demum tu probasti il-
lam rem prius tibi obligatam: quare ego volo facere articulum
nouum de prima obligatione, secundûm quam debeo obtine-
re. l. creditor. in princip. ff. qui potio. in pigno. habeantur. certè
talis articulus admittitur tam in causa principali, quàm appel-

lationis.& hoc tenent hic Docto.& Speculator eo.titu. §.satis vtiliter.ver.illud.

¶ Hoc tamen intellige,quando egissem hypothecaria simpliciter non exprimendo aliam causam,vel obligationem: sed vbi causam expressissem,& pro causa expressissem:tunc nō possum obtinere nam lite contestata super tali petitione, ex tali vltima obligatione deducta,nō possum postea me fundare ex alia causa,secundùm notata in c.Abbate.de reiudi.libr. vj.& quod statim dicam in sequenti tertia quæstione.

¶ Secunda questio est huiusmodi,petebam à te decimas : super quibus feci articulos concludentes,& illos probaui:sed tu publicatis attestationibus produxisti priuilegium quòd te eximebat à solutione illarum decimarum:ego nunc volo facere articulum de præscriptione contra priuilegium:certè iste articulus,tanquam nouus,admittetur.faciunt no.in cap . accedentibus.j.de priuile.

¶ Tertia questio deciditur.Pone,vēdicabam à Titio fundum: in qua vendicatione etiam fortè accumulaui publicianam, quod fieri potest:vt in c.Abbate.de re iudi.licet articulū feci de possessione mea longi tpis. Item φ illam emi à B.deinde publicatis attestationibus,quia non probaui,emerim ab M. volo nūc probare in causa principali,vel appellationis φ emi ab M.queritur,an debeam admitti.Inno.& Hostien.hic dicunt,quòd ad hunc nouum articulum non sum admittendus: quia vario. & sic vt contrarius repellendus:vt j.de appel.ca.solicitudinē. Sed dicit Hostien.φ fortè secus tenendum est ex parte rei,qui non prohibetur vti contrarijs remedijs: vt in regula, nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj.& sequitur hic do.Anto.

¶ Sed Io.de Imo.dicit,φ fortè dici potest, φ hoc procedit qn causa ista,quia emi à B.fuit expressa in petitione:vt quia petitur tanφ empta à B.secus,vt dixi, si simpliciter peterem rem mihi restitui, tanφ spectantem ad me iure dominij,vel causæ. Nam licet in processu causæ fecerim articulū quod emi ab M. possum præsertim in causa appellationis,per l. scio . ff. de appella.& probatur in d.c.Abbate. nec sunt omnino contraria: quia possunt simul stare,φ quis emerit à duobus.puta si prius emi à B.quia credebam suam.deinde emi ab M. quia intellexi φ non erat illius B.sed ipsius M.secundùm not.in l .iij. §. ex plurimis.ff.de acquir. possess. Et hæc opinio mihi placet . facit quod s.dixi in prima quæstione.

¶ Et aduerte:quia istā opi.sensit glo.in l.per hanc pręalle.& sequitur hic Bald.per no.per Inno.in c.mulier.j.de iureiuran.

¶ Quarta quæstio deciditur secundùm Goffre. de tutore dato, qui se excusat ab isto onere tutelæ:dicens se gerere tres tutelas super quibus articulos fecit:& quia non probauit de trib⁹, publicatis attestationibus in causa principali vel appellationis dicit se gerere vnam,ita confusam & negotiosam,adeò quòd haberi debet loco trium tutelarum,per l.si is qui tres.§. eum qui. ff.de excu.tu.certè talis admittetur ad istum articu.per regu.s. allega.

¶ Quinta quæstio deciditur.agebas contra me vt traderem tibi domum quam vendidi:ego excipio φ non teneor tibi tradere:quia feci pactum quòd non tenerer eam tradere tibi:& super hoc feci articulum quem non probaui:vnde publicatis attestationibus volo facere articulum,quòd contractus venditionis fuit conditionalis.certè talis articulus admittendus est tanquam nouus,secundùm Io.And.& Doct.hic,& Specul.eo.tit. §.satis vtiliter versi.illud autem.per ca.cùm Ioannes.s. de fide instrumen.& idem dicendum in simili questione, si primò feci articulum quod die prima mensis decembris an.M.cccxxxiij. in quo nunc sumus, vēdidi tibi talem librum in hac ciuitate Senarum pro decem:post,publicatis attestationibus volo facere articulum,quòd liber quem vendidi die dicta,fuit venditus cōditionaliter.Nam talis articulus dicetur nouus, & admittend⁹: licet quidam dicant quòd non.moti ea ratione,quia hec qualitas conditionis, inquantum ab initio interuenisset, potuit esse in substantia de per se à contractu,siue à substantia contractus: cùm qualitas ipsius conditionis in ipsa substantia fuerit . quare si in secundo articulo pono substantiā contractus, repeto principalem partem:scilicet subiectum : imò repetere videor totū articulum.

¶ Sed in contrarium est veritas,secundùm Doct.quia iste articulus dicetur nouus:dummodò pars substantiæ primi contractus repetatur in secundo articulo enunciatiuè, & declaratiuè: non vt subijciatur necessitati probandæ ex eo,quia modò non volo probare nisi qualitatem conditionis:& sic debet hoc intelligi secundùm illam regulam generalem quam s.dedi,quando substantia primi erat probata:sed non qualitas:ex eo, quòd qualitas non fuerit adiecta.

¶ Sextò ex prædictis potest decidi questio.Pone,mutuasti mihi centum:quæ repetis anno finito. ego dico terminum conuētum fuisse biennij ,& adhuc durare.& sic dilatoriam solutionem.si tu producis testes ad probandum quòd fuit conuentū de anno:vtrum publicatis attestationibus possum producere testes,ad probandum quod haberem terminum ad soluendum ad biennium:quam quæstionem ponit Ioan.An. addi. Specu. in tit.de excep.in princ.& decidit quòd non. si vellem probare quòd tunc fuit conuentum de biennio.Secus si vellem probare quòd prorogasti ante finem anni, vel de nouo cōcessisti. vide quod dixi.j.de excep.c.iij.in prin.

¶ Septimò deciditur.Vtrum propositis & examinatis quibusdam exceptionibus peremptorijs,& examinatis & publicatis testibus,possit reus proponere & probare nouam exceptionem peremptoriam.vide j.de excep.cap.iiij.versi.sed nunquid attestationes.

¶ Vltimò deciditur alia notabilis quæstio,quam refert hic Io. And.quæ contigit de facto in causa Boatini de Mantua . Opponebatur enim contra collationem excommunicatio executoris,seu collatoris,qui præbendam contulit:succubuit opponens: quia non probauit illam excommunicationem publicā, sicut requirebatur:vt probatur in cap.ad probandum.j. de re iudi.pars appellauit:& in causa appellationis format articulū super publicitate excommunicationis:quæritur an debeat admitti Boatinus.refert fuisse sententiatum quòd non : quia iste articulus non est nouus:sed est idem cum primo,quò ad necessitatem probationis:licet primus fuerit sufficienter propositus.faciunt quæ dixi supra de articulo præscriptionis longi tēporis,quæ excludit articulum de titulo.Sed hæc decisio nō placet Ioanni And. ex quo qualitas publicitatis non fuit deducta in primo articulo.facit quod in simili traditur de eo,qui posuit se fuisse electum,an postea admittatur φ canonicè fuit electus? nam admittitur in c.veniens.j.eo.licet ad illud.c.possit responderi, φ ibi in secundo iudicio ad aliud agebatur.Itē prima probatio fuit ibi facta in iudicio summario: & de ipsius intellectu clarius ibi dicetur.

¶ Ponit etiam Io.And.aliud exemplum de eo, qui articulatus est rem valere.xx.& vltra.nam postea admittitur ad probandum deceptionem vltra dimidiam iusti pretij.de quo in c.cùm causam.el ij. j.eod.

¶ Item ponit exemplum de eo,qui articulatus est & probauit simpliciter iniuriam illatam:deinde publicatis attestationibus. deinde ad concludendum iurisdictionem conseruatoris , facit articulum φ illa iniuria est notoria:vt no.in c.j.de offi.dele. lib. vj.Et subdit tandem singulariter Ioannes An.φ malè facit iudex,quandocunφ recipit articulos,vel probationem exceptionis,qui non releuant probantem:vt in terminis prædictarum questionum.facit etiam c.pia.de exceptio.lib.vj.patet φ iudex non debet admittere exceptionem in genere:nisi quælibet species inclusa in genere concludat ad intentionē excipientis : ne excipiens vagetur cum aliena iactura:vt etiam notatur in ca.vr qui duas.de electionibus.lib.vj.& in l.ait Prætor.ff.de iniurijs. faciunt etiam notata in l.Titiæ textores.ff.de legatis primo. & idem in prædicta questione Boatini tenet domi.Anto.hic: qa articulus debet intelligi ruditer,vt proponitur. vnde si proponitur excommunicatio,non debet intelligi de excommunicatione publica:licet ad conclusionem necessariam agentis vel excipientis,exigatur qualitas publicitatis ratione subiectę materiæ ad inualidandam collationem:& hoc probatur in cap. in præsentia.s.de probatio.vbi ille articulus,φ ille erat minor annis,intelligitur ruditer & simpliciter: & sic non intelligitur φ esset minor xiiij.licet subiecta materia ad probandam professionem inualidam hoc exigeret.

¶ Et ex prædictis ego infero, vt habeas declarationem prędictorum.& ne erres per breuissimas terminorum mutationes, φ longa est differentia,articulum facere de præscriptione longi temporis,qui non admittit post se publicatis attestationib⁹ articulum de titulo & possessione:& facere articulum de excōmunicatione,qui admittit post se articulum de publicatione: nam primo casu,præscriptio longi temporis eo ipso quòd ponitur in esse,pariformiter & de necessitate ponitur titulus & possessio longi temporis:sine quibus nō consistit præscriptio longi temporis.& ideò articulus de titulo vel possessione, qui postea fieret de necessitate,includebatur in priori:sed in excōmunicatione non sic est:quia ad ipsius positionem non includitur de necessitate,quòd sit publica vel occulta.Item φ sit maior vel minor.& ideò talis admittit̄,si postea facit articulum de publicitate vel maioritate.Et ideò ex p̄dictis ego infero : quia si in hac materia collationis,articulus esset ita celebratus, valet. Itē ponit φ dicta collatio nō tenuit:qa facta ab excōicato : talis articulus videt̄ de necessitate includere de publicitate & maioritate.

ioritate, & ideò postea non admitteretur ad articulandum de
publicitate vel maioritate.& isto modo, sententia quam refert
Boatinus, de qua supra dixi, potest saluari.& circa hanc mate
riam vide etiam gl.fi.in Cle.fi.de appel.ex qua potes colligere
alia exempla similia ad hanc nostram materiam. ¶Sed circa p̄-
dicta quæro,quid si testes fuerunt solũ producti super articu-
lis productis,& ipsi deponunt non solùm super ipsis articu-
lis:sed etiam super his quę possunt pendere ex articulis produ
ctis quæ tamen non sunt inclusa in ipsis articulis productis
de necessitate iuris & facti. Exemplum, articulus dicit de
venditione,vel simili contractu: & testes deponunt de condi-
tione adiecta ad ipsum contractum.vtrum publicatis attesta-
tionibus possint produci alij testes ad probandum illam con-
ditionem adiectam contractui,super qua testes deposuerunt:&
eam fortè non probauerunt? & videtur ꝙ non:propter pericu
lum subornationis per text.in d.§.quia verò.in Cle.ij. eo.titu.
Inn.& Ho.hic tenent contrariũ:quia licet aliqui testes aliquid
dixerint de conditione adiecta:non tamen fuerunt ad hoc indu
cti:nec potest imputari parti,quæ illos produxit: quare nõ pro
duxerit alios testes,qui probarent adiectam probationem. Nã
cùm pars non produxerit eos ad hoc,nec potuerit diuinare: se
quitur ꝙ non debent sibi super hoc præiudicare. & hanc opi-
nionem sequitur hic Io.And.& sequitur Ang.in l.super hanc.
C.de tē. ap.col.fi.& mihi placet.¶Ex quo infero idem de si-
milibus quæstionibus:puta si articulus est factus de sola posi-
tione:& testes deposuerunt etiam super titulo. Nam hoc non
obstante,poterit postea articulum facere de titulo.& idem in
similibus.¶Prædicta tamē limitat do.Ant.nisi testes iurassent
dicere veritatem extra articulum:quia tunc non admitteretur.
Sed nõ dicit verũ,vt statim subijciã.Est tamē singulariter & di
ligenter aduertendum circa prædicta,ꝙ in casibus in quibus di
xi supra,ꝙ articuli noui dependentes à primis, non tamen in-
clusi in primis,per necessitatem probationis iuris & facti prio
rum articulorum,qui tamen faciant ad causam, & sic non sint
impertinentes:ꝙ tales etiam publicatis attestationibus sunt ad-
mittendi.est enim hoc limitandum & restringendum, quando
testes simpliciter fuerunt producti ad probandam intẽtionem
contentam in articulis productis,secus si testes fuissent produ
cti super articulis & tota causa.hoc enim casu, secundũ Innoc.
& Host.de cæterò recipi non debent super aliquo capitulo in
petitione comprehenso:quia cùm à principio fuerint produ-
cti,etiam super tota causa:ergo etiam fuerunt producti, super
istis nouis articulis,si faciunt ad causam, & hoc etiam sequitur
hic Io.And.& etiam sequũtur do.Anto.do.me.& Io.de Imo.
& Bar.in d.l.per hanc & dominus meus in c.cùm venissent. in
fi.j.e.& adde quæ ibi dixi in fine primi principalis mẽbri, quin
ti principalis articuli.& hoc etiam mihi placet:quia aut iste ar-
ticulus,qui de nouo producitur,cõtinebatur in petitione:quia
venit ad adiuuandam causam,& contenta in petitione:& non
potest dici nouus,postquàm testes fuerunt producti super to-
ta causa,& super tota causa iurauerunt dicere veritatem.aut iste
articulus non venit ad adiuuandam causam & contenta in peti
tione:& tanq̃ impertinens non est admittendus,secũdũ supra
dicta.¶Et aduerte:quia plus voluit hic dominus An. videlicet
ꝙ si pars formauit aliquos articulos,& testes produxit ꝙ si te-
stes iurauerunt dicere veritatem.non solùm super articulis p̄
ductis: sed etiam super tota causa ꝙ tunc si testes deponãt ex-
tra articulum,valet eorum testimonium:& ideò .secundùm eũ
didicitis testificatis non poterunt postea produci super nouis
articulis non inclusis in antiquis articulis sed inclusis in petitio-
ne,& causa interpretata.qđ dicit hic Io.de Imo.esse verum: qa
si isti articuli, qui nunc producuntur, non comprehenduntur
sub primis de necessitate probationis iuris & facti, nõ est im-
putandum parti,si non diuinauit illud qđ testes dixerunt extra
articulos productos per eam.ex quo de necessitate non inclu-
debatur in articulis.facit qđ notat Barto.in authē. at qui semel.
C.de proba.& placet mihi hæc reprobatio pro qua faciũt quę
statim dixi in præcedenti q.post Inno.& Io.And.intelligendo
ꝙ pars simpliciter,& solùm produxit testes ad probandum ar
ticulos:secus si produxisset non solùm ad probandũ articulos
sed etiã super tota cã,prout statim dixi.& ita posset procede-
re opi.do.Ant.¶Vnde cõcludo circa p̄dicta ꝙ siue testes sim
pliciter fuerint producti super tota causa absq; aliqua specialiũ
articulorũ expressiõe, & positione: siue aliqui articuli fuerint
specificè producti:& petitum per partē ꝙ testes producti exa-
minarētur,non solùm super articulis,sed etiã super tota causa:
his enim duobus casibus pari ratione procedit hæc conclusio,
qđ super nouis articulis nõ poterũt testes p̄duci,publicatis at-
testationibus.& idē tenet Ang.in d.l.per hãc.C.de tēp.ap. ver.
adde vnum mirabile.¶Nec ob.secũdùm eũ,si dicis ꝙ consue-
tudo mundi seruat contrarium in causa appellationis.eo quòd
d.l.per hanc.voluit nõ probatũ probari:quia dictũ Inn.Host.
& sequaciũ,debet intelligi sanè prout loquitur in causa appel
lationis,non possunt testes de nouo produci: etiã super nouis
articulis,q̃n iurauerat dicere veritatē super tota causa.Et idem
in causa principali ꝙ publicato p̄cessu in causa principali , nõ
possunt in causa principali produci etiã super nouis articulis,
q̃n sic iurauerunt.Non aũt intelligas,nec sensit Inno. ꝙ si te-
stes in prima instãtia iurauerũt dicere veritatem super toto, ꝙ
in causa appellationis nõ possent iidē repeti,& alij induci sup
nouis capitulis in causa appellationis:qa si ita sensisset, malè di
xisset:& contra dictã consuetudinē.& d.l.per hanc.secundùm
Ange.Quæ limitatio videtur mihi satis dubia:quia eadē ratio,
quæ prohibet testes de nouo produci publicatis attestationib9
in causa principali,limitat etiã in causa appellationis , per ea q̃
s.dixi. ¶Sed vltra prædictam limitationē, & prædictam con
clusionem,ego arbitror dupliciter limitandum.Primò si modò
iudex qui examinauit diligenter,& interrogauit specificè, non
solùm super articulis specificè productis:sed etiã super tota cã
secus si solùm interrogasset & examinasset super articulis spe-
cificè productis:ita ꝙ appareret ex actis,ꝙ super reliquis con
tentis in petitione & tota causa,nõ fuissent examinati:qa tunc
tales testes non videnť rite recepti,prout sunt producti: & sic
essemus in materia primæ conclusionis traditæ supra in quar-
to articulo principali.

¶Secundò singulariter limito ꝙ prędicta conclusio procedit
respectu inclusorũ in libello,& principali intentione:secus re-
spectu non inclusorũ.facientia tñ ad causam nõ principaliter,
sed emergenter,seu incidenter: vt puta , respectu replicationis
ad exceptionē.Exemplũ,petebã decimas : produxi testes sup
tota causa,vel super articulis specificatis & tota causa:publica-
tis attestationibus,produxisti priuilegiũ exemptionis ad ener
uandum intentionem meã.contra quod priuilegiũ replico , ꝙ
est prescriptum : & volo facere articulũ super prescriptione:
certè talis articulus admittetur:& testes recipientur super ipso:
tñ quia isti articuli nõ includebanť in petitione respectu prin-
cipalis intentionis & causæ:& ideò testes super ipsis non intel
liguntur esse recepti:licet fuerint producti super articulis &
tota causa.neq; etiam tales articuli sunt impertinentes: quia ha
bita consideratione exceptionis oppositæ ad probatã intẽtio
nem petitionis,veniunt per viã replicationis ad subleuandam
principalē intentionē ab opposita exceptiõe:ideò sunt admit-
tendi.maximè:quia quę de nouo emergunt,nouo indigent au-
xilio.in c.insinuãte.s.de offi.delega.in l.de ætate.§.ex causa .ff.
de interrog.actio.faciunt etiã ad hoc quędã dicta.j.in sequenti
bus duobus articu.¶Et ex prędictis infertur,ꝙ producere te-
stes super articulis & tota causa,respectu producentis,continēt
& fauorem & odiũ.Fauorem continent , inquantũ deponen-
tes extra articulos pro producente ad adiuuandã intentionem
ipsius producentis,probant illud etiam quod deponunt extra
articulũ,vbi si solũ producti essent super articulis,deponentes
extra articulũ non probarent.Odium aũt continent:quia pars
non poterit amplius testes producere super nouis articulis in-
clusis in petitione:licet non sint inclusi in articulis specificatis.
¶Et prædicta notabis:quia nouissima sunt:& ab alijs non ta-
cta:& quotidie in practica sunt.¶Et ex prædictis habes expe
ditum hunc septimum principalem,subtilem,& difficilem arti
culum.In quo etiam illud aduertendũ est,ꝙ in casibus in quib9
dixi super articulis antiquis,vel inclusis in antiquis de necessita
te probationis iuris & facti,testes non fore admittendos pu-
blicatis attestationib9,ꝙ ad hoc possint adaptari quasi oēs fal-
lentiæ,de quibus dicã j.in vndecimo principali articulo.

22 ¶†Circa octauum principalē articulũ,in quo examinandum
est,an publicatis attestatiõibus,vel didicitis testificatis possint
produci testes super articulis directò contrarijs: vel contradi-
ctorijs.de quibus exempla posui supra in secundo principali
articulo,& in quarta specie.& adde etiam exemplũ qđ statim
subdam in sequenti nono articulo principali. Et in hoc articu-
lo dicendũ est,ꝙ super talibus articulis non possunt testes pro
duci:neq; in causa principali: neq; in causa appellationis.& ista
est cõmunis opinio Doctorũ hic & vbiq;.& iste est tex.aptus
pro ea in d.Cle.ij.eo.tit.licet gloss.in dicta auť.at qui semel, C.
de proba.& in corpore vnde sumitur,tenuerit cõtrariũ,& ma-
lè.Et ratio quare non admittanť,est: quoniã didicere testificata
aduersarij est impedimentum,ne testes producantur super eis-
dem articulis: vt s.probatũ fuit in quarto & septimo principa
libus articulis:sed ad reprobationem priorũ testium per articu
los directè contrarios,de necessitate proponitur scientia testifi
catorum.igitur &c.Idem etiam tenent Bart.& Bal.in dicta au-
then.at qui semel.& in d.l.per hanc.

23 ¶†Hęc tamen communis conclusio limitatur per glo.in dicta Cle.ij.nisi opponatur falsitas cũ corruptione.vel ꝙ dolosè cor rupti falsa dixerunt.in c.licet.§.de probatio.facit. l. nec exemplum.C.de falsis.& quod not.in l.diuus.ff.de re iudi. Licet em̃ non possim probare ꝙ dixerint falsum,nisi directè probẽ con trarium eorũ,quæ deposuerunt.vnde est præsumptio suborna tionis,tñ cùm adiungo illam qualitatem corruptionis vel doli,tollitur pręsumptio subornationis.Guli.verò in d.Clemẽ. ij. assignat etiam aliam rationem:videlicet,quia ante publicationem non potuit pars diuinare,ꝙ corrupti falsum dixerint. vñ cùm nunc apparuerit illa exceptio corruptionis,iustum videt̃ esse vt possit pars illam obijcere:quia quæ de nouo emergunt &c.vt dixi in fine præcedentis articuli.

24 ¶†Vel tertiò potest assignari ratio secundùm Nico.de matta. vt refert Barto.in dicta auť.at qui semel. ꝙ sicut sententia lata per corruptionem est ipso iure nulla.l.venales.C.qñ ꝓuo. nõ est neces.ita & dictum testis per corruptionẽ falsum deponentis.l.prima.post princ.ff.de falsis.nec potest hoc consensu partium remitti:cùm sit inductũ propter publicam vtilitatem. de qua materia dic vt plenissimè dixi in d.cap.secundo. de falsis. Quare cùm non obstet sententia, multò minus debet obstare publicatio: cũ terminus sententiæ sit potentior in repellendo partem.An autem possit opponi falsitas sine corruptiõe,dicta glo.in dicta Cle.j.eod.titu.sentit ꝙ non.Tu dic vt latius tradit̃ in c.licet.§.de probati.& per do.Anto.in c.venerabilis.j. de ex cep.& vide quod latè dixi in d.c.ij.j.de falsis.

¶Secundò limitatur prædicta cõmunis conclusio, si pars vellet probare directè contrarium. vel per directam contrariam probationem reprobare testes probatorios partis aduersę.secus quando vellet reprobare testes reprobatorios partis aduersæ,& confirmare suos testes:quia tunc licitum est producere testes super articulis directò contrarijs,secundùm communem opi.Exemplum, probaui per testes meos rem taliter se habere:sed testes mei reprobantur per alios testes productos per partem aduersam, ex eo quia probant rem per contrarium se habere.nam publicatis attestatiõibus super istis reprobatorijs, potero producere alios testes reprobatorios ipsorum,qui con firmabunt intentionem meam probatam:& rem taliter se habere,vt dixi.Et ratio potest assignari,quia non potest parti ali quid imputari,si confisus de prima probatione non produxit testes ante publicationem secundorum,etiam reprobatoriorũ: quia debuit verisimiliter credere suos testes verum dixisse:donec contrariũ appareat.& ideò ex quo contrarium appareť ex publicatione illorum testium,potest alios producere ad confirmationem priorum, & reprobationem reprobatoriorũ.& hoc sentit glo.in d.c.ex tenore.j.eo.& traditur in c.series. & in c.cùm clamor.j.eod.& est bonus text.in c.cùm in tua.secundũ vnum intellectum.j.eo.Et ad prædicta vide quæ dixi s.§.præ terea.q.iiij.

¶Et per prædicta iura videtur probari,ꝙ hoc procedat,etiam si vltima reprobatio veniat ad confirmationem primæ probationis summariè & semiplene receptè.& idem si veniat ad con firmationem & declarationem instrumenti,vt in c.cũ Ioan.j. de fide instru.

25 ¶†Tertiò limitatur quando vellem probare directè contrariũ post publicatas attestationes:ex eo ꝙ ante publicationem nihil fuit quòd potuerit mihi imputari:quare non fecerim examinari testes.Exemplum in c.series.j.eo. secundùm octauam lecturam,quam ibi posui.videlicet,qñ ille qui instabat contra matrimonium,fecit articulum generalem, ꝙ erant consanguinei in gradu prohibito:& testes postea in depositionibus expresserunt,ꝙ erant fratres:& sic in primo gradu.vnde publica tis attestationibus volens probare directè contrariũ,debet admitti,secundũ ea quæ ibi dixi.ad quod faciunt ea quæ dicã in sequenti articulo. Et hæc procedunt,siue articulus sit directè contrarius in toto,siue in parte:quia eadem subest ratio:vt puta,si feci articulum me esse dominum in totum:vel in totũ pos sidere:& tu facis postea articulum ꝙ sis dñs pro parte, vel pro parte possides eodem genere possidendi, secundũ quod dixi supra in secundo principali articulo,in fine.Et ex his habes ex peditum octauum principalem articulum.

¶Sed quæro circa prædicta, de quæstiõe quã disputauit Nico. de matta.& refert Io.An.in addi.Spec.eo.tit.§.primo. versicu. item queri debet.¶Pone,actor produxit instrumentum confectum secundùm scripturam:nunc sunt anni.xx.contra illud reus probauit per testes iam publicatos notarium mortuum, iam sunt xxij.Actor autem format duo capitula:scilicet, ꝙ notarius viuebat iam sunt anni xxj.& ꝙ testes rei erant minores vigintiduobus annis.reus verò format capitula,quòd notarius erat mortuus iam sunt.xxiiij.anni.& quòd testes sui erãt maiores xxxiiij.annis.quęrebatur,an dictę probationes, vel ipsarũ aliquæ essent admittendæ.Dubium facit illa publicatio attestationum.de qua quęstione Nico.soluit distinguendo in capitulo de morte & vita:quia si capitulũ rei fuit super eo formatũ, & de illo testes deposuerunt post publicatas attestationes sup directò contrarijs:non licebit testes producere, vt dictum est. Si verò capitulum non erat de hoc:sed illa verba testium rei fuerunt ad aliud expressa:forsan in redditione causæ scientiæ poterit actor testes producere cõtra illos:quia nec nouit occulta: nec potuit diuinare.per capitulũ,ex tenore. & quod ibi tradit Io.And.in c.series.eo.titu.& quod supra dixi.

¶Sed dicit Io.And.in d.additio.aduerte:quia licet hoc dictũ fatear in se verum,non videtur ꝙ huic casui adaptetur secũdũ membrum distinctionis.Nam reus reprobare volens instrumẽ tum hoc casu,vt falsum:necesse habuit dicere ꝙ mortuus erat tempore quo dicebatur instrumentum confectum. Nec recepta fuisset probatio ipsius dicentis simpliciter eum mortuum: quia impertinens:& non releuabat.procederet autem,si simpliciter dixisset instrumentum falsum sine specificatiõe, & fuisset admissus ad probandũ:& testes pro causa scientiæ expressissent mortẽ notarij procedere.& sic putat intellexisse Nico.

¶Nunc plus ad propositum de ætate testium,tenuit actorem admittendum ad probandum illum articulum, cùm illud non sit deponere super articulis principaliter.sed est reprobare per sonas testium:vt non idoneas,vel dicta ex personis in quibus impossibile erat cadere scientiam rei,de qua testantur:quod im pedimentum etiam per consensum partium tolli non potuit: cùm deficiat substantia testimonij.scilicet,scientia. non quidẽ simpliciter,sed per impossibile.per quod apparet ipsius nullitas.sicut cũ in priuato deficit iurisdictio: & in pupillo. C. de iurisdi.om.iudi.l.priuatorũ.ff.de iudi.l.cũ prætor. propter quẽ defectum actus publicatus nullus est.quę nullitas opponitur omni tempore.C.si à non competen.iudi.l.j.in fi.sic & in testi monio cuius subiectũ est scientia:vt c.cùm causam. & hoc est verum,secundùm Io.An.in d.addit.

26 ¶†Nonò principali articulo in quo tractandum est, an super articulis indirectè contrarijs,seu indirectè contradictorijs, publicatis attestationibus, seu didicitis testificatis possint testes produci:ducendũ est ꝙ sic regulariter.& hoc voluit gl. in ver. indirectè.in princi.in dicta Clemen.secunda.Et facit iste text. à contrario sensu.¶Nam dum dicit,ꝙ super directè contrarijs non possunt produci,à contrario sentit ꝙ secus est super contrarijs indirectè.Et exempla potes figurare secundũ quod dixi supra in secundo principali articulo,in sexta specie. verbigratia.Si dixi ꝙ contraxi matrimonium Senis cum B. & testes ꝙ deposuerunt super hoc articulo,& ipsum probauerunt,interrogati de tempore dixerunt,ꝙ tali tempore cum ea contraxi. tu verò publicatis attestationibus,& visa expressione diei,vis articulari ꝙ ea die ego fui Parisijs.nam hoc casu,licitum est:ga no. in c.ex tenore.j.eo.quando ante publicationem pars aduersa non potuit instrui super probatione indirectè contraria: quia articulus fuit generalis sine tẽpore,vel sine loco:sed testes specialiter dixerunt de tempore & loco:meritò debet quis admitti ad probandum contrarium indirectè.per no.in dicto ca. ex tenore.& in l.optimã.C.de cõtrahen.& commit.stipu.

¶Aduerte tamen:quia Vin.in d.c.ex tenore. videtur sentire, quòd publicatis attestationibus,sicut excluditur directa probatio contraria,ita excludatur indirecta:cùm idem sit timor subornationis,per gloss.no.iiij.q.iij.Item si quis testibus.sed non placet.si non attuit aliquid quod possit parti aduersæ imputari:vt puta, qa in primis articulis fuissent specificati tempus et locus.quo casu non admitteretur quis ad indirectam probationem modo pręallegato.& ratio est in promptu: quia pars aduersa videns in primis articulis expressum tempus & locum, potuit sibi immediatè prouidere ante publicationem: faciendo articulos,qualiter ego illa die fui Parisijs: quæ ratio cessat, quando tempus non esset expressum in primis articulis: vel etiam locus.nam hoc casu,non est quid possit ab ipso principio parti imputari aduersæ,si non diuinauit de loco & tempore:& ideo si publicatis attestatiõibus apparet testes deposuisse de loco & tempore,debet pars aduersa admitti ad probandum indirectè contrarium.Et vide ad prædicta Io.And.in addi.Spec.titulo de teste.§.sæpe testes.versicu.porrò. qui dicit ꝙ Vin.dictam opi.multum pertinaciter conatus est defendere. & ibi particulariter respondet Ioan.Andr.ad omnia fundamẽta ipsius.Opinio tamẽ Vin.valet ad ea quę dixi in c.in nostra. j.eod.in primo articulo,in quarto membro principali.ver. itẽ aduerte.

¶Aduerte tamen,quia qđ statim dixi, ꝙ quando à principio fuerunt expressi tempus & locus ꝙ publicatis attestationibus pars

pars aduersa regulariter non admittitur ad probandum indirecte contrarium. Nam hoc limitatur, secũdùm Hosti. nisi pars aduersa fuisset protestata ꝙ intendebat probare contrarium: quasi sentiat ꝙ tũc admitteretur publicatis attestationibus: q̃a excluditur pręsumptio & subornatio: quę limitatio nõ placet Io. An. nec domino meo in d. c. ex tenore. nec mihi nisi forte talis protestatio fuisset conuentionalis: & sic vestita consensu vtriusq; partis. nam cùm hoc pendeat à iuris potestate, vel ab vtriusq; partis voluntate, non sufficit alterius partis voluntas. Item facit quia si valeret hæc protestatio, de facili deluderetur. d. Cle. ij. in eo q̃d sentit ꝙ publicatis attestationibus super articulis directe contrarijs, non admittitur quis ad probandum. Nam pars protestaretur semper ante publicatas attestationes de probando contrarium. & hoc sentit Bal. ibi Et ad declarationem prędictorum adde ꝙ singulariter tradit Bal. in d. l. per hanc. vbi dicit ꝙ quando testes contradicentes probant cõtrarium per visum, seu aspectũ eiusdẽ facti: isti sunt directe contrarij. sed q̃n testes vnius partis non potuerunt videre illud q̃d testes alterius partis asserunt se vidisse: talis probatio contraria est indirecta. Exẽplum: si ego depono ꝙ hodie vidi te Senis, per rerum naturam sequitur ꝙ non es Parisijs. oculus tamen meus non videt te non esse parisijs: quia ego non sum parisijs. & ideò si alij testes dicunt ꝙ ea die fuisti parisijs: talis probatio est indirecte contraria: quia procedit argumentando per rationem intellectus. Sed si locus esset angustus, vel paruus vt vehiculum, vel alia platea, certe si dicerem ꝙ Titius fuit captus in illa parte plateę quæ est ante palatium dominorum, in qua non potest quis personaliter capi. Si tu velles probare dicendo ꝙ in alia parte plateæ Titius fuit captus: ista probatio est directe contraria: quia per visum eiusdem obiecti, isti testes sibi inuicem deponunt contrarium, & vide ad prædicta q̃d notabiliter ponit Cy. post Dy. in l. ij. C. de erro. aduo. Et add ad p̃dicta exẽpla q̃ colligunt̃ ex gl. super ver. fecisse. & ex his quę ibi dixi in Cle. j. de proba. ¶ Itẽ aduerte ꝙ si producuntur testes ad reprobationem priorũ testium contra personas, ꝙ hoc potest fieri, adhibita distinctione posita in auт. si dicatur. C. eo. Est enim nouus articulus, quando producũtur testes ad reprobationem priorum circa personas, simul & dicta. verbigratia, testes testificantur ꝙ Sempronius possedit fundum per xxx. annos. ego ad reprobationem volo probare ꝙ testes non sunt ætatis xxx. annorum, prout volebãt arguere Iudei, dum dixerunt: Nondum quĩquaginta annos habes, & Abraã vidisti. vt in euangelio penultimę Dominicæ quadragesimæ. nam & per hunc modum testium personæ reddũtur inhabiles, cùm non potuerunt videre & scire q̃d factũ fuerit in xxx. annos, & per consequens etiam eorum dictum redditur falsum. & hoc casu possunt testes de nouo produci, secundùm Nico. Matta. & hoc etiam sequitur Bart. in d. auт. at qui semel. C. de proba.

¶ Item aduerte ꝙ quando producuntur testes ad reprobandũ attestationes priores, publicatis attestationibus: requiritur ꝙ reprobatorij excedant numero, dignitate, vel alia simili qualitate. ad q̃d vide q̃d dixi j. eo. titu. §. xxxij. in primo articulo, in quarto membro principali, versi. item aduerte. Et ex his habes expeditum nonum principalem articulum.

¶ Decimo principali articulo, in quo venit tractandum, vtrum publicatis attestationibus, vel dicicitis testificatis in vna instantia, licitũ sit testes producere in alia instantia prosequar quinq; principalia membra.

¶ Primum erit, quid iuris sit variata instantia de causa principali, ad causam appellationis.

¶ Secundũ, quid iuris si varietur de causa principali, ad causam nullitatis.

¶ Tertium, quid si varietur de causa principali, ad causam restitutionis in integrum.

¶ Quartum, quid si varietur de vna instantia & causa, ad aliam instantiam & causam, ita ꝙ vtraq; sit principaliter intentata, q̃d potest contingere multis modis, vt ibi videbimus.

¶ Quintum, quid si varietur de instantia iudicis ad arbitrum, vel econtra.

27 ¶ †Circa primum, vtrum variata instantia de causa principali ad causam appellationis, possint testes produci sup eisdem articulis, vel directe contrarijs: non obstãte publicatione vel sciẽtia testificatorum: videtur primò dicendum ꝙ sic per text. in l. eos. §. ij. & lege, in offerendis C. de appella. & per tex. in lege per hanc. C. de tempo. appel. & maxime per regulam traditam in dictis iuribus quę vult ꝙ in causa appellationis non probatum & non exceptum, probari & excipi possit.

¶ In contrarium fortiter obstat tex. in §. quia verò. in auт. eo. ti. qui simpliciter prohibet, ꝙ post publicatas attestationes, aut didicita testificata non possint testes produci. ergo indistincte procedit, tam in causa principali, quàm in causa appellationis. maxime, quia idem viget timor subornationis in appellatiõe, qui viget in principali. & fortius, quare propter prædictorum iurium contrarietatem variæ in hoc articulo reperiuntur opi. quas refert glo. & post glo. Doct. in d. l. per hanc. & d. §. quia verò. & glo. in Cle. ij. eo. tit. & Io. And. hic, & Docto.

¶ Prima fuit opi. Alberici glossatoris antiqui, qui voluit quòd non admitteretur, per prærallegatũ. §. quia verò. & per rationẽ prædictam timoris subornationis vigentis etiã in causa appellationis. Et ad iura s̃. in contrarium allegata pro contraria opi. respondet, ꝙ corriguntur per iura noua.

¶ Secunda fuit opinio aliorum tenentium, ꝙ per testes nõ possint probari: sed per instrumenta. & ad iura contraria respondent, quòd procedunt, q̃n pars in causa principali non probasset per testes, sed per instrumenta.

¶ Tertij dicunt ꝙ tam in causa principali, quàm appellationis super nouis articulis, deponentibus à veteribus possint testes produci. & ita loquitur. l. eos. cum similibus. Sed super articulis omnino veteribus, non possunt produci in causa appellationis.

¶ Quarta fuit opin. Accur. in d. l. per hanc. & §. quia verò. simpliciter voluit per d. l. eos. & per l. per hanc. ꝙ in causa appellationis possent testes produci, non obstante publicatione in cã principali: tam super nouis, quàm super veteribus: sed in causa principali, non sit hoc licitum. & ita loquitur. §. quia verò. qui loquitur in eadem instantia, secundùm glo. sed in causa appellationis variatur instantia, secundùm glo. in l. ita demum. C. de procu. & l. scio. ff. de appel. Et quò ad appellationem, ꝙ possint testes produci. eandem opi. tenuerunt Io. & Azo. quã etiã secundùm Bar. secuti fuerũt vltramon. & communiter legistæ, qui mouentur ex eo, ꝙ duplex est ratio, secundùm eos, quare post aperturam testium non admittãtur testes, videlicet, timor subornationis, & identitas instantiæ: quia in alia instantia possunt recipi. l. fi. ff. eo. sed causa appellationis habet aliam instantiam à principali: vt s̃. dixi, igitur &c.

¶ Quinta fuit opi. Lau. Tanc. Vinc. Phi. Gof. & Inno. hic. quibus etiam videtur consentire Spe. eo. tit. §. satis vtiliter. qui volunt, ꝙ tam in causa principali, quàm in causa appellationis licitum sit testes producere super nouis articulis, vel dependentibus ab antiquis. & ita loquatur. eos. l. cũ si. sed super antiquis hoc non sit licitum: etiam in causa appellationis.

¶ Sexta fuit opi. Hosti. hic, qui voluit, ꝙ in causa appellationis possum ꝓbare nouos articulos: & per nouos & per antiquos testes: sed articulos antiquos non possum probare per eosdẽ testes: sed per nouos. & est ratio, ne ipsi testes antiqui, qui iurauerunt plenam dicere veritatem, de periurio notentur. Subdit tñ Hostien. ꝙ canonistę communiter tenent opi. sed quod secundùm eorum opin. nihil erit speciale in causa appellationis, in qua tamen lex videtur velle quandam specialitatem. d. l. per hanc. & d. l. eos.

¶ Septima fuit opi. glo. nostræ hic, quę tenet per text. nostrum, ꝙ super antiquis articulis, etiam in causa appellationis, si facta est publicatio in principali, non possint produci etiam noui testes. & hodie de iure cano. hæc opin. approbata est per text. in Cle. ij. eo. tit. & per has decretales. dicit Bart. in d. l. per hanc. standum esse in hoc ipsarum declaratiõi & dispositioni. & cõcludit ꝙ in effectu non est differentia post publicatas attestationes inter causam principalem, & causam appellationis. & hanc opin. sequuntur hic etiam moderniores. & dicit hic Ioã. de Imo. ꝙ hæc opi. seruari debet, nedum in foro ecclesiastico: sed etiam in foro Cęsaris. per ea quæ no. in c. licet ex suspecto. s̃. de foro compe. & in c. per venerabilem. j. qui filij sint legi. & in ca. Raynutius. j. de testa. Nam licet regulariter vbi ius ciuile discordat à iure canonico in materia indifferenti, ius ciuile seruari debeat in foro Cæsaris: & canonicum in foro ecclesiastico, vel in terris ecclesiæ: vt in c. ij. de arbit. lib. vj. & no. in ca. j. j. de noui oper. nun. & no. in c. si duobus. j. de ap. tñ illud est verum, quando ius ciuile est certum: & in eo non sunt opiniões. secus quando essent opiniones: & postea facta esset decisio ꝑ ius canonicum. & ad hoc vide alias plures authoritates, quas posui in d. c. j. & notabilem limitationẽ quam dedi post dñm Anto. & do . meum in d. c. licet. in vj. casu. Bald. verò in l. per hanc. C. de tempo. appel. dicit, ꝙ de iure ciuili, veritas est ꝙ in causa appellationis possunt testes produci: etiam super antiq̃s articulis. mouetur per illam l. dum dicit, Pleniorum subueniatur veritatis lumine. nam cùm litera illa loquatur cõparatiue: sequitur quòd ibi est participatio positiui. & ideò siue plene. siue semiplene appareat in prima causa probatum: adhuc plenius vel verius probari potest. Nec obstat ꝙ propter didicita testificata præsumptio sit timoris subornandorum testiũ: quia

ista præsumptio secundùm Bal.non est perpetua & infallibilis.nam fallit in pluribus casibus,de quib⁹ dicam in vndecimo principali articulo:& quia ista præsumptio est imaginaria, & non necessaria:quia vt docet experientia, testes solennes non possunt subornari.vnde cùm noua dispositio d. §. quia verò. fundet se super fictione:& loquatur de eodem iudice, vel simili:non debet extendi ad iudicem appellationis.

28 ¶ †Item,quia causa appellationis est diuersa à prima,nõ diuersitate materiæ:quia eadem est causa,& quęstionis fons: sed diuersitate iudicij,& materiæ nouiter superuenientis, videlicet iniquitatis sententiæ,quæ interdum potest examinari seorsum à principali:vt ff.de pœnis.in l.absentem.& ff.de arbi.in l.non distinguemus.§.cùm quidam.facit.l.penultima.ff. iudic.sol. & ideò testes debent iterum iurare in causa appellationis:licet iurauerint in causa principali: vt no.hic. Præterea. §. quia verò. venit ad correctionem iuris antiqui:sed dispositio.l. per hanc. quò ad causam appellationis non reperitur correcta.ergo &c. & sic concludit Bal.ꝙ hæc est veritas de iure ciuili : sed de iure canonico,dic vt in d.Cle.ij.eod.titu.vnde concludit,ꝙ in foro Cæsaris debet stari primæ opin.& decisioni.l.per hanc. vt in causa appellationis possint testes produci super antiquis capitulis:sed in foro canonico,seruabitur decisio dictæ Cle.ij.

¶ Quidam verò distinguunt,an sit ab interlocutoria appellañ. & sic in instantia appellationis possint testes produci.& concludunt ꝙ non.tam de iure ciuili,quàm canonico.An in instantia appellationis à diffinitiua,& procedat opi.Bald.

¶ Ego verò in hoc articulo arbitror,ꝙ quòad hanc materiam testium producendorum super eisdem articulis,vel directò cõtrarijs:nulla sit fienda differentia inter instãtiam principalem, & instantiam causæ appellationis.vnde concludo,ꝙ in omnibus casibus in quibus dixi.s̃.ꝙ in causa principali publicatis attestationibus,vel didicitis testificatis testes non possunt produci:idem in causa appellationis,siue sit appellatum ab interlocutoria,in qua minor est dubitatio.Et in qua indubitanter cõcludendum est,ꝙ tam de iure ciuili,quàm canonico,non possunt testes produci,per ea quæ dicam in c.cùm venisset.j.eo.in secundo membro principali,quinti principalis articuli.Siue loquamur in appellatione à diffinitiua:in qua in veritate, de iure canonico nulla est hodie dubitatio, per tex.in d.Cle.ij.eo.titu. sed de iure ciuili,est dubitatio propter tam varias authoritates, de quibus s̃.

¶ In ea tñ ambiguitate arbitror ꝙ veritas sit quã s̃.dixi: videlicet,ꝙ in omnibus casibus in quibus quis excluditur à potestate producendorũ testiũ in instantia principali, ꝓpter publicatas attestationes,vel scientiam testificatorũ : excludatur etiã in instantia appellationis.

¶ Moueor:quia text.in §.illud.in autẽ.eo.tit.formaliter dicit,nõ habebit omnino licentiam vllã vlterius vti testiũ ꝓductione: neq; si diuina iussio præceperit.Vnde pondero in primis verbum,omnino.quod idẽ importat,ꝙ aliquo modo:vt no.Io.in c.j.ij. de here.& ibi dixi simile in c.ptractãdo.ij. de iura. cal. & in c.qualiter.s̃.de iudi.Est enim omnino.dictio præcisa:& cum effectu totali intelligenda,secundũ Archi.in c.ij.de pact.lib.vj. & denotat perpetuitatẽ ꝓhibitionis:vt no.gl.in ver. omnino. in d.Cle.j.de vi.& hon.cle.Item pondero verbũ,vlla. quod est vniuersale qñ iungitur orationi negatiuę,prout hic. sicut dicimus de dictione,nullus:vt not.glo.in Cle.in plerisq;. de elect. & in Cle.j.in fi.de reb.eccle.non alie.Itẽ facit dũ text.ille vult, ꝙ etiã nõ debeat quis admitti,si diuina iussio præceperit.

¶ Secundò principaliter moueor:quia ille text.in d.§.illud.loquitur simpliciter & indistinctè,non aũt loquitur. vtrũ coram iudice principalis causæ,vel appellationis.ergo indistinctè intelligendus:vt in l.de pretio.de publi.cum si.

¶ Tertiò moueor,quia eadem ratio ꝓhibitionis quæ habet locum in instantia principali, habet etiam locum in instantia causæ appellationis: vt dicit text.in d.Cle.ij.vnde cũ ratio legis sit anima ipsius legis:vt no.Bald.in l.j.C.de interdi. & ꝓbatur in c.si qñ.s̃.de rescrip.& in c.ex eo.& in c.vbi periculũ.de ele.lib. vj.& in Cle.j.de elec.cũ si.Ideò vbi prædicta ratio vendicat sibi locũ,debet etiam vendicare locum dispositio:vt in l. à Titio.ff.de verb.oblig.& in l.illud.ff.ad l.aquil.& in l.nam & Pedius.ff.de arbi.cum si.

¶ Nec ob.ꝙ iura exorbitantia , prout est.§.quia verò.& §. illud.in autẽ.eo.tit.& secundũ ea quæ dixi s̃.in quarto principali articulo,sint restringẽda.& p consequẽs non extẽdenda ex idẽtitate rõnis,ad qđ authoritates & remissiones quas dedi in c.at si clerici §.j.s̃.de iudi.quia rñdeo, ꝙ illud ꝓcedit qñ ratio esset multum generalis,non expressa:vel plures possent reddi. secus si vna specialis & expressa: vt in casu nostro. quo casu, etiam in exorbitantibus fit extẽsio:imò potius cõprehensio:vt no.glo.in c.si postquàm.de elec.lib.vj.& no.in ca.j. de tẽp. ap. lib.vj.& de rescript.& no.Doct.in c.ij.de mu.peti.& not. in l. his solis.C.de reuo.dona.& est bonus text.in l.milites agrum. ff.de re mili.& vide alias authoritates quas allegaui in c.at si clerici.§.j.s̃.de iu. ¶ Nec ob.l.eos.& l.in offerendis . C.de ap. & l.per hanc.C.de temp.ap.quia põt rñderi,ꝙ illa iura corrigunt per d.§.illud.nec est hoc absurdũ dicere:quia non est dubium quod §.quia verò.& §.illud.corrigant iura antiqua,secundũ ea quæ latius dixi s̃.eo.in quarto principali arti.

¶ Vel põt respondari,ꝙ illa iura loquuntur qñ quis vult ꝓducere testes super nouis articulis respicientibus actionẽ intentatam.& ita loquitur tex.in d.l.per hanc.si rectè ponderetur. ibi dũ dicitn,ouis etiã assertionibus.& text.in d.l.in offerendis.dũ dicit,nouas assertiones.& d.l. eos. dum dicit , quòd in iudicio omissum prosequatur &c.

¶ Nec ob.quod text.in d.l.per hanc.in fin . dum dicit, pleniori subueniatur veritatis lumine.loquatur cõparatiuè:& sic intelligitur participatio positiui.vnde siue plenè,siue semiplenè appareat probatum in prima instantia,adhuc poterit plenius vel verius ꝓbari in instantia appellationis:quia rñdeo ꝙ istud debet intelligi,dummodò aliud non obsistat.vt est in casu nostro. Nec ob.l.fi.C. eo.tit.quia vt dicit Bart.in l.per hanc.fateri põt ꝙ in alia instantia possunt recipi parte nolente.& ita loquitur d.l.fin.non autem ea contradicente. ꝓut loquitur quęstio nr̃a. Nec ob.ꝙ ad alium finem ꝓducuntur in prima instantia:& ad alium in instantia appellationis:ex eo,ꝙ in prima ꝓducuntur vt quis condẽnetur vel absoluatur:sed in appellatione ꝓducũtur,vt sententia confirmetur vel infirmetur.facit ca.veniens. j. eo.Nam respondetur,ꝙ istud confirmare,vel infirmare in appellatione,est æquipollens ad cõdemnare vel absoluere in principali.no.in d.l.eos.C.de ap.& non refert quid ex æquipollentibus fiat.in c.licet ex qua.j.eo.& in c.petitio.s̃.de ꝓcura.

¶ Nec ob.ꝙ appellatio rescindat omnia acta non probatoria vsq; ad lit.conte.vt in l.ita demum.C.de ꝓcura. & sic videtur rescindi conclusio & publicatio,vt dixi in c.cùm venissent.j.e. in quinto principali articulo in secundo membro. Quia rñdeo ꝙ rescindit quò ad effectus non consummatos : quorum ratio & effectus non durat post appellationem.secus quò ad effect⁹ consummatos:quorum ratio durat in appellatione, ꝓut est in casu nostro.videlicet, præsumpta scientia testificatorum,& timor subornationis.facit qđ in simili dicimus de effectu lit.cõtesta.quò ad perpetuendã actionẽ quę durat etiã perempta instantia:vt l.j.C.de prescri.lon.tem.& hoc etiã patet: quia in cã principali,licet nõ sit facta publicatio:tñ si pars percunctata est & didicit testificata,etiã de iure ciuili,non admittitur:vt s̃. dixi in quarto articulo principali.¶ Et sic ex prædictis cõcluditur, ꝙ in his casibus in quibus licitũ fuisset ꝓducere testes, publicatis attestationibus in causa principali,licitum erit etiam in causa appellationis: vt puta,si publicatio nõ sit ritè facta: vel pars non didicit testificata,secundùm ea quæ dixi in quarto principali articulo.

¶ Sed circa prædicta insurgit notabilis dubitatio.quid si in causa principali non fuit facta publicatio.vel si fuit facta , probat quòd pars non fuit percunctata:vel nõ didicit testificata: vtrũ possit in instantia appellationis testes ꝓducere super eisdem articulis,vel directò contrarijs. Pone enim quòd si facta fuit publicatio,fuit facta absente parte : & sic etiam absente parte lata sententia,à qua appellauit:& non est percunctata attestationes,vt dixi,vel non fuit facta publicatio.Hanc quęstionẽ reperio tactam per quendam Doct.cuius nomen ignoro,in qua quęstione,quã dicit de facto cõtigisse,allegat ꝙ non possit testes ꝓducere ex eo,quia ex qualitate sentẽtiæ contra eum latę mentaliter ppendit,quòd testes sui non ꝓbauerunt.vel possumus etiam dicere,si vult contrarios testes ꝓducere, ppendit ꝙ testes aduersarij ꝓbauerunt.Sed in contrariũ idem Doctor allegat iura ꝓbantia,ac requirentia partem legisse & plegisse,& percunctatam esse testificata:quæ omnia concludunt ad actũ naturalem,non mentalem.facit l.j.§.sed si legi.ff.de his quæ in testa.dele.vbi licet ex his quæ præcedunt & sequuntur , media possint intelligi mentaliter.si tamen corporali visu nõ possunt conspici,non dicuntur posse legi.& ad hoc text.in c.inter dilectos.j.de fide instru.facit dictum Innocẽ.in c.P.& G. s̃. de offi.deleg.vbi dicit,quòd ad hoc vt sententia concludatur nulla,exigitur ꝙ vitium sit patens.Sed idem Doct. decidendo tenet contrarium.per tex.in §.qa verò.in authẽ.eo.tit.vbi ex sola disputatione inter partes extrinsecus à visione corporali attestationũ,& sic ex visione intellectuali:& per cõsequẽs ex sola intellectuali scientia,repellitur quis à productione:dũ tñ illa intellectualis sciẽtia sit talis,p quã pars potuerit ipsorũ attestatiões cognouisse:& ex ipsis instrui aut edoceri.ar.l.munerũ.§. iuxta

iuxta.ff.de mune.& hono.Vnde concludit quòd ipsum verè vel præsumptiuè didicisse testificata, est causa propter quam excluditur à facultate testium producẽdorum quæ conclusio licet sit subtilis:tamen mihi non placet.licet enim iudex ita sententiauerit:tamen ipsius animus non semper ad vnam probationis speciem inclinatur.in c.causam.j.de re iudi.& in c.in nostra.j.eo.& in l.ob carmẽ.§.fi.ff.eo.& ex varijs causis potest in formare motum animi sui,vt dictis iuribus. ¶Quare dicerem, ꝙ prædicta opinio procedit,vel quãdo probaretur expresse ꝙ pars didicerit attestationes:vel quando esset facta publicatio. & ipse qui vult producere,non probaret se ignorasse testificata.sed si non esset facta publicatio,& aliter non probaretur didicisse testificata:licet iudex sententiando contra actorem sup principali,vel contra reum videatur sentẽtiasse: vel quia actor non probauit,& reus nihil probauit: seu non plenè probauit exceptionem suam: tamen qa, vt s̃. dixi, iudex ex multis alijs potest motum animi sui informare, & varijs modis ad credulitatem induci. ¶Item:quia potest esse ꝙ ipse iniustè sententiauit:vel per dolum,vel per ignorantiam:ideò non placet prædicta opi. Sed posset procedere prædicta opi.solũ quãdo actor ad probandam intentionem suã, nõ produxisset nisi testes. nã tunc propter sentẽtiam latam contra reum super principali negotio præsumptio est ꝙ testes non probant. & eodem modo videtur concludẽdũ in reo. ¶Sed quamuis in hoc casu non videatur esse tanta dubitatio postquàm nõ sunt producti nisi testes:tamẽ aliæ rationes concludunt ꝙ etiã hoc casu,prædicti doctoris decisio non procedat.& secundũ ꝙ intellexi hanc opi. non seruat curia:in qua secundùm qđ accepi, seruatur stylus ꝙ testes in causa principali non publicantur: qua publicatione non facta,indifferenter admittuntur testes in instantia appellationis.Et hæc opi.plus mihi placet. pro qua faciunt ea quę dixi s̃.in quarto principali articulo.vbi dixi ꝙ olim iure digestorum & C.nouæ productioni non obstabat: etiam in causa principali,publicatio aut scientia testificatorum cùm iure nouissimo aut.inductũ fuerit ꝙ nouæ productioni super eisdem articulis &c.obstet vera scientia testificatorum, vel publicatio. vt etiam traditur in Cle.testibus.eo.ti.meritò propter talem p̃sumptionem quę insurgit ex sententia iudicis,nõ debemus iura antiqua corrigere: maximè quia licet ante appellationem: vel postquàm sententia transiuit in rem iudicatam, præsumatur ꝓ sententia iudicis.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio.tamen secus est post appellationem interpositam, quæ rescindit vel suspẽdit illam præsumptionem, vt s̃.dixi & sic ex prædictis habes expeditum primum membrum decimi princi. articuli.

29 ¶†Circa secundum membrum quo quæritur, vtrũ variata instãtia de principali causa ad nullitatem, possint produci testes super antiquis articulis,vel directò cõtrarijs.dicit præfatus Doctor ꝙ ad hoc declarandum oportet præmittere ꝙ nullitas potest sumi dupliciter.Vno modo,propter defectum ordinis iudiciarij non concernentem merita causę. secundo modo,ex defectu concernente merita causæ. Primo casu, potest figurari exemplum si causa esset ordinaria,& omissa sit libelli oblatio, litis contestatio,& aliæ similes solennitates:& super istis produci possunt testes:qa iste esset nouus articulus.& idẽ si vellem ꝓbare illum qui protulit sententiam nõ fuisse iudicem:nisi in alia principali causa super huiusmodi articulis essent producti & publicati testes.Secundo casu,quando loquimur circa merita causæ aduertẽdum: quia cùm hoc multipliciter possit contingere,dicẽdum est,secundùm eum ꝙ si iudex ex deductis in causa principali sequutus est euidentẽ errorem:non procedit hoc casu dubium nostrum:quia ad hanc nullitatem concludendam debet error apparere ex tenore & inspectione ipsius sententiæ:nõ autem ex alia extrinseca probatione.Sed si nullitas surgeret ex meritis causæ,quia iudex est sequutus dicta falsorum & corruptorum testium,vel tantùm falsorum, vbi sententia est lata contra absentem:& tunc super articulis directo contrarijs ad antiquos admittuntur testes. quia non obstat sententia vel publicatio per tex.in c.licet causam.s̃.de proba.de quo articulo an scilicet tunc sñia reddat̃ nulla,vel sit necessaria restitutio,dic vt latè dixi in c.ij.j.de falsis. & hoc dictum est clarum in se qa hoc casu nõ obstaret publicatio vel scientia testificatorũ:etiam in ipsa causa principali.vt dicam in xj.arti.principali fals̃.Si verò opponeretur de nullitate sententiæ ex eo quia sñia est talis naturę ꝙ nõ trãsit in rem iudicatã.Et hoc casu dicit aduertẽdũ qa si fit prosecutio per viã nullitatis,secundũ practicã quã dat gl.in c.ex parte M.de resti.spo.licet aliæ plures sint etiã practicæ,vt ibi dicit̃.& hoc casu nõ obstat publicatio:qa nõ obstat et sñia per c.series.& c.in tua.& c.ex tenore.j.eo.& c.iurauit. s̃. de proba.iuncto.c.constitutis.el ij.j.eod.quorũ iurium latius pro sequit̃ materiã.& multa circa p̃dicta dicit confusè,quæ nõ pertinent ad materiam.quare dic de dicta materia vt dixi in d.c. series.j.eod. ¶Quare omissis his quæ dicit idem Doctor, arbitror aduertẽdũ ꝙ questio nostra principaliter põt considerari duobus modis.Vno modo,qñ variatur instantia de causa nullitatis ad causam validam:& sic præsupponitur ꝙ primum iudiciũ,in quo attestationes fuerunt receptę,fuit nullũ . vnde omisso tali iudicio,pars de nouo agit.Alio modo potest considerari,qñ finito vno iudicio principaliter intentato,pars forte, contra quam lata est sententia,prosequitur viam nullitatis,dũtaxat dicendo processum vel sententiam nullam.

¶Primo casu,dñi de Rota in antiquis decisionibus Bertrandi decisione sexagesima cõcludũt,ꝙ licet testes in primo iudicio fuerint publicati:tñ possunt in hoc iudicio iteratò ꝓduci sup eisdẽ articulis,vel directò cõtrarijs:quia cũ primũ iudiciũ dicatur fuisse nullũ:sequit̃ ꝙ nõ præstat impedimentũ:vt in regula, non præstat.de reg.iu.lib.vj.& in l.ea quidẽ.C.si mãcip.ita fue. alie. ¶Nec obstãt iura dicentia ꝙ publicatis attestationib⁹ sup eisdẽ articulis,vel directò contrarijs,nõ possunt testes produci propter timorem subornationis:vt d.§.quia verò.& in Cle.ij. eod.tit.cum simi.quia procedunt qñ actus esset validus: secus autem qñ processus est nullus. ¶Dicit tñ ibi Bartrandus se audiuisse ꝙ quandoq; Rota contrarium tenuit ex eo:quia qualitercunq; sit facta publicatio,maximè si sit facta ad petitionem partis,quæ non vult testes producere:si didicit testificata, debet excludi.

¶Sed neutra prædictarum opinionum mihi placet.Nam hæc vltima reprobatur expressè ex his quæ dixi supra in quarto articulo principali in prima conclusione, & tribus sequentibus. Nec etiam placet prima opinio.per ea quæ statim dicam. Vnde distinguerem ꝙ aut loquimur in nullitate,quæ non solũ respicit reliquam partem processus:sed etiam ipsorũ testium receptionem:vt puta:quia iudex,coram quo fuerit agitatus processus,funditus carebat iurisdictione:vel vt dicit, processus nullus ex defectu litis contestatæ , aut similis alterius solennitatis formaliter requisitæ:quæ non solùm habet inficere vel annullare acta ordinatoria:sed etiam ꝓbatoria.& hoc casu,indubitãter dicerem ꝙ super eisdẽ articulis , vel directò contrarijs possunt testes produci. Moueor per regulam,non præstat.de regu. iur.libr.vj.Item moueor ex his quæ latè dixi supra in quarto principali articulo,in primis quatuor conclusionibus, & primo correlario.Vnde fit conclusio ꝙ qualitercunq; testium receptio reddatur nulla,vel propter omissum ordinem in receptione,vel in examinatione,aut in publicatione,aut ꝓpter defectum cuiuscũq; alterius ordinis iudiciarij:ꝙ hoc casu, publicatio & scientia testificatorũ, non obstant volenti producere etiã eosdẽ testes super antiquis articulis,vel directò contrarijs. & isto modo põt ꝓcedere prima opi.Bertrandi. Aut nullitas primi iudicij non est talis quæ habeat annullare attestationes: vt puta,quia ordo iudiciarius per omnia fuit seruatus vsq; ad sententiam:sed in ipsa sententiæ prolatione fuit omissus:vnde sententia redditur nulla,secundũ ea quæ habentur in c.fi.de re iudi.lib.vj.vnde hoc casu nullitas sententiæ non habet inficere ipsas attestationes.& hoc casu maius est dubium. Descẽdere autem potest dubium,iudicio meo,ex quadam fallentia, seu casu speciali:quem ponit hic Io. And.& communiter sequunt̃ Doct.dicens,ꝙ perempta instantia super eisdẽ articulis, vel directè contrarijs,possunt testes de nouo produci:& tamen clarum est ꝙ attestationes & alia acta probatoria aliàs de se validæ & valida,non pereunt perempta instantia,secundũ ea quæ latè tradit Io. An,& post eum latius dñs meus & Docto. in c. causam.quę s̃.eodẽ per Cy.Bal.& Doc.in l.properandũ. C. de iudi.& per Bar.in l.cũ lite mortua.ff.iudi.solui.

¶In contrariũ tñ fortiter obstat ca.constitutus in præsentia,j. eo.vbi in simili dicimus secundũ vnum intellectum illius text. in fi.ꝙ si quis potest vti attestationibus iam receptis non admittitur ad producendũ eosdẽ testes:licet processus nõ sit publicatus:quia debet esse contentus testibus iam receptis. ita & in simili casu nostro,post quàm clarum est ꝙ attestationes receptæ probant,& facta est publicatio,& didicita sunt testificata,& eadẽ est causa:licet eadẽ instantia,& inter easdẽ personas, cũ subsit timor subornationis,nõ debet pars admitti ad producendũ testes super eisdem articulis,vel directò contrarijs : sed debet esse contenta testibus iam receptis.

¶Pro ista opinione facit optimè qđ tradit Nico. de Matta.& post eum Bal.in l.fi.C.eo.tit.vbi dicit,ꝙ standũ est attestationibus receptis in vno iudicio, si legitimè sint publicatæ in alia quacunq; instantia,& coram quocunq; iudice,inter easdẽ personas,& ad eundem effectum.argu.no.in l.gesta.C.de re iudic. ¶Nec ob.illa.l.fi.C.eo.inquantũ videtur requirere consensum partium:quia illa loquitur de attestationibus receptis coram

arbitris,in quibus diuersa est ratio,secundùm ea quæ dicã.j. in quinto & vlti.mẽbro princ.istius articuli.& isto modo potest intelligi & saluari secunda opi.quam s.retuli,secundũ Bertran. Secundo casu,qñ finito vno iudicio in alia instantia prosequeretur quis viam nullitatis,dicerem ꝙ si testes in primo iudicio producti,fuerunt producti ad eundem finem,ad quẽ nunc ꝑducuntur in iudicio nullitatis:vt puta:quia fuit opposita declinatoria ob defectum iurisdictionis:& ad eam probandã fuerunt producti testes,qui non probauerunt.vnde pars quę nũc de nullitate agit,fundat se super defectu iurisdictiõis.& ad probandũ hoc,producit testes super eisdẽ articulis.Nam hoc casu non arbitror admittendos:cùm sit timor subornationis.

¶ Nec ob.si diceres ꝙ si iudex ille primus subditus carebat iurisdictione,corruit processus ex toto:& per consequens attestationes:quia fateor.Et si diceres,ꝙ per consequens, tanquam nullæ,non præstant impedimentũ:vt s.dixi in principio præcedentis casus.Respondeo ꝙ in casu nostro non procedit argumentum : quia cũ tu fueris nixus probare hoc per testes in primo iudicio productos,& non probaueris,& publicatę sint attestationes,& sententia fuerit lata contra te ante,quã de hoc constet:cùm præsumatur pro sententia & actibus ipsius iudicis:vt l.Hærennius.§.Caia.ff.de euic.meritò non potes admitti ad probandum per testes.sed si vis probare nullitatem & iurisdictionis carentiam:oportet probare per alias probationes. vt hoc ostenso concludatur ꝙ attestationes receptæ fuerunt nullæ.Si verò testes non fuerunt producti ad eundem finẽ, ad quem nunc producuntur:non video quomodo ad concludendum hanc nullitatẽ possunt examinari super antiquis articulis, vel directò contrarijs:quia aut nullitas allegatur ex defectu omissionis substantialis ordinis iudiciarij:& ita probatur ex inspectione actorũ,quare attestationibus non est vtendum. Et si fortè diceretur,ꝙ sententia fuit lata sine scriptis:licet in actis reperiatur scripta & immissa.& hoc pars vult probare per testes:iste est articulus nouus:& ideò quæstio nostra non procedit.& idem in similibus dicendum est.Si verò diceretur de nullitate respectu eorum quæ concernunt merita causæ.& hoc nõ potest contingere nisi altero de duobus modis:vel quia sententia est lata contra ius scriptũ:& ad hoc probandum nõ est necessaria positio,aut articulus:quia ius scriptum est probatũ, nõ probandum.& ideò de eo non debet fieri nec admitti positio: vt in c.sopitæ.j.de censi.& ibi do.Ant.& in l.ornamentorum. & ibi Bal.ff.de auro & arg.leg.ad quod vide quæ latius dixi in c.j.j.de re iudi.Aut nullitas dicitur insurgere ex eo,quia iniustitia fuit notoria:vt est tex.in c.inter cæteras.j.de re iu.& ibi dixi,secundũ vnum intellectum.& hoc casu etiam non est necessarium quętere de probationibus per testes:cũ debeat ex ipsis actis patere:vt ibi dixi.alio modo potest contingere, secundũ ea quæ dixi s.in princ.secundũ præfatũ Doct.Si esset talis sententia quæ ratione pacti per partes non remissibilis non transiret in rem iudicatam.& quia esset iniusta,diceretur nulla, secũdùm vnum modum practicandi:quẽ quidã dicunt seruari posse in talibus sententijs,secundùm ea quæ traduntur in d.c. ex parte M.s.de resti.spo.& hoc casu,si ad probandã hanc iniustitiam,per quam intẽdo ad nullitatem produceret testes eisdẽ articulis,vel directò contrarijs,possem:quia hic est casus specialis in quo non obstat publicatio:etiam in ipsa causa principali.Neq; etiam habet obstare sententia:neq; lapsus fataliũ, secundùm ea quæ dixi in c.feries.j.eod.& subdam pro speciali fallentia in xj.articulo principali fallentiarum. Et per hæc habes expeditum hoc secundũ membrum principale istius principalis articuli.

30 ¶ † Circa tertium principale membrũ,qñ variatur instãtia de causa principali ad restitutionẽ in integrũ, est aduertendum ꝙ quędam est restitutio quæ cõpetit iure speciali:vt est illa quæ datur minori,vel ecclesiæ.quædam verò conceditur iure communi ex clausula generali,si qua iusta causa adesse videbitur . l. j.& l.Prætor ait.& per totum.ff.ex qui.cau.maio. Quo ad primam speciem dic,quia aut petitur restitutio quæ concludit solùm aduersus sententiam:& nõ est dubium ꝙ per hoc nõ est licitum testes producere publicatis attestatiõibus &c. tum quia restitutio est stricti iuris:& sic non debet extendi ad alium casum:tum quia cùm petatur restitutio solùm aduersus sentẽtiã, non cõcluditur aduersus omissam probationem:vnde ex separatis nõ debet fieri illatio:vt in vulgatis.aut restitutio conceditur aduersus omissam probationem:& hoc casu,an publicatio vel scientia testificatorum obstet nouæ productioni testium, tangit Inno.in c.auditis.s.de resti.in integrum.& Barto.in l.j.§. nunciatio.ff.de ope.no.nuncia.& aliquid Inno.in ca.pe.j.eod. Guliel.& Docto.in Cle.ij.eod.titu.& Pau.in Cle.fi.de resti. in integr.& videtur primò dicendum, ꝙ minor non restituatur. Nam talis prohibitio fit propter dolum præsumptum, ne testes subornentur:vt sæpius dictum est:sed minor aduersus dolum vel calumniam præsumptam de futuro,non restituitur. l. auxilium.ff.de mino.ergo &c.

¶ Secundò probatur:quia per rescriptum,vel iussionem Principis non possunt amplius testes produci publicatis attestationibus,vel didicitis testificatis.in auc.eo.tit.§.illud.ibi,nec si diuina iussio præcesserit.& ad idem text.in auc.at qui semel.C.eo. ergo multominus potest restitui per edictum Pretoris de minoribus:qui Pretor inferior est Principe.& hanc opin. tenuit Dyn.in d.l.j.§.nunciatio.Sed Bart.ibi tenet contrarium.& Inno.in d.c.auditis.& Doct.ibi.Bald.post gloss.in l.minor. xxv. annis omissam.ff.de mino.& Guli.de cu.in l.si quis ex argentarijs.§.fi.ff.de edendo.Et dicit Inno.in d.c.auditis. ꝙ si in termino peremptorio nulli testes fuerunt producti,ꝙ clarum est quòd poterit restitui.Sed si producti sunt aliqui qui non probant,& velit minor alios producere,concludit Inno.quòd debebit restitui:adhibita tamen diligenti cognitione,& examinatione quòd fuerint lęsi ex falsitate minoris ętatis,vel negligentia tutoris aut curatoris.

¶ Nec obstat respectu pupilli quòd sit timor de dolo seu subornatione tutoris:quia verisimiliter hic timor debet cessare,cũ tutor non tractet de proprio commodo.l.videamus.§.fin.ff.de in lit.iuran.& in l.edicto in fi.ff.de iure fis.

31 ¶ † Item:quia dolus tutoris non debet nocere pupillo: vt in l. apud Celsum.§.illa.ff.de doli except.& per totum tit.ff.quando ex facto tutor.& ita dicit Gul.in d.l.si quis ex argentarijs. Nec ob.quòd minor non videatur circunscriptus:quia hoc cõtigisset etiam diligentissimo patrifami.vnde non debet restitui vt in l.fina.C.de resti.in integ.& l.verum.§.locupleti.ff.de mino.quia respondeo quòd imò hoc contigisset diligentissimo patrifami.quia talis verisimiliter fuisset solicitus in producendo testes,qui scientiam & cognitionem habuissent,& probare potuissent.

¶ Item ista pręsumptio,quòd non pręsumatur lęsus, tollitur ex veritate habita in contrarium propter diligentem examinationem & cognitionem, quę est adhibenda ante quàm restituatur.vnde cùm appareat oppositũ, succumbit pręsumptio veritati.in c.cùm inter.s.de elect.& quia in incertis non certis, locus est coniecturis.l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.obliga. cum simi.& hoc idem tenet Specu.in titu.de resti.in integ.§.fi. ver.quid si in causa.& est tex.secundùm vnum intellectum in d.l.minor.vbi probatur,quòd licet aduersus dolum verum minor non restituatur:tamen restituitur aduersus dolum pręsumptum,si lęsio euidenter apparet.& probatur etiam notabiliter in l.j.§.accusationem.coniuncta l.qui destitit.ff.ad Turpil. vbi etiam probatur quòd aduersus dolum pręsumptum in futurũ, minor restituitur adhibita diligenti cognitione.Nam licet desistens ab accusatione non possit accusare propter pręsumptã calumniam:tamen si est minor,potest restitui vt accuset,si constet ꝙ damnum patiatur.

¶ Nec obstat quod dictũ fuit de iussione,vel rescripto Principis:quia respondeo ꝙ non est bona consequentia: non debet per rescriptũ admitti.ergo nec per edictũ pretoris:quia minor & ecclesia restituuntur aduersus contractũ,sententiã, vẽditionem,transactionẽ,& similes actus:vt C.si aduersus contractũ. & in titulis sequentibus.& tñ contra prędicta per rescriptum Principis nõ põt quis cõtrauenire:vt l.fi.C.sen.rescin.nõ posse.& in l.causas vel lites.C.de trans.Et si tu diceres,imò contra pręd icta põt quis venire per rescriptũ Principis : vt l.quoties. C.de preci.impe.offer.& in l.ratas.C.de rei ven. Rñdeo ꝙ illud ꝑcedit qñ rescriptũ emanauit ex certa scientia, & cũ clausula,nõ obstante,vt in c.ex parte.s.de offi.dele.& in l.ij.§.si qd à principe.ff.ne quid in loco pub.& in auc.de testa.imperfe.Et hoc etiã põt cõtingere in casu nřo,si princeps diceret, cõcedimus tibi,vt licet sint publicatę attestationes,& didicita testificata,possis ꝑducere testes:nõ obstãte dispositiõe de testib⁹ in cõtrariũ dispõnẽte.facit.l.j.ff.de cõsti.Prin.In ecclesia etiã dicẽdũ est,ꝙ debet restitui.tum qa negligẽtia Pręlati nõ debet nocere ecclesię:nec dolus pręsumptus regula,delictũ.de reg.iu.libr.vj.

¶ Itẽ qa nõ est pręsumendũ ꝑsonas ecclesiasticas calũniari velle.ar.no.in c.in nostra.s.de ꝑcu.& in c.ij.j.de no.oper.nun.

32 ¶ † Sed quero iuxta pręd icta de muliere & rustico:an admittãtur post didicita testificata.Bart.in l.j.§.nunciatio.ff.de no.ope. nun.concludit,quòd non,per l.fi.C.de iur.& fac.igno. & quia speciale est in causa matrimoniali: vt j.dicam in xj.ar.fallentia xxix.& tñ versat causa ipsius mulieris in matrimonio.Item,qa in his quę sunt inducta ad rigorem iuris cõseruandũ, prout est casus noster,non succurritur rusticis vel mulieribus. & hanc opi.sequunt cõiter Doc.¶ Secundo casu principali, cũ loquitur de

tur de restitutione quæ conceditur etiam maioribus ex legitima causa. Inno. in c. pe. j. eod. tenet, q ex iusta & legitima causa admittantur: non obstante publicatione, aut scientia testificatorum. Et potest cõfigurari exemplum, scd'm eum, si aliqui testes qui sciebant veritatem, erant tempore depositionum captiui. & idem sentit Spec. in titu. de restitu. in integ. §. fin. versicu. quid si in causa. & Innocen. in c. sequen. qd' procedit maximè præstito iuramento à petente hanc examinationem, q talē examinationem non petit per aliquam calumniam, aut dolum. ar. d. §. quia verò. & d. c. pe. j. eo. & hoc procedit si peteretur restitutio à maiore ex iusta causa propter omissam probationē: sed si peteretur propter iniquitatem sententiæ ex eo, q diceret̃ sententia lata per falsos testes. dic q licet producere testes, secundùm tamē limitationē & declarationem de qua late per Doc. in c. licet causam. s. de proba. & in l. diuus. ff. de re iudic. & quæ

19 ¶ † Quartò quæro, an in delictis, ex quibus venit imponenda pœna mista, possit procurator interuenire. Exemplum dictat statutum ꝙ pro tali delicto debeat amputari manus, si cōdemnatus ex illo non soluerit centum intra mensem, vel simile. so. do. Anto. hic dicit ꝙ non admittitur: mouetur quia amputatio manus est in obligatione. & centum sunt in facultate soluendi: quia vbi aliquid debetur sub nomine pœnæ: illud dicitur esse in obligatione. vt l. ij. ff. de pœ. leg. §. item si ita l. j. ff. ad l. falci. nec ob. secundùm eum. l. j. ff. de in li. iur. vbi non attendemus ꝙ obligatio possit supercrescere: quia ille tex. loquitur de augmento, quod venit extrinsecus, non ex natura obligatiōis: sed ex officio iudicis. taciti. l. centum Capuę. ff. de eo quod certo loco. Bald. vero in l. reos. C. de accusa. primò arguit pro dicta opin. quia cùm ista pœna possit esse capitalis: ergo de ea iudicandum est, vt de capitali, etiam quo ad repellendum procuratorem. ar. l. fi. ff. si ex noxa. causa agatur. In contrarium tamē allegat: quia dicta pœna corporalis amputationis manus non videtur esse pœna criminis, sed contumaciæ. ergo nō debemus dicere hoc crimen capitale: quia illud dicitur crimen capitale, cuius pœna est capitalis, vt criminis, nō vt contumacię. & ideo licet pœna exilij seu damnationis in metallum & aquę, & ignis interdicti sint pœnæ capitalium criminum. vt l. ij. ff. de pub. iudi. tamen excommunicatus ratione contumaciæ: ex eo ꝙ aliquid non fecit, non dicitur damnatus propter crimē capitale: nec dicitur pœna criminis capitalis, sed contumaciæ: licet separatus sit à communione fidelium: quæ excommunicatio secundùm ius canonicum successit loco pœnæ interdictionis aquæ, & ignis vt no. glo. insti. de capi. diminu. §. media. & tractatur in c. pasto. de appel. & c. illud. de cle. exco. mi. & l. iij. C. de aposta. Concludit tandem Bal. ꝙ ad videndum, an pœna, quæ imponit purgationem alterius pœnæ non solutę, sit pœna contumaciæ vel criminis: debemus considerare ꝙ aut satisfactione illius pœnæ purgatur crimen, seu punitur: & tunc talis pœna est criminis. aut non: & tunc non est pœna criminis, sed contumacię. Et subdit Bald. considerandum esse ꝙ aut vtraq; venit ex eadē causa dato ꝙ prima veniat purè, secunda sub aliqua conditiōe: vel vtraq; est pœna criminis. vnde in actiōe quod met. cau. pœna tripli contra non restituentem est pœna criminis, non contumaciæ: licet veniat ratione contumaciæ. facit l. si cum exceptione. §. j. & fi. ff. quod met. cau. & melius. §. si homo eadē l. aut secunda pœna non venit ex eadem causa. & tunc secunda pœna non est pœna primi criminis. exemplum pōt sumi ex l. j. ff. de in lit. iur. vnde concludit ꝙ si pœna personalis imponitur in defectum pecuniariæ per eandē l. talis pœna dicitur criminis: & dicitur capitalis. & per consequens non posset interuenire procur. nam absurdum esset dicere in contrariū ꝙ intelligeretur pœna contumaciæ: quia ratione contumacię nō debet imponi magna pœna corporalis. & ideo proceditur ad annotationem bonorū contrà contumacē. Aut talis pœna corporalis non venit per eandē l. nec est in dispositione. sed venit ex l. quicunq;. C. de ser. fug. vbi dicitur ꝙ qui non pōt luere in ære, luat in corpus. & tunc talis pœna nō faciet dici tale delictū capitale: quia hoc non cōtingit naturaliter: sed ex accidenti. allegat no. in simili in l. certi condictio ff. si cer. pet. deinde subdit ꝙ aut lex incepit à præcedenti impositione pœnæ pecuniariæ: & in eius locū subrogauit pœnam personalem in defectū pecuniariæ non solutæ. & dicendum ꝙ videtur corporalis. aut lex imponit simpliciter, & absolutè, vel pœnam pecuniariam, vel personalem. & in hoc membra sunt per se clara. & sic residet Bal. in d. l. reos Bar. verò in d. l. ij. ff. de publi. iudi. concludit ꝙ si pro delicto imponitur pœna pecuniaria. & si illa non soluat, imponitur personalis ꝙ vno solo casu censetur tale delictū capitale. & per consequens non poterit interuenire procu. vide licet, quando ex eadē l. & non officio iudicis ipsa pœna capitalis venit imponenda: quia tunc cùm subrogetur loco pœnæ censetur tunc pœna ipsius delicti. argu. l. obligationum ferè. §. fi. ff. de act. & ob. secus dicit, si statutum dicat ꝙ si non soluatur pœna pecuniaria, imponatur capitalis officio iudic. quia tunc nō dicitur crimen capitale. & idē si pœna capitalis veniret imponenda ex diuersa lege: vt quia fortè l. cōmunis imponat pœnam pecuniariā. & statutum disponat ꝙ si illa pœna nō soluatur intra certū tempus, amputetur sibi caput, vel manus. quo casu non videtur pœna capitalis. ar. l. j. ff. de in lit. iur. & d. l. quicunq;. C. de ser. fu. & ff. de iniur. l. si quis iniuriam.

¶ Sed Io. de Imo. in d. l. ij. ff. de pub. iud. dicit quòd dicta distinctio Bar. videtur imponere legem verbis & non rebus contra l. ij. C. communia de le. & quia ex quo pœna capitalis subrogatē loco pœnæ pecuniariæ, non debet attendi quo iure subrogetur. arg. l. Gallus. §. eius ff. de libe. & posth. vnde satis debet esse quantum ad iudicandū capitale ꝙ inspecta ordinata dispositione facta sub ipso crimine possibile sit pœnam capitalem imponi posse. argu. l. sufficit. ff. de condi. inde. facit quod dicam in duabus se: q. Non obst. l. j. ff. de in lit. iur. quia ibi pœna nō subrogatur loco pœnæ: sed augetur condemnatio propter contumaciam. Item non ob. l. quicunq;. & l. si quis iniuriā. quia ibi secundùm regularem ordinatā dispositionē non veniebat imponenda pœna corporalis, sed extraordinaria & in subsidiū: vt delictum non remaneret impunitum per l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. ideò tunc illud non sic consideratur. facit l. inter stipulātem. §. sacrā. ff. de verb. obli. nam d. l. si quis iniur. & l. quicunq;. volunt illud vulgatum ꝙ qui non potest luere in ære &c. & sic pœna non est ordinata & regularis. sed in terminis nostris pœna imponitur secundum regularē dispositionem ipsius delicti. vnde etiam si condemnatus sit soluēdo, possibile est ipsum incurrere in pœnam capitalē, si non soluerit intra statutum tempus. quæ pœna in eo, qui non est soluēdo, non potest imponi. dic de hoc, vt latius dixi in c. ad liberandā. de Iudæ. in vj. limitatione: & ibi videbis iura allegata hoc probātia. Et prędicta no. ad ea quæ dixi s. in contrarijs formatis ad ij. q. Sed redeūdo ad principale propositum arbitror posse distingui secūdùm Io. de Imo. quibusdam additis ꝙ aut pœna corporalis est in obligatione: vt quia dicat statutū. propter delictum tale quis puniatur amputatione pedis si non soluat centum intra mensem & hoc casu non poterit interuenire procu. vt s. dixi in opi. domi. Anto. Ego arbitror ꝙ si statutū diceret, si non potest luere in pecunia, luat in corpus: seu puniatur tali pœna corporali ꝙ data idonea fideiussione pro illa pœna pecuniaria posset interuenire procurator, per ea quæ dixi in rubrica de dila. A. xxij. xxvj. ver. xviij. quæro. ¶ Vtrum autem hoc casu detur aliquod remedium accusato, vt possit interuenire procurator, potest intelligi ex dictis Bart. in l. j. ff. de cust. reo. vbi dicit in fi. ꝙ remedium ꝙ accusatus soluat fisco pœnam pecuniariam, transferendo in eum dominium sub conditione, si condemnetur vt l. sub conditione. ff. de sol. quia tunc non potest euenire, quod non sit pecuniaria soluta. nec potest perire soluēti, & maximè cùm sit soluta in quantitate. & sic non potest effici non soluendo quantum ad dictam pœnam, etiam tempore quo condemnabitur, si

bitur, si veniet condemnandus. secus autem si accusatus vellet facere depositum de illa pecunia, ex qua veniret condemnandus. nam cum, pœna corporalis debeat solui, si non soluatur pecuniaria, possibile est ꝙ interim fideiussor efficiatur non soluẽdo, vel ꝙ pecunia pereat. & sic veniret imponenda corporalis. & per consequens ratione dubiȷ̃ non posset interuenire procurator: vt statim dicam. & ratio, in primo casu accusatus esset relaxandus fideiussoribus: in secundo verò non. vt per Bar. in d. l. j. & sequitur Ioan. de Imo. in d. l. pe. §. ad crimen. nec ob. l. nemo dubitat. ff. de reg. iur. vbi tex. vult ꝙ ille, qui facit depositũ vel dat fideiussores de soluẽdo, dicitur soluere. & sic videtur ꝙ etiam in secundo casu possit interuenire procurator, & possit relaxari fideiussoribus: quia respondetur ꝙ licet tunc sit soluendo, cùm facit depositum, vel dat fideiussores idoneos: tamen possibile est ꝙ tempore factæ condemnationis, & fiendæ solutionis pecunia erit perdita: quia cùm deponatur, species perire potest. & licet etiam deponeretur, vt genus: depositarius posset effici non soluendo. item & fideiussores possunt effici non soluendo. & ideò non debet admitti procur. nec relaxari fideiussoribus. & pro hac sententia adduco etiam: quia possibile est ꝙ etiam si depositum non perierit, vel fideiussores sint soluendo ꝙ nihilominus non soluerit. & per consequens erit pœna corporalis. ¶ Et prædicta faciunt ad q. quam pridie habui de facto. nam cùm ex forma statuti quidam officialis non haberet potestatem cognoscendi de crimine, ex quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua: sed solùm de delictis, ex quibus veniret pecunia: & ex forma statuti blasphemans Deum deberet puniri in ducentis. & si nõ soluerit intra x. dies, debeat amputari lingua. nam cùm facto deposito potestas cognouisset: videbatur per prædicta ꝙ sententia ab eo lata non teneret, tanq̃ à iudice incompetenti lata. & ita dicendum de similibus q. ¶ Quandoq; verò primo loco imponitur pœna pecuniaria: & si non soluatur intra certum terminũ imponitur pœna corporis afflictiua. & hoc casu etiam idem dicendum est: videlicet ꝙ non potest interuenire procurator propter dubium, quod potest contingere de imponenda pœna corporali: vt nota. in d. l. ȷ̃. ff. de pub. iud. & in præallegata. l. j. §. item si ita. ff. ad l. falcid. facit etiam quod not. Bal. in repe. l. data opera. ver. item notandum. C. qui accusa. non pos. colum. viȷ̃. & quod tradit idem Bal. in l. transigere. C. de pac. versi. sed pone ꝙ vna. & quod no. Bal. in l. j. C. de hæred. insti. vnde poterit accusatus sibi prouidere de remedio: vt statim dixi in præcedenti membro. ¶ Sed aduerte, quia videtur posse dici ꝙ etiam in vtroq; casu possit prouideri de alio remedio: videlicet, vt admittatur procurator cũ conditione, vt habeatur pro non admisso, inquantum contingeret ꝙ pœna corporalis veniret imponenda. arg. eorum quæ dicam. j. in v. q. principali huius secũdi membri. de quo dic, vt ibi dicam. Illud autem indubitabile videtur esse secundùm cõmunem opin. ꝙ si aliquo modo veniret imponenda pœna corporis afflictiua ex eo, ꝙ condemnatus non esset soluendo: ꝙ hoc non ob. admittetur procur. vt dixi ȷ̃. q. & dicam in sequentibus, ex quo videtur subtiliter inferendum, ꝙ in duobus casibus præcedentibus, si à principio reus esset omnino non soluẽdo ꝙ deberet admitti procur. & quod prædicti duo casus procedant, inquantum reus esset soluendo, & non solueret: quia tunc videtur aggrauari eius delictum ratione contumaciȩ non factæ solutionis. In casu verò quo potest, non videtur imputã dum, si non soluit. Sed hoc non obstante arbitror idem dicendum esse: quia in prædictis duobus casibus pœna nõ venit corporis afflictiua extraordinariè, sicuti quando simpliciter imponitur pœna pecuniaria. vide quę dixi in c. ad deliberandam. de Iudæ. & quæ dicam. j. in vj. q. ¶ Quandoq; verò imponitur pro delicto pœna pecuniaria, & corporis afflictiua. & tũc aut imponitur alternatiuè. & de hoc dicam in vj. q. Aut imponitur copulatiuè. verbi gratia. si quis tale quid fecerit, puniatur in cẽtum, & fustibus castigetur. & hoc casu non est dubium ꝙ non potest interuenire procurator propter alteram partem copulatiuè. quoniam attendi debet qualitas, quæ nocet seu prohibitiua. non autem qualitas quæ prodest seu permissiua, cùm illa, quæ nocet, non destruatur per illam, quæ prodest. vt l. fi. §. sed & si quis. ff. pau. cau. stabu. tractatur per Bar. in l. iȷ̃. §. si quis palam. ff. de iure fisci. & per Bal. in l. si vir. ff. de vsuca. pro donato. per Dyn. in regula. possessor. de regu. iur. lib. vj. vt quasi prope finem dixi. s. in fine primæ. q. huius secundi articuli. vbi habes alia iura ad hoc allegata. & prædicta arbitror procedere tam ex parte accusati, quàm accusatoris: nisi fortè ex parte accusatoris alteretur pœna secundùm quod dixi s. in ȷ̃. q. huius membri. quare ex parte accusatoris &c. & in ȷ̃. q. primi membri. ¶ Sed quæro ad prædicta: dictat statutum ꝙ pro primo furto quis soluat x. pro secũdo suspendatur. modò quidam fecit vnũ furtum alibi: deinde in loco, vbi est statutum, fecit secundũ furtum: procedit iudex contra ipsum: quæritur an admittatur pro cura. Bald. in repe. l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procur. col. pe. dicit ꝙ quæstio stat in hoc: vtrum delictum commissum extra territorium aggrauet pœnam commissi delicti in territorio. & videtur ꝙ sic secundùm eum: quia infamia sequitur hũc, quocunq; vadat. & sic est infamis vbiq;. vt l. ex ea. ff. de post. In contrarium videtur ꝙ iudex iste de delicto commisso in alieno territotio non habeat cognitionem, nec possit punire: imò debet remittere & pro hoc videtur casus in l. si cui. §. cùm sacrilegium. ff. de accu. & illum text. singulariter not. Oldra. ad hoc & in hoc residet Bald. & vide circa hunc articulum, quę tradit Bald. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fu.

20 ¶ † Quintò quæro, vtrum in delictis, ex quibus venit imponenda pœna arbitraria, possit procur. interuenire. solu. Bald. in d. l. reos. ver. quæro quid in pœna arbi. distinguit ꝙ aut pœna est arbitraria originaliter, aut non originaliter. sed procedẽdo dispensatiuè secũdùm quod traditur in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. & l. hodie. ff. de pœnis. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de verb. signi. primo casu quando pœna est arbitraria originaliter ex eo ꝙ à iure non est expressè determinata: sed per iudicem determinanda vel statutum, vel lex expressè disponũt ꝙ sit arbitraria. & hoc casu vult Bal. quòd talis pœna non dicatur capitalis actu, sed ex potentia: quia potest imponi pœna capitalis, vt l. j. §. expilatores. ff. de effract. & expil. facit quòd notatur institu. de iniur. §. in summa. vbi gl. vult ꝙ si pœna est arbitraria, potest iudex arbitrari vsq; ad mortem. de quo dixi in c. te. de reg. iur. & dicam in c. inquisitionis. in prin. in gloss. j. eo. Interim tamen est iudicandum de ista pœna vt de capitali ar. l. fi. C. de iniur. coniuncta. l. fi. ff. eo. dicit tamen Bal. hoc verũ, nisi talis pœna arbitraria per consuetudinẽ esset facta ordinaria: quia tunc de illa iudicaremus secundùm illam consuetudinem. secundùm no. in d. l. quid ergo §. pœna grauior. & secundùm quod dixi in d. c. inquisitionis. & sic ex dictis Bal. quantum ad propositum nostrum videtur dicendum ꝙ cessante cõsuetudine interpretatiua, non possit admitti procurator ratione possibilitatis, & dubiȷ̃ interim existentis circa pœnæ impositionem: quæ posset esse corporis afflictiua. subsistente vero consuetudine esset dicendum quòd illa consuetudo attendenda esset, an imponeretur pœna pecuniaria, vel corporis afflictiua. vt primo casu admittatur, secundo non. Aduerte tamen circa prædicta: quia si esset aliqua naturalis pœna delicti, iudex cui datum esset arbitrium, vel qui ex qualitate processus haberet arbitrium, vt est videre in causa inquisitionis in c. inquisitionis in prin. j. eo ꝙ iudex non videretur posse arbitrari vltra pœnam naturalem secundùm quod dixi in d. c. inquisitionis. & adde quæ dicam in seq. q. in fi. & j. in tertio mẽbro principali. ¶ Secundo casu quando loqueremur de pœna arbitraria non originaliter, sed ex accidenti, dicendũ est secundùm Bal. quòd propter hoc delictum non est iudicandum capitale: sed solùm debemus intueri pœnam ordinariam. aliàs sequeretur ꝙ cùm in quolibet crimine iudex hodie habeat arbitrium ex accidenti per d. l. hodie. sequeretur, vt dixi ꝙ in nullo crimine posset interuenire procurator. quod tamẽ est falsum. facit, quia licet ista fiant quandoq;, vt plurimum tamen non fiunt. & sic non videtur consideranda, nec ad regulam trahenda, vt l. Seia. §. modico ff. de annuis leg. facit l. nam ad ea. ff. de ll. & hoc videtur tenere Ang. in d. §. ad crimen. & prædicta adde ad ea quæ dixi s. in cõtrariȷ̃s formatis contra decisionem ȷ̃. q. huius ȷ̃. membri. dicit tamen Io. de Imo. in d. §. ad crimen. quòd Richar. & Bar. de Sali. in l. reos. C. de accu. videntur sentire contrarium dicentes ꝙ illud quod dicitur in §. pœna grauior. quod debet inspici consuetudo, quantum ad arbitrandam pœnam, procedit quò ad hoc, an intelligatur dispensatum super infamia, si pœna grauior imponitur. non autem quantum ad materiam nostrã. sed dicit Io. de Imo. quod fortè verius est primum dictum. quod etiam videtur fuisse de mente Bar. in d. §. ad crimen. nã ex quo consuetudine pœna est determinata: nõ debet iudex illam excedere sine causa, sicut nec debet excedere pœnam maiorẽ determinata. vt d. §. pœna grauior. arg. l. minime. ff. de ll. aliàs autem si excederet sine causa, pars tanq̃ grauata posset iustè appellare. de qua materia latius dicam in c. super his. in gl. fi. j. eo. & dixi in Cle. j. de iure patro. & hæc op. plus mihi placet.

21 ¶ † Sextò quæro, quid si ex delicto venit imponenda pœna alternatiua, & vna sit pecuniaria: & altera corporis afflictiua. vtrum possit procurator interuenire. Bar. in l. ȷ̃. ff. de pub. iud. dicit ꝙ si duæ imponuntur pœnæ alternatiuæ vna pecuniaria, & alia corporis afflictiua. quòd crimẽ dicetur capitale propter vnam partem alternatiuæ, quæ hoc continet. facit: quia legatũ dicitur conditionale, quando vna pars alternatiua est pura. &

alia conditionalis.vt l. cùm ita. & l. cùm illud.ff. quando di.le. ce.facit l.si ex toto.in fi.ff.de leg.j.& sic sequitur secũdùm Bar. quod nõ debeat admitti procurator & idem etiam potest colligi ex dictis Bal.in d.l.reos.C.de accusa.vbi similiter vult ꝙ si vna pœna sit capitalis,& alia pecuniaria,iudicium dicatur capitale:quia in dispositione alternatiuæ vtrunq; est in obligatiõe. vt l.Stichum aut Pamphylum.ff.de sol.facit,quia si in vna parte alternatiuæ continetur res diuidua,& in alia indiuidua,obligatio dicitur indiuidua. vt tractatur in l.ij. & l.in executione. ff.de verb.obli.sed dicit Io.de Imo.in d.§.ad crimen.ꝙ in hoc articulo debem⁹ ita distinguere ꝙ aut electio est iudicis, & tũc propter dubiũ non poterit procurator interuenire.facit quod statim dixi secundùm opi.Bar.& Bal. Aut electio est rei,quod tñ rarò cõtingit,secũdùm eũ.& hoc casu anteq; reus eligat, nõ potest procurator interuenire.sed si reus eligeret pœnam pecuniariam posset procurator interuenire:quia vna electio nõ potest ad aliam transire,vt dixi latius de hoc articulo alternatiuæ. & cuius debeat esse electio in c. sicut Iudæi. de Iudæ. Et ideò accusatus debet esse cautus,si vult posse respondere per procuratorem,vt ante omnia eligat pœnam pecuniariam, inquantũ contingat eum debere condemnari. Et idem per prædicta arbitrarer dicendum,si iudex à principio eligeret pecuniariam inquantum accusatus,veniret condemnandus.& hoc vbi sibi daretur electio.nam & hoc casu posset procurator interuenire.et fortè si iudex admitteret procuratorem,videretur tacitè elegisse pœnam pecuniariam.hoc tamen venit examinãdum in xv. q.principali huius membri. Si verò electio esset accusatoris, tunc debet inspici quæ pœna sit electa in libello accusatorio. facit quod not.in l.vbi autem.§.qui illud.ff.de verb.ob.Aduerte tamen ꝙ si accusator ageret ad pœnam alternatiuæ,non admitteretur procurator,nisi facta declaratione:talis tamen libellus non deberet admitti excipiente aduersario.vt c.Abbate.de reiudi.lib.vj.& in c.causam quæ.& in c.cùm contingat.de offi. deleg.& c.constitutus.de resti.in integ.& per Archi.iij.q. iij.c. offeratur.per Docto.in l.edita.C.de eden. ¶ Tu aduerte : quia hæc quæstio altiorem requireret examinationem, eam prosequendo secundùm membra quæ feci in d.c.sicut. de Iudæ. sed ne pluries idem repetatur loquendo compendiosè,breuiter dico ꝙ omnibus casibus,in quibus ibi dixi ꝙ nõ possit eligi pœna corporis afflictiua,siue electio sit partis,siue iudicis:siue statutum simpliciter loquatur:vt puta,condemnetur in centum, aut in amputationem pedis.& alia exempla prosequere vt ibi: nam in casu prędicto poterit interuenire procurator.nam si imposita est pœna alternatiuæ vna mortis,& alia pecuniaria: vel vna amputationis membri,& alia pecuniaria disproportionabilis valde,cùm non possit eligi corporalis,poterit interuenire procurator.nam vt ibi dixi,ad quemcunq; pertineat, electio non potest eligi:nisi pecuniaria.& idem etiam si manus amputanda esset fœtida,& causa crosa incurabilis. vt ibi latius dixi. & ratio est:quia in prædictis casibus sola pecuniaria est in obligatione.in summa ergo vbicunq;,vel naturali dispositione statuti,aut legis., vel ex aliquo coniuncto seu incidenti superuenienti accidenti appareret ꝙ non potest eligi, nisi pecuniaria, potest interuenire procurator.aliàs dicendum esset vt dixi in distinctione Ioan.de Imol.Sed hic insurgit notabile dubium pone ꝙ statutum dicat quòd amputetur sibi manus dextra,aut sinistra:& accusatus nullam habeat.vnde succedit pœna arbitraria.vt dixi in d.cap.sicut.vbi allegaui iura hoc probantia,an hoc casu admittatur procurator.& secundùm ea quæ dixi in q. præcedenti, videtur quòd sic:quia ista pœna non est arbitraria originaliter.& ideo videtur admittendus procurator. In cõtrarium facit:quia quęcunq; pœna fuisset electa originaliter non debuisset admitti procurator,ad quemcũq; pertineret electio. & hoc arbitror verius.Moueor primò: quia originalis erat omnino talis pœna,propter quam procurator non debebat admitti.secundò,quia iudex debet arbitrari similem pœnam, nõ inęqualem.arg.eorum quę statim dicam in q.quam statim sub dam ad hanc vj.q.& hanc limitationẽ potes addere ad ea, quæ dixi in proxima præcedenti q. Sed si statutum diceret de pœna pecuniaria,vel corporali alternatiuè:& accusatus esset incapax vtriusq;:quia omnino esset pauper,& careret potentia imponendæ illius pœnæ.hoc casu videretur admittendus procurator:quia hęc arbitraria non haberet eandem rationem,quam præcedens.& cùm non sit originalis videretur dicendum, vt dixi in q.præcedenti.Casus tamen non videtur de facili posse contingere:quia posito ꝙ ipse non sit soluendo:tamen posset alter pro eo soluere.& prętereà non videtur quòd hoc casu succedat pœna arbitraria.sed duntaxat sit in obligatione pecuniaria,cùm pœnæ corporalis in vna parte alternatiuè contemptę, talis sit incapax,& maximè quia pendente iudicio posset iste ditari,vel per legatum,vel per donationem.facit.l.si defunctus C.arbitrium tutelæ. ¶ Sed iuxta hæc quæro,quid si statutum dicat,puniatur tali pœna,vel alia:nec specificetur qualis sit solu. dic quòd si expressa est corporalis:vt puta,puniatur in amputatione manus,vel alia pœna,non admittetur procurator: quia cùm dicat statutum,vel alia intelligitur de simili.vt no.gloss.& ibi Bal.singulariter eam notat.& sequuntur Doct.in l.si fugitiui.C.de ser.fu. facit quod notatur in c.sedes.s.de rescript. & l. quidam relegatus.ff.de reb.du.& quod no.Barto.in l.j.ff. si familia fur.fecis.dica.& c.in sacris.s.de sepul.nam dictio alius,facit positionem.& est repetitiua qualitatis præcedentis:vt in dictis iuribus.& dixi in cle.j.de rescriptis.& hoc arbitror procedere siue ad iudicem,siue ad partem competat electio alternatiuè.Si verò pœna esset expressa in vna parte alternatiuè esset pecuniaria:puta,puniatur in centum,vel alia pœna.& hoc casu arbitrarer admittendum procuratorem: quia non potest eligere iudex,vel pars ad quam spectaret electio, aliam pœnam quæ esset dissimilis pecuniariæ.Ad quem argu.adde quæ dixi in d.c.sicut in princi. quæstio.& licet iudex ad quem spectaret electio,posset causa cognita dissimilem pœnã imponere. quo casu videtur maius dubium & dubitatio insurgit : an à principio dicatur arbitraria , vel ex accidenti, vt dixi in præcedenti quæstione:quia cùm videatur comparere originaliter,dum dixit,vel alia pœna:videtur quòd non possit interuenire procurator.vt dixi in præcedenti.q.Contrarium tamen arbitror verum:quia arbitraria originalis erat pecuniaria: vt dictũ est. corporalis verò arbitraria ex accidenti propter aliquam causam. vt puta , cum multis crassantibus opus sit exemplo , vel propter similem causam.& ideò posset interuenire procurator, vt dixi in quæstione præcedenti.& hoc adde ad ibi dicta. Et prędicta no.quia vt arbitror alibi non reperies.

22 ¶ †Septimò quæro,vtrum in casibus,in quibus dubitatur , an veniat imponenda pœna corporalis, vel pecuniaria , admittatur procurator.verbi gratia: Accusatur quis de vulnere,& dubitatur an vulnus sit mortale:vtrum debeat admitti procurator,saltem sub conditione,vt habeatur pro non admisso,si contingat illum mori.Bald.in d.l.penul.§.ad crimen.ff.de pub. iudi.videtur tenere quòd sic.facit quod notatur in l.eleganter.§. si dolo.ff.de dolo.& dicit tenere Iac.de Belui.& etiam videtur tenere Iac.de Are.vt refert Bald.in l.prætor ait.in prin. de dã. infec.per quem text.videtur probari dicta opi. & secundùm prædictam opi.videtur sequi quòd in casibus in quibus est dubium,an possit sequi pœna corporalis,an pecuniaria quòd debeat admitti sub dicta conditione.quod adde his , quæ dixi in iiij.q.in cautelis,quas dedi circa admittendum procura. sed dicit Io.de Imol.in d.§.ad crimen.quòd fortè prædicta opi.non est vera:quia pars semper posset eligere dare procuratorẽ sub tali conditione.& posteà condemnatus pœna corporis afflictiua clauderet iudicium.& sic delictum remanet impunitum contra l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil. & l.si prætor.ff. de iudic. quæ ratio cessat in d.l.prætor ait.ff.de dam.infec.

¶ Tu aduerte:quia melior videtur ratio præcedens,vel opi. vt admittatur procur.etiam sine illa cautela.ar.not. per Bald. in l. seruum quoq;.§.publicè.ff.de procura.versi.tertiò quæro. vbi dicit quòd talis potest respondere per procuratorem.& ita dicit Dyn.consuluisse,quia ex illo processu non sequitur condemnatio de occiso:sed ad pœnam statutariam. vt l.si vulnerato seruo.ff.ad l. Aquil.quod dicit notabile.facit etiam,quia non tenentur fideiussores talis processus de occiso secundùm Iac. de Belui.& ratio est,quia mutatur tam species criminis,quàm species pœnæ.& requiritur nouus libellus de occiso. vt not. Iac.de Are.in l.damni infecti.§.Sabini.ff.de dam.infec. & tenet Bal. in d.l.si vulnerato seruo. Ad quod etiam facit,quod ipse Bald. not.in c.j.quib.mod.feu.ami.& c.j.§.iniuria.de pace.iur. fir. in vsi.feu.vbi vide.& pro prædicta opin.facit quod tradit domi. Floria.post Bald.in d.l.si vulnerato.vbi tenet quòd ex processu facto contra vulnerantem de vulnere,non possit sequi condemnatio de occiso:sed debeat fieri nouus processus. & tenet Iacob.de Bel.in quæstio.quæ incipit . Regni constitu.cauetur. quam etiam ponit in lege fina.C.de duo.re.& ad hoc etiam facit,quod not.domi.Floria.in l.ait lex. in princip.ff. ad l. Aquil. vbi vult quòd pax facta de vulnere,non opituletur ad remissionem pœnæ.si ex vulnere sequuta sit mors,si facta sit simpliciter de vulnere.& Barto.in l.damni infecti.§.Sabini.ff. de damno infecto.& Dy.& Bar.in l.fideiuss.magistratum.ff.de fideius.& per Barto.in l.denunciasse.§.qui tamen.ff.de adult.Spe. in titu.de accusatore.§.j.versic.quid si primò actum.hoc tamen arbitror verum.vt dixi.s.nisi esset actum taliter de vulnere.ꝙ sententia posset sequi de occiso,vt puta , si esset actum contra vulnerantem,quòd animo occidendi vulnerasset,per l.is qui cũ telo.C.

telo.C.ad l.Cor.de sic.& instit.de pub.iu.§.item lex Cornelia. vel quod telum in vulneratum animo ocidendi iniecerit, vt l.j. n princ.§.diuus.ff.ad l.Cor.de sic.quia tunc non posset interuenire procurator.quod probatur per not.singulariter per Ioan. And.in similibus terminis in addi.Specu.in rub.de inquisit. vbi omnino vide. & perpetuò notabis. nec arbitror hunc admittendum sub condi, secundùm quod dictum fuit in prima opin.Bald.quia dicta cautela mihi non placet: ne iudicicium possit reddi delusorium, contra quod debet iudex totis viribus laborare. & ideò licat debeat ferre sententiā pro eo, q distulit opponere exceptionem reddentem iudicium retro nullam: si ipsam opposuit: & probauit. tamē ipsum debet cōdemnare in expensis. vt not. gloss. magna singulariter circa medium in c.j. de rescriptis.& probatur in c.exceptionem,& ibi dixi.s.de except.Item aduerte: quia prædictam limitationem arbitor procedere, si ageretur de iure communi. Sed si ageretur ex forma statuti imponentis pœnam illi, qui occiderit, quo casu nō sufficit vulnerasse, etiam animo occidendi. vt not. Bart.& sequūtur Doctor.in l.is qui cum telo.ff. ad l.Aquili. & alijs iuribus s.allegatis.arbitror, quòd esset attendenda conclusio. an esset talis, propter quam ex petitione seu libello accusatorio, vel inquisitorio posset sequi cōdemnatio de morte demum sequuta. quo casu dicerem procuratorem non admittendum. secus si simpliciter actum esset de vulnere. licet adiecta qualitas. quòd animo occidendi. argumen.not.per Io. And.in d.addi.& prædicta not.& iterum not.

23 ¶ †Octauò quæro, quid si est tale delictum, in quo non venit imponenda pœna corporis afflictiua. nec relegationis, sed infamie: vel alia pœna minor relegatione coniuncta infamia: an admittatur procurator.& videtur dicendum quòd non: quia infamia æquiparatur morti.& not.in l.transigere.C.de trāsac. qua ergo ratione si ex crimine venit imponenda pœna mortis non admittitur procurator: eadem ratione nec in casu nostro. In contrarium videtur tex.aptus in l.j.ff.an per ali.cau.ap.vbi tex.vult, quòd si pecuniaria sit causa, ex qua ignominia sequit. potest per procuratorē agi.& tenet ibi gl. p qua glo.est tex.in l.furti.§.qui alieno.ff.de his qui no.infa.vbi in iudicio furti potest procurator interuenire. q iudiciū est criminale, vt l.j.ff.de furt.& institu.de ob.quæ ex deli.in princip.&.ff.de ac.& ob. l.ex maleficijs.& infamat.vt l.j.ff.de infa.nec ex tali delicto iure fforū imponebat pœna corporis afflictiua: licet hodie quādoq; imponeret, vt in auc.sed nouo iure.C.de ser.fugi.& communiter ex forma statutorū furca suspendunt. Sol.dicit singulariter in l.non solū.§ fi.in.glos.pe.ff.de procu.q distinguit, q aut non agitur principaliter ad infamandū: sed ad pœnam pecuniariam vel simi.& infamia venit in consequentiam.& hoc casu admittitur procurator, vt in iuribus secundo loco allegatis. Aut agitur principaliter ad infamandū: & nō pōt interuenire procurator. facit quia infamia iudicatur maior relegatione, vt traditur in d.l.trāsigere.C.de trans.& de necessitate probatur hoc casu rōne repugnātie: quia si aliud diceremus: videlicet. q posset interuenire procurator de necessitate, sequeretur quòd effectus intentatus ad infamandum sequi nō posset: nā procurator nō infamaretur: qa alieno nomine interuenit in iudicio, vt d.§.qui alieno. Item nec dns cùm ipse nō fuerit condemnatus: sed procurator, vt in.d.§.qui alieno.

24 ¶ †Nonò quæro, an procurator possit interuenire, quando venit imponenda pœna reuocationis in seruitutem. Exemplum in domino accusante libertum de re capitali, vt reuocet eum in seruitute.& ita figurat casum Angel.in l.sed & hæ.§.j.ff.de procura. Tu dic secundùm Io.de Imol.& melius, quòd ibi tex.non videtur propriè loqui: quando libertus accusatur de crimine capitali, sed quando accusatur vt ingratus erga suum patronū: vt patet ibi in tex. Et hoc casu Angel.in d.l. penulti.§.ad crimen, dicit quòd licet ex parte accusatoris possit interuenire procurator: tamen ex parte rei non credit, q possit interuenire, considerato quòd seruitus morti comparetur, & sic est merè capitalis. hoc tamen non ponit pro constanti: sed dicit cogitandum Ioan.de Imo.& sentit Barto.in d.§.ad crimen,& do.Anto.hic melius dicunt, quòd etiam ex parte rei admittitur procurator.& ratio est; quia illa causa principaliter agitur ad commodum pecuniarium applicandum agendi. ideò procurator non prohibet interuenire, maximè quia existens in possessione libertatis prouocat in seruitutē.& profectò satis miror de opi. Ang.cū tex.in d.l.sed et hæ.§.j.apertè dicat, q patron9 per procuratorem accusare poterit, & libertus respondere per procuratorem. posset tamen, vt arbitror, opi. Ang. saluari: quando quis accusaretur, vt reuocaretur in seruitutem pœnæ: videlicet, vt damnetur in metallum. & sic efficiatur seruus pœnæ. nam cùm illa pœna sit maior relegatione, non est dubium q nō admittitur procurator. vt d.l.j.§.sed si ea.ff.an per ali.cau.ap.& l.j. C.de iniur.& secundùm hunc intel. posset intelligi.ij.q. vj.c. si quando. vel intellige tex.illum. vt statim dicam. & hoc etiam probatur in l.ij.ff.de pub.iudi.& ratio differentiæ sit: quia ista non tendit ad commodum pecuniarium, sed ad vindictam publicam.& est crimen capit. secus quando patronus ageret, vt reuocaret in seruitutem ad suum commodum.

¶ Aduerte etiam q in causa fratris ad proprium commodum quandoq; non potest interuenire procurator, etiam ex parte actoris: puta, quando existens in possessione seruitutis prouocat in libertatem. vt est in l.j.C.de asser.tol.& ita potest intelligi.c.si quando.ij.q.vj.& ita intelligit ibi glo. probatur.liiij.dist. c.frequens. tenet Spec.in tit.de procur.§.j.versi.item excipitur contra procuratorem, quod est causa status. vbi vide.

25 ¶ †Decimò quæro, quid si venit imponenda pœna relegationis: an possit interuenire procurator. sol. hæc quæstio est valde difficilis, & intricata: & variæ traduntur opi.glo.hic in ver.item si crimen. tenet q admittatur.& idem tenet glo.ij.q.vj.c.si quādo.& glo.in l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.& d.l.seruum quoq;.§.publicè.ff.de procura. & l.absentem.ff.de pœnis.& l.j.ff. an per ali.cau.ap.per illum tex.per quem etiam alio.glo.mouētur intelligendo q dictio vsq;, posita ibi, ponatur exclusiuè. & hanc opi.sequuti fuerunt communiter antiqui Doct.tam iuris canonici, quàm ciuilis.& Ioan.Andr.& Hosti.hic Iac.de Aret. Odof.Iac.But.Gul.de cu.Rayne.de forli.& communiter antiqui Doct.vt dixi. ¶ Sed Iac.de Ra.Petrus & Vltramontani.& refert Cy.in l.reos.C.eo.ti.tenet q non possit interuenire procurator: & sequitur Martinus syllimani. volunt enim q in crimine publici iudicij non possit interuenire procurator, nisi qn venit imponenda pœna pecuniaria. vnde concludunt q si venit imponenda pœna relegationis, quòd non possit interuenire procurator. ¶ Non ob.d.l.j.quia secundùm eos dictio vsq;, ibi ponitur inclusiuè.& sic facit contra primam opi.pro hac secunda opi. Et hoc probant per text.illum qui dicit. sed capitalis per procuratorem agi non licet. Capitalis enim est, quæ adimit vitam, libertatem, vel ciuitatem. vt l.ij.ff.de pub.iudi. vnde si verba sequentia in d.l.j.dum dicunt. sed & si ea causa sit, ex qua sequi solet pœna vsq; ad relegationem, non oportere per aliam causam agi: si dictio vsq;, poneretur exclusiue. dictus versiculus nihil importaret. ergo vt verba aliquem effectum producant. dictio vsq;, debet intelligi inclusiuè.

¶ Secundò mouentur per text.in d.§.ad crimen. qui generaliter loquitur quod in crimine publici iudicij nō admittitur procurator: ergo si relegatio venit imponenda ex tali crimine, nō debet admitti procurator.

¶ Tertiò mouentur per l.ij.C.de procura. dum text. dicit appellationes pecuniariæ.

¶ Quartò pro dicta opi. dicunt esse casum in l.fin.C. de iniur. canonizata.iij.q.iij.§.nisi natura.si speciale est ibi in personis illustribus quòd in crimine iniuriarum admittatur procurator. ergo in contrarium est ius commune. vt l.j.in fi.ff.ad muni.sed in crimine iniuriarum potest imponi pœna relegationis. vt l. fi.ff.de iniurijs igitur & c.do.Cy.in d.l reos.dicit q opi. glo.cōmuniter seruatur de consuetudine & sic sentit q opi. vltramō. sit verior de iuris rigore. Et ad §.publicè. respondet q ille text. non diuiditur in tres partes, secundùm quod gloss. ibi legit: sed totus ille.§.qui loquitur in eo, qui venit ad allegandas causas absentiæ. sed vt s.dixi communem opi.citramon. sequitur glo. per tex.in d.§.publicè. quem intelligunt de eo, qui venit ad excusandum innocentiam.& ad allegandum causas causæ secundùm Iac.Butr.& sic ad defendendum. ¶ Nec obst.l.j.ff. an per ali.cau.ap. quia secundùm Iac.de Are.& Butr. ille tex. dum dicit capitalis debet accipi strictè pro ea causa, quæ verè ingerit pœnam mortis.& in versi.sed & si ea loquitur de alijs capitalibus quæ continent damnationem in metallum vel deportationem vt tenet Oldr. ¶ Non ob.§.ad crimen, quia licet loquatur indistinctè: tamen debet distingui secundùm alias leges. Et ita respondent etiam ad l.ij.ff. de procura. facit quod dixi s. in ij.q.huius membri. ¶ Non obst.l.fi.C.de iniur. coniuncta l. fi. ff.de iniur. quia secundùm Gul.de Cu.opi.prædicta debet intelligi, quando duntaxat imponeretur pœna relegationis, vel remotionis ab ordine: aut interdictionis, vel similis priuatiua, & clarū esset, q maior non posset imponi, secus quando imponeretur pœna corporis afflictiua: vt ictus fustium, vel similis: quia tunc non potest interuenire procurator.& ita loquuntur dicta contraria. Et si quis diceret, quomodo hoc est. nam et l. fi. C.de iniu. potest imponi pœna exilij, vel alterius interdictionis respondetur q satis est q possit imponi pœna corporis afflictiua, cùm imponat arbitrio iudicis. vt dixi s. in v.q.& ideò non potest interuenire procurator. vt ibi dixi. Barto.in d.§. ad

crimen dicit q communiter est tenenda opi.glo.quia minime sunt mutanda.l.minime.ff.de legi,& secundùm prædicta iudicandum esset.¶Sed disputatiuè de iuris rigore videtur sibi opi. Vltramon.verior vnde intelligit dictam l.j,q illa dictio vsq, non exclusiuè ponatur.& sic ille tex.facit pro opi. Vltramon. vt s.dixi.¶Item mouetur per alia iura obligata per vltramon. non ob.§.publicè.quia intelligit illum tex.de eo,qui venit ad excusandum,vel allegandum causas absentiæ,non causas causæ:seu ad plenam defensionem.¶Item mouetur per l.fi.C.de iniur.coniuncta l.fi.ff.de iniur.¶Nec ob.secũdùm eum respõsio Gul.quia licet in actione iniuriarũ possibile sit imponi pœnam corporis afflictiuam quia arbitrio iudicis &c. tamen talis pœna videtur esse determinata,quæ consueuit imponi pro tali delicto:vt traditur in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infami.vt dixi supra in v.q.vnde potest esse talis persona quę de-
26 bet relegari:& tamen non potest interuenire procurator.†Prę tereà pœna relegationis est quando damnatur quis, vt debeat morari in certo loco,vt l.relegatorum.ff.de interdi.et rele.ergo eadem ratio est in relegatione,quæ esset in deportatione : quia nunq posset interuenire procurator.& in hoc residet Bart. in d.§.ad crimen.Host.hic tenet communem opi.glo.& citramõ. quam etiam tenet Fede in consi.xciiij.& tenet Bal.in d.l.reos. C.de accusa.in prin.vbi dicit q miratur de opiñ. vltramon.& quod aliquis illam sequatur:quia contra est casus ex coniunctione duarum legum,ex quibus vna dicit q ad pœnam relegationis potest absens condemnari:vt l.absentem.ff.de pœnis. alia dicit q vbicunq absens potest damnari,ibi potest interuenire procurator ad plenam defensionem.vt est tex.in d.§.publicè.& ideò dicit q opi.vltramõ.est simpliciter falsa.& opi.citramon.simpliciter vera.Et secundùm prædictam opi.cõmunem dicit etiam hic do.me.consulendum,& iudicandum fore. Subdit tamen quòd veritate inspecta potius esset tenenda cõtraria opi.Mouetur primò per ea,quæ dixi in vj.ratione:quando ex parte accusati non admittatur procurator: sed potes respondere,vt ibi dixi.¶Secundò mouetur ex his, quæ dixi etiã in v.ratione.sed potest etiam responderi,vt ibi dixi.& ad l. absentem.ff.de pœ.quæ vult q pœna relegationis potest imponi etiam absenti.& sic per consequens videtur q possit interuenire procura.respondet do.me.q licet absens possit contumaciter relegari:tamen procurator non põt interuenire : quia non potest legitimare personam suam præstando satisdationẽ vt s.dixi in vj.ratione primæ.q.Ista tamen responsio non videtur bona.vt ibi dixi.Item secundùm eum,quia homines cõsisi, q potest interuenire procurator,de facili eum constituerẽt. Et quandoq per negligentiam procuratoris damnaretur.cui est obuiandum.¶Nec obst.§.publicè.quia vt notabiliter dicit ibi Bartol.ille text.non loquitur in procuratore,sed in executore. quod patet quia dicit,per quemcunq.& vtitur similibus verbis,quæ clarè indicant quemlibet admittendum,etiam si sit fœmina,vel minor.vnde non potest intelligi in procuratore.

¶Nec ob.quod tex.ibi dicit q admittitur ad excusandum innocentiam:quia excusator debet admitti,etiam ad excusandũ super crimine:quia ex quo potest procedere,iudex in illo casu contra absentem ex officio debet supplere præsentiam absentis,& inuestigare etiam de eius innocentia.facit l.properandũ. C.de iudi.& aut.qui semel.C.quomodo & quãdo iudex xxx. q.v.iudicantem.& quod no.in c.ij.de arbi.lib.vj.vnde si iudex per se debet hoc facere,fortius debet admittere quemcunq excusatorem volentem ostendere innocentiam accusati:quia excusator qualiscunq sit,potest prodesse,& non obesse,cùm nõ habeat mandatum:sed procura.posset etiam obesse.¶Ex prędictis igitur patet q in hoc articulo duplex est principalis opi. vna glo.& citramontanorum:alia vltramontanorum , quã de iuris rigore videntur sequi Cyn.Bar.& do.me.prima fundatur super d.§.publicè.coniuncta.d.l.absentem.ff.de pœn. secunda fundatur principaliter super l.fi.ff.de iniur.vt igitur veritas isti9 articuli satis intricati clarè elucescat,examinandi sunt intellect9 dictorum iurium.¶Pro prima igitur opi.vt dixi,videtur text. in d.§.publicè coniuncta.l.absentem.nam in d.l.absentem. §.j. dicitur q in causa relegationis sententia potest ferri contra absentem:ergo potest interuenire ꝓcurator:vt d.§.publicè.ver. vbicunq.Et quanq Car.conetur respondere q ibi non admittitur,vt procurator,sed vt quilibet,qui possit prodesse accusato:non autem obesse.hæc tamen responsio videtur contra tex. illum,qui formaliter dicit quemlibet pro reo absente verba facientem,& innocentiam ostendentem audiri debere. ergo sequitur q etiã procurator debet audiri:cùm oratio sumpta ex vniuerso verificari debeat in quolibet particulari. vt l. si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.du.& quia qui omne dicit, nihil excludit.vt c.solitæ.de maio.& obe.& l.à procuratore.C.mandati.Et propter ea,vt tangunt Bal.& Ang.ex responsione Bart. sequeretur q quis posset facere procuratorem ad faciendum omnia,quæ sibi prodessent:non autem illa,quæ sibi nocerent. quod videtur falsum:quia talis procuratorij forma est reprobata per id,quod no.Inno.in c.constitutus.de procur.& quod notatur in c.fi.de dila.& per glo.in c.relatio.xxj.q.j.per Spec. in tit.de procu.§.ratione autem formæ.vers.item excipitur.& per Paul.in cle.j.de procu.¶Tu aduerte:quia Bar.non videtur hoc voluisse.sed videtur sensisse q excusator etiam innocẽtiæ in casu prædicto admittatur sine mandato.¶Non ob.l.fin.C. de iniu.quia potest responderi.vt s.dixi post opi.Cyn.Bar. tamen dictam responsionem reprobat. pro qua reprobatione facit:quia in casu d.l.fi.iudex non poterat excedere pœnam relegationis:quia persona erat illustris,vel similis.& tamen dicitur ibi q est speciale q possit constituere procuratorem.ergo in contrarium est ius commune.vt l.j.in fi.ff.ad munici. cum si. ergo vbi aliàs venit imponenda pœna relegationis : regulariter non videtur admittendus procurator.vnde Ang.in d.§.ad crimen.dicit q non videt q opi.glo. & citramontanorum possit sustineri. nisi dicamus q speciale sit in crimine iniuriarum q procurator non possit constitui in illo crimine:licet nõ possit imponi pœna s.releg.quasi sentiat q in alijs criminibus possit constitui. sed in crimine iniuriarum regulariter non possit. & speciale est in persona illustri,vt possit.& hanc solu.tangit Cyn.in d.l.fi.licet Ang.ipsum non alleget.Sed hæc so.nõ videtur bona:quia non est bona ratio diuersitatis inter crimen iniuriarum,& aliud crimen,maximè quò ad potestatem dandi procuratorem in criminalibus,non videtur attendẽda qualitas criminis:sed qualitas pœnæ imponendæ ex illo.vt d.l.j.§.j.ff. an per ali.cau.ap.& dixi.s.sæpius,& maximè in j.& ij.q. huius secundi membri.Vnde do.Richar.de Sali.aliter respondet ad d. l.fi.videlicet q speciale erat in persona illustri q sibi in crimine iniuriarum imponeretur pœna relegationis.Et ex hoc in consequentiam resultabat q speciale erat in eo q posset dare procura. in dicto crimine: quia quicquid est causa causæ, est causa causati.vt in d.iuribus.Sed hæc responsio non videtur bona secundùm Imo.quia nedum illustri debet imponi pœna corporis afflictiua:sed relega.aut minor.imò etiam idẽ est in alijs inferioribus à persona illustri:vt non possit imponi pœna corporis afflictiua,sed relegationis:vel minor nisi sit vilis, aut humilis persona,secundùm legem humilem.C.de incest.nupt. facit quod notatur in l.annona.ff.de extraor.cri. & probatur in d.l.fin.expressè.ff.de iniur. inquantum dicit q solùm homines humilioris loci fustibus subijciuntur,& non cæteri.& bene facit,quod habetur in l.capitalium.§.nõ solent.& §.generaliter. & l.moris.§.iste ferè.ff.pœnis.& sic patet q attẽta ratione do. Richar.Idem debuisset statui in alio homine honestæ vitæ circa constitutionem procura.q statuitur in illustri persona q tamen est falsum.vt patet ibi in tex.dum dicit,nulli alij licere. & ideò dicta solutio non videtur bona.¶Et ob hoc fortè Richar. dedit aliam solutionem:videlicet quòd interdum sumus certi à principio pœnam relegationis debere imponi:& tunc admittatur procurator.& ita loquatur opi.communis.Interdum verò sumus dubij ratione criminis ex eo q datur iudicis arbitriũ. vt inspectis circunstantijs personæ,loci,& temporis. vt est in crimine iniuriarum.vt l.prætor.§.atrocem.ff.de iniu. & insti.e. tit.§.atrox.Et tunc propter dubium non admittitur procurator.sed speciale est in illustri.& sic loquatur.d.l.fin.C.de iniur. ¶Et pro hoc facit secundùm eum:quia poterit esse q illustris intulerit iniuriã illustri:& sic cessabit priuilegium.Item à principio non constabit iudici,quod ille,qui intulit iniuriam, fuerit illustris.& ideò propter has dubietates in dubio repelletur in crimine iniuriarum procurator.Fallit in persona illustri.& hãc solutionem sequitur do.Barto.de Saliceto in d.l.reos.

27 ¶†Sed certè hæc responsio non videtur bona secundũ Ioã. de Imo.quia licet illustris intulerit iniuriam illustri:non tamen videtur q debeat imponi pœna corporis afflictiua.per legem finalem.ff.de iniurijs.& dicta l.capitalium.§. non solent. ff. de pœnis.et quia esset nimis restringere dictam legem finalem.C. de iniurijs.maximè quia dicta lex finalis videtur præsupponere q constabat ipsum esse illustrem.& sic etiam est verisimile ipsum esse illustrem,cùm talia scilicet esse illustrem,verisimiliter consueuerint esse notoria.& ideò dicere q illud cõtingat: quia dubium esset,an esset illustris:videtur delusorium:quia vt dixi, litera ibi pro constanti videtur ponere q ibi constabat illum illustrẽ.& sic similiter,ex quo constabat ipsum illustrem,cõstabat pœnam relegationis imponendã.ergo non debet esse speciale in ipso illustri,vt possit procuratorem constituere cõtrarium:cuius vult ille tex.¶Prætereà dico quia eadem ratio militaret in inferioribus ab illustribus, qui non essent vilioris conditionis.

ditionis. & sic potest reprobari, vt præcedens. Vnde Ioan. de Imo. dicit ꝙ ad d. l. fi. C. de iniur. potest aliter responderi saluando communem opi. ꝙ illa intelligatur, quãdo intentabatur crimen iniuriarum: ex quo poterat sequi pœna capitalis. vt in casu l. primæ C. de famo. libel. quo casu etiam in persona honestiori imponitur pœna. vt l. iij. §. fina. ff. ad l. Corne. de sic. facit quod habetur in l. antepe. ff. de iniur. vbi apertè videtur innui, ꝙ interdum in crimine iniuriarum imponitur pœna deportationis. nam verbum exilium, positum in d. l. antepe. vt differat à verbo relegatiõis, debet intelligi de deportatione. facit quod no. glo. in l. ij. C. de epi. aud. non ob. quod d. l. antepe. loquatur de pœna calumniantis in crimine iniuriarum, cùm pœna calũniæ sit pœna talionis, & sic similitudo supplicij. vt l. fi. C. de accu. & l. j. §. crimen. ff. ad turpil. Erit ergo speciale in persona illustri: vt in istis casibus in crimine iniuriarum possit dare procuratorem: videlicet, quando pœna capitalis, vel deportationis veniret imponenda: secus si pœna releg. quia tunc nõ esset speciale. cùm etiam in alio haberet locum procuratoris constitutio. vnde secundùm Ioan. de Imo. non esset speciale ꝙ pro leui & verbali iniuria illata per illustrem, illustris posset agere per procuratorem: quia nemo dubitat, ꝙ etiam pro tali iniuria, ex qua venit imponenda sola pecuniaria, verisimiliter etiam alius quilibet posset agere per procuratorem. per no. in c. cùm te. §. de re iudi. vbi secundùm vnum intellectum patet exemplũ de iniuria verbali. ¶ Tu aduerte, quia licet hæc solutio videatur esse notabilis: tamen iste intellectus videtur continere diuinationem. Præterea videtur contra dic. l. fi. quæ generaliter, & indistinctè loquitur de qualibet causa iniuriarum. & sic videtur generaliter intelligenda. ¶ Vnde ego arbitror posse dari nouum & veriorem intellectum ad d. l. fi. de quo aliquid tetigi. s. in prima fallentia. ij. q. huius. ij. membri. ꝙ speciale sit in persona illustri, vt liceat sibi defendere per procuratorem in crimine iniuriarum. nam persona illustris regulariter non põt causam agere, seu defendere se, per se principaliter: sed per procuratorem vt l. quicunq;. C. de procura. & latius dixi in d. fallentia. ¶ Nec contra hunc intellectum obst. d. l. fi. dum dicit, vt nullus alius sibi liceat hoc vendicare, quasi sentiat quòd hoc, speciale sit in persona illustri: & tamen personæ illustri non potest imponi pœna s. relegationẽ vt d. l. fi. ff. de iniur. sed vsq; ad relegationẽ iam dictum est secundùm communem opi. quod quilibet potest causam agere per procuratorem: quia respõdeo ꝙ illa lex continet specialitatem in hoc videlicet, quod vbi aliàs persona illustris non potest ciuilem causam agere per se, sed per procuratorem: in causa tamen iniuriarum, in qua illustri non venit imponenda pœna corporis afflictiua, hoc licitum est. vnde põdero ꝙ tex. ibi dicit per verbum licere: quasi velit dicere, & si alijs indifferenter licitum sit causam criminalẽ, in qua venit imponenda pœna vsq; ad relegationem, agere per procuratorẽ. tamen in persona illustri potuisset esse dubitatio per præallegatam. l. quicunq;. Et ideò Imperator dicit licere, quasi dicat, licet aliàs non liceat in causa ciuili illustri per procuratorem agere. Item licet in causa criminali non sit licitum agere per procuratorem. vt in d. §. ad crimen. tamen licitum sit illustri in causa iniuriarum agere per procuratorem. Et ratio specialitatis sit: quia non est causa ciuilis. item nec causa criminalis multũ grauis, in qua ex genere pœnæ non possit constitui procura. quia cùm veniat imponenda pœna illustri vsq; ad relegationem. ¶ Nec ob. tex. ibi dum dicit: ita tamen vt nullus alius. quia respondeo ꝙ hoc alteri non conceditur ex iure speciali: sed simpliciter ex iure communi: quando venit imponẽda pœna vsq; ad relegationem. ¶ Vel respondeo & melius ꝙ nulli alij hoc conceditur in crimine iniuriarum, s. quod simpliciter possit causam agere per procuratorem: sed in ipsis personis inferioribus ab illustribus. vt ibi dicit text. formaliter mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, obseruetur in posterum: quasi sentiat, ꝙ si simus certi de pœna, vel ex qualitate personæ, vel ex consuetudine vt procurator admittetur: tunc debebit admitti, si venit imponenda pœna à relegatione. s. vel est dubium de pœna. vt dictum fuit in v. q. & hic est meus nouissimus intellectus, secundùm quem nulla continetur diuinatio: nec litera violatur.

28 ¶ Et ex prædictis infero, quod idem dicendum esset in epis, & alijs inferioribus prælatis, quod dictum fuit de persona illustri: quia tales sicut illustres, nõ possunt per se ciuiles causas agere: sed per procuratorem. v. q. iij. c. episcopus iuncta glo. & tenet Host. in summa in tit. de procu. §. quis dare ver. & episcopus. vbi assignat quatuor rationes. Prima quia secundùm apostolum non oportet seruos Dei litigiosos esse. ij. q. vij. c. sicut sacerdotes. Secunda ne cogantur recedere à diuinis officijs. vt l. omnes qui C. de epi. & cleri. Tertia quia causæ, quæ in iudicio agitantur, materiam criminibus solent præparare. C. de iudic. l. properandum. & quia equiparantur illustribus. vt C. de epi. et cle. l. episcopale. Ego tamen de hoc dicto dubito valde. & fortè non esset verum. & cõtra ipsum videtur tex. in c. cùm olim. s. de testi. vbi probatur ꝙ episcopus potest personaliter agere facit & c. fin. s. de iur. calum. Item video ꝙ eps põt esse procurator pro ecclesijs suis, & miserabilibus personis. vt c. j. & fi. de postul. & in causis spiritualibus, in quibus potest esse procur. laici. vt c. per venerabilem. s. qui fi. sint leg. & ibi Ioan. Andr. in prin. sed quia non est principalis articulus noster, non insisto. vide in d. iuribus per Spe. in tit. de procura. §. j. ver. item ꝙ est episcopus. ¶ Item non ob. opi. glo. de qua in d. §. ad crimen vt s. dixi, quæ vult ꝙ sit dare relegationem in locum certum. vt l. relegatorum. ff. de interdic. & relega. quæ pœna non videtur cadere in absentem. & sic saltem non videtur posse dari procur. sed posset responderi, & primò ꝙ opi. glo. debet intelligi, & limitari in relegatione ad locum certum: secus in relegatione fienda ad incertum locum. & hanc opinionem sequutus fuit dominus Franciscus de ramponibus: quam etiam tangit Bald. in d. §. ad crimen. Item posset dici & secundò ꝙ etiam in relegatione fienda ad certum locum possit ferri sententia in absentẽ. & per consequens videtur posse interuenire procur. quia cùm talis retineat ciuitatem & bona. vt d. l. relegatorum. §. j. verisimiliter habebit effectũ sententia: quia si pręcipietur sibi ꝙ ipse debeat parere sentẽtiæ, illi parebit: ne aliàs aggrauetur eius pœna. per l. relegati. ff. de pœnis. nec obstat si diceres ꝙ eadem ratione sententia deportationis debet posse ferri in absentem: quia potest augeri pœna, si condemnatus non pareat sententiæ damnando illum in metallum. vt notatur in d. l. relegati. qa respondetur secundùm do. Richar. & Bartholomeum de Saliceto in d. l. reos. ꝙ natura vocabuli repugnat in deporta. ex eo quia deportare est ad aliquem locum portari naui, vel vehiculo. vel iumento. vt l. j. ff. de serui. rusti. prædio. & l. ferri. §. portari. ff. de verb. signi. Et ideò talis sententia non videtur posse ferri in absentem: quia nõ videtur posse ferri, secundùm quod denotat vis & proprietas verbi: quæ ratio cessat in relegato.

¶ Sed aduerte, quia hæc responsio non placet Ioan. de Imol. quia etiam relegatus in insulam, videtur in illam deportandus. Et ideò interdum tenetur in carceribus. vt d. l. relegatorum. in fine prin. vnde posset aliter respõderi: videlicet ꝙ cùm deportatus amiserit ciuitatem & bona, ex quo non habet quid perdat, nisi libertatem, per quam posset damnari in metallum: sicut non timebat deportationem propter absentiam. ita non timebit damnationem in metallum. vnde secus dicendum est in relegato, qui non perdit bona. Ad prædicta etiã adducit, quod in simili videmus. nam damnari actione personali potest quis: licet absens: & licet in illo loco non habeat bona, in quibus ibi possit fieri executio. & per consequens patet ꝙ non sequitur, non potest fieri statim executio contra absentem. ergo absens non potest dãnari. Et hinc est ꝙ ille qui nil habet in bonis, potest damnari: quia potest peruenire ad pinguiorem fortunã. vt l. si defunctus. C. arbitrium tutel. & hoc modo communis opi. potest sustineri. & sic residet Ioan. de Imo. Subdit tamen quòd fortè non esset malum de iure limitare dictam opi. glo. secundùm opin. domi. Fran. de Rampo. videlicet, quando relegatio esset facta ad locum incertum. Ad alia autem argumenta. s. formata contra communem opi. patet responsum. s. aduerte, quia secundùm Ioan. de Imo. contra communem opi. posset adduci. d. §. ad crimen. coniungendo principium cum fine. dicitur enim ibi in principio simpliciter quòd ad crimen publici iudicij non admittitur procurator. & in fin. tex. videtur velle quòd sententia potest ferri in absentem: quòd nihilominus differtur propter iustam excusationem. & sic videtur ille tex. comprehendere causam criminalem, ex qua veniebat imponenda pœna relegationis. quæ contra absentem imponi põt. non autẽ intelligi potest de grauiori: quę non põt imponi contra absentẽ. vt d. l. absentẽ. dũmodò esset absens ex iusta causa: ꝓpter quã etiam sententia relegationis esset differenda. vt ibi in fine. & sic finis illius. §. videtur comprehẽdere causam relegationis. & tamen vult quòd non admittatur procurator, sed executor. Sed ad hoc potest responderi quòd text. in d. §. ad crimen. non debet intelligi, quando est talis pœna, quæ potest ferri in absentem. nec obstat litera in fine, dum dicit de sententia differenda quia non debet intelligi de sententia pœnæ ex delicto: sed de sententia annotationis bonorum. de qua in l. j. ff. de requi. reis. & d. l. absentem. Vel dic quòd text. ille potest intelligi in criminibus specialibus: in quibus pœna vel sententia capitalis põtest ferri contra absentem, etiam de iure ciuili. vt patet in lege Cornelia. §. constitutum. ff. ad l. Corn. de sic. & in casu. l. ne diu. C. de pe. & hodie in crimine læsæ maiestatis. vt in extraua. ad repri. & dicam infra in xv. q. Et si tu diceres quòd tunc non ad

mittitur solùm excusator, sed simpliciter admittendus est procurator ad defendendum: respondeo ꝙ hoc est dubium, vt infra videbimus in q.xv. sed posita opi. quòd admittatur procurator: respondeo ꝙ in casibus prædictis non restabat, nisi ferre sententiam. & ideò §. ad crimen. loquitur ꝙ admittitur excusator, & differtur sententia. nam ille text. loquitur solùm de actu sententiandi. nec etiam obstat, si diceretur ꝙ etiam eo casu, in quo procedi potest contra absentem, non debeat admitti procur. in causis criminalibus à relegatione. s. per ea quę notantur in l.j.ff. an per ali.cau.ap. vbi patet ꝙ in causa app. potest procedi contra absentem: quia illa imitatur naturam causæ principalis. vnde sicut in principali non poterat admitti procurator ex eo ꝙ absens non poterat damnari: ita nec in causa ap. quę sequitur ipsius naturam. vt dixi: licet in illa possit procedi cōtra absentem. & pro hoc facit regula generalis posita in d.l.j. in fi. quæ dicit ꝙ generaliter si causa principalis non potest agi per procuratorem, nec etiam causa ap. poterit agi secundùm Bald.
29 in d.§. ad crimen. ¶ † Aduerte: quia ex d. opi. Bal. videtur sequi quòd in causa appel. & in causa criminali, in qua non poterat procedi contra absentem in causa principali, possit procedi cōtra absentem in causa appellationis. Et hoc voluit Bald. dum sentit ꝙ in causa appellationis possit procedi contra absentem sed non debet admitti procurator quia nō debebat admitti in causa principali. & sic non poterat procedi contra absentem: aliàs debuisset admitti procura. vt dicam in xv.q. sed hæc opi. Bald. non videtur vera per l. absentem. ff. de pœnis. & l. absentem. C. de accu. quæ loquitur indistinctè. & sic videtur velle ꝙ tam in causa appel. ꝙ in causa principali: in causa in qua venit imponenda pœna à releg. s. non possit ferri sententia in absentem. Et propterea arg. Bal. videtur concludere contra ipsum. nam si causa app. limitatur naturam causæ principalis, vt dictū est: ergo sicut in causa principali non potest contra absentem procedi, si talis est natura causæ: ita nec in causa appella.

¶ Tertiò moueor per tex. in d.l.j.ff. an per ali.cau.app. vbi tex. vult quòd in causis criminalibus à relegatione supra nō potest quis per alium causam agere: sed debet adesse auditorio. & sic videtur quòd requiratur eius præsentia. nec ob. l. fin. §. illud. C. de temp. ap. quia respondeo quòd ille tex. loquitur in ciuilib9, vel in causis in quibus contra absentem poterat procedi in causa principali. nec obst. etiam si allegaretur quòd ex quo sententia est lata in principali contra reum: illa statim traxit secū executionem quò ad ea, quæ sunt iuris: videlicet, quò ad infamiā, seruitutem, & perditionem status sui. l. qui vltimo. ff. de poe. & ideò tunc facilius poterit procedi contra absentem in causa appel. quia r̄ndeo secūdùm Io. de Imol. ꝙ hoc non videt̄ sufficiens: quia per ap. interpositam videtur extinctum pronunciatum, vt l.j. in fin. ff. ad turpil. & si sententia ferretur in causa ap. ageretur ex secunda, non ex prima, vt traditur in l.j.ff. ad treb. & l. eos. C. de app. & l. furti. ff. de infami. ¶ Aduerte tamē: quia Bal. in nostro principali articulo variauit. nam primò dixit ꝙ in relegatiōe ad certum locum potest interuenire procurator: sed in relegatione ad certū locum nō, propter rationes quas. s. allegaui in opi. do. Fede. deinde dixit, vel dic melius ꝙ vtroqꝫ casu idem est: nec videtur ꝙ sententia sit delusoria: quia saltem per eam inducetur obligatio ad pœnam ꝙ videtur sufficere. q. aliàs si secus diceremus non posset ferri sententia contra absentem in causa pecuniaria: si damnatus nulla haberet bona, cum quibus posset fieri executio. & sic residet Io. de Imo. sed ratio prædicta mihi non videtur concludens: quia idem concluderet in qualibet alia poena maiore relegatione. ideò tene, quod s. dixi in alijs rationibus. s. assignatis: ex quibus patet simpliciter defensatam cōmunem opi. quæ placet Io. de Imo. & mihi: nec ab ea recedendū esset, maximè cum glo. vbiqꝫ hanc firmet. secundùm quod singulariter no. Ia. Bu. in l.j. C. qui pro sua iurisf. qui dicit, quòd opi. gl. per eam firmata seruanda est pro. l. & idem not. Bal. in l. hære. C. depositi. & adde quæ dicam j. in xv.q.

¶ Vltimò aduerte, quòd licet Doc. circa prædictum casum relegationis simpliciter transeant, non facientes differentiam inter accusatorem, & accusatum: tamen ego arbitror dicendū quòd retenta opi. vltramō. non sit fienda differentia. sed retenta opi. citramontano. dicendum esset, ꝙ licet ex parte accusati possit interuenire procu. tamen ex parte accusatoris dico ꝙ lit. conte. prosequendo publicum interesse non admitteretur procu. ad quod faciunt quæ dixi s. in rationibus. ij. quæstio. primi membri principalis: & quę dixi in ij. quæstio. secundi membri. quid autem iuris sit, si hoc casu veniret imponenda pœna pecuniaria, dic vt dixi in d.q. ¶ Et ad secundum argumentum, quod posset formari in contrarium quòd vbi venit imponenda pœna relegationis, non admittatur procurator: quia vbi venit imponenda pœna fustigationis, videntur æquiparari. l. cognitionum. §.j.ff. de var. & extraordi. cri. dixi in iij. q. responde, vt dicam in argumentis formatis in contrarium ad decisionem xiij. q. & adde quæ dicam in xij. Et ex prædictis est expeditus iste articulus difficilis & intricatus.

30 ¶ † Vndecimò quæro, an in delictis, ex quibus venit imponenda pœna perpetui carceris admittatur procurator. solu. pro solutione huius q. debes animaduertere de iure ciuili quòd non potest quis damnari ad perpetuum carcerē. l. capitalium. §. solent. ff. de poe. imò in seruo vix concessa fuit dicta potestas damnādi ad perpetuum carcerem. vt l. incredibile. C. de poe. & l. j. C. de his qui non pos. ad liber. perue. nisi fortè diceremus, ꝙ vbi olim ex delicto veniebat imponenda pœna, per quam irrogabatur perpetua seruitus, hodie cùm illa pœna nō sit in vsu possit imponi pœna carceris. vt dixit Bal. ī d. l. incredibile. quo casu procederet dicta q. maximè attenta dispositione. l. hodie. ff. de poen. vel posset procedere ex forma statuti disponentis, quod pro aliquo delicto imponat̄ perpetui carceris: vel quòd iure canonico secundùm quod non est dubium quòd talis pœna potest imponi. vt c. pe. de apo. & c. nouimus. infrà de verb. significa. & c. vt commissi. de hæretic. libro vj. quantum ergo attinet ad principalem. q. nostram licet Doc. hanc non tangāt: tamen arbitror dici posse quòd non potest interuenire procurator. quia hæc pœna perpetui carceris æquiparatur pœnę damnationis in metallum. vt not. Innoc. in c. qualiter. el. ij. in glo. magna. j. eod. & sequitur Barto. in l. ij. ff. de publi. iudi. sed in iudicio, in quo venit imponenda pœna damnationis in metallū, non potest interuenire procurator. argumen. l. ij. coniuncta. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. & hoc etiam probatur latius ex his, quæ dixi s. in iij. & ix. q. quia cùm ista pœna sit maior relegatione, non potest interuenire procurator. vt l.j. §. si ea. ff. an per ali. cau. appel.

¶ Aduerte tamen circa prædicta quòd dicta æquiparatio Innocen. & Bartol. non videtur bona: quoniam dominus non amittit dominium serui damnati ad perpetuum carcerem. l. aut damnum §. fin. in fin. ff. de poe. sed si est damnatus in metallum dominus priuatur dominio serui. vt d. §. fina. in princi. sed posset dici quòd licet non sit bona quò ad omnia: tamen communiter æquiparatur. & licet dominus non perdat dominium serui damnati ad perpetuum carcerem: tamen illud dominium videtur parui effectus: quia per talem seruum domino nō potest acquiri. nec in ipso spectatur persona domini ad faciendum ipsum capacē. vt d.l.j. C. qui. ad liber. perueni. non pos. & tenet Ian. de Imol. in l. secunda ff. de publi. iudi. & tenuit quidam solennis Doctor domi. Benedi. de Plumbi. qui voluit quòd damnato ad perpetuum carcerem, vel ex forma statuti, vel de iure communi, non possit aliquid relinqui vltra alimenta. & sic etiam in hoc videtur æquiparari damnato in metallum, qui nō est capax relictorum. licet quo ad alimenta possit capere. vt l. j & ij. ff. de his qui pro non script. habentur. & tangitur in l. j. C. de hære. instit.

¶ Sed aduerte: quia etiam videtur posse attentari quòd damnato perpetuo carceri de iure canonico non possint relinqui alimenta, cùm sibi deputetur panis angustiæ, & aqua doloris. facit quod habetur in d. c. nouimus. & c. quamuis. de pœ. libr. vj. dixi in d. c. pe. de aposta. & c. ad audientiam de homi. in l. viij. q. vij. q. principalis.

¶ Sit ergo conclusio, quòd non potest interuenire procu. quādo imponitur pœna relegationis in locum certum, secundùm communem opiñ. de qua dixi in præcedenti q. fortius in casu nostro, maximè quia de facili posset effici iudicium delusoriū.
31 ¶ † Duodecimò quæro, an in criminibus, ex quibus venit imponēda pœna, vt quis possit impune offendi: vel ꝙ nō audiat̄ tam in ciuili, ꝙ̃ in criminali causa admittat̄ proc. solut. Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. cōcludit ꝙ talis causa dicat̄: si talis pœna sit perpetua: vt puta, si statutū dictat ꝙ declinans iurisdictionē potestatis possit impunè offendi. nā perdit ius illius ciuitatis, cuius videtur factus hostis. vt l. amissione. §. qui deficiūt. ff. de capi. dimi. ad instar pœnæ deportat, per quā quis perdit ciuitatē: propter hoc dicitur capitalis. secus si talis pœna non sit perpetua. verbi gratia dictat statutū ꝙ bannitus à centum libris. s. possit impunè offendi: quia tunc non censetur capitalis, cùm soluendo centū possit euitare aliā pœnā ad instar pœnæ excōicationis, quæ est medicinalis, nō mortalis, seu perpetua. vt c. j. de sen. excom. lib. vj. Ange. vero in d. l. ij. dicit ꝙ secūdùm dictū Bar. fortè non est verū: quia videt̄ sufficere ꝙ pœna possit esse perpetua. ar. l. sufficit. ff. de cōd. inde. & no. in gl. in perpetuas. in c. fi. de rescript. lib. vj. & in c. fi. s. de sol. nam poterit esse ꝙ cōdemnatus nunqꝫ soluet, nec vsqꝫ habebebit potentiam soluendi facit quod dictum fuit s. in vj. q. Nec ob. quod dictum fuit de excōicatione: quia saltem in mortis articulo poterit absolui à quolibet,

à quolibet, vt traditur xvij.q.iiij.c.si quis suadente. dicam in c. omnis. j. de pœ. & remis. quod non contingit in bannito propter pecuniam: quia de banno nō potest exire nisi soluat secūdùm Ange. Bald. verò in l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procu. versic. vlterius quæritur. dicit ꝙ si statuto cauetur quòd contrahens matrimonium cum Guella nō audiatur in ciuili vel criminali quòd accusatus de tali crimine non videtur posse respōdere per procuratorē: quia hæc pœna videtur maior deportatione. l. hi qui sanctam. C. de aposta. ergo nō potest interuenire ꝓcurator, vt patet ex his quæ dixi in x.q. Cōtrarium tamē ipse determinat. mouetur: quia quædam pœnæ sunt afflictiuæ corporis: & in his habet locum §. publicè. Quędam verò conclusiuæ, vt est pœna prędicti statuti: & etiam pœna remotionis ab ordine, & similis. & in his non habet locū §. publicè. ratio potest assignari: quia prima pœna nō cadit in absentem: & sic nō potest interuenire ꝓcurator, vt dixi in j.q.j.q. principalis. secunda verò cadit in absentem: & ideo debet posse interuenire ꝓcurator, vt tenet Iac. But. in d.l. hi qui sanctā. Et ex hoc infert Bald. quòd licet bannum in se habeat hanc conditionem quòd non debeat reddi ius bannito, & quòd posit impunè offendi: tamē admittitur procurator. nec obstat quòd talis non debeat audiri. per consequens non debet admitti procurator: quia verum est quando bannum esset decursum & traxisset secum executionem: sed antequam currat admittitur defensio. quod est valde notabile secundùm Bald. & eandem sententiam tenet ipse in d.l. reos. in princip. C. eod. & d.l. penult. §. ad crimen. videt̄ impugnare hanc opin. ex eo quia si non debet audiri: ergo poterit impunè offendi: quia de iniuria nō poterit querelare. Sed constat sc̄d̄m eū ꝙ hæc pœna quòd posit impunè offendi est capitalis: quę vel est vel potest esse perpetuò duratura, vt s. dixi. ergo videt̄ ꝙ non posit interuenire procurator.

¶ Ego arbitror posse dici ꝙ stante statuto ꝙ posit impunè offendi quòd cùm hæc pœna sit maior deportatione, videat̄ nō admittendus procurator: nisi contra absentem procedi posset: cū videatur hæc pœna posse cadere in absentem, vt s. quis ꝓnuncietur offendibilis, videtur quòd posit procurator interuenire. sentit Ioan. de Imo. in d. §. ad crimen. subtiliter tamē cōsiderando videtur ꝙ cùm simpliciter hæc pœna caderet in absentem, vt de se patet ꝙ verior sit opi. Bal. Si autem statutum diceret ꝙ condēnatus à centū libris supra posit impunè offendi: non video quare non debeat admitti procurator: quia ista videtur esse pœna cōtumacię non delicti. facit quod dixi s. in iiij.q. & præterea si statutū dicit dicto modo pœna potentiæ defensionis videtur imponi à iure, non autem à iudice. Pœna autem imponēda à iudice est pœna pecuniaria: ergo debet posse interuenire procu. & hoc sensit Bal. in d.l. reos. in q. pen.

32 ¶ † Tertiodecimò quęro an in delictis ex quibus venit imponenda pœna priuationis, seu depositionis ab ordine posit interuenire procur. sol. Iac. But. Bart. Bal. & docto. cōiter in d. §. ad crimen. & in d.l. reos. tenent ꝙ admittatur procurator. & sequunt̄ Ioan de Imol. & moder. mouentur: quia talis pœna cēsetur minor relegatione. facit quod habetur in l. cognitionum. §. j. ff. de va. & extraor. co. & l. j. §. j. versi. planè. ff. an per ali. cau. appel. & quod not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. siue ergo quis deponendus sit ab ordine vel priuādus publicis honoribus, vel simili pœna condēnandus non prohibet̄ ꝓcurator admitti. argu. d.l. cognitum. §. j. quia omnes dictæ pœnæ videntur minores relegatione: ergo est admittendus procurator, vt dixi in x.q. & hęc est cōmunis conclusio docto.

¶ Tu aduerte: quia contra hanc cōmunem opi. fortiter dupliciter oppo. primò de tex. nostro in quo videbatur agi ad depositionem. & tamen hic Papa dicit quòd non admittitur procurator: quia causa erat criminalis. ¶ Circa quod aduerte: quia intellectum istius decr. vt vidisti tetigi s. in j.q.ij. principalis q. & tenendo duas primas solutiones nouas quas ibi dedi cōtrarium patet solutum, sed tenendo vltimam solutionem Ioan. de Imol. quod aliud sit de iure canonico, & aliud de iure ciuili: qa de iure ciuili procurator admittitur. de iure canonico non contrarium licet in se pateat solutum: tamen solutio videtur leuis, nisi addatur ratio quare magis de iure canonico reperiatur prohibitum talē cām per procuratorem agi quàm de iure ciuili. vnde pro examinatione dicti dubij debes aduertere quòd aliter accipitur de iure ciuili ordo, & aliter de iure canonico.

33 † De iure canonico ordo est sacramentum ecclesiæ ab Apostolo introductum: cuius character per impositionē manus prælati secundùm formam ecclesiæ cooperante Spiritusancto imprimitur ordinato, vt in certis officijs valeat ministrare, vt tradit Hostien. in summa in titu. de tempo. ordi. facit xxxij. dist. in summa. & c. ij. s. de sacra. non reiter. Sunt autem ordines ecclesiastici secundùm ysido. li. vj. ethimo. & transumptiuè xxj. distin. c. cleros. hi. videlicet hostiarius psalmista, lector, exorcista, accolitus, subdyaconus, dyaconus, presbyter, & episcopus. quod autem sit vniuscuiusq; officium, vide ibidem: & sic videtur quòd ordines sint nouem non septem, prout communiter tenetur, sed hic non est noster articulus: ideo dic vt gloss. & Archid. in d.c. cleros. & à subdiaconatu supra inclusiuè hodie omnes ordines appellantur sacri. & si ordines minores etiā sint sacri, vt not. in c. clericus si tonsuram. s. de vita & honesta. cleri. & not. gloss. xxxij. distinct. in summa. vbi dicit quòd quatuor pręcipuè dicūtur sacri à sanctimonia, id est à castitate & continentia quam indicunt, vel propter excellentiam, vel quia magis participant de sacramento corporis Christi: & transferunt ordinatos in sortem domini: ita vt non liceat amplius retrocedere. facit c. cùm ex eo. de elect. libro vj. & capitu. ij. de cler. coniug. & licet constituti in minoribus teneantur cōtinere, vt c. vt clericorum. de vi. & honesta. cleri. tamē & in q̄titate delicti & impotentia contrahēdi matrimonium longa est differētia, vt c. j. de offi. ord. & c. j. de cle. cōiu. & c. j. de vi. & hon. cle. li. vj. de iure autem ciuili aliter accipit̄ ordo. Dicit̄ em̄ ordo cuiusq; corpis vniuersitatis vel collegij, vt puta decurionū, doctorū mēsaliorū, lanificū, & si. vt no. in ru. & in tex. ff. de decr. ab ordi. faci. & not. gloss. lxiij. distin. c. vota. Facit tex. iiij. dist. c. deniq;. xviij. distin. c. j. iuncta glo. & xx.q.j.c. præsens. xj.q.iij. c. si autem. & l. cognitionū. §. j. ff. de var. & extraor. co. vnde de iure ciuili dico quòd depositio ab ordine importat etiam illam pœnam per quam quis prohibetur honoribus fungi, vt d.l. cognitionū. §. j. quia talis minuit existimationem, vt ibi.

¶ Ex prædictis ergo patet ratio diuersitatis quare magis quis potest respondere per procuratorē quādo agitur ad depositionem ordinis de iure ciuili q̄ de iure canonico: quia vbi maius periculum: ibi cautius est agendum, vt c. vbi periculū. de elect. lib. vj. seu ꝓpter excellentiā ordinis sacramenti maius videtur inesse periculū: quia acclesia quasi nihil habet maius: vnde ex grauissimis dūtaxat criminibus quis deponitur ab ordine, vt tractatur lxxxj. distin. c. j. & c. Maximianus. xxxv. distin. c. j. et gl. lxvij. di. c. eps. l. di. c. si eps. & c. si quis præsbyter. gl. j. lxxxij. dist. c. præsbyter. Inn. in c. ex tenore. de tempo. ord. & in c. j. de corpo. viti. Crimina autem non grauia talem pœnam non inducunt, vt c. sicut nostris. de iureiu. hoc autem non contingit in depositione ab ordine ciuili, sed tenendo primā & secundā solutionem, de qua s. in dicta prima q. per quas declaraui intellectum tex. nostri. contrarium clarè patet solutum.

¶ Secundò opponit̄ & videt̄ quòd etiam de iure ciuili in iudicio ex quo venit imponēda pœna depositionis ab ordine nō posit interuenire procurator: quia in iudicio in quo venit imponenda pœna fustigationis non admittit̄ ꝓcurator, vt dixi s. in iij.q. huius j.q.ij.q. principalis. sed pœna despositionis ab ordine & fustigationis quo ad plebeos æquiparat̄ l. cognitionū. §. j. ff. de va. & extra. co. ergo qua rōne etiā in iudicio in quo plebeo veniret imponenda pœna fustigationis non admittit̄ ꝓcurator: eadem ratione nec debet admitti in iudicio in quo venit imponenda pœna depositionis ab ordine.

¶ Solutio: contrarium prima fronte videt̄ difficile, nec tangit̄ à docto. Ego arbitror posse solui ꝙ illa æquiparatio quę fit ibi fit quo ad effectum illius §. sed non simpliciter quo ad alios effectus in quibus diuersa esset ratio in vna pœna quàm in alia, sed maior videtur ratio quare prohibeat̄ ꝓcurator interuenire qn̄ venit imponenda pœna fustigationis q̄ depositionis ab ordine, vt patet ex his quę dixi s. in princip. in prima q. principali. & prædicta adde his quæ dixi s. in iij.q. in fine. & in viij. q. in fine.

34 ¶ † Quartodecimò quęro an in causis in quibus venit imponēda pœna separationis tori posit interuenire procurator. verbi gratia, agit vir contra vxorem, vel vxor contra virum corā iudice ecclesiastico propter adulterium ad separationem tori. Solu. dico quòd sicut est text. apertus in c. tuę. de procura. vbi tex. vult quòd in tali causa quę videtur mista inter ciuilem & criminalē admittatur procurator, licet text. ibi dicat quòd hoc sustineri potest si necessitas id postulauerit. & licet ibi text. dicat: & sic à contrario velle ꝙ secus si nō esset necessitas: tn̄ idē dicendū est vtroq; casu sc̄d̄m Host. & Io. And. & doct. cōmuniter. vnde dū tex. ibi dicit, si necessitas postulauerit: subaudiēdum est verbum maximè, vt in c. pasto. de offi. dele. & c. qd̄ sedes. de off. ordi. & sequuntur Ange. & Ioan. de Imol. in d.l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudic.

35 ¶ † Quintodecimò q̄ro an in casibus in qbus dixi in causa criminali ꝓcu. nō admittendū procedat hoc indistinctè, vt non admittat̄ etiam pro absente. sol. circa hanc q. variæ fuerūt doct. opi. Martinus enim antiquus glossat. voluit in l. reos. C. de accu. ꝙ si lit. contest. reus se absentauit ꝙ posit admitti procur.

ex eo: quia cùm lis sit contestata potest procedi contra absentem & sententia dabitur contra dñm qui fuit lit contest. & ita debet intelligi l. reos. C. de accusa. quę vult quòd rei capitalium criminum absentes possint per procuratorem defendi. secus si reus se absentasset ante lit. contesta. quo casu non potest procedi contra eum lite non contesta. & hoc casu loquatur l. penulti. §. ad crimen. ff. de public. iudi. & ideo hoc casu non posset interuenire procu. & hanc sententiam sequutus fuit Melendus antiquus glo. iuris canonici. de quo hic in glo. nostra in fin. per text. v. q. iij. c. reos. & sic patet quod d. l. reos. & d. c. reos. loquũtur in procuratore qui venit ad allegandas causas absentiæ ante lit. contesta. & idem ponit glos. in dicto §. ad crimen. vt statim videbimus in ij. q. princip. huius secundi membri. nos autẽ loquimur de procuratore qui venit ad plenam defensionẽ. Itẽ hæc opinio cõmuniter reprobatur ex eo: quia siue lis sit contestata, siue non, videtur quòd in crimine capitali non possit ferri sententia contra absentem. ff. de pœ. l. absentem. quia esset de lusoria, vt l. absentẽ. C. de accu. Pręterea ex dicta opin. videt̃ inferri quòd procurator interueniens post li. contesta. nõ debeat damnari: cuius contrarium tenent cõmuniter docto. in l. nihil. C. de procu. de qua materia tractatur latius in l. j. C. de sen. & c. quærelam. s. de elect. & ibi per glo. & docto. & in gloss. fin. in c. licet causam. de probatio.

¶ Secunda opi. fuit ꝙ aut sentẽtia potest ferri contra absentẽ: & tunc admittatur procu. ita potest intelligi d. l. reos. & hanc tangit Bar. in d. §. ad crimẽ. sed ipsemet dicit ꝙ iste intellectus ad d. l. reos. non placet sibi, primò: quia non conuenit d. l. reos. quod patet: quia litera ibi dicit quòd leges publicorum iudiciorum permittũt reos capitalium criminũ absentes posse defendi. Sed nulla l. digestorũ hoc reperit̃ cautũ quòd in crimine capitali possit ferri sententia cõtra absentẽ, nisi in vno casu, videlicet in casu legis l. Cornelia. §. constitutũ. versic. sed in seruos. ff. ad l. Cor. de sica. vbi tex. vult ꝙ serui qui spadones fecerunt: licet vltimo supplicio dãnandi sint: tamen possunt absen-
36 tes condẽnari. † Et est hic vnus casus specialis in quo in causa capitali vltimi supplicij potest ferri sententia contra absentem. & hic solus casus de iure digestorũ reperit̃, vt dixi: ergo nõ est verisimile quod vno casu speciali legislator in l. reos. fecerit illã regulã. quinimo & iste casus procedit scd̃m vnum intellectũ. de quo in d. ver. sed in seruos. sed scd̃m aliũ secũdũ intellectũ gl. tex. ille intelligit̃ qñ veniret imponenda pœna vsq; ad relegationem quo casu põt procedi cõtra absentem. Item nõ ob. ꝙ alius casus reperiatur. de quo in l. ne diu. C. de pœ. quia de illo non potuit cõsiderare regula l. reos. quia d. l. reos. fuit Alexãdri Impatoris qui maneas seu manicas fuit cõnominat⁹ à matre manea quę fuit Christiana auditrix Origenis quam ob causam eam filius iussit interfici. hic enim Alexander fuit vigesimus Imperator Ro. creatus anno Dñi ccxxiiij. & hic habuit assessorem Vlpianum Romæ clarissimũ iurecõsultum, vnde fuere eo tempore duo viri clarissimi Vlpianus. s. et Origenes. qui Origenes fuit Christianus, vt scribit hic Hieronymus septem millia volumina librorum composuit exceptis epistolis quas scripsit. Et idem dicit ysidorus. & habebat vt fertur quatuordecim scriptores septem viros, & septem puellas quę ex ore ipsius diuersorum librorũ materias cõscribebant. nunq̃ iacuit supra lectum: nunq̃ calceos portauit: carnes nunq̃ comedit, vinum nunq̃ bibit: & l. ne diu. fuit Gratiani & Valẽtini qui fuerunt longo tempore post Alexandrũ: fuerunt enim anno Do-
37 mini ccclxxxj. † Est tamẽ & hodie tertius casus in quo potest sentẽtia ferri in causa capitali contra absentẽ, videlicet in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauagan. Henrici Imperatoris quã promulgauit Pisis quæ incipit, ad reprimendam. & prædicti casus adhibendi sunt ad id quod d. gloss. iij. q. ix. in summa. Pręterea quòd dicit Barto. non est in se verum: quia licet simus in casibus in quibus potest procedi ad pœnam capitalem contra absentem, quòd potest hodie contingere de iure ciuili in dictis tribus: tamen non videtur posse admitti procu. per text. in dicto §. ad crimen. qui loquitur indistinctè. ergo sic intelligendus xix. dist. si Romanorum. Item quia & quãdo quis est carceratus & pręsens non videtur posse interuenire procu. in crimine capitali. argu. l. j. ff. an per ali cau. ap. de quo articulo dicendum, vt dicam in xvij. q. Item: quia videtur incõueniens quod in causa tanti pręiudicij dictum, factum, vel neglectum procuratoris noceat domino: & ideo videtur quòd non debeat admitti procurator. Et pro hac etiam sententia allegat etiam Ioã. de Imol. quia accusator & accusatus debent esse præsentes in iudicio: & quando crimen est graue, ambo debent stare in vinculis, vt l. j. ij. & iij. ff. de custo. reo. & l. penul. & fina. C. de accusatio. Vnde cùm iurisconsultus sciret hoc esse de iure: & tñ in d. §. ad crimen. dicit quòd ad crimen publici iudicij prosequendum frustra interuenit procurator videtur consequenter intellexisse, quòd etiam quando ambo sunt in vinculis non admittatur procurator: ergo multò minus quãdo reus est absens, nec obstat secundùm Barto. l. seruum quoq;. §. publicè. versic. vbicunq;. qui vult quòd vbicunq; absens potest dãnari debeat admitti veniens ad plenam defensionem: quia respõdet quòd ibi nõ veniebat vt procu. quia tunc non debuisset admitti per illam rationem, ne in causa tanti præiudicij dictũ, factum, aut neglectum per procuratorem noceat dño secundũ quod aliàs in simili dicitur in l. non solùm. in princ. ff. de procu. & in c. ij. de confes. libro vj. sed debet intelligi dictus versicu. vbicunq;. quòd debebit seu poterit admitti vt defensor absentiæ, instructor, seu informator iurium absenti competentium. & per consequens poterit prodesse absenti, & nõ nocere. facit quod no. in dicta l. non solùm. §. fina. nec est de hoc mirandum secundũ Barto. si taliter debebit audiri: quia vbicunq; iudex processurus contra absentem est perquirere debet veritatem omnibus modis. & per consequens debebit audire tales instructores, seu defensores causæ absentiæ. vt not. in authen. qui semel. C. quomo. & quan. iud. & l. ampliorem. C. de appel. & licet gloss. ibi dicat quòd speciale est in causa appellationis: tamen Inno. hic tenet contrarium. & Barto. ibi, facit etiam quod ipse Barto. not. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & quod nota. in l. & si non defendatur. ff. de pœ. & l. j. §. fin. ff. de quæstio. & l. qui cùm maior. §. si libertus. & §. seq. ff. de bon. liber. xxx. q. v. indicantem. xxxiij. q. viij. c. occidit. facit l. penul. ff. de interrog. actio. & hanc eandem opin. ponit Bar. in d. l. seruũ quoq;. §. publicè. & in d. extrauagan. ad reprimen. in ver. legitimè. pro qua Bar. ibi allegat: quia in causa appellationis parte absente lite non contestata potest perueniri ad diffinitiuam, vt C. de tempo. appella. l. fi. §. illũd. & tamen tunc non admittitur pro-
38 curator, vt dicta l. prima. §. primo. ff. an per ali. cau. appel. † Item mouetur: quia procurator rei debet satisdare iudicatum solui: nisi fuerit releuatus à domino pro eo satisdante. vt institut. de satisda. §. si verò aliquis. sed in casu nostro nec procurator satisdare potest, nec dominus potest eum releuare à satisdando. ergo &c. vnde Barto. ibi dicit ꝙ si statuto cauetur ꝙ accusatus aut inquisitus de crimine capitali, habeatur pro confesso si sit contumax, prout est cõmuniter in Italia, & condẽnetur ꝙ talis nõ poterit cõparere per procuratorem. de quo tamẽ dic vt statim dicam in seq. q.

¶ Et pro hac sententia etiã adducunt quidam ꝙ in casu criminali: ideo per procuratorem non potest causa criminalis agitari: quia iudex ex inspectione in faciem, & personam rei multa recognoscere poterit, videlicet qua trepidatione, quo colore, quo pallore &c. vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. facit l. iij. ff. de testi. & maximè ex verbis rei respondẽtis, vt in dictis iuribus quæ comprehẽdere ex verbis procu. non potest cùm ipse innocens sit, nec inspicitur rei præsentia ex quo nõ respõdet. arg. l in lege. ff. de contrahen. emp. & ff. de peti. hæred. l. nec vllam. §. quod si quis. & ff. de iure codic. l. ij. §. furiosus.

¶ Et prædictã opi. videtur sequi do. Ant. hic per l. inter accusatorem, ff. de pub. iud. vbi inter accusatorem & reũ admittit̃ excusatio pro absente, ne reus citatus absens damnet̃. vnde vult do. Ant. quod admittant̃ excusationes in casu in quo etiã absens posset damnari. ad quod etiã alle. tex. nostrũ & c. sup his. j. eo. in quibus probat ꝙ in cã in qua potest ꝓcedi ad diffinitiuam contra absentem vt ad pœnã depositionis nõ potest interuenire procur. nisi responderes quòd iura prędicta restringuuntur qñ vellet interuenire ꝓcurator ante lit. contest. per c. veritatis. de do. Sed in hoc intellectu, & in alijs intellectibus q̃tum ad tex. nostrum dic vt dixi s. in j. & xiij. q. scd̃m do. Ricar. de Salice. in dicto §. publicè. & Barth. de Salic. in d. l. reos. C. de accusatio.

¶ Contrariam tamen sententiã tenet Dy. in d. §. ad crimen. qui voluit ꝙ in omnibus casibus in quibus potest procedi cõtra absentem ad pœnam capitalem possit interuenire procu. & sic si ex forma statuti posset contra absentem procedi noluit ꝙ admitteret̃. de quo dicam in seq. q. Et hanc sententiã Dyn. tenet Io. And. in addi. Spe. in tit. de procu. §. j. in ver. item ꝙ causa est criminalis quasi in fin. vbi dicit quòd in d. §. publicè. apertè innuitur ꝙ etiam in capitalibus admittit̃ procur. ad defendendũ innocentiam si absens potest damnari. & dicit tenuisse Iacob. de Are. & refert Dyn. sic consuluisse in quadam causa Regina. vnde concludit ibi Ioan. And. quòd ad excludendũ defensorẽ duo requirunt̃. primũ ꝙ pœna veniat imponenda supra relegationem. vt dixi in j. & x. q. secũdum quòd absens nõ possit diffinitiuè condẽnari. Et hæc opi. plus videtur placere Ioan. de Imo. in d. §. ad crimen. mouet̃ per tex. in d. §. publicè. nã scd̃m eum non violando literam inquantum ille text. dicit quẽlibet admittendum.

admittendum videtur per cōsequens velle, ꝙ admittatur etiam procura.argu.l.is qui ducenta.§.vtrum.ff.de rebu.du. & maxime: quia litera dicit ibi quemlibet debere admitti. vnde videtur esse mens quòd si veniat quis cum mandato, & vt procura. admittatur: qa tex.nō dicit quēlibet, tanq̄ quemlibet: sed quēlibet simpliciter. si aūt non habeat mādatum, admittat̄ vt defensor. Et sic videtur intelligere Inno.hic pro hoc etiam facit: qa in crimine læsę maiestatis potest procedi contra absentem. vt patet in.d.extrauag.ad reperimen.& tamen videtur ibi sufficere ꝙ possit comparere per procuratorē.per tex.ibi dum dicit personaliter tantum: licet Barto.ibi conetur respondere dicens, ꝙ legitimè dicitur comparere, quando personaliter cōparet si est singularis persona: vel per procuratorem, si est vniuersitas per not.in l.ij.ff.de ac.dicam.j.in vj.q.principali huius ij.q. principalis secundi membri. ¶ Sed hæc responsio videtur quædam cauillatio.nam facilè fuisset Imperatori exprimere ibi, si voluisset.& ideò cū illud non expresserit, videtur voluisse ꝙ vtroq̄ casu sufficiat per procuratorem comparere.ar.l.j.§. si autem à deficientis.C.de cad.tol.iuncta l.j.& d.§.publicè. ff.de procu. & maximè attento ꝙ illa verba personaliter, vel legitimè videntur pariformiter referri ad singularem personam, & ad vniuersitatem.& sic esset vtrūq̄ pariformiter determinare ar.l.iā hoc iure.ff.de vul.& pu.nec ob.ratio q̄ allegatur in oppositum per Bar.videlicet quòd non est conueniens ꝙ in causa tāti prę iudicij fiat præiudicium domino per dictum, factum, vel neglectum procuratoris: quia respondet Ioan. de Imo. quòd per ius dictum factūmue non præiudicatur domino: nisi super illo habuerit specialissimum mandatum: vt videmus in simili in matrimonio, ī quo requiritur specialissimum mandatū c.fi.de procu.lib.vj.de quo articulo dicam in d.vj. q. & hanc doctrinam posuit Bar.in l.filiussa.ff.de dona.& sic licet non possit respondere sine specialissimo mandato positionibus: tamen poterit alia prosequi.in simili videmus quòd procu.potest causam agitare: & tamen non potest iurare de calumnia, nisi habeat specialem mandatum, vt c.fi.de procu.li.vj.in aut.principales.C. de iu. calum.facit etiam quia factum procura.declinans in delictum nunq̄ nocet domino, secundùm not. in l. non solùm.§.j.ff.de procu.facit l.si procurator.ff.de condi.:nde.nec etiam est verū ꝙ negligentia procura.non debeat nocere domino in casu prędicto: quia imò debet posse nocere. nam minus malum est absenti quod in aliqua particula causæ negligentia committatur per procuratorem.quàm ꝙ defensio causę negligatur, & nullus compareat: & ideò melius, & vtilius est sibi talem procuratorem admitti: licet possit committere aliquā negligentiam. nā melius est taliter admittere, quàm ex toto repellere.arg.l. tutor. C.de neg.gest.& hac ratione considerata, tex.in l.non solùm.§. fi.ff.de procu.dicit ꝙ eo casu, quo iudex deliberat omnino procedere contra absentem in causa suspecti ꝙ debet admittere ꝓcuratorem etiam sine speciali mandato: quia tunc minus malū est, quòd aliquis admittatur, quàm quod nullo admisso procedatur, nam verisimiliter veritas melius patefiet.& hac ratione attenta etiam in d.§.publicè qui voluit quēlibet admittendum, videtur intelligendus.quando iudex deliberat, omnino procedere contra absentem.nam primo loco debet procurare quantum potest, vt reus principalis compareat.& si hoc fieri nō potest debet procurare, vt compareat procurator habēs speciale mandatum.& si hoc etiam fieri non potest, admittat sine speciali mandato: & etiam admittat quēlibet defensorem sine aliquo mandato.ar.d.l.non solùm.§.fi.Nec ob.si dicatur ꝙ verisimilius magis fideliter dominus defendet causam suam per se quàm per procuratorem, & sic per hoc nō debeat admitti procurator: qa in prędicto casu prædicta ratio non potest vendicare sibi locum: quando iudex est omnino processurus cōtra absentē ad sententiam, vt est tex.apertus in d.l.non solùm.§. fin. Et ratio patet manifesta de se ex his, quæ s.dixi.& sic concludit Io.de Imo.ꝙ vbi contra absentem potest procedi ad sententiā poenę capitalis, debet admitti procurator.quàm etiā snīam tenuit Dy.& etiā scpm qd̄ consuluit, vt dictum est.& tenet etiā Cy.in d.l.reos.& Io.And.vbi s.& sequuntur cōmuniter doct. secundùm Io.de Imo.excepto Bart.de Sali.& do.Anto.de bu. hic. ¶ Sed aduerte: quia arbitror ꝙ dici posset ꝙ Bar.forè intellexit ꝙ non admittatur procurator, sed instructor, vel informator: quia dato ꝙ quis habeat mandatum.tamen melius est quòd admittatur vt instructor, quam tanq̄ procurator: quia primo casu satisfactum erit absenti & iudici quò ad instructionē sine aliquo præiudicio absentis, quàm in secundo casu in quo propter mandatum posset magis pręiudicari: si tamen ille, qui habet mandatum, nollet admitti vt instructor, sed vt procurator, procederet dictum Ioan.de Imo.

¶ Itē aduerte, qa Io.de Imo.nō respōdet ad alia duo argumēta quæ supra vltimo loco formaui pro opinione Barto.vnde potes dicere quòd ad vltimum argumentum de satisdatione præstanda potest responderi quòd prædictum argumentum non procedit, vt patet ex his quę dixi in j.q.prin.in assignando ratiōes. ¶ Sed maior difficultas est in respondēdo ad aliud penult.argumen.dicta l.j.§.j.ff.an per ali.cau.ap.sed potest responderi, vt s.latius dixi in q.j.& x.nam illa lex loquitur in casu in quo non poterat procedi contra absentem. quod patet ex eo quod ibi dicitur causam appella.esse eiusdem naturæ, cuius est causa principalis: si ergo in principali potest procedi contra absentem: ergo & in causa appellationis, & si in cā principali potest interuenire procurator: ergo & in causa appellationis per rationem ibi assignatam in tex.de quo latius dicendum, vt dixi in j.q.huius ij.q.princip.in versicu.nec etiam obstat si diceretur. ¶ Ad aliud autem argumentum supra formatum per alios pro opinio. Barto.respondet̄ quòd argu.procedit quando absens posset haberi: & contra absentem procedi non posset, vt est in casu nostro. ¶ Nec etiam obstat si diceretur quòd si procurator admitteretur iudicium redderetur delusorium: quia ex quo ius noluit contra absentem procedi posse illud non considerauit.nec etiam §.ad crimē.in quo nulla fit differentia præsentiæ & absentiæ: quia licet ille tex.simpliciter loquatur: sufficit tamen quòd alia lex distinguatur per not.in l. Seio.ff.de testib.& in c.cùm expediat.de elect.lib. vj.& l.nam & posteriores.ff.de legi.& sic residet Ioan.de Imola.

¶ Tu aduerte: quia nouissimè reperi quandam repetitionem Ange.quam fecit in dicto §.publicè.quæ vt arbitror fuit vltima: quia reperio illum §.per eum bis repetitum, licet vtraq̄ repetitio fuerit satis breuis: quia non præterit decem columnas. in qua ipse dat nouissimum intellectum.ad dictum §. publicè. dicens quòd licet in iudicando & consulendo non sit recedendum ab opin.gloss.tamen disputationis causa distinguit quòd quandoq̄ reus accusatus de crimine capitali est absens ex iusta causa, & potest interuenire procurator ad plenam defensionem: & ita intelligit l.reos.C.de accusatio.& ita per consequēs potest dici quòd intelligatur ca.reos.v.q.iij. vbi litera formaliter dicit reos capitalium criminum absentes: etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt: nec apparet quòd litera loquatur in defensore qui solùm venit ad allegandas causas absentiæ: & ideo intelligit illa iura generaliter per l.j.§.generaliter.ff.de legat.præstand.& dicta l. de prætio.& ratio est secundùm eum: quia vtile est reipublicæ quòd absentes defendantur. Vnde ratione publicæ vtitatis illud videtur inductum.allegat etiam ad prædicta d.§.publicè.& qd̄ not.in l.j.§.j.ff.de ope.no.nū. ¶ Si verò reus accusatus de crimine capitali nō abest ex iusta causa, sed ex iniusta fortè: quia latitat: & tunc verum est ꝙ ad crimen publici iudicij frustra interuenit, ꝓcurator: ita intelligit d.§.ad crimen.in j. respon.volens ꝙ secundum responsum illius §.loquatur in casu in quo procurator cōparuit ad allegandas causas absentiæ: & ꝙ per eius comparationē snīa differatur: & quòd debeat intelligi in alijs casib⁹ vel causis nō capitalibus in qbus possit ferri snīa contra absentem.Si enim non potuisset ferri contra absentem propter cām absentiæ allegatam non retardaretur prolatio sententiæ, sed propter ipsam materiam causæ.

¶ Et si diceres ad quid prodest quòd procurator interueniat ad plenam defensionem in casu in quo in absentem non potest ferri sententia, Respondeo quòd prodest ne fiat annotatio vel descriptio omnium bonorum secundùm formam l.j.ff.de re.& l.reis.ij.C.de requi.re.Item poterit prodesse quo ad impediendum damnum secundùm quod dicam in sequen.q.in fin.probatur autem defensio non probato crimine.vnde propter hoc insurgit magna vtilitas: tum ratione dictę annotationis, tum etiam quia absens ex actis poterit se informare, an debeat comparere vel non. ¶ Et hic intellectus est valde subtilis & singularis: tamen vt ipse dicit non est recedēdum à communi opinione quæ plus mihi placet intelligendo & declarando, vt supra dixi.

¶ Insup aduertendū est ꝙ prædicta ꝓcedūt respectu rei accusati. Sed vtrum eo casu quo potest procedi contra absentem. & quo potest admitti procurator debeat admitti per regulam quę vult æqualitatem in iudicijs seruandā, vt in regula nō debet actori.de reg.iur.li.vj.& ff.eo.vnde si reo accusato licet cōparere per procuratorē: debet etiam licere accusatori.

¶ Sol.ego arbitror dicendū cōtrarium: & hoc indubitāter procedit retenta opi.de qua supra intelligēdo quòd talis procurator non possit interuenire ad plenam defensionē, sicut nec procurator rei ad plenam defensionem secundùm opi.Bar.& sequaciū, sed bene arbitror ꝙ possit interuenire ꝓcurator vel defensor ad allegandas cās absentię ipsius accusatoris ad hoc

vt effugiat pœnas accuſatoris abſentis per cōtumaciã.de quo per Spe.in tit.de accu.§.v.in iij parte ſui operis. Bar.in l.quęſitum.ff.ad ſenatuſcō.Turpil.dixi latius in c.licet.ſ.eod.

¶ Sed retenta opin.cōmuni.maius videt̃ eſſe dubiũ, an poſsit venire vt defenſor.arbitror tamẽ idem dicendũ:quia etiã hoc caſu militãt rationes,quare ex parte accuſatoris non admittat̃ procurator.de quibus dixi ſ.in ij.q.primę q. principalis. non obſtat argu.ſ.in contrariũ formatũ:quia poteſt reſponderi,vt dixi in d.ij.q.nã diuerſitatis ratio hoc facit,vt nõ ſeruetur æqualitas.& maximè:quia facilius admittitur procurator ex parte conuenti,quàm ex parte accuſatoris.vt l.licet.ff.de procurat. cum ſimil.intellige tamen vt ſtatim dixi,quòd poteſt venire ad allegandas cauſas abſentiæ.& adde quæ dixi in dicta ſecunda quæſtione.

39 ¶ †Sextodecimò quæro,quid ſi ſtatuto diſponitur quòd accuſatus vel inquiſitus de crimine capitali ſi ſit contumax,habetur pro confeſſo:& condẽnetur,& ponatur in banno,an hoc caſu admittatur procurator.ſol.Bar.in d.extraua.ad repri.in ver. legitimè.tenet ꝙ nõ.ne in aliquo habeat nocere dño.arg.eorũ quæ dixi ſ.in præcedenti q.in opi.Barto.& quia hoc non reperitur iure cautũ.quinimo ſcd̃m Bart.hoc videtur eſſe de mente ſtatuentium quòd tunc nõ admittatur procurator vel abſens: alias autem nunq̃ abſens poſſet condẽnari vt contumax:quia cõpareret per procuratorẽ:& ſic non poſſet haberi pro confeſſo.& per cõſequens nõ poſſet damnari,aut poni in banno.

¶ Dy.verò tenet & cõſului cõtrariũ,vt patet ex his quæ dixi ſ.in pręcedenti q.in opin.ſua.voluit ergo ꝙ etiã ſi ex forma ſtatuti contra contumacẽ poſſet procedi tanq̃ cõtra confeſſum, quòd nihilò minus admittetur procurator.& hanc ſequit̃ Ioã. And.in addi.Spe.in titu.de procura.§.j.verſic.item ꝙ cauſa eſt criminalis in fi.magnæ addi.quã dicit tenere Iaco.de Are.in l. inter accuſatorem.ff.de publi.iudi.& per hanc dicit cõſuluiſſe Dy.& hæc plus mihi placet cũ limitatione.de qua ſtatim dicã. & corroboratur ex his quę dixi in pręcedenti q.

¶ Nec obſtat primũ ar.Bar.quia hoc nõ reperiat̃ iure cautũ:qa imò reperitur,nam cùm dictum ſit in præcedenti q. quòd vbi contra abſentem poteſt procedi in crimine capitali poteſt interuenire procurator retenta opinio.cõmuni poterit interuenire in caſu noſtro:& ſic ſi interuenit non dicitur contumax. & per conſequens non poterit haberi pro confeſſo.

¶ Nec obſt.aliud argu. Barto.quia imò poterit habere effectũ, quãdo nõ comparet nec per ſe nec per procuratorẽ.vnde ſatis videtur ſufficere quòd prædictum ſtatutum qđ eſt adeo exorbitans & præiudiciale poſsit habere effectũ in aliquo effectu: & reſtringendum eſt potius quàm relaxandũ.argu.no.in c.cũ dilectus.ſ.de conſuetu.& in regula in pœnis.de regu.iur.libro vj.& voluit Ioan.de Imol.in dicto §.ad crimen.

¶ Aduerte tñ:quia ſcd̃m ſñiam Ang.de qua in præce.q.eſſet diſtingendũ,vtrũ abſens cõtumaciter abeſſet prout videt̃ velle ſtatutũ,videlicet:qa latitaret,& hoc caſu poſſet ſaluari opin. Bart. Et ſi tu diceres nõ dicit̃ abeſſe vel latitare ex quo cõparet per procuratorẽ.Reſpõdeo ꝙ ſi cauſa abſentiæ ſuæ eſt iniuſta forte:quia cũ poſsit cõparere nõ cõparet per ſe:quia fortè ſentit ſe culpabilẽ:& ideo vult comparere per procuratorem:& tunc meritò habetur pro confeſſo:nec admittitur procurator.

¶ Si verò nõ latitaret,ſed eſſet abſens ex iuſta cauſa:tũc admitteretur procurator etiam ad defenſionẽ innocentiæ.Et hęc eſt mea noua cõſideratio,quę habuit ortum ex opi.Ang.Ex qua infero ꝙ anteq̃ legitimaret̃ perſona talis procuratoris neceſſarium eſſet ꝙ doceret̃ de legitima cauſa abſentię.aliàs poſſet iudex eum nõ admittere.Itẽ fortè poſſet dici ꝙ iudex intellecta iuſta abſentię cã poſſet differre iudiciũ donec ipſe poſſet per ſe cõparere,niſi fortè oporteret ipſum intra certũ tempus cãm expedire:& impedimentũ eſſet futurũ longum.cogita.

¶ Et ex prędictis infert̃ quid dicendũ ſit in caſibus in quibus de iure cõi cõtumax habet̃ pro confeſſo.& vt confeſſus & cõuictus de crimine poteſt condemnari.Exemplum de crimine hæreſis in quo citatus,vt de fide reſpõdeat ex cõmunis vinculo innodatus pro eo ꝙ cõparere ſubterfugit,& cõtumaciter ſe abſentat,quã excõicationem pertinaci animo per annum ſuſtinet:ex quo tunc condẽnatur vt hęreticus,vt c.cũ contumacia. de hęreti.lib.vj.dico enim quòd hoc caſu admitteret̃ procurator probando quòd ille ſe non abſentat contumaciter,ſed ex iuſta cauſa.quod voluit ille text.vt patet ex verbis ſuis.faciũt etiã prædicta ad ea quæ tradunt̃ in c.rurſus.& c.quicunq̃.xj. q.iij.& hæc procedunt ex parte accuſati.Ex parte autẽ accuſatoris quid iuris ſit,collige ex dictis in fine præced.q.

40 ¶ †Decimoſeptimò quęro vtrũ in caſibus in quibus dixi procuratorẽ non admittendũ propter naturã cauſę & qualitatem pœnæ indiſtinctè procedat etiam ſi reus accuſatus eſſet præſens.ſol.Bal.in l.reos.C.de accu.tenet ꝙ ſic,dicens ꝙ ſi ruſticus qui neſcit dicere facta ſua,ſit pręſens ꝙ certè poterit loqui per procuratorẽ,vt cõiter dicũt doct.quia ex quo aliquis eo præſente loquit̃,videt̃ ipſemet loqui:& ſic nõ videt̃ defendere ſe per ꝓcuratorẽ.ſed ſeipſum iuris fictione.ar.l.ſi ꝓcurator.ff.de ver.ob.& quod no.in l.ſi defenſor.ff.de interro.act.& l.cũ oſtẽdimus.§.fi.ff.de fideicõmiſ.tuto.& in hoc dicit cõcordare oẽs doct.Sed cõtra hoc facit quod dixi ſ.in xv.q.ſcd̃m opi.Bar.ſecundũ quã videtur dicendũ ꝙ non debet admitti procurator etiam pro præſente.pro quo facit l.j.ff.an per ali.cau.ap.& d l.pe.§.ad crimen.ff.de publ.iud.hoc modo inducendo accuſator & accuſatus debẽt eſſe pręſentes in iudicio criminali.& qñ crimen eſt graue debent teneri in cuſtodia vel carcere,vt l.penul.& fi.& C.de accuſa.& l.j.ij.& iij.ff.de cuſto.reo.cùm ergo iuriſconſultus hoc ſciret eſſe debere:& nihilò minus in d.§.ad crimen.dixit ꝙ ad crimen publici iudicij proſequendũ fruſtra admittitur procurator, vt d.l.j.dixerit ꝙ in cauſa criminali ex qua venit imponenda ſ.relegationem,non interuenit procurator,videtur intellexiſſe,vt etiam quãdo vterq̃ eſt præſens, ſeu in vinculis ꝙ non debet admitti procurator:hoc etiam videt̃ probari,& fortius in d.l.j.ff.an per ali.cau.app.aliter inducendo hoc modo,videlicet hic ſententia fuerat lata in cauſa principali:ergo neceſſariò ibi fuerat pręſens:aliàs non debuiſſet damnari,vt l.abſentem.ff.de pœnis.& cõſequenter debebat eſſe in vinculis tam actor quàm reus propter grauitatem pœnæ, vt in dictis iuribus,& tamẽ ibi nõ admittitur procurator ſi venit imponenda pœna à relegatione ſ.Et pro hoc etiam facit:qa ſubeſt ratio quã ſ.dixi.videlicet ꝙ ipſe principalis melius agitabit cauſam per ſe q̃ per procuratorẽ.argu.l.ij.§.fi.ff.de adulte.Ego verò in hoc articulo prius arbitratus ſum vtramq̃ opi. concordari poſſe hoc modo, videlicet quòd aut accuſatus eſt præſens:& procurator ipſius formaliter reſpondet habita informatione prius à domino,qualiter debeat reſpondere in effectu.& hoc caſu procedat opin.Bal.aliàs procedat alia opi.ſed demũ habita diligentiori conſideratione non videor poſſe ſuſtentari dictam opin.quia videtur expreſsè cõtra text.in l.non tantũ.ff.de appel.vbi non ſolùm quis admittitur ad appellandum pro volente,ſed etiam pro eo cõtradicente in cauſa in qua quis venit capitali pœna puniendus.Vnde deciſio huius q. videtur difficilis:in prædicta,tamen difficultate arbitror ꝙ prima opi.ſit verior:videlicet ꝙ pro pręſente admittitur procurator,vt ſciat melius reſpõdere:habito tñ mandato ſuper ſpeciali reſponſione.de quo articulo dicã j.in vj.q.principali huius ſecundæ q.principalis,vnde hoc caſu cũ pręſens per præſentem procuratorẽ rñdeat,videtur ipſemet rñdere.arg.d.l.ſi procura.cũ alijs iuribus ſ.alleg.faciunt ea quæ ſtatim dicã in ſeq.q. nec ob.argumẽta in contrarium formata: quia licet ita debeat eſſe vel cõmuniter ſit quòd in cauſa criminali quando crimen eſt graue tam accuſatus quàm accuſator debeant ſtare in vinculis:tamen poterit eſſe quòd non erit in vinculis,quo caſu quærendum erit de procuratore. quod videtur etiam ſentire iuriſconſultus in dictis iuribus cùm tractat de procuratore:quia cõmuniter quis conſtituit procuratorem quando nõ poteſt intereſſe rebus ſuis.facit l.j.§.verſus.ff.de procura.nec obſtat ratio ſ.allegata:quia in caſu noſtro non procedit,cùm principalis ſit præſens.& habeat informare ipſum procuratorem:quin imò melius defendet cauſam ſuam per ſe, & per procuratorẽ: quàm per ſe ſolum.Et prædicta procedunt ex parte accuſati. Ex parte accuſatoris quid iuris ſit,docto.non tangunt. Ego arbitror quòd ad exordia cauſæ hoc eſt ad accuſandum ſeu libellum accuſatoriũ procuratorio nomine concipiendũ nõ admittat̃:quia poſtq̃ crimen eſt publicũ,& cuilibet competit accuſatio poſtq̃ quis poteſt accuſare nomine proprio nõ debet admitti alieno.arg.eorum quę didixi in ij.q.j.q.principalis.in prima ratione aſsignata:quare ex parte accuſatoris nõ admittatur ꝓcurator.& hoc limitari põt.ar.eorum quę dicunt̃ in d. q.in reliquis autem actibus arbitrarer idem dicendũ eſſe ex parte accuſatoris quod dictũ fuit ex parte accuſati.& adde quę dixi ſ.in xv.q.

41 ¶ †Decimooctauò quęro vtrũ in caſibus in quibus dixi ꝓcuratorem non admittendũ ratione qualitatis cauſæ ꝓcedat qđ dictum eſt etiam ſi reus accuſatus ſit carceratus.ſolu.Odo.quẽ ſequitur Gandi.in tractatu malefi.& etiam Ray.tenent ꝙ non admittatur procurator.& idem Ricar.de Saly.in dicta l.ſeruũ quoq̃.§.publicè.& Barto.de Saly.in l.reos.C.de accuſa.& do. Anto.de But.hic.mouentur:quia talis procurator non poteſt præſtare cautionem.de qua dixi ſ.in vj.ratione.j.q.allegat etiã ad hoc l.j.ff.an per ali cau.ap.inducẽdo,vt ſ.dixi in alia q. Nec obſtat ſcd̃m domi.Anto.l.non tantũ.ff.de appel.quæ videtur facere in contrariũ: quia reſpondet ꝙ ibi ꝓcurator interuenit

ratione proprij interesse insurgentis ratione cuiusdam cognationis quæ est inter omnes homines, vt l.vt vim.ff.de iustit. & iure.& hoc propter periculum sententię iam latæ.quando notum est illam fore iniustam:& damnatus voluntariè properat mori.secus vbi dubius est de iure suo,& non constat illum iniustè condemnatum.facit dicta l.j.ff.an per ali.cau.ap.Item mouetur do.Barto.quia si admitteretur ad respondendum positionibus, vel ad testes producendos eius dictum vel factũ posset nocere domino:quod videtur inconueniens in causa tanti præiudicij.secus si non esset tanti præiudicij, videlicet relegatus,vel minor.facit quod nota.in l.fina.C.de iniur.arguendo à speciali, vt s.sepius fuit inducta.dicit tñ do.Anto.quòd si quis posset comparere vt instructor vel præparator nõ vt procurator suscipiendo in se tutelam iudicij.vnde secundũ eum poterit comparere ad iurãdum de calumnia, si ad hoc habet speciale mandatum : quia per hoc non suscipit in se tutelam iudicij. facit l.si autem.§.si.ff.de constitu.pecu.Bart.verò in d.l.penul. §.ad crimen.ff.de public.iudi.tenet cõtrarium per l.sciendum. & l.seruus.ff.de pub.iud.& quia incarcerato videnť cessare omnes rationes per quas ex parte accusati videtur prohiberi interuentus procura.nam sententia poterit ferri in ipsum presentem,& contra ipsum pæsentem exequi.et si iudicium non erit delusorium.Item : quia plenius & vberius defendet ipse reus causam per se,& per ꝓcuratorem quàm per se solum iuxta il illud vulgatum:in causa propria aduocatũ quære.& quod no. de ludo scachorũ in l.error.C.de iur.& facti.igno.Nec obst.ratio in contrariũ facta,videlicet quòd nõ sit æquum ꝙ procurator præiudicet domino:quia eius dictum factũ vel neglectũ nõ poterit pẽiudicare sine specialissimo mandato ad sic respõdendum.& si tale mandatum habuerit nõ procurator.sed ipsemet principalis præiudicium sibi facit.arg.l.licet.& l.qui autẽ. in fin.ff.de condi.licet cõmittatur aliqua negligentia eo maximè:quia cùm reus sit carceratus, verisimiliter informabit se de gestis per procura. & concludit finaliter quòd pro carcerato, procura.admittetur ad omnes actus iudiciales prę terꝙ̃ ad sententiam.& sic intelligit quod notatur in l.ij.C.de accu.Sed Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de procur.§.j.versic.sed nunqd ad media.dicit ꝙ procura.interuenit ad media causæ,nõ ad lit. contest.quia ille est actus pertinens ad principalem.quod videtur satis rationale.scđm Io.de Imol.¶ Nec obstat scđm Ioan. de Imol.l.j.ff.an per ali.cau.ap.allegata in contrarium:quia debet intelligi quando reus post sententiam se absentasset,secundùm quod dixi in præcedẽti q.nam hoc etiam contingere potest:& à iure considerandum est.arg.l.castitati.C.de adulte.nec etiam obstat quod quando crimen est grauè tam accusator ꝙ̃ accusatus debent teneri in vinculis:quia licet illud sit verum regulariter:tamen quandoꝙ̃ euenit oppositũ ex eo quòd alter se absentat.hoc casu qñ alter est absens,debet intelligi iura tractãtia,an procurator debeat admitti vel non.pro quo facit text.in dicto §.ad crimen.in versi.sed excusationem.per quẽ ver.clarè datř intelligi,quòd voluit intelligere de absente in principio illius §.facit etiam quod habetur in l.inter accusatorem.ff.de publi.iudi.& in d.l.seruum quoꝙ̃.§.publicè.ff.de procu.vbi tex. refert se ad absentes.& similiter in l.reos.v.q.iij. & ideo videř dicendum secundùm Ioan.de Imol.cum cõmuni opi.quã seruat consuetudo prout etiam hic dicit do.Anto.quæ vult quòd pro carcerato admittatur procurator ad plenam defensionem super crimine.& hanc etiam opi.sequuntur domi.de Rota deci.cxcvj.Et p prædicta etiã patet ꝙ licet scđm d.Ant.& quosdam alios quando reus est carceratus videatur sufficere quòd admittatur instructor vel præparator vel assistens.non tamen videtur esse repugnans quòd admittatur quis vt procura.imò videtur esse iuri conforme,vt d.§.publicè.& per ea quę s.dicta sunt.pro quibus etiam facit l.exigendi.C.de procur.& dicta l. nõ tantũ.ff.de appel.nec ob.respõsio do.Ant.quã dat hic ad l. non tantum.de qua statim dixi in opin.sua,videlicet quòd admittatur ad vnum articulum tantũ,videlicet appellationis ratione generalis cognationis inter homines existentes : quia si bene ponderetur illa l.loquitur etiam de eo qui admittitur ad prosequendum appellationem, nec etiam est vera ratio præfati do.Anto.de cognatione quam tangit etiam glo.in d.l.non tantũ.quia lex illa nõ considerauit illam cognationem,vt potest colligi ex no.in l.sed & hæ.ff.de procu.cũ no in l.iij.§.parentes.ff.de in ius vo.quãuis ille §.loquař in alia ratione,sed ꝓpria ratio ad l.nõ tantũ.fuit:quia ibi damnatus erat in vinculis. & ideo iudicium nõ poterat esse frustratorium.Et preterea iudex ex præsentia personæ poterat cõprehendere quo colore, quo pallore &c.vt l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstioni.& hoc voluit Bar.in d.l.non tantũ.licet possint etiã aliæ rationes adduci.de quibus ibi per doct.Et præterea si ratio cognatiõis esset vera quare non ita dicendũ esset quod admittatur procurator ad alios actus.quàm ad solum articulum appellationis: cùm vtrobiꝙ̃ pariformiter vendicet sibi locum.Item si diceremus quòd res nõn tantùm haberet locum solũ in articulo appellationis:certè non posset adaptari ratio l.non tantũ.quia si reus properaret mori non faceret aliquam defensionẽ.& renũciare posset appellationi tacitè vel expresse.quod non est dicẽdum.Bald.verò in repeti.d.§.publicè.dicit quòd est distinctio cõmunis gloss.& docto.vtrum accusatus sit absens an sit carceratus,vt pro detento & carcerato admittatur procurator:non bene probatur,per d.l.ij.C.de accu.quia ibi dominus non venit procuratorio nomine, sed tanꝙ̃ tertia persona veniens ex transuerso pro suo interesse pecuniario.facit l.j.C.de bo.dam. sicut in simili posset vxor prohibere ne bona mariti destruerẽtur vel in præiudicium suum publicarentur,vt l.si quis post. C.de bo.damna.& pater potest prohibere ratione sui interesse,vt l.si filius.eod.titu.nam quo ad istam tertiam personã venientem ex transuerso causa non est criminalis:& ideo constituit procuratorem,vt l.Lucius.ff.de appel.facit etiam quod notatur in l.ij.ff.si ex noxa.causa agatur. Concludit ibi tandem Bald.quòd cõmunis consuetudo habet,& obseruat quòd pro carcerato admittatur procurator. Idem tamen Bal.in d.l.reos. C.de accu.dicit quòd detentus in carcere pro pœna capitali cõstituit procuratorem ad omnia prę terꝙ̃ ad tria.non enim constituit ad lit.contest.Item nec ad torturam subeundã:quia absens à iudicio non potest damnari capitaliter l.absentem.ff. de pœnis.sed ad audiendam sententiam pro ipso accusato bene admitteretur procurator,vt l.ꝙ̃uis.C.de adult.vbi est casus secundùm vnam lectu.subdit tamẽ ꝙ ad sñiam formandã in personam domini sui contra dominũ non admittiř procurator in causa capitali:quia absens nec condẽnari nec absolui potest l. absentem.ff.de pœ.& principalis ita debet duci ad banchum in causa absolutionis, sicut in casu condẽnationis.sed qñ sñia venit formanda in personã dñi præsentis:tunc potest interuenire procurator ad illũ actũ,vt ipse Bal.cõcludit.Ang.verò in d.repe.§.publ.pro sententia Bar.& cõi obseruantia allegat l.si nõ defendař.ff.de pœ.vbi tex.expressè dicit ꝙ ad defensionẽ serui admittiř vnusquisꝙ̃.& loquitur de carcerato:subdit tñ ꝙ multũ mirař de opin.Bar.nã Bar.dicit ꝙ ideo in causa capitali non interuenit procurator: quia nõ potest dño prẽiudiciũ generare:vnde si hęc ratio est vera:ita videtur habere locũ qñ dominus est carceratus,sicut etiam qñ nõ est carceratus:& sic nullo casu posset interuenire procurator.& pro hoc dicit se allegare casum singularem in l.miles.§.quidam.ff.de adul.vbi litera dicit ꝙ vtile tẽpus quod datur marito ad accusandũ de adulterio nõ currit ei existenti in carcere:ergo patet quòd non põt cõstituere procuratorẽ ad accusandũ de adulterio:quia si posset,ei curreret tempus,vt l.j.ff.de diuer.& tempo.præscrip. & hoc de cursu temporis tenet Bar.in d.§.quidam.& probař in l.Papinianus exuli.ff.de mino.vnde consuluit Ange.ꝙ carceratus semper faciat actus per seipsum:& accusator semper dirigat acta in personam accusati,& nõ in personam procuratoris.quod est menti tenendũ Io.de Imol.in d.§.ad crimen.dicit ꝙ cõmunis cõsuetudo ꝙ procurator pro carcerato nõ contestatur litem,sed custoditus debet presentari,vt illã cõtesteř,vt l. ij.ff.de custo.reo.ratio potest esse ne,s.videař effectus dñs litis per cõtestationẽ.Item subdit ꝙ nec ad sñiam audiendã põt cõstitui procurator:quia carceratus debet duci ad tribunal,vt dictum est:licet enim sit in carcere:tamen videtur abesse,vt l.iiij. §.abesse.ff.de damno infect.facit etiam quod nota.in d.l.ij.C. de accusatio.

42 ¶ †Quidam verò dixerunt quod carceratus debet respondere per se non per procuratorem in omnibus actibus substantialibus.de quibus in l.prolatam.C.de senten.Ioan.de Imol.tandem dicit concludi posse quòd pro carcerato possit interueniri procurator prę terꝙ̃ in sententia.vnde vult quòd si procurator habeat mandatũ specificũ ad cõtestandũ litẽ,& ad confitẽdum vel negandũ ꝙ possit litẽ cõtestari cũ non videař aliqua rõ in cõtrarium ꝓhibitiua.fateř tñ ꝙ melius faciet iudex ꝓuidere ꝙ ipse reus personaliter litem contesteř.ar.d.l.de minore.§. tormenta.ff.de quæstio.pro qua opi.facit:quia vbi ius disponit in hac materia ꝙ ꝓcurator possit interuenire, videř dispẽsare quo ad oẽs actus præterꝙ̃ ad sententiã,vt l.fi.C.de iniur.vnde illud quod ibi operatur dispensatio facta cõtra cõmunes regulas ratione dignitatis operetur etiam alia causa propter quã iudex dispensat:vñ cũ ius permittat interuentũ procuratoris ꝓ carcerato,& pro absente eo casu quo potest procedi cõtra absentẽ:verior videř opi.ꝙ possit interuenire ꝓcur.ad oẽs actus prę terꝙ̃ ad articulũ sñiæ,licet vt dixi,prudẽtius faciat iudex si cõpellat principalẽ per se litẽ cõtestari,& positionibꝰ rñderet

quibus in criminali potest respõderi, debet per verbum veritatis: non autem verbũ credo. vt dicit Bart. in l. Marcellus. ff. rer. amo. & l. inter. §. rectè. ff. de fur. & hæc opin. videt͂ mihi verior. prædictę tamen opi. aduersatur dicta opin. Ange. quã arbitror Io. de Imol. non vidisse, sed ad ipsam & rationes suas arbitror posse responderi. primò ad rationẽ de præiudicio, patet respõsio ex his quæ s. dicta sunt pro opi. Bar. ad tex. verò in l. miles. §. quidam. respõdeo scd'm quod sensit Ange. in l. pen. §. ad crimen. ꝙ ibi nõ currũt illa tempora: quia volens alium accusare, accusare nõ potest per procuratorẽ, licet pro carcerato admittatur respõsio. quod dictum est notabile secundũ Angel. dicit tamẽ Ioã. de Imol. ꝙ fortè illud intelligi posset quãdo carceratus vellet accusare corã alio iudice. nõ corã illo penes quẽ est. facit quod not. idem Ange. in l. iiij. ff. de adul. debet etiam intelligi qñ est carceratus ex alia causa ꝙ ex ea ex qua esset accusatus. nam tunc recurrendũ esset ad illam difficilem materiam. de qua in l. is qui. ff. de publi. iud. & l. neganda. C. qui accusa. non pos. in qua tractatur an accusatus possit accusare acusatorẽ suũ vel extraneũ siue sit accusatus: & nomẽ accusati nõ sit receptũ inter reos, siue sit receptum, & sic sit in vinculis. super qua materia non insisto: quia indigeret alia repetitione: sit ergo conclusio in hac quæstione ꝙ pro carcerato admittit͂ ꝓcu. cũ mãdato specifico ad oẽs actus præterꝗ ad sñiam cõtra eũ formãdam.

¶ Et prędicta procedũt reo existente in carcere pro illo delicto in loco in quo iudicium fit. Sed si reus esset captus pro homicidio Senis: & Perusij agitaret͂ iudicium: quia Perusinus non posset interuenire: ita dicit Bal. in l. reos. §. super his. C. de app. Et satis placet per rationes superius allegatas.

¶ Item prędicta procedunt ex parte accusati. ex parte autem accusatoris potes concludere ex his quæ dixi in fi. duarũ præcedentium q.

43 ¶ † Decimononò quæro an in casibus in quibus mortuus põt dãnari, vt est in crimine læsæ maiestatis, vt l. fi. C. ad l. Iul. maie. & in crimine hæresis, vt in c. cùm scd'm de hæreti. lib. vj. & c. si quis episcopus. j. de hæret. xxiiij. q. ij. c. fi. & vide alios casus in gloss. summę. & vide glo. & doc. in l. ad iudiciorum. ff. de accu. vbi numerantur alij casus.

¶ Et aduerte: quia Bar. in l. si quis defunctum. C. de apo. fuit in mirabili opi. dicit enim post Ricar. quod iura quę volũt quòd de crimine heresis potest cognosci post mortem, debent intelligi intra quinquenniũ. quod dicit singulare propter inquisitores qui inquirunt post mortem, vt bona eorum publicent͂. Sed hoc dictum nõ videtur verum nec tutũ: quia contra tex. in c. ij. §. fi. de præscriptio. lib. vj. vbi requirunt͂ xl. anni. nisi fortè diceremus quòd quantum ad publicationem bonorum procedat ille text. sed quantum ad damnationem memorię procedat dictum Bar. licet Bar. videatur loqui in publicatione bonorũ, sed non insisto: quia nõ est principalis materia nostra.

¶ Redeundo igit͂ ad propositũ quæstionis quæritur vtrum in casibus prędictis admittat͂ procu. sol. Bal. in d. l. reos. C. de accusa. quasi in fi. tenet quòd sic, quod probatur apertè: quia cùm alias defunctus non possit loqui, si aliud diceremus excludere mus defensionem: quod esse non debet. facit quod notatur in simili. nam vt non violetur sepultura, quilibet potest interuenire, vt l. quęsitum. ff. de sepul. viola. facit etiam: quia mortuo tali accusato extinguitur pœna inferenda quo ad personam. & solum remanet quæstio bonorum, vt l. iij. C. si penden. appel. & l. fina. C. si reus vel accu. mort. fue. sed in quæstione bonorum admittitur procurator, vt dixi s. in ij. q. ergo &c. & posito quòd veniret damnando eius memoria: tamen idem dicendum est propter rationem prędictam ne tollatur defensio. Et quia est in consequentiam ex delicto venit imponenda seu irroganda infamia. admittitur procurator, vt dixi s. in viij. q. Et ex prædictis etiam infertur ꝙ hæredes poterũt defendere bona, & memoriam defuncti per procuratorem.

¶ Et ex prædictis Deo duce, latè & clarè est expedita prima q̄stio principalis prædicti secundi membri principalis. Nunc igitur iuxta præmissum ordinẽ transeundũ est ad ij. princi. q. huius ij. membri principalis.

Secundò Igitur principaliter quæro vtrum in casibus in quibus procurator non potest interuenire in causa criminali ad plenã defensionem possit saltem interuenire ad aliquem actum iudicialem. Circa quam quæstionem per ordinem examinabimus infrascriptas quæstiones.

¶ Prima erit vtrum ex parte actoris in causa capitali possit libellus offerri per procuratorem. ¶ Secunda erit: quia oblato libello iudex committit citationem, & reus non comparet quandoꝗ propter impedimentum facti, quandoꝗ propter aliam causam, vtrum procurator admittatur ad allegandas causas absentiæ. ¶ Tertia, an admittatur ad litis contestationem. ¶ Quarta, an admittatur ad iurandum de calumnia. ¶ Quinta, an admittatur ad respondendum positionibus. ¶ Sexta, an admittatur ad concludendum in causa. ¶ Septima, an admittatur post conclusionem in causa. ¶ Octaua, an admittatur ad sententiam. ¶ Nona, an admittatur ad appellandum. ¶ Decima, an ad mittatur ad pœnalem exequutionem. ¶ Vndecima & vltima vtrum admittatur ad petendum ꝙ bannitus vel condemnatus à relegatione s. cancellari debeat.

44 ¶ † Primò igitur quero vtrum ex parte actoris in causa capitali possit libellus offerri per procuratorem. & videtur dicendũ quòd sic, per l. denunciasse. in princip. versicu. sed & si per procuratorem. ff. de adulte. per quem text. videntur hoc voluisse Vbert. de Bob. & Ioan. de Deo. vt dicit Specu. in titu. de procurat. §. j. versic. tertiodecimò quæro. sed Ioan. And. ibi in addi. Specu. dicit quòd præfati docto. hoc non asseruerunt, sed dixerunt: quidam dicunt. sed pro dicta opi. videtur text. expressus in l. & eum qui. ff. ad l. Iul. de vi publi. ibi dum text. dicit, libelli dati mihi à Domitio Saluiano nomine Domitij Saluiani. pro qua etiam facit. nã libellus pertinet ad preparatoria causæ, & sola eius oblatio non desiderat causæ cognitionem. vt l. miles. ff. de adul. Bal. tñ in d. l. seruũ quoꝗ. §. publicè. ff. de procur. tenet contrariũ: quia in causis capitalibus libellus debet offerri in personam domini. ergo non potest offerri per procuratorẽ: quia tunc formaretur in personã procuratoris ꝓcuratorio nomine. hoc etiã probat͂: quia necessaria est inscriptio, vt l. libellorum. ff. de accu. & ij. q. vij. c. libellorũ. quæ alieno nomine fieri nõ potest. l. ij. C. de accu. Et per hãc rõnem Spe. in d. ver. tertiodecimò. tenet prædictam opi.

45 ¶ † Tertiò probatur: quia libellus est de substantia iudicij, vt l. accusaturus. ff. de adul. sed iudicium capitale nõ potest substantiari in personam procuratoris: quia non est capax, vt s. sæpius dictum est: ergo non admittitur procur. ad producendũ libellum: & præsertim si libellus haberet illam vim annexam, vt puta, si ex forma statuti haberet vim lit. conte. quo casu die feriata offerri nõ posset, etiã à persona legitima: quia litis contestatio non potest fieri die feriata in honorem Dei, nisi in casu l. prouinciarum. C. de fer. & pro hoc facit quod dicam j. in iij. q. nec obst. l. denunciasse. allegata in contrarium in princi. quia loquitur in quodam preambulo ad libellum offerendum, non autem de ipsa libelli oblatione.

¶ Item non obst. d. l. eum qui. ff. ad l. Iul. de vi publi. quia ibi loquitur in libello supplicatorio principi oblato: qui potest corrigi per procuratorem non in libello conuentionali seu iudiciali secundũ Oldra. nam libellus supplicatorius potest per quẽlibet offerri. nec oblatio aut cõcessio dicitur esse pars iudicij futuri, vt l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. & l. j. C. de preci. Impera. offe. facit quod not. Innocen. in c. cùm clamor. de testi. & c. cùm oporteat. j. eo. & hanc etiam opin. tenet Bald. in l. reos. C. eod. In contrarium tamen facit quod statim dicam in seq. q. Sed potest solui quod illud procedit vbi non subesset alia ratio per quã prohiberet͂ interuentus procuratoris, vt in casu nostro per rationes s. allegatas.

46 ¶ † Secundò quæro: quia oblato libello iudex cõmittit citationem, & reus nõ comparet quãdoꝗ propter impedimentũ facti: qñꝗ ꝓpter aliã cãm. scd'm qd' statim dicam, vtrũ ꝓcurator admittat͂ ad allegãdas causas absentiæ accusati nõ cõparentis. sol. Bar. in d. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iud. distinguit ꝙ aut iste procurator vult proponere causas absentię necessarias aut probabiles aut voluntarias. pimo casu potest figurari exemplum quando reus esset infirmus vel carceratus, vel alio necessario impedimento facti detentus. & hoc casu dicit quemlibet admittendum: etiam si sit mulier, vel minor, vt notatur in d. §. publicè. & idem tenet hic Inn. & Ioan. And. & do. Anto. & Specul. in tit. de procura. §. j. versicu. decimo. & in titu. de accu. versic. si autẽ. in tertia parte. quinimo etiã admittit͂ infamis. vt in d. §. publicè. quia ista est allegatio meri facti necessarij: & ideo admittit͂ quilibet: etiam sine satisdatione de rato, vt no. Inno. hic & gloss. singularis in l. in eo. §. j. ff. de reg. iur. licet qd' dictum est de infame, Inn. admittat sub dubio fortè. & Bal. in d. §. ad crimẽ. nec ob. l. quos ꝓhibet. ff. de postul. vbi dicit͂ ꝙ infamis omnino repellit͂ à iudicio: q2 illud procedit regulariter. fallit in casu nostro qñ quis veniret ad allegandũ cãm meri facti necessariã pro absente. quo casu quilibet admittit͂, vt d. §. publicè. arg. l. nõ solùm. §. fi. ff. de procu. & l. exigendi. C. de procur. & hãc eandẽ sententiam tenet Archid. ij. q. iij. c. reos. Odof. Bal. & cõiter docto. & Io. de Imol. in d. §. ad crimẽ. & est communis doct. sententia: quia etiam quilibet in casu prædicto admittitur sine mandato. ¶ Nec obst. si diceres ꝙ tales nõ deben admitti cũ nõ possint satisdare: q2 respondeo scd'm Bald. ꝙ nõ est necessaria. nam cũ in istum allegantem causas absentiæ non possit

possit fieri executio, frustra quæritur de satisdatiōe, vt l. liberto §. fin. ff. de neg. gest. an aūt teneatur saltē satisdare de præsentando absentem post terminum. videtur quòd sic. argu. l. vniuersa. C. de preci. Impera. of. & l. si constante. §. quoties. ff. so. ma. Bal. contra in d. §. publicè. per d. §. quoties. scdm Guido. de Suza. & facit, quod notaē in d. l. liberto §. fin. ¶ Sed quærit Bal. circa prędicta. Pone quòd quis est positus in banno, & sibi est assignatus terminus octo dierum ex statuto, comparet accusator. vtrū terminus banni sit differendus. & soluit ꝙ sic probata excusatione: quia non creditur iuramento excusatoris. ff. de re iud. l. iij. §. si ad diem. & l. qui commeatus. & quòd talis terminus sit differendus, facit l. quæsitum. ff. de re iudic. & ff. si quis cau. l. ij. §. si
47 quis iudicio. ¶ † Sed pone, dicit statutū, quòd quilibet habeatur pro confesso, nisi comparuerit per seipsum. an admittatur excusator. & videtur dicendum quòd nō. cùm iste videatur personaliter citatus, non potest per alium comparere, vt ca. j. de iud. lib. vj. & l. fin. C. de procura. Bald. in d. §. publicè. tenet contrarium: quia statutum debet intelligi de contumace. sed iste nō potest dici contumax, si non potest cōparere. igitur &c. ¶ Itē debet intelligi ꝗtum ad allegandas causas causæ, nón causas absentiæ. argu. l. vir bonus. & eorum quæ ibi notantur. ff. iudic. sol. & C. de reb. credi. l. generaliter. §. ij. ¶ Secūdo casu potest figurari exemplum, si comparēs nomine citati allegat, ꝙ citatus in loco ad quem est citatus, habet capitales inimicitias. & hoc casu pōt duplex oriri dubitatio. prima an admittatur procurator cum mādato. Secunda an sine mandato.

¶ Circa primam cōmunis cōclusio & Doct. in d. §. ad crimen. & in d. §. publicè. & in d. l. reos. C. de accusa. & hic, ꝙ admittatur procurator. ¶ Circa secūdam dubitationē do. Anto. hic videtur tenere, ꝙ admittatur qs etiā sine mādato. & fuit opi. Bar. in d. §. ad crimen. mouetur: quia dato ꝙ citatus possit excusari: tamen ignoratur an velint excusatione vti: ex quo pōt comparere, licet non tutè. & hāc tenet Ang. in d. §. publicè. & Bal. in d. §. ad crimen. sentit contrarium: quia negari non potest, ꝙ quis habeat iustam causam absentiæ in tali casu, per not. in c. accedens el. ij. s. de lit. non contesta. & l. de ætate. ff. ad trebel. & l. sciendum. §. j. ff. de leg. facit etiam, qa licet reus condēnatus properet mori: tamen admittiē quis pro eo, etiā sine mādato, vt d. l. non tantum. ff. de app. & hæc opi. videē verior secundùm Io. de Imol. in d. §. ad crimen. & videtur etiam esse de mente Inn. pro qua facit, quia non debemus pͦsumere, ꝙ reus velit eum periculosè opponere capitali inimicitiæ etiam cum literis salui cōductus. vt c. accedens. pręallegato. & glo. in c. ex pte. de ap. tradit Io. An. in c. statutum. de rescrip. lib. vj. qđ tamen videtur verū, si tales literę saluicōductus nō redderent illum tutum ad veniendum scdm morē patriæ: qa fortè fædifragi sunt: vel fortè quia nimis maxima inimicitia est: vt puta, interfectiōis filiorū vel si. propter quam vix seruatur fides etiam apud bonos: & maximè si esset cum tyranno illius loci, vt dicit Io. An. in addi. Spe. in tit. de accu. § fi. ver. sed qd si bānitus. & etiā facit qđ ibi dem not. Spe. & idē videtur velle Do. de rot. deci. ccl. vbi dicūt ꝙ personaliter citatus nō pōt excusari à cōtumacia, ꝓpter guerram. si aliqui cōsueuerunt tutè incedere cum literis salui conductus. nam tali est imputādū, si tales literas nō impetrauit. Ang. verò in sua dis. ꝗ incipit, Bononiēsis. distinguit ꝙ aut qs solum timet comparere pp bānum, ne executio bāni fortè fiat contra ipsum cōparētē. & tūc si ad iudicē pertinet banni executio, data securitate incontinēti cessat cā timoris. & ꝑ consequens effectus cātus à timore, vt c. cū cessante. de ap. & l. adigere. §. ꝗuis ff. de iurepatro. Si verò nō timet bāni executionē, sed aliud vt puta inimicitias, vt dictum est. & tunc non potest compelli comparere, etiam cum saluo cōductu. quod tamen ego intelligo, vt statim dictum est, nisi per saluum conductum esset sufficienter sibi prouisum. & ita debet intelligi qđ no. Bar. de Saly. in d. l. reos. vbi dicit, ꝙ si habēs mādatū ad ꝓponēdas excusationes propter inimicitias illas, ꝓponit, ꝙ iudex poterit sibi offerre saluū conductū. quæ no. ad plures aliàs materias. ¶ Sed redeundo ad principalem materiā dico, ꝙ ꝓ opi. Bald. & Ioan. de Imol. facit, quia ex quo reus citatus propter iustam causam non comparet, verisimiliter debet iudex imaginari, quod non compareat ex aliqua legitima causa, quàm quod faciat ex mera voluntate: qa in dubio nō debemus pręsumere contumaciā, quæ est delictum, vt l. omne. delictum. §. contumacia. ff. de re mi. & not. in gloss. in l. filius. ff. de interro. ac. quæ glo. consueuit reputari singularis. pro qua facit. xj. q. iij. c. qui resistit. & de maio. & obe. c. si quis. & qđ not. glo. in c. ex literis. s. de constitu. iij. q. j. in summa per Bald. in l. si mora. ff. solu. matr. not. in l. j. §. fin. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. per Cyn. in rub. C. de crimine stellionatus. & not. glo. de pœ. distin. j. c. serpens. & hāc opi. videtur sequi Innocen. dum dicit quamlibet excusationē facti posse proponi per non habentem mandatum.

¶ Sed aduerte: quia Ange. in dicta disputa. quæ incipit, Bononiensis. super septimo dubio. dicit ꝙ licet ab ea decisione, quæ vult quòd non admittatur excusator sine mandato non sit tutum recedere: tamen de iuris rigore videtur tenendum contrarium. mouetur: quia talis examinatio aut locus sit tutus, nō est periculosa citato. quod patet: quia an citatus illam ratificat: & clarum est. aut improbauit, & post reprobationē poterit adesse in iudicio sicut primo. vnde cùm per positionem dictarum exceptionum conditio citati videatur reddi melior, vt cle. pasto. de reg. iur. & d. l. sciendū. & l. de ętate. patet ꝙ cum ipso gesto. negotiū absentis vtiliter geratur. verisimile est absentē hoc ratum habiturū: quia nemo pręsumitur adeo ignorare qui nō velit mortis periculum, aut corporis cruciatum declinare. cū hoc à iure naturali descendat, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iur. quin imò pro talibus periculis euitandis authori nullū condignum præmium retribui posset, vt est tex. singularis in l. si pater. §. j. ff. de don. præterea verba tex. in d. §. publicè. simpliciter dicūt, quòd reipublicæ interest absentes à quibuscunꝗ defendi. vnde cùm verba illa sint latissima: & etiam in l. reos. C. de accu. & v. q. iij. c. reos. referenda sunt ad omnes absentes. præterea cū reipublicę intersit subiectos conseruari ne gladio pereat: ergo negari non potest quòd propter tale interesse debeat admitti quilibet excusator: & sic Clemens defensauit regem Robertum in dicta clemen. pastoralis. videtur tandem concludere Ange. quòd dictum Barto. potest procedere quando citatur exemptus à iurisdictione iudicis qui pręsens est: & sine timore comparere non potest.

¶ Et aduerte: quia Ange. ibi allegat quod Inno. ibi tenet idem quod Barto. & non bene: quia Innocen. hic sentit contra Bart. mihi plus placet opi. Bal. per rationes & iura superius allegatas: & maximè si allegaretur causa notoria loci non tuti: quo casu non videtur quòd debeat admitti excusator. facit quod statim dicam.

¶ Et aduerte: qa si iudex nollet audire talē excusatorē eo casu quo debet admittere posset appellari: vt dixi in d. c. ex parte. de appel. vel processus esset nullus, vt statim dicam in alia q. & adde etiam quæ dicūtur per Ioan. de Imol. in l. inter accusatorem. ff. de publi. iudic. & quod latius dixi in d. c. ex parte. & in c. super eo. el. ij. in ij. q. prin. s. de appel. & quod not. Ioan. And. post Compostel. in c. dilectus filius. s. de rescript. Archidiac. iij. q. ix. c. hortamur. & Specu. in titu. de appel. §. restat. versicu. & no. circa finem. Et vide etiam circa prędicta quòd nō solùm debet esse securus locus ad quem citaē, sed etiam iter per quod debet transire. ad quod vide notabile consilium Oldra. in ordine xliij. quod incipit, quæritur. ¶ Et prædicta ego idē arbitror dicendum, si aliquis citaretur ad locū non tutum propter aërem pestiferum, secundū qđ tradiē in c. cū dilecti. s. de do. & contu. & not. glo. xxiij. di. c. cōis. facit lxxiiij. di. c. quorundā. & text. apertus iudicio meo, quem ad hoc allegat do. me. in l. ij. §. pe. ibi vel aliqua fortuita calamitas. ff. si quis cau. per quē text. dicit Gregorium xij. se excusasse, quare non iuerit ad consiliū Pisanum. Quid autem si locus ad quem quis citatur sit turpis? videtur maius dubium ꝙ admitteretur. non est dubiū cū mandato. facit l. si cū die. §. pe. ff. de arbi. & dixi post gloss. in d. c. ex parte. de appel. & vide quod no. glo. in c. cum locū. de spon. & Old. consi. xliij.

¶ Tertio verò casu de causis quę proponunē quæ cōsistūt potius in iure ꝗ in facto pōt figurari exemplū. Si citatus nō tenetur cōparere: qa iudex est excōicatus vel nō est suus iudex vel accusator nō est legitimus: qa est excōicatus, vel infamis, vel similis. de infame tamen dic vt dixi in c. j. s. eo. & hoc casu Odof. & Bal. in d. §. publicè. tenent ꝙ admittatur procurator ad allegandas causas absentiæ. Idem Innocen. hic. facit: quia hoc casu nō disputaē de crimine, sed est quoddā iudicium separatū. argu. l. pręses. C. de plag. & C. de adult. l. quoniam Alexandrum. facit s. de iudi. exhi. dicit tn̄ Bal. in d. §. publicè. & Inn. hic, ꝙ nō admittitur excusator, sed requiritur mandatum. & idem voluit Bal. in d. l. reos. in fi. col. & Io. And. & do. Anto. hic dicentes quòd tales exceptiones non potest quis opponere, nisi habeat mandatum ab homine vel à iure. & voluit Bald. in dicto §. ad crimen.

¶ Et aduerte scdm Io. de Imo. ibi ꝙ Ang. videē ibi malè recitasse Innocen. nam recitat ipsum dicere quòd excusator sine mandato admittatur ad allegandas causas absentiæ facti: & etiā ad probādas. vnde poterit inducere testes. & similiter admittitur excusator ad allegandas causas absentiæ iuris, vt quia citatus sit exemptus à iurisdictione citantis, licet super hoc non inducat probationes. & si exemptio illa patet ex actis admitteē ad illam etiam infamis. & subdit Barto. dixisse hunc excusatorem

allegantem causas absentiæ iuris debere habere mādatum cùm accusatus posit iurisdictionem prorogare. & etiam eodē modo videtur Bald. recitasse Inn. sed Ioan. de Imol. dicit ꝙ si bene ponderentur verba Inno. ipse pōderauit tres casus: quia aut excusator venit ad allegandas causas absentiæ iuris: quia iudex est excommunicatus, vel similis: & non admittitur sine mandato. aut causas absentiæ facti: & admittitur sine mandato, & satisdatione, aut causas absentiæ: & non auditur: quia non est conuentus quod fiat præiudicium domino per alium qui non habet mandatum: & ideo sine mandato non admittitur. fatetur tamen quòd si allegaret tales causas causę quę paterent ex actis, quòd ad illas deberet admitti talis excusator sine mandato: & hęc fuerunt verba Innocen. in effectu qui voluit posse allegari causas causæ quę patent ex actis. facit quia illud qđ patet ex actis dicitur notorium, vt no. idem Inn. in c. per tuas. s̈. de testib. & in c. ex insinuatione. de appella. & c. cùm olim. de verb. sig. traditur in c. nostra. & c. fi. de coha. cle. & mul. per glo. & doct. in l. vbi pactū. C. de transact. ad quod vide singularem limitationē do. de Ro. deci. ccccxxx. qui dicunt illud procedere quādo est in causa cōclusum. de quo dic vt ibi.

¶ Sed aduerte: quia Ange. in dicta q. quæ incip. Bononiensis. in vij. dubio. dicit quòd licet ipse consentiat dictę opin. Barto. & aliorum: quia non audet contradicere eorum authoritati. tamen dictæ decisioni multum obstat, secundùm eū: quia talis allegatio absentię iuris ratione impotentiæ iudicis, vel simi. non potest esse periculosa citatio. & est examinabilis seorsum à causa principali. & quod non possit esse periculosa, facit argumentum de quo s̈. dixi quòd aut principalis illam ratificabit. & est clarum. aut reprobabit, & poterit esse in iudicio sicut primo, & iurisdictionē ꝓrogare si volet, nec priuilegio exemptionis seu declinatoriæ iurisdictionis verisimile est, quod citatus velit renunciare. facit l. voluntaria. C. de excusa. tuto. maximè cùm reorū sit fugere, vt l. inter stipulantē. §. j. ff. de verbo. obliga. Item aduerte secundū Ioan. de Imol. non debet quis intelligere Innocen. voluisse quòd cum mandato debeat quis admitti in causa capitali in qua non potest procedi contra absentem ad allegandas causas causæ, & probandas: quia hoc esset contra tex. in dicto §. ad crimen. quod mihi placet. sed qualiter intelligatur, patebit ex j. dicendis. Ego verò ita distinguerem, quòd aut in causa potest procedi contra absentē: & dicendum est quòd cū procura. simpliciter admittitur ad plenā defensionem, vt dictum fuit s̈. xv. q. præced. q. princi. fortius admittetur ad prędictū articu. aut non potest procedi contra absentē: & dic ꝙ aut nos loquimur quo ad effectū impeditiuū sententiæ proferendæ: & non est dubium quòd non admittetur procura. quia frustra admitteretur ad istum effectum, si sentētia nō potest ferri contra absentem, aut vult admitti, vt impediat annotationem bonorū de iure ciuili, vt l. j. ff. de requi. re. de quo s̈. dixi. Et de iure canonico ad impediendam excōmunicationē secundū quod traditur ij. q. ix. in sum. xj. q. iij. c. rursus. & c. quicunqꝫ. & hoc casu arbitror quòd pro absente potest quis comparere cum mandato, & allegare non solū causas facti absentiæ necessarias aut probabiles, sed etiā voluntarias quæ in iure consistunt. Moueor primò: quia talis annotatio & excōmunicationis sententię prolatio fit ratione cōtumacię, vt in dictis iuribus. sed ille qui nō pōt aut nō tenet᷑ cōparere: nō dicit᷑ inobediens, vt c. si qn̄. s̈. de rescri. & c. cū teneamur. s̈. de præben.

¶ Secundò moueor per tex. nostrum in quo probatur, quòd licet in causa criminali non admittatur procura. ad disputandū super crimine & ad plenam defensionē, vt in d. §. ad crimen. j. respōso. tamen admittitur ad proponēdas causas absentiæ: & causas repulsiuas accusatoris.

¶ Tertiò moueor: quia frustra videtur admitti ad allegandū, nisi admitteretur ad probandū. Item quia hoc negotiū potest tractari separatè à negotio principali.

48 ¶ † Sed iuxta prædicta quæro vtrum habens mandatū in causa criminali ad ipsam prosequendam possit allegare causas absentię facti. & videtur dicendum quòd non: quia habens mādatum ad vnam rem non potest se intromittere de alia l. maritus. C. de procurat. Pet. de Bellapertic. tenet contrariū. nec obstat l. maritus. quia nos sumus in casu in quo nimis magnum præiudicium generaretur absenti si per mandatum in causa intelligeretur prohibitus procurator allegare causas absentiæ: quas posset allegare etiā sine mandato, vt s̈. dixi. quę ratio cessat in dicta l. maritus. & hoc sequitur Ioan. de Imol. in d. §. ad crimen. quòd dicit notandum pro limitatione d. l. maritus. tenent do. de Ro. decisio. cccxiiij. & probatur hęc conclusio expressè in tex. nostro: quia hic licet procurator fuisset constitutus ad causam criminalem: tamen fuit auditus allegans causas absentię. subdit tamen Ioan. de Imol. quod hoc reputaret magis clarū si haberet mandatū ad causam defendendā, & prosequendā, prout cōmuniter consueuit dari mandatū iuxta illud quod habetur in c. accedens. & c. mandatū. de procu. nam tales causas allegare est defendere, vt de se patet. & probatur in l. inter accusatorem. ff. de public. iudic.

¶ Item quęro quid si intra terminū citationis statutum ad cōperendū compareat aliquis excusator dicens citatū absentem fore adeo in partibus longinquis quòd notitia citationis non potest ad eū peruenire: vel quòd est infirmus, vel aliàs legitimè impeditus: & iudex vltra procedit, an valeat processus: solu. dicit Barto. in extrauag. ad reprimen. in versi. neglexerit. quòd si excusator obtulit se probaturū incōtinenti: & iudex contēpsit quòd processus est nullus: quasi per eum stet quò minus certꝰ fiat: alias secus. allegat c. interposita. de appella. & subdit quòd etiam ius est saluum parti petendi restitutionem ex causa iustę absentiæ, per id quòd notatur in l. ab eo. C. qūo & qn̄ iud. & l. fina. ff. de restitu. in integ. quod dictum habeas menti: quia in hac materia non tangitur per Doct. & quotidie venit in practica: ego tamen arbitror quòd primū dictum. Barto. non sit verum, nec probatur in d. c. interposita. imò ibi ꝓbatur cōtrariū. nam dicitur ibi quòd si opponitur exceptio legitima, & offertur probatio incōtinēti: & iudex non admittit: & propter exceptionem nō admissam pars appellauit quòd iustificat᷑ appellatio solùm propter repulsam exceptionem: nec est aliàs necesse probare veritatem ipsius exceptionis: & sic reuocantur attētata per viam attentati. secus ergo videtur velle tex. si non fuerit appellatum, videlicet quòd processus teneat: vnde consiliū est ad hoc vt processus non teneat ꝙ immediatè appellet᷑. placet tn̄ mihi aliud dictum Bart. ꝙ absenti concederet᷑ restitutio ex clausula generali propter iustam absentiam.

¶ Et ex prædictis sume cautelam, vt statim dicam ꝙ quis cōmiserit aliquod delictum in quo non possit interuenire procura. vt mittas eum ad remotas partes. nam & prædicta vendicant sibi locum licet ex forma statuti contumax habeatur pro confesso & conuicto. argu. eorum quæ s̈. dixi. non tamen consulo alicui, vt fraude vtatur.

¶ Sed iuxta prędicta ad eorum declarationē quæro quid si iudex non admittit comparentem nomine absentis ad eius defensionem allegantem iustum impedimentum infirmitatis, vel quid simile. Et allegationibus huiusmodi non obstāti. ad vlteriora procedit, fortè ad bannū vtrum processus valeat. do. Nellus latè ponit in tractatu bannitorū in v. q. iij. partis primi temporis.

49 ¶ † Item quęro an ad proponendā exceptionē dilatoriā possit cōstitui ꝓcurator. sol. dic ꝙ si talis exceptio opponitur in modum excusationis absentię. dicendū est vt dixi in præcedentibus. si verò opponitur in modū simplicis & puræ exceptio. gloss. hic in versi. sed ad excusandū, etiam tenet quod admittatur procura. & idem tenet hic Hostiē. & Ioan. Andr. & tenet Vincen. Phil. Pe. & Inn. in c. præcedēti. & glo. ij. q. vj. si qn̄. per tex. nostrū & c. sequēs. & Spe. in ti. de procu. §. j. versi. sed præcedens regula, iuncto ver. decimo. & Bart. in d. §. ad crimen. qa iura quæ repellūt ꝓcu. loquunt᷑ qn̄ venit ad assumendā defensionē causæ, & maximè hoc dicendū est scđm Hosti. qn̄ aliàs ꝓcedi posset cōtra absentē. & in hoc residet do. Ant. & Io. de Imol. qui dicit ꝙ hoc tenet᷑ apud omnes, per l. j. §. vsus. ff. de ꝓcur. & qa hoc nō reperit᷑ prohibitū, cū solū prohibeatur procurator interuenire ad prosequendū crimē, vt d. §. ad crimē. nō aūt ad proponēdas exceptiones dilatorias: imò potius videtur permissum. ar. tex. nostri.

50 ¶ † Quęrit᷑ insup quid iuris in exceptione merè peremptoria, vtrū admittat᷑ ꝓcurator ad proponendū illā, vt puta, cōparet aliquis tanqꝫ procurator proponēs ꝙ accusatus nō interfecit illū de quo accusat᷑ ex eo qa ea die de qua dicit᷑ interfectus accusatus erat in loco valde remoto à loco vbi talis dicit᷑ interfectus, adeò ꝙ impossibile fuisset accusatū in illo loco fuisse, vel dicit illū fuisse mortuū longe anteriori tēpore, qꝫ ea die qua dicit᷑ interfectus. scđm qđ tradit᷑ in glo. in l. is qui reus. ff. de pub. iudi. & l. j. C. qui accu. nō pos. & hoc casu scđm oēs vt dicit Io. de Imo. in d. §. ad crimē. nō admittit᷑ procu. ad talem exceptionem opponendā eo casu quo nō debet admitti ad plenā defensionem: ita intelligit dictū §. ad crimen. quia tunc in effectu ꝓsequeretur causam criminis: quod tamē fortè videret᷑ limitandum nisi talis exceptio esset notoria. arg. eorū quæ dicā in seq. q. dicit tn̄ do. Ant. ꝙ si esset talis perēptoria q̄ posset examinari separatè à negotio principali ꝙ ad hanc admitteret᷑ ꝓcurator tāqꝫ simplex allegator vel excusator ad merita cāę. & hoc voluit Ia. Bu. ar. l. j. & l. p̄ses. C. ad l. fauiā de plag. nā de crīe plagij nō tenet᷑ abducēs ancillā ꝓpriā, sed alienā. si ergo ꝓ parte accusati de crimine plagij qđ ponit᷑ ꝙ ancilla abducta erat ꝓpria

ipsius

ipsius abductoris, dicit tex. ꝙ hoc est ante discutiendum. ergo potest interuenire procurator: quia si discutitur seorsum à crimine, alia est causa, quàm sit causa criminis. Ia. tamen Balduini tenet contrarium: quia an hoc sit, vel non sit, totum tendit ad decisionem criminis. & sic videtur causa criminalis. & hoc tenet Bart. in d. §. ad crimen. sed pro decisione istius q. adde quę dicuntur in seq. quæstio. ¶ Item quæritur & quartò circa hunc
51 articulum exceptionis proponendæ, † vtrũ quando exceptio est mista, possit cõstitui procura. ad illam prosequendam. & vt intelligas quid sit id, de quo quæritur: dic quòd exceptio mista est illa, quæ potest opponi in vim dilatoriæ & peremptoriæ. exemplum: si statutum dicit, quòd querelæ bannitorũ non debeant audiri. nã ista exceptio dicetur mista, si excipiatur, quòd occisus potuit impunè interfici ex forma statuti. Est tamen aduertendum ad formam excipiẽdi. nam si dicat excipiẽs, quòd non debet procedi ex eo, quia querelæ bannitorũ, vel pro bannitis non debent audiri ex eo, quia occisus erat bannitus: nõ debet pro eo accusatio audiri. & hoc casu dicetur opponi in vim dilatoriæ. Sed si excipiens diceret accusatum absoluẽdũ: quia occisus erat bannitus: tunc videtur opponi in vim peremptoriæ. facit quod no. in c. j. de lit. contesta. libr. vj. & l. j. C. de ordi. cogni. si autem statutum disponeret quòd bannitus posset impunè occidi. Ioan. Andr. hic & Iaco. But. in l. ij. C. de accus. & l. adulteras. C. de adulte. volũt, quòd ex tali statuto causetur merè peremptoria. sed Iaco. de Are. vt refert Ioan. Andr. in addi. Specu. eo. tit. §. fi. ver. quid si bannitus. & Iaco. de Bel. vt refert Barto. in d. §. ad crimen. & videtur sequi ibi Bar. scilicet ꝙ causetur exceptio mista. nam causatur ex sententia banni, & sic rei iudicatæ. & ideò sicut exceptio rei iudicatę dicitur mista, & potest opponi, & ad processum & ad merita causæ sicut & aliæ exceptiones litis finitæ, vt d. c. j. de lit. contesta. libr. vj. & c. j. de ordi. cog. & tenet Bart. in l. cùm quærebatur. ff. de solu. item & hæc exceptio, quæ causatur ex sententia banni. & ista videtur verior sententia. sed redeundo ad propositum: quia dicendum est, ꝙ si talis exceptio mista opponitur in vim peremptorię nõ debet admitti procurator si verò opponitur in vim dilatoriæ maius est dubium. Iaco. Bu. in d. l. ij. & iij. C. eo. tit. voluit, quòd possit opponi sicut merè dilatoria, ex quo opponitur in vim dilatoriæ. & idem Ioan. Andr. qui dicit, ꝙ aduocati ciuilis fori nituntur, inquantum possunt, opponere talem exceptionẽ in vim dilatoriæ: & omittunt opponere in vim peremptoriæ: licet vtroq; modo proponere possint. & hoc ne repellantur. sed Iaco. de Are. disputando, vt refert Ioan. And. in d. ver. quid si bannitus. videtur velle, quòd non possit proponi, ex quo aliquo modo tangit crimẽ. idem Iac. de Bel. & Franc. de tig. de pisis: vt dicit Bart. in d. §. ad crimẽ & Bart. de Saly. in d. l. reos. C. de accu. quod tamen limitant, nisi talis exceptio esset notoria: quia tunc iudex ex officio deberet supersedere in processu, & reijcere accusatorem, ne reus & ipse fatigẽtur super inani processu. per glo. sing. in l. qui cùm maior. §. libertus. ff. de bonis liber. sed clarius dicit glo. in d. l. qui cùm maior. §. si præsens. mouentur etiam per no. per glos. in l. vbi pactum. C. de transac. facit quod no. per glo. & Doc. in l. j. ff. de offi. asses. vbi iudex ex officio debet lacerare libellũ ineptum, & no. Ioan. And. & Inno. in c. j. de offi. vica. & xj. q. j. in c. Christianis. sed pro Iac. But. & Io. And. facit, quia debet attendi quod principaliter agitur, vt l. si quis nec causam. §. j. & quod ibi not. ff. si certum petatur. Itẽ facit secundùm Io. de Imo. quia quando opponitur in vim dilatoriæ non videtur opponi ad prosecutionem publici criminis: sed potius ad impediẽdum, ne fiat illa prosecutio: quod nõ videtur prohiberi, vt d. §. ad crimẽ. nam ex quo opponitur exceptio ad processum ex eo, quòd dicit non debere procedi super ipso crimine, non videtur velle admitti ad prosecutionem criminis, & hæc opi. secũdùm Io. de Imo. fortè videtur verior do. Anto. hic qui dicit quòd si opponitur in vim peremptoriæ, non distinguitur, an sit notoria vel non: debet tamẽ distingui, an eã proponat, vt simplex allegator, vel instructor: & admittitur, an vt procur. & nõ admittitur, licet sit notoria: sed secundùm eum notorium non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi. vt gl. sing. in cle. appellanti. de ap. no. per Ioan. And. in c. ij. s. vt lit. non contest. facit quod no. Bart. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Polippi. ff. de adul. & in hanc partem videtur inclinare do. Barto. de Saly. in d. l. reos. dicens quòd rationes Doct. non inferunt procura. admitti debere. cùm possit subueniri per instructorem & informatorẽ. cùm ergo secundùm do. Ant. procurator non possit legitimare personam suam, non debet admitti. sed Io. de Imo. in d. §. ad crimẽ. dicit quòd fortè opi. communis posset defensari: quia ex quo factum est notorium. & sic extra ordinem iuris procedẽdum videntur cessare huiusmodi solennitates rigorosæ, vt c. ad nostram. el. ij. de iureiuran. & c. Ioannes. de cle. coniug. Si verò exceptio non sit notoria, non admittitur procura. ad ipsam proponendam, si opponitur in vim peremptorię per tex. in d. §. ad crimen. quia vt s. dixi in prin. istius. ij. q. prin. ij. membri principalis, à quo remouetur genus &c. & hoc procedit siue dubietas sit in facto: vt quia dubitatur, an sit bannitus, siue in iure: vt
52 quia dubitatur, an sit ritè bannitus vel ritè cancellatus: † quia dubietas iuris æquiparatur dubietati facti: vt dicit Barto. in d. §. ad crimen. & tradit in prima constitutione. C. §. quibus & no. gl. & Ioan. And. in c. j. de postu. Præla. lib. vj. c. & solet. de sen. excommu. lib. vj. Bal. vero in d. l. reos. format q. an procurator admittatur in capitali, quòd accusator est bannitus. & ꝙ est bannitus. & arguit primò quòd admittatur: quia quòd bannitus possit impunè offendi, est publici iuris. ergo offendens talẽ est exequutor iustitiæ, & per consequens non debet audiri, qui talem offendentem accusat. præterea vbi lex dicit, quòd aliquis non audiatur, repellit illum à limine iudicij, vt l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. & l. pe. §. fi. C. qui accu. non pos. no. do. Ant. in c. f des. de rescrip. & vide quod ibi dixi: imò plus, licet esset facta pax cum bannito: tamẽ potest impunè offendi: quia cùm talis offensio sit publici iuris, non poterit per pactum derogari, sicut nec iudex posset dare bannito licentiam regulariter siue securitatem aut fiduciam, ita & minus quilibet de populo, facit quod no. in authen. de manda. princ. §. neq; autẽ homicidijs. & ff. de pœ. l. relegatus. præterea iste occidens est merus executor. sed merus executor non potest renunciare, quin exequatur. ff. de iudi. l. si prętor. no. per Dy. in regula quòd quis mandato. de reg. iur. lib. vj. subdit tamen, quòd dici debet quòd aut ista offensio est concessa fauore publico: & non potest renunciari: vt l. ij. §. sed quia veremur. de iur. calum. aut est cõcessa fauore renunciãtis. verbi gratia: quòd quilibet de populo possit occidere bannitum suum inimicum: ita ꝙ hoc non permittitur cuilibet, sed inimico. & hoc casu potest huic iuri renunciari. & si facta est pax, non potest ille offendi. facit l. j. in fin. ff. de ali. leg. ¶ Item facit ratio: quia qualitas inimicitiæ nõ subest. deinde format argumenta in contrarium, quòd procurator non admittatur: quia paria sunt excludere crimen directè, vel aliquid deducere: quod crimẽ indirectè excludatur: quia idem iuris est quod ad effectum, facit quod notatur in c. dudum. de ele. sed super crimine capitali non admittitur procurator super eo, quod venit ad exclusionem criminis. ergo &c. deinde soluendo dicit,
53 quod duo sunt videnda. Primum † an exceptio banni impediat lit. contesta. & dicit, ꝙ si ex forma statuti talis exceptio potest opponi iurisdictioni, quòd impedit. sed si simpliciter statutum dicit, quòd bannitus possit impunè offendi: debet distingui, ꝙ aut libellus continet manifestum errorem: vt quia dicitur talis offendit talem bannitum. & tunc ista exceptio impedit contestationem. & idẽ vult Bald. in d. §. publicè. vbi dicit quòd sicut iudex potest ex officio libellum ineptum reijcere, vt l. j. ff. de offic. asses. fortius debent procurator, pater, & similes personæ admitti. ¶ Aduerte tamen: quia ista non esset exceptio banni. quod patet: quia nõ oportet docere de banno, sed de ineptitudine libelli. aut ineptitudo non apparet ex serie libelli: & tunc dicit ipse, quod quidam dicunt, quòd aut istud bannum est notorium: & impedit processum, vt suprà dixi. Aut non est notorium: & tũc debet examinari talis exceptio post lit. contest. & per consequens non admitteretur procu. finaliter dicit Bald. breuiter concludendum forè quòd ista exceptio banni: vt rei iudicatæ habeat impedire contestationem. vnde sicut si potestas accusaretur de aliquo, quem fecit decapitari, posset opponere exceptionem rei iudi. ita & quilibet executor iustitiæ potest dicere: res erat iudicata. & ego feci executionem: & sic impedit processum, & licet ista exceptio sit peremptoria: tamẽ potest examinari seorsum à principali. & sic impedit processum, vt d. l. preces. idem tamen Bald. in c. j. hic finitur lex corradi. in vsi. feu. simpliciter tenet quòd procurator non admittatur & malè. Idem no. Bald. in l. j. C. quomodo & quando iud. dicit, ꝙ post opi. Iac. But. tu dic quòd si crimen disputetur & causa defenditur. vt si concluditur de impotẽtia iudicis vera sit opi. Bu. scilicet ꝙ admittatur procur. sed si tamen defenditur, tunc cùm debeat lis contestari, & per consequens reus teneatur personaliter comparere ex natura causæ, nõ admittitur procurator, sub quacunq; forma verborum opponatur talis exceptio peremptoria. & ita procedat secundùm eum opi. Iac. de Belui. & hanc dicit esse veritatem: subdit tamen quod iudex ex officio simpliciter, si cõstaret de calumnia accusatoris, ipsum reijcere posset: quia euidens calumnia habetur loco ineptitudinis libelli. vt singulariter tradit Innocen. in c. j. s. de offi. vic. & sic non ex vi exceptionis repelleretur, sed vi ex notorij. vt etiam tenet Cy. nam vbi est notorium, ibi non est disputare, sed disputatum esse, vt

no.Inno.in c.statuimus.§.de offic.delega.vnde sufficit tantùm allegare.notorium autem erit, si producetur bannum ex archiuo publico,cum toto processu:aliàs nō præsumeretur pro sententia,cùm sit interlocutoria contra ius, quæ verba dicit notanda do.Nellus de sancto Geminiano in tractatu bannitorum in ij.parte temporis.q.xiiij.dicit quod communiter tenetur,quòd talis exceptio banni notoria potest per procuratorem opponi, per iura.s.pro hac parte inducta,& quod opposita lit.contest. impediat.& recitat opi.Io.An.in addi.Spe.in tit.de accu.§.sequitur ver.quid si bānitus.imò plus dicit obseruari , quod sine aliquo mandato tertius admittatur ad producendum bānum. quo producto iudex vlterius non potest procedere .est enim hic fauor publicus contra bannitos: & iudici constat illud , super quo procedebat nō esse delictum.vt Bart.in.l.vbi pactum. C.de transac.& Bal.ibi per.l.j.§.j.ff. ne quis eum qui in ius voc. vbi etiam tangit.Si verò bannum non sit notorium: puta,quia non concordant qualitates , siue demonstrationes mortui nominati in processu cum demonstrationibus banni.& sic necesse est fieri probationes de identitate.& non admittitur procurator.& ita procedat opi.Iac.de Belui.dicit tamen quòd sæpissimè vidit seruari contrarium per rationes Ia.Bu.& quòd hoc verius putat.nam producto banno habente aliquam concordantiam cum demōstrationibus mortui, non disputatur de delicto.sed de liquidatione notorij,ar.l.j.C. qui & aduersus quos. & l.ad rem mobilem . & l.legatum.ff.de procura.& hoc facit, quia iudex qui ex inspectione banni iam producti adducitur in suspicionem innocentiæ debet à seipso innocentiam quærere & liquidare per.l.si non defendatur.ff.de poe.xxx.q.v.iudicantem . & quod traditur in l.properandum.ff. de iudi.fatetur tamen quòd si demonstrationes essent multum variæ , ita quòd iudex potius in suspicionē cōtrariam adduceretur,quòd nō admitteretur procur.arg.l.satis aptè.C. de fal.cum si.& hæc opi.mihi satis placet.& prædicta procedunt, quādo prædictæ exceptiones veniunt examinandæ coram iudice causæ criminis.si autem veniunt examinandę coram alio,maius est dubiū. Et vt hic refert Io.An.Bart.& Io.de Imo.in.d.§.ad crimen.& Bal.in l.reos.fuit olim maxima questio Bononię de occisoribꝰ Raganense Bononiēsis.nam cū filij accusarent occisores patris, excipiebatur ꝙ potuerat impunè occidi.replicabatur ꝙ fuerat cancellatus de bāno,replicabat ꝙ nō ritè.vnde hæc questio an ritè,vel nō propter imperitiā iudicis maleficiorum fuit cōmissa collaterali domini potestatis,dubitabatur an in eius examinatione deberet admitti procurator. Iac.but.disputādo tenuit ꝙ sic:quia hæc q.venit examinādā seorsum à principali,per d. l.pręses.C.ad le.flauiam de plagiar.Iac.de bel.tenuit contrariū nam cùm examinatio exceptionis & replicationis generēt plenum præiudicium principali: ergo nō admittitur procur.quia in istis capitalibus plenum præiudicium non potest generari per procuratorem:vt sæpius dictum fuit.& pro ista parte dicit fuisse iudicatum.Nec ob.quòd quādo exceptio quæ tangit crimen, venit separatim examinanda à crimine,potest interuenire procurator:quia secundùm eum istud est verum, quando examinatur ad alium finem,quàm ad decisionem criminis . ita loquuntur secundùm eum.d.l.j.& l.præses.sed quando examinatur ad finem criminis excludendi,& decisionem ipsius:licet examinetur seorsum: tamē dicitur vna causa & idem iudicium cum crimine.arg.l. arbitro.& l.ab arbitro.ff.qui satisd.cog.facit.ff.à quibus ap.non licet.l.fi.& C.de iudi.authen.ad hęc.dicit tamen Io.de Imo.quod dicta responsio non videtur bona: quia in dictis.ll. examinatio quæstionis proprietatis serui tendebat ad exclusionem criminis plagij. & tamen potuit ibi interuenire procur.vt.l.ij.C.ad l.flaui.de pla.& l.de fide.C.de fal. sed posset dici secundùm Bal.quòd illa.l.ij.non ob.ex eo quòd exceptio proprietatis ibi est alterius naturæ,quā quæstio principalis : quia causa illius exceptionis est merè pecuniaria,cùm in ea tractetur duntaxat quis sit dominus.ergo potest interuenire procur.vt.l.ij.de procur.Sed in quæstione nostra exceptio opposita & replicatio non sunt alterius naturę:quia in ipsis nō vertitur quid pecuniarium:sed potius capitale crimen.ideò de ea iudicatur, vt de crimine capitali. cùm ad ipsum tanquam ad principalem suū accedat. vt.d.l.arbitro.& l.ab arbitro.vel potest dici secundùm Io.de Imo.quòd aut quæstio proprietatis proponitur principaliter per viā principalis quæstionis:vt quia agitur rei vendicat.cōtra illum,qui dicitur plagium cōmisisse. & tunc potest interuenire procur.quia licet ex ista causa possit interuenire decisio criminis:tamē principaliter nō intentatur ad hunc finē:sed ad finē pecuniariū:videlicet,vt seruus plagio subtractus restituatur.& ideò potest interuenire ꝓcurator,vt d.l.j.& ij.C.ad l.fla.de plagi.& hæc responsio facit notabiliter pro opi.Iac.Bu.in eo,qđ dictū est.s.quod si opponitur in vim dilatoriæ ad processum,debeat admitti procurator:licet in sequentiam tangatur crimen.Aut quæstio proprietatis proponitur per viam exceptionis.exemplū:si accuso te,quòd seruum plagio abduxisti:tu negas excipiendo,quòd seruus sit tuus.& hoc casu quia ex decisione istius q.in consequantiam venit decisio criminis.dicendum est,quòd hoc casu non admittitur procurator.& hoc casu non loquuntur l.j.& ij.& l.præses.tu potes tēperare prædicta ex his,quæ dixi in opi.do.Nelli.Ex qui-
54 bus habes expeditam hanc difficilem quæstionē.¶†Sed quæro circa prędicta:pone,ex forma statuti cauetur,quòd accusatus non debeat admitti ad aliquam exceptionem,vel defensionem,nisi compareat personaliter.an hoc casu nomine accusati poterit comparere procurator,& opponere quòd occisus potuit impunè occidi.Bal.in d.§.ad crimen.dicit quòd non:quia ista esset defensio.vnde dicit quòd cautela tūc est,quòd procurator compareat coram iudice,& imploret eius officiū,vt pronunciet super accusatione procedendum non esse, cùm iudex debeat conari,ne procedat super inani processu.vnde implorato dicto officio iudex debebit facere,cùm cōstet sibi accusationem calumniosam esse per nota.per glos.in d.l.qui cùm maior §.libertus.&.§.sequēti.ff.de bonis liber.& quia tenetur iudex defendere illum,qui non est puniendus.& hanc practicam posuit Rychar.malum.in l.filiusfa.§.veterani.ff.de procur.¶ Aduerte tamen,quia ratio Bal.videtur contraria practicæ,& cautelæ prædictæ:quia implorando prædictum iudicis officiū,videtur implorari defensio:quę videtur prohibita per statutum. facit quod no.Bart.in l.j.§.j.ff.quod vi aut clam.& quod latius dixi in cle.vnica de seque.pos.& fruc.Sed potest responderi secundùm Io.de Imo.quod hoc operetur qualitas notorij.& sic hoc casu non videtur prohibita talis defensio.ar.c.ad nostram. de iureiur.el.iij.& aliorum iurium.s.alleg.in simili.pro quo dicto etiam allego,quod no.glo.in l.j.§.hoc interdictum in glo. super verbo perfectam.ff.de tabu.exhi.& vide quæ dixi in d. cle.vnica,tutius tamen consilium est ad euitandas opi.quod cōpareat tanꝙ informator, vel instructor.ar.eorum quæ s.dicta sunt.¶ Quid autem si statutum disponit, quòd bannito non reddatur ius,vel quid simile vide per Bu.in l.j.& ij.C.eo.& l. adulteram.C.de adulte.& traditur in l.eleganter.§.si quis post. ff.de condi.inde. & l.j.& quod ibi no.ff.de aliena.Bar.in l.ij.§. j.ff.ad velleia.& vide Barto.in l.nam & posteà.in prin.ff.de iureiuran.vbi dicit,quòd per hæc verba accusationem non dabo & similia,in ciuilibus non tollitur accusatio ipso iure vt ibi & l.j.§.j.ff.ad treb.vbi etiam ponit.In criminalibus verò tollitur ipso iure,vt l.item apud.§.ait prætor.ff.de iniur.& arg.l.si tibi §.quædam.& l.si vnus.§.pactus.ff.de pactis.& vide Inno.in c. quia frustra.j.de vsur.& quod traditur in c.constitutionem.de elect.¶ Sed quæro circa prædicta,quid de exceptione,quod reus fuit absolutus,vel punitus,vel condemnatus:non est dubium,quòd talis exceptio potest opponi ad processum,cùm ista sit exceptio litis finitę & per consequens mista.& etiā potest opponi ad merita causæ secundùm no.in c.j.de lit.contest. lib.vj.& per Bart.in l.cùm quærebatur.ff.de iudi.so.& ideò an sit admittendus procur.potes colligere ex his quæ.s.dixi & vide,quæ latè dixi in c.de his.s.eo.tit.

55 ¶†Tertiò quæro,vtrum procurator admittatur ad contestandam litem.So.quidam dixerunt quòd nō.Alij verò quòd sic. tu vero dic,quòd quantum attinet ad casum,in quo potest procedi contra absentem,faciliter colligetur decisio ex his quę dixi s.in xvij.& xviij.q.Sed extra prædictos casus non video,ꝙ aut ex parte accusatoris,aut ex parte rei possit interuenire procurator:quia si causa est capitalis,debet esse vterꝗ in vinculis, aut in carcere.& si non est in vinculis,aut in carcere,per procuratorem non posset lis contestari,per rationes assignatas.s.in.j. &.ij.q.primæ.q.seu primi membri principalis.& adde quæ dixi in d.q.xvij.&.xviij.

56 ¶†Quartò quæro:quia post lit.contesta.exigendum est sacramentum,vt patet.s.ex continuat.rubricæ de iuramento calum. vtrum ad hoc iuramentum præstandum admittatur procurator.sol.Doc.hoc non tangunt specialiter quod reperierim:sed magis latè & ample tractant hanc q.per quam patet decisio præsentis q.Quærunt enim,vtrū media causæ criminalis possint exerceri per procuratorem.& Spec.in tit.de procura.§.j. ver.sed nunquid media.dicit quòd multi dicunt quòd sic.& hoc etiam seruant : sed ipse hoc non approbat: quia talia sint de prosecutione negotij,quod pertinet ad media causę.vt s.de offic.delega.super quæstionum.§. intentionis. &.§.porro.ad quam prosecutionem non admittitur procurator.vnde si non admittitur ad ipsam causam criminalē simpliciter: ergo non admittitur ad eius partem:quia idē iuris debet esse de parte quò ad partem,quod est de toto quò ad totum,vt l.quæ de tota.ff. de rei

derei vendi.& s̃.dixi in principio istius ij.q.principalis.allegat etiam Specu.alias rationes,quæ non multùm faciunt ad propositum.Sed Ioan.Andr.in addi.dicit quòd Roffre.in libello iuris canonici in tit.qualiter in accusatione procedatur neutro cõ tumace,dicit quòd quidam tenuerunt.vt Tanc.secundam opi. per l.j.in fin.C.vt om.tam ciui.quàm cri.per quam l.hoc etiam tenuit Alber.gale.quia vt s̃.dixi in prin.istius.ij.q.à quo remouetur genus,remouetur & quælibet eius species.Itẽ quia si speciale est in quibusdam,quòd dant procuratores ad media causæ tantùm,non tamen ad sententiam,vt l.fi.C.de iniur.ergo in alijs ius commune est in cõtrarium,vt l.j.ff.ad munici.& l.j.C. de accep.quam mouent tenentes contrarium.& prædicta l.ij. non loquitur in procuratore:sed in domino, qui defendendo seruum causam suam prosequitur.Accur.in l.pe.§.ad crimen. tenet quòd possit admitti procurator.Idem etiam tenuit Guido.de suza.in q.statutorũ & Gandi.in trac.malefi.in rub.xxj. dicens Odoffre.rectè tenuisse.ponit tamen casum in carcerato propter crimen.& ratio eorum est:quia ad certam speciem dari potest procurator,vt ff.de procu.l.j.nec hoc reperitur prohibitum in criminalibus:ergo intelligitur permissum,vt l.ab ea parte.& ibi traditur.ff.de proba.& ad l.ij.ff.de custod.reo.quæ dicit,quòd reus debet in vinculis causam agere.dicũt quòd loquitur in lit.contest.ad quam fiendam reus debet se præsentare.In alijs autem non sic est.nam certũ est,quòd medium causæ præsupponit principium.Si ergo causa principiata est per cõtestationem litis,& reus detinetur taliter, quòd si expedit,de facili potest ab eo veritas haberi etiam per tormenta.non videtur secundùm eos,quare per procuratorem non possint nominari & produci testes pro reo.& impugnari testes accusatoris, & his similia agere,cùm dum reus manet in vinculis cessent omnes rationes,quæ videntur obstare & cùm per procuratorẽ non sit ferenda sententia.Ita dicit Ioã.And.in d.addi. ¶Sed tu aduerte,quia pro carcerato,quid iuris sit satis dictum fuit s̃.in
57 xviij.q.Ang.verò in d.§.ad crimẽ.†dicit quòd ad media causę nullo modo admittitur procu.& hoc dicit tenere gl.in d.§.ad crimen.nisi pro carcerato Bal.in d.l.reos.C.de accu.in xj.colũ. ver.quæro.primò dicit,quòd videtur admittendus ad vnũarticulum etiam de medijs causæ cessat ratio quare repellitur.ergo admittitur.& hoc dicit tenere glo.in d.§.ad crimen.& glos.secundùm vnam lect.in l.cẽquis indubitati.C.de adul.& finaliter ponit,quod dixi.s̃.in prin.istius.ij.q.principalis,an ad vnũ articulum &c.Ego verò arbitror dicendum,quòd aut nos loquimur in casu,in quo potest procedi contra absentem,& admittetur procurator ad hunc actum,secundùm quòd plenius dixi in xv.q.pro præsente verò & carcerato dicendum est, vt dixi in xvij.& xviij.q.Sed quando non potest procedi contra absentem,secundùm quod traditur in l.absentẽ.ff.de pœnis arbitror,quòd ad nullum actum intermedium admittatur procur. quia vt sæpius dictum est,à quo remouetur genus &c.quod intellige eo casu,quo eadem ratio in vno articulo.quare non admittatur procurator,quæ est in ipsa simplici defensione.
58 ¶†Quintò quæro vtrum ad respondendum positionibus admittatur procura.Sol.Bal.in d.l.seruum quoq;.§.publice.ff.de procura.tenet quòd non,vnde concludit,quòd procurator nõ potest constitui ad confitendum:sed quòd reus debet confiteri per seipsum:vt l.ij.ff.de custo.reo.nam ista confessio æquiparatur sententiæ admittitur procurator,vt statim dicã in viij. q.quod no.in l.ictus fustium.ff.de infami.Itẽ allegat quod no. Cy.in l.clarum.C.de autho.præstan.& hanc eandem sententiã tenet do.Bar.de salice.in d.l.reos.& mihi placet distinguendo tamen & declarando secundùm limitata & declarata de absente præsente & incarcerato,secundùm quod dixi in præsentibus.q.Ex prædictis etiã inferẽ decisio ad q.vtrũ admittatẽ procura.ad producẽdũ testes probatorios vel reprobatorios.& videtur ꝙ nõ gl.tamẽ in d.§.ad crimẽ.sentit ꝙ admittatur ex eo, quòd talis procurator non est damnandus.Alij verò tenẽt contrarium:quia totum pondus causę residet in hoc ar.& quia est de prosecutione.& hoc tenet Specu.in tit.de procura.§.j.ver. sed nunquid media.eius opi.recitaui.s̃.in iiij.q.proxima.& hoc etiam tenet Andre.de Pisis.& quidam alij per illam rationem sæpius allegatam.& quo mouetur genus &c.Et has opi.refert Bal.in d.§.publicè.Refert tamẽ & alios dicere contrariũ:quia cùm reus sit detentus ex causa capitali,pro detento admittitur procura.per l.ij.C.de accus.& per id quod no.Guli.in l.reos.C. de ap.Sed dicit Bald.quòd ista distinctio de detento non bene probatur per illam l.quia ibi dominus non venit procuratorio nomine:sed tanq; veniens ex transuerso pro suo pecuniario interesse.facit l.j.C.de bo.dam.sicut si vxor vellet,posset contradicere ratione dotis suæ de quo articulo latius dicam in proxima iij.q.principali huius.ij.membri.Tu verò potes dicere,vt

s̃.dixi in præcedentibus q.quod pro carcerato & præsente.& quando potest procedi contra absentem, admittitur procurator.aliàs autem arbitror,quòd hoc casu non admittatur.
59 ¶†Sextò quæro,vtrum admittatur procurator ad concludendum in causa.so.Bald.in d.§.publicè dicit,quòd videtur dicendum quod sic.per l.cẽquis in dubitati.C.de adul.nam conclusio dicitur de actis iudicij,nõ de actis litis.sicut sunt probationes. In contrarium tamen allegat:quia conclusio fit renunciando: quia vtraq; pars renunciat probationibus,& allegationibus,vt traditur in c.pastoralis.de cau.pos.& proprie.de quo latius dixi in tractatu.de renun.& conclu.iudicia.in.§.fi.¶Sed aduerte, quia videtur,quòd in criminali non valeat renunciatio per no. in l.pactum inter hæredem.ff.de pac.tamen concludit,quòd admittatur procura.& quod valeat renunciatio,quando non constat,quòd partes habeant aliam defensionem vel offensionem. vnde dicit,quòd si iudex vult,quòd renunciatio indubitanter teneat,faciat cõfiteri pareem,ꝙ non habeat aliam defensionẽ, nisi prout in actis apparet.& pro hac opi.dicit esse gl.no.in l. j.ff.de fur.quæ conclusio videtur mihi clarissima pro carcerato:vel quando potest procedi ad diffinitiuam, vel contra absentem:aliàs multum dubito.Et ex decisione præcedẽtiũ q.& maximè.v.proximè præcedentis,videtur tenendum cõtrariũ. cogitabis.Et aduerte,quia arbitror,quòd allegatio de dicta gl. in d.l.j.ff.de fur.sit incorrecta:quia illam nõ habeo in meo.nec reperi in quibusdam alijs.
60 ¶†Septimò quæro,vtrum post conclusionem in causa admittatur procurator.solu.patet ex prædictis Bal.in d.l.cẽquis indubitati.C.de adulte.videẽ tenere,quòd admittatur,qđ arbitror verum,si modo non attentaretur aliquid,quod posset esse multum præiudiciale principali,ita quod haberent ob.aliqua ex rationibus.s̃.positis in primo membro.
¶Octauò quæro,an ad sententiam admittatur procurator.so. gl.in d.§.publicè.tenet quòd non.& idem tenet in d.l.reos.C. de accu.& Ioã.de Imo.in d.§.ad crimen.& est communis opi. doct.quæ & mihi placet.vide quæ dixi in xviij.q.
¶Nonò quæro,vtrum procurator admittatur ad appellandũ. so.do.Anto.hic videtur velle,quod sic,per l.non tantum.ff.de ap.dicit tamen quòd non admitteretur ad totã causam appellationis.& sic ad illam prosequendam:sed solùm ad actum appellationis interponendæ.Et subdit quod dici posset,ꝙ in l. non tantum.admittitur procurator ratione proprij interesse respectu cognitionis quę est inter hominem & hominem.¶Tu verò dic,vt dixi s̃.in xviij.q.quòd vera ratio est,quòd admittitur in d.l.tantum.quia damnatus erat in vinculis.& dic vt ibi dixi.Et finaliter conclude,quòd pro carcerato,vel quãdo potest procedi contra absentem,sicut admittitur ad causam principalem,ita ad causam ap.quæ est eiusdem naturæ cum principali:vt dixi.s̃.in xj.q.primæ q.secundi membri.Et sic patet,ꝙ non solùm admittitur ad actum appellationis,sed etiam ad totam causam.Si vero quærimus vtrum admittatur ad appellandum pro non carcerato:vel quando potest procedi contra absentem.text.videtur expressus quòd nõ,in l.j.ff.an per ali.cau. ap.de cuius.l.intellectu.vide quod supra sæpius tactum est.& maximè in ij.q.primę q.principalis primi membri principalis.
61 ¶†Decimò quæro,vtrum admittatur procurator ad pœnalem executionem.& de ista q.secundùm Bal.in d.§.publicè.nõ est dubium,quòd talis executio non cadit in procuratorem : quia non deliquit.pœnæ enim suos debent tenere authores:vt l.sanctius.C.de pœn.& c.quæsiuit.de his quę fi.à ma.parte capi.& melius probatur quantum ad casum nostrum.xxiij.q.v.c.cùm homo.vbi probatur,quòd fideiussor nõ potest puniri pro principali pœna corporali.Quando autem pro crimine possit interuenire fideiussor,vide Bal.in l.iij.C.qui accu.non pos.ratio autem prædictorum est:quia nemo est dominus membrorũ suorum.l.liber homo.ff.ad l.aquil.xxiij.q.v.c.si non licet.¶Et aduerte:quia etiã si per statutũ ciuitatis proditor,vel alius delinquens ipso iure intelligatur damnatus:si deinde ipsius petitur executio,etiam hoc casu,in isto iudicio executionis nõ arbitror quòd possit interuenire procurator ad defensionem.nam posito quòd non reperiatur alia sententia,scilicet condemnatoria: tamen requiritur sententia declaratoria commissi delicti,vt dicit Ioan.And.in c.j.de homi.lib.vj.& traditur in c.quàm sit.de elect.lib.vj.& c.commissa,eo.tit.lib.vj.& c.fi.de præscrip.cum si.cùm ergo requiratur disputatio super causa sequitur, quòd non põt interuenire procurator.& hoc tenet Bal.in d.l.reos.j. C.de accu.& mihi placet.
62 ¶†Vndecimò & vltimò quæro,vtrum admittatur procurator ad petendum,ꝙ banniti & condemnati ad mortem, bannum & cõdemnatio cancellari debeat.Bal.in d.l.reos.arguit quòd sic:quia non disputatur de crimine:sed solùm de processu.&

colligitur ex no. per Inno. in c. dudum. de elec. In contrarium arguit, quia in causa appellationis venit etiam causa nullitatis. & tamen illa causa nullitatis nō potest per procuratorem agitari. vt. d. l. j. ff. an per ali. cau. ap. & statim in. q. proximè posita dicam. Concludit tandem contrariam sententiam fore veram: quia nec directè nec indirectè hoc casu pronunciandum est super crimine. Sed in appellatione nō admittitur: quia cognoscitur de crimine & pronunciatur saltem tacitè super eo. vnde dicit, quòd vtimur quòd bannum & condemnatio possunt peti cancellari per procuratorem. & sequitur do. Nellus de sancto Gemi. in tracta. de banni. in iij. parte secundæ quæstionis. q. lxviij. & hoc satis mihi placet. Et ex hoc infero, quòd si de nullitate sententiæ cōdemnatoriæ ageretur principaliter, quòd deberet admitti procurator. arg. prædictorū. Sed quādo ageretur de nullitate per viam appellationis: quia talis nullitas venit accessoriè ad appellationē. & per consequens videtur sequi eius naturam. arg. regulæ accessoriū. de reg. iur. lib. vj. videtur quòd nō admittatur procurator. & hoc firmauit Bald. vt dictum est. Ego tamē in hoc satis dubito propter diuersitatem rationis. nā per viam appellationis disputatur de crimine. & sic nō potest interuenire procurator. quæ ratio cessat, si prosequatur quis viā nullitatis. vnde si interposita appellatione per principalem, quę trahit secum etiam nullitatem compareret procur. ad nullitatē constitutus: & vellet prosequi duntaxat viam nullitatis, dicemus istum admittendum: quia non disputatur de crimine, aut de iustitia vel iniustitia, de validitate ipsius. Et per hæc expedita sit hæc. ij. q. principalis secundi membri principalis.

53 Tertiò principaliter quæro, † vtrum in casibus, in quibus nō admittitur procurator ad pœnā defensionem propter qualitatem causæ: admittatur quis ad defensionē ratione proprij interesse. sol. gl. hic in ver. itē dominus tenet quòd sic. vnde cōclude quòd dominus potest venire ad defendendum seruū pro interesse suo. & hoc casu venit ipse, vt ipse, nō vt procurator serui. vt l. seruus. & l. sciendum. ff. de pub. iud. & l. Lucius. ff. de ap. & hoc tenēt do. Ant. & Doc. & per hoc dicunt Doc. hic & in d. §. ad crimē. qđ pater ratione sui interesse potest interuenire ꝓ filio, maximè si ex forma statuti propter delictum filij deberet fieri executio aliqua in bonis patris. facit quod habetur in l. cùm filius. ff. de verb. obli. Et eadem ratione Abbas pro suo monacho, Episcopus pro clerico, Dominus pro vasallo, Ciuitas pro ciuæ, & simi. arg. l. j. ff. de libe. ho. exhi. & ff. ad municipa. in l. de iure, & quod notatur in c. dilectus. de ap. & c. authoritate. de priuil. lib. vj. & c. ad Apostolicæ. de reg. iur. lib. vj. ¶ Et etiam eadem ratione videtur, quòd vxor possit comparere pro marito & econtra. facit quod notatur in c. non est vobis. s. de spon. & l. j. §. per hanc. ff. de rei vendi. & qđ not. Inno. in c. inter quatuor. s. de maio. & obe. & tenēt hic expressè Do. de Rota deci. ccliij. alias dec. cxcviij. allegant no. in c. nonnulli. de rescrip. & eo. titu. c. ex parte decani. & de test. c. de cætero. & s. eo. ti. c. cū. p. & sequitur hic. d. Ant. Bal. vero in l. reos. C. de accus. dicit quòd pater pro filio. dominus pro seruo vidētur indistinctè admittēdi ad plenam defensionē in causa criminali. C. eo. l. si cuiusdam. & ff. de pœn. l. si non defendantur à contrario sensu: gl. in d. §. ad crimen. videtur dicere hoc modo. Aut pater, vel dominus volunt venire vt domini pro eorum interesse, & debent admitti. In domino planum est per. d. l. si cuiusdam. quia reus potest pecunialiter interesse: quia seruus pecunia æstimatur. vt. ff. de adult. l. si postulauerit. §. iubet. ff. de condi. ob causam. l. pe. De patre etiam videtur constare. nam videtur sua interesse propter operas: vt. l. fin. ff. de his qui deie. vel effu. Item potest sua interesse, si ex forma statuti pater compellitur soluere condemnationem pro filio. & dico ex forma statuti: quia licet de iure communi filio condemnato in ciuili iudicio pater teneatur de peculio, etiam si filius esset de crimine condemnatus. ff. de noxa. l. & si condemnatus: quia in iudicio nunquàm contrahitur obligatio ex delicto criminaliter moto: nec vnquam cadunt in quasi contractum: quia quasi cōtractus impossibilis est, quòd sit criminalis. arg. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. versic. sed si pactum, Istud dicit Bald. quia quidam dicunt filio condemnato criminaliter ad pecuniam, quòd pater teneatur de peculio vt Gandi. refert istam opi. quā tenet ipse & manit in ca. vt l. iij. §. sed vtrū. in fi. ff. de mino. & facit. l. si filius. d e bo. damna. Aut pater vel dominus nō veniunt pro pecuniario interesse, sed vt defensores alieno nomine. & tūc glo. d. §. ad crimen, dicit quòd ad omnia possunt venire præterquàm ad sententiā. ita no. gl. in d. l. si cuiusdā. Breuiter vt habeas veritatē secundū Bal. dic, quòd siue pater & dominus veniant defensorio noīe filij vel serui, ipsi ad tria venire nō possunt. Ad reliqua possunt. Sunt autē hæc tria: litis contestatio, per tormēta examina, tio, & sententiæ auditio. Ad reliqua verò possunt venire. verū si filius est lit. contest. & in carcere detinetur: quia pœna futura est corporalis: vel est relaxatus fideiussoribus: quia pœna non est futura corporalis, pater poterit interuenire, & causæ assistere. Refert tamen an veniat proprio interesse, an veniat defensorio nomine, quando venit proprio nomine potest constituere procuratorem, vt l. Lucius. ff. de ap. sed quando venit defensorio nomine non potest constituere procuratorem: quia in criminalibus defensor vel procurator non efficiuntur domini hinc est quòd ipsi nunquam condemnantur: sed verba cōdemnatoria diriguntur in dominum, vt. C. de iniur. l. fin. vnde credit quòd siue sit pater, siue sit procurator: tunc si lis sit contesta. in crimine, non possit procuratorem substituere: quia vt dictum est, non efficiuntur domini. Et dicit cogitandum esse: quia non video, quòd si esset talis causa criminalis, in qua posset simpliciter constitui procurator, maximè si esset pecuniaria, vel simile. quòd per lit. contesta. non efficiatur procurator dominus litis: nisi dicatur quòd procedat dictum Bal. in casibus, in quibus regulariter non potest interuenire procurator. ¶ Sed quia potest procedi contra absentem, vel in similibus casibus, de quibus dictum est in quibus procurator lit. contest. quòd procurator non efficitur dominus lit. sed non insisto: quia non est materia nostra. sed prosequendo dicta Bal. dicit Bal. quòd ex prædictis patet, quòd procurator, vel quicunq; tertius comparens non potest cogi confiteri: quia vt dixi, iste actus coactionis & torturæ non cadit nisi in principali.

54 ¶ † Et ideò dicunt Doctores, quòd vbicunq; est locus torturæ quòd procurator & defensor debent exhibere principalem, vt subijciatur tormentis: non autem potest torqueri procurator vel fideiussor: quia alius pro alio torqueri non potest, vt. C. de pœ. l. sancimus. & l. pe. ff. de condi. ob causam. Idem est in tutore, quia debet spontè authorari. non autem debet per vim cogi vt l. j. ff. de autho. tutorum.

¶ Si ergo est locus torturæ in pupillo, vel in adulto: ipse pupillus, vel adultus torquetur, vt no. doc. C. de autho. præstan. l. clarum. Iuxta hoc debes tamen scire, quòd Gul. tenuit, quòd pater admitteretur ad plenam defensionem filij: ita quòd posset excusare filium, & litem contestari, & cætera facere: dummodò satisdaret de condemnatione soluenda, si futura esset pecuniaria: vel de filio repræsentando, si condemnatio futura esset capitalis. Breuiter secundùm Bald. bene dicit in iudicio pecuniario. sed in causa capitali non bene: sed pessimè dicit: quia illa satisdatio de filio repræsentando nihil operatur, cùm filius repræsentatus non haberet necesse stare actitatis per patrem. & sic illa actitata essent frustratoria. prætereà in causa criminali debet dici ius ex vinculis, nec ante debēt admittere excusationes, quàm accusatus ad iudicium venerit. Iste est casus. l. ij. C. de exhi. re. debet ergo in præsentia iudicis & accusati hoc fieri. vt l. j, ff. an per ali. cau. ap. ¶ Tu aduerte, quia inquātum pater, vel dominus, vel similes personæ venirent non pro suo proprio interesse, sed defensorio nomine: non est materia q. nostræ. sed fuit dictum. s. in præcedentibus q. maximè in secunda præcedenti principali q. sed inquantū venirent pro suo interesse cōmunis omnium opi. est, ꝙ admittatur pro filio pater & dominus pro seruo. Abbas pro monacho: episcopus pro clerico: ciuitas pro ciue. ¶ Et ratio potest etiam assignari, quam tangit Bald. quia tales possunt agere pro iniuria facta prædictis personis. in patre tractatur in l. sed & si vniuersæ. §. filio. ff. de iniur. de domino tractatur. xvj. q. j. c. reuertimini. de Abbate tractatur de senten. excom. c. parochianos. vbi etiam tractatur de patre. & quidde episcopo. ¶ Si ergo prædictæ personæ possunt agere pro iniuria facta. ergo possunt assistere, ne fiat. ar. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. quia melius est ante tempus occurrere. l. fin. C. in quibus cau. in integ. resti. non est neces. & c. j. de in integ. re. & c. quemadmodum de iureiur. hęc tamē ratio est multum generalis. Cōmunis tamen sententia est omnium Doc. quam etiā tenet Do. m. in c. iij. s. eo. & do. Anto. hic. ¶ Et aduerte: quia vt. s. prædixi prædicti non interueniunt tanquam procuratores aut defensores: sed pro suo interesse: & debent admitti. Et ideò etiā omnes alij quorum quemlibet interesset. Ex quibus patet, ꝙ consors pro consorte admittitur ratione proprij interesse: quod habet ratione saltem aliqualis præiudicij propter sententiam latam contra consortem. de quo articu. dicam. j. in. vij. quæstio. prin. huius secundi membri in xxvij. fallentia. & prædicta faciunt secundùm Doctores ad cautelam sumendam contra statutum disponens, quòd si accusatus, vel inquisitus declinarent iurisdictionem potestatis, quòd sit extra protectionem communis: & possit impunè offendi. prout est in hac excelsa ciuitate Senarum. nam cautela erit, quòd si filius est clericus, pater pro filio declinet: & Abbas pro monacho.

hæc tamen

hæc tamen cautela non videtur esse sufficiens, si statutum indistincte diceret, quod quicunqꝫ declinauerit iurisdictionẽ potestatis, sit extra protectionem cõmunis, & possit impunè offendi. de ista tamen materia quia nõ pertinet principaliter ad materiam nostram, dic vt per Ioã. de Imo. post Doc. in d.§.ad crimen. & per Doc. hic, per Bal. in d.l.reos. per Bal. Ang. & Io. de Imol. in l.iiij.ff.de acquir.hæred. per Pet. de Ancha. in repe.c.ea quæ fi.à iudice.de reg.iur.lib.vj.in q.xv.pe.do.m.in c.si diligẽti.de foro cõpe.& aliquid in c.fi.de vi.& hone.cleri.

65 ¶†Sed queritur secundũ Bal. Pone filius est confessus in iudicio. pater vult interpretari illam confessionẽ, an possit? respondeo, ꝙ interpretatio in iudicijs debet esse talis, quæ exponat, non quæ perimat, vt j.eo.c.cũ dilectus. hoc præmisso certũ est, quòd pater nõ poterit interpretari exponendo, quia interpretatio expositiua nõ cadit super ignotis, & ratio non cadit super facto alieno, vt ff.de reivendi.l.Pomponius scribit si frumentum.§.fi.

¶ Iuxta prædicta. Item quærit Bal. in d.l.reos. Pone quod pater vult cõfessionem filij reuocare, an poterit? & videtur ꝙ sic, si pater vult probare errorem: vt not. in l.ij.ff.si ex noxa.causa aga. In contrarium videtur, ꝙ alia ratione non admittitur pater ad lit.contesta. in capitali causa filij, eò quòd tale iudicium non debet fundari cum patre. & eadem ratione non debet admitti ad reuocandum id quod actitatum est in ipsa lit.contest. non obst.l.ij.si ex noxa.causa aga. quia loquitur in ciuili, vbi pater habet ius iniustitiæ, vt l.tam ex cõtractibus.ff.de iudi. sed hic loquimur in criminali & capitali. Credo patrem admitti debere: quoniam iudex omnem defensionem debet habere, seu admittere in omni tempore.ff.de questio.l.vnus.§.cogniturũ. & l.j.§.si quis vltra.ff.de ali.presta.ff.de appella.l.non tantum. et l.j.cum l.sequen.de liber.causa. Quæ dicta sunt de patre & domino, eadem intelliguntur de Prælatis venientibus ad defensionem sui monachi, vel conuersi, vt not. per Doct. in d.l.si cuiusdam. per Iaco. de Aret. in authen.causa quæ fit cum monacho.C.de Episco.& cleri. per Bald. in l.reos.C.de accusa. Sed circa prædicta duas q. vlterius non insisto: quia non est principalis materia nostra. Sed de reuocatione confessionis iam erroneę, & quis possit illam reuocare, & propter quam causam vide quod traditur in l.error. & ibi per Doct.C.de iur.& facti ignoran. & in regu.quod semel.de regu.iur.lib.vj.l.fi.§.vsus.ff.de appella.c.ex parte.de confes.xxix.distinc.c.j. per Archid. in ca.j.de accusa.lib.vj. vbi traditur de confessione facta in causa criminali. gloss. & Doct. in ca.ex literis.de diuort. Archidia.ij.q.j.in summa. Io.And. in cap.attestationes.de desponsa.impuber. aliquid in l.generaliter.C.de non numera.pecunia, cum alijs similibus.

66 ¶†Quartò principaliter quæro, vtrum in casibus, in quibus regulariter non admittitur procurator. de quibus s.dictum est, admittatur saltem quis ratione administrationis sibi competentis: vt quia est tutor, curator, vel simi. solu. Bal. in d.l.reos.x.col. dicit ꝙ aut prædicti veniunt defendendo. & dicendum est prout habetur in l.clarum.C.de autho.præstan. quia non debet tutor solus, vel curator solus in causa capitali venire in iudicio. sed debet venire principalis persona, & tutor, & curator debẽt sibi authorari. Sed tunc est quæstio secundũ Bal. quid si de facto accusetur infans, vel furiosus, vel demens, vel alius similis, vt surdus, & mutus à natiuitate qui non possint esse in iudicio: & videtur de necessitate dicendum solũ tutorem, vel curatorem admitti. ar.l.j.§.sufficit.ff.de admit.tu. dicit tamen Bal. ꝙ bonus assessor in tali causa viuo infante debet ꝓnunciare ex officio suo vlterius non esse procedendum contra infantem in furioso tamen demente & similibus hoc non posset facere: qa non potest apparere de defectu: quia quis posset fingere furorem & dementiã, & nõ esset furiosus, neqꝫ demens. dic de hac materia, vt latius traditur in l.ij.C.qui accu.nõ pos. in l.polla.de his qui.vt indig. & d.l.clarũ.de autho.præstan. & quæ latissimè dixi de pupillo in c.j.s.eod.titu.

67 ¶†Sed quæro iuxta prædicta quid de syndico vniuersitatis. Sol. Doct. dicunt quòd pro vniuersitate admittitur syndicus: quia aliàs vniuersitas non posset se defendere, cùm sit corpus fictum & inanimatũ, & cõtinet in se infantes & furiosos mẽtecaptos, & similes, qui non possunt esse in iudicio, vt dictum est, & ideò nõ mirum si nomine vniuersitatis defendendo syndicus admittatur. hoc tenet Specu. in titu.de procura.§.j.versicu.item si causa est criminalis ibi quartodecimo si vniuersitas per l.nam collatores.C.de re milit.lib.xij.& C.de Episco. et cleri.l.cum clericis. Et est ratio, quia vt dixi, vniuersitas cũ sit corpus fictum, non habet caput. & ideo non potest damnari in causa capitali. vide Bald. de pace Constan. ver. vniuersitatem. & intellige prædicta accusando & defendẽdo. de quo dic vt latius dixi in c.dilectus.el ij.j.de simo. vbi omnino vide si.q. Et hæc procedunt in his, qui nõ possunt propter defectum ætatis aut intellectus, vel quia non habent verum corpus, sed fictũ & repræsentatum per se causam agere. ¶ Sed quæro, quid de his qui non possunt causam agere per se, quales sunt moniales. so. Debes animaduertere, ꝙ in accusatione non videtur posse procedere quæstio, tum quia regulariter mulier repellitur ab accusatione publica: vt l.de crimine.C.qui accu.non possunt canonizata xvj.q.iij.de crimine. Et etiam in populari crimine: vt l.mulieri.ff.de popu.ac. tum etiam quia monachus & monialis regulariter accusare non possunt extraneum in duobus concurrentibus: videlicet, vtilitate monasterij, & licentia Abbatis, vt xvj.q.j.c.monachi. Circa quæ vide, quæ dixi in c.ex parte.s.e. multò ergo minus si est monialis. Quare etiam dixi, ꝙ regulariter mulier repellitur ab accusando, & ꝙ dixi de monacho contra extraneum, patet ex his, quæ no. in dictis iuribus. Cæterum siue in casibus in quibus regulariter mulier admittitur, vel monialis admitteretur ad accusandum, vel in casibus, in quibus accusaretur, videtur dicendum quòd procurator admittatur ex eo, quia moniales pro nulla causa possunt exire monasterium: vt c.j.de sta.reg.lib.vj. ergo videtur de necessitate eis concedi, vt tales causas possint agere per procuratorem: vel posset fortè dici, quòd aut iudex potest ad locum monasterij accedere, & ibi causam examinare, & tunc procurator non admittit, nisi in casibus in quibus aliàs admitteretur, per not. in c.ij.de iudi.lib.vj. & per id quod traditur in d.c.j.de stat.reg.

68 ¶†Quintò principaliter quæro, vtrum in casibus in quibus nõ potest procurator interuenire, si interuenit, nec fuit opposita exceptio impotentiæ respectu qualitatis causæ, debeat admitti. solutio in hac quæstione variæ maiorum nostrorum reperiuntur sententiæ. glo. in l.quamuis indubitati.C.de adul. tenet ꝙ processus teneat: quia talis exceptio tanquam dilatoria debet opponi ante lit.contest. pro qua facit ille tex. idem tenet glo. in versicu.criminalis.in fi.in c.j.de iudi.lib.vj. pro qua facit.l.ita demum.C.de procur.& l.filiusfa.§.veterani.ff.de procur. Item quia agitata cum falso procuratore valent per consensum habitum.ff.de iudi.l.licet.& ff.rem rat.hab.l.iij.§.falsus. Eandem sententiam fuit sequutus Ber. vt refert ibi glo. & sequitur ibi Inno. & Host. & Ioan. Mona. & Archi. in c.qui generaliter.de procur.lib.vj. & Archi.v.q.iij.c.reos. & Spec. in titu.de procu.§.j.versicu.sed pone in casu. & Oldra. in consi cxxix. & hanc eandem sententiam not. Bart. in l.post mortem.§.fi.ff.de adop. allegando glo. pro singulari in aut.quib.mod.natu.effi.legi.§.si quis ergo.versi.sic incidit. Quod qualiter fiat. ¶ Contrariam sententiam tenet Franc. Accur. vt refert Cyn. in d.l.quamuis indubitati. mouetur: quia verba sententiæ sunt referenda ad personam domini.l.fi.C.de iureiu. & absens damnari non potest.l.absentem.ff.de pœ. & in procuratore sententia est ferenda.l.j.C.de senten.& interlo.om.iud. ergo semper poterit opponi hæc exceptio.l.licet.C.de procur. ¶ Et pro hac opi. facit tex. in d.l.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iudi. vbi text. dicit frustra admittitur procurator, sed si teneret processus, non diceretur frustra. ergo &c. Ioan. And. in c.j.de iudi.lib.vj.in nouel. ex dicta sententia Franci. tenet quòd quò ad fienda seu agenda procurator repellitur: gesta tamen antequam opponatur, valebunt. arg. dictorum iurium. & hanc tenet Bald. in l.seruum quoque.§.publicè.in iiij.colum. nec obst.l.ita demum.& §.veterani. quia loquuntur in exceptione competente ratione causæ. Domini de rota decisio.cccccxliij. quæ incip. Item si citatus, tenent opin. primam, & dicunt, quòd licet Ioan. And. concludat, quòd processus teneat quo ad præterita: non tamen quo ad futura: quia quo ad futura potest opponi, non tamen potest oppo. post conclusionem in causa, quin possit ferri sententia absolutoria pro reo. ¶ Barto. in d.§.crimen.in fin.q. dicit se dubitare. dicit tamen se consueuisse dicere, quòd aut procurator fuit admissus ex parte accusatoris, aut ex parte rei. si ex parte accusatoris, valet processus. ratio est: quia pars & iudex possunt remittere accusatori pœnam calumniæ, & solùm propter pœnam calumniæ erat, propter quod non debebat admitti. aut ex parte rei, & non potest interuenire, nisi post conclusionem, per dictam.l.quamuis. ¶ Et subdit, quod de hoc dubitat: quia vna ex rationibus quare in causa criminali non admittatur procurator est, quia diligentius principalis aget causam suam per se, quàm per alium. ¶ Item mouetur per text. ibi qui dicit frustra: vt s.dixi. & dicit verius esse, nisi vellet admitti post conclusionem in causa. & hanc opin. sequitur Ioannes de Fantucijs. in c.j.de iudi.libro vj. ¶ Dominus Antonius distinguit, quòd aut sumus in casibus, in quibus absens potest damnari: & tunc tenet iudicium: quia ibi tantus defectus insolennitatis non potuit præstare cautionem de iu-

dicato soluendo quæ cautio non potest peti post litem contestatam.l.non omnes.§.rati.l.filius.§.ratum.ff. de procurato. Aut sumus in casibus,in quibus absens potest damnari: & tūc non valet iudicium:quia non est tunc defectus insolennitatis, sed cùm absens non poterat damnari, conclusio videtur nulla. ¶ Dominus meus tenet hic indistinctè opinionem secundam Francis. quia aut interuenit procurator ex parte actoris, & reus fuit absolutus: quod fortè non euenisset, si principalis fuisset præsens:quia diligentius tractasset causam suam.aut interuenit ex parte rei,& fortè ex negligentia procuratoris fuit condemnatus, cùm esset innocens, & interest reipublicæ ne nocens absoluatur: & ne innocens damnetur. ¶ Vnde cùm hoc statutum fuerit factum in fauorem publicum, non potest pars renunciare. Facit l.ius publicum.ff.de pact. ¶ Item mouetur per text.in dicto §.ad crimen.quæ dicit frustra, vt dixi suprà.& sic denotat actus nullitatis per c.quia frustra.de vsur. quia illud est verum impropriè,sed impropriationes non sunt trahendæ in consequentiam: vt c.intelligentia.de ver bo.signi. Ioan.de Imo.in d.c.j.de iudi.lib.vj.dicit,quòd aut procurator interuenit ex parte actoris,aut ex parte rei. Primò aut interuenit post cōclusionem causæ tantum,& potest.vt dicta l.quamuis.C.de adul.aut ante conclusionem in causa:& tunc aut negotium est liquidatum cōtra reum,& potest interuenire: quia cessant rationes,propter quas prohibetur interuenire.facit xxiiij.q.iij.§.ecce.¶ Si verò non est liquidatum contra reum: & sic reus est in causa absolutus: & tunc non debet admitti: quia tunc vendicat sibi locum ratio diligentioris agitationis,& sufficit vnam de causis finalibus adesse.l.liberorum.§.notatur.ff. de his qui notan.infamia.

¶ Secundo casu quando procurator interuenit post conclusionem in causa,vel ante,& liquidatum est delictum pro reo, tenet processus:quia cessant rationes prædictæ.si verò est liquidatum contra reum,non tenet processus per rationem diligentioris agitationis domi.Domini.de sancto Geminiano in d.c.j. de iudi.lib.vj.dicit,quòd decisio huius dubij consistit solùm in ratione,quare procurator non admittitur in causa criminali, in qua finalis ratio secundùm dominum Anto.videtur esse, quia sententia careret executione:quia pœna debet tenere suos authores de his,quæ fiunt à maio.par.capi. quæsiuit.de elec. c.si compromissarius.lib.vj.Sed si constat de delicto ex parte rei. erit efficax sententia:quia procurator non debet puniri,si non constat,debet puniri accusator,& non procurator. Et ideò lex dicit frustra interuenire procurator,scilicet quantum ad sententiam exequendam: quia in effectu frustra reperitur agitatum iudicium,ex quo sententia non habebit executionem.vnde concludit, quòd prima sententia est vera, quòd processus teneat. Nec obstat tex.in d.§.ad crimen.dum dicit frustra:quia debet intelligi in effectu:scilicet opposita exceptione,pro quo facit.c.quia frustra.de vsuris.vbi dicitur,quòd frustra vsurarius impetrat auxilium legis.& ideò dicit quòd nullatenus audiatur. Et vt ibi tenet Innoc.illa exceptio est dilatoria, quòd nullatenus audiatur.& sic patet, licet quòd lex dicat, frustra agit: vel nullatenus audiatur.intellige scilicet opposita exceptione: quia aliàs tenet processus. vnde d.§.ad crimen.debet intelligi frustra admittitur,scilicet si opponatur, vel frustra,scilicet quo ad executionem sententiæ,quæ in pœna corporali non poterit ferri in procuratorem.¶ Et pro hoc dicto,ego adduco tex. in l.j.C.de non nume.pecu.coniun.his quæ ibi dicit Bald.& tradunt Docto.vbi dicitur,quòd illud intelligitur fieri frustra, quod in effectu potest tolli,seu elidi exceptione: quòd tamen non opposita exceptione teneret.ad idem facit quod notatur in Cle.constitutionem.de elect.vbi patet, quòd licet lex prohibeat quem admitti ad iudicium: tamen si de facto admittatur,tenet processus.¶ Et ad rationes legistarum dicit do.Domi.posse responderi,quòd de iure canonico possunt verba sententiæ concipi in persona domini:licet causa fuerit per procuratorem agitata, vt notatur in c.querelam.de electi.de quo latius supra dixi in prima quæstione principali primi membri principalis. Ad aliud quòd sententia in causa criminali non potest ferri in absentem, dic quòd secus est de iure canonico: vt patet in c.veritatis.de do.& contuma.cum ibi not. ¶ Tu verò dic de intellectu illius.c. vt supra latius dixi. Et aduerte, quia si bene ponderentur verba domini Dominici, conclusio sua videtur contraria rationibus primò assignatis.sol.do.Ioan. de Imo.latius complectitur hunc articulum in d.§.ad crimen. prope fi.vbi dicit, quòd passus est valde dubius propter tantorum Docto.opi.dicit tamen in hac ambiguitate distinguendos duos casus. Primus est,quando procur.perseuerauit vsque ad conclusionem in causa,& vsq; ad sententiam. Secundus est, quando interuenit solùm ante conclusionem in causa.

¶ Primo casu distinguit,quòd aut venit ex parte accusati, aut ex parte accusatoris:si interuenit ex parte accusatoris: & tunc aut liquidatum, & conclusum est contra reum præsentem & carceratum,& tunc videtur quòd possit interuenire: nec vitietur sententia quæ feratur:quia cessare videntur omnes rationes prohibitiuæ:nam iudicium non erit delusorium:quia reus præsens condemnabitur,& consequenter punietur, & sic maleficium non erit impunitum, cessat etiam ratio fidelioris defensionis, ex quo negotium est iam examinatum,nec accusator venit puniendus de calumnia,ex quo probatum est crimen,& iste videtur casus secundùm vnum intellectum. d. l.quàmuis indubitati.licet alij dicant,quòd aliud operatur etiam ibi fauor absentiæ causa reipublicæ ipsius procuratoris.Sed communiter videtur teneri,quòd idem esset,etiam si se absentasset causa reipublicæ:quia cessant rationes prohibitiuæ.de quibus.s.dixi & videntur sentire etiam But.& etiam Bar.in d.§.ad crimen.Si verò negotium erat conclusum pro reo,tunc non est dubium: quod ex parte accusatoris non potest admitti procura.cùm ipse de calumnia veniat puniendus, quam calumniam præsumitur commisisse eo ipso, quòd non probauit, vt l.j.C.de calum.an autem si se absentauerit post dictam conclusionem in causa factam pro reo, possit reus absolui. videntur sentire Do.de Rota per illud, quod s.dixi.quòd licet tunc non possit condemnari absens de calumnia,si est pœna quæ non cadebat in absentem,& pro hac parte etiam bene facit.l.si accusatoribus.ff.de accus.& sequitur Bar.ibi.¶ Sed aduerte:quia contra istam opi.facit,quia ibi sumus in causa, in qua per sententiam fit alijs præiudicium. Ita demum videtur alijs fieri præiudicium,si actor sit præsens tēpore sentētiæ.l.qui repudiātis.§. fi.& ibi no.ff.de inof.tes.& l.si ideò.ff.de euic.Sed talis est huiusmodi causa: quia absolutus de crimine publico non poterit posteà ab alio accusari nisi doceatur de præuaricatione primi accusatoris,vt d.l.ij.§.fi.ff.e.& l.iij.ff.de præua.& c.de his.s.eo. ibi & latius dixi.ergo videtur ꝙ nō possit ferri absolutoria pro reo,absente accusatore,quod habet præiudicare alijs:nisi dicas ꝙ illud contingit ex eo, quia iam erat conclusum in causa pro ipso reo:secus si ipse accusator ante causam cōclusam se absentasset.& sic possent procedere cōtraria. Contra hoc tamē aliqualiter facit quod not.Barto.in d.l.repudiantis.§.fin. & ff.de re iudi.l.sæpe, & in l.si superatus.ff.de pigno. Aut vult interuenire ex parte accusati post conclusionem in causa:& tunc si erat conclusum contra reum, non potest interuenire. ne alias iudicium esset delusorium.cum accusatus sit damnandus: & non procurator.& damnandus debet esse presens.vt dictum est. Aut erat conclusum pro ipso reo:& tunc velle videntur ipsi do. de Rota.per illud quod supra dixi.ꝙ possit interuenire: & possit absolui in absentia.Sed hoc fortè non est verū,per regulam,quæ vult,quòd illo casu possit fieri absolutio, quo posset fieri condemnatio.nisi reperiatur expressè oppositum,vt not.in l.iij.ff. de re iudi.& l.iij.C.vbi senato.vel clari.per argu.à speciali vt c. inferior.xxj.distinct. Cùm ergo nō posset damnari si esset absens:non potest etiam absens absolui.

¶ Aduerte etiā,quia quod supra dixi,quòd postquàm est conclusum in causa pro præsenti, si interuenit procurator ex parte accusatoris: licet non debeat interuenire, possit reus absolui.aliqui tamen tenuerunt cōtra illam rationem: quia cùm reus absoluatur.accusator debet de calumniari puniri, vt l.j.C.de calumnia. quod hoc casu fieri non posset: ex quo est absens. & hanc opi.tenet Cyn.in dicta.l.quamuis. sed non placet Barto.quia licet non possit nunc damnari de calumnia, aliàs si repræsentet se, poterit damnari. vel poterit procedi ad annotationem bonorum.iuxta.l.j.ff.de requi.rei.& ideò non debet hic impedire executionem,scilicet absolutiōis rei. & hoc de primo casu principali, quando vult procurator interuenire post conclusionem in causa.

¶ Secundo casu principali, quando interuenit ante conclusionem conclude, quòd ante conclusionem in causa, in qualibet parte litis poterit opponi,etiam post litem contestatam argumen.d.§.ad crimen.& per illud quod dixi s.post Barto.& domi.Bartholo.

¶ Aut interuenit procurator, & perseuerauit in causa vsque ad conclusionem in causa inclusiue: & nihil fuit oppositum. & hic est casus dubius, an tunc valeat processus: & potes dicere, quòd aut interuenit ex parte accusatoris: aut ex parte accusati. si ex parte accusatoris: & tunc, aut negotium est liquidatum contra reum: & valet processus: & posset reus præsens condemnari. & iste est casus, secundùm vnum intellectum dictę l.quamuis indubitati.pro quo optimè facit l. posthumus.

posthumus.§.si quis ex his.ff.de inoffi.testa.& quod no.Inno. in c.in nostra.de procurat.vlti.col.& c.causam quæ.el ij.qui fi. sint leg.& facit,quia cessant tunc omnes rationes prohibitiuæ: quia iudicium non erit delusorium, cùm reus præsens possit damnari:& punietur,& sic maleficium nõ remanebit impunitum.Item nec est curandum,an alius causam melius agitasset, ex quo crimen ad lucem peruenit.xxiij.q.iij.c.ecce inquiunt. vndecunque enim crimina clarucrint,punienda sunt.

¶ Aut negotium est liquidatum pro reo:& tunc processus videtur nullus.primò per tex.in d.§.ad crimen.Item,quia stat ratio fidelioris agitationis.& ideo nõ videtur posse ferri sententia pro reo absolutoria,in præiudiciũ aliorum:quasi causa sit agitata cum illegitimo contradictore l.si cũ non iusto.ff.de collu.dete.Nec hoc casu posset accusator absens puniri de calũnia: saltem quando pœna est talis,que non caderet in absentem.facit ad prædicta qđ no.Inno.in d.ca.in nostra.& dicto ca.causam quæ.& Barto.in dicto §.si quis ex his.

¶ Secundo casu,quãdo interuenit procurator ex parte rei, vsq; ad conclusionem in causa inclusiue:& tunc si est cõclusum cõtra reum absentem,processus est nullus:quia sunt omnes rationes prohibitiuæ interuẽtus procuratoris in causa criminali. de quibus supra dixi. ¶ Aut est cõclusum pro reo absente.& tũc videntur sentire dñi de Rota per illud quod supra dixi,q̃ possit reus absolui:& accusator p̃sens de calumnia condẽnari. ¶ Et hoc videtur satis æquum fauore libertatis,& absolutionis.arg.l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.Et facit qđ not.Cy.in dicta l.quãuis.Contra hoc tamen facit:quia sicut nõ posset ferri condemnatoria:ita nec absolutoria deberet posse.ar.l.iij.ff. de re iudi. Nisi excusando dicas,quòd illa regula procedit quãdo est eadem ratio:vt supra dixi.secus si diuersa,prout est in casu proposito,nam quando est conclusum contra reum absentem:stant omnes rationes prohibitiuæ,vt dixi.sed quando est conclusum pro reo,cessant omnes prædictæ rationes prohibitiuæ. ideò secus fit,cùm cessante ratione legis,cessare debeat dispositio legis.l.adigere.§.q̃uis.ff.de iure patro.& ca. cũ cessante.s.de appella.Et hæc pars videtur benignior,& sic amplectenda.vt.l.benignius.ff.de leg.

¶ Ego arbitror concludendum esse,q̃ siue loquatur post conclusionem in causa, siue ante,siue ex parte accusatoris, siue ex parte rei, vbicunq; cessant rationes,vel ante liquidatum negotium,vel post,propter quas prohibebatur interuentus procuratoris:q̃ processus teneat,quãquàm à principio ante liquidatum negotium non potuisset procurator interuenire. Et ideò si ex parte accusatoris interuenit,vbi non poterat interuenire: et reus non excepit:& pro accusatore liquidatum est negotiũ: processus tenebit:quia cessant rationes prohibitiuæ concludentes.quare ex parte accusatoris non possit interuenire procurator,& maximè quia postquã deuentum est ad finem, debent cessare omnia quæ sunt ad finem.vt dixi in c.euidentia.s.eo.& reus videtur potuisse præiudicare sibi non opponendo:& quia vndecunq; crimina claruerint,sunt puniẽda. Et ideò videmus q̃ etiam ex inepto processu propter confessionem rei accusati,potest reus condemnari,si ad id agebatur,vt per Innoc.in c. qualiter & quando.el.ij.j.eo.& Bart.in l.si confessus.ff.de custo.reo.per glo.in l.si filium.C.de lib.cau.Et quia iura euitant circuitum,tanquã actum frustratorium.l. dominus testamẽto. ff.de cond.ind.Et vide quæ dixi in Cle.auditor. de rescrip.& quia interest reipublicę ne delicta remaneant impunita.l.illud. ff.ad l.aquil.cum alijs iuribus vulgatis.vnde cùm cessent rationes,debet & cessare effectus.vt.s.dictum fuit.Sed si pro reo cõclusum est,tunc secus:quia non cessant dictę rationes. ¶ Et idẽ dicendum est,quando interuenit ex parte accusatoris, singula singulis referendo. ¶ Et ex prædictis egò inferoq;, quòd ante, quàm sit liquidatum negotium,semper poterit opponi exceptio ista: quòd nõ possit interuenire procurator: tam ex parte accusatoris,quàm ex parte accusati:si rationes prædictæ impeditiuæ interuentus procuratoris, habent ob.Et idem etiam arbitror, si liquidatum esset negotium: & in causa conclusum esset.sed ipsa liquidatio reduceretur in dubium. ita quòd propter aliquam causam,aliæ probationes essent fiendæ & admittendæ.& non cessant prædictæ rationes impeditiuæ.Et secundùm prędicta intellige,& declara quę dixi.s.in.vij.q.ij.q.prin.

69 ij.membri princ. ¶ †Sextò principaliter quæro, vtrum in casibus in quibus in causa criminali admittitur procurator, requiratur speciale, mandatum.sol.Spec.in tit.de procu.§.j.ver.sed nunquid media.dicit quòd non.vnde dicit quòd licet quis cõstituatur generaliter ad omnes causas:tamen de ciuilibus tantùm intelligitur.C.de Episc.& cle.l.cum clerici.& aut clericus, quinimò siue generalis,siue specialis sit procurator ad causam, non potest proponere crimina vel defectus:etiam excipiendo contra personam eius,qui litigat de sua elec.vel prouisione, vel de alio:nisi specialiter fuerit sibi demãdatum,quòd excipiat de crimine.s.de rest.in integ.c.corã & est ratio.Nã grauiter punitur crimina vel defectus obijciens, si deficiat in probando.c.j. de elect.lib.vj.quodammodo enim eius status diminuitur:quia suspenditur ab omnibus beneficijs suis per triennium. & si se illis ingesserit, perpetuò priuatur,vt ibi.& sic punitur circa statum dignitatis suæ,manente libertate. Cùm ergo hoc diminutionem status inducat,vt l.j.ff.de var.& extraordi.cri. non debet admitti procura.l.non solum.§.fin.ff.de procura.& ar.ff.de mino.l.illud.& præterea,cùm dominus puniatur,& in pœnam cadere potest,vt patet.ergo per mandatum generale vel speciale,non debet posse proponere criminales defectus: ne dominus pœnam huiusmodi patiatur. ista sunt verba quasi formalia Specu.deinde allegat quædam in contrarium: quæ non multùm faciunt ad nostram quæstionem principalem. ¶ Tu aduerte:quia de quæstione generali prosequitur Specu. magis quæstionem specialem,vtrum habens mandatum generale vel speciale ad causam, possit proponere crimina cõtra electum.quod hodie est expeditum in Clemen.ij.de procur. vbi plus dicitur, quòd etiam si in procuratorio essent expressa quædã requirentia speciale mandatum,secundùm formam.c.qui ad agẽdum.de procura.lib.vj.tamen vigore talis mandati non posset procurator opponere in personam electi crimina,vel defectus.rationes tamen prædictæ concludunt quòd requiratur specialissimum mandatum in causa criminali.& hanc sententiam sequitur Bal. in l.repe.l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procura. in fin.q.per c.j.de elect.lib.vj.& per not.in c.præsentium. de testi.lib.vj. & per dictã Clemen.ij.de procura.Bald.etiã in d.l.reos.C.de accu. col.xj.primò arguit, quòd non requiratur speciale mandatum, per l.ij vnus.§.procura.ff.de iniur.quam etiam.l.allegat in contrarium Specu.decidit tamen in contrarium, quòd requiratur speciale mandatum, per dictã Clemen.ij.& per not.per Innocen.in c.super his.j.eo.& ratio:quia iudicia criminalia sunt pœnalia valde. & in istis pœnalibus requiritur speciale mandatum l.iij.§.si procura.ff.quod quisque iur. Ad l.contrariam. respondit,quòd loquitur quando de crimine ciuiliter ageretur. Ioan. de Imol.in d.l.pe.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.col.ix.primò dicit,quòd non admittitur procura.sine speciali mandato.deinde in eadem col.dicit, quòd etiam sine speciali mandato admittitur,quando iudex esset processurus omnino contra absentem, vt l.non solùm.§.fin.ff.de procura. deinde.col.xiiij.dicit, quòd procurator non videtur admittendus sine specialissimo mandato.sicut dicimus in simili in matrimonio, in quo requiritur specialissimum mandatum ad contrahendum cum tali, vt c.fin.de procura. lib.vj.& l.generali.ff.de ritu nupt. facit quod notatur in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hæredita.deinde col.xv.subdit,quòd iudex debet laborare quantum potest, vt compareat reus:& si id fieri non potest, compareat procurat. habens speciale mandatum:& si id non fiet,admittat etiam sine speciali mandato:& vltimatè etiam sine vllo mandato.

¶ Ego arbitror ita dicendum, quòd aut quis vult venire tanquàm procurat.ad plenam defensionem:ita quòd per eius dictum aut factum, vel neglectum, plenè præiudicetur domino. & hoc casu,requiritur specialissimum mandatum,propter rationes supra assignatas.& maximè ad actus qui alias de sui natura requirunt speciale mandatum, prout est ad iurandum de calumnia.& respondendum positionibus, & simi.prout s.dixi,aut vult venire,vt quilibet defensor:prout publicè est vtile absentes à quibuscunque defendi.Et hoc casu,cùm admittatur quilibet etiam sine mandato, vel instructor, vel simi.fortius admittetur cum mandato: licet non habeat mandatum speciale. Ita intelligo §.publicè.in l.seruum quoque.ff.de procura. ¶ Et ita debes intelligere ea quæ sæpius dixi, maximè in ij. q. xv. q. ij. membri principalis.vbi tetigi,quòd licet non possit respondere positionibus sine specialissimo mandato: tamen talia poterit prosequi:maximè,quia melius est quòd per talem causa defendatur, vel instruatur,postquàm potest procedi contra absentem ad diffinitiuam,& causa aliàs de sui natura admitteret procuratorem sine speciali mandato in causa criminali: & si compareret aliquis pro absente sine speciali mandato,iudicarẽ principalem contumacem: & contra ipsum procederetur remedijs prædictis.sed si lis esset contest t. vel talis casus in quo posset procedi contra absentem ad diffinitiuam, vt dixi, admitterem procuratorem sine mandato: quia iudex, in quantum potest, debet supplere præsentiam absentis. vnà cum Deo & iustitia: ne absens fortè innocens condemnetur, per l. absentem. ff. de pœnis.Et quia,vt sæpissimè dictũ est,debet omnẽ cautelam &

diligentiam adhibere ad inueniendam veritatem. Facit. xxx. q. v. c. iudicantem. & quod notatur in l. properandum. C. de iudi. & quod dixi supra in pluribus membris. prima quæstione secundæ quæstionis principalis, secundi membri principalis. & quod latius dixi in dicta xv. quæstione primæ quęstionis principalis, primi membri principalis.

¶ Septimò & vltimò pro complemẽto istius secundi membri principalis, compendiosè enumerandi sunt casus, in quibus in causa criminali admittitur procurator: qui tamen pro maiori parte latè in superioribus q. examinati sunt. Sed quia glos. hic, & etiam vbiq;, & etiam Docto. procedunt, ponendo regulam negatiuam quòd in criminalibus non admittatur procurator. ad quam regulam dant fallentias specialium casuum. Idcirco, vt prædictorum, & plurimorum aliorum casuum habeatur notitia compendiosa, dic quòd prædicta regula fallit, secundùm aliquos.

¶ Primò, in priuatis delictis: pro quibus venit imponenda pœna à relegatione infra, secus si à relegatione supra, de quo dic vt dixi in j. q. j. q. principalis secundi membri principalis.

¶ Secundò fallit in causa criminali, ex qua pœna pecuniaria venit imponenda, quantuncunque magna: etiam si omnium bonorum. distinguendo tamen inter accusatorem & reum: & an veniat imponenda pœna de iure communi, vel ex forma statutorum. de quo dic vt latius dixi in ij. q. j. q. principalis. ij. membri principalis.

¶ Tertiò fallit, si ex crimine capitali non veniret imponenda pœna corporalis afflictiua, nisi in consequentiam magis rationе contumaciæ, quàm naturalis pœnæ delicti. de quo dic vt dixi in iiij. q. dictæ. j. q. principalis.

¶ Quartò fallit, quando ex naturali pœna delicti, veniret imponenda pœna mista. vt puta, amputetur sibi manus si non soluerit centum: in casu condemnationis fiendæ. de quo dic vt dixi in d. iiij. q.

¶ Quintò fallit, quãdo venit imponenda pœna pecuniaria naturaliter: tamen ex accidenti potest esse corporis afflictiua. de quo dic vt dixi in q. d. primæ q. principalis.

¶ Sextò fallit, si pœna quæ venit imponenda ex delicto, sit naturaliter arbitraria: tamen consuetudo habet, quòd non imponatur nisi pecuniaria: vel nisi vsque ad relegationem, & non supra. dic vt dixi in d. v. q.

¶ Septimò fallit, quando ex delicto veniret imponenda pœna alternatiua: vna corporis afflictiua, altera pecuniaria, vel à relegatione intra & reus sit incapax pœnæ corporis afflictiuæ: vel pœna corporis afflictiua sit ineligibilis. de quo dic vt dixi in vj. v. d. j. q. principalis prædicti secundi membri principalis.

¶ Octauò fallit, quando dubitaretur, an veniret imponenda pœna pecuniaria, vel corporis afflictiua: & adhiberetur cautelà, quòd habeatur pro non admisso, si contingat ipsum puniri debere pœna corporali, secũdùm aliquos. Alij verò contrà. de quo dic vt dixi in vij. q. j. q. principalis.

¶ Nonò fallit, si crimen ciuiliter intentaretur: quanquàm veniret imponenda pœna reuocationis in seruitutem. de quo dic vt dixi in viij. q. j. q. principalis.

¶ Decimò fallit, vbicunque veniret imponenda pœna: etiam vsque ad relegationem inclusiuè, secundùm aliquos. Alij contrà. distinguendo inter locum certum, & incertum. & inter accusatorem & accusatũ. de quo dixi in x. q. dictę. j. q. principalis.

¶ Vndecimò fallit, si veniret imponenda pœna à relegatione infra, & coniuncta infamia. dummodò principaliter non ageretur ad infamiam: sed ad aliam pœnam. de quo dic vt dixi in viij. q. dictæ. j. q. principalis.

¶ Duodecimò fallit, etiã si ex crimine veniret imponenda pœna, ꝙ quis posset impunè offendi, secundùm aliquos. alij verò aliter distinguunt. de quo dixi in xij. q. d. j. q. principalis prædicti secundi membri principalis.

¶ Decimotertiò fallit, si veniret imponenda pœna depositionis ab ordine. de quo dic vt dixi xiij. q. prædictæ primæ quæstionis principalis.

¶ Decimoquartò fallit, si ex delicto veniret imponenda pœna separationis tori. de quo dic vt dixi in xiiij. q. dictę primæ quęstionis principalis.

¶ Decimoquintò fallit in quacunque causa criminali: etiam si ex ea veniret imponenda qualiscunq; grauissima pœna, & contra absentem posset procedi, secundùm tamen varias opin. de quibus dixi in xv. q. d. j quæstionis principalis.

¶ Decimosexto fallit, vbi ex forma statuti absens haberet pro confesso, secundùm tamen varias opi. de quibus dixi in xvj. q. dictæ. j. quæstionis principalis.

¶ Decimoseptimò fallit, quando accusatus esset præsens, secundùm quosdam. Alij contrà. de quo dic vt dixi in xvij. q. dictæ primæ quæstionis principalis.

¶ Decimooctauò fallit, quando accusatus esset in carcere, aut in vinculis, secundùm aliquos. alij contrà. de quo dixi in xviij. q. dictæ primæ quæstionis.

¶ Decimononò fallit, quando procederetur contra mortuum. dic vt dixi in xix. q. dictæ primæ quæstionis principalis.

¶ Vigesimò fallit, quando procurator vellet solùm interuenire ad dandum solum libellum, secũdùm aliquos. dic vt dixi in j. q. princip. dicti secundi membri princip.

¶ Vigesimoprimò fallit, quando vellet quis venire ad allegandas causas absentiæ necessarias. de quo dic vt dixi in primo membro secundæ quæstionis princip. secundi membri princ.

¶ Vigesimosecundò fallit, quando procurator vellet venire ad allegandas causas absentiæ probabiles. de quo dic vt dixi in secundo membro dictæ secundæ quæstionis principalis.

¶ Vigesimotertiò fallit, si quis vellet venire ad allegandas causas absentiæ voluntarias. de quo dic vt dixi in tertio membro dictæ secundæ quæstionis principalis.

¶ Vigesimoquartò fallit, quando vellet venire solùm ad proponendas exceptiões dilatorias, de quo dic vt latius dixi in ij. q. principali secundi membri princip.

¶ Vigesimoquintò fallit, quãdo vellet venire ad proponendas exceptiones peremptorias; quæ tamen causa posset separari à crimine: & de quibus posset cognosci separatim à crimine. dic vt dixi in dicta secunda quæstione. versic. insuper quæritur.

¶ Vigesimosextò fallit, quãdo vellet interuenire ad proponendas exceptiones mistas in vim dilatoriæ. maximè si essent notoriæ. de quo dic vt dixi in dicta secunda quæstione. versic. vnde quæritur. & iiij.

¶ Vigesimoseptimò fallit, quando vellet venire solùm ad certa media acta causæ, secũdùm aliquos. de quo dic vt latius dixi in iiij. q. vsque ad xj. q. prædictæ. ij. q. principalis secundi membri principalis.

¶ Vigesimooctauò fallit, quãdo procurator vellet venire post conclusionem in causa, per l. quamuis indubitati. C. de adulter. de quo dic vt dixi s. in vij. q. ij. q. principalis secundi membri principalis.

¶ Vigesimononò fallit, quando per appellationem causa deuolueretur ad iudicem alterius territorij, vt do. Bald. post Ray. in l. reos. C. de accus. vide quod dixi. s. in ij. q. ij. q. principa.

¶ Trigesimò fallit, quãdo procura. vellet interuenire ad annullandam sententiam latam in causa criminali: vnde admittitur procura. ad dicendum, seu petendum quòd banniti, seu damnati ad mortem debeant de banno, seu damnatione cancellari. & dic vt s. in xj. q. ij. q. princip.

¶ Trigesimoprimò fallit in patre, domino, Episcopo, Abbate, & similibus personis, quæ possunt venire ad defendendum, nõ principaliter: sed pro suo interesse. & dic vt dixi in iij. q. princ. prædicti secundi membri princip.

¶ Trigesimosecundo fallit in his, qui ratione administrationis, quam habent, admittuntur: vt tutores & curatores. de quibus dixi in iiij. q. princip. dicti. ij. memb. princip.

¶ Trigesimotertiò fallit in causa vniuersitatis, in qua vniuersitas vel accusaretur, vel vellet accusare: & idem de quolibet alio corpore ficto. & dic vt dixi in d. iiij. q. princip. versi. sed quæro iuxta prædicta.

¶ Trigesimoquartò fallit in monialibus, & similibus personis, quibus omnino esset prohibitus exitus claustri. & dic vt dixi in d. iiij. q. princip. versi. sed quæro quid de his.

¶ Trigesimoquintò fallit in consortibus eiusdem litis. ar. no. iij. q. vj. hoc quippe. & quod not. Innocen. in c. licet. s. eo. facit tex. & quod ibi tradit Innocen. in c. cùm dilecti. s. de dol. & contuma. tenet Bald. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurato. quod ego intelligo, quando ageremus de delicto connexo, aut correlatiuo. vt puta, adulterij, incestus, vel simi. aliàs non video, licet plures dicantur commisisse idem delictum, quòd vnus possit interuenire pro alio: quia ex separatis non fit illatio.

¶ Trigesimosextò fallit in personis illustribus, per l. fina. C. de iniur. Sed de intellectu illius. l. dic vt dixi. s. in x. q. j. q. princ. secundi memb. princip.

¶ Trigesimoseptimò fallit, secundùm aliquos, in causa inquisitionis. & dic vt dicam. in ij. q. iij. memb. princ.

¶ Trigesimooctauò fallit, quãdo ageretur de crimine per viam exceptionis. de quo dic vt dicam in iij. q. iij. memb. princ.

¶ Trigesimononò & vltimò fallit, quando de crimine tractaretur per viam denunciationis. & dic vt dicam in iiij. q. iij. membri princ. Et ex prædictis, Deo duce, habes expeditum hoc secundum membrum principale.

Superest

Supereſt igitur vt veniamus ad tertium & vltimum membrum principale, quod eſt an, & quando admittat̃ procurator in criminalibus reſpectu modi & formæ agendi. Hoc autem tertium membrum in quinq; q. principales diuiditur ſicut poteſt de crimine cognoſci quinq; modis.

¶ Prima q. quid ſi procedatur per viam accuſationis.

¶ Secunda, quid ſi per viam inquiſitionis.

¶ Tertia, quid ſi per viam exceptionis.

¶ Quarta, quid ſi per viam denunciationis.

¶ Quinta & vltima, quid ſi procedatur per viã notorietatis.

70 ¶ † Secundò quæro, quid ſi in cauſa criminali proceditur per viam inquiſitionis an admittatur procurator. So. Spe. in tit. de inquiſitione. §. j. ver. Item poteſt quis tenet quòd ſic per c. I. & A. de re iudica. & c. ſuper his. j. eo. de quo tangam in c. qualiter & quando. el. ij. j. eo. in vltima q. vij. q. prin. ¶ Sed do. Ant. hic dicit, ꝙ legiſtæ tenent ꝙ non: quia de iure ciuili propter viam inquiſitionis nõ alteratur pœna delicti. & ideò non interuenit procurator, niſi in caſibus in quibus põt interuenire per viã accuſationis. de quibus dictum eſt. s̃. in pręce. ſecundo mẽbro. & tenet Bart. in l. ſi cui. §. j. ff. eo. & l. ij. §. ſi publico. ff. de adult. & hanc eandem opi. tenet And. de Piſis, & Oldr. & poſt eos ſequitur Bal. in l. ſeruum quoq;. §. publicè. ff. de procu. qui etiã ſentit in l. reos. C. de accu. ¶ De iure autem canonico dicit do. Ant. ꝙ vbi eſt eadem pœna accuſationis & inquiſitionis, vt eſt in criminibus exceptis, de quibus in c. inquiſitionis. in princ. j. eo. & ibi dixi in xv. quæſtio. prin. & per Spe. in tit. de inquiſitione. §. nunc dicendum. ver. ſi per modum inquiſitionis. & ſequentibus. & hoc caſu, non admittitur procurator: quod intellige, niſi prout ſi procederetur per viã accuſationis. & hoc ſentit gl. in d. c. inquiſitionis. & do. de Rota deciſione. lij. ¶ Aliàs autem de iure canonico, ſi proceditur per viam inquiſitionis, admittitur procurator, vt traditur in c. cùm I. & A. Facit quod not. in c. cùm cauſam. qui fil. ſint leg. & gl. in c. veritatis. de do. & contu. ¶ Et ratio eſt, quia iſta inquiſitio vocatur cauſa ciuilis: cùm non intendatur ad vindictam, & ad naturalem pœnã delicti: ſed ad intereſſe publicũ, ne ſcilicet criminoſus indignè teneat. & eandem cõcluſionem & diſtinctionem tenet Hoſti. & poſt eum do. Ant. in d. c. inquiſitionis. & ibi aliquid dicam & in d. c. qualiter. vbi etiam dicam in fi. ſeptimæ. q. & hanc diſtinctionem etiã ſentit Bal. in l. reos. C. de accu. allegat Inno. in c. cùm oporteat. j. eo. ¶ Ego breuiter concluderem, ꝙ vbicunq; in crimine inquiſitionis veniret imponẽda talis pœna, propter quam in cauſa per viã accuſationis non poſſet interuenire procurator: nec etiam poſſet interuenire in cauſa criminali, per viã inquiſitionis intẽtata. vide quæ dixi in d. c. qualiter. el. ij. in xv. quæſtio princi.

71 ¶ † Tertiò quæro ſi cauſa criminalis deducatur in iudiciũ per viam exceptionis: an admittatur procurator. Sol. do. Ant. hic diſtinguit, ꝙ aut opponitur crimen ad finem repellendi aliquẽ vt inhabilem: & admittitur: quia finis dicitur ciuilis, vt c. ſuper his. j. eo. Subdit tamen ꝙ hoc caſu, vbi exceptio infamaret, ꝙ patet ex his, quæ no in c. ij. s̃. de ordi. co. quòd exigitur ſpeciale mandatum. per not. in d. c. ſuper his, & in clemen. ij. de procu. ¶ Et ideò dicendum, ſecundùm eum, ꝙ ſi opponatur crimen ad finem deijciendi beneficiatum ab obtento, vt in dictis iuribus quia iſta non eſt naturalis pœna delicti: ſed potius inhabilitatis perſonæ: & ſic quodãmodò ciuilis: ꝙ tunc admitteretur. Si verò opponetur ad finem puniendi, quod eſt quandoq;, ſecundùm ea quæ habentur in d. c. ij. de ordi. cog. & c. j. de excep. & l. ij. §. ſi publi. ff. de adul. & c. ſuper his. j. eo. & per Spe. in tit. de crimi. per mo. excep. propo. & hoc caſu, per omnia dicendum eſt, prout dictũ fuit quãdo procederetur per viã accuſationis.

72 ¶ † Quartò quæro quid ſi de crimine proceditur per viam denunciationis: an admittatur procurator. So. dicit hic do. Anto. quòd aut loquimur in denunciatione euãgelica, & ex parte denunciantis: & hoc caſu, cùm quilibet poſſit denunciare: ſeruanda eſt diſtinctio. l. licet. ff. de procura. de cuius intellectu dixi. s̃. in. j. q. primę. q. prin. ſecundi membri prin. quia non intenditur finis pœnæ naturalis: ſed pœnitentiæ. Si verò denunciatio eſt canonica, dicendum eſt ſecundùm do. Ant. prout dictum fuit in inquiſitione. Spec. tamen in tit. de denun. §. qui denunciare. ver. item poteſt dici, ꝙ quis poteſt denunciare per procuratorem. & illam proſequi. ar. c. cùm in iuuentute. de præſum. & c. ex parte A. de teſti. ¶ Tu aduerte, quia denunciatio non ſolùm eſt duplex, ſed quadruplex: videlicet euangelica, iudicialis, canonica, & regularis. vide Doct. & maximè Do. m. in c. nouit. s̃. de iudi. & quaſi in nulla prædictarum ſpecie denunciator denunciat ad finem naturalis pœnæ imponendæ delicti: ſi tamẽ daretur aliquo modo, ꝙ veniret imponenda pœna, in qua de ſui natura non admitteretur procu. per viã accuſationis: & arbitraret ꝙ etiam non admitteretur per viam denunciationis. arg. dictorum in duabus præceden. quæſtio.

73 ¶ † Quintò & vlti. quæro quid ſi ad puniendum crimen procederetur per viã notorietatis: an admitteretur procurator. ſo. Doc. non tangũt. ¶ Ego arbitror dicendum & aduertendum: quia cùm notorium ſit multiplex: videlicet, facti permanentis, facti tranſeuntis, & facti interpellati. Item cũ aliquod dicatur notorium, ꝙ poſsit aliqua exceptione, excuſatione, vel defenne celari. & aliquod quod nulla tergiuerſatione celari poteſt. dicendum eſt ꝙ in eo quod nulla exceptione, vel excuſatione celari poteſt: fruſtra quæritur, an admittatur procurator, vt de ſe patet: quia in tali non eſt neceſſaria accuſatio, vel denunciatio, inquiſitio aut exceptio, nec teſtes, aut aliæ probationes: prout dixi. s̃. eo. c. euidentia. & tractatur latius in c. noſtra. de coh. cleri. & mulie. ij. q. j. c. manifeſta. & c. de manifeſta. & c. bonæ. el. j. de elec. & . C. de accu. l. ea quidem nec libellus recipitur, aut cauſæ cognitio adhibetur, vt c. quoniã. de fil. preſbyte. de quo per Spec. in tit. de noto. crimi. §. j. in prin. Si verò non eſſet tale notorium, ſed eſſet tale ꝙ poſſet aliqua excuſatione vel defenſione celari, & cõpareret procurator nomine rei delinquentis, ſeu qui dicitur deliquiſſe: an eſſet admittẽdus talis procurator, ponderanda eſſet qualitas ipſius delicti, & pœnæ imponendæ vt latiſsimè dixi in xiiij. q. primæ. q. princ. ij. memb. princi. & data tali qualitate pœnæ, propter quam ſi procederetur per viam accuſationis, non deberet procurator admitti. dico ꝙ hoc caſu ponderanda eſſet qualitas & forma propoſitæ excuſationis exceptionis, vel defenſionis per ipſum procuratorem. & an poſſet de ipſis cognoſci ſeparatim à delicto vel non. & ſecundùm ipſarum qualitatem & formam admittere, vel non admittere procuratorem, ſecundùm ea quæ latius dicta fuere in ſecundo membro prin. maximè in ij. q. ſecundæ quæſtio. princ. in. j. ij. & iij. membro. Et ex his Deo duce, eſt expedita hæc difficilima materia: an quãdo in cauſa criminali admittatur procu. ¶ Glo. ſuper ver. ſilentium. quærit de tribus q. & ſol. In eadem glo. ibi quemadmodũ. dic vt ibi principaliter traditur de hoc arti. quia conuenit illi tit. de iureiur. ratione iuramenti, conueniret etiam hic, ratione accuſationis. Sed quia materia procuratorũ fuit nimis longa, dic vt latius dixi poſt Doct. in d. c. quemad. In ea. gl. ibi: ſed nunquid poteſt. de hoc arti. dic vt latius dixi poſt Doc. in d. c. quemad. in fi. glo. dic de materia, vt dixi in c. de his. s̃. eo. ¶ Gl. fi. colligit ar. ex tex. quod demum limitat: deinde ſumpta occaſione enumerat plures caſus, in quibus citatio non eſt legitima: & an, & quando. ¶ In fi. glo. dic no. hanc gl. quę quotidie allegatur. & dic de hac materia vt latius traditur. ij. q. iij. c. ſi epiſcopus. & latiſsimè per Inno. & Doct. in c. præterea. de dila. & per Io. And. in regula, ſcienti. de reg. iur. lib. vj. vide etiã Hoſti. in c. bonæ. el. ij. de elec. in glo. & per Spe. in tit. de cita. §. j. Et ex his, Deo duce, huic c. veniẽs. dici poteſt, bene veneritis. In quo materiam principalem, an & quando, & in quibus caſibus, & cauſis admittatur procurator in cauſa criminali: habes longè copioſius & clarius expeditam, quàm cæteri Doc. tractent, ſimul iuncti.

¶ Laus Deo omnipotenti.

Mariani Socini Senenſis ſuper Decretal. Tractatus, politioribus ac nouis ſumma cùm diligentia typis viri probiſsimi Thomæ Bertelli excuſsi, recenſiq; & adamuſsim reuiſi, in alma Lugduneorum Calcographia, feliciter finiunt.

Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP.

Omnes ſunt quaterni, præter PP. qui eſt ternio.

colorchecker CLASSIC

calibrite